

# PATROLOGIAE

## CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESASTICORUM

QUI

AB ÆVO APOSTOLICO AD INNOCENTII III TEMPORA

FLORUERUNT;

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA,  
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS

DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID  
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO

SCRIPTURÆ SACRAE, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES

ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM

SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDDIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS.  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTE  
SIMILIS, PRETIE EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,  
LOCOS, LINGUAS FORNASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES SECUNDA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINAe  
A GREGORIO MAGNO AD INNOCENTIUM III.

Accurante J.-P. Migne,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSAE,

SIVE

CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAE ECCLESIASTICAE RAMOS EDITORE.

---

### PATROLOGIAE TOMUS LXXXIII.

SANCTI ISIDORI HISPALENSIS

TOMI QUINTUS, SEXTUS ET SEPTIMUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

---

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBROISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1830



1873, March 22.  
Bequest of  
James Walker, D.D., L.L.D.  
(H.U. 1814.)  
President of Harr. Univ.



# SANCTI ISIDORI

## HISPALENSIS EPISCOPI

# OPERA OMNIA

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA EDITAS,  
QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT,

NOVA NUNC ET ACCURATORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUGTA

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSAE,

SIVE

CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAS ECCLESIASTICAS RAMOS EDITORE.

---

TOMUS QUINTUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1850

# ELENCHUS OPERUM

QUE IN QUINTO S. ISIDORI OPERUM TOMO CONTINENTUR.

Differentiarum libri duo.	Col.	9
De ortu et obitu Patrum.		229
Proœmia in libros veteris ac novi Testamenti.		153
Liber numerorum in sanctis Scripturis occurrentium.		179
De veteri et novo Testamento quæstiones.		201
Quæstiones in vetus Testamentum.		207

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# DIFFERENTIARUM,

SIVE

## DE PROPRIETATE SERMONUM, LIBRI DUO.

### Praefatio.

ISIDORUS LECTORI SALUTEM.

¶ Plaque veterum sermonum differentias distinguere studuerunt, subtilius inter verba et verba aliquid indagantes. Poetae autem gentiles [Al. Gentilium] necessitate metrica confuderunt sermonum proprietates [Al. proprietatem]. Sieque ex his consuetudo obtinuit pleraque ab auctoribus [Al. auctoritatibus] indifferenter accipi, quae quidem quamvis similia videantur, quadam tamen propria inter se origine distinguuntur. De his apud Latinos Cato primus scripsit, ad cuius exemplum, ipse paucissimas partim edidi, partim ex auctorum libris deprompsi, huique, lector, pro delectatione [legentium] subnotavi.

### LIBER PRIMUS.

DE DIFFERENTIIS VERBORUM.

#### 2. De Amore A.

1. Inter Aptum et utile. Aptum ad tempus, utile ad perpetuum.
2. Inter Amicum et socium. Amicus constat affectu, socius re, quia consortio constat.
3. Inter Arrogantem et abrogantem. Arrogans superbus, abrogans humili. Arrogans assumit sibi fiduciam, abrogans demit, id est, negans.
4. Inter Avarum et cupidum. Avarus est qui suo [Al. suo] non utitur, cupidus qui aliena desiderat.
5. Inter Amorem et cupidinem. Aliud est, inquit

\* DIFFERENTIARUM.—De libris Differentiarum verborum et rerum fuse disputatum fuit in Isidorianis, cap. 56. Cum duo sint exempla libri de differentiis verborum, aliud ordine alphabetico, quod Grialius primo loco cum notis P. Pantini posuit, aliud sine eo ordine, quod idem Grialius ex Editione Bigneza sumpsit, primum exemplum a nobis tanquam genuinum profertur, alterum ad Appendices tanquam dubium rejicitur. Pantini notas ac varias lectiones saepe obscure collocatas in meliorem ordinem, ut potui, redigii. Barthius, lib. xxxix Adversar., cap. 6, praefationem ex quadam suo ms. Codice protulit cum nonnulla scriptura discrepantia, ut Postea necessitate confunduntur... tibique lecturo. Alias conjecturas addit, quae infra suis locis indicabuntur. In ms. Codice Vaticano 8321, quem identidem allegabo, haec sunt variae lectiones: Plerunque veteres... origine distinguuntur... ipse paucissima... deprompsi, et pro delectatione legentium subnotavi. AREV.

PAEF.—Servius, ad ill. I. En.: Nemora inter frondea.  
1. C. Fronto: Aptum loco venit, et tempori; utile natus fecit.

\* Omnes note quarem auctor nominatus non est, PANTINI sunt, eis etiam tribuendae variantes lectiones quae in textu inter uncinos legantur. Kort.

PATROL. LXXXIII.

A Cato, Philippe, amor longe, aliudque cupido. Accedit illico alter ubi alter recessit: alter bonus, alter malus. Alli verius amorem et bonum dixerent et malum, cupidinem semper malum. Amoris [Al. Jam horum] quadripartita differentia est. Est enim justus amor; pius, crudelis, obscenus. Justus amor est uxorum, pius filiorum, crudelis contra naturam, ut Pasiphae, obscenus meretricum.

6. Inter Auspicia et auguria. Auspicia sunt quae inchoantur et ultro veniunt, auguria quae consumuntur et consequuntur.

Ibid. Et utile quid interest? Et ita in singulis differentiis addit quid interest. AREV.

3. Abrogans pro humili fortasse apud alios non reperitur, sed non invenustum est, ait Barthius; pleraque enim Latina, quae ad in adjectione, ea ab in detractione admittere, observari potest. AREV.

4. Etymolog. lib. x, Littera A et C.

Ibid. Vat. omittit desiderat. AREV.

5. Vid. Non in voce Cupido.

Ibid. Vat. omittit ubi post illico alter. Idem Ms., amor ex auctoribus. Elegantiissima esse verba Catonis, ait Barthius; nam ubi cupido intrat, exit amor honestus et Socratus. Legit vero Philippi, et suspicatur, denotari aliquam Catonis invectivam in Philippum, seu Philippicam. In Codice Barthii erat obscenus in aeternum; et quamvis Barthius corrigebat obscenus in tenerum, quasi sermo sit de venere aversa, ut in differentia impuri et impudici. Melius esset Pasiphae. AREV.

6. Malum: Quae inchoanti quid ultro ven.

Ibid. Consolantur. Al. consultantur. Al. consultantur.

7. Inter Argumentum et argumentationem. Argumentum est quod in principio libri breviariorum pandit, argumentatio est quae in disputatione fidem assertionibus [Al., assertionemque] facit.

8. Inter Aram et artificium. Ars est natura liberalis, artificium vero genitum manibus [Al., gestu et manib.] consistit.

9. Inter Absconditum et absconsum. Absconsum est cuiuslibet arte celatum, absconditum vero naturaliter abditum. Conditum est enim, non consum. Inde et consolare dicuntur, quando rupta [Al., erupta] atque aperta quæque texuntur [Al., trahuntur]. Porro occultum [Al., occultatum] ab occulendo, id est, claudendo, dictum. Arcanum vero ab arca vel ab arcendo, eo quod ab eo omnes arceantur, id est, prohibeantur. Inde et arces dicuntur, a quibus arcantur hostes. Inde et arca, eo quod arceat furem. Inde et arcus, eo quod arceat adversarium.

10. Inter Ante et antea. Ante locum significat et personam, antea tantum tempus.

11. Inter accubuit et recubuit, haec differentia est: accubuit in triclinio conviva, recubuit in cubiculo dominus, decubuit languidus. Accubare enim est corpore toto, accumbere cubito.

12. Inter abscedit et discedit. Abscedit quod a parte qualibet se subtrahit, quod vero a medio dividitur, discedit.

13. Inter Adulterium et fornicationem. Quod adulterium est alienam uxorem appetere, fornicatio vero non est adulteratio matrimonii foderis, sed cum aliis solutis modicari.

14. Inter Altum et excelsum, sublime et arduum. Altum ex superiori parte et inferiori est, excelsus ex superiori tantum; sublime excedens est cum aliqua dignitate; arduum, exestens est & communis.

7. Vat. pandit: argumentatio, quæ in disputatione fidem assertionibus corstat, et facit. AREV.

8. Vat. amena liberalis, et mox manibus constans. AREV.

9. Arcanum. Serv., ad illud. Æneid.: Arcana mœvo. Ipse, Etymolog., lib. xx, cap. 9.

— Arces. Etymolog., lib. xv, cap. 2.

— Arca. Varro, iv de Ling. Lat., dict. Arca; et ipse, lib. Etymolog. xx, cap. 9.

— Arceat. Visun est in Etymolog.

— Arcus. Etymolog. lib. xviii, cap. 9.

Ibid. Cod. Vat., quæ exiuntur pro quæque texuntur. AREV.

11. Vide Acron., ode 27, lib. ii Horatii. Ibid. Al.: Inter accubuit, recubuit et decubuit. Barthius existimat vocem dominus ad decubuit retrahendam esse, quod non placet. De cubito vero ex more Romano excitat Horatium: *Et cubito remanate presso.* In Codice bibliotheca veteris Vaticanæ 3984, in quo charactere semigothico describuntur regulæ vicecancellieræ per Joannem XXII, hi præmittuntur versiculi:

Sanctus eo cubitum, sed Iesus vero osbatum;  
Accumbens dormit, discumbens ferula sumit;  
Concubit, violat; procubit, numen adorat;  
Occubit, moritur; virtus succumbere fertur;  
Qui cubat, ille jacet, vigil excubat, incubat ales. AREV.

13. Etymolog. lib. v, cap. 26.

Ibid. Vat. omissit hanc differentiam: Inter adulterum, etc. AREV.

A qua difficultate. Item altus putens, murus excelsus. Summa vel his in excelso, ima in alto.

15. Inter Adnixum, innixum, subnixum et obnixum. Adnixum, conantem [Al., conari] ad aliquam innixum insitatem inligat [Al., inniti ad], ut si quis hacce innitatur, aut columnæ. Subnixum vero in structum aliquo constitit, aut suffultum ex omni parte, obnixum autem obstinatum, vel perseverantem [Al., perseverans].

16. Inter Allogai, obloqui, eloqui. Allegai hortantis et jobentis, obloqui obrectantis, eloqui oratoris.

17. Inter Amare et Diligere putat differre Cicero, sibi usque sic uittur, ut distinguat, atque amare ponat pro ardenter amare, at diligere pro levius amare, sicut in epistolis ad Brutum: Vale, inquit, et nos ama; vel, si id majus [Al., minus] est, dilige [Al., diliges]. Et rursus: Sic igitur facies; ne tu amabis, aut quo contentus sum, diliges. Item ad Dolabellam: Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexissem. Alii dixerunt amare nobis naturaliter insitum, diligere vero electione.

18. Inter Abjecere et projicere distat. Quod enim in despectione est, et neglectum, abjecitur, quod vero foris est penitus a salute, et a beatitudine alienum, theo projicitur. Projicere autem dictum, quasi porro abjecere.

19. Inter Arguere et coarguere. Coarguere est coercere et compescere, arguere modo accusare, modo aliquid ostendere, et si patifacere est. Virgilius (Æneid. iv): *Degeneres animos timor arguit.* Unde et argumenta dicuntur quo causam ostendant.

20. Inter Adiutor et elidere. Adiutor quis proxime, elidetur longe.

14. Servii verba sunt, ad ill. ii Æn., *Terris jactatus, et alto:—ALTUM tamen sciendum est, quod et superiore, et inferiore altitudinem significat.*

— Sublime. Etymolog. lib. x, L, T, S.

— Arduum. Sic Serv. interpretatur illud Georg. II: *Ardua patha, nec alta, aut ad quam difficile peruenitur.*

45. Adnixum in uno ms. Servius tamen, quem Isidorus sere sequitur, alteram scripturam magis probat, ad illud i Æn.: *Triton adnixus acuta, etc.*

— Obnixum. Vetus glossarium, *tecta contra adversarium colluctantem.* Ibid. Vat. conantem aliquid... et columnis. AREV.

16. Ex Agratio.

Ibid. Vulpius, ad Catullum, carm. 58, observat alloqui aliquando usurpari pro consolari. AREV.

17. Vid. Non., dict. amare et diligere.

— Ad Dolak. Fam. lib. ix, epist. 24.

— Diligere vera, Etymolog. lib. x, luteola. Ibid.

18. Macrob., lib. vi, cap. 4. Ibid. Sunilia Ciceronis verba indicat Barthius, ex lib. ix Famil. epist. 14, et addit. diligere egregie amare non uno loco Suetonio valere. AREV.

19. Ex Agratio, in quo male pro compescere eas

compensare, desuntque illa, modo accusare, modo aliquid, sicut in Parisiensi Editione.

— Causam. Causam causa est in Agratio.

Ibid. Vat. causes ostendunt. AREV.

20. Ms. Vat., quisque proxime. Et infra: item ut cumspicit (forte circumspectus) querit certare. Num, etc. AREV.

21. Pater Aspicere et respicere, etc. Aspicimus ante nos, respicimus retro; suspicimus sursum, despiciimus deorsum, inspicimus introrsum, prospicimus [ *Al.*, perspicimus ] longe, conspicimus circumque. Item aspicimus praesentia, respicimus præterita, prospicimus futura. Qui autem in dexteram levamque se convertit, hæc aspectat, non aspicit. Notandum sane, quod si et despiciens dixerimus, nonnunquam diligenter inquirere significamus. Item circumspicere [ *F.*, circumspicere ], quæ nec cernere possis[ *Al.*, querit cerner ]. Nam circumspicere [ *F.*, circumspicere ] est quærere.

22. Alter Attendere et intendere. Attendere aspiciores est, intendere vero cernuntur, aut ad eadem, aut ad injuriam. Perraro [ *Al.*, pro raro ] tamen in bono est.

23. Inter Audire et exaudire: quod tam boni quam mali audientur, exaudientur tantum boni.

24. Inter Adolescere et inolescere. Adolescere augmenti est, inolescere cassuascere.

25. Inter Annuntiatur, nuntiatur [ *Al.*, enuntiatur ], et denuntiatur [ *Al.*, denuntiatur et renuntiatur ]. Annuntiatur de futuro, nuntiatur [ *Al.*, enuntiatur ] de longinquo; denuntiatur de [ *Al.*, in ] praesenti, renuntiatur de excusando et repudiando.

26. Inter Advocatur, invocatur et evocatur. Advocatur datus patrocinium, invocatur præstitorus certum, evocatur præbiturus [ *Al.*, præstiturus ] obsequium.

27. Inter Abdicatur, perducitur et deductur. Abdicatur quis ad rem iniquitatem, perducitur ad studia [ *Al.*, studium ] deductur ad honorem.

28. Inter Adscimus et afficimus. Adscimus [ *Al.*, afficimus ] honore, afficimus [ *Al.*, Adscimus ] injuria.

21. Ex Agratio, in quo male est aspicimus sursum, qui hinc emendandus.

—Notandum. Ex Serv., ad illud i *AEn.*: *Despiciens mare velutum.*

—Quod si. *Al.*, quia si. Servius.

—Nonnunquam. Serv.

—Inquirere. —Inquirens. Servius.

22. Interpretis Terent., act. iii, scen. 4, Eunuch.: Proprie intendere est crimen in adversarium jacere.

*Ibid.* Vat. in bonum est. AREV.

24. Ex Agratio. Vid. etiam Non. in dict. *Adolere*.

—Forte legi possit ex Serv., ad illud vi *AEn.*, *Mores inalescere miris, CONCRESCERE*. Propius tamen vero existimo, ut ex Agratio legamus inolescere coaugmenti, addamusque tertium membrum: exalescere exalescendi.

25. Ex Agratio.

*Ibid.* Vat. in praesenti. AREV.

26. Ascon. Pedian. in Divinationem.

27. Ex Agratio, in quo pro abducitur, est adducitur.

28. Agræt, : afficimus honore, afficimus injuria, qui hinc forte emendandus.

*Ibid.* Cod. Vat. in honore... in injuria. AREV.

29. Ex Agratio.

30. Ex Agrat. Vid. Serv., ad ill. iii *AEn.*: *Harum unam inventi, et ipse Etymolog. lib. i, littera A.*

31. Ex Agratio, et Serv., ad ill. i *AEn.*: *Apparent undantes*. Vid. etiam Fest., dict. *Apparet*.

—Non reg... Hæc ab Agratio absunt, et recte.

29. Inter Adversum te et adversus te. Adversum te adversarius, adversus te imitator.

30. Inter Alterum et alium. Alter de duobus dicitur, alius de multis. Alter enim sine uno esse non potest.

31. Inter Apparet et pareat [ *Al.*, adpareat et apparet ]. Apparet [ *Al.*, adpareat ] qui videtur, pareat [ *Al.*, apparet ] qui obsequitur non regulæ ratione, sed discernendi intellectus gratia.

32. Inter Aditum et ostium. Aditus quibus admittitur [ *Al.*, admittimur ], ostium quo excluditur [ *Al.*, excludimur ].

33. Inter Arbitrum et judicem. Arbitrus ex voluntate fit, judex ex lege.

34. Inter Advenam et conveniam. Advena de uno loco venientes, conveniæ de diversis.

35. Inter Album et candidum. Album nitidæ, candidum studio sive cura; Albus ergo capillæ, ornati candidam dicimus. Item candidum est quædam nitens [ *Al.*, ante ] luce perfusa, album vero quod aurora constat esse vicinum.

36. Inter Albentem et albescentem. Albentes dicimus eum qui jam albus [ *Al.*, albus ], albescentes eum qui incipit.

37. Inter Animum et animam hoc interest, quod animus consilii est, anima vitæ. Ista semper eadem est, ille pro affectu mutatur. Non mentem antiqui ab animo separaverunt: mentem, et sciat, animam vero, ut velit, aut possit discere. Preterea nonnunquam, et animas pro viribus ponuntur.

38. Inter Alvum et ventrem, et uterum. Alvus interius receptaculum cibi est, quo sordes defluunt, ut Bellistix, Simulans sibi alcum purgari. Venter est aspectus ipsius partis extrinsecus, ut Juvenalis: *Montani quoque venter adest*. Uterus autem proprius

*Ibid.* Ms. vat. sed discernendo. AREV.

32. Videtur differentiam concinnasse ex pluribus verbis Servii, ad ill. vi *AEn.*: *Ostia jamque domus patuere*. Habes hæc etiam lib. Etymolog. v, cap. 7.

*Ibid.* Vat., *ostia quibus excluduntur*. AREV.

33. Varro, iv de Ling. Lat.

34. Ex Serv., ad ill. viii *AEn.* *Tum manus Asconia*. Ipse Etymolog. lib. x, littera A.

35. Ex C. Front. et ipso Etymolog. lib. x littera C. —Item... Ex Serv., ad ill. iii Georg.: *Colar determinatis albis*. Ex quo pro auroræ leg. pedari.

*Ibid.* Hispanis adhuc alba aurora novæ, atque Ita fere Italæ, quod animadverterit Barthius, ad verba: *Album ve quod aurora constat esse vicinum*; et plura observaverat ad Apuleium, qui aurora album lacertum laudat. AREV.

36. Vat., qui albus est; albescentes qui jam incipiit. AREV.

37. Etymolog. lib. xi, cap. 1.

—Preterea... Etymolog. lib. x, littera A: *Animus quod sit animus, et viribus plenus*.

*Ibid.* Ms. vat., affectu immutatur. In Ms. Barthii, ita semper in essendo; corrigit Barthius, ita semper in esse uno. Elegantem vocali hujus differentiam observitionem. AREV.

38. Ex Serv., ad ill. ii *AEn.*: *Uterumque armato milite complent*. Ipse Etymolog. lib. xii, cap. 1.

—Sallustius. Ex fragmentis incompositum lib.

prægnantis est. Sed et hoc a poetis metri necessitate variatur.

39. Inter Arma et tela. Arma sunt quibus defendimur [Al., defendimus], tela quæ mittimus [Al., emittimus]. Item arma bellii sunt, armamenta na-  
vium.

40. Inter Alluvium et colluvium. Alluvium con-  
sumptio est riparum ex aquis, colluvium autem con-  
gregatio sordium, quæ sit a fluxione multa.

41. Inter Aquatum et aquosum. Aquatum po-  
tionem recte dicimus, aquosum locum qui ex se  
aquam fundit. Ita et meracam potionem, merosum  
autem vinum appellamus.

42. Inter Apricum et opacum. Apricum contrarium  
est opaco, quasi apertum celo, vel soli sine [Al., in]  
horrore frigoris. Et est apricum, quasi [Al., quia]  
sine statu et frigore. Hinc et Africam dici quidam  
existimant, quasi Apricam. At contra opacum con-  
densum est, et umbrosum, sicut et amœnum.  
Amœna autem dicta eo quod amentur.

43. Inter Acerbum et acervum. Acerbus per duas  
ve scribitur, et significat molem. Acerbus per b scri-  
plus significat immaturum.

44. Inter Arbos et arbor. Arbor interdum et sine  
fructu, arbos vero nonnisi fructifera. Similiter silva  
et nemus. Silva interdum est fructuosa, nemus vero  
arbores umbrosæ et infructuosæ intelliguntur.

45. Inter Acerbum et immaturum. Acerbum est  
longe a maturitate positum, immaturum vero proxi-  
mum maturitati.

46. Inter Avenam et habenam. Avena per v litteram herba est. Habena per d litteram lorum est.  
Habenas autem ab habendo dictas putant, quod his  
equos habemus, hoc est tenemus, unde et equi bables  
dicti.)

47. Inter Aves et volucrem. Aves dicimus quæ  
per aera levibus [Al., levius] volitant pinnis [Al.,  
peonis], volucres autem non solum aves vocainus,  
sed quadrupedes nimia perniciitate currentes, sed

39. Etymolog. lib. xviii, cap. 5. Aliud discrimen  
apud Fest. dict. Arma.

— Serv., ad ill. ix AEn.: Telorum effundere contra  
omne genus.

Ibid. Vat. post hanc differentiam inserit: Inter  
aquam et undam, etc., ut num. 65. AREV.

40. Etymolog. lib. xiv, cap. 9.

Ibid. Consumptio est riparum. Eleganter, ait Bar-  
thius; perdunt enim ut non videantur ripæ. Ita  
mori flumina exposuit idem apud Petronium Arbi-  
trum. In Vat. Cod., consummatio est. AREV.

41. Ex Agrætio, in quo tamen pro aquatum est aqua-  
ticum.

— Dicimus. F. Addendum ex Agrætio, quæ aquam  
aliunde recepit, aquos.

42. Al.: Est opacum quasi opertum celo.

— Sine statu. Puto mendum subesse, scribendum-  
que ἄριν φύεται, id est, sine frigore, sic et in Serv.  
leg. ad ill. v AEn.: Apricis statio gratissima mergis,  
et vi AEn., ad ill. Terris immittit apricis. Vid. Fest.  
dict. Apricum. Ipse Etymolog. lib. iii, cap. 48.

— Opacum condensum. Sic Fest., dict. Opacum.

— Amœnum. Sic etiam vetus Glossar. Amœnum in-  
terpretatur ἀγρίνος τόπος.

— Amœna autem. Ipse Etymolog. lib. xiv, cap. 8.

A tamen cum adjectione, ut puta volucrem equum, vo-  
lucrem tigriderum. Ut est illud Pacuvii: Voluci  
currit axe quadriga. Nam [Al., sed] et sagittæ volu-  
cres dicuntur, quod his pinnæ [Al., pennæ] conglu-  
tinantur. Nam sine adjectione tantum alitem sonat.

48. Inter Anguem, serpentem et draconem. In  
mari angues, in terra serpentes, in templo dracones.  
Ut Virgilius: Tranquilla per alta angues; et paulo post:  
Serpens amplexus uerque. Item: Delubra ad summa  
dracones.

49. Inter Aureum et auratum. Aureum auro fa-  
ctum, auratum ex alia materia factum, et mixtum  
auro operitur.

50. Inter Animalia et animantia. Animalia sunt  
quæ habent animam, animantia tantum ad animos  
pertinent.

51. Inter Austrum et ostrum. Austrum ventum  
significat, ostrum vero purpuram.

52. Inter Annuit et abnuit. Annuit consentit,  
abnuit denegat.

53. Inter Æs et es. Æs metalli materia, es vero  
verbum est.

54. Inter Animum et animam. Anima sine diffe-  
rentia, animus vero varius est; quod animo sapi-  
mus, anima qua vivimus.

55. Inter Ad et at. Ad præpositio est, at vero  
conjunctione.

56. Inter Adjuro et abjuro. Adjuro rogo, abjuro nego.

57. Inter Apud et penes. Quod apud te tunc dico,  
cum aliquam partem omnem significo. Nam penes  
possessionem significat, apud autem quasi corpus et  
librum, non possessio [Al., possessionem]. Dicimus  
autem, apud te habeo argentum meum, non penes te;  
quæ ergo redduntur, apud te habeo; quæ possiden-  
tur, penes te habeo.

58. Inter Amburere et comburere, et sepelire. Com-  
burere est igni dare, amburere ex utraque adurere;  
urere est igni adurere penitus, et ad medullam

Fest., dict. Amœna. Servius ad illud. v AEn., amœna  
piorum, et vi, amœna viræta.

43. Ex Agræt.; ipse Etymolog. lib. xvii, cap. 6.

— Molem. Al. mobilem. Agrætius male.

44. Ex Agræt., et ipse Elymolog. lib. xvii, cap. 6.

Ibid. Vat., et fructuosæ. AREV.

46. Ex Agræt. 46; ipse Etymolog. lib. xx, cap. 16.

47. Volucri currit. Al.: Volucris erit ex quad.

Ibid. Cod. vat. omittit, nimia perniciitate... sonat;  
et num. 49 et 50, et ita alios. Barthius in suo Codice  
legebat: Volucri currit citata quadriga; emendabat,  
cita pro citata, ut sit anapæstus. AREV.

48. Ex Servio, ad locum ii AEn. citatum ad verbum.

50. C. Fronto: Animantia animus facit, animalia  
animam habent.

52. Vid. Non. dict. Innuere, et Annugere.

— Sic veteres membrana vocum in Terentie ex-  
plicatur: Abnuo, nego, subtraho.

54. Non. Marc., dict. Animus, et Anima.

Ibid. Vat. anima spiritus, quo vivimus. AREV.

55. Etymolog. lib. i, cap. 26.

57. Vid. Fest., dict. Apud.

58. F. Legend.: Uri est penitus et ad medullam ignem  
sentire. Nam dictioqæ est igni adurere ex illis su-  
perioribus, est igni dare, sic male irreperant.

*ignem sentire. Sepelire est sepulcro cingere, vel corpus humo tegere et ossa. Inde Virgilius (Æneid. ix): Corpus humo patiare tegi : Aut (Æneid. ix) :*

Si qua id fortuna vetabit,  
Absentia ferat inferias, decoreisque sepulcro.

**10** 59. *Inter Audacem et temerarium. Audax non timet, temerarius non estimat periculum.*

60. *Inter Ad forum ire et in forum ire. Ad forum significatur aliquis locus in quem imus; in forum, in ipsum forum.*

61. *Inter Afrum et Africum, et Africanum. Afrum dicimus civem, Africum ventum, Africanum negotiatorem.*

62. *Inter Agnoscere et cognoscere. Agnoscimus notos, cognoscimus ignotos.*

63. *Inter Auerre, adimere et eripere. Auferimus rem quam dedimus, adimimus jus, eripimus quod ab aliquo [Al., alio] rapimus.*

64. *Inter Agere causam et dicere. Quod agit patronus, dicit reus.*

65. *Inter Aquam et undam. Unda semper in motu est, aqua vero stativa. Porro imbræ nubium sunt, latices fontium. Nam latex proprie liquor fontis est; et dictus, quod in venis terræ lateat.*

66. *Inter Æquora et maria. Æquora, non tantum aquæ, sed et campi propter æqualitatem dicti, mare autem tantum congregatio aquarum.*

67. *Inter ævum et sæculum. Ævum tantum tempus ostendit, sæculum vero perpetuitatem et tempus. Unde et in sæcula sæculorum dicimus.*

68. *Inter Æquum et justum. Justus quippe ex lege est, quasi jus custodiens, æquus autem est qui secundum naturam justus. Etenim justus a jure vivendo, id est, juxta quod jus est faciendo, vocatur.*

69. *Inter ægrum et ægrotum. Æger proprie animo mestus, nam corpore ægrotus dicitur. Proinde æger est, et tristis, illus et male valens, ægrotus autem, sive ægrotans tantummodo male valens.*

70. *Inter Ægritudinem et ægrationem. Sicut*

— *Sepelire. Etymolog. lib. xi, cap. 22.*

*Ibid. Fortasse legendum ex utraque parte, AREV.*

59. *Ex Agrætii mente, temeritas sine consilio, audacia post consilium. C. Fronto hinc forte emendaodus: Audax non timet, temerarius non providet; nam male aliqui, audax non providet, temerarius non timet.*

62. *Serv., ad illud viii Enn.: Accipio, agnoscoque libens.*

65. *C. Fronto: Ausert qui dedit, adimit imperio coactus, eripit, qui plus valet.*

— *Jus. F., Jussi, ut infra littera R.*

66. *Ex Serv., ad ill. vii Enn.: Quæ me æquora possunt.*

— *Non., dict. Æquor.*

67. *Serv., ad ill. vi Enn.: Quem tibi longævo: — Ævum (inquit) proprie æternitatis est. Unde quis in Isidoro forte legendum censeat: Ævum tantum perpetuitatem ostendit.*

68. *Etymolog. lib. x, dict. Æquus, littera A.*

69. *Ex C. Fronton. et Agrætio.*

— *Ex. Serv., ad ill. i Enn.: Curisque ingentibus æger. Interpretes Terentii, Act. i, scen. 2, Andr.*

70. *Al. ut Cicero, Tuscul. iii.*

*Ibid. Nota Pantini quid sibi velit, nescio. AREV.*

74. *Vat. et omnium. AREV.*

72. *Hoc sensu et Fronto: Beatus, qui apud Græcos*

*ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non sejunctum a dolore. Dolor igitur ægritudo, id est, causa efficiens ægritudinem in animo, tanquam ægrationem in corpore.*

#### *De littera B.*

71. *Inter Benignitatem et bonitatem. Stoici ita definiunt [Al., distinguunt]: quod benignitas sit virtus ad benefaciendum exposita, lenis, blanda, dulcis alloquo, ad omnium honorum familiaritatem invitans, bonitas autem bene quidem facere et præstare quod possit parata est; non tamen novit suavis esse consortio, et sua cunctis invitare dulcedine.*

72. *Inter Beatum et felicem. Beatus sibi tautum est, felix, et aliis [Al., sequenter et aliis], ut est illud Virgilianum:*

*Sis felix nostrumque leves quæcumque [Al., quemcunque] laborem.*

*Felix autem dicitur, per quem datur et accipitur felicitas, ut felix tempus, felix locus, felix eventus.*

73. *Inter Beatus, honestus, fortunatus. Beatus animo, honestus moribus, fortunatus substantia.*

74. *Inter Bibere et potare. Bibere naturæ est, potare luxuria.*

75. *Inter Balineum et balneum. In prosa quotidiano sermone balineum, in versu balneum dicimus.*

76. *Inter Barbam et barbas. Barbam hominum, barbas pecudum vel herbarum dicimus. Barbas et hominum, ut apud Virgilium: Barbas incanaque mentis regis Romani.*

**12** 77. *Inter Bucinam et bucinum. Bucina est tuba qua signum datur in hostes [Al., hostem]. Bucinus ipse clangor canoris.*

78. *Inter Bellum et prælium. Bellum indicitur, prælium geritur. In bello enim non statim prælium; in prælio autem statim et bellum. Unde et apud antiquos tuba prælii signum erat, belli buccina. Item bellum totum est, id est, totus conflictus, ut Jugurthinum [Al., jurgium], civile, Punicum. Pugna unius diei, prælium pars pugnae, licet et pugna duorum sit*

*μαχάριος.*

— *Sis felix. Ex Serv. videtur, ad ill. i Enn.: Sis felix, et illud eclog. 5: Sis bonus, o felixque.*

*Ibid. Cod. Vat., felix sequenter et aliis... et adipiscitur felicitas. AREV.*

D 74. *In Codice Regiographicano 1838, in quo Differentiae aliquando copiosiores sunt, quam in Excusis, id ita refertur: Inter bibere et potare: bibimus necessitate, potamus voluntate; alii dicunt: Bibere naturæ est, potare luxuria. AREV.*

76. *Ex Serv., ad ill. iii Georg. : Barbas, incanaque mentis. Porro locus quem Isidorus citat, est ex vi Enn., in quo, pro crines, barbas legisse constat.*

77. *Bartlius putat bucinus esse adjективum nomen, et rescribendum, bucinus canor est ipse clangor. Pro eo sonitu bucinatus exstat apud Papiam. Idem Barthius, alio loco, scilicet lib. xxxvi, cap. 13, observat bucinum de sono bucinæ dici, ut ex fragmto Fl. Capri, et ex hac Isidori differentia colligit. AREV.*

78. *Vide Serv., ad illud viii Enn.: Qui sese in bello sequantur.*

— *In bello. C. Fronto.*

— *Tuba prælii. Ex Serv., xi Enn., ad illud: Tuba dat signum, et ipse Etymolog. lib. xviii, cap. 1 et 4.*

— *Prælium pars. Sic Non. dict. Bellum.*

aliquando, et sine ferro, unde et a pugno dicta est. 79. Inter *Balsamum* et *opobalsamum*. *Balsamum* est arbor ipsa, *opobalsamum* succus collectus ex arbore. Nam opos dicitur succus. Probatio autem balsami, ut dicit Plinius, haec est: quod si contra solem feratur, et corruptum non sit, manum fermentis exquirit.

80. Inter *Bassos* et *bassos*. *Bassos* nomina propria sunt, *Bassos* [Al., *Bassos*] vero appellativa nomina sunt.

81. Inter *Barbaricum* et *solecicum*. *Barbaricus* fit in una loquela, *solecismus* in pluribus.

*De littera C.*

82. Inter *Cæstum* et *æther* ita distinguitur. Quod non tantum ille astriferus [F., astrifer] locus, sed et iste aer cœlum vocatur. *Æther* autem sublimior cœli pars est, in quo sidera constituta sunt. Sane et *æther* 13 aer igneus est superior, ætherea vero lux et splendor est *ætheris*.

83. Inter *Cras* et *crastinum*. *Cras* ad tempus pertinet, *crastinum* ad opus ejusdem temporis.

84. Inter *castitatem* et *continentiam* hoc interest. Quod *castitas* est corporis inconcupisitio, continentia vero post corruptionem sexui reuertitio. \* Primum ex his felicitatis est, non esse quod metnas; secundum virtutis est, prosternere hostem libidinis, a quo talies virtus aliquo dejectus es. Quo primum cedere humilitatis est, secundum patientie. \* Harum prima felicitatis est, non noce in totum a quo postea liberari optabis; secunda vero virtutis contemnere vitium quod optimè noveris. Alii continentiam in conjugiis [Al., *conjugibus*] specialibus, castitatem in virginibus intelligent. Item quidam castitatem accipiunt in mente, virginitatem vero in corpore. Hinc est autem vera castitas, quia nec corpore, nec mente polluitur.

85. Inter *Clamorem* et *clangerem*. *Clamor* rationa-

*Ibid.* Vat. omittit, id est, *totus conflictus*. Barthius memoria hæc digna esse ait, sive ea ex sua observatione Isidorus promat, sive more suo aliunde describat. Quod autem Barthius saepè fectionem sui Codicis conjectura emendare conatur, acutum plerumque agit; nam jam ea sere omnia in Editione Grialiana correcta erant, saltem cum Adversaria Barthii in lucem venerunt, quæ aliquando Editionem Griali vidisse constat. Anev.

79. Ex Serv., ad illud in Georg.: *Balsamaque et Bassas.*

80. *Vetus Glossar.* *Bassus* βασυλος.

81. *Etymolog.* lib. i, cap. 82. Vid. Agell., lib. v, cap. 20.

82. Utrumque ostendit Varro, lib. iv ling. Lat., dict. *Cæstum*.

— *Sane...* Ex Servio, ad illud in *Æn.*: *Nec incidunt alia sidera potus*.

84. Al.: *Sexus. Primum ex his; et infra: contemnere ea quæ optima noveris.*

*Ibid.* In Editione Griali indicatur, deesse in aliquibus exemplaribus verba, *Primum...* secundum patientie. Ac revera in velutissimo Codice Vaticano 5381 ita continuatur oratio: *sexui renuntiatio. Horum prima felicitatis est, etc.* Mox idem Cod. in conjugiis patrulus intelligunt, *castitatem* in virginibus. Anev.

86. *Citat alterum versum Non., dict. Garnire, ex*

*bilium, changor irrationabilem, ut anserem, vel tam barum.*

86. Inter *Criminatorem* et *criminalem* hoc interesse auctor Orbilius putat, quod *criminator* sit qui alteri crimen inferat, et id saepius faciat, *criminans* autem qui crimen inferat, et cum suspicione quoque id faciat quare quis magis noxius videatur. Ut Afranius: *Non sum, inquit, tam criminosa* [Al., *criminosis*], *quam tu* [Al., *quantum*], *vipera, garnire ad aurem nunquam didici dominicum* [Al., *domini*].

87. Inter *Callidum* et *versatum*. *Callidus* est in disputando subdolus, *versatus* autem cuius mens in negotiorum actu ad quamlibet fraudem facile vertitur. Ergo callidum non pro astuto tantum, 14 sed pro astute docto dicimus, *versatum* autem ab eo quod animum cito vertat. Unde et Plautus:

*Versutor es quam rota figurata* [Al., *figurata*].

88. Inter *Carem* et *solicitudinem*. *Solicitude* moderata est, atque temperabilis, *cara* vero sine moderatione est; unde et *cara* dicta est, eo quod car usat.

89. Inter *Cognitionem* et *agnitionem* quidam sic distinguunt, quod cognitio eorum sit quæ ante non scivimus, et ea postea scire permittimur, agnitio vero eorum quæ prius scientes, deinceps scire desivimus, eorumque postea recordamur.

90. Inter *Commentarium* et *commentum*, et *comicum* [F., *commaticum*]. *Commentarium* liber, *commentum*, vel *commentatum* volumen, id est, ex diversis libris comatum, scilicet, ex Veteri et Novo Testamento.

91. Inter *Coram* et *palam*. *Coram* ad personam refertur, dicimus enim *coram illo*, *palam* autem persona caret, quia id ipsum significat quod omnes sciunt. Ergo coram ad personam certam refertur, *palam* ad omnes.

prosa (Caii, Rosa) Afranii.

*Ibid.* Barthius suspicatur legendum cum suspicione occulte id faciat. In suo Ms. invenit: *tam criminosa, quam in visuperas. Alii habent, tam criminosa, quantum viperas.* Anev.

87. Vid. Donat., in Terent., act. iii, scen. 3. Adelph.

— Sic Fest., dict. *Versatus*, et ipse lib. x *Etymolog.*, littera C, et littera R.

— *Plausus.* In Epidico, scena cuius princip. *Festisti jam.*

88. Alter distinguat Donat., act. ii, scen. 4, Phormi.

— *Cura* vero. Ex Serv., ad illud in *Æn.*: *Curiisque ingentibus æger, et in Æn.*: *Jam dudum sanctu cura.*

*Ibid.* Vat., *cara* vero sine *solicitudine* est. Anev.

90. In uno Manuscripto hæc latum: *Inter commentarios et commentatoria. Commentarii libri, commentatoria volumina.*

— *Commentum.* F., *concinnatum*, aut *commentum*.

*Ibid.* In Ms. Vat. 3321 solum hoc est, *Commentarium* liber, *commentum* volumen. In Editio differentia non plene explicatur, cuius prætereat explanatio verbi *commentum*. Legendum ergo videtur: *Commentum* volumen, id est, ex diversis libris *commentatum*, *Comicum* ex Veteri, et *Novo Testamento*. *Comicus*, *Comicus*, et *Comœa* liber ecclesiasticus erat. *Lectio-* *narius* quoque dictus, de quo vide *Dumangium*, verbo *Comœa*, pejuso inde. Anev.

92. Inter Cavum et cavitum. Cavity naturaliter, A *mas: Convenimus* **16** bona, insuescimus mala, as-  
cavatum manus.
93. Inter Circiter, circu et ferreum. Circiter ad mu-  
nerum inferendum est, circa ad locum et tempus, circum vero undique. Ergo dicitur [Ad., dicimus] circumferens orbem, non circas [Ad., circasse].
94. Inter Circumpedes et antepedes. Circum-  
pedes sunt obsequia servorum, antepedes amicorum.
115. 95. Inter Contingit, contingit; evenit, et accidit. Contingit exente, contingit sese, accidit easu; evenit vel mala, vel bona.
96. Inter Corripere, ovurgare, et castigare. Corripiens verberibus, objurgans verbo, castigans verbis, credibis et verberibus.
97. Inter Cupere et ambire. Cupere est tenuissime, vel qualibet mundi desideria maniter querere, ambire vero hominum gradus, vel ordinis potestatu appetere.
98. Inter Cunare et emere. Cunare tuncum vobis vel clamore insonare est, emere autem interdum modum, interdum participem, id est, summa praedicere.
99. Inter Conscribere, excrivere, et reliquar. Placidus: *Conscrivere*, inquit, est nulla simul scribere. Exscrivere, quod alibi scriptum sit transferre; transcribere, cum jus nostrum in aliud transit, Inscribere accusationis est, ascribere assignationis. Describere dictio[n]is [P. ditonis], vel ordinis.
100. Inter Construere et destruere. Construere est edificare, destruere vero exterminare.
101. Inter Commodare et accommodare. Commodo[r]e est praestare aliquid, accommodare vero aptare.
102. Inter Consuere et suere, vel assuere. Consuere vestiu[m], suere codicum, assuere coriorum.
103. Inter Consequimur et assequimur. Consequimur pedibus, assequimur studio.
104. Inter Convenimus, annuecimus, insuesci-  
mus, non circa esse pro non circasse, vel  
circasse, quod melius videatur. Adet.
94. Ex Agrat. ad verbina.
95. Vide aliud discrimen apud Agratium.
96. Ad : castigamus cum excedimus.
98. Sarv. in ill. 1 Ad. : Arma viresque: capo; et  
vix. Ad. : In limine odessa canebat.
99. Ex Agrat. omnia.
- Accusatio[n]is. - Vel occasio[n]is. Agrat.
  - Assignatio[n]is. - Significatio[n]is. Agrat., male.
  - Ordinatio[n]is. - Ordinationis, ma. 1, et Agrat.
- Ibid. In nota Pantani erat: *Foris*, dictionis; quidcoram ad eum montea, ut puto, forte, dictionis. Barthii Codex sic erat. interpolatus: *Konscrivere*, quod aliibi scriptum est, quod verbum medicorum est, transcribere. Pro his, quod verbum medicorum est, Barthii subrogabat, quod verbum indecorum est, pertinet enim ad plagiacionem. Observat idem dictionem esse declamatoriam exercitationem, quales dictiones fanno-  
di ad nos venerant. Anav.
100. Leg. destruere, nisi malis, praecipue Agratius, construere vero in excelsum struere.
101. Agrat., dict. *Commodatum*.
- Non., dict. *Accommodatum*.
- A *mas: Convenimus* **16** bona, insuescimus mala, as-  
cavatum ultraque [Ad., utrumque].
105. Inter Capio et capessere. Capio aliquando, capessere frequentar.
106. Inter Canclos et omnes. Canclo omnes sunt, si modo junci sunt, et simul faciunt aliquid. Alter omnes dicuntur non cruci.
107. Inter Carteros et alias. Quod cartari ex eodem numero sunt, alii ex aliis.
108. Inter Curiales et curiales. Curiales officiales publici, curules vero sellae, in quibus magistratus sedentes iura reddunt.
109. Inter Censores et censuores. Censores enim, [Ad., tantum] judices vocantur, censuiores vero officiales qui censum provincialem exigunt. Interim [Ad., interdum] et censorium [Ad., censorem] hominem pulchrum dicimus.
110. Inter Cognatum et affinem, et propinquum. Cognatus ejusdem generis, affinis duplii ratione, propinquus samptime vel affinitatee coniunctus.
111. Inter Coluum et incoluum. Incoluum est homo accipimus, colonum corpore. Colone autem sa-  
nitas, vel sustentaculum est, quod [Ad., quis] a ceteris est factum, unde et culmen, unde et cul-  
mus.
112. Inter Complusum et compositum. Complusus cura, compitus natura.
113. Inter Crassum et grassum. Crassum corporis est pinguedinis [Ad., pinguedo]. Nam grassari ani-  
mi minime crudelitatis.
114. Inter Crassum et obesum. Crassus pinguis est, obesus plus est quam pinguis.
117. 115. Inter Cærulum et cæruleum. Cærulus est color, cæruleus qui ex eo colore consecutus est natura. Nam cærulum ipsum colorem dicimus.
116. Inter Corpus et carnem. Quod in omni caro corpus est, non in omni corpore caro. Caro enim proprie ossa et sanguis est, quod tamen et corpus est. Corpus autem et lapis, et lignum est, quod tamen
103. Agrat., et consequimur studio, assequimur nolo.
104. Ex Agratio.
106. Vid. Front., dict. *Omnes*. Festus eadem ferme habet cum Isidoro, dict. *Canclo*, et Asnav. Red atq. in *Divinationem*.
- Apertior erit lectio: *Aliter omnes dicuntur, non  
canclo*. Vid. Sarv., ad illud et Agrat.: *Tota armenta se-  
quuntur*.
- Ibid. Vat., al ter omnes dicuntur canela. Anav.
109. In Ms. Barthii: *Canorum hominem vulsum* dicimus. Conjeciebat Barthius vulsum; nam vulnus eius severum notat apud Sidonium et alius. De se-  
veritate censoria res nota est. Ego malum, censorium hominem pulchre, dicimus. Anav.
111. Vetus glossar., columnina, intercipitata, et columnae, etiologov, dict. *Columna*. Ipse etymolog. lib. x, littera C.
113. Ex Agrat. *Crassari, grasseari*.
- Animis... Agrat.: Aut animis, aut crudel.
  - Ibid. *Nimia crudelitatis*. Vat. venit, nimia. Anav.
115. Ex C. Frontone: dicio autem *Natura* iuxta iusta possessioni sua restituenda, iugendumque. *Corrusus* est color naturæ.
116. Sic lib. *Elysaeas*, 24, cap. 1.

caro non est. Dictum autem corpus a corruptione, et A caro a carendo, vel a cadendo.

117. Inter *Capillos* et *capillamenta*. Capilli capitis sunt, capillamenta summitates arborum. [Al., arboris].

118. Inter *Collum* et *cervicem*. Collum [Al., *Collus*] semper cervicem, cervix [Al. *collus*] autem dum singulari numero dicitur, significat collum; dum plurali, superbiam, ut Cicero in Verrem (Lib. v) : *Prætorem tu accusas? Frange cervices.*

119. Inter *Concidit* et *concidit*. Concidit, correpta media syllaba, significat cocidisse, concidit, producita media, significat separasse.

120. Inter *Cassidem* et *galeam*. Cassis de lamine est, galea de corio [Al., corio fit].

121. Inter *Clypeum* et *clupeum*. Clypeum sentum, B clupeum ornatum [Al., ornamenta] dicimus. Inter *Clypeum* et *clupeum*: Clypeus masculino genere est quem scutum dicimus, clupeum neutro dicitur imago, ab eo quod clueat, id est, dicatur et nominetur, et clara sit. Sic et inclitus præclarus dicitur.

122. Inter *Consuetudinem* et *ritum*. Consuetudo est solita rei usus, ex consensu duorum, plarimorumque factus. Ritus vero ad justitiam pertinet, quasi [Al., pendet, quia] rectum, ex quo pium, æquum, sanctumque [Al. s. respicimus].

123. Inter *Cognitorem* et *procuratorem*. Cognitor non nisi præsens a præsente præsentि datur, procurator autem et absens constituitur [Al., quem a. constituit] adversus absentem. Item cognitor adversus eum solummodo liti [Al., item] contendit [Al., defendit] adversus quem ad agendum constitutus est, procurator vero apud omnes. Item cognitor liti tantum dari solet, id est [Al., item], judicii expediendi gratia, procurator vero et res omnes administrat.

— *Carendo.-Creando* in Etymolog.

117. *Capillamenta* *seminum*, lib. v.

118. Ex Serv., ad ill. ii En. *Cervici imponere nosira*. Etymolog. lib. xi, cap. 4.

— *Frangere*. In altero exemplari : *Frangere cervices, et superbiam inclinare*, quæ, ut glossematon, inducenda.

119. Sic Acron., od. 3, lib. i Horatii, in illo versu : *Nequicquam Deus abscidit*, exponit abscidit, separavit.

*Ibid.* Barthii membrana ita : *Inter cassidem et cassidam nihil interest. Galea vero cassis est, quæ de corio fiebat.* AREV.

121. *Clypeum*. Ex Carisio in C. Frontone, male. *Clypeum armorum, clypeum imaginis.*

— *Clypeus*. Locus mutilus, quem sic ex Carisio suppleri posse existimo : « Clypeus masculino genere est, quem scutum dicimus, ab eo quod est clepo, κλύπτω, id est, celo, cum clupeum imago dicatur, et nominetur a cleo, quod clara sit. » Sic et in Serv., ad ill. vii En. : *Nec clypei cursusque sonant: — Dicti ab eo quod celent corpus ἄτο τοῦ κλέπτων.*

122. Al., *Solito rei consensu usus d.*

*Ibid.* Vat. ad *justitiam* *pender*. Et æquum semper præspicimus, pro æquum, sanctumque. AREV.

123. Fest., dict. Cognitor : *C. enim præsens a præsentu præside datur.*

— *Nisi... Al.* : *Jussu prædis præsentis præsentu d.*

*Ibid.* Nemo veterum melius differentiam inter præ-

124. Inter *Cochlearium* et *cochleare*. Cochlearies qui vendit, cochleare vero species.

125. Inter *Costum* et *celum*. Costus multitudine costum belluam dicimus.

126. Inter *Commune* et *epicenum*. Commune generis [Al., gentis] est, epicenum vero animalium.

127. Inter *Capillatum* et *capillosum*. Capillatus capillo grandi, capillosus pilosus et hirsutus.

128. Inter *Cornua* et *corna*. Cornua animalium, vel antennarum, corna vero pomorum genus.

129. Inter *Cœpit* et *cepit*. Cœpit de capiendo, cepit de incipiendo.

130. Inter *Calvum* et *calvatum*. Calvus est natura, calvatus manu. Inde et decalvatus dicimus valide manu decalvator.

B 19 131. Inter *Circa*, *circum* et *circiter*. Quod circa est incerti loci de aliqua parte, circum certi undique, circiter numeri pene infiniti.

132. Inter *Causam* et *rationem*. Quod causa ram vel rationem antecedit, ratio in ipsa re est. Item causa est, propter quam fit aliquid, ratio per quam fit.

133. Inter *Civile* et *civicum*. Civile est quod ad civitatem pertinet, civicum, quod ipsi cives faciunt.

134. Inter *Cognoscimus* et *agnoscimus*. Cognoscimus ignoratos mores, agnoscimus quæ nobis exciderant.

De littera D.

135. Inter *Diurna*, *diutina* et *diurna*. Diurna a die facta sunt, ut diurna merces, diutina dicta ab eo quod est, quod diu duraverit, diurna vero a perpetuitate dicta, quasi æterna.

C 136. Inter *Disertum* et *discretum* [Al., *disertum*]. Disertus orator est, discretus est doctus, a discedo dictus.

137. Inter *Divitem* et *locupletem*. Dives est pecunias, locuples [Al., locis plenus] autem fundis, quasi locorum divitias plenus.

curatores et cognitores in sensu proprio expressit, ut advertitur in not. ad Brissonium, lib. iv, cap. 20. Select. Antiquit. In Ms. Vat., *præsens a præsentu datur*; et omittit *Item cognitor... omnes administrat*. AREV.

125. Vat., *belluam dicit*. AREV.

126. Sic lib. i Etymolog., cap. 6.

*Ibid.* Cod. Vat., *commune genus est hominum; epicenum*. Epicena a communibus differunt, quia communia duos habent articulos, ut hic et hoc sacerdos, epicena vero unum tantum, ut *passer, lepus, etc.* Vide Cledonium, in Arte, pag. 1882, Pustsch. AREV.

D 130. Decalvationis mentio Concil. Tolet. xvi, cap. 3; Emeritens. cap. 15, et alibi, passim vero in leibus Visegothorum eratque perpetuum infamia nota.

*Ibid.* De poena decalvationis plura Ducangius, verb. *Decalvare*, et *decalvatio*. Apud Isidorum verba *validæ manu Decalvator* fortasse ex aliquo alio auctore pe-tita sunt exempli loco. AREV.

131. In uno ms. : *Inter circa et circum, quod circa est de aliqua parte loci, circum undique.*

132. C. Fronto : *Causa docet factum, ratio solvit obscurata.*

133. Acron. et Porphy. in od. lib. ii Horat. Ita tam-dum distinguunt, quod civicum antiqua figura dicatur, *civile non item*.

135. Al., *adjecta, nullo sensu pro a die.*

136. Ex Agræcio.

— *Discretus est. Lege: Desertus, est derelictus, a*

138. Inter *Defensorem* et *ultorem*. Defensor curat, ne fiat *inuria*, ulti*or id facit*, ne impune sit facta *inuria*.

139. Inter *Deformem* et *turpem*. Deformis ad corpus pertinet. Turpis ad animum.

**20** 140. Inter *Dementem* et *aetrum*. Demens est cuiuscunq*ue* *ætatis* amens, et [F., id est] sine mente, deliru*s autem per ætatem* mente defectus: dictus autem ita, eo quod recto ordine, quasi lira, aberret. Lira enim est arationis genus, cum [Al., cum qua] agricola*se* facta [Al., jacta] semente dirigunt sulcos.

141. Inter *Dirum* et *atrocem*. Dirus immisericors, quasi divina ira in id adactus. Atrox, crudelis, hoc est, crudus, neque suavis [Al., suasibilia].

142. Inter *Dolum* et *dolorem*. Dolor est corporis incommoditas, sive molestia. Dolus vero occulta malitia, blandis sermonibus adornata.

143. Inter *Dolum*, *insidias*, et *fraudes*. Dolus animo fit, insidiae loco, sive telo, fraus circa fidem mutuam [Al., *inuria*].

144. Inter *Dementiam* et *amentiam*. Dementia temporale vitium est, amentia perpetuum. Dementia autem dicta, quasi diminutio mentis.

145. Inter *Distinctionem* et *subdistinctionem*. Distinctio finem sensus facit, subdistinctio suspendit [Al., *mentem susp.*].

146. Inter *Dimidium* et *dimidiatum*. Dimidium est æqua pars divisa, dimidiatum utique pars, sed [Al., si] non æqualis.

147. Inter *Divertit* et *divortit*. Divortio [F., divor-

derendo] dictus. Ex Agrætii mente neutra harum lectionum, quas ms. habent, tolerari potest. Al.: *Divertit est doctus a dissidente, etc.*

137. Rectius forte Fronto: *Dives, quia dividendi facultatem habet.* Varro a *divo* deducit.

— *Locorum*. Sic fere Fronto, ix Terent., Scaurus; et ipse Etymolog. lib. x, littera L.

Ibid. Vat., quasi loci plenus. AREV.

138. Sic et Fronto: *Ulio vindicat faciūm; vindicta, vel vindicatio, futura prohibet.*

139. Al., *Animam*. Crimen, al. ms.

140. Fest., dict. *Mente captum*. Ipse Etymolog. lib.

x, littera D.

— Non., dict. *Delirus*, et ipse in Etymologiis.

— *Sulcos*. In Etymolog. additur: *In quos omnis seges decurrit, quod cum minime verum sit, fortassis et illuc ea verba tolleenda, aut scribendum ex Non.: In quos omnis uligo decurrit.*

Ibid. Vat., sine mente defectus; delirus autem proestate. De verbis que in Etymologiis adduntur post dirigunt suelos, dixi suo loco. AREV.

141. *Indignatus*; f., natus, ut Festus. Vide Serv., ad illud i Aen.: *Quæ mens tam dira.*

— Fest., dictione *Atrices*.

Ibid. Pantinus pro in id adactus indicat ex var. lect. *indignatus*, et ex conjectura *natus*. Barthius, lib. xxxviii Adversar., cap. 2, legit neque suasibilis, et exponit *consultus, ratione utens*, ut apud Apicum, et Phœbadium. AREV.

142. Sic Cic., Tusc. ii: *Dolor motus asper in corpore, et sensibus alienus.*

— Ipse Etymolog. lib. x, littera D dicit *dolosus*.

Ibid. Vat. *adornat* pro *adornata*. AREV.

144. Lib. x Etymolog. littera D.

145. Etymolog. lib. i, cap. 18.

— *Sensus*. Al., *Menitis, vel sensus*.

146. Agræt., et copiose Agell., lib. iii, cap. 14.

— *Nou*, dict. *Divortium*.

**A** tium] est separatio, cum mulier a viro discedit, divertit vero, qui a via vel ratione deflectit.

**21** 148. Inter *Delitum* et *dituit*: Delitum purgat, diluit temperat. [Livius, de morte Mithridatis: *Quod cum dituisset.*

149. Inter *Dilectum* et *delectum*. Dilectum a diligendo, delectum ab diligendo [Al., eligendo].

150. Inter *Directum* et *drectum*. Directum per latum est, directum per longum.

151. Inter *Discernere* et *secernere*. Discernit qui in duas partes dividit, secernit, qui ex multis seorsum multa eligit.

152. Inter *Dicere* et *memorare*. Dicit enim, qui semel idem pronuntiat, memorat, non qui semel dicit, sed qui saepius idem, memorare conservanda causa, facit.

153. Inter *Derigere* et *dirigere*. Derigimus quæ curva sunt, dirigimus, cum aliquo tendimus.

154. Inter *Deportare*, *comportare* et *exportare*. Deportare est aliquid afferre, comportare in unum locum conferre, exportare tollere.

155. Inter *Descedere* et *abscedere*, et cetera. Descedere per divortium dicimus, abscedere per abscentiam, secedere per singularitatem, decedere per mortem.

156. Inter *Deaudo* et *diduco*. Deduo de amico producendo [Al., perducendo]. Diduco autem distraho, vel divido. Item quantum ad equos triumphales 22 refertur, si equi, duxere triumphos; si boves,

— *Divertit*. Sunt enim diverticula, quæ ab hoc verbo, semiata transversæ a latere, viæ militares, ait Serv., ad illud lex i Aen. Ad divertia nota.

Ibid. Ms. Vat., vel a ratione deflectit. AREV.

148. Ex Agrætio.

— *Purgat*, Al., purgat vel lavat, quod tamen abest ab Agrætio.

— *Livius*. Ex lib. ci, ut constat ex Flori epitome, erat locus.

Ibid. Barthius, lib. xxxix, cap. 14, potius Festo vel Paulo assentitur, qui *deluere solvere exponit a luendo*, non a *lavando*. AREV.

149. Ex eadem mente Agrætius: *diligi affectionis, deligi judicis.*

150. Hinc legendum constat apud Agrætium unde sumptus quoad sensum locus: *Directum in latera appetatum*. Sic et Etymolog. lib. x, lit. D: *Directus eo quod in rectum vadit.*

Ibid. Elegantem hanc differentiam Barthius vocat. AREV.

152. Fest., dict. *Memorare*.

Ibid. Vat., saepius id. AREV.

153. Sic Paulus ex Festo: *Dirigere apud Plautum inventitur pro discideré, sed discindere legit vir erudit.*; Et cum aliquo. Al., cum ad aliquem.

154. Forte scribendum ex mente Agrætii: *Depotare, ea deferre; male tamen ipse, deponere. Apportare est aliquid afferre; comp., etc.*

— *Tollere*. — *De loco tollere*. Agræt.

156. Sic Serv., ad ill. i Aen.: *Despiciens mare velivolum: — Deduco, prosequor; diduco, divido.*

— *Vel divido*. Al. seu *pono*, id est, f. seu *dispono*.

— *Equos*. Malim *currus*.

— *Subducere*. Ex Serv., ad ill. i Aen. Subducere classem.

— *Deducunt*. iii Aen. Al., *diducunt*.

Ibid. Vat., *deduco pro animo deducendo*. AREV.

**156.** ducere fit; duxerit: non quantum ad naves, sed A facies beatas; honestus mortales et bonae uas.

ducere in terram electrus; ducere [Al., diducere] autem in mare, ut: *Dedecim socii nubes.*

**157.** Inter *Duo* et *binas*: *Cleto*, in epistolis ad Sili-

lium, duas epistolas, non binas; binas *Heteras*, non deas. Quis numeri tantum pluris est: non numeri litteras quae epistolam significant. Nam non dicimus: bina, nisi ea quae singulariter numerum non admittunt; ut *Hinc omnia, bina omnia*. Et uultus decimus deo: quae singularem numerum admittunt.

**160.** Inter *Domum* et *hospitium*. Domus sed proprie-  
tatis portio. Non hospitium tunc vocatur, cum aut aliquem recipiatur, aut eum ab aliquo ipso recipiatur; unde et: qui venit, et ad quem venitur, hospes dicitur. *Sic Ptolemaeus:*

Hospes necavit hospitem: captus erat.

**161.** Inter *Decentem* et *speciosum* et *formosum*. Decens motu corporis probatur, speciosus specie, formosus, natura, sive forma.

**162.** Inter *Deformem* et *informem*. Deformis est qui deest forma, [Al., sed form.], informis ultra formam.

**163.** Inter *Decus* et *decorum*. Decus ad animum re-  
fertur, decor ad corporis speciem.

**164.** Inter *Delatorem* et *dilatorem*. Delator, qui defert ad accusandum [Al., causandum]; dilator, qui differt ad proferendum.

**165.** Inter *Dracōnem* et *traconem* [Al., truconem]. Draco est immanis bellua, tracones [Al., trucones] sunt sunt belluae terrena.

**166.** Inter *Divitem*, *potentem*, *fortunatum*, *locuplo-  
rem* et *honestum*. Dives est potentia et virtute, potes, quasi Deo proximus, locuples fundis, quasi totis plenus, fortunatus, habita: [F., substantia]

**167.** *In Serv.*, ad illud vni Aen.: *Frenaque bina*. Vide eundem, ad illud i Aen.: *Bina manulato crispans hastilia ferro*.

Al., *Cic. epistolarum ad fil.*

*Ibid.* Barthius futillissimum esse ait, quod non dicamus bina, nisi quoque numerum singularem non ad-  
mittunt. Isidorus Servium aliquos grammaticos se-  
quitur, quamvis alioquin verum sit quod sepe, bini: D pro duo promiscue usurpatur. AREV.

**168.** *Ex Serv.*, ad illud vni Aen.: *Nevero hospes, ne  
quaera.*

— *Et Mostellaria*, secum. cuius initium *Habeo, Nep-  
tune, mag. grat.*

**169.** C. Fronto: *Decens in gestu et motu corporis,  
speciosus*; male legitur: *formosus ab excellenti specie  
dicitur, forma naturae bonum, unde etiam formosus  
dicitur.*

**170.** Lib. 10. *Etymolog. littera I.*

**171.** *Ex Agratio.*

*Ibid.* Vat., ad offerendum. AREV.

**172.** Poeta anonymus, laudatus a Joanne de Janua: *Terrarum tracones, animalia dico dracones*. Vide Du-  
cangium, verb. *Tracones*. AREV.

**173.** C. Fronto: *Cui forte aliquid contingit.*

*Ibid.* Vat., et virtutibus. AREV.

**174.** C. Fronto: *Cedo sibi poscil, et est immobile;*

A facies beatas; honestus mortales et bonae uas.

**175.** *Iutor* *Do* et *cado*. Qui dicit de significatu quidem datur; qui dicit cedo, de se tantum dicit.

**176.** *Inter Deum et diuum*. Quid: Deus sempior-  
es, diuus fit.

**177.** *Inter Diunum et factum*; et distinctiones  
facturar: scientes [Al., scientes] et uero patiens;  
damnum subire, et non credentes solvi. Sed  
detrimentum; lese-damnum sit in parte.

**178.** *Inter Donum et misericordiam*. *Donum*: *Deo offe-  
rare, munus, hominibus.*

**179.** *Inter Delictum et iniuriam*. *Delictum*: *quidam  
habeat peccatum: ex eo peccatum; quasi negligens* [F., negligenter] *doriletum; iniuriam: vera: in-  
uasa atque sciamque commissa.*

**180.** *Inter Delictum et dolorum*. *Delictum*: *pocula; dor-  
lecta electa.*

**181.** *Inter Detinunt et injuriam*. *Detinunt*: *quidam  
habeat peccatum: ex eo peccatum; quasi negligens* [F., negligenter] *doriletum; iniuriam: vera: in-  
uasa atque sciamque commissa.*

**182.** *Inter Detinunt et dolorum*. *Detinunt*: *tergiversatio;* dolor vero corporis inquietudo.

**183.** *Inter Delitum et iniuriam*. *Delitum*: *qui  
scamia machinatione: graecastar, iniurians: vera: qui  
mala facit apertum.*

**184.** *Inter Delitum et diuino*. *Delitum*: *amicius, di-  
uino, distraho.*

**185.** *Inter Directum et derectum*. *Directum* [Al.,  
derectum]: *in rectum vadere; derectum* [Al., direc-  
tum]: *in latere reculum.*

**186.** *Inter Disco et doceo*. *Discit qui non novit, da-  
nopt. vero qui novit.*

#### De littera E.

**187.** *Inter Externum et hysternum*. *Externum*: *di-  
cimus pridianum, externum autem extraneum, hoc  
est, alienum.*

**188.** *Inter Eloquentem et loquacem*. *Eloquentia*: *Si-  
cinctitas facundiae eloquentia est, effusa et incomitata  
temeritas, loquaciam. Unde est Sallustius: Loquax  
magis quam facundus. Et Cicero: Hunc loquacem esse  
habitum, nunquam disserimus.*

*dat qui non finire facit datum.*

**189.** *Ex Serv.*, ad illud v Aen.: *Genus alto a sanguine  
divum.*

*Ibid.* *Subito*, etc. Al., *Insolito et nobis nescientibus fit.*  
— *Detrimentum*. Sic Ascon. Pedian., 3 oral. contra  
Verr.: *Detrimentum vel unius partis dici potest.*

**190.** *Serv.*, ad illud v Aen.: *Strueremque suis altaria  
donis.* — *Dona*, ait, superorum, munera inferiorum; et  
elarius. C. Fronto: *Donum quod diis datur; munus,  
quod amis vel cliens, vel libertus officii causa mittunt.*  
Ipse ead. libro *Etymolog.* vi, c. p. 19.

*Ibid.* Cod. Vat., *munus omnibus*. AREV.

**191.** *Ms. Vat.*, *distribuo* pro *distraho*. AREV.

**192.** *Vat.*, hic et alibi, quasdam differentias di-  
verso ordine collocat, et nonnullas hoc loco addit.  
Littera E ita incipit: *Inter æquora et maria, etc.,* ut num. 66; *inter ævum et sæculum, etc.,* ut num. 67; *inter externum, etc.,* ut hoc n. 178; *inter  
hæresim et schisma*, ut n. 282. Haec varietas ex di-  
verso scribendi modo oritur; nam medio revo scri-  
bebatur *equora, evum, eresis, etc.*

**193.** *Varr.*, iv de Ling. [Lat.]  
*loquitur; eloquens, qui copi-  
log. lib. x, littera G et L.*

**194.** *Sallustius*. Citarunt ide  
lib. i, cap. 15. *Incolum uno*

180. Inter *Expertum* et *expertum*. Si enim *expertum* rerum dixerimus, significamus peritum, si *expertem*, ignoratum.

181. Inter *Exercitatum* et *exercitum*. Exercitus, laboribus fatigatus, exercitatus, vel arte, vel studio peritus.

182. Inter *Exosum* et *odiosum*. Exosus dicitur qui aliquem odit, odiosus, qui odit.

183. Inter *Ebrietatem* et *ebriositatem*. Quod ebrietas aliquando est, ebriositas frequens temulentia vini est. De qua Apostolus ait (*I Cor. vi*): *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt*. Pulchre autem quidam non ignobilis orator, cum ebrium e [Al., a] somno describeret excitatum, ait: *Neque dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat*. Qua sententia 25 expressit quodammodo nec mortuum eum fuisse, nec vivum.

184. Inter *Eventum* et *eventa*. Eventus ipa res est, Eventa autem dicuntur quae ab eventu veniunt.

185. Inter *Egestatem* et *pauperatatem*. Quod egestas peior est quam paupertas, paupertas enim potest esse honesta, nam egestas semper turpis est.

186. Inter *Experienciam* et *scientiam*. Experiencia in malo dici potest, ut poenas expertus, scientia autem in bono tantum.

187. Inter *Emissit* et *admissit*. Emissimus alios a nobis, admittimus alias ad nos. Sic quidam virginis emissa ait: *Murum sexu tuo exstra, qui nec tuos emitas oculos, nec admittat alienos*.

188. Inter *Existimare* et *arbitrari*. Existimare apud animum nostrum est, arbitrari judicium animi [Al., animi nostri est] proferre.

189. Inter *Emere* et *redimere*. Id differt quia qui emat alienum emit, qui autem redimit, id emit proprio quod suum fuit, et suum esse desit.

190. Inter *Espectare* et *spectare*. Espectatur venturus, spectatur qui videtur, vel approbatur.

191. Inter *Efferunt* et *eserunt*. Efferunt qui exportant [ Al., asportant], per duo ff. Eserunt autem, qui

190. Ex Serv., ad illud in *Aen.*: *Exercitatio*. Ipsa Etymolog. lib. 3, littera E, dictioibus *Expertus*, et *Expertus*.

— *Ignoratum. De re vel causa que agitur. Ut glossa rejecendum, nec Servius agnoscit.*

191. Ex Servii loco citato: *Exercite, inquit, fatigate. Exercitatus peritus; exercitus laboribus; exercitulus studiis.*

*Ibid. Val., labores fatigatus. AREV.*

193. Innuit idem discrimen Cicero. Tusc. Quest. lib. iv.

*Ibid. Non ignobilis orator. Caelii verba annotari ait Barthius, qui totum locum ex Quintiliano peritum illustravit lib. xiv, cap. 18. Sermo autem Caelius erat de M. Antonio. AREV.*

194. Non., dict. *Eventus*; ex libro: *Lucretii: Eventum dici poterit quocunque erit actum.*

195. Epitheton Virgilianum, *turpis egestas*.

197. Al.: *An nobis ad alios.*

198. Non. dict. *Arbitris.*

199. Tat.: *Inuer emere et redimere quid interest.*

*Qui emit, exc. AREV.*

190. Ex Servio, ad illud in *Georg.* *Multa expectata labore; quin et expectare pro probare ab eodem usurpatum in *Georg.*: Crassaque terga expecta.*

191. Eadem Agricola; nihil tamen de duplice ff.: *Efferunt, inquit, qui portantur; et effundunt, qui tundendo*

laudandum [F., laudando] extollunt, per unum s. Cicero: *Niunum fortasse hoc illi ererent.*

192. Inter *Exequimur*, *persequimur* et *prosequimur*. Exequimur mortem, in qua vindicta est, persequimur fugientem, prosequimur, cum fungimur officio.

193. Inter *Exempla* et *illico*. Exemplio, repeute, vel statim, vel subito, illico, mox vel continuo.

194. Inter *Extinctum* et *restinctum*. Extinctum dicimus lumen, ut Cicero: *Lumina civitatis extincta sunt, restinctum vero incendium*, ut idem Cicero: *Subiectos prope iam ignes, circumdatosque restincti mus.*

195. Inter *Equitem* [Al. *equum*], *equestrem* et *sequestrem*. Sequestris dicitur, qui certantibus medius intervenit, per quem ultraque pars aequum fidem sequatur [Al., aequa fide aequatur]. Eques autem est qui equo sedet in armis. Equestris vero locus, vel ordo, ut si dicas: *Ille homo equestris est*. Item: *Militia* [Al., miles] ille in equestri ordine.

196. Inter *Examinem* et *exanimatum*. Examinis est mortuus, exanimatus vero timens. Ut est illud: *Exanimata sequens impigeret agmina muris.*

197. Inter *Eu* et *heus*. Eu interjectio dolentis est, heus adverbium vocantis.

198. Inter *Ensem* et *gladium*, Ensis est ferrum tantum, gladius vero lotus. Mucro autem non tantum gladii, sed et cujuscunque teli acumen est. Item gladium generaliter dicimus, ensem in praefijo, mucrone in opere.

199. Inter *Exuvias* et *spolia*. Exuviae ducum sunt, spolia privatorum.

200. Inter eum qui in insulam relegatur, et eum qui deportatur, magna differentia est: primo, quod relegatum [Al., qui relegatum] bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta, deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa. Ita ut, ut relegato, mentionem honorum in sententia habeant extollunt.

193. Varr., lib. vi de Ling. Latin.: *Exemplio est continuo. At: Exemplo, subito, illico, continuo.*

— Non.: *Hic significat statim, mox.*

195. Serv., ad illud in *Aen.*: *Et pax sequitur: — Sequester est medius inter duos altercantes, opus quem aliquid ad tempus seponitur. Et sic fere Fest.*

— Duae illae voces, in armis, ab Isidoro, lib. xi Etymolog., cap. 3, ubi agit de militibus equestribus, omittuntur, et sane mihi suspecta sunt. Fortassis adjectar equitem etiam pro equo ipso sumi, adiuncto Virgilii loco, in *Georg.*: *Atque equitem docere sub armis, Insultare solo. Non., dict. Equitem, et Equites.*

— *Ordine.* Al.: *Sequester suspector penoris dicitur. P. suspector pignoris.*

196. Ex Serv., ad illud in *Aen.*: *Exanimumque auro corp. Et interpretibus Terentii, actu. 1, scen. 4, Andria, et aliis.*

197. Ex Agric.<sup>o</sup>.

198. Lib. viii Etymolog., cap. 6.

199. Videtur ex Serv., ad illud in *Aen.*: *Spes ferre duces.*

200. Etymolog. lib. v, cap. 27.

— *Haberi non proposit. Lego non haberi posuit.*

*Ibid. Aliena videtur ab hoc loco haec differentia inter relegatum et deportatum; et abest a veteri Co-*

ri, non proposit, deportato noceat. Item distant **27** et in A loci qualitate. Quod cum relegato quidem humanius transigitur, deportatis vero solent insulæ assignari quæ sunt asperrimæ, quæque sunt paulo minus summo supplicio comparandæ.

**201.** Inter *Eremum* et *desertum*. *Eremus* est in via solitudo, ubi nunquam habitatum est, *desertum* ubi aliquando habitatum et derelictum est.

**202.** Inter *Exsecrationem* et *jurationem*. *Exsecratio*, ut puta : *Si malum non patior* [F., *ut malum non patiar*] ; *Juratio* : *Si bonum mihi evenit*.

**203.** Inter *Expertum*, et *experrectum*. *Expertum*, aliquid agnitus, *experrectum* a somno.

**204.** Inter *En* et *em*. *En*, cum ostendis, *em*, cum increpas.

**205.** Inter *Ebrium* et *ebriosum*. *Ebrius* ad tempus B multum bibit, *ebriosus* semper multum bibit.

**206.** Inter *Æquum* et *equum*. *Equus*, quod est animal, per e et u. sola scribendum. Quod vero pro justo scribitur [F., accipitur] per æ diphthongon gemitata x u est scribendum.

*De littera F.*

**207.** Inter *Fidelem* et *fidum*. *Fidus* amicus dicitur, fidelis famulus. Item infidelis est qui caret firmitate, infidus, qui fide.

**208.** Inter *Famosum* et *infamem*. *Famosus* est, de quo fama loquitur seu bene seu male, *infamis* vero tantum male famæ est.

**209.** Inter *Ferocem* et *ferum*. *Ferox* dicitur animus, *ferus* leo.

**210.** Inter *Fallacem* et *mendacem*. *Omnis homo fallax* id agit, **28** unde quisque fallatur; non autem omnis vult fallere qui mentitur. Sicut mimi et comœdiæ, et multa poemata, ubi mendacium delectandi potius studio quam fallendi voluntate scribitur. Nam et omnes fere qui jocantur [Al., pene qui loquuntur], mentiuntur.

**211.** Inter *Furiatum* et *furiousum*. *Furiousus* est qui ferarum ritu fertur, et ab eo furor nunquam recedit, *furiatus* qui surit ex causa.

**212.** Inter *Furiousum*, *furentem* [Al., *furientem*] et *iratum*. *Furiousus* est corde, *furens* [Al., *furiens*] causa, *iratus* merito.

**213.** Inter *Ferocitatem* et *feritatem*. *Ferocitas* saepe laudi habetur. Est enim ferocitas militum, et ferox juventus dicitur. *Feritas* autem dirus animi habitus.

**214.** Inter *Formidinem*, *pavorem*, et *metum*, sive

dice Vaticano 3321. *Barthius* eam reperit in suo *Locide*, ubi erat magna est differentia, ut ait *Orenius* primo etc. Conjicit, ut ait *Herennius*, scilicet *Modestinus* JC.; et mox, ita in relegato si mentio non sit bonorum, homini proposit, deportato noceat. AREV.

**202.** Videtur ex *Serv.*, ad illud II *AEn.* : *Vos aræ, enesque nefandi* :— *Exsecratio est adversorum deprecatio; iusjurandum vero opulare prospera*.

**203.** Ex C. *Frontone* : *Expertus est aliquid aut in bona parte, aut in mala; experrectus de somno*.

**206.** Invenitur vetus mos scribendi *ecus*, et deinde *equus* pro *equus*, ut quis pro quis, etc. AREV.

**207.** Ex *interpretibus Terentii*, act. I, scen. 2, *Phorm.*

*Ibid.* *Vat.*, qui caret infirmitatem, fidus, qui fidem. *Mendax* est infirmitatem pro firmitate; sed accusati-

D *timorem*. *Formido* objicitur, vel oculis, vel animo, sine adhibita ratione, et maxime parvulis, *pavor* autem cum timiditate animi subita est conturbans occasio, quæ tamen solvit ratione, vel tempore, nec stat, item metus est motus interior animi subitus, sive cordis, factus ex aliqua tristi recordatione. *Tumor* vero est accedens dolor mentis extrinsecus, ex aliqua accidenti occasione. Porro timiditas animi vitium sempiternum est. Nam timor, pro tempore est. Itaque in viro forti est aliquando timor, timiditas nunquam. Est autem et bonus timor et malus. *Malus* est, cum temporalia bona quisque sibi subtrahi perhorrescit [Al., *abstrahi pertimescit*]; bonus, cum quanto quis Deum ardenter diligit, tanto cum diligentius offendere pertimescit. Nam timere interdum prodest, et decet, pro qualitate temporum atque causarum.

**215.** Inter *Facinus* et *flagitium* ita videtur distinguere Augustinus. *Quidquid enim, inquit, agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum*, *flagitium vocatur, quidquid vero agit ut alteri noceat, dicitur facinus*. Et hæc duo genera sunt omnium [Al., *hominum*] peccatorum. Sed *flagitia* priora sunt, quæ cum corruerint animum in *facinore* prosiliunt.

**29** **216.** Inter *Phantasiam* et *phantasma*. *Phantasia* est imago alicujus corporis visa, et cogitando postea in animo figurata, ut puta, avi vel patris species, quem aliquando vidiimus, ac dum cogitando memoramus, *phantasiam* dicimus. *Phantasma* vero est ex imagine cognita, aliqua, quam vidiimus, imago formata, ut puta, species avi quem nunquam vidiisse meminimus; sed tamen ejus species non memoria, sed motu animi figuratur. De cognitis ergo speciebus memoria collecta, *phantasia* est; de incognitis species animo figurata, *phantasma*. Nam figurata phantasmata nihil aliud sunt quam de specie corporis, corporeo sensu abstracta; figuraeque memorie, ut accepta sunt, vel partiri, vel multiplicare, vel contrahere, vel distractare, vel ordinare, vel turbare, vel quidlibet figurare cogitando facilissimum est, sed, cum verum queratur, cavere et vitare difficile. Item *phantasia* est incognitarum rerum ex cognitis conjectura, *phantasma* vero rerum incognitio cognitarum.

**217.** Inter *Fiduciam* et *confidentiam*. *Fiducia* in bonis rebus, *confidentia* in malis est.

vus pro ablative, ut in utor, fortasse ferri posset. AREV.

**208.** Vid. Non., dict. *Fama*.

**209.** Ex C. *Frontone*.

**211.** Ex *Serv.*, ad illud II *AEn.* : *Furiata mente Choresus*.

*Ibid.* Qui fuerit ex causa, scilicet, quia, ut ait *Barthius*, *furiatur cui stimulat iram subjiciuntur*. AREV.

**212.** *Iratus...* Ex *interpretibus Terentii*, act. I, scen. 1, *And.*, et act. III, scen. 1, *Hocyræ*.

**216.** Breviter hæc in Codice Vaticano 3321 : *Inter phantasiam et phantasma quid interest? Phantasia incognitarum rerum ex cognitis conjectura; phantasma rerum incognitio cognitarum*. AREV.

**217.** Ex *Serv.*, ad illud I *AEn.* : *Generis fiducia vestri*.

**218. Inter Famam et gloriam.** Gloria quippe virtutum est, fama vero vitorum. Ennius in Achille : *Summam tu tibi pro mala vita famam extolles, et pro bona parata gloriam.* [Al., *parata gloria*]...; malevolentis [Fort., male viventes] enim famam tollunt, benevolentis [Fort., bene viventes] gloriam.

**219. Inter Fatum et fortunam** pagani ita separant : quod enim fortuit venit, nulla palam causa, fortunam vocabant, fatum vero quidquid appositum singulis, et statutum erat, ut puta, fati esse dicebant quod nascimur, quod occidimus; fortunæ quidquid in vita varietatis accidit [Al., occiderit].

**220. Inter Falsitatem et mendacium.** Negare quod verum [Al., vere] est, falsitas est, fingere quod verum [Al., vere] non est, mendacium est. Unde **30** et Cato : *Tu, inquam, si verum suppressim [Al., vera nobis suppressim], falsarius agnosceris; si falsa configis, mendax esse videris [Al., judicaberis].*

**221. Inter Falsum et fictum.** Falsum ad oratores pertinet, ubi veritas sœpe ita luditur, ut quæ facta sunt negentur; fictum vero ad poetas, ubi quæ facta non sunt facta dicantur. Falsum est ergo quod verum non est; fictum quod tantum verisimile est.

**222. Inter Fertilem et fructuosum.** Fertilis, est ager; fructuosum, quod cuique compendium est.

**223. Inter Frondeum et frondosum.** Frondeum est totum factum de frondibus, ut torus, frondosus vero est locus [Al., lucus]. Licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus. Sic et gramineum, et graminosum [Al., germinem et germinosum].

**224. Inter Flecti et deflecti.** Flecti est retro [Al., a recto] et in proximum; deflecti vero longius et in devium.

**225. Inter Frui et uti hæc distinctio est.** Quod fruimur quo nequaquam carere possumus; utimur quæ aliquando nec semper habemus. Ac per hoc uti temporale est, frui vero aeternum.

**226. Inter Fremere et frendere.** Fremere est furem mentis, usque ad vocis tumultum excitare, frendere vero proprie, dentes comprimere et concretere. Unde frena dicta, quod hæc equi frendant, id est, premant [Al., imprimant] dentibus, et mordent. Hinc et frenetici dicti, eo quod dentes concretiant.

**227. Inter Flere et plorare.** Flere est ubertim la-

**219. Ex Serv. mente, ad ill. iv Aen. : Quem dederat cursum fortuna peregi.**

*Ibid.* An vox *fatum* a Christianis adhiberi possit, nonnulli querunt, catholico sensu a plerisque eam adhiberi constat. AREV.

**221. Ex interpretum Terentii mente, act. i Eunuch., scen. 2.**

**223. Ex Serv. ad ill. ii Aen. : Nemora inter frondea; unde locus ante mutilus, restitutus.**

*Ibid.* Pantinus ex varia lectione notat *locus*, quod ipsum in texto Grialius edidit. Fortasse Pantinus in nota voluit *lucus* pro *locus*. AREV.

**226. Lib. x Etymolog., littera F.**

*Ibid.* Scribendum potius phrenetici, quod non est frendeo, sed a Græco phrenesis. AREV

**227. Fest., dict. Plorare.**

**A**larmas fundere, quasi fluere, plorare est quasi cum voce flere, plangere, cum lacrymis pectus aut faciem tundere. Lamentari, est cum aliquibus dictis miserabilibus flere. Mœrere, cum silentio dolere. Lugere est cum habitus mutatione. Lacrymas autem a laceratione mentis dictas. Lugentes vero dicti, quasi luce egentes, unde et luctus [F., lucus] dicuntur.

**31 228. Inter Fodere et effodere.** Fodere est tantum sollicitare terram, effodere, hoc ipsum faciendo eruere aliquid, vel invenire, cui contrarium est infodere.

**229. Inter Famulari et obsequi.** Famulari est debiti; obsequi, voluntatis proprie.

**B**230. **Inter Flagitare et flagitiare.** Quod flagitare idem est quod acriter interpellare, flagitiare vero est impurare.

**231. Inter Fugiunt et diffugiunt.** Fugiunt pariter, diffugiunt divisi.

**232. Inter Fatemur et confitemur.** Confiteri proprii arbitrii est; nam fateri, coacti est animi, non voluntatis [Al. profiteri, id est...].

**233. Inter Fecisti? et nunquid fecisti?** percontandi differentia est. Nam quo loco volumus nobis responderi factum esse, quod est imperatum, dicimus : *Fecisti?* Quo loco volumus negari, hoc modo dicimus : *Nunquid fecisti?*

**234. Inter Fluit et defluit.** Fluit quod naturaliter decurrit, ut humor, defluit autem quod seitate, vel velutate dissolvitur, ut ætas hominum, folium arboris. Fluere autem tribus modis dicimas : humore rerum, sanie vivorum, tabe mortuorum.

**235. Inter Funebre, funereum, et funestum.** Funebre, luctuosum; funereum, quod ex funere constat; funestum vero, quod funere [Al., in funere] inquinatum est. Itaque funestus famulus dicitur, qui aliquo funere pollitus est, quo minus sacra peragere potest.

**236. Inter Fragrat et flagrat.** Fragrat per ritteram ad odorem referuntur; per l ad flamman et ignem. Nam quando incendium significat, quod flatu allitur, per l dicimus; et quando odorem, quia fracta [Al., qui a fracta] specie major est, per r enuntiatur [Al., pronuntiatur].

**237. Inter Fratrem et germanum.** Fratres dicuntur, qui ex eodem patre nascentur, et non ex eadem matre. Qui vero **32** ex eodem patre et matre [Al.,

**D** — *Plangere.* Sic vetus glossar., *plangoribus.*

230. Vetus glossar., *flagitaverit pro acriter.*

— *Male imputare.* In mss. *impura res est pro imputata.*

232. Non., dict. *Confiteri.*

— *Serv., ad illud iv Aen. : Anna fatebor enim.*

234. *Serv., ad ill. viii Aen. : Sanie taboque fluentes, contra sentit : Sanies mortui est, tabum viventis, scilicet sanguinis.*

*Ibid.* Vat., *ut ætas hominis.* AREV.

236. *Ex Serv., ad ill. i Aen. : Fragrantia melta, in altero ms. erat : Nam quando flamman et ignem, qui incendium significat. Forte legendum: Nam quando flamman et incendium significat, præente Servio.*

237. *Sic lib. Etymolog. ix, cap. 6.*

— *Ex eodem... Ex eod. lib. citato videtur legendum*

eadem matre et patre], germani appellantur. Et est A men. Fulgor [Al., fulgu], quod tangit; fulgor, quod incendit et urit; fulmen, quod fundit. Et ideo cum trinis radiis flinguntur.

238. Inter Firmum et valens. Firmus ex firmata natura, valens vero ex præcipuis viribus, ut athleta.

239. Inter Figuram et formam. Figura est artis, forma naturæ [44., bonaria].

240. Inter Farctum et partum. Farctum dicimus qui non est editus, et intra ventrem jacet, partum qui editus est.

241. Inter Fessum et fatigatum, et lassum. Fessum animo et cura [Al., corpore], fatigatum, ex iteris longitudine, lassum, labore.

242. Inter Frameam et machæram. Framea appellatur gladius, ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam dicunt [Al., vocant], machæra autem gladius est longus, ex una parte acutus.

243. Inter Fœdus et pacem. Fœdus namque pacem prævenit. Nam posterius pax accepitur, prius fœdus initur.

244. Inter Flumen et flumum, flumen, torrentem, etc. Flavus, perennis aquarum decorus generatissimus, a fluendo dictus. Et proprio flumen ipsa aqua; flavus, cujas aqua; torrente autem inde ditatus, quia pluvia crescit, siccius torrente, id est, arenosus. Unde et Pœnus: Flammæ vapore terrens ueret. Porro sivus vocatur 23 qui subito ex pluvia sit, coloriterque decurrit ac delicit, sive autem est caput [Al., corpus] aquæ nascentis. Amnis autem fluvius est neptuus et [Al., ex] frondibus sedimetus, et ex ipso amnitate annuis rotundus.

245. Inter Fulgor et fulmina. Fulgor est splendor nubes nubis [Al., nicensibus nubibus], fulmen autem, nubis est ferocitas, temeraria violencia et embibus ad terras emicere. Terræ sunt autem hinc, fulgor [Al., fulgus F. judges], fulgor, et ful-

ex eadem matre, non patre, et infra: est enim germanus ex eadem genitrici, non ex eodem germine manens. Alioquin isti contrarius latentes hic dicitur deoia, et deoia, nudo amnepis, ad illud v. En.: Hunc germanus Erix.

Ibid. Vat., ex eodem mare et matre. AREV.

238. Interpretis Terentii, actus III, scen. 5. Heroyr.: Nutius, robustus, et habitor corpore.

239. C. Fronto. Figura artis opus, forma naturæ D. bonum.

241. Vid. Serv. lib. viii En., ad ill. : Terfessus valle resedit. Etymolog., lib. x, littera F. Alter Verrius apud Diomedem lib. I: Quod fatigatus sit, cum quis per alium laborare competitur; fessus vero, cum quis labore deficit, ut lassus.

242. Sic lib. xviii Etymolog., cap. 6.

244. C. Fronto contra Flumen idem stultus, et manet; fluvius temporibus siccatur. Est autem totus fere hic locis ex lib. xiii Etymolog., cap. 21. Ex quo verba fluvius cuius aqua in fluvius decursus aquæ, mutanda videntur.

— Pœnus... Fest., dict. Tarrens, ex Amanpa ciitat; porco dictio torret, et hic et in Etymolog. in terra montana, legendumque: flammæ vapore torrens terræ secum exsurrexit.

— Fons quæcum. Varr., lib. iv Ling. Lat., dict. Fons, et Festus a fundendo.

A men. Fulgor [Al., fulgu], quod tangit; fulgor, quod incendit et urit; fulmen, quod fundit. Et ideo cum trinis radiis flinguntur.

246. Inter Florida et floridens. Florida sunt arbores et herba, florulenta campi, vel prata. Sic et alia intelliguntur similia.

247. Inter Frumenta et fruges. Frumenta sunt arida et sicca, fruges vero liquidæ. Frumenti autem nomen tractum est a frumine, id est, eminente gutturis parte.

248. Inter Feras et bestias. Omnis bestia sera, non omnis sera bestia. Bestiae namque sunt, quæ mortui, vel unguibus saeviunt, ut pardi, leones, tigrides, a vastando dictæ. Feræ autem etiam illæ sunt quæcetsi non [Al., a vi quæ] saeviunt, tamen silvestres sunt; dictæ autem seræ, quod et naturali utantur libertate, et desiderio suo ferantur.

249. Inter Fastos et fastos [Al., fastus] dies. Fasti universaliter comprehensi, tam boni, quam mali, dies fasti [Al., fastus], quibus sunt contrarii nefasti.

250. Inter Fastos dies et nefastos dies. Quod fasti dies sunt quibus iudicia exercere et causam dicere vel agere licet, nefasti dies dicti ab eo quod nefasti quidquam his diebus agere, vel dicere, vel sacram facere. Ergo festi diebus contrarii sunt nefasti.

251. Inter Festos dies et solemnes. Festi dies ex consuetudine dicuntur, solemnes vero qui ad omnes pertinent, ut parentalia. Ut 34 dum quis defuncti officia expleverit, dicitur solemnia præstithse.

252. Inter Fidem, fulgorem et fulgor. Fidem, quod ferit, fulgor est, quod apparet, fulgor, quod condit, si cadat de cælo.

253. Inter Fœdus et fœdus. Fœdus corporis, fœdus placitum.

254. Inter Fides et fidis. Fides in fidis, fidis de chorda.

255. Inter Fidem et fides. Fidem pœnit, fides lucrum est.

— Et ex ipsa... Varr. et Fest., melius, a circumendo, aut circummando.

Ibid. In Etymologij legitur nunc fluvius cursus aquæ, non decursus, ut Pantinus exhibet; sed infra, n. 494, legitur decursus. AREV.

245. Sic fere Nou, dict. Fulmen,

Ibid. Vat. terram emissus. Et mox terris raditis. AREV.

D 246. Serv. dissentit, qui, ad ill. En.: Frumentaque receptas, frumenta et fruges confundit, et lib. I Georg. Siliqua quadrante legumen.

— Eminent... Ex Serv. lege: Sub mento guttulis parte sunt haec lib. viii Etymolog., cap. 3.

248. Etymolog. lib. xii, cap. 2.

— Naturali. Ex Serv., ad ill. I En.: Pinguisque farinæ, et in Elym.

249. Festus, dict. Fasti, et Serv., ad illud i En.: Sürpis Achilleæ fœsus.

Ibid. Vat., quibus est contrarius nefastus. AREV.

250. Fest., dict. Festis diebus. Varr., lib. x de Ling. Lat., dict. Fasti dies.

Ibid. Ms. Vat., hic diebus agi. AREV.

255. F.: Inter fœdum et fœdus: fœdum turpe, fœdus placitum.

254. Forte ex Agratijo legend.: Fides de fidilitate, fides de chorda.

256. Inter *Fengrat* et *Phragat*. Pragat redet, *fia-*  
gent verbosum.

257. Inter *Favorum* et *Fatum*. Favor adiutorium  
est, favorum vero mali.

258. Inter *Furorum* et *Furtum*. Furatum eum qui  
furum fur; furatum, quod furatur fur.

259. Inter *Fatum* et *fatum*. Fatuum segnem, fa-  
tum vero fortunae decreto est.

260. Inter *Fasces* et *fastus*. *Fasces* de superbia,  
fastus de tibialis.

261. Inter *Feminius* et *femina*. Peminam de homine,  
femina femora sunt.

262. Inter *Fervores* et *fortipes*. Fortipes, id est,  
fusca, coccinea, tenaces.

263. Inter *Fornicationem* et *adulterium*. Adul-  
terium est conjugatis tori inquitamentum, fornicatio-  
nem vero legiaco conjugio solutum, et vagus, ex-  
plendae libidinis consecando licentiam. Scriptura  
autem nolens fornicationem vocare omnem illici-  
tanocorruptionem, sicut est idolatria, et avaritia, ex  
quibus sit transgressio legis, propter [Al., per] illi-  
citan consumpacionem. Fornicatio autem sumptu-  
ritus a quibusdam redditibus arcuatim quos fornices  
antiqui vocabant, ut in quibus meretrices constulat  
prostituebantur. Meretrices autem dicuntur a me-  
rendo, id est, promerendo stipendia libidinis. Unde  
et milites, cum stipendia accipiant, mereti di-  
cantur.

De *Mitria C.*

264. Inter *Grates* et *gratias*. Grates Deo aguntur,  
gratiae vero hominibus, quoniam referri possunt  
[Al., non possunt]. Idcirco optime Deo convenient,  
quod relationem significat ad latram [Al., latam].

265. Inter *Gaudium* et *hæcsum*. Sicut si distin-  
gerent: gaudium quippe esse aucti elationem animali  
[Al., animæ], in his que digna sunt exultantis, ha-  
csum vero effrenatam animali [Al., animæ] elationem,  
quae mundum nesciat; et in his quoque quæ vi-  
tio sunt misera testetur. Unde et Scriptura: Non  
est gaudium [Al., gaudere] impis, dicit Dominus.

266. Hinc flagratores, quod mercede flagris caude-  
banur. Fest., dict. *Flagratores*.

267. Ex Agratio.

268. Melius Serv., ad illud VIII En.: Pertantque te-  
naci foroice forrum: —Korfos: sunt quibus innidamus.  
Forcipes quibus aliquid forrum tenemus, nam forrum  
est calidum. Fest., dict. *Forcipes*.

269. *Fisuras*. Hi panismus hic est riferas, ut mox  
tenaces, tenazus. Sed fisuras neque apud bonæ Latinis  
lexicographos, neque apud Ducentium reperi-  
tur, nisi quod in euangelio Ducasii est fiscus pre-  
textor. In Codice Vaticano 3021. fiscus, forcipes, inci-  
suras, fortasse incisorias. Haecenus ex scholis v. c.  
Cajetani Marii varias lectiones ejus Codicis exser-  
pere licuit; nam desunt alia. AREV.

270. Etymolog. lib. v, esp. 26.

— *Scripturae*... Ezechiel. xvi, multis locis; Osaeum,  
cap. 14, al.

271. Cic., Tusc. iv: Cum ratione animus maneat  
placide, aigre constant, tum illud gaudium dicuntur;  
cum autem inanior et affusi animus essent, tum illa  
letitia gestiens, vel nimia dici potest, quam ita defi-  
niunt: sine ratione animi elationem.

— *Scripturae*... Isaiae xviii et lvii. Ubi in Vulgat.:

A 266. Inter *Gravitas* et *gravitudinem*. Gravitas ex-  
pondere animi, et ex sententia constat, gravitudo  
autem corporis est. Inter *Grade* et *gradum*. Grade  
de natura dicitur; gradum de accidenti [Al., ac-  
cidenti] fecunditate, ut arbor gravida pomis.

267. Inter *Garrire* et *loqui*. Loquitur qui recte et  
temperanter dicit; garrit qui aut multa verba di-  
cit, aut sordide loquitur.

268. Inter *Gerere* et *ferre*. Gerimus nostra, et  
veluti natura aliqua, quæ in nobis sunt, Teritus vero  
imposita nobis, veluti onus. Sed Virgilus permis-  
tit ut (Æneid.) : *Fidus quæ tela gerebat Achiles.*  
Gerebat pro ferre posuit.

B 36 269. Inter *Gravatur* et *ingravatur* [Al., ponde-  
ratur]. Ingravatur [Al., ponderatur] pondere alieno,  
gravatur suo.

270. Inter *Gentem* et *gentes*, et *genus*. Gens  
nationis est, ut Graecæ, Assyriæ. Hinc et gentilitas  
dicitur. Gentes autem familie, ut Julianæ, Claudiæ.  
Genus vero ad qualitatem referuntur, ut pecoris, pomi.

271. Inter *Græcum*, *Græcanicum*, et *Græcense*.  
Græcus homo dicitur; Græcanica res; Græcense,  
quale in Gracia solet fieri.

272. Inter *Gallum* et *Gallicum*, et *Gallicanum*.  
Gallum in Gallia natum, Gallicum ex Gallia latum,  
Gallicanum, quod aliquid ex Gallia afferi.

273. Inter *Germanam* et *sordrem*. Soror enim ab  
eodem germine, non ab eodem utero; germana  
vero ex utriusque manans germine.

274. Inter *Genitorem* et *patrem*. Genitor naturæ  
vocabulum est, sive originis; nam pater dignitatis et  
honoris nomen est. Unde et sanctos viros ac senio-  
res patres dicimus. Genitores vero nostri a quibus  
[Al., nonnisi a quibus] nati sumus.

275. Inter *General* et *parturit*. Generare masculos,  
dicimus, parturire feminas. Ut puta: *Ille generosus,*  
*illa parturit*.

276. Inter *Gubernatorem* et *nautam*. Quod omnis  
gubernator, nauta esse potest, omnis nauta gubern-  
ator esse [Al., dici] non potest.

*Non est pars temp., dict. Dominas.*

277. Non., dict. *Græca*. Serv., ad ill. M., v. 20. *Et illa et Nodisque gravatum.*

278. Ex Varronis Sententia, lib. v, de Ling. Latina,  
quæ tota a toco derivat, quod suo quoque loco verba  
dicitur.

— *Garrit*. Non., dict. *Garrire*.

Ibid. In Grialii Editione textus et nota exhibent  
temperanter. Pantinus videtur voluisse temperante pro  
una lectione, et pro alia temperanter. In Verbis Var-  
ronis apud Grialium erat sua quoque. AREV.

279. Vid. Non., dict. *Obficio*, *Perte*, et *Gerere*.

280. *Gens* et *nationis*, et *stolidus*. Serv., ad ill. et  
En.: *Gens inimica mihi*.

281. *C. Pedrum* fere vident sedem: *Corinthum* civem  
diomarus, *Corindus* sonus, *Corinthensem* fontem.

282. *Mec.*, et *similia* discimilia, et *Hispinitis*,  
*Hispanicus*, *Hispanensis*, observari non solem. AREV.

283. *Sic Fronuo*: *Galla natione*, *Gallicus ex Gallia*.

— *F. scrib.*, *Gallotinus* qui antiqui.

284. Sibi ipsi contrarius Isidorus scrips.

285. Servius tamen, ad ill. En.: *Prosperitatem go-  
niorum*... *Amoribus*, inquit, ut Tibi Pater; ergo no-  
men et ad verum pertinet, et ad honorem referitur.

277. Inter *Grande* et *maximum*. Grande ad corpus pertinet, maximum ad animum.

### 37 De littera H.

278. Inter *Hodie* et *hoc die*. *Hodie* est quasi prius fiat, *hoc die* quasi aliquando factum referimus.

279. Inter *Hunc diem* et *hanc diem*. Dies masculini generis bonum tempus apud veteres indicabat; feminini malum, veluti in Job, *maledicta dies*.

280. Inter *Habeo* et *ab eo*. *Habeo*, retineo; *ab eo*, hoc est, ab ipso.

281. Inter *Hos* et *os*. Si hos cum *h* scribimus, significamus personam, sine *h* significat vultum.

282. Inter *Hæresim* et *schisma*. *Schisma* esse eadem opinantem, atque eodem ritu colentem quo cæteri, solo congregationis delectari discidio: *hæresim* autem esse longe alia opinantem quam cæteri, alliamque sibi ac longe dissimilem perversi dogmatis instituere culturam. *Hæresis* autem Græce ab electione dicitur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius esse videtur. Secta autem a divisione dicta est, quasi sectio. Unde et *sectæ philosophorum* vel *hæreticorum* dicuntur.

283. Inter *Honos* et *onus*. *Honos* de honore, *onus* de onere.

284. Inter *Hora* et *ora*. *Hora* cum *h* littera, diem, sine *h* regionum, vel finium, sive oris significatio, quo locutio exprimitur.

285. Inter *Honestus* et *oneratus* hoc interest, quod *oneratus* est qualicunque pressus pondere, *honestus* vero, cui ipsum onus honori est, ut si quis spolia hostium ferat. Sed *oneratus* aspirationem non habet, quia ab onere venit; *bonustus* vero, quia ab honore descendit, retinet aspirationem.

286. Inter *Hauritur* et *exhauritur*. *Hauritur* aqua, *exhauritur* pateus.

287. Inter *Herbidum* et *herbosum*. *Herbidum* dicimus locum, **38** in quo berbarum viriditas nunquam cessat, *herbosum* autem, qui facile herbam generat, et ad tempus arescit.

### De littera I.

288. Inter *Inferum* et *infernum*. Pars superior inferni inferus est, ubi quieverunt ante adventum Christi animæ justorum. Pars vero inferior infernus, in quo traduntur [*Al.*, traduntur] animæ impiorum qui plurimum peccaverunt. De quo Propheta animam suam liberatam esse gaudet [*Al.*, congaudet], dicens:

**277. C. Fronto : Grande incremento, magnum amplitudine.**

283. *Al.* : *Honus regionum*, sed *vox regionum* irrepit ex sequenti articulo.

284. Ex *Agrætio*.

285. Ex *Serv.*, ad ill. i *Æn.* : *Spoliis orientis onustum*.

— *Vetus gloss.*, *Honus honor*. Τιμὴ δέοντος τιμὴ ἀρθρόκαρον. *Varro* etiam, 4 de Ling. Lat. : *Dictum onus et honos qui sustinet remp.*

287. Fusius haec differentia exponitur in libro sine ordine alphabetico, num. 134, ubi nonnulli annotabo ex *Guldasto*. *AREV.*

288. *Inferi infernum est* uterque *Ms.*, mendose.

— *Dicens...* Psalm. LXXXV : *Eruisti animam meam*.

291. *Etymolog.* lib. viii, cap. 9.

A *Quis liberasti animam meam ab inferno inferiori.*

289. Inter *Initium* et *principium*. *Initium* est rerum a quo quid incipit, ut fundamenta domus, carina navis; *principium* autem verborum exordium est.

290. Inter *Judicium* et *justitiam*. *Justitia* est studium recte vivendi, *judicium* vero æquitas recte judicandi; quisquis ergo bene vivendo servit [*Al.*, vivendi servat], *justitiam* facit; quisquis recte judicat in subdiliis, *judicium* custedit. Profanatur autem *judicium astutiae tempore*, non dignitate. Nam primum oportet quemque esse justum, providere rectitudinem, et post hoc assequitur in *judicis æquitatem*. Horum primum virtutis est, alterum honoris. Neque enim quisquam potest pervenire ad honorem, nisi per virtutem. Diversi enim *justitia* a *judicio*. Sollet enim dici *judicium pravum*, quod *injustum* est; *justitia* vero *nunquam* [*Al.*, *iniqua*] et *injusta* esse non potest.

B 291. Inter *Incantatorem*, *magum*, *aruspicem* et *maleficum*. *Incantatores* sunt qui rem verbis [*Al.*, verbo] peragunt. *Magi*, qui de sideribus philosophantur. *Malefici*, qui sanguine utuntur et victimis, et *sæpe* contingunt corpora mortuorum. *Aruspices*, qui exta [*Al.*, *secta*] pecudum inspiciunt, et ex eis futura praedicunt.

C 292. Inter *Indoctum* et *indocilem*. *Indocilis* est, qui penitus non **39** potest discere [*Al.*, docere. *F.*, doceri]. *Indoctus*, qui nondum discit, et tamen discere potest. Ad hanc formam [*Al.*, ab hac forma] similia distingue, ut *puta*, *immotus*, et *inmovilis*, et his similia.

293. Inter *Innoxium* et *innocuum*. *Innoxius* est cui non nocetur; *innocius*, qui non novit nocere.

294. Inter *Impurum* et *impudicum*. *Impudicus* [*Al.*, *impurus*], qui turpitudinem flagitiæ infert; *impurus* [*Al.*, *impudicus*], qui patitur.

295. Inter *Immemorem* et *ignarum*. *Immemor* est, qui oblitus est; *ignarus*, qui inscius. Unde et nare dictæ, quæ nos odore [*Al.*, ad odorem] admonent ut cognoscamus [*Al.*, noscamus] aliiquid et sciamus. Unde et olfecisse, scisse [*Al.*, olfari res] veteres dicebant.

D 296. Inter *Inertem* et *segnem*. *Iners* sine arte, et ob hoc neque operis quidem ullius [*Al.*, operique utilis]. *Segnis*, quasi sine igne; quomodo securus, sine cura, id est frigidus, per quod inutilem accipiens.

297. Inter *Insanum* et *insanientem*. *Insanus* est qui

Ibid. Barthius, lib. xl. *Adversar.*, c. 10, in suis membranis verba corrupta invenit et *sæpe cogunt corpora*, et ex conjectura reportebat, et qui *surgere cogunt corpora*, etc. *AREV.*

292. Ex *Serv.*, *Æn.* : *Is genns indocile*. *Al.*, *indocilis*.

— *Discit. — Didicit*, ex *Serv.*

293. Ex *Serv.*, ad ill. x *Æn.* : *Omnes innocua*.

295. Ex *Serv.* ad ill. i *Æn.* : *Neque enim ignari sumus ante malorum*. *Ipse Etymolog.* lib. x, littera *I*.

296. *Fest.*, dict. *Iners*, est autem ex *Serv.*, ad ill. i *Æn.* : *Instant ardentes Tyrri*; *ipse Etymolog.* lib. x, littera *I*.

— *Etymolog.* lib. x, littera *S*.

perpetuo animi furore tenetur; insaniens subito in-  
citatus indignatione, vel ira.

298. Inter *Impium* et *peccatorem* hoc distare solet, quod omnis impius peccator, non tamen omnis peccator impius habendus est. Impius quippe est quisquis a fidei pietate alienus efficitur, peccator vero qui prava actione foedatur.

299. Inter *Iniquitatem* et *peccatum* sic distare dicit Ambrosius, quod iniquitas ad mentis acerbitate refertur, peccatum vero ad prolapsionem corporis. Precedit igitur iniquitas, peccatum sequitur. Sed gravior est iniquitas, tanquam materia peccatorum, in cuius comparatione levius est peccatum. Item peccatum est quod admittitur; piaculum autem id quod admissum est, et id quod expiatum admissum. Iniquitatis autem tres sunt differentiae: 40 suggestionis, delectationis, et consensus. Inter iniquitates et peccata sanctus Hieronymus hanc differentiam facit: iniquitates dicimus quae ante susceptam fidem, sive per ignorantiam, sive per scientiam committuntur. Peccata vero, quae post cognitionem fidei, vel gratiam baptismatis contrabuntur; totidemque et peccata, verbi, operis et consensionis.

300. Inter *Invidum* et *invidiosum*, quod invidus feliciori invidet, invidiosus autem is est [Al. idem est] qui ab alio patitur invidiam [Al. malum]. Nihil autem honestum, quod non invidiosum. Nemo quippe invidet misero; quis autem bonus et non invidiosus?

301. Inter *Iram* et *iracundiam*. Ira praesens est, et ex causa nascitur; iracundia autem vitium naturale et perpetuum est. Item iratus pro tempore concitatur; iracundus autem frequenter [Al. frequens] irascitur, et ad levem sermonis auram, quasi a vento folium, commovetur. De talibus dicit Scriptura: *Vir iracundus in honestus est*. Et iterum: *Iracundus effudit peccata*.

302. Inter *Ignominiam* et *infamiam*. Ignominia ponitur potestate [Al., in potestate] aliquujus, infamia

#### 298. Ex Ambrosio.

*Ibid.* Hæc est ratio cur sanctissimi Patres docent impios in extremo judicio non esse judicandos, quia jam judicati sunt, sed eos qui mediis sunt inter pios et impios. Vide Prudentiana mea, n. 179. Arev.

299. In textu Pantinus fortasse legebat *totque*, aut *totidem et*, pro quo varia lectio assignatur *totidemque*. Arev.

#### 300. Etymolog. lib. x, littera I.

*Ibid.* In Ms. Barthii: *Feliciori invidet, et sibi nocet. Invidiosus, qui ab aliquo patitur malum. Legit Barthius: qui ab aliquo petitur malo. Mox, ibid., bonis pro bonus, et Barthius interpretatur, bonis abundans, locuples.* Arev.

301. Tereutii interpretes, act. iv, scen. 6, Heauton.: *Ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. Distinguunt etiam Cicero, iv Tusc.; et Fronto: Ira est ex offensa est, iracundus natura.*

*Ibid.* Verba Scripturæ fortasse sunt ex Proverb. xv, 18, ubi Vulgata: *Vir iracundus provocat rizas; et cap. xxvi, 21: Vir iracundus suscitat rizas.* Barthius prope hunc locum indicat differentiam inter *jacturam* et *damnum*, qua litera *D* jam exposita fuit. Arev.

302. Ex C. Fronto.: *Ignominia imponitur ab eo qui potest animadversione notare, infamia ex multorum sermone nascitur.*

#### PATROL. LXXXIII.

A mia autem sit multorum consentiente sermone.

303. Inter *Incusare* et *accusare*. Incusamus potiores, accusamus pares. Item incusamus verbo, accusamus crimen et facto.

304. Inter *Jubere* et *imperare*. Jubere apud veteres non idem erat quod imperare; nam jubere ibi dicebatur, ubi voluntatis erat obsequium; imperare autem, ubi debito [Al., dubio] quisque imperio parebat.

41 305. Inter *Jactamur* et *fatigamur*. Jactamur in mari fluctibus, fatigamur in terris.

306. Inter *Jaceo* et *jacio*. Jaceo accubantem significat, jacio vero mittit demonstrat.

307. Inter *Ignem* et *focum*. Ignis ipsa flamma est, focus vero somes, ac nutrimentum ignis. Nam Varro: *Focus, ait [Al., autem], dictus, quod foreat* *B ignem.* Focus ergo dictus a fotu.

308. Inter *Januam* et *ostium*. Janua est aditus primus in domum, ostium in quemlibet locum dominus. Similiter vero janua, vel est clausa [Al., cum claustris], vel patens; fores autem et valvae ipsæ clausæ [Al., ipsa claustra] sunt, sed fores quæ foras vertuntur, valvae, quæ intus aperiuntur, et duplices, multiplices, complicabilesque sunt. Portæ vero proprie murorum dicuntur; atque ideo [Al., inde] dictæ eo quod antiquitus portato aratro designabantur [Al., portatura rotæ designat], quando circumducebatur gyrus, atque urbs [Al., Urbo] signabatur.

309. Inter *Illi similis* et *illi similis*. Illius similis ad mores refertur, illi similis ad vultum.

310. Inter *Juventam* et *juventutem*. Juventus est juvenum multitudo; juventa [Al., juventus] autem hominum est setas. Juventas vero decus juventutis, sed auctores in plerisque locis aliter posuerunt.

311. Inter *Inficere* et *officere*. Inficere est colorem mutare, officere est alicui nocere.

312. Inter *Invenire* et *reperiire*. Invenimus inquit, reperimus ultra occurrentia.

303. Ex Serv., ad ill. i AEn.: *Talibus incusat, qui tamen amplius quam noster.*

305. Ex Serv., ad ill. i AEn.: *Terris jactatus et alto.*

*Ibid.* In nota Pantini est *mars* pro varia lectione, sed fortasse Pantinus voluit *mare*. Arev.

307. Fest., dict. *Focus*, et Serv., ad ill., xii AEn.: *In medique focus.*

308. Ex Serv., ad ill. i AEn.: *Foribus cardo stridebat ahenis.*

D — *Portæ*, etc. Vid. Serv., ad ill. ii AEn.: *Janque propinquabant portis;* et lib. v AEn., ad illud: *Urbem designat aratro.* Ipse, Etymolog., lib. xv, cap. 2.

*Ibid.* Hanc differentiam elegantem, et pro multorum antiquitatibus locorum meliore captu, præsentim comicorum, utilem esse ait Barthius, qui inanem operam ponit, ut veram lectionem restituat in Editione Grialiana iam constitutam. Arev.

310. Ex Serv., ad ill. i AEn.: *Lumenque juventæ.*

— *Decus*. Leg. *juvenum*, ex Serv.

— *Hominum*. Leg. *Deus*, ex mente Serv. et Acron., in Od. 3 lib. i Horatii. Hæc est οὐρανός, et sic sere Agrætius. Vid. et Non., dict. *Juventus*.

311. Ex C. Fronto.: *Infector colorem mutat, offector officio obest.*

312. C. Fronto: *Invenimus nostra, reperimus aliena.*

*Ibid.* In Editione Grialia, a num. 312, gradus fit ad n. 314. Propterea, ex n. 12, duo feci, ut numeri suo ordine procederent. Arev.

- 343.** Inter *Inquiro* et *querere*. Inquitimus **A** ea de quibus dubitamus; querimus ignota.
- 344.** Inter *Impendere* et *impendere*. Impendere **t**otum ab eo venit, quod est impendo, impendere; impendere autem, si e litteram producas, significat imminere; ab eo quod est impendeo.
- 345.** Inter *Juvat* et *jubat*. Juvat, delectat; jubat, **H**educa.
- 346.** Inter *Ilicem* et *ilieem*, Ilicem cum duobus **B** ill significat inductorem; ilicem per unum arborem indicat.
- 347.** Inter *It* et *id*. Id pronomen est; it vero, vadit.
- 348.** Inter *Inquit* et *inquit*, ut puta ubi inquit dictum.
- 349.** Inter *Insitum* et *insertum*. Insitas arbores **B** dicimus, insertas vero causus [Al., cautes], aut fabulas.
- 350.** Inter *Illud* et *illuc*. Illud pronomen, illuc adverbium est.
- 351.** Inter *Imprecari* et *deprecari*. Imprecari, maledicere; deprecari, excusare et expurgare.
- 352.** Inter *Incolam* et *inquitinum*. Incola quidem et [Al., qui et] inquitinus signum est perdita patris; sed inquitinus dicitur quando peregrinatur, incola tunc invenitur sese.
- 353.** Inter *Indigentiam* et *indigenam* [Al., *indigem*]. Indigentes [Al., *indigentes*] egem sunt; indigenæ, inde geniti.
- 43 De litera L.**
- 354.** Inter *Libertatem* et *liberalitatem*. Libertas conditionis est, liberalitas vero beneficentia et largitatis, ut nudum vestire, captivos redimere, pauperi victimum [Al., add. tribuere vel] administrare.
- 355.** Inter *Laudabilem* et *laudandum*. Laudabilis est qui laudari potest, laudandus qui laudari debet.
- 356.** Inter *Luxuriosum* et *prodigum*. Luxuriosus, quasi solitus in voluptates, unde membra loco mota luxa dicuntur; prodigus autem sumptuosus, qui omnia porrò agit, et quasi proicit.
- 357.** Inter *Lascivum* et *petulantem*. Lascivus luxu, sit juvat. **A**REV.
- 358.** Ex C. Frontone.
- *Ignota*. Al.: *Nota disciplinam*, Fronto.
- 359.** Puto inter *juvat* et *juval*, ut supra inter *paret* et *paret*, ut tantum *juvat*, discrimin significationis sub eadem voce, ut inter *nobilis* et *nobilis*, *notus* et *notus*, sed hoc in uno tantum Codice.
- Ibid.* In nota Pantini fortasse legendum ut tantum sit *juvat*. **A**REV.
- 360.** Ex Fest., dict. *Intex*.
- 361.** Corruptus locus, atque hoc quoque abest ab altero ms.
- Ibid.* In textu Grialii erat *inquit*, et *inquit...* ubi *inquit*. In voce *inquit* intellige in *quid*. **A**REV.
- 362.** Ex Serv., ad ill. u Georg.: *Mutatamque insita mala ferre pyrum*, sed in altero lib.: *Insertas vero caules*, aut *fabulas*, ut amplius de Servii loco deliberandum censeam.
- Ibid.* Non satis assequor, ait Barthius, cur *INSERTAS caues*, vel *fabulas* dicat, nisi quod sciam *INSERTAS pricos emblemata nuncupasse*, quod *ornamento inseruntur aliis*, velut *ligneæ assulæ*, qui *gemmae Vox* *inscrita apud Macrobius et Gellium* ab aliis modo
- A** petulans temeritate. Petulantia autem libido dicitur, ab eo quod petit male alienum pudorem.
- 363.** Inter *Litigiosum* et *litigatorem*. Litigiosus est de quo litigatur, quasi ager; litigator qui litigat.
- 364.** Inter *Lætitiam* et *exultationem*. Lætitia est mentis gaudium, exultatio vero verborum atque membrorum. Rursus exultatio a jubilatione [Al., ad jubilationem] distinguitur. Ubi enim verba sufficiunt lætitiae, et lingua idonea est mentis gaudium explicare, exultatio est. Ubi vero non potest quisque conceptum gaudium verbis annuntiare [Al., nuntiare], sed ipsam animi effusus [Al., diffusus] lætitiam in vocem quamdam exultationis erumpit, jubilatio est.
- 365.** Inter *Lethum* et *mortem* quidam tentaverunt facere discretionem, dicentes: Lethum per se venit, mors vero insertur.
- 366.** Inter *Libidinem* et *lividinem* [Forte, *libidinem*]. Libido per se cupiditas est animi; livido [Forte, *livedo*] per se livor est corporis. Sunt autem multæ variæque libidines, sicut libido ulciscendi, quæ ira vocatur; sicut libido habendi pecuniam, qua avaritia nominatur; sicut libido quomodounque vincendi, quæ pertinacia dicitur; sicut libido gloriandi, quæ jactantia nuncupatur. Et cum sint multarum libidines rerum, neque cuius rei libido sit adjicetur, non solet animo occurtere, nisi illa tantumqua obscenæ partes corporis ad flagitorum immundicias excitantur. Sed merito ista inter cætera hoc sibi nomen propriè obtinuit, quia in carne corruptibili plus cæteris sœvit. **D**icta autem libido, eo quod libeat alienum pudorem, sive quamcumque rem appetere.
- 367.** Inter *Laudem* et *laudationem*. Laus est ejus qui laudatur; Laudatio vero ejus qui laudat. Item laus est in qua virtus enitet; laudatio, ipsa laudantis oratio [Al., laudatio orationum]. Laus et lætitia [Al., laudem lætitiam], sine celebratione vocis in animi admiratione consistit: laudatio vero rei cu- jusque prædicatio est, adminiculo orationis orata.
- 368.** Inter *Largitatem* et *largitionem*. Largitas humanitatis est, largitio ambitionis.
- explicatur, neque eodem modo ab omnibus scribitur. **A**REV.
- 369.** Agræt. Vid. Agell., cap. 16, lib. vi.
- 370.** Vid. Etymolog., lib. viii, cap. 4; Fest., dict. *Inquitinus*.
- 371.** Ex Serv., ad ill. viii *Aen.*: *Tum manus Ausionæ*.
- 372.** Vid. Non., dict. *Luxum*, et dict. *Luxuria*, ipse lib. Etymolog. x, littera *L*.
- Fest., dictione *Prodegeris*, et dict. *Prodigue hostiæ*.
- 373.** In textu et in nota pro varia scriptura est exultationis. Utrolibet loco videtur reponendum exultatione. **A**REV.
- 374.** Pertinacia. Non., dict. *Pervicacia*.
- Ibid.* In nota Pantini erat forte libidinem, quod mutavi ad ejus mentem, ut opinor, in s. *lircdinem*. Barthius e suo Ms. corrupto emendabat *immundicinam*; sed melius est *immundicias*. **A**REV.
- 375.** Al., *Ejus ipsa virtus enitens*. F. *Ejus in quo virtus enitet*.
- 376.** Ex Agrætio.

**338.** Inter *Lætarii* et *gratulari*. *Lætamur de nostris bonis, gratulamini de amicorum [Agræt., alienis].*

**339.** *Legete et lectitare*: *Legete ad tempus refertur, lectitare ad frequentiam. Interdum et legerè manifestum verbum est; quæ et nivis dicitur legere quidquid transit.*

**340.** Inter *Labium* et *labrum*. *Labiom superius dicimus, labrum inferius. Rostrum, non nisi avium, quod incurvum est. Vanissime autem quidam nuntiatur [Al., tentant] facere dissertationem, ut virorum libris, mitterentur labia dicantur [Al., dicant].*

**341.** Inter *Lactantem* et *lactentem*, quod lactans est quæ lac præbet, lactens cui præbetur.

**342.** Inter *Leges* et *jura*. *Jus diciter, lex scribitur. Unde et Virgilius: Jura dabant legesque viris. Item leges humanae, jura 45 divina sunt. Ideoque et juramentum dicitur id est, sacramentum in Deo [Al., Domino]. Hinc et Virgilius:*

Fas mihi Graiorum sacra resolvere jura.

**343.** Inter *Leges* et *mores*. *Lex est scriptis edita, mos autem lex quædam vivendi, nullo vinculo astricta [Al., astrictus], sive lex non scripta, sed tantum cum usu retenta.*

**344.** Inter *Latronem* et *furem*. *Qui alienum involat [Al., aliquid substrahit], fur est; qui furatur et occidit, latro est. Proprie autem latro a latrando instidiis [Forte; in insidiis] dicitur; fur autem a furvo vocatus, id est; nigro; nam noctis utitur tempore. Pochre autem Plautus euidam [Al., de quodam] qui furbator ait (Plaut. *Aulularia*): Tu itam litterarum homo, id est, fur.*

**345.** Inter *Locam religiosum*, et *sacrum*, et *sanctum*, quod sancti vocationis, quod ad deos superos pertinet; religiosum, quod ad deos inferos; sanctum vero, quod aliqua sanctitate sanctum est, ut sunt tanti apud Homerum (*Odyss. p.*) soli sancti, sacri, sacrosancti.

**346.** Inter *Labat* et *lavat*. *Labat nutat, lavat lotorem esse.*

**347.** Ex *Agratio*.

**348.** Ex *Serv.*, ad ill. i *Georg.*: *Primi lege littoris oram; et ill. iii *Aen.*: Littoraque Epiri legimus; et ii *Aen.* Pars cetera pontum pone legit.*

**349.** Ex *Agratio*.

— Non est ab. nisi quod incurvum est, Agræt.

— Vanissime. Ex *Serv.*, ad ill. ii *Eclog.*: *Calamo distuisse labellum.*

**350.** Ex *Serv.*, ad ill. i *Georg.*: *Lactentia turgent. Ibid. In Barthii Codice, lactent, qui dicit; quod verbum dicit elegans est, ut ait Barthius, et lactentii maximè contingunt. Arev.*

**351.** Ex *Serv.*, ad citata verba ab Isidorō, quæ sunt i et ii *Aen.*

— Serv., ad locum citatum, qui est in *Aen.*

**352.** Sic ferè ipse, lib. ii *Etymolog.*, cap. 10, et lib. iv, cap. 3.

**353.** Sic ipse *Etymolog.* lib. x, littera *L.* Varrō, quod circa latera ferrum habeat. Fest., quod a latere adoratur, aut àrto læptias.

— Serv., ad ill. iii *Georg.*: *Nocturnum stabulis furem.*

**354.** Vid. Fest., dict. *Religiosus*, et *Macrob.* lib. iii *Salurn.*, cap. 3.

— Soff, etc. F. *Sollianus*, duæ sequentes dictiones

**345.** Inter *Lætum* et *lethum*. *Lætum gaudientem, lethum mors dicitur.*

**346.** Inter *Labium* et *labrum*. *Labium oris; labrum vasis, a rostro, quod incurvum est.*

**347.** Inter *Lympham* et *nympham*. *Lympham aquam, nympham deam.*

**348.** Inter *Litem* et *rizam*. *Lis inter duos committitur, et mota finitur; Rixa inter multos et jurgio [Al., injuria] constat.*

**349.** Inter *Ligat* et *legat*. *Ligat quis vinculo, legat testamento.*

**350.** Inter *Limem* et *limitem*. *Limem ædium est, limes regionum vel finium.*

**351.** Inter *Libat* et *immolat*. *Veteres immolare dicebant, quando victimas in mole [Al., mola] alteris ponentes ignem sacrificiis [Al., sacrificium] subjiciebant. Libare autem quando pateras mero plecas aris fundebant. Nam libare proprie fundere est. Unde et Liber vocatur qui [Al., quia] vini usum in Græcia ostendisse fertur. Nos ergo juxta verborum distinctionem immolamus panem, libamus calicem.*

*De littera M.*

**352.** Inter *Misericordiam* et *miserationem*. *Bene velle misericordiae est; bene facere, miseracionis. Dicitur enim miseratio, quasi misericordiae actio. Nam misericordia affectus tantum cordis est quo compellimur ut miseris subveniamus. Quapropter misericordia condolere misero novit, etsi non sit unde tribuatur; miseratio autem ex opere comprobatur.*

**353.** Inter *Memorare* et *commemorare*. *Memorantur paucia, commemorantur multa.*

**354.** Inter *Mansuetum* et *modestum*. *Mansuetus est qui nulli injuriā irrogat, modestus qui nec læsus irascitur.*

**355.** Inter *Miserum* et *misellum*. *Miserum viventem adhuc dicimus, misellum mortuum.*

**356.** Inter *Miserandum* et *miserabilem*. *Miseralibilis est cui misereri possumus, miserandus cui misereri debemus.*

**357.** Inter *Memoriosum* et *memorem*. *Memoriosus forte glossema.*

**358.** Forte *lodore* aut *lavatorem*.

*Ibid.* Pantinus in not. coniicit *lodore*, quod exstat etiam in textu. Fortasse in textu vel in nota legendum *lodore*. Vox *tutor* et *lodor* apud quædam vetera monumenta reperitur: de voce *lavator* minus id liquet. Arev.

**359.** Etiam Fest. distinguunt dict. *Lympha*.

**360.** Ex *Agratio*, qui forte ex Isidoro supplendus.

**361.** Eadem fere lib. *Etymolog.* vi, cap. 16.

*Ibid.* Melius est *mola* quam *mole*: nam vete im-molo a mola deducitur. Arev.

**362.** Quippe ridetur in altero ms.

*Ibid.* In nota Pantini fortasse legendum est, al., miseratio, ut, scilicet, varia lectio discrepet a textu. Arev.

**363.** Fest., dict. *Mansuetus*. Non., dict. *Mansuetum*:

— Non., dict. *Modestus*. Ipse *Etymolog.* lib. x.

**364.** Ex lib. x *Etymolog.*, littera *M.* Potius legendum videtur: *Misellum viventem adhuc, miserum mortuum.*

**365.** *Etymolog.* lib. x, littera *M.*

**366.** Ex C. Front., qui paulo copiosius: *Memoriosus habet ad dicta, factaque referenda memoriam; memor beneficii memoriam vel injuriae reservat. Unde in Isidoro pro defensionis malum offendit reponi.*

*memoriam habet, memor vero beneficij vel defensio-  
nis memor est.*

**47** 356. *Inter Moram et tarditatem.* Mora est quæ  
impedit, tarditas quæ impeditur. Mora in re, tarditas  
in homine.

357. *Inter Mendum et mendacium.* Mendum in li-  
bro proprio dicitur, unde et emendare dicimus. Nam  
mendacium in cæteris rebus est.

358. *Inter Malitiam et malignitatem.* Cogitatio  
quippe prava mentis malitia dicitur, malitiae votum  
vel opus malignitas appellatur.

359. *Inter multationem, pœnam, et supplicium.*  
Multatio potest esse, et sine sanguine, in damno  
pecuniae. Supplicium cum sanguine; pœna vero dolor  
sine sanguine.

360. *Inter Munus et donum.* Munus est debitum,  
ut [Al., in] patrono; donum, honorarium est. Item  
donum dantis est, munus accipientis. Dictum au-  
tem donum a dando, munus a muniendo, vel a mo-  
nendo.

361. *Inter Meruit et promeruit.* Meruit commune  
est et ad pœnam et ad præmium, promeruit tantum  
ad præmium. Nam promeritus dicitur qui bene facit,  
sic immeritus qui male.

362. *Inter Magnum et grandem.* Magnum ad ani-  
mum referimus [Al. refertur], grandem ad cor-  
pus.

363. *Inter Mutuum dare [Al., mutuare] et com-  
modare.* Qui mutuum dat, aliud recepturus est; qui  
commodat, utique idem sibi reddi desiderat.

364. *Inter Monere et admonere.* Monet qui præ-  
cipit, Admonet **48** qui quod exciderat memoriae  
reducit.

365. *Inter Meretur et mæret.* Qui meretur dignus  
est aliquo beneficio; qui mæret, tristis est.

366. *Inter Miramur et admiramur.* Admiramur  
virtutes, miramur opera.

357. Carisius sic fere mendum et mendam discrimi-  
nat: *Mendum in mendaci significatione distinguitur,*  
*menda in culpa operis, aut corporis.*

558. Sic Cicero, III de Natur. deor.: *Est enim ma-  
litia versata et falax nocendi ratio.*

359. Ex Varronis mente, v de Ling. Lat.: *Multa a  
pecunia, quæ a magistratu dicta, ut exigi possit ob pec-  
catum.*

— *Pœna.* Varro., ibid.: *Pœna a puniendo, aut pœ-  
nitendo, quod post peccatum sequitur.*

360. Ex Front., et Etymolog. lib. vi, cap. 19. Vide  
supra.

— *Item donum.* Ex Agrætio, ad verbum.

— *Monendo.* *Movendo.* Agrætius, male opinor.

361. Interpretæ Terent., act. II, scen. 2: *Promeruit,*  
*adjuvit, profuit. Cui contrarium est commeruit;* unde  
quis pro immeritus commeritus legendum suspicari  
possit. Vel ex illo loco Hecyr., actu. III, scen. 5:

Quæ nunquam quidquam erga me ommerita est pater.

Ubi iudicem interpretæ mereri bona dicimus, commereri  
mala. Vid. Serv., ad ill. IV Aen.: *Nunquam Regina  
negabo-Promeritam.*

363. Ex Agrætio abbreviatum.

364. C. Front.: *Monet propter benivolentiam, admo-  
net ut confirmet memoriam.*

366. Ex Agrætio.

367. Ex Serv. sensus expressus, ad ill. II Aen.:  
*Miserescimus ultra.*

**A** 367. *Inter Misericordiam et miserescimus.* Misericordia  
quantum necesse est, miserescimus amplius quam  
necessæ est. Item miseremur rogati, miserescimus  
ultra.

368. *Inter Monemus, admonemus et commonemus.*  
Monemus futura, admonemus præsentia, commone-  
mus præterita.

369. *Inter Multitudinem et numerum.* Multitudo  
numero fit, turba loco posita. Possunt enim pauci  
in angusto turbam facere.

370. *Inter Mihi et mi.* Mihi datus casus est, mi  
vocativus.

**B** 371. *Inter Municipem et municipalem.* Municipes  
sunt curialium majores, dicti eo quod fisci munera  
accipiant; municipales autem originales [Al., origi-  
nis] cives sunt, et in locum [Forte, loco] officium  
gerentes.

372. *Inter Mamillas et mammas, et ubera.* Ma-  
milla virorum sunt, mammae mulierum, ubera peco-  
rum [Al., pecudum]. Papillæ autem sunt nucleus  
summa mammarum, quæ sugentes comprehen-  
dunt.

**C** 373. *Inter Matronam et matrem familias.* Melissus  
grammaticus arbitratur hoc interesse, quod matrona  
dicatur mater primi pueri; mater familias, quæ plu-  
res peperit. Alii dixerunt matronam dici quæ in ma-  
trimonium cum viro convenerit, et in eo [Al., ideo]  
matrimonium **49** actum [Al., dictum]; matrem vero  
familias eam esse quæ in mariti manu, mancípioque  
est, aut in cojus maritus manu mancípioque esset,  
quoniam in familiam quoque mariti et sui haeredis  
venisset. Matronæ autem et virgines nubiles dicun-  
tur, quæ matres jam fieri possunt. Quoniam per  
quamdam juris solemnitatem in familiam migrant  
mariti.

374. *Inter Mortuum et emortuum.* Mortuum jam

369. *Lege (inducta dictione) numerum, quæ male  
ex sequenti versu irreperserat turbam.*

— *Loco posita. F., loci positu. C. Fronto: Turbam  
angustius locus facit.*

371. Etymolog. lib. ix, cap. 4.

*Ibid.* Error videtur irrepsisse in nota Pantini, ac le-  
gendum originis post originales, et loco post locum. AREV.

372. Ex Etymolog. lib. xi, cap. 1.

*Ibid.* In Editione Grialii erat mammillas. AREV.

373. Leg. Helius Melissus ex Agel., lib. xviii, cap. 6.  
Ubi hæc ejus opinio recensetur. Vid. etiam lib. Ety-  
molog. ix, cap. 18.

— *In cuius. Al., in ejus. In cuius Agell., apertius.*

— *Venisset. Locum venisset, Agell.*

— *Matronæ, etc. Vid. Servium, ad illud ix Aeneid. :  
Multis et matribus ausa.*

— Locus non integer, et ex Servio, unde est ad il-  
lud, xi Aen.: *Tirrhena per oppida matres*, ita explen-  
dus: *Matres familias vero, quæ in matrimonium con-  
venerunt per coemptionem, quoniam, etc.* Nam alioqui  
descriptio illa minime matronis convenit, sed matri-  
bus familias tantum. Vid. etiam Serv., ad ill. viii  
Aeneid.: *Quæritur haeres.* Et forte etiam tertium  
membrum de matre desideratur; consule lib. ix,  
cap. 8, Etymolog. Vid. Fest. dict. *Mater familias*, et  
Non., dict. *Matronæ*, et *Matres familias*.

*Ibid.* In textu Grialii erat Mesius. De Meliso vide  
catalogum scriptorum ab Isidoro laudatorum, ex Bar-

**examinatum** [Al., exanime] **corpus, emortuum vero A vicinum morti.**

375. **Inter Mare et maria.** **Mare elementum est totum, maria vero partes maris.** Sicut terræ sunt, terra vero tantum elementum.

376. **Inter Montes et colles.** **Montes tumores terrarum, colles prominentiora juga montium, quasi colla.**

377. **Inter Malogranatam et Malogranatum.** **Malogranata, feminini generis, arbor est; malogranatum vero, generis neutri, pomum est.** Sicut persicus et persicum: persicus, generis feminini, arbor; persicum, generis neutri, fructus est. Sicut buxus et buxum: nam buxum neutrum [Al., neutri], lignum est: buxus femininum [Al., feminini], arbor est.

378. **Inter Magis et potius.** **Magis est alterum ex duobus præferre, utrum comparet; potius alterum dominat.**

379. **Inter Mala et malas.** **Mala poma sunt, mala vero maxillæ.**

380. **Inter Marem et mare.** **Marem, masculum; mare elementum est aquæ.**

381. **Inter Mentientem et fallentem.** Considerandum est quod ille mentitur qui vult videri quod non est: qui [*Forte quia*] autem non volens aliud putat quam est, non mentitur, sed fallitur. Inest ergo 50 omni mentienti voluntas fallendi: res autem fallendi, voluntas non est mentiendi. Nam et lapis fallit, et multa corpora specie fallunt, ut remi fracti in unda, dum sint integri: sed et turres, quasi currentes, oculos navigantium fallunt. Et tamen hoc naturæ agunt specie non mentiendi voluntate.

382. **Inter Monile et munile.** **Monile dicitur bargago a monendo, eo quod moneat mulierem esse sub potestate viri; munile vero dicitur vestimentum, a muniendo, vel munile dicitur ornamentum ex gemmis quod solet ex seminarum pendere collo: dictum a munere.**

#### *De littera N.*

383. **Inter Necessitatem et necessitudinem.** **Necessitas aliquid fieri cogit, necessitudo autem affectus est vel vinculum propinquitatis.**

384. **Inter Nihil et nihilum.** **Nihil adverbium est, nihil autem homo nullius momenti.**

**Abio et Fabricio, in Isidorianis, cap. 53, num. 2. Melissi quoque sive ejusdem, sive alterius meminerunt Chalcidius, Plinius et Donatus. Correi in mariti pro in matri. AREV.**

375. Ex Serv., ad ill. vi Aen.: **Tot maria intravi.**

376. Varro, a colendo, iv de Ling. Lat.

*Ibid.* Quasi colla. Ita etiam lib. xiv Etymolog., cap. 8, num. 19. AREV.

381. **Res autem, etc. Al., res autem fallunt, quibus tamem vol.**

— **Specie, etc. F., species etiam fallunt ut.**

— **Naturæ, etc. F., Natura ag. species.**

*Ibid.* Fortasse Pantinus in textu legebat **quia au-**

**tem. AREV.**

383. Eodem sensu C. Fronto, et Scaurus de Orthographia.

384. Agratius, et Carisius sere eadem.

385. Ex Serv. sensus expressus ad illud xii Aeneid., **Nudato capite.**

387. Breviter Frontonem expressit: **Nullus tam in re**

**385. Inter Nudum et nudatum.** Ea enim nudata dicuntur quæ vestiri solent, ea nuda quæ non solent tegi. Item nudus illius rei aut illa re bene dicitur. Nudatus vero ab illo denuntiatur [Al., denuntiamus].

386. **Inter Negamus et abnegamus.** Negamus, si quid objicitur; abnegamus, si quid petitur.

387. **Inter Neminem et nullum.** Neminem ad hominem referimus, nullum ad omnia.

388. **Inter Nomen, prænomen, cognomen et agnomen.** Nomen [Al., prænomen] est vocabulum propriæ appellationis; prænomen, quod nominibus, ob dignitatem [Al., dignitate] generis præponitur: ut Publius Virgilius. Non enim possumus dicere [Al., dicimus] Virgilius Publius. Cognomen, quod ex familia generis venit, ut puta Scipio Cornelius, a Cornelia familia ortus. Agnomen, 51 quod ex virtute, vel vitio trahitur: ut Scipio Africanus, pro eo quod Africam vicerit: vel Lentulus Sura, pro eo quod maiores habuerat suras. Proinde nomen a proprietate venit, prænomen a dignitate, cognomen ab origine, agnomen vero a specie vel actione.

389. **Inter Nascitur et enascitur.** Nascitur, quod ab utero decidit; enascitur, quod ex terra, aut aqua exsurgit.

390. **Inter Nautam et navitam.** Navita poeticum est. Nam dictus est a nauta, sed causa metri a poetis una littera addita est.

391. **Inter Num et nunc.** Num, nunquid; nunc, modo.

392. **Inter Ne et næ.** Næ, si præponitur, adverbium est et acuto accentu pronuntiatur, ne vero si subjungatur, conjunctio est, et presso accentu.

393. **Inter Nigro et nigro.** Nigro nigrum facio, nigro demutatio [Al., de loco mutatio] est.

394. **Inter Neutrū et neutrālē.** Neutrū nomen, aut pronomen, vel participium; neutrālē vero verbum est.

395. **Inter Notus et notus** [Al., notu]. Notus, cognitus, notus judicio; Notus, Auster.

396. **Inter Nobilem et nobilem.** Nobilis, generosus; nobilis, notus omnibus.

397. **Inter Nomina et Numina.** Nomina sunt vocabula, numina, potestas.

quam in persona: nemo in persona dicitur, ut nemo homo. F. ne homo.

388. Testibus Sosipatro, Donato, Diomedo, et aliis: **Nomen est, quod originem gentis declarat, ut Cornelius. Prænomen, quod nomini gentilitio præponitur, ut Publius. Cognomen, quod nominibus Gentilitis subjungitur, ut Scipio. Agnomen, quod extrinsecus addi solet, aliqua ratione, vel eventu quæserit, ut Africanus.** Hic vero in ultroque Manuscripta cognomen et agnomen sedes permutarunt; reduximus tamen utrumque in suum locum, non modo iis quos dixi auctoribus, sed ipso etiā Isidoro lib. i Etymolog., cap. de Nominis.

389. Ex Agratio

390. Fest., in dict. **Navita.**

396. Ex Non., dict. **Nobile:**

— Sic Titinius; male factis nobilitarent, quod notificarent Non., exposit.

397. Ex Serv., ad illud Eclog. iv: **Stabili fatorum**

**etamine Parce.**

*De littera O.*

**398. Inter Osculum et pacem.** Pacem amicis [Al. add. amicis vel] illis osculum dari dicimus : uxori-bus basium, scorto suavium (Al. savium). Item osculum charitatis est, basium blanditiae [Al., blanditiu], suavum voluptatis. Quod quidam etiam 52 versibus his distinxit :

Basia conjugibus, sed et oscula dantur amicis :  
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

**399. Inter Occasionem et opportunitatem.** Convenien-ter in litteris ponitur, occasio arrisit. Opportunitas se praebuit, vel secunda successit.

**400. Inter Observationem et observantiam.** Obser-vatio curæ, doctrinae et artis est, observantia vero cultus et religionis est.

**401. Inter Opus et operationem.** Opus dicitur ip-sum quod fit, operatio autem ipsa rei actio est.

**402. Inter Omne et totum.** Omne ad multitudinem et ad numerum pertinet : [Al. add. ut omnis] ad numerum, ut omnes homines; ad multitudinem, ut omnis familia, omnis exercitus, omne pecus dici-mus. Totum vero ad magnitudinem pertinet, ut to-tum corpus, tota terra, totum cœlum. Ergo totus homo, si ad corpus referamus; omnis homo, si de universis. Proinde omne in diversis partibus ponitur, totum autem sine partibus debet esse.

**403. Inter Orare et exorare.** Orare est poscere; exorare, impetrare.

**404. Inter Obesse et officere.** Qui obest nocet, qui officit vult nocere.

**405. Inter Officere et inficere.** Officere est alicui velle nocere, inficere colorem mutare.

**406. Inter Olet et redolet.** Olet res [Al., olenit], vel male, vel bene; redolet [Al. redolent] tantum bene.

**407. Inter Oracula et delubra.** Oracula tempia sunt ubi oratur, 53 unde et responsa redundunt. De-lubra autem tempia fontes habentia ad purificandos et ablwendos fideles. Et inde delubra a diluendo appella-ta. Unde et prius hæc loca altaria non habe-bant, ut tantum delubra essent, non tempia.

**398. Interpretes Terentii scen. 2 act. iii, Eunuch : D** Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectum, suavia libidinum. Servius ad illud i En. : Oscula libavit natæ : — Scendunt osculum religionis esse, suavum volu-ptatis.

— **Basia.** Al., basia conjugibus sedet oscula d.

*Ibid.* In nonnullis Ms. : Inter basium et suavium hoe interest, quod basium uxori datur, suavum scorto. Item basium blanditiarum esse, suavum voluptatis. Quidam etiam versibus hoc distinxit :

Conjugis interea basium, oscula dantur amicis,  
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

Hi versiculi de basio, osculo et suavio exstant apud alios quoque grammaticos. Quisnam eorum auctor, adhuc latet. Discremen tamen non semper observa-tur. Vide Glossarium Isidorianum, verbo Savium. Variae lectiones Pantini confusa videntur. AREV.

**400. Recete Ascon ii in Verr.; Observant modo specu-lantur, alias veterantur.**

**402. Vid. Servium, in illud i En. : Tota armenta sequuntur.**

**A** 408. Inter Orbum et cæcum. Orbis est qui filios amittit, cæcus est qui oculos perdit.

409. Inter Occidit et occidit. Occidit, correpta me-dia, eum qui mortuus est significat; occidit autem, producta media, eum qui interficiat.

410. Inter Oleam et olivam auctores ita distingunt, ut olea sit fructus, oliva arbor, quia multiplo di-citur olivetum, ut queretur [Al., querquetum] et pometum [Al., vinetum]. Enimvero sine discriminâ poetæ [Al., crimen poetarum] et oleam et olivam pro fructu sæpe posuerunt. Sed consuetudo plurimis olivam fructum dicere. Nec [Al., dicere nec] yetat quominus et arboris et fructus idem nomen sit [Al., sumpsit].

**B** 411. Inter Odorum, odorabile et odoriferum. Quod enim per se odorem mittit odorum est, odorabile [Serv. odoratum] vero, quod aliunde [Serv. alicunde] accipit odorem; odoriferum, quod odorem sequitur.

412. Inter Operam et opera. Operam, quæ sit; opera vero, quod fit.

413. Inter Ostium et hostiam. Ostium quod aperi-tur, hostia sacrificium.

414. Inter Ortus et hortos. Ortus processus, hortos agros dicit [F., dicimus].

415. Inter Oblitum et oblitum. Oblitum, correpte, perfusum; oblitum, producte, immemorem.

416. Inter Offerre et inferre. Offerre est ultra præ-bere, inferre importare.

*54. De littera P.*

**C** 417. Inter Prudentiam et sapientiam. Prudentia in humanis rebus, sapientia in divinis distribuitur [Al., tribuitur].

418. Inter Pudorem et pudicitiam. Pudor corpo-ris est, pudicitia mentis.

419. Inter Pietatem et affectionem. Pietas inter de-vincos sanguine exhibetur, affectio inter extraneos.

420. Inter Patientiam et tolerantiam. Tolerantia animi [Al., animæ] est patientia corporis. Ut Sal-Justius [Al., Catilina] Corpus patiens inediæ, algoris.

421. Inter Peritum, prudentem, callidum et facun-dum. Peritus usu doctus; prudens, veluti provi-dens, utilis rerum futurarum ordinator; callidus,

403. Ex Serv., ad illud i En. : *Exorat pacem divum.*

405. Supra, ex C. Frontone.

407. Etymolog. lib. xv, cap. 4.

— Vid. Servium, ad illud ii En. : *Delubra ad summa dracones;* et ill. iv : *Delubra adeunt. Ascon. Ped. in Divinationem Cicer.*

408. Vid. Feat., dict. *Orba.*

410. Vide Servium, ad illud ii Georg. : *Sed Trun-cis olea malus.*

411. Ex Serv., ad ill. iv En. : *Odora canum vis,* ex quo pro odoriferum, odorissequum leg. videtur.

412. Vel potius : *Opera quæ facit, opus quod fit.*

417. Lib. ii Differentiarum, 36.

418. Sic fere distinguit Non. inter castitatem et pudicitiam, dict. *Castitas.*

420. Intellege, in Var. lect. Pantini, *Sallustius, de Bello Catilinario. ARGV.*

421. Sic Cicer., vi de Repub., prudentiam ait nomen namacta a providendo.

— *Callidus.* Interpretes Terentii, act. iii, scen. 3, Adelph. : *Callidus dicitur, qui callum sibi usu artis induxit.*

per exercitationem [Al., pro exercitatione] artis in-  
structus; facundus, qui facile possit dari.

422. Inter *Pudentem* et *verecundum* hoc interest,  
quod pudens opinionem veram falsamque metuit:  
*Verecundus* autem non nisi veram [Al., vera] timet.

423. Inter *Profanum*, et *nefandum*, et *nefarium*.  
*Nefarius*, ut Varro existimat, non dignus farre.  
Quo primo cibi genere vita hominum sustentabatur  
[Al., sustinebatur]. *Nefandus*, id est, nec nominan-  
dus quidem. *Profanus* autem, cui sacris non licet  
interesse. De quo Sallustius: *Sacra polluet profa-  
nus*. *Profanus* ergo, porro, id est, longe a fano.

424. Inter *Peccatorem* et *immundum*, quod omnis  
peccator immundus est; non tamen omnis immun-  
dus peccator. Peccator enim est qui transgreditur  
præcepta Dei, et necesse est hunc et immundum  
esse quia transgreditur. Immundus autem est et qui  
55 cum uxore sua dormierit, aut mortuum tetigerit,  
non tamen ideo peccator est.

425. Inter *Ploratum*, *planctum*, et *fletum*. *Ploratus*  
tantum lacrymarum est, *planctus* tantum vo-  
cum, *fletus* ad utrumque pertinet.

426. Inter *Pigritiam* et *torporem*. *Torpor* dormi-  
tantis est, *pigritia* vigilantis.

427. Inter *Perseverantiam* et *pertinaciam*. *Perse-  
verantia* in virtute est, *pertinacia* in vicio.

428. Inter *Præsidium*, *auxilium* et *subsidiū*.  
*Præsidium* est aliquo loco utili positum, *auxilium* quod  
ab exteris datur, *subsidiū* quod postea supervenit.

429. Inter *potentiam* et *potentatum*. *Potentia* est  
sui cuiusque solius, *potentatus* vero auctoritas  
[Al., auctoritatis] est judicialis.

430. Inter *Pestem* et *pestilentiam*. *Pestis* ipsum  
est nomen morbi [Al., verbi], *pestilentia* vero id  
quod ex se efficit. *Pestilentia* autem tres modi sunt:  
aut ex terra, aut ex aqua, aut ex aere.

431. Inter *Passionem* et *propassionem*. Hieronymus  
in *Matthæum* distinguit, dicens: quod passio repu-  
tatur in culpa; propassio, licet culpam habeat [Al.,  
pro culpa habetur], tamen non tenetur [Al., retine-  
tur].

425. Ascon. *Pedian.* iiii, in *Verr.* Non., dict. *Nefar-  
ius*; ipse *Etymolog.* lib. x, littera N.

*Ibid.* Fortasse ne nominandus quidem. Ita certe me-  
lius. AREV.

427. *Varr.*, iv de *Ling. Lat.*, initio. Non., dict.  
*Pervicacia*.

428. C. Front.: *Subsidium quod subest deficientibus*,  
*præsidium imponitur*, *auxilium repentinum est*, ita  
*subsidiū ad secundos casus præparatur*. *Præsidium*  
*ad custodiām*, *auxilium*, ut possit, ex insperato venit.  
Vid. *Fest.*

429. Al. sive 2 MSS. pro sui.

*Ibid.* *Varia lectio efficit* eum textu Grialii congruit.  
*Legi poterit facit*, aut aliquid simile pro efficit. AREV.

431. In Codice Regiovaticano 1838 differentiae  
sunt alphabeticō quidem ordine dispositae, sed alibi  
contrarioe, alibi copiosiores, et nonnullæ additæ;  
ut, exempli gratia: *Inter pati et perpeti*: *pati brevis*  
*est*, *perpeti longioris est temporis*. *Inter passum*  
*et expertum*: *patimur voluntate*, *experimur necessi-  
tate*. Malum *Experimur voluntate*, *patimur necessi-  
tate*. AREV.

432. Ex *interpretibus Terent.* videtur sumpsisse

A tur] in criminē. Ergo qui viderit mulierem, et anima  
ejus fuerit titillata, hic propassione percussus est:  
Si vero consenserit, et de cogitatione affectum fecer-  
it (sicut scriptum est in David: *transierunt in affec-  
tum cordis*), de propassione transit ad passionem, et  
huic non voluntas deest, sed occasio.

432. Inter *Percunctionem* et *interrogationem*. Au-  
gustinus hoc interesse 56 existimat, dicens: quod  
ad percunctionem multa responderi soleant, veluti  
quid est hoc, aut illud? ut respondeantur diversa,  
vel varia. Ad interrogationem non multa respon-  
dentur, sed aut non, aut etiam pronuntiabitur. Ve-  
luti factum dictumve est? Verum aut falsum est?  
Respondetur: aut non, aut etiam.

B 55. Inter *Perfectum* et *consummatum* hoc distat quod  
perfectum est cui jam addi nihil aliud potest. Consum-  
matum vero est quodlibet opus in finem deductum.

434. Inter *Patens* et *patulum*. *Patulum* dicimus  
quod naturaliter semper patet, ut nares, arbor. *Pat-  
ens* vero quod aperitur et clauditur, ut ostium,  
oculi. Sic lucidum et lucibile: lucidum est quod  
aliunde illuminatur, lucibile quod per se lucet.

435. Inter *Penetrare* et *penetrabile*. Quod pene-  
trat penetrare dicitur; quod autem penetratur, pene-  
trabile. Penetralia autem sunt domorum secreta, et  
dicta ab eo quod est penitus.

436. Inter *Post* et *pone* hoc videtur interesse  
quod post semper chronicis ponimus, cum dicimus: *Post*  
*tempus veniam*; *pone* vero, *post* *tergum*.

437. Inter *precari*, et *imprecari*, et *deprecarī*.  
*Precari* est rogare, *imprecari* est optare [Al. ex-  
optare], *deprecarī* est excusare, vel expurgare. Ci-  
cero (lib. ii in *Verr.*). Quid, inquit, faciat Horten-  
sius? Avariziane crimina frugalitatis laudibus depre-  
cetur?

438. Inter *Poscere* et *exposcere*. *Poscere* minus  
est quam *exposcere*. Nam poscant qui simpliciter  
petunt, exposcunt qui desiderant.

439. Inter *Policeri* et *promittere*. *Policeri* dicimus  
57 quod sponte promittimus nec rogati, *promittere*

D. Augustinus, act. v, scen. 4, *Andriæ*.

— Aut etiam pron. Al., Sic pronuntiabitur, forte,  
etiam pron.

*Ibid.* Pantinus in textu legisse videtur aut et pro-  
nuntiabitur, pro quo conjicit aut etiam; quæ genuina  
est lectio. AREV.

436. Ex Serv. ad ill. Eclog. i, *Tityre, tu patulus*.

— Ex Serv. ad ill. vi *Æn.*, *Lucentemque globum*  
*lunæ*, ex quo videtur legendum lucens, non lucidum.  
Fronto tamen ita etiam sero distinguat inter lucidum  
et luminosum.

435. Ex Serv. lib. x *Æn.* ad ill., *Nostrum penetra-  
bile telum*.

— *Penetralia*. Ex Serv., ad ill. vii *Æn.*: *Penetra-  
libus altis, et ill. vi: Regnis penetralia nostris*.

436. Fest., dict. *Pone*, et Serv. ad ill. vii *Æn.*,  
*Pone subit conjux*.

— *Tempus*. F. dictio *tempus superat*.

437. Ex Agræt. qui hinc forte augendus.

438. Serv. ad ill. ix *Æn.*: *Si tibi, quæ posco, aliter*  
*quam Isidorus*.

439. Ex Serv. ad ill. i *Æneid.*, *Ditione tenerent,*  
*Policitus*.

quod petitur. Ergo promittimus rogati, pollicemur **A** populum, unius multitudinem civitatis intelligimus. ultra. Item pollicemur scriptura, promittimus verbo.

440. Inter *Properare* et *festinare*. Marcus Cato sic distinguit dicens : Qui unumquodque mature transigit, is properat. Qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Ego unumquodque quod adortus eram transigebam <sup>o</sup>.

441. Inter *Primum* et *priorem*. Primus e multis, prior e duabus, primarius a dignitate.

442. Inter *Plures* et *pluris*. Plures est quod majori summa laxatur, plures vero de multitudine scribimus [Al., scribitur].

443. Inter *Petivit* et *expetivit*. Petivit pro parum [F. add. petivit] ponitur, expetivit pro satis petivit. Et inimicissime ac vehementer admisus est. Ex enim B pro valde ponitur.

444. Inter *Pyram* et *rogum* : Pyra est constructio lignorum, antequam ignis admotus est. Rogus est dum ardet. Bustum vero postequam arsit.

445. Inter *Plebem* et *populum*. Plebs a populo eo distat, quod populus est generalis universitas ci-vium cum senioribus, plebs autem pars humilis et abjecta.

446. Inter *Pauperiem* et *paupertatem*, Pauperies damnum est, paupertas ipsa conditio.

447. Inter *Proclivum* et *declivum*. Proclivus est ascensus; declivus, descensus facilis.

448. Inter *Pueroram* et *puellam*. Puellam inventem dici 58 et ætate parvulam, quasi pullam; pueroram vero, quæ primum puerum enixa est, et in annis puerilibus parit. Unde et Horatius (Lib. iv, od. 4) :

Laudantur simili prole puerperæ.

449. Inter *Pampineum* et *pampinosum*. Pampineum est totum de pampinis, pampinosum quod pampinis plenum est.

450. Inter *Populum* et *populos*, cum enim populos numero plurali dicimus, urbes significamus; cum

— *Scriptura*. Al., *Minus*. F. *minis*.

*Ibid*. Hæc est prima differentia quæ in altero libro non alphabetico occurrit, brevior tamen quam hoc loco. AREV.

440. In oratione quam de suis virtutibus habuit. Agell. lib. vi, cap. 14. Non., dict. *festinare*. Fest., dict. *properare*. C. Front. Qui properat, appetet non D esse defessus, qui festinat, videtur esse desatigatus.

— Unumquodque. Al., *Nunquam quidquam*, quod adortus eram, transibam. Ortus Ms. Forte, orsus.

441. Ex Agratio.

442. Ex Agratio.

443. Inimicissime. Lego enixissime, aut intensissime.

444. Ex Serv., ad ill. i Æn., *Constituere pyras*.

— Fest., dict., *bustum*.

445. Sic 9 Terent. Scaurus de Orthograph. : *Populus* est in quo omnis pars civitatis, omnes ejus ordines continentur : plebs ea dicitur, in qua gentes civium patritio non insunt.

446. Fest., dict. *Pauperies*; ex quo forte scribendum, paupertas est damn. quod quadrupes facit.

448. Lib. x Etymolog., litera P. *Puella* est *parvula*, quasi *pupilla*, et lib. xi, cap. 4. *Pupilla*, quod pura sit et impolluta, ut sunt *pueræ*. Et sic dictionem *pullam* in *pupillam* forte quis mutandam censeat, cum et Græcis η xóρη utrumque et *pupillam* et *puel-*

*la*

451. Inter *Pontificem* et *vatem*. Pontifex tantum summum sacerdotem significat, vates autem plura significat, aut sacerdotes, aut poetas, aut prophetas.

452. Inter *Profugum* et *exsulem*. Profugus voluntate, exsul necessitate.

453. Inter *Patrium* et *paternum*. Paternum est quod patris fuit, ut fundus paternus. Patrius dicitur patri similiis [Al. *patri affectus*], ut patrius animus [Al., *amor*.]

454. Inter *Proprius* et *propius* [Al., *proprium*]. Proprius est nomen, propius vero juxta me.

455. Inter *Prægnantem* et *gravidam* hæc differentia est : prægnantem esse quæ concepit; gravidam, quam uteri gravedo proximam partui ostendit.

456. Inter *Pignera* et *pignora*. Pignera sunt rerum, pignora filiorum et affectuum.

457. Inter *Portentum* et *monstrum*. Portentum est quod 59 ex formis diversis proponitur, monstrum, quod extra naturam nascitur, vel nimis grande, vel nimis breve.

458. Inter *Portentum* et *portentosum*. Portentum dicitur quod ex omni parte naturæ mutationem sumens aliquid portendere futurum videtur, sicut biceps caput in corpus unum, vel sicut in Xerxis regia ex equa vulpem ferunt creatam (*Herodian.*); per quod ejus solvi regnum ostensum est. Nam portentosa dicuntur quæ ex parte corporis sumunt mutationem [Al., *notationem*]; ut, exempli causa, cum sex digitis natu, sive cum aliqua pravitate [F., *parvitate*] membrorum.

459. Inter *Portentum* et *ostentum*. Portentum nascitur et in sua permanet qualitate; ostentum vero subito offertur oculis, et subducitur. Sic portentum dicitur a portendendo, id est porro ostendendo, sicut et prodigium, quod porro dicat, id est futura de longe prædicat. Monstrum sane a monitu vel monstrando dictum, quod aliquid significando demonstret et statim. Quinque sunt autem genera prodigiorum, ut iam significet. Vox tamē *pullam* non temere rejicienda, quandoquidem et Non. *pullum*, inquit *ætatis novellæ*, ab antiquo verbo *pullare*, quod *velut* glossarium agnoscit, estque παραφυάδες βαλλειν, pulli παραφυάδες. Ipse certe haec eamdem lectionem superiore libro habet.

— Etymolog. lib. ii, cap. 2.

449. Serv. ad ill. i Æn., *Nemora inter frondea*.

*Ibid*. *Pampinosum*. Adhibetur hæc vox a Colunella et Plinio. AREV.

451. Lib. Etymolog. viii, cap. 42.

452. Vid. Serv. ad ill. i Æn. *Profugus*, *Larinaque venit littora*.

456. Ex Agratio.

457. Fronto. Sic : *Portentum*, quod porro, et diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat; *monstrum* est contra naturam, ut est *Minotaurus*, et infra, in monstrō rectus ordo naturæ vertitur : in portento differt eventus. Non., dict. *monstra*.

458. Etymolog. lib. ii, cap. 3.

*Ibid*. Pantinus in texu legebat, ut puto, *parvitate*, pro quo conjiciebat pravitate. AREV.

459. C. Fronto eodem sensu *ostentum*, quod præter consuetudinem offertur, et infra, in ostento raritas administrationem (Lego admirationem) facit.

**Varro dicit, id est : portentum, ostentum, prodigium, miraculum et monstrum.**

460. Inter *Pueritiam* et *pubertatem*. *Pueritia* est tenera et parva aetas, a puritate ita vocata; *Pubertas* autem aetas adulta est quae jam gignere potest; dicta a pube, id est a pudendis corporis, quod haec loca tunc primum lanuginem inducunt [L., induunt]. *Pueritia* autem a septimo anno, *pubertas* a quarto decimo incipit.

461. Inter *Percussum* et *percussum*. *Percussum* corpore dicimus, *percussum* animo. Cicero, de Signis: *Tanquam ipsa illa face percusus esset [Agræt., percusso esse].*

462. Inter *Parricidam* et *paricidam*. *Parricidam* dicimus qui occidit parentem; *paricidam*, qui socium atque parem.

463. Inter *Procellam* et *tempestatem*. *Procellas* non tam terrarum **60** quam cœli esse, *tempestates* autem fluctuum sunt.

464. Inter *Plantas* et *plantaria*. Quod plantæ sunt raptæ de arboribus, *plantaria* vero, quæ ex seminibus nata sunt, et cum radicibus et terra propria transferuntur.

465. Inter *Pomarium* et *pometum*. *Pomarium* est ubi poma ponuntur [Al., transponuntur], *pometum* ubi poma nascuntur, pomerium ubi poma inveniuntur [Al., ipse locus arborum].

466. Inter *Pyram* et *pyrum*. *Pyra* est rogus [Al., robur] ardens, *pyrum* vero porum.

467. Inter *Piscatorem* et *piscarium*. *Piscator* est qui capit, *piscarius* est qui vendit.

468. Inter *Pulvereum* et *pulverulentum*. *Pulvereum*, factum; *pulverulentum* est, pulvere plenum.

469. Inter *Pennas*, et *pinnas*, et *pennum*. *Pinnæ* sunt murorum, *pennæ* avium, a pendendo; *pennum* extremitas ferri acuti.

470. Inter *Prædam*, *lucrum* et *compendium*. *Præda* ex hoste, *lucrum* ex negotio, *compendium* proprie ex pondere.

471. Inter *Pompeii porticum*, *Pompeiam*, et *Pompeianam*. *Pompeii*, est ipsius Pompeii; *Pompeia*,

— **460. Hæc eadem sere Etymolog. lib. II, cap. 2, et D libro secundo Different.**

— *Pubertas autem*. Fest., dict. *Pubes*.

— *Pueritia autem*. Lib. II, Different.

461. Ex Agrætio.

— *De signis*. 2 Ms., designat.

462. Lib. v, Etymolog., cap. 25.

*Ibid. Paricida* et *patricida* pro eodem accipi solent. Vide Festum. AREV.

463. Ex Serv. ad ill. 1. *Aen.*, *Creberque procellis Africis*, et ipse Etymolog. lib. XIII, cap. 44.

464. Ex Serv. ad ill. II. *Georg.*, *Hic plantas tenero abstindens de corpore*.

465. Ex Sosipatro Carisio.

— *Pomerium*, etc, Puto glossema proxime præcedentium verborum.

468. *Lego ex pulvere factum*.

470. C. Fronto., *præda victos spoliat*.

— *Compendium*. C. Fronto., *Compendium utique ad pondus pertinet*.

471. Ex C. Frontone.

*A publicata*; *Pompeiana*, si ad aliam domum transit.

472. Inter *Populum* et *plebem*. *Quod populus est universus cum senatu et civibus Romanis, plebs tantum vilior numerus*.

473. Inter *Partem* et *partim*. *Partem nomen, partim adverbium est*.

474. Inter *Postremum* et *posteriorem*. *Postremus de multis, posterior de duobus*.

475. Inter *Principium* et *initium*. *Principium, prima pars; initium, uniuscu[m]que rei incipientis cœptum*.

476. Inter *Pendent* et *pendunt*. *Pendent suspensi, pendunt aliquid ponderantes*.

**61** 477. Inter *Pene* et *pene*. *Pene adverbium est, pene turpissima [Al., novissima] pars corporis*.

*De littera Q.*

**B** 478. Inter *Quatenus* et *quatinus*. *Quatenus adverbium est, quatinus conjunctio causalís, ut si dicas: Quatinus hoc sine plaga non facis, en tibi plagas. Adverbium est autem quatenus, aut temporis, aut loci; temporis cum dijornis: Quatenus hoc modo res exercebis.*

479. Inter *Quoniam* et *quatu*. *Quoniam præponitur, et sic sequentem sensum alligat, ut: quoniam dicas [Al., dicit], dico. Quia postponitur, et superiorem sensum confirmat, ut: Scias quia didici.*

480. Inter *Quamdudum* et *jamdudum*. *Quamdudum interrogantि est, jamdudum respondentis.*

481. Inter *Quæritur* et *quiritur*. *Quiritur de implorando, quæritur de inquirendo.*

482. Inter *Questus* et *quaestus*. *Quæstus lucri, quaestus lacrymarum.*

483. Inter *Quæ* et *que*. *Quæ pronomen est, que vero conjunctio est.*

484. Inter *Quod* et *quot*. *Si per d scribitur quod, pronomen personale est; si per t quot, numerus.*

*De littera R.*

485. Inter *Recens* et *novum*. *Recens nascitur; novum fit. Unde et Virgiliius :*

*Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.*

**62** 486. Inter *Religionem* et *fidem*. *Fides est credulitas qua Deum confitemur, religio est cultus quem illi credentes exhibemus. Dicta autem fides ab eo quod fit id quod inter utrosque placitum est. Quasi*

— *Pompeiana*. 2 Ms. *Pompeigena*.

— *Dominum. Dominationem transit*, *Lego ex Frontone*.

477. Fest., dict. *Penem*.

478. C. Fronto: *Quatenus, quatine, quatinus, quoniam*. Fest., dict. *Quatenus*.

*Ibid. Quatenus et quatinus propriæ non differunt, quidquid Festus aliisque dicant; sed quia apud veteres e et i inter se facile commutabantur, idcirco quatenus et quatinus, prolenus et protinus, et similia occurruunt. AREV.*

481. Ex Agræt., unde legendum constat: *Inter queritur et queritur: queritur deplorando, queritur de inquirendo, nisi malis quiritur in quiritur militandum.*

*Ibid. Conjecturam Pantini, legendum quiritur, confirmat locus Varronis, l. v de Ling. lat., cap. 7: Quiritur dicuntur is qui Quiritum fidem clamans implorat. AREV.*

482. Ex Agrætio, in quo male est *lucro*.

486. Cicer., Off.

inter Deum et hominem dicta quoque religio, eo quod ea homines religantur vinculo serviendi ad cultum divinitatis. Religio autem est in virtute, superstitione vero in cultu illico.

487. Inter *Rationale* et *rationabile*. *Rationale* est [Al., ut] angelus et homo, *rationabile* quod ratione vel agitur vel dicitur.

488. Inter *Rusticum* et *rusticanum*. *Rusticus* operarius dici potest, *rusticanus* pater familiæ.

489. Inter *Rusticitatem* et *rusticationem*. *Rusticitas* morum est, *rusticatio* operis.

490. Inter *Rationem* et *ratiocinationem*. *Ratio* est mentis motus [Al., motum] in his que dicuntur [Al., discuntur], discerneret vel connectere valeat; *ratiocinatione* autem rationabilis est subtiliusque disputatio, aliquid a certis ad incertorum [Al., add. aut incertis ad certorum] indagationem nitens cogitatio.

491. Inter *Regium* et *regale*. *Regium* est ipsius regis, regale dignum rege. Sic et regia et regalis. *Regia domus* in qua est, *regalis* rege digna.

492. Inter *Rubor*, *robur*, *robor*. *Rubor* coloris est, *robur* virtutis, *robor* arboreis.

493. Inter *Reptilia* et *repentia*, *Reptilia aquarum* sunt, *repentia* terrenæ.

494. Inter *Rivulum*, *fons*, *torrentem*, et *flumen*. *Rivulus* subito sit: *fons* est caput atque decursus in quem naturalis manat aqua, *torrentis* pluviae fluctus præcepit [Al., pluvia fluctus est præceps], *flumen* aquæ decursus generaliter.

#### De littera S.

495. Inter *Sidera*, *astra*, *stellæ*, et *signa*. *Sidera* illa dicuntur quibus navigantes considerant quod ad cursum dirigant consilium; **63** *astra* autem sunt stellæ grandes, ut *Orion*; *stellæ* autem, multijuges, ut *Hyades*, *Pleiades*; *signum* vero quo animantis imago formata est, ut *Taurus*, *Scorpio* et hujusmodi.

496. Inter *Sempiternum* et *perpetuum* hoc distat [Al., discrepat], quod sempiternitas ad Deum pertinet, perpetuitas ad angelos, vel ad animas [Al., animam] hominum. Primum enim semper fuit, nec unquam esse desinit; alterum esse coepit, sed esse perpetuum non desinit.

497. Inter *Sensem* et *intellectum*. *Sensus* ad naturam referuntur, *intellectus* ad artem.

498. Inter *Sacrum*, *religiosum*, et *sancutum*. *Sacrum* vocamus quod ad Deum pertinet; *religiosum* quod ad homines justos; *sancutum* vero quo aliquid sanc-

— *Superstitione* vero. Non., dict. *Superstitionis*.

494. Ex C. Front., dict. *Regium*.

492. Vetus Glossar., *robur*, τίδος ξύλου μελάνθρυς.

493. Etymolog. lib. xii, cap. 6.

494. Dō hac differentia, vide n. 244. AREV.

495. Etymolog. lib. iii, cap. 59 et 70.

*Ibid.* In aliis MSS. quæ navigantes considerant. AREV.

496. Lib. Sententiæ D. Isidor.

498. Serv., ad ill. i *Aen.*: *Templis indicū honorem*. Et illud in *Aen.*: *Auri sacra fames*.

500. Etymolog. lib. x, littera S, interpretes Tarentini act. v, scen. 9, Eunuch.

— *Stupidus*. Non., dict. *Stupidus*.

502. Cum viduis, Non., dict. *Stuprum*.

etur, quodque violato, prena compunctitur. *Sacrum* vero et sanctum est, sanctum vero non continetur *sacrum*. Item *sacrum* ip̄o honoram partem positur; *sacrum* vero duo significat, et bonum, et malum: bonum, ut illud (*Virg.*, *Eclig.* 1): *Inter flumina nota, et fontes sacros*; malum, ut: *Auri sacra fames* (*Aeneid.* lib. iii). Et: *Sacer panduntur portæ* (*Aeneid.* lib. ii). Et: *Leno sacer* (*Plaut.*). Et: *sacer bixus* (*Ovid.*). Unde et ignis sacer dicitur fulcus horribile. Alma autem ab alendo dicitur. Unde et apud paganos alma Ceres dicitur est, alimentorum inventrix.

499. Inter *Sapientem* et *prudentem* ita discerni solet, ut sapiens vocetur is qui intellectum æternorum rimiratur, prudentis vero qui ea quæ sensibus corporis experientur.

500. Inter *Stultum*, *satuum*, et *stupidum*. Quidam veterum satuum existimant qui n̄c quod satis ipse, nec quod alii dicunt, intelligat; *stultum* vero hebetiorem corde. Unde Afranius: *Ego, inquit, me stupri existino, satum esse non opinor*. Id est, obtusus quidem sensibus, non tamq; nullis. *Stolidus* vero dictus est quasi lapideus, quasi stolidus.

501. Inter *Sævum* et *crudelēm*. *Sævus* in ira, crudelis in sanguine.

502. Inter *Stuprum*, *incestum*, et *adulterium*. *Stuprum* in virgine, **64** *incestum* in parente vel vidua, *adulterium* in nupta. Dictum autem *incestum* quasi *incastum*.

503. Inter *Satietas* et *saturitatem*. *Satietas* vario genere spectaculorum contingit, *saturitas* vero ciborum est.

504. Inter *Superbiā* et *arrogantiam*. *Arrogantia* est inanis gloria de eo quod quisque est. *Superbia* vero, supèrgrediens elatio mentis de eo quod non est. *Superbiæ* autem gemina est differentia: Una quæ spirituales ac summos viros per virtutum jactantiam dejicit, altera quæ carnales erga seniorum imperium inobedientes reddit. Dicta autem *superbia*, quia super vult quam quod est.

505. Inter *Scientem* et *sciolum*. *Sciens* est peritus scientia et rebus; *sciolus*, simulator scientiæ ac periitiæ, scienti contrarius est; et quidquid alias sciatis, ipse videri vellet scire: aut qui se profiteatur scire omnia, aut etiam futura prædicere.

506. Inter *Spurcum* et *spurium*. *Spurcus* non tantum impurus, sed et *sævus*; *spurius* autem patre incerto, matre vidua genitus, quasi tantum

D — *Etymolog.* lib. x, littera I.

— *Etymolog.* lib. v, cap. 26, et lib. x, littera A.

503. Carissius: *Saturitas in cibo tantum dicitur, in cæteris vero satietas*. C. Fronto previous. *Saturitas ventris, satietas animi*.

504. C. Fronto: *Superbia a superhabendo: arrogantia etiam in pauperem cadit*.

— *Super vult*, etc. Al. *Seviper vult, quod non est*.

505. *Dissimulare* est astute celare, et occultare, quod quis scit, quamvis non dicat, se nescire. AREV.

506. Non., dict. *Spurcum*.

— *Spurius* aut. m. *Etymolog.* lib. ix, cap. 5.

*Ibid.* *Spurium vocabant. In Etymologiis, loco citato, litteris Græcis σπόριον vocabant*. AREV.

*spurii filius. Quia muliebrem naturam antiqui [Al. add. jurisconsulti] spurium vocabant. Eodem et savonios quidam appellant, quia quedam animalia savonii spiritu haustis concipere existimantur.*

507. Inter *Sceleratum, scelestum, et scelerosum.* Grammatici dicunt sceleratum illum esse in quo sit [Al., sit] scelus; ut Cicero: *O te [Al., tu] scelerate, qui subactus es propositus es.* Scelestum autem per quem sit. Ut Terentius: *scelestas, opem lupo commisisti.* Scelerosus, qui facit: ut idem: *Ego illum scelerosum misera nolens pertuli.* Sed haec auctores non usquequaque custodiunt.

65 508. Inter *Salutem et salubritatem.* Salus est integritas corporis; salubritas, saluti conveniens causa, per quam sanitas, vel reservatur, vel restauratur.

509. Inter *Super et supra* hoc interest: Super est quod imminet [Agratius eminent], supra quod substratum aliquid habet. Item super interdum, aut nimium, aut satis accipimus.

510. Inter *Subter et subtus.* Subter est quod re aliqua superiori deprimitur, et procyclatur [Al., conculcatur]; subtus quod demissum altius non contingitur.

511. Inter *supremi et supprimi.* Supremi et summi significat et imi; supprimi autem, occultari.

512. Inter *Sumere et accipere [Al., præcipimus].* Sumimus ipsi, accipimus ab alio. Cum enim damus, dicendum est, Accipe; cum permittimus [Al., præcipimus] ipsi tollere, dicimus [Al., dicendum est]. Sumere. Item sumimus per nos, accipimus a voluntibus, tollimus a non voluntibus [Al., nolentibus]. Item auferimus [Leg. adimimus], jure quidquid deditum assumimus jussu, eripimus vi.

513. Inter *Sperare et exspectare.* Exspectamus et bona et mala; speramus autem tantum bona. Miro autem modo Virgilius verbi hujus proprietatem a propria significazione secernit, dicens (*Aeneid.* iv):

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem; dum omne quod exhorret animus rectius timere dicitur [Al. add. quam sperare]. Sed grammatici hoc exponunt, dicentes: Sperare dixit pro timere. Quod et Lucanus distinguens ait: *Liceat sperare timenti.*

514. Inter *Scire et nosse.* Scire est reddere ratio-

507. Sic interpretes Terentii act. iv, scen. 3, Eunuch.: *Scelerosus, est multorum: scelestus, vel unus: scelerosus, propriæ auctor sceleris: sceleratus, in quo scelus sit commissum, vel constitutum.*

508. Al. *Etas, vel salvatur, vel reservatur.*

509. Ex Agratio.

— Super interdum. Serv. ad ill. iii, Aen., O mihi sola mei super Astyanactis imago.

510. Ex Agratio.

511. Fest., dict. *Supremum.* Non., dict. *Supremum.*

512. Sic C. Fronto: *Sumimus que posita sunt, accipimus que porriguntur.*

— Assumimus, etc. Ex Front. qui ita, *aufert, qui dedit, adimit* (lego in Isidoro *adimimus*) *imperio coatus; eripit qui plus vult.*

513. Ex interpretibus Terentii act. ii, scen. 6, Andriæ.

— Miro, Serv. ad versum citatum.

515. Ex Serv. ad ill. i Aen., *Dissimulant, et nube*

nem quam noveris; posse, referre tanquammodo quod audieris.

515. Inter *Simulare et dissimulare.* Dissimulamus nota: simulamus ignota. Qui ep̄im s̄p̄git se scire quod nescit, simulat; 66 qui autem quod scit nescire se dicit, dissimulat. Unde et Sallustius: *Ille simulator incerti, ac certi dissimulator erat.*

516. Inter *Sistere, et consistere, et assistere.* Sistere est interdum resistere, vel prohibere, id est, qui aliquam rem in loco stare facit. Ut Virgilius: *Sistere aquam fluij.* Assistere vero et ante unum, et coram multis; consistere in medio adesse.

517. Inter *Servire et inservire.* Servire lapsum dominis: inservire cypusque præceptis.

518. Inter *Spirare et exspirare.* Spirare vivere est, exspirare mori.

519. Inter *Surgere et exurgere, et reliqua.* Surgitur a loco, exsurgitur a somno, insurgitur ad vindictam, consurgitur ad auxilium.

520. Inter *Subjicere et supponere.* Subjicere cito, supponere leute.

521. Inter *Simul et simul.* Simul ad numerum pertinet, ut, semel bis; simul ad congregationem, ut, *Globali* [Al., conglobati] simul feruntur in armis viri.

522. Inter *Sepulcrum et monumentum.* Sepulcrum tantummodo tumulus defunctorum est, monumentum vero, nunc sepulcrum, nunc historia rerum gestarum: dictum eo quod memorem moneat, vel ad memoriam defuncti, vel ad recordationem rei scriptæ. Porro tumulus bizarrie, nunc tumens tellus, nunc sepulcrum vocatur. Sepulcrum autem a sepulco dictum. Sepultus vero, eo quod sine palpitatione, vel pulsu sit, id est, sine motu. Cadaver autem a cadendo dictum.

523. Inter *Sacrificium et hostiam* hæc velut erat discretio, quod sacrificium spontanea oblatio erat; hostia vero quæ devictis hostibus immolabatur. Hæc et victimæ vocabatur. Alii victimam 67 idem dictam putant, quia ictu percussa cadit, vel quia vincita ad aras perducitur.

524. Inter *Sedes et thronos.* Sedes non tantum unius, sed multorum est. Nam solium unius tantum est, et regum; sedes quibuscumque [Al., illud cypuscumque] proprium. Solium autem, vel a solius

D cava speculantur amicti. Al., *Dissimulamus notum, simulamus ignotum.*

— Qui enim. C. Fronto, Qui simulat probare vult quod non est.

— Ille simulator. Puto Isidorum scripisse adducto loco ex bello Catilinario et exposito: *Cujuslibet rei simulator, ac dissimulator. Simulator incerti, q̄c certi dissimulator erat.* Nisi forte ab alio glossema adjectum.

516. Nescio an scripserit Isidorus: *assistere vero ante unum, consistere coram multis.* Et reliqua quæ alteri exemplari deerant, omittenda.

518. Ex Agratio, qui forte hunc emendandus.

522. Fest., dict. *Sepulcrum.* Etymolog. lib. xv, cap. 11.

*Ibid. Dictum.* Serv. ad ill. vi, Aen., illa hæc monumenta reliquit.

— Etymolog. lib. xv, cap. 11.

— Etymolog. lib. xi, cap. 2.

sessione, vel a soliditate dictum. Solium Latini, Græci thronum dicunt. Sedes autem dictæ, quia apud veteres Romanos non erat usus accumbendi. Unde et consedere antiquo more dicitur. Nam veteres sedentes epulabantur. Postea, ut ait Varro, de Vita populi Romani, viri discubere cœperunt, mulieres sedere. Quia turpe illis erat discubere mulierem [Al., discubere visum].

525. Inter *Servam* et *famulum*. Servi sunt in bello capti, quasi servati; sicut mancipium ab hostibus, quasi manu captum. Famuli autem ex propriis familiis orti.

526. Inter *Servitatem* et *servitium*. Servitus est conditio serviendi, servitium numerus servientium [Al., servorum est].

527. Inter *Socerum* et *socrum*. Socerum virum dicimus, socrum feminam.

528. Inter *Similitudinem* et *figuram*. Similitudo est cum secundum aliquam speciem visam imago vel pingitur, vel formatur. Figura est cum impressione formæ alicujus imago exprimitur, veluti si in cera ex annulo effigiem sumat, aut si sigulus in argillam manum voltumque aliquem imprimat, et fingendo figuram faciat.

529. Inter *Sanguinem* et *cruorem*. Sanguis est dum in corpore manet, effusus vero crux fit. Cruor autem a cruditate vocatur, unde et crudelitas dicta, et crudus. Alii dicunt crudem victimarum esse, sanguinem hominum. Ut Virgilus (*Aeneid.* ii) :

Sanguine placantis ventos, et virgine caesa;  
id est, sanguine virginis occisiæ.

530. Inter *Sinum* et *gremium*. Sinum dicimus sinuatae vestis receptaculum, gremium interius accuratae [Al., accuratae].

531. Inter *Senium* et *senectutem*. Senectus est gravior ætas post juventutem succedens, senium autem ultima ætas post gravitatem veniens. Sic senex et senior. Nam senior adhuc viridior. Ut illud Virgilianum :

Jam senior, sed cruda deo viridisque senectus.

Et Terentius : *Quo jure sum usus adolescentior; non autique magis adolescens, sed minus.* Ut senior, minus

523. *Etymolog.* lib. vi, cap. 19.

524. *Etymolog.* lib. xx, cap. 11.

— *Solium.* Serv., ad illud i *Aen.* : *Solioque alte D subnixa recessit.*

— *Sedes autem unius.* Isidor., proxime citato loco.

525. *Etymolog.* lib. viii, cap. 4.

526. Ex Sosipatro Caris.

529. *Etymolog.* lib. xi, cap. 1.

— *Cruor.* Serv., ad illud viii *Aen.* : *Tepidusque crux sumbat ad aras.*

*Ibid.* In textu Grialii erat crux victimarum, per errorem, ut puto, pro crux. AREV.

531. *Etymolog.* lib. xi, cap. 2.

— *Sic senex.* Forte legendum, ex citato loco Isidori, sed sene minus est senior.

— *Jam senior.* Vid. Serv., ibidem, *Aeneid.* vi.

*Ibid.* De variis ætatis gradibus plura dixi in prolegomenis ad *Dracontium*, pag. 21. In textu Grialii erat : *Sic senes pro sic senex.* AREV.

534. Ex C. Fronto., qui tamen Palæmonem non nominat.

535. Ex Servio, ad ill. ii *Aeneid.* : *Statio male fida*

A senex. Senecta autem est ipsa sors, sive [Al., atque] conditio senectuti accedens.

532. Inter *Sonum* et *sonitum*. Sonus [Al., sonitus] est quidquid auditur sensibile, sonitus [Al., sonus] vero confusio [Al., confusæ] vocis tubarum.

533. *Spolia ad expoliantes, exuviae ad expoliatos.*

534. Inter *Stillam* et *guttam* Palæmon grammaticus ita distinguit : *Gutta, inquit, stat; stilla cadit.*

535. Inter *Stationem* et *portum*. Statio est, ubi ad tempus stant naves, portus ubi hibernant. Nam portus locus ignotus est ab accessu ventorum, ubi hiberna opponere solent.

536. Inter *Serenum* et *tranquillum*. Serenum enim ad cœlum referri potest, ad mare non potest. Serenum enim cœlum dicimus, tranquillum mare.

537. Inter *Saxa* et *lapides*. Saxa tantum durissima, nam lapis et dura et molles est petra.

538. Inter *Specum* et *antrum*. Specum Latini, Græci antrum dicunt. Sunt autem loca ex quibus repercussæ voces imaginem referunt.

539. Inter *Semitam*, *callem* et *tramitem*. Semita hominum est, callis vero pecorum vel ferarum est. Callis etiam dicitur via stricta, a 69 calcando ita dicta. Tramites vero transversa sunt in agris itinera, proprie ergo callis semita tenuis, callo pecorum præducta. Semita autem quasi semis via. Semita (dicta, qua potest ire unum vehiculum. Hujus [Al., cuius] duplex actus vocatur : propterea quod duo capit, vel propter eundem et venientium vehiculorum occursus.

C 540. *Succipere* est, de superiori aliiquid cadens corporale, suscipere causam incorporaliter. Suscipere sursum aspicere, aut venerari.

541. Inter *Simulare* et *dissimulare*. Qui simulat vult videri facere quæ non facit, qui dissimulat non vult videri facere quæ facit.

542. Inter *Somnum* et *somnium*. Somnus quo dormimus, somnium quo dormientes videmus.

543. Inter *Sum* et *suum*. Sum verbum est, suum pronomen est.

544. Inter *Sævit* et *sevit*. Sævit, irascitur; sevit satorem dicit.

*carinis;* et ill. x :

Frangere, nec tali puppes statione recuso.

— Forte legend. *locus remotus*, ex *Etymolog.* lib. xiv, cap. 8.

536. Sic Virg., Georg. i : *Cælo properanda sereno;* et *Hiemes optate serenas;* et alibi : *Unde serenas Ventus agat nubes;* et s. r. p. alias.

— *Tranquillum. Tranquilla per alta.* ii *Aeneid.*

538. Agnoscit etiam hanc vocem vetus glossarium,

539. Ex Serv., ad ill. iv *Aeneid.* : *Coniectant calle augusto;* et ipse *Etymolog.* lib. xv, cap. 16.

— *Semis via.* Varr., iv de Ling. Lat. : *Quasi semi iter.* Ipse *Etymolog.* lib. citato, a semi itu.

— *Semita dicta.* Legend. *Via dicta*, neque enim semita vehiculum, sed via capit.

— *Actus vocatur.* Paulus, ad Festum, dict. *Actus.* Varr., iv de Ling. Lat., duobus locis. Ipse *Etymolog.* lib. xv, cap. 15.

542. Ex Serv., ad ill. v *Aen.* : *Tibi tristia somnia portans, qui tamen : Somnium, quod dormientes videmus.*

545. Inter *sus* et *sus*. *Sus* pronomen est, *sus* animal est.

546. Inter *Syram* et *suram*. *Syra* gentis suæ femina, *suram* pars pedis.

547. Inter *Sartorem* et *sarcinatorem*. *Sartorem*, agrum sarrientem; *sarcinatorem*, vestes sarcientem.

548. Inter *Similem* et *simulantem*. *Similem*, talem; *simulantem*, talem inentientem.

549. Inter *Strenuum* et *externum*. *Strenuum*, fortis; *externum*, extraeum dicimus.

550. Inter *Statum* et *staturam*. *Statum*, quæstionem vel scenicam vestem; *staturam*, quantitatem cuiusque rei.

70 551. Inter *Scripturam* et *lectionem*. *Lectio* in opere est, *scriptura* in affectu, vel pictura.

#### *De littera T.*

552. Inter *Terram*, et *tellurem*, et *humum*. *Terra* squalida est et inculta, *tellus* fructifera; *humus* autem, inferior, et deorsum, et humida [ *Al. add. tellus* ]. Unde et *humati*, sepulti. Generaliter autem ubique terra est, non ubique humus. Et in parietibus terra est, hoc est in lateribus, et non est humus. *Humus* autem terra humida est, et ab humore vocata, sicut et terra, quod naturali siccitate torreat, sicut et *tellus*. quod fructus [ *Al.*, *fructum* ] ejus tollimus.

553. Inter *Temperantiam* et *temperationem* sic discerniuntur, ut temperantia animorum sit, temperatio rerum.

554. Inter *Timentem* et *timidum*. *Timidus* est qui semper timet, timens vero qui ad tempus formidat ex causa. Tali intellectu distinguuntur pavidus et pavens, providus et providens, superbis et superbiiens, languidus et languens, furibundus et furens, et cætera similia.

555. Inter *Tremulum* et *tremenem*. *Tremulus* est natura, tremens tempore.

556. Inter *Temeritatem* et *audaciam*. *Temeritas* sine consilio dicitur; *audacia*, post consilium.

557. Inter *Tum* et *tunc*. *Tum* temporis est futuri; *tunc*, præteriti.

558. Inter *Tribuere* et *attribuere*. *Tribuimus* cum aliquid donamus, *attribuimus*, dum ordines officiaque distribuimus.

545. Vide supra.

547. Ex Non. videtur dict. *Sartores*.

—*Sarcinatorem*. C. Fronto, *Sarcinatrix*, quæ *sarcinas* servat.

Ibid. *Sartor* non solum accipitur pro eo qui *sarrit* agrum, hoc est, qui *sarculo* herbas inutiles evellit, sed etiæ pro eo qui *sarcit* vestes. AREV.

550. Interpretæ Terentii act. III, scen. 5, Eunuch. *Statura corpori* ascribitur, *status ad habitum* refertur. Ergo *status* est σχῆμα, *statura* longitudo corporis: pro *questionem* autem, malum *questionis*, aut *questionum*. Porro dictiones scenicam vestem forte in σχῆμα contrabendæ, legendusque locus: *statum questionis*, vel *schema*; aut, *statum questionis*, vel *schema*, sive *vestem*. Vid. Ascon. Pædian. in III Oration. contra Verrem.

551. Quid si legamus, *Inter scripturam et scriptio-nem*: *Scriptio in opere*, *scriptura in affectu*, V. p.?

552. Etymolog. lib. IV, cap. 5. Varr. IV de Ling. Lat., dict. *Terra*.

553. Ex Agræt. qui addit *temperies ventorum*.

554. Ex Serv. ad ill. Eclog. 7. *Timidisque super-*

559. Inter *Tulit*, *Abstulit*, et *sustulit*. *Tulit* qui fert, *abstulit* qui ab alio tulit, *sustulit* qui sursum tulit.

560. Inter *Tumidum* et *turgidum*. *Tumet* corpus ægroti. *Turget* cadaver.

71 561. Inter *Testor*, *contistor*, et *obtestor*. *Testor* sæpen numero ad jusjurandum pertinet, ut Virgilius, *per sidera testor*; *contistor* autem ad judices, *obtestor* ad adversarios.

562. Inter *Terga* et *tergora*. *Terga* sunt hominis, quod singulariter *tergum* facit; *tergus* vero quadrupedum est. Unde pluraliter *tergora* coria dicuntur.

563. Inter *Tumultum* et *bellum*. *Bellum* est contra hostes exortum, *tumultus* vero domestica appellatione concitatus. *Hic* et *seditio* nuncupatur. Nam *seditio* est discessio [ *Al.*, *dissensio* ] civium. Quod enim *seorsum* alii ad alios eunt, *seditio* dicitur. Alii putant propter dissensionem animorum *seditionem* vocari [ *Al.*, *vocatam* ], quam Græci *diastasis* vocant.

564. Inter *Turbidum* et *turbulentum*. *Turbidum* de natura est, *turbulentum* fit.

565. Inter *Terrenum*, *terrestre*, et *terrosum*. *Terrenum* opus dicimus, *terrestre*, ut maritimum, *terrosum* vero frumenti genus arenosum.

566. Inter *Tuus* et *tus*. *Tuus* pronomen est, *tus* vero pigmentum.

Inter *Tuum* et *tum*. *Tum* adverbium est, *tuum* pronomen.

567. Inter *Tempore* et *tempori*. *Tempore*, ablative casu, *tempori* adverbium est.

568. Inter *Tristitiam*, et *mœstiam*. *Mœstia cordis* est, *tristitia* vultus. *Mœstum* ergo vel *mœrentem* animo dicimus, *tristem* aspectu. Item *mœstia temporis* est, et fit aliquando ex aliquo accidenti dolore. *Tristitia vero*, vitium naturæ perpetuum est.

#### *De littera V.*

569. Inter *Vetus* et *antiquum*. *Vetus annis* enumera-tur, *antiquum* sæculis.

72 570. Inter *Virtutem* et *fortitudinem*. *Virtus* in animi vigore et habitu est, cuius pars est fortitudo mentis. Quæ ex quatuor virtutibus una est, licet et corporis robur fortitudo vocetur.

571. Inter *Vecordem* et *vesanum*. *Vecors mali cordis*, sicut *vesanus* non probe [ *Al.*, *proprie* ] sanus.

#### *D venit Ægle.*

556. Vide supra.

557. Al. *Tum temporis est præsentis, tunc temporis futuri est*.

561. Sic Serv. ad ill. II *Æn.*, *Testor numen ait.*

Ibid. In nonnullis MSS. est: *Inter contestari et obtestari* hoc interest, quod *contestamur* ad adversarios, *obtestamur* amicos. AREV.

562. Caris. brevius: *Tergum hominis, tergus pecoris* nominatur. Vid. Serv. ad illud *Æn.*, *Tergora diripiunt costis*. 593. *Tumultus propriam significationem* vide apud Serv. ad ill. I *Æn.*, *Ut belli signum*, VIII, etc. et illud, VII, *Ipse vocat pugnas*.

Ibid. De tumultu fusius in Etymologiis, lib. XVIII, cap. 1. AREV.

569. C. Fronto sic: *Antiquum est, quod excessit patrum memoriam. Vetus annorum multorum sentit utilitatem*.

571. Sic Fest. dict. *Vecors*.

Ibid. De vocibus quæ ex ve componuntur, videndum Gelius, lib. V, cap. 12, et lib. XXVI, cap. 15. AREV.

572. Inter *Velocitatem* et *celeritatem*. *Velocitas* pedum est, *celeritas animorum*.

573. Inter *Vastitatem* et *vastitudinem*. *Vastitas corporis* est; *vastitudo, solitudo.*

574. Inter *Voluptatem* et *voluntatem*. *Voluntas* est desiderium nondum adeptae rei, *voluptas* vero rei adeptae delectatio, vel bonae, vel malae.

575. Inter *Verbera* et *flagella*. *Verbera* quodlibet genus flagellarum est, nam flagellum proprium virgarum sunt, et dicta eo quod flatu agitantur et sonent.

576. Inter *Valeitudinem* et *infirmitatem*. *Valeitudo* prospira esse potest et aduersa, *infirmitas* semper infesta est.

577. Inter *Vulnus* et *ulcus*. *Vulnus* ad animum refertur, *ulcus* ad corporis injuriam. Item *vulnus corporis* recens plaga, *ulcus* vero inveteratum *vulnus*.

578. Inter *Verbum* et *Sermonem*. *Verbum* unius pars orationis est, juxta grammaticos. Nam sermo plurimorum verborum oratio est. Sermo autem a serendo dictus, quod nos cum prepositione dicimus a disserendo. Hinc et sermo sancti Hilarii et Augustini dicitur, id est dissertio Hilarii et Augustini.

579. Inter *Ultra* et *citra*. *Ultra* illuc vel amplius, *citra* hic ad nos, intra nos.

**73** 580. Inter *Ulcisci* et *vindicare*. *Ulciscimur* injuriam faciem; *vindicamus*, ne fiat.

581. Inter *Videre, aspicere, et intueri*. *Videmus* natura, *aspicimus* voluntate, *intuemur* cura.

582. Inter *Veneunt* et *vendunt*. *Venunt* qui venundant, *veneunt* qui venduntur.

583. Inter *Volo, et opto, et cupio*. *Volo* minus est quam *opto*, *Opto* minus est quam *cupio*.

584. Inter *Unum* et *unicum*. *Unus*, ex multis; *unicus*, solus est. Solus itaque unus numeratur, *unicus* intra numerum finitur.

585. Inter *Unum* et *solum*. *Unus* ad numerum pertinet, *solum* e multis intelligitur.

586. Inter *Uter* et *utrum*. Si enim dicimus: *Utrum vis,* eligere significat, aut hoc, aut illud. *Uter* autem accipitur pro personis, sicut, verbi

572. Ex Agræt. qui amplius, *Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum atque factorum.*

574. Fronto brevius. : *Voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupid, quem Isidor. velut explicavit.*

575. Etymolog. lib. v, cap. ultim.

— Et dicta. C. Ex Serv. ad ill. ii Georg.; Neve flagella summa petr. Etymolog. lib. xvii, cap. 5, 6.

577. Agrætius: *Ulcus est quod nascitur, vulnus quod ab alio infertur. Et Serv. Ulcus tecta et clausa est mali-gnita, vulnus hians, et patens.*

578. Etymolog. lib. v, cap. 8.

580. Ex Frontone, qui ita: *Ultio vindicat factum, vindicta vel vindicatio fatura prohibet.*

584. Ex Frontone, In quo tamen pro *aspicere* et *aspicimus*, rectius est *spectare* et *spectamus*, nam *aspicere* ex *improviso*, fidem auctor docet.

586. Leggo *eligo* pro *eligere*.

587. Ex Serv. ad ill. n. En.: *Festa velamus fronde per Urbem.* Vid. Non. dictiobus. *Inter Urbem, et Civitatem.* Al. *Ut urbe mœnia civitatis significet, civitate incolas urbis.*

— *Urbem autem.* Serv. ad ill. i En., *Urbs antiqua sit: ei Donat. ad Hl. v Urbem designat aratre.*

A gratia: *Uter vult, veniat ad me, id est, qui vult de duobus.*

587. Inter *Urbem* et *civitatem* ita distinguit Cicero, ut urbem mœnia civitatis significant; civitas incolas urbis. Nam ad Dolabellam sic scripsit: *Liberaq[ue] urbem a periculo, civitatem a metu.* Urbem autem ab urbo, quem aratum vel sulcum veteres dicebant, aut ab orbe dictam putant, eujus in se imaginem resp[on]sib[il]a contioeret. Porro oppidum ad habitantes pertinet, civitas ad leges, urbs ad utrumque.

588. Inter *Virum* et *hominem*. *Vir* mas est, non femina; *Homos* est, et femina. Femina autem naturale nomen est, generale mulier, speciale virgo, vel nupta, vel quæ etiam ætatis nomina accedunt.

**B** 74 589. Inter *Vultum* et *faciem*. *Facies* est naturalis oris habitus immutabilis, *vultus* vero pto rerum ac temporum qualitate varius et mutabilis [Al. com-mutabilis], et secundum affectionem animi modo laetus, modo tristis. Unde et *vultuosi* dicuntur qui *vultum* saepe committant. Itaque Lucilius haec quasi distinguens ait: *Quæ facies, quæ vultus viro.* Dicimus autem et *vultum* *euoli* et *vultum* *maris*, quia et mare saepe in varios motus ventorum statibus mutatur, et *eouli* *vultus* ex luce in tenebras, et ex sereno in nubilum commutatur; sicut et hominum cum mentibus *vultus*.

590. Inter *Virginem* et *viraginem*. *Virgo* est quæ *virum* nescit, *virago* autem quæ *virum* agit, hoc est opera *virilia* facit. Non autem solum *virginis* *viragines*, sed et corruptæ mulieræ, quæ *virilia* faciunt, *viragines* recte dicuntur.

C 591. Inter *Vivum* et *vivente*. *Vivum* de victuro dicimus; *vivente*, de morituro.

592. Intet *Vé* et *qué*. *Vé* distinguit, que conjungit.

593. Inter *Væ* et *ve*. *Ve* sine à conjunctio conjunctiva est. *Væ* cum *a*, intérfectio dolentis est.

594. Inter *Vocem* et *Sonum*. *Vox* est hominis, sonus crepidinis.

595. Inter *Uvidum* et *humidum*. *Humidum* est,

— *Aratum, vel.* Pars aratri non aratum, neque sulcus, sed quod sulcus sit, melius distinctiusque ipse lib. Etymolog. xv, cap. 2.

D — *Ab orbe.* Servius; loco citato, *ab orbe*, quod antiquæ civitates in orbem flebant.

588. *Vir maris, non feminæ: homo, maris et feminæ.* Ms. mendose.

589. Ex veteribus Terentii interpretibus, in quibus tam pro *facies*, *forma* est. Vid. Non. d. *facies*, et potissimum dict. *vultus*, et *facies*, et Serv. ad ill. i En. Tu faciem illius.

— *Vultuosi.* Non., dict. *Vultuosi*.

— *Vultum maris.* Aheid. v:

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos  
Ignorare jubes?

Et ibi Serv.

594. Ex Agrætio.

592. Cod. Vat. Inter *que* et *ve* hoc intereat, quod que conjunctio est, ve disjunctio. AREV.

595. Ex Serv. ad ill. 10 Eclog.

Uvidus hiberna venit de glande Menalea.

quod extrinsecus habet aliquid humoris, uidum vero quod intrinsecus; unde et uiae dictae.

596. Inter *Valles* et *convales*. Valles sunt depresso loca [Al., colla] camporum, convales, monatum intervalla.

597. Inter *Undam* et *aquam*. Unda semper in motu est, aqua vero stativa. Porro imbræ nubium sunt, latices fontium. Nam latex proprie liquor fontis, et dictus quod in venis terræ lateat.

598. Inter *Vicum*, et *Viam*, et *plateam*. Vici dicuntur ipse 75 habitationes in urbibus; viæ autem, spatiæ angusta quæ inter vicos sunt, quarum perpetuas et latiores plateas vocamus. Nam plata juxta proprietatem lingua Græca a latitudine nomen accepit.

599. Inter *Viridia* et *virentia*. Viridia sunt ligna; virentia sunt campi, vel prata [Al., prati].

600. Inter *Visus* et *visos*. Visos, participia diota; Visus, nomina appellativa.

601. Inter *Virum* et *virus*. Virum, hominem; virus, venenum dicit.

602. Inter *Virut* et *bibit*. Vivit de vita, bibit de potionē.

603. Inter *Vinctum* et *victum*. Vinctus, vinculatus; victus, superatus.

604. Inter *Vis* et *bis*. Vis, quæ ad voluntatem pertinet; bis, duabus vicibus.

596. *Etymolog.* lib. xiv, cap. 8. *Fest.*, dict. *Convallis*.

597. Lib. xiii *Etymolog.*, cap. 20.

— *A lapu*. *Fest.*, dict. *Latex*.

598. *Etymolōg.* lib. xv, cap. 2; dict. *Vicus*, et dict. *Platea*.

607. *Ragit vel*, puto glossema. Vide carmen Ovidio attributum de variis animalium vocibus.

*Ibid.* De sonitu avium vide appendicem 17 ad *Etymologias et Codice Palatino* 281. Arev.

605. Inter *Ullam* et *ollam*. Ullam, aliquam: ollam, vas.

606. Inter *Vallum* et *murus*. Non quod murus etiam vallum. Nam utique quod vallum murus est.

607. Inter *Vagire*, *mugire*, et cætera. Infans vagit, bos mugit, equus binnit, asinus ragit vel rudit, leo rugit, elephas barrit, sus grunnit, ovis balat, serpens sibilat, rana coaxat, corvus crocit, grus arsat, milvus jugit, canis baubat, vel latrat, vulpes gannit.

608. Inter *Vesperescit* et *vesperascit*. Vesperescit, id est, sero fit; vesperascit, sol ad Occasum declinat.

609. Inter *Viperinum* et *vipereum*. Viperinus, pulsus; Vipereus, ad similitudinem serpentis.

### De littera Z.

610. Inter *Zelum* et *invidiam*. Zelus interdum et in bonam partem accipi potest, cum quis nititur ea quæ meliora sunt semulari; invidia vero, ut dictum est, aliena felicitate torquetor, et in duplice scinditur passionem, cum aut quod ipse est aliud esse 76 non vult, aut alium videns esse meliorem, dolet se non esse consimilem. Pulchre autem quidam Græcum versum transferens elegiaco metro, de Invidia lusit dicens:

Justus invidia nihil est, quæ protinus ipsum  
Auctorem rodit, excruciatque animum.

Invidiæ autem nomen dictum est a nimis intuendo felicitatem [Cicer. fortunam] alterius, ut est illud: *Quisnam florem invidit meum?*

610. Cujus auctoris sit versus Græcus incertum.

— *Invidiæ* autem. Cic., Tusc. iii.

— Illud. Actii ex Menalippo, sed detruncatus versus, qui apud Ciceronem ita legitur:

*Florem quisnam liberum invidit meum?*

C Apud Non., dict. *Invidiæ*:

Unde aut quis mortalis florē liberum invidit meum?

Trochaicis numeris.

## LIBER SECUNDUS

### DE DIFFERENTIIS RERUM.

#### DIFFERENTIA PRIMA.

77 1. Inter *Deum* et *Dominum* ita quidam definieunt, ut in Dei appellatione Patrem, in Domino Filium intelligerent. Scriptura autem sacra utrumque et Deum affirmat et Dominum.

2. Sed tamen invicem hæc vocabula discernuntur. Primum enim naturæ nomen est pertinens ad amorem; secundum potestatis, congruens ad timorem.

1. *In Domino Filium*. Unde hi occasiōnem sumpsisse potuerint, indicat August., ii de Trinit., cap. 10. *Ibid.* Hæc differentia aliquando retum, aliquando spirituales vocantur, ut fusus expositum fuit in Isidorianis, c. 56. Notas in Editione Græciæ Rolandus Wicelius apposuit; quas propterea Wicelli nomine describam. Varias lectiones ad finem voluminis rejiocio. Arev.

3. *Tria quidem nomina*. Nihil hic periclia a Sabellio. Jam enim dixerat in personis esse discretiōtētēt, et extrema verba hujus capitilis sunt: *Trinitatem in personis non distinguere impium est*. Et capite sequenti cur iacti laboratur in discretiōne personarū, si cum Sabellio consentiret, nihil fuit. Sed hæc multo plura quam opus est in re minime dubia. Ita tamē veteres

Denique ex Dei vocabulo adverte quid diligas, ex Domini appellatione cognosce quid metuas.

#### II.

3. Inter *Trinitatem* et *unitatem* hæc distinctio est, quod unitas propter inseparabilem deitatis substantiam, trinitas vero 78 propter personarum diversitatem vocatur. In personis enim discretio est, in Divinitate nulla distinctio. Est enim gignens, genitus et

Patres interdum locutos ostendunt D. Eucherii verba immerito ipsi ab hominibus minime malis admixta. Non enim tollenda; sed explicanda fuerunt, aut ex August., qui, serm. 192, ita ait: *Non enim nomina tantummodo, sed nominum etiam proprietates, id est, personas confitemur; et xi de Civit., cap. 10: Neque vero sola est ista nominis Trinitas, sine substantia personarum, sicut Sabelliani heretici phaterunt;* aut etiam ex Gregorio Théologo, qui, ne in id incidet, non personarum nomina, sed nominum personas vere constare dixit: *Neque verbum (inquit) sine re vel sonum vocis accipimas, sed tria nomina, et tres personas unius essentie, unius maiestatis, utque potentie credimus.*

*Ibid.* *Tria quidem nomina*. Observandum nomina

procedens. Tria quidem nomina, sed substantia una. Sicut enim ignis, candor et color, tria quidem sunt vocabula, sed res una.

4. In relatione enim personarum trinitas est, in substantia vero naturæ unus Deus est : Pater scilicet, et Filius, et Spiritus sanctus. De Patre quia Deus est testatur Apostolus dicens, *Unus Deus Pater, ex quo omnia*; ita de Filio, quia Deus est, alibi ipse dicit : *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in aeternum.*

5. De Spiritu autem sancto, quis Deus est, idem qui et supra sic dicit : *Divisiones donationum sunt, idem autem Spiritus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus.* Ecce Pater, et Filius, et Spiritus sanctus Deus, sed non triplex deorum numerus in hac Trinitate est credendus.

6. Scriptum est enim : *Ego sum Deus, et non est alius Deus praeter me.* Et illud : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus unus est.* Tres ergo deos credere profanum est; trinitatem in personis non distinguere implum est.

### III.

7. Inter personam Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ita secernitur. Quod pater, nec factus, nec natus est. Filius natus, non factus; Spiritus sanctus, nec factus, nec natus, sed ex Patre Filioque procedens est. Proinde Pater aeternitatem habet sine nativitate, Filius nativitatem cum aeternitate; Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate, cum aeternitate.

8. Pater ex nullo exordium ducit, Filius ex Patre originem **79** sumit, Spiritus vere sanctus ex Patre Filioque procedit. Hæc tamen a nobis ita dicuntur de Trinitate, ut potest humana natura capere. Nam quis considerare sufficiat ipsius Trinitatis interna mysteria? Quomodo Pater, Filius, et Spiritus sanctus tres personæ sunt, una natura?

9. Quomodo Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec ingenitus, nec genitus? Quomodo Filius de Patre natus est, Spiritus sanctus de Patre procedit et Filio? Quomodo Filius nascendo procedit, Spiritus autem sanctus procedendo non nascitur? Quomodo Pater nunquam sine Filio, et tamen sine Filio Pater genuit Filium?

10. Quomodo Filius nunquam sine Spiritu sancto, et tamen ait : *Nisi ego abiiero, Paracletus non veniet ad vos?* Quomodo Filius non de se sed de Patre est, nec tamen ei est posterior de quo est? Quomodo Spiritus sanctus de Patre procedit et Filio, nec tamen ab eis præceditur a quibus procedit?

11. Quomodo tria unum sunt, et unum tria? Quomodo pro personis sæpe accipi. Vide not. a ad Hymnod. Hispan., die 4 Aprilis, pag. 274. AREV.

4. Apud Grialium patres, ex quibus : apud alios patres, et ex quibus, ut in Vulgata. AREV.

5. In Vulgata : *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus.* AREV.

7. Theodulfus Aurelianensis ad probandam processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque uitetur his Isidori verbis, quæ paulo aliter legit, ut dixi in Isidorianis, cap. 33. AREV.

13. Quo sensu intelligendum sit Filium minorem

do ad se invicem relative tria sunt, et essentialiter unum sunt? Quis ista consideret? Quis ista comprehendat? Si enim humanæ nativitatis Christi secreta non capimus, divinæ nature mysteria quomodo capiemus?

### IV.

12. Inter substantiam et essentiam Dei hoc quidam definierunt, quod substantia est hoc quod non est ab alio, sed semper ex sese est, hoc est propria intra se virtute subsistit; essentia vero in Deo idcirco est dicta, quia semper est, nec incipiens quando, nec deuinans est, sed esse semper proprium ejus est.

### V.

13. Inter hoc quod Filius nunc *aqualis*, nunc *minor* est Patre, ista est differentia. Primum aeternæ substantiæ est, alterum **80** humanæ naturæ. In forma enim servi, quia factus est ex muliere, Pater major illo est; in forma autem Dei, in qua erat ante carnis assumptionem, Patri coæqualis est. Propter illud dictum est, *Pater major me est; propter hoc, Ego, et Pater, unum sumus.* Aequalis ergo Patri in quantum Deus est, subjectus vero in quantum homo est.

### VI.

14. Quid differt inter id quod Christus nunc *uniogenitus*, nunc *primogenitus* esse prædicatur? Horum primum ad Patrem pertinet, alterum ad nos. Nam secundum divinitatis excellentiam Unigenitus est a Patre juxta Evangelium, quod dicit : *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.*

15. At vero, secundum fraternalē societatem, primogenitus universæ creaturæ, juxta id quod Apostolus ait : *ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Est ergo unigenitus in substantia deitatis, primogenitus in susceptione humanitatis: primogenitus in gratia, unigenitus in natura; primogenitus, juxta Apostolum, in multis fratribus; unigenitus tantum ex Deo solus. Inde est quod Frater nuncupatur et Dominus: Frater, quia primogenitus; Dominus vero, quia unigenitus.

### VII.

*De variorum nominum distinctione, quæ Filio Dei attribuuntur.*

16. Jam vero differentiæ vel significaciones nominum quæ in Dei Filio distinguuntur plurimæ sunt. Sed ex his quædam sunt naturalia ad divinitatis ejus excellentiam pertinentia, quædam vero accidentia. Naturalia sunt: Deus, Omnipotens, Perfectus, Filius Dei, Verbum, Principium, Virtus, Sapientia, Imago, Splendor sive Figura, Brachium.

17. Accidentia sunt ista: Agnus, Sacerdos, esse Patre, non una est veterum Patrum sententia; nam nonnulli docuerunt majorem Filio Patrum appellari, propterea quod Filius a Patre genitus est. Sed communior interpretatio fuit præsertim episcoporum Occidentis, majorem Filio Patrem ideo nominari quia Filius, hominem suscepto, minoratus est, non a Deo solum, sed etiam ab angelis. Hanc interpretationem, quæ certe præferenda est, Isidorus tenet cum multis aliis, quos Petavius resenget de Trinit. lib. II, cap. 2 AREV.

16. Jam vero. Pleraque ex Aug. serm. 2, de Trinit.

17. Filius Dei et hoc ipsum, quod Pater, non tamen ipse qui Pater. Hoc innuit eamdem esse Filii et

Petra, Lapis, Homo, Leo, Vitulus, Aquila, et his similia. Deus dicitur quia ex Deo genitus est, Omnipotens ab Omnipotente, Perfectus a Perfecto : Filius Dei est, quia dum hoc ipsum sit quod Pater, non tam ipse est qui Pater.

18. Verbum est Filius Dei, quia proprie de divino ore processit, vel quia nihil in substantia naturae suæ visibile vel corporeum est, vel pro eo quod Pater per eum omnia condidit sive jussit, vel quia per illum innotuit. Pater principium ex eo quod rerum omnium origo et causa sit. Dextera, propter effectum totius creaturæ, quæ per ipsum formata est.

19. Brachium, quia ab ipso omnia continentur. Virtus pro eo quod omnem potestatem Patris in semet ipsum habeat, et omnem coeli terræque creaturem gubernet, contineat atque regat. Sapientia est pro eo quod ipse revelet omnia mysteria scientiæ, et arcana sapientiæ. Imago est propter similitudinis veritatem.

20. Species enim Patris indifferens est, habens in se indiscretam naturam, sive essentiam. Splendor appellatur, quia dum sit ipse Pater lux, ita Filius ab eo inseparabiliter quasi splendor ex luce procedit. Figura est, quia, suscipiens formam servi, operum virtutumque similitudine Patris in se imaginem atque immensam magnitudinem designavit.

21. Mediator est, quia inter hominem et Deum medium est, habens in se substantiam utriusque naturæ, id est, humanæ humilitatis formam, et divinitatis excellentiam. Porro, Agnus propter innocentiam, et passionem carnis appellatur. Sacerdos, quia secundum ipsum Patri hostiam pro nobis obtulit. Petra, quod firmitas sit credentium, offensio et ruina incredulorum. Lapis angularis, quia Vetus et Novum Testamentum, veluti duo parietes ex adverso venientes, tanquam angulus, sibimet copulavit ac fidei unitate conjunxit.

22. Homo, quia secundum carnem ex Virgine natus est passibilis atque mortalis. Leo, propter regnum et potentiam, per quam 82 in morte Zabulum vicit. Vitulus, quia propter salutem gentium immolatus est. Aquila, pro eo quod resurgens ad astra cœli remeavit, et ad sedem paternam unde venerat iterum rediit.

### VIII.

23. Inter nativitatem Christi et nostram hoc interest, quod omnis homo ex delicti lege inventitur esse conceptus, ille autem non ex concupiscentia carnis, vel

Patris naturam, non eamdem personam. Vide notas meas ad Sedulium, l. 1, vers. 319. De hujusmodi vero nominibus, quæ Filio Dei attribuantur, agit etiam Isidorus l. vii Elymologiar., cap. 2. AREV.

24. Ille vero ex tribus. Apposite in concilio Tolemano xv, præside sancto Juliano, propugnata fuit assertio quod tres in Christo sint substantiae : *Tres in Christo substantias diximus, quod et majores nostros docuiisse monstravimus, honorantes videlicet et sequentes sententiam doctoris egregii, Hispanensis sedis episcopi, quam in libris suis de differentia naturæ Christi, vel nostræ dissenserunt, ubi ait, etc.* Patres concilii Francofordiensis, anno 794, hanc loquendi rationem minus probabant, ut constat ex libello episcoporum Italæ contra Elipandum, ex concilii decreto missio ad episcopos Hispaniæ, tom. vii Labb., col. 1028 : *Sunt*

PATROL LXXXIII.

**A** ex virili coitu, sed de Spiritu sancto natus est. Naturam quippe traxit originis, non culpam prævaricationis. Corpus ex Virgine sumpsit, virginitatem maternæ carnis non abstulit. Item, nos ex una generatione subsistimus; ille autem ex duabus, divinitatis et humanitatis.

24. Ex prima nativitatem sumpsit, ex altera creationem. Natus enim divina generatione, factus humana. Primum fuit sine tempore, secundum in plenitudine temporis. Nos ex duabus subsistimus substantiis; corporis, videlicet, atque animæ; ille vero ex tribus: verbi, corporis, et animæ. Inde est quod perfectus prædicatur Deus et homo, habens in se geminam substantiam, et divinitatis suæ, et humanitatis nostræ.

### IX.

25. Item hoc distat inter mortem Christi et nostram. Nos enim in morteni pro merito prævaricationis incurrimus, ille autem 83 sponte mortem pro nostra salute suscepit secundum quod ipse testatur dicens : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et nemo eam tollit a me, sed ego pono eam.*

### X.

26. Inter resurrectionem Christi et nostram sic discrepat: quod nobis resurrectionis tempus usque in finem sæculi differtur, illius vero die tertio celebratur; ille nullius egreditur ut resurget, nos illu miserante resurgimus.

### XI.

27. Inter creationem mundi et formationem ejus hæc est differentia, quod originaliter secundum materiæ substantiam simul cuncta creata sunt, juxta illud quod dicitur: *Qui vivit in æternum creavit omnia simul.*

28. At vero secundum distinctionem specierum per sex dierum alternationem formata sunt. Totius enim creaturæ origo simul exstitit, species tamen et forma per temporum incrementa processerunt.

29. Nam primum materia facta cœli et terræ confusa atque informis, quam Græci chaos appellant. De qua postmodum singillatim per species varias formasque proprias prodierunt. De qua materia Scriptura loquitur: *Qui fecisti mundum de materia informi.* Quæ ob hoc informis, quia adhuc confusa erat atque obscura, et nondum per visibles species, variisque formas discreta.

30. Sed materia facta est de nihilo. Mundi autem species de informi materia. Proinde duas res ante omnem diem et tempus condidit Deus omnipotens :

**D** etiam plerique qui astruunt ex tribus substantiis unam mediatori personam Verbi, carnis et animæ, cum in causa fidei non videatur necessarium sophistica disputatione sæcularium litterarum calculos syllogistica spargere manu. Verum jam olim sanctus Julianus Toletanus causam suam acriter defuderat, ac Romano etiā Pontifici probaverat, quamvis nonnulli tres in Christo substantias in nullo sensu admitti posse assenserent. Vide Florexium, Hisp. sacr. tom. V, pag. 297, et tom. II Patrum Toletan. AREV.

27. Quod originaliter secundum materiæ substantiam. Processerunt ex Gregor., xxxii Moral., cap. 9.

*Ibid.* Simul cuncta creata sunt. Id quo pacto intelligi debeat, explicatur a Loaisa in not. ad lib. i Sentent., cap. 11. AREV.

*angelicam*, videlicet, *creaturam*, et *informem materiam*; quæ quidem dum sit ex nihilo facta, præcessit tamen res ex se factas non æternitate, sed sola origine, sicut sonus cantum.

31. Nam qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Itaque non omnia ex nihilo condidit Deus, sed quædam ex aliquo, 34 quædam autem ex nihilo. De nihilo mundum, angelum et animas; ex aliquo hominem et cæteras mundi creaturas.

## XII.

### *De duplice paradiso.*

32. Unus est *terrenus*, ubi primorum hominum corporaliter vita exstitit, alter *cœlestis*, ubi animæ beatorum, statim ut a corpore excepta, transferuntur, atque, digna felicitate lætantes, exspectant receptionem corporum suorum. De hoc paradiso Dominus ad latronem dixit: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Originaliter autem primi hominis culpa nos de paradiſo expulit, et in hand exsilii peregrinationem dejecit.

33. Inde est quod prævaricationis suæ reatu astrigimur. Unde i merito sententiae debito pœnam paternæ prævaricationis exsolvimus. Nam ita primus homo est conditus, ut per augmentum ætatum sine media morte de vita corporalis paradiſi commutaretur ad vitam paradiſi cœlestis.

34. Sed quia hoc bono contentus esse noluit, protinus suæ conditionis merito caruit, morte inque geminam animæ et corporis invenit. Ignorantiam veri et vetustatem obtinuit, atque in omnem progepiem peccati sui prævaricationem transmisit, non tantum in hos qui proprio delinquent arbitrio, sed etiam in illos qui nondum implicari valent actuali peccato.

35. Inde est quod parvulus lavacri gratia conceditur. Quia etsi non est illis peccatum proprii operis, inest tamen originaliter noxa paternæ prævaricationis. Unde et propheta David ex semetipso humanum genus deplorans conqueritur dicens: *Ecce in iniuribus conceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea.*

## XIII.

### *De rerum gradibus.*

36. Gradus vel differentiæ rerum sex sunt. Id est, non *viventia*, 35 *viventia*, *irrationabilia*, *rationabilia*, *mortalia*, *immortalia*; novissimus DEUS, qui est super omnia benedictus in sæcula. Primus gradus est eorum quæ non crescunt, vita motuque carent, qualis est in lapidibus.

37. Secundus gradus, in iis quæ crescent, vita motuque sine sensu habent, qualis est in herbis, vel in arboribus, quibus si minime vita insensi-

35. *Peperit me mater mea*, ita apud Greg., lib. vii Reg., cap. 53, et lib. xii, cap. 10.

*Ibid. Vulgata*: *In peccatis concepit me mater mea.* AREV.

36. Samson abbas Cordubensis, in Apologetico, lib. ii, cap. 23, quinque differentias creaturarum ex Augustino enumerat; tum addit: *Sed et egregius doct̄or Isidorus in libro Differentiarum dicit: Quot sunt gradus vel differentiæ rerum? Sex. Quæ? Non viventia, viventia, sentientia, rationabilia, immortalia; novissimum, quod est super omnia, Deus. Primus gradus, etc.*, cum levi quodam nonnullarum vocum dis-

A bilis, motusque inesset, nec germinare utique, neque crescere possent; atque ista quæ vitam sine sensu habent lapidibus præponuntur et terræ.

38. Tertius gradus est in iis quæ non soli crescunt et vivunt, sed etiam sentiunt, at non intelligunt, qualis est in pecoribus. Quartus gradus est in iis quæ crescunt, vivunt, sentiunt, et intelligunt, sed tamen mortalia, ut animalia sunt, qualis est in hominibus.

39. Quintus est in iis quæ sentiunt, et intelligunt, et immortalia sunt, qualis est in angelis. Sextus, id quod immutabile et infinitum, et simplex est, a quo omnis hæc natura inspiratur, movetur, gubernatur, et regitur, quod est Deus.

40. Sed hæc quidem omnia, sicut gradibus crescunt, ita sibi qualitate naturæ præcellunt. Nam arbor præfertur lapidi, et pecus arbori, et homo pecori, angelus homini, et Deus præponitur angelis.

## XIV.

41. Inter angelos, dæmones, et homines hanc differentiam veteres scripserunt, quod angeli sint spiritualis substantia, ante omnem creaturam creati, natura mutabiles conditi, sed contemplatione Dei immutabiles facti, animo impassibiles, mente rationales, tempore æterni, beatitudine perpetui, felicitate securi, futuri præscii, jussi mundum regunt, missi corpora ex excellenti aere sumunt, in cœlestibus comorantur.

36 42. Dæmones sunt impuri spiritus, subtilest et vagi, animo passibiles, mente rationabiles, corpore aerei, tempore æterni, humanitatis inimici, nocendi cupidi, superbia tumidi, fallacia callidi, semper in fraude novi. Colombovent sensus, fingunt affectus, vitam turbant, somnos inquietant, morbos inferunt, mentes terrent, membra distorquent, sortes regunt, præstigiis oracula fingunt, cupidinem amoris illiciunt, ardorem cupiditatis infundunt, in consecratis imaginibus delitescant; invocati adsunt, veris similia metuntur, mutantur in diversis figuris, interdum in angelorum imaginibus transformantur. Hi quondam a sede cœlesti ob superbiam lapsi, nunc in aere commorantur.

43. Homines sunt ratione capaces, intellectu sapientes, ore loquaces, natura magis quam doctrina valentes, statu rigidi, vultu erecti, figura universi similes, et inter se dissimiles singuli, animo immortales, sensu imbecilli, corpore fragiles, mente leves, diversi moribus, impares erroribus, ad studia inertes, proni ad voluptates, cassi labore, divitias caduci, sollicitudine anxiæ, singillatim mortales.

crimine. AREV.

39. Quæ sentiunt et intelligunt, et immortalia sunt. Eodem modo Augustinus, viii de Civit., cap. 6: *Vel etiam, quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tantum continet, sentit, intelligitque, qualis est in angelis.*

40. Corpore aerei. August., de Divinat. Dæmon., cap. 3: *Dæmonum ea est natura, ut aerei corporis sensus terrenum corporis sensum facile precedant.*

43. Denovo alii ad gloriam. Hæc non sunt in manu scriptis libris.

les, prole mutabiles, vita queruli, tempore celeres, tardi ad sapientiam, veloces ad mortem, de præteritis nudi, de præsentibus exigui, de futuris incerti; concipiuntur in iniuitate, in peccato nascuntur, in labore vivunt, in dolore moriuntur; denuo alii ad gloriam, alii ad pœnam de favilla surgentes debitum solvunt.

## XV.

*Inter prævaricationem angelicam et humanam.*

44. Quæ sit discretio prævaricationis angelicæ et humanæ naturæ, cur ista redimitur, illa sine fine damnatur? Prævaricatores quippe angeli ideo veniam non habent, eo quod fragilitatis carnalis nulla graventur infirmitate. Homines autem post peccatum idcirco ad veniam reverti possunt, propterea quod pondus infirmitatis ex lutea traxerunt materia.

87 45. Probat Psalmista quod propter carnis conditioñem reditus eis pateat ad salutem; sic enim dicit: *Ipse scit figurum nostrum. Memento, Domine, quod terra sumus.* Et iterum: *Memorare quæ mea substantia.* At vero diabolus, vel maligni spiritus, nec possunt habere veniam, nec merentur, sicut scriptum est de eodem apostata, cuius cor, quasi lapis, indurabitur, scilicet, ut pœnitentia compunctione non emolliatur.

## XVI.

46. Inter hominem et pecus ista est discretio. Homo est animal ex corpore animaque vivente compositum, atque spirituali compactione formatum, subsistens ratione, liberique arbitrii voluntate, vitiiorum capax, atque virtutum; at contra pecus est animal irrationale, mortale, motu carnis et sanguinis animatum; unde et anima eorum post mortem simul cum carne dissolvitur. (Adde et aliud, per quod ab eis distinguitur. Illa prona sunt, et ad terram vergentia; nobis naturaliter vultus in cœlum erectus est; illis otium et opulentia; nobis ratio et sermo concessus est, per quæ intelligere et Deum confiteri possimus.)

## XVII.

*Inter humani corporis membra.*

47. Rationem autem humani corporis singulorumque membrorum differentiam Lactantius, sive plerique auctorum, ita definierunt, dicentes: *Homo dictus est ab humo.* Hic ex diversis subsistit substantiis, ex mortali et immortali. Corpus autem ejus ex ossibus et carnibus constat, dividiturque in quatuor elementis.

48. Habet enim in se aliquid ignis, aeris, aquæ et terræ. Ratio autem terræ in carne est: humoris in sanguine, aeris in spiritu, ignis in calore vitali. Si quidem quadripartita humani corporis 88 ratio quatuor elementorum designat speciem. Caput namque ad cœlum refertur, in quo sunt duo oculi, quasi duo luminaria solis et lunæ.

49. Eadem sententia apud Greg., iv Moral., cap. 9 § 24.

*Ibid.* Vulgata: *Quoniam ipse cognovit figurum nostrum. Recordatus est quoniam pulvis sumus.* AREV.

46. Adde et aliud... confiteri possumus. Hæc in uno tantum libro leguntur.

47. Hæc eadem pleniora Etymolog. lib. xi, cap. i,

A 49. Pectus aeri conjungitur, quia sic inde emititur spiramoris flatus, sicut ex aere ventorum spiritus. Venter autem mari assimilatur, propter collectionem omnium humorum, quasi congregationem aquarum. Vestigia postremo terræ comparantur, eo quod sunt ultima membrorum arida, sive sicca, sicut et terra. Jam vero in capitib[us] arce mens collocata est, tanquam in cœlo Deus, ut ab alto speculetur omnia, atque regat.

B 50. Factus est autem homo ad contemplationem cœli rigidus, et erector, non sicut pecora in humum prona, atque vergentia; in cuius summittate caput est collocatum, datumque illi hoc nomen, quod hinc capiant initium sensus et nervi. Capilli autem capitis, vel ad speciem sunt decoris, vel ad arcendam frigoris injuriam, sive caloris.

51. In capite autem, ut ait sanctus Augustinus, *Tres tanquam ventriculi cerebri constituti sunt: unus anterior ad faciem, a quo sensus omnis; alter posterior ad servicem, a quo motus omnis; tertius inter utrumque, in quo memoria vigore demonstratur, ne cum sensum sequitur motus, non connectat homo quod faciendum est, si fuerit oblitus quod fecit.*

52. Facies dicta est, eo quod notitiam faciat hominis. Inter faciem autem et vultum hæc est differentia, quod facies naturalis et certus oris habitus est; vultus vero varius et secundum affectionem animali modo latus, modo tristis. Unde et vultuosi dicuntur qui vultum sæpe comutant.

C 53. Jam vero barba ratio quantam vultus confort decentiam? Barba est decoris signum, virilitatis indicium, quæ et juventutem significat, et sexus naturam distinguunt. Oculi autem in facie concavis forminibus inclusi sunt, a quo forata frons nominata est. Idem quoque oculi gemmarum habentes similitudinem membranis perlucentibus continguntur. Per quas membranas, quasi per vitrum, vel speculum resfulgentes, mens ea quæ foris sunt transpicit.

D 54. In medio autem horum orbium scintillæ lumen conclusæ tenentur, quas pupillas vocamus, quibus cernendigratia continetur; et ut oculi munitiores essent ab injuryia, eos Opifex summus tegminibus occuluit. Unde et oculos esse dictos, quasi occultatos (id est, undique munitos) quibus adhibitæ sunt palpebræ a palpitando dicte. Quia concurrentes invicem oculorum obtutum relificant, pilis in ordine astantibus ad munitionem eorum.

55. Supercilia quoque pilis brevibus adornata sunt, quasi quibusdam aggeribus oculis præbentes custodiā, ne quid superne incidat. Aurum inde dictum nomen est, a vocibus bauriendis. Per mutationem enim littere aures veluti audes, sunt nominatae. Per has enim sonum vocemque, quasi

ubi indicati loci et quibus sumpta sunt: *Inclusus Augustini de cerebri ventriculis lib. vii de Genes. ad litter., cap. 18.*

*Ibid.* Sive plerique pro et plerique. AREV.

E 52. Differentia inter faciem et vultum iisdem fere verbis expressa est in Differentiis verborum, num. 589, ubi quedam annotata sunt. AREV.

per cochleam descendere. Quod aer ictus in circu-  
lum orbemque moveatur.

56. Genæ, a genibus dictæ. Quia complicatum in utero gigni formarique hominem aiunt, ita ut genua sursum sint, quibus oculi fermentur, ut cavi ac reconditi siant. Ideoque et qui alicujus lacrymas elicere cupiunt, genua tangunt, ac per ea deprecantur, quod in utero formaverint oculos, atque enutrierint. Ipse generum tumor instar collum leniter exsurgens ab omni parte contra imminentes ictus, oculos efficit tutos.

57. Nares dictæ, quod per eas aer, vel spiritus nare non desinit. In his enim tria sunt officia: unum ducenti spiritus, alterum capiendi odoris, tertium purgamenta cerebri defluendi. Os dictum est, quasi corporis ostium. Cujus species in duobus constat officiis: sumendi victum, et loquendi lingua.

58. Labia a lambendo nominata. Quod autem superius est labium dicimus; quod inferius, labrum. Linguae nomen a ligando cibo impositum. Hæc interpres animæ vocem motibus suis in verba distinguit, vel illatione palati, ac dentium, vel compressione labiorum.

59. Dentes dicti, quasi cibos dividentes. Siquidem escam incident et comminuunt, opportunius gutturi et stomacho tradunt. Horum priores, qui cibum præcidunt, adversi dentes dicuntur; molares intimi, qui cibos subigunt; canini, qui vigesimoætatis anno existunt.

60. Gingivæ a gignendis dentibus nominatae, quæ magnam pulchritudinem ori conferunt, dum nuditatem dentium tegunt. Fauces sunt angustæ fistulae, quasi foce, per quas vocalis spiritus ab intimo pectore exiliens sonum vocis emittit.

61. Mandibula maxillarum partes sunt quibus mandimus. Dicta autem maxilla per diminutionem, sicut paxillus a pale. Collum ad instar columnæ vocatum. Est enim rigidum et rotundum. Duæ sunt in eo fistulae: una ciborum, altera aeris. Harum superior rumen vocatur, qua cibus et potio devoratur; unde bestie quæ cibum revocant ac remandunt ruminare dicuntur: altera inferior vocatur gurgulio ex ossibus compacta, et cohærentibus et flexuosis; hæc a naribus ad pulmonem patens ob transmeantem spiritum. Cujus operculum sublinguum dicitur, quasi parva lingua, quæ foramen ejus recludit et aperit, ne per partes juncta fistula impetu veniens, violenter aer interna corrumpat.

62. Manus dictæ eo quod munus sint omni corpori, et quod ab ipsis mandimus. Palma manus est dispansis digitis, sicut et arbor dispansis ramis. Item, sicut contractis digitis, pugnus.

63. Digitorum quoque numerus perfectus est, et ordo decentissimus. Ex his primus rector omnium et moderator pollex vocatur, eo quod plurimum inter cæteros polleat, id est prævaleat. Secundus index et salutaris vocatur, quia eo fere ostendimus et salvamus. Tertius medius vel impudicus, quartus me-

57. Fortasse legendum purgamenta cerebri dejiciendi. AREV.

58. A ligando. Ita etiam in Etymologiis. Alii ali-

A dies, quod eo tritum collyrium a medicis colligitur. Quintus auricularis, quod eo aurem scalpimus.

64. Porro pectus hominis ab aspectu vocatum. In initis enim animantibus ad terram oppressum est, atque ab aspectu remotum; hominis autem aspectui patens et erectum. Plenum enim ratione nou decebat esse latens et humile.

65. Papillæ sunt mammarum capitula. Mammæ autem tumores pectoris leviter exsurgententes: hæc sunt feminis ad alendum fetum datæ, maribus ad solum decus, ne informe pectus esse videatur. Neque enim decebat in feminis alibi esse, quam ut animal intelligens ex corde alimoniam sumeret.

66. Porro umbilicus est nota impressa quæ medium ventrem designat. Ad hoc factus, ut per eum fetus dum est in utero nutritur. Splenis autem et jecoris viscera quasi ex conturbato sanguine 91 videtur esse concreta. Juxta eos autem qui de physicis disputant, voluntatem venereæ concupiscentiæ consistere dicunt in jecore, affectum autem iracundia in felle, favoris in corde, in splene lœtitia. In pulmonibus vero aerem contineri, qui a corde per venas quæ arterias vocant, diffunditur, ut paulatim inspirandi et respirandi tractu totum anidet corpus.

67. In jecore ignis habet sedem, qui velut subvolare ostenditur in excelsum cerebri locum, tanquam in coelum corporis nostri. Unde et radii eunient oculorum, et de cuius medio, velut centro quodam, quædam non solum ad oculos, sed cæteros sensus tenues fistulae deducuntur. Siquidem in eo volunt esse officium voluntatis, et decoctionis ciborum complexum, et calefactu suo in sanguinem mutandorum.

68. Intestinorum autem ratio: idcirco longis anfractibus in circulorum ordinata sunt modum, ut susceptos cibos paulatim egerant, et ex ipsis ea quæ intrinsecus sunt, humorum sensim suscipiant. Alvis dictus eo quod in eum, quasi in alveum, omnis humor cibo permistus defluat ac recurrit, et iueniaribili modo ciborum succo universum corpus, quasi e latere valles vicinas irrigando adimpleat.

69. Porro alvis venter, et uterus differunt. Venter enim est qui appetet extrinsecus, pertinetque a pectore ad inguen. Alvis est interior pars, qua cibus recipi et purgari solet. Uterum solæ mulieres habent in quo concipiunt. Confundunt tamen hæc autores, et uterum pro utriusque sexus ventre ponunt.

70. Genitalia autem, sicut ipsum nomen docet, a gignendo dicta. Nati caro conglobata sedendi officio facta est, ne, premente corporis mole, ossibus cederet. Femina sunt femorum partes, quibus in equitando tergis equorum adhæremus. Unde et præliaores feminibus equos admisisse dicuntur.

71. Genua a genis dicta, eo quod in utero cohærent, et cognata sint oculis. Unde Ennius, *genua complicita gena*. Tibiæ dictæ sunt quasi tubæ. Plantæ vero a plantis nuncupatæ, quia non rotundæ, ut in

ter. AREV.

73. Hæc differentia in uno tantum Ms. legitur.

quadrupedibus, ne stare non possit; homo, sed planæ A et longiores formatæ sunt, ut stabile corpus efficerent. Calces autem a callo pedum sic nominatæ sunt.

72. Pedum digiti et decorum et usum ferunt. Nam currere 92 non possemus, nisi digitis in humum pressis soloque nitentibus impetum saltumque capiamus. Reliqua ossa corporis, velut columnæ quedam, quibus caro sustentatur, inserta sunt, et nervorum vinculis colligata, ut aplissimo motu flectantur. Hæc Lactantius cæterique de ratione corporis scripserunt.

### XVIII.

73. Inter virum et hominem quidam distinxerunt hoc interesse, quod vir utraque scientia præditus eloquentiam cum sapientia retinet: Homo loquacitate tantum naturæ bestiis præpollet. Virum autem dixerunt ἄντρον ἀρετῆς, id est a virtute. Virtus autem apud veteres scientia rerum omnium nuncupatur. Nos autem unum eundemque et virum, et hominem nuncupamus. Juxta quod et de Christo legitur, qui Iauæ vir in sanctis Scripturis quam et etiam homo vocatur.

### XIX.

74. Inter infantiam et pueritiam, et reliquas ætates, sapientes ita definierunt. Prima hominis ætas infantes, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta juventus, quinta senectus, sexta senium. Duæ primæ ætates singulis annorum terminantur hebdomadibus, propter simplicem vitam. Nam infans septimo anno finitur, quartodecimo pueritia, debinc sequens adolescentia duabus constat hebdomadibus propter intellectum et actionem. Quæ duæ nondum erant in pueris, et porrigitur hæc ætas a quinto decimo anno usque ad xxviii.

75. Post hæc succedens juventus tribus hebdomadibus permanet, propter tria illa, intellectum et actionem, corporisque virtutem. Ista ætas a xxviii anno exoritur, et quagradesimo nono consummatur, quando et in feminis partus deficit.

76. Porro senectus quatuor hebdomadibus completer propter accendentem illis tribus animi et corporis gravitatem. Incipit enim hæc ætas a quinquagesimo anno, et septuagesimo septimo terminatur. Ultima vero senium nullo certo annorum tempore definitur, sed solo naturæ fine concluditur.

### XX.

93 77. Inter senectutem et senium hoc differt, quod D senectus vergens ætas a juventute in senium, nondum tamen decrepita; senium vero est fessa atque extrema ætas, et vitam ultimam anhelans.

78. A puritate. Non., Pueritia, id est puritas. Varro Rerom divinar. lib. i, Quæ pueritia est infrequens polluta.

Ibid. Quia nondum lanug. Fest., Puer, impubes tantum dicitur.

79. Quasi pulla. Pullum est ætatis novellæ, ait Non. Ibid. Puerilitate, ita Codex Hisp. Varro de Liber. educand., Velim, me Hercle, ipse usu magno puerilitatis formulam audire. Al. puerili ætate.

Ibid. Notæ Wicelii in Grialii Editione perturbatae sunt, et extra ordinem suum collocatae. Notas, A puritate, etc., et quia nondum lanugo, facile fuit ad

### XXI.

78. Inter infantem et puerum quidam ex sapientibus distinxerunt. Infans, inquiunt, dicitur, qui nondum fari potest. Puer autem a puritate vocatus quasi purus, sive quia nondum lanuginem florente genarum inducunt.

79. Puella autem a parvitate vocata, quasi pulla. Unde pupilos et pupillas non pro conditione, sed pro ætate puerili vocamus. Puer olim et masculus et femina appellabatur, sicut infans. Hinc consuetudo communis pueroram vocat. Proprie autem puereras dici quæ primum enixæ sunt pueros, eo quod puellæ admodum pariant.

80. Egressi pueritiam masculi, puberes appellantur, quia jam gignendi potestatem sumunt; feminæ vero virgines vel viragini dicuntur. Dicta autem virago, vel quoda viro sumpta sit, vel quod sit masculini vigoris. Simil pubertatem egressi, adolescentes appellantur. Adolescentes autem dicti ab adolescenti atque crescendo. Unde et quidam, de agricultura loquens, matucentem fructum adolescentem vocavit.

81. Post adolescentiam quoque juvenes fiunt. Juvenes autem dicti, quod juvare posse incipiunt, ut bobus juvencus dicitur, cum a vitulo discedit.

82. Jam vero mediæ ætatis proprie dicuntur vir et mulier. 94 Vir itaque nuncupatus, ut ait Laetantius, quia major in eo vis sit quam in feminis, et hinc virtus nomen accipit. Item mulier a molitie dicta, immunitata et detracta littera, quasi mollier.

83. Sed ideo viris plus roboris datum est, ut facilius ad patientiam conjugalem feminæ cogarentur. Mulier autem non pro corruptela integratatis, sed pro sola maturitate ætatis mulier nominatur; sicut et vir pro sola virilitate, etiamsi ab opere feminæ admixtionis habeatur immunis.

84. Extremæ jam ætatis, senes et anus vocantur. Senes autem quidam dictos putant, eo quod se nesciunt, et per nimiam ætatem delirent atque desipiant. Unde et Plato: *In pueris crescat serus, in juventibus viget, in senibus minuitur. Anus autem ex multis annis dicta est, quasi annosa.*

### XXII.

85. Inter rationabile et rationale hoc interesse sapiens quidam dixit: *Rationale est quod rationis uitur intellectu, ut homo; rationabile vero quod ratione dictum vel factum est.*

### XXIII.

86. Inter mentem et rationem hoc differt. Mens est pars animæ præstantior, a qua procedit intelligentia.

suum locum revocare. Notæ puerilitate; ita Codex, etc., et al., puerili ætate, videntur positæ pro verbis pro ætate pueriti. AREV.

81. In Editione Grialii mendum clarum erat juventus pro juvencus; in aliis desunt hæc verba, ut in bus, etc. AREV.

82. Quasi mollier. Non male alii, quasi mollior. AREV.

83. Rationale est. Verba sunt August. ii de Ordin., cap. 11.

89. Intelligibile esse... sentiuntur, verba August. viii de Civit., cap. 6.

Ratio vero est motus quidam animi visum mentis A  
abuenus, veraque a falsis distingueunt:

## XXIV:

87. Inter memoriam, mentem, et cogitationem, talis  
distinzione est, quod memoria præterita retinet, mens  
futura prævidet, cogitatio præsentia complectitur.

## XXV.

88. Inter sensum et memoriam hoc interest. Sensus,  
rei enjusque adinventio; memoria, rei inventæ recorda-  
tio: ille excoxit et reperit, hæc reperta custodit.

## XXVI.

85 89. Inter intelligibilia et sensibilia taliter ve-  
teres discreverunt: intelligibilia esse quæ mente ani-  
moque percipiuntur; sensibilia autem, quæ visu  
taeque corporeo sentiuntur.

90. Sunt autem sensus corporis quinque: visus, auditus, odoratus, gustus, tactus. Visui subjacet habitus, et color, seu magnitudo mensuræ. Auditui voces et sonus, odoratui odorum fragrantia, vel quæ aliter se habent, gustui sapor amarus seu dulcis, tactui calida vel frigida, aspera vel mollia, seu lenia.

91. Hi autem quinque sensus ex partibus elementorum sunt, sed non ex omnibus elementis quatuor, sed ex aere teraque gignuntur. Ex aere quidem visus, odoratus, auditus; ex terra tactus saporque nascitur.

## XXVII.

92. Inter animam et corpus ita secernitur: anima est substantia incorporea, intellectualis, rationalis, invisibilis, atque mobilis, et immortalis, habens ignotam originem, nihil tamen in natura sua mixtum concretum, vel terrenum, nihil humidum, nihil fla-  
bile, vel igneum; at contra corpus est substantia vi-  
sibilis, atque mobilis, mortalisa, habens semen ex vi-  
tio, et ex terrena fæce materialia. Sed anima, quia spiritualis creatura est, initium novit, finem habere non novit. Sicut enim angeli, ita et animæ sunt. Habent enim initium, finem nullum. Corpus autem, quia ex quatuor elementis contat, ignis, aeris, aquæ, et terræ, dum fuerit excedente anima resolutum, redit rursus unde fuerat ortum. Inde et partim mor-  
tales, partim immortales sumus. Animæ enim natu-  
ram communem habemus cum angelis, carnem vero cum pecoribus.

## XXVIII.

93. Inter carnem et corpus quidam sapiens distinxit dicens: Caro est quæ proprie sanguine, nervis, ossi-  
busque distinguitur; corpus vero, quanquam et caro dicatur, interdum tamen et aereum 96 nominatur, quod tactui visuique non subjaceat, et plerumque est visibile atque tangibile. Paries corpus est, sed non caro; lapis corpus est, sed non caro. Sic etiā apostolus corpora cœlestia appellat, et corpora terrestria. Cœlestis corpus solis, lunæ et stellarum, terrestre ignis, aeris, aquæ, terræ, et reliquorum, quæ ab-  
sque anima iis censemuntur elementis.

94. Confer de his Etymol. lib. xi, cap. 4, num.  
13. AREV.

97. Multæ, quæ de anima hic dicuntur, repetita sunt in libro quodam de Numeris, quem nondum editum puto, et inter appendices exhibeo, ut dixi

## XXIX.

94. Inter animam et animam Lactantius distingueret philosophos quosdam ita existimat: « Quidam, inquit, aiunt aliud esse animam qua vivimus; aliud animum quo sentimus et sapimus, quia, valente in corpore anima, nonnunquam animus perit, sicut accidere demen-  
tibus solet: »

95. Addunt quoque animam morte sopiri, animum somno. Ob hoc inde putant esse divisum, eo quod actionis officio separantur. Qui vero utrumque indiferenter accipiunt, verius argumentantur: Quod nec vivere sine sensu possumus, nec sentire sine vita.

96. Idcirco nequaquam posse esse divisum quod a se minime separatur. Sed ideum unum, et vivendi habere vigorem, et sentiendi perfici ratione; et dum sunt utraque unum, varia sumpsere vocabula, pro diversitate effectuum. Sicut enim spiritus pars animæ est per quam imagines rerum corporalium imprimuntur, sic animus pars ejusdem animæ est, quo sentitur et sapitur; sicut et mens ejusdem portio est, per quam omnis ratio intelligentiaque percipitur.

97. Sicut voluntas, qua intellecta consentiuntur; sicut memoria, qua meditata rememorantur. Et hæc quidem dum multiplici constant appellatione, non tamen ita dividuntur in substantia sicut in no-  
mine, quia eadem una est anima. Quæ dum contem-  
platur, spiritus est; dum sentit, sensus est; dum sapit, animus est, dum intelligit, mens est; dum discernit, ratio est; dum consentit, 97 voluntas est; dum recordatur, memoria est; et dum membra ve-  
getat, anima est et modo sapit, modo desipit, modo remotis paulisper curis, corporis sopore delinita quiescit, rursusque commota ad contemplandas re-  
rum imagines protinus excitata recurrat.

## XXX.

98. Inter animam et spiritum hoc differre doctores dixerunt, quod anima ipsa vita est hominis, præ-  
stans sensum motumque corporis: spiritus autem ipsius animæ est quedam vis et potentia rationalis, per quam lege naturæ præstare videtur ceteris pe-  
coribus. Proinde anima status vitæ est, animalem hominem faciens; spiritus autem, vis quæ carnales concupiscentias calcat, atque mortalem ad immutabi-  
litatem vitæ hominem provocat.

99. Certissime autem spiritum animam esse evan-  
gelista testatur, quia animam quam Christus in carne suscepit spiritum nominavit. Nam cum dixisset Deus, Potestatem habeo ponendi animam meam, hanc sine dubio tunc posuit, quando in cruce, inclinato ca-  
pite, spiritum tradidit. Omnis autem anima spiritus esse potest, non tamen omnis spiritus anima: Nam ipse Deus spiritus est, et tamen anima non est; angeli quoque et venti spiritus sunt, et tamen animæ non sunt.

100. Ipsa autem anima, quid sit, qualis sit, ubi sit, quam formam habeat, vel quidam viii; nullo modo certissime

in Isidorianis, cap. 63, num. 10 seqq. AREV.

100. De his agit Isidorus lib. i Sentent., cap. 12; quem ad locum videndæ sunt Loaisæ notæ. duas  
huc quoque faciunt. AREV.

sapientes huius mundi definierunt. Alii namque ignem animam; alii sanguinem esse dixerunt, alii incorpoream, neque habere ullam figuram: Nonnulli quoque eamdem divinas naturas esse partem impia teneritate crediderunt.

101. Nos autem eamdem non ignem; vel sanguinem; sed incorpoream dicimus, passibilem; atque mutabiliem, carehabet pondere, figura, sive colore. Nec dicimus animam partem; sed creaturam esse Dei, nec de substantia Dei, vel de qualibet subjacenti elementorum materia; sed ex nihilo suisse creatam.

102. Nam, ut ait quidam, si eam Deus ex semetipsa fecisset, nequaquam viviosa; vel mutabilis, vel misera esset. Item; si ex elementis 98 esset visibilibus facta, haberet utique vel ex terra soliditatem; aut ex aqua humorem, aut flatum ex aere; aut calorem ex igne; sed quia his omnibus caret, apparet eam inde non esse, quia cum illis nihil probatur habere commune.

103. Unde et praeceps a quibusdam creditur esse corporea, quae propter id ad imaginem Dei facta est ut si von immutabilis ut Deus esset, tamen incorpoream ut Deus existeret. Si enim corpoream credimus animam, ergo et Deum credimus habere corporis formam, quia eadem ad suam condidit imaginem:

104. Hujus autem animae partes nonnulli veteres tres esse dixerunt: rationale, irascibile; et concupisibile: Rationale; per quod invisibilita conspicitur; irascibile, per quod impetus irae sua extendat et corrigit; concupisibile; per quod concupiscentiam carnis spirituali virtute compescit: Cujus dominium quidam in pectore esse voluerunt, quidam vero in capitis arce eam habitare dixerunt; tanquam in celo rectorem; ut a summo omnia contempletur. Alii nullum ei certum locum definitiunt, sed eam per omnes artus infusam discurrere dicunt.

105. De origine ejus variae habentur opiniones: verum tamen, sine affirmandi presumptione, quid inde Patrum disputatio senserit, referamus. Inter quos sanctissimus Fulgentius incertam de hac quæstione sic profert sententiam, cuius breviter verba ponenda sunt: « Utrum, inquit, sicut caro nascentium, sic omnes animae ex Adam venire credantur; an novae sunt, et ex parentibus minime propagantur? Quæ quæstio in definiendo difficultis est, quia contrariis objectionibus destruitur.

106. Nam illi qui novas animas contendunt sibi gressu corporibus hæriti, cum illis opponi cœperit cur anima parvilli, quæ non propagatur, ut cito, cum carne originali peccati tenetur consortio? Nunquid iniustus est Deus, ut cum carne mittat animali in ignem æternum, quæ cum carne non habet communem peccatum? Hoc cum illis opponitur, omnino deficiunt. At contra illi qui asserunt animas cum ipsis corporibus propagari, possunt quidem in parvulis justum Dei judicium firmare, ut communem habeant peccatum originale, sicut communem vindi-

108. Ita etiam hæret Isidorus cum Augustino, lib. II Offic., cap. 24. Vide not., et lib. I Sent., cap. 42, ubi recte astruit animam creari quando et corpus

A tant utriusque esse propagationem. Sed in consideratione seminum quæ non concepta pereunt, et ipsi penitus obmutescunt.

99 107. Animam quippe humanam certum est in ipso conditionis suæ munere perceperisse. Quæ fæcesse est ut corpus in quo hic quântulumcunque tempus vixerit, in resurrectione recipiat. Quis ergo dicat animata semina profluxisse, sive illa quæ non concipiuntur, sive illa quæ nocturna illusione funduntur? Quod omnis sapiens videt quam sit absurdum et a ratione omnibus modis alienum. His ergo propositionibus de origine animæ partes se invice vincunt, quia unaquæque earum alteram propositionem destruit, et ipsa non valet astruere quod proponit.

108. Ob hoc de hac quæstione cautius quærendum est: maxime quod a sanctis viris nihil certius definitum est, nec sanctorum Scripturarum auctoritate quidquam manifestius pronuntiatur. Illud lameu tenendum est parvolorum animas nexu peccati originalis esse astrictas, quæ nisi percipient baptismatis sacramentum, regni cœlestis participes esse non possunt; sed cum carne commune habebunt peccatum, et pari iudicio damnabuntur in ignem æternum.

### XXXI.

109. Inter concupiscentiam carnis et spiritus hoc interest: concupiscentia carnis est motus animæ turbidis in effectum sordidæ delectationis; concupiscentia vero spiritus, ardens intentio mentis in desideria sanctæ virtutis. Ista sibi consentientes mittit ad regnum, illa ad supplicium sempiternum. Illa lex peccati est, de primi hominis damnatione descendens, ista lex mentis est de munere Redemptoris nostri procedens. Haec autem sibi invicem pro affectu virtutum ac vitiorum, quotidiana collocatione lethali adversantur.

110. Concupiscentia namque carnis primum illecebros vitiorum in cogitationibus gignit, concupiscentia vero spiritus e contrario cogitationes sanctas indesinenter opponit. Illa fabulis vanis oblectatur et verbis, ista Scripturarum meditationibus atque praeceptis; illa gaudet spectaculis rerum terrestrium; ista contemplatione 100 cœlestium gaudiorum. Illa temeraria gaudiæ querit, ista gemitus et suspitia trahit: illa temporæ somni atque pigritia corpus relaxat, ista vigillis et competebitibus orationibus elaborat.

111. Illa per ingluviem illecebribus ventris et desideriis gutturus aestuat, ista scilicet ipsam jejuniis et abstinentiæ cruciatiibus macerat. Illa luxuriae subditæ turpium perpetrationum affectus, quos intentione cogitationis agit, perfectione voluptatis explorare contentit; ista castitatis et pudicitiae pulchritudinem diligit. Illa avaritiae flamma succensa appetit lucrum et fugit damina temporalium rerum; ista contenitens mundum solum sibi vindicat Christum. Illa invidia nullum sibi superiorē vel aequalē esse permittit, sed interno labore vulneris de cunctorum profectu

creatur, cui admisceri videtur. AREV.

109. Vid. Cassian. lib. de Concupise. carn. et spirit., cap. 11 et seq.

tabescit; ista de cunctorum virtutibus gaudet, et minores sibi per charitatem præponit.

112. Illa, ira exactuans, nihil æquanimiter portat, sed perturbatam mentem usque ad vocis tumultum exaltat; ista nulla exasperatione movetur, sed per tranquillitatem et mansuetudinem patienter omnia sustinet. Illa tristitia inficitur, dum quælibet adversa persenserit; ista nullo moerore frangitur, sed etiam mala de proximis portans, ab interiore gaudio non movetur. Illa ambitione honorum, inficitur humanis laudibus, vel illecebris vanæ gloriæ delinitur; ista humilitatem amat, et soli Deo suo, qui inspector est mentis, placere delectat. Illa inflata superbie fastu cor miserum elevat; ista, ne a celsitudine sua corruat, usque ad insinuam seipsam humiliat.

113. Sed quid plura? Concupiscentia carnis in omnium vitiorum multitudinem consentientes sibi præcipitat, concupiscentia vero spiritus mentem lapsam ne deficiat, spe futuræ gloriæ corroborat. Proinde illa, quamvis superet, nullatenus desperandum est, quia, reparato certamine, possumus de ea etiam gloriosius triumphare. Ista quamvis vincat, de victoria non est secura, quia callidus hostis, etsi devictus interdum, tamen victores ultimo vincit. Et quos prima congressione non percutit, decipere in finem contendit.

114. Hinc est etiam quod ipsa concupiscentia carnis usque in hujus vitæ terminum dimicare non cessat. Sed si concupiscentia spiritus usque in finem superet, victoriæ pace secura in æternum 101 cum suis victoribus regnat. Quando, consummato concupiscentiæ aculeo, nec carni spiritus, neque caro spiritui adversabitur. Sed utræque invicem æternæ pacis concordia copulatæ, Redemptori suo sine oppugnatione in perpetuum adhærebunt.

### XXXII.

115. Inter gratiæ divinæ infusionem et humani arbitrii voluntatem hoc interest: arbitrium est voluntas liberæ potestatis, quæ per se sponte, vel bona, vel mala appetere potest; gratia autem est divinæ misericordiæ donum gratuitum, per quod et bonæ voluntatis initium et operis promeremur effectum. Nullus autem liberi arbitrii quidquam potest prævalere virtute, nisi supernæ gratiæ sustentetur juvamine. Divina quippe gratia prævenitur homo, ut bonus sit, nec humanum arbitrium Dei gratiam antecedit; sed ipsa gratia Dei volentem hominem prævenit ut etiam bene velit.

116. Nam pondere carnis homo sic agitur, ut ad peccandum sit facilis, et ad poenitendum piger. Habet de se unde corrut, et non habet unde consurgat, nisi, gratia Conditoris, ut erigatur manum jacenti extendat. Denique homini per Dei gratiam liberum restauratur arbitrium, quod primus homo perdide-

115. Honorius Augustodunensis, in opere. De libero arbitrio inter sententias Patrum bac etiam Isidori in rem suam uitur. AREV.

116. Liberum arbitrium... quod primus homo perdidit. Eodem modo Aug. in Enchirid. cap. 30: *Nam libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum.* Quæ quomodo accipienda sint, ex ipso Augu-

A rat. Nam ille habuit inchoandi boni liberum arbitrium, quod tamen Dei adjutorio perficeretur. Nos vero, et inchoationem liberi arbitrii, et perfectionem de Dei sumimus gratia. Quia et incipere et perficere bonum de ipso habemus, a quo et gratiæ donum datum, et liberum arbitrium in nobis est restauratum.

117. Dei est ergo bonum quod agimus propter gratiam prævenientem, et subsequentem. Nostrum vero est, propter obsequentem liberi arbitrii voluntatem. Nam si Dei non esset, cur illi gratias agimus? Et si nostrum non est, quare retributionem bonorum operum 102 exspectamus? Proinde ergo in eo quod gratia prævenimur, Dei est, in eo vero quod bene operando prævenientem gratiam sequimur, nostrum est. Nemo autem Deum meritis antecedit, ut tenere eum quasi debitorem possit. Sed miro modo æquus omnibus conditor alios prædestinando præeligit, alios in suis moribus pravis justo judicio derelinquit. Unde verissimum est gratiæ munus non ex humana virtute vel ex merito arbitrii consequi, sed solius divinæ pie-tatis bonitate largiri.

118. Quidam enim gratissimæ misericordiæ ejus prævenientis dono salvantur, effecti vasa misericordiæ; quidam vero reprobi habitu, ad poenam prædestinati, damnantur, effecti vasa iræ. Quod exemplum de Esau et Jacob nondum natis colligitur. Qui dum essent una conceptione vel partu editi, parique nexus peccati originalis astricti, alterum tamen eorum ad se misericordiæ divinæ prævenientis bonitas gratuita traxit, alterum quadam justi-tiæ severitate odio habitum in massa perditionis re-luctum damnavit. Sicut per prophetam idem Deus loquitur dicens: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.*

119. Unde consequens est nullis prævenientibus meritis conferri gratiam, sed sola vocatione divina. Neque quemquam salvari sive damnari, eligi vel reprobari, nisi ex proposito prædestinantis Dei, qui justus est in reprobatis, misericors in electis. Uni-versæ enim viæ Domini misericordia et veritas.

120. Ante gratiæ enim donum liberum quidem est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adjutorio manet infirmum. Nam sicut oculus videre non valet, si caret officio luminis, ita humanæ voluntatis arbitrium nihil valet, si luminis gratia indigeat; illud utique quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Liberum autem arbitrium ad omne malum promptum est per semetipsum, ad bonum vero nequaquam nisi per gratiæ donum: et eadem præstat homini et bona velle et facere, mala præterita flere, tam a cogitatione quam ab opere de-licta præsentia cavere, quod etiam Apostolus mani-festius scribit dicens: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra*

*stino satis constat et ex Isidoro, qui paulo post ita subjicit: Ante gratiæ donum liberum quidem est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adjutorio manet infirmum.*

120. In aliis Excusis post verba misericordia et ve-ritas, omissis aliis, sequitur, omne autem donum gratiæ, etc. ut nunc. 122. AREV,

**ca Deo est.** Itaque non in omne genus hominum **103** gratiae beneficium tenditur, sed in illis tantum qui per fidem illuminantur; nec enim in cunctis gentibus fidei pervenit auditus.

121. Unde et Apostolus: *Quomodo, inquit, invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt?* Ipsius etiam gratiae donum quibuscumque datur, non aequaliter conceditur, sed ad mensuram pro merito accipientium distribuitur, *juxta quod scriptum: cui reddet unicuique secundum opera sua.*

122. Omne autem donum gratiae non omnibus ad integrum datur, sed singulis dona singula distribuuntur, ut scilicet, quasi membra corporis singula officia habeant, et alter indigat altero quod non habet alter; proinde omnia sunt communia, **B** dum sunt sibimet membra invicem necessaria.

### XXXIII.

123. Inter Legem et Evangelium hoc interest, quod in Lege littera est, in Evangelio gratia: illa habuit umbram, ista imaginem; illa data est propter transgressionem, ista propter justificationem; illa ignorantiae demonstrat peccatum, ista agnatum adjuvat, ut vitetur; illa flagitiis deditos increpat, ista peccantes bonitate propria liberat; illa talionem reddendum decrevit, ista etiam pro inimicis orare jussit: illa, conjugiorum indultis habenis, crescere et generare praecipit, ista continentiam suasit.

124. Illic prædicatur circumcisio sola carnis, hic lavacrum in ablutione cordis et corporis; illic Chananiae regnum et promissiones rerum temporalium continentur, hic vita æterna regnumque cœlorum promittitur; illic sabbati otium et requies celebratur, hic ipsa sabbati requies in Christo habetur, qui dixit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, et invenietis requiem animabus vestris.* Illic esus animalium immundorum prohibetur, hic in corpore Christi, id est in sanctis suis, non admittitur quidquid per illa animalia immunda in mores hominum figurabatur.

125. Illic, pecoribus immolatis, carnis et sanguinis hostiæ offerebantur, hic sacrificium carnis et sanguinis Christi offertur, quod **104** per illa animalia figurabatur; illic ex carne Agni Pascha celebratur, hic Pascha nostrum immolatus est Christus, qui est verus Agnus immaculatus. Illic Neomeniæ, id est novæ lunæ principia celebrantur, hic nova creatura in Christo accipitur, sicut Paulus apostolus ait: *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova.*

126. Quid plura? In lege per figuram res gestæ in significationem futurorum annuntiabantur, in gratia vero, evangelicæ veritatis, quæ illic denuntiata fuerunt, explentur. Item in lege mandata scripta sunt et promissa, sed mandata legem implere vel conservare iubebant, promissa vero, figuris obiecta

**125. Vulg.: Omnia nova. Exprimitur sacrificium sanguinis et corporis Christi. A.B.V.**

**128. Nam præcepta legalia, etc., e Greg. xxviii Moral., cap. 9.**

A sacramentorum, futuram Evangelii gratiam prædicabant. In lege ergo mandata tenentur, promissa vero in Evangelii plenitudine consummantur. Legem enim Evangelia complent, et significationem præcepti plenitudo Testamentorum.

127. Item nihil aliud lex præstitit, nisi quod solum peccata monstravit, non abstulit, et sub suo terrore redactos omnes servos effecit, et inde spiritum servitutis habuisse priorem populum Apostolus docuit. Evangelium vero veniens crudelitatem legis amavit; peccata, quæ lex puniebat per spiritum servitutis, laxavit per spiritum adoptionis, filios ex servis reddidit, amorem implendæ legis omnibus condonavit, et, si deinceps punienda commiserunt, per eumdem spiritum adoptionis indulget: formam bene agendi præbuit, et ut possint agi quæ docuit adjutorem Spiritum infudit.

128. Nam præcepta legalia quæ illi populo data sunt, comparatione meliorum, etiam non bona dicuntur, quia quæ præcipiunt non perficiunt; gratia vero Evangelii quod exterius imperat, interius ut perficiatur juvat. Ezechielis etiam testimonio dicitur: *Dedi eis præcepta non bona.* Utique quia in eis quædam inutilia infirmioribus sensibus agenda permissa sunt, sicut illud, ubi Deus Israelitarum cupiditatem spoliis Ægyptiorum satiari permisit.

129. Nam pro eo quod carnalis populus modum egredetur vindictæ, lex permittit carnalibus vicem rependere mali, quod Evangelia firmioribus vetant. Proinde ergo dicuntur non bona, quoniam Evangelio comparata, legis præcepta inferiora noscuntur. **105** Ante adventum enim Redemptoris nostri, gentilis populus ideo non obtemperavit legi, quia nondum intelligebatur sensu spirituali. Lex enim gravia atque dura secundum litteram jubebat, ideo contemnebatur. Venit autem gratia Evangelii, temperavit legis austrietatem, applicavit sibi gentilem populum.

### XXXIV.

130. Inter activam et contemplativam vitam, hæc distinctio est: activa vita est quæ in operibus justitiae et proximi utilitate versatur; contemplativa, quæ vacans ab omni negotio, in sola Dei dilectione defligitur. Harum una in opere bonæ conversationis, altera in contemplatione immutabilis veritatis est; una, quæ ex fide in hac peregrinatione vivit, altera quæ bene viventes usque ad regnum perducit.

131. Activæ enim vitæ magna sunt præmia, sed contemplativæ potiora. Activa vita ex bonis operibus incipit, contemplativa pervenit ad quod intendit. Activæ vitæ opera cum corpore finiuntur, contemplativæ autem gaudia in fine amplius crescunt. Illa autem, quanvis utilis et bona, tamen cum requies venerit, transitura; ista vero boni operis transituri merces est, et requies perennansura.

132. Contemplativa vita per Rachel ostenditur, quæ erat pulchra et sterilis, quia per contempla-

130. Opusculum de differentia inter activam et contemplativam vitam Isidori uoinine in Codice Regiavaticano 281 a me repertum, ad appendices reijcio, de quo etiam dixi in Prolegom. cap. 85. **A.A.V.**

tionis otium minus operum filii generantur. Activam autem vitam monstrabat Lia sine oculis, sed secunda. Quia actio laboriosa quidem est, minusque alta considerans. Sed in eo quod se erga proximi utilitatem plus exhibet, secundior operibus, quasi in filiis crescit. Sic Martia et Maria, quarum una virtutibus mitem exercebat in opere, altera requiescebat deixa in contemplatione.

133. Si autem qui ad contemplationis otium venire contendunt, prius se in stadio activae vitae exercere debent, ut dum opera justitiae facies peccatorum exhausti, cor mundum exhibeant ad videndum Deum. Nam mens quae adhuc temporalem gloriam **106** querit, aut carnalis concupiscentiae tentationibus cedit, a contemplatione proculdubio prohibetur. Unde et populus dum legeum acciperet a monte, id est a sublimi contemplatione, quasi carnalium curiositas removetur. Et in Evangelio curatus a legione vult Dominum per contemplationem sequi; sed jubetur dominum reveri, et in activae operatione versari.

134. In ipso autem contemplationis et actionis usu interdui magna differentia animorum est. Nam quibusdam sola contemplatio proficit, quibusdam vero activa sola est consolatio. His media et de utrisque composita utilior est magis ad resovendas mentis angustias, quae solent per unius intentionem nutriti, ut de utriusque partibus melius temperentur. Nam quod Salvator per diem signis et miraculis coruscabat in urbibus, activam nobis vitam commendabat. Quod vero in monte orationis studio pernoctabat, vitam contemplationis significabat.

135. Idcirco Dei servus juxta imitationem Christi, nec actualem vitam amittit, et contemplativam vitam agit. Alter enim incedens offendit. Sicut enim per contemplationem amandus est Deus, ita per actualem vitam diligendus est proximus. Ac per hoc sic non possumus sine utraque esse vita, sicut et sine utraque in dilectione esse nequaquam possumus.

#### XXXV.

136: Inter Fidem et Opus hoc distat: per fidem possibilis boni operis inchoatur, ex opere ipsa fides perficitur. Opus enim fide prevenitur, fides ex operibus consummatur. Opera autem ante fidem nequaquam prodesse, quia nihil valet a malo declinare et agere quod pertinet ad salutem ei qui ipsum salutis vel negat vel nestit auctorem. Item fides sine operibus nequaquam prodest, quia non potest per fidem Deo placere qui Deum contemnit in opere.

137. Ob hanc etiam fidem sine operibus mortua est, juxta Jacobum; et opus extra fidem vacuum est, juxta Paulum. Horum enim alter fidei studium, alter opus laudat. Paulus praedicit ante fidem **107** nullo modo esse opus bonum, Jacobus narrat fidem nihil valere sine opere bono. Ac per hoc, juxta primum, opera fidem praecedentia nihil prosunt; juxta alterum, consequentia multum prosunt.

138. Jacobus dicit: *Abrraham pater noster ex ope-*

*136. Nequaquam prodesse, supplendum possunt;* huius constat, ut sepe accidit in operibus Isidori, praes-

*ribus justificatus est. Paulus dicit: Credidit Abram Deo, et reputatum est ei ad justitiam. Quid ergo? Utique se desistauit? Absit. Sed utrique nos instruunt. Nam secundum Paulum, Abram ex fide justificari meritit, quando credidit Deo; secundum Jacobum, ex operibus placuit, quando tentatus immolandum filium non recusavit.*

#### XXXVI.

139. Inter fidem, spem et charitatem hoc differt: fides est divinitatis confessio, et religionis solidum fundamentum; spes est bonorum expectatio futurorum; charitas est perfecta dilectio in Deum et proximum. Huius prima credulitate sovet presentem, secunda promissa prestolatur futurorum, tertia amorem complectitur aeternum. Quae quidem tria in hujus vitae tempore ita copulantur, ut altera sine altera stare non possit.

140. Denique veraciter credere non possumus, nisi ea quae promissa sunt speremus; nec poterimus sustinere promissa, nisi sit fidei credulitas firma; nec aderit fructus spei, vel stabilitas fidei, nisi fuerit perfecta charitas Christi, quae et fidem ut credat, adjuvet et sperni spectacionis corroboret. Cujus specialiter secundum Apostolum inter has virtutes traditur principatus, et cultus manet aeternus.

141. Nam et fides cessabit, dum futura quae creduntur advenierint; et spes finem habebit, dum beatitudinem quam quisque bonus prestolatur acceperit. Sola charitas in aeternum perseverabit, ipsa sola utramque perducens ad Christum, ipsa sola gaudio perfruens semipaterno.

#### XXXVII.

142. Inter amorem et dilectionem, sive charitatem, hoc differt, quod amor et dilectio media sunt, et ad utrumque parata, modo in bonum, modo in malum vertuntur. Charitas autem non nisi in bonum; cuius etiam nomen eo usque extollitur, ut ipse Deus **108** Charitas appelletur. Illa est enim perfecta charitas, quae inimicos et patienter sustinet, et benigne refovet. Qui vero haec non agit, longe a charitate discedit. Haec enim summa sola sunt bona. Nam a quibus habentur, utique veraciter habentur. Aliæ vero virtutes media bona sunt, et quae ad utilitatem possunt ab aliquibus haberi, et ad perniciem, si de his arrogantes tumuerint.

143. Quatuor autem sunt diligenda: Deus scilicet, atque proximus, caro nostra, atque anima. Prior est autem amor Dei, sequens vero est et proximi. Sed sicut per amorem Dei amor sit proximi, sic per amorem proximi amor ostenditur Dei. Dilectio in Deum origo est dilectionis in proximum; et dilectio in proximum cognitio est dilectionis in Deum. Porro dilectio Dei a timore inchoat, sed non sub timore perseverat. Nam dilectio ex timore servilis est, non libera, quia non constat ex amore Dei, sed ex timore supplicii.

144. In tribus autem his rebus dilectio Dei exprimitur in Etymologiis. Arev.

**A**mittat, ut nihil remaneat illi homine quod non divinis dictioni subdatur. Nam dum dicitur : *Diligite Deum ex toto corde tuo*, omnes cogitationes in Deum referendas præcipit; dum vero dicitur, *ex tota anima*, omnes affectiones animæ ad Deum referri jussit; dum vero adjecit, *ex tota mente*, indicat omnem rationem humanaam, qua intelligimus et discernimus; in rebus divinis esse occupandam.

**145.** Item duo sunt erga dilectionem proximi servanda: ut ipse præstet allis quæ sibi præstari et ab aliis vult; et quæ sibi inferri pertimescit non inferat. Ex hac gemina dilectionis virtute in proximum omnes oriuntur virtutes, quibus aut utiliter ea quæ sunt appetenda cupimus; aut quæ vitanda sunt præcavemus.

**146.** Quod enī Dominus dicit: *Omnia que cuncte volunt ut faciant nobis bonitas, et vos facite illis*; pertinet ad boni impensionem in proximum. Item quod in Veteri Testamento legitur: *Quod ibi habitis, alteri ne feceris*, pertinet ad cavendum ne quis malum inferat proximo. Ex his ergo duobus articulis congrue diligitur proximus; dum et beneficiis impensione sovetur, et nullis malitia laeditur.

### XXXVIII.

**147.** Inter scientiam et sapientiam hoc interesi: scientia ad agnitionem pertinet, sapientia ad contemplationem. Scientia temporibus bene utitur, atque in vitadis malis, seu intelligentis vel appetendis bonis versatur: sapientia autem tantummodo eterna contemplatur. Item nonnulli viri intèt sapientiam et prudentiam intelligi voluerunt, ut sapientiam in divinis, prudentiam autem vel scientiam illi hominibus negotiis posseent. Perfecta autem est scientia multa agere bona, et de illis laudem ferream non querere quæ Deus præcepit facere, et seruum inutilem ante oculos Dei se existimare.

### XXXIX.

**148.** Inter sapientiam et eloquentiam ita distinguunt: quod eloquentia constat ex verbis. Sapientiam sine eloquentia prodesse non est dubium. Eloquentia sine sapientia valere non potest. Melior enim est indiscretâ prudentia quam stulta loquacitas. Rerum enim studia prosunt, hōi ornatiæta verborum. Eloquentia enim, ut diximus, scientia est verborum; sapientia autem; cognitione rerum et intellectus causarum.

**149.** Porro sapientiam veteres philosophiam vocaverunt; id est omnium rerum humanarum atque divinarum scientiam. Hujus philosophiae partes tres esse dixerunt, id est, physicam, logicam, ethicam. Physica, naturalis est; Ethica, moralis; Logica, rationalis. Harum prima naturæ et contemplationi rerum deputatur, secunda in actione et cognitione recte vivendi versatur; tertia in discernendo verum a falso ponitur.

**146.** Verba Tobiae in Vulgata haec sunt: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*. Sententia eadem est. AREV.

**B** 150. Hoc trimodum philosophia genus, iuxta sapientes mundi in partibus suis, ita distinguitur. Ad physicam pertinere aiunt disciplinas septem, quarum prima est arithmeticæ, secunda geometria, tertia musica, quarta astronomia, quinta astrologia, sexta mechanica, septima medicina. Ratio autem earumdem disciplinarum breviter, ista est.

**151.** Arithmeticæ namque est definitio per quam numerorum omnium ratio vel ordo consistit. Geometria est disciplina magnitudinis, et figurarum notis lineamentisque propriis distincta, vel formis. Dicta autem Geometria a dimensione terræ, per quam uniuscujusque termini delineari solent. Hanc primum Ægyptii invenerunt pro necessitate terminorum terræ, quos Nilus inundationis tempore confundebat. Musica est ars spectabilis voce vel gestu, habens in se numerorum ac soni certam dimensionem cum scientia perfectæ modulationis. Hæc constat ex tribus modis, id est sono, verbis et numeris.

**152.** Astronomia est lex astrorum. Astrologia est ratio quæ conversionem celi et signorum desinit, potestatesque et ortus siderum, et occasus. Hanc mathematici sequuntur. Mechanica est quædam peritia, vel doctrina, ad quam subtiliter fabricas omnium rerum concurteret dicunt. Medicina est scientia curationum; ad temperamentum corporis, vel salutem inventa: E quibus quidem omnibus quædam religioni convenient; quædam vero longe modis omnibus aliena sunt.

**C** 153. Digestis generibus, sive differentiis physicæ artis, nunc partes logices exsequamur. Constat autem ex dialectica et rhetorica. Dialectica est ratio sive regula disputandi, intellectum mentis acuens, veraquo a falsis distinguens. Rhetorica est ratio dicendi, juris peritorum scientia, quam oratores sequuntur. Hac, ut quidam ait *sicut ferrum veneno, sententia armatur eloquio*.

**B** 154. Post logicam sequitur ethica, quæ ad institutionem pertinet morum: Hæc enim bene vivendi magistra est, dividiturque in quatuor principales virtutes: prudentiam, scilicet, atque justitiam, fortitudinem, et temperantiam. Prudentia est agnitus verbi fidei; et scientia Scripturarum, in qua inueniri oportet illud trimodum intelligentiae genus. Quorum primum est per quod quædam accipiuntur historialiter sine ulla figura, ut sunt deinceps præcepta; secundum est per quod quædam in Scripturis permixto jure accipiuntur, tam secundum finem rerum gestarum, quam etiam juxta figurarum intellectum, sicut de Sara et Agar. Primum quod vere fuerint, debinc quod tropice duo Testamenta figurentur.

**155.** Tertium genus est quod tantum spiritualiter accipitur, sicut de Canticis canticorum: Quæ si juxta sonum verborum **111** vel efficientiam operis sen-

**150.** De arithmeticæ, geometria, musica, etc., uberioris Isidorus agit in libris Etymologiarum, ubi opportunitate notæ suis locis adhibentur. AREV.

tantur, corporalis magis luxuria quam virtus sacra- A temporis, antequam quid eveniat, metus et cupiditas; alia duo præteriti, cum quid acciderit, gaudium et dolor.

156. Definito prudentiae genere, nunc partes justitiae subjiciamus, cuius primum est Deum timere, religionem venerari, honorem referre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraterna charitatis vincula amplecti, pericula aliena suscipere, openi ferre miseris, boni accepti vicissitudinem rendere, æquitatem in judiciis conservare.

157. Fortitudo est animi magnitudo, atque gloria bellicæ virtutis, contemptus honorum et divitiarum. Hæc adversis aut patienter cedit, aut fortiter resistit, nullis emollitur illecebris, adversis non frangitur, non elevatur secundis, invicta est ad labores, fortis ad pericula, pecuniam negligit, avaritiam fugit, contra improbos animum ad pericula præparat, molestias nullis cedit, gloriæ cavit appetitus.

158. Temperantia est modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc verecundiæ comes est, humilitatis regulam custodit, tranquillitatem animi servat, continentiam et castitatem amplectitur, foveat decus et honestatem, restringit ratione appetitum, iram comprimit, nec rependit contumeliam. Sed ex his prudentia agnitione veri delectatur, justitia dilectionem Dei et proximi servat, fortitudo vim virtutis habet metumque mortis contemnit, temperantia affectiones carnis moderatur, et restinguat appetitum. Prima credit et intelligit, secunda diligit, tertia appetitum eobibet, quarta modum imponit.

#### XL.

##### *De distinctionibus quatuor vitiorum.*

159. Contra hæc tamen quatuor virtutum genera, totidem vitia philosophi opposita dicunt: metum, et gaudium, cupiditatem, et dolorem; nos autem hæc ipsa non perfecta vitia, sed media nuncupamus, eo quod propter diversitatem morum ad utrumque parata sunt, et modo ad bonum, modo ad malum, pro arbitrii voluntate, vertuntur. Sic enim nonnullæ male usæ virtutes ex se **112** vitia gignunt: veluti si ex mansuetudine interdum nascatur torpor, et ex pieilate dissolutio disciplinæ, vel ex justitia crudelitatis immoderata vindicta. Ita quatuor ista, si bene utantur, virtutes sunt; sin minus, ex virtutibus in vitia trans-eunt.

160. Hoc modo denique, cum quisque metuit peccare, vel cupit beatificari, dolet pro peccatis, gaudet in bonis operibus, jam tuin hi motus, qui ab amore studioque procedunt, pro virtutibus accipiuntur. At contra, dum quisque metu carendi re aliqua terrena tenetur, vel dolore anissæ rei frangitur, dumque rerum temporalium cupiditate inflammatur, aut gaudio adeptæ rei extollitur, tunc non virtutes sed vere vitia nuncupantur. Ex his autem duo sunt futuri

159. Virgilius, lib. vi Æneid. vers. 733: *Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.* Verbum *utantur* passiva significatione adhibetur. **AREV.**

161. De his vitiis principalibus fusius lib. ii Sententiæ, cap. 38 seqq., ubi videri possunt eruditæ

temporis, antequam quid eveniat, metus et cupiditas; alia duo præteriti, cum quid acciderit, gaudium et dolor.

161. Octo sunt autem perfecta, vel principalia vita, quæ omne genus humanum inquietant, ex quibus vitiorum turba exoritur copiosa, id est: gulæ concupiscentia, fornicatio, avaritia, invidia, tristitia, ira, inanis gloria, novissima dux ipsa et harum radix superbia. Ex quibus omnibus duo sunt carnalia, fornicatio et ingluvies ventris; reliqua spiritualia.

162. Quæ quidem in membris suis taliter distinguuntur. Gulæ concupiscentia in quinque modis distinguitur: primo modo, si ante tempus cibos quis appetat, sicut Jonathan gusto mellis jejunium solvit. Secundo modo, si laudiores escas querat, sicut populus, eremi manna contemptu, carnes Ægyptias concupivit. Tertio modo, si diligentius quisquam communis cibos procuret, sicut filii Heli extra morem crudam ab offerentibus carnem tollebant, quam sibi accuratius præpararent. Quarto modo, si viles escas nimium quisque sumat. Unde et propheta Sodomam de panis saturitate accusat. Quinto modo, si quis ex desiderio quocunque sumat, sicut Esau pro leuca concupiscentia perdidit primogenita sua.

163. Fornicatio quoque trimodo genere discernitur. Primo quidem, dum per voluptatem luxuriaz comisio carnis expletur; altero, dum sola attractione luxus carnis per immunditiam provocatur; **113** tertio, dum intentione turpis cogitationis nocturna quiske illusione polluitur. Est et quartum genus fornicationis juxta Scripturam, omnis, scilicet, illicitæ corruptio mentis, sicut idolatria et avaritia, ex quibus sit prævaricatio legis propter illicitam concupiscentiam.

164. Porro avaritia in geminam distingutur posnam, id est in concupiscentiam augendæ rei, et in metum rei carendæ. Sicut etiam quidam ait: Non enim unquam expletur neque satiatur cupiditatis sitis. Neque solum ea quæ habent amore augendi excruciantur, sed etiam amittendi metu.

165. Ipsa quoque invidia dupli afficitur flamma, id est, cum aut meliori invidet in id quod ipse non est, aut dum quemlibet consimilem esse sibi æqualem dolet.

D 166. Sequitur tristitia, cuius tria sunt genera, quarum prima, ut ait Cassianus, temperata et ratio-nabilis, de delictorum pœnitidine veniens; altera perturbata, irrationabilis, de anxietate mentis seu desperatione peccatorum exoriens; tertia de iracun-dia, vel de illato damno, vel desiderio præpedito procedens.

167. Jam vero inanis gloria quadripartitam habet jactantiam. Nam sunt qui habent dona et donantem

et copiosæ notæ Loaisæ. **AREV.**

167. Per tumorem. Phrasis est hæc ecclesiastico-rum scriptorum, ut superbiā tumorem appellant, quia superbitum. **AREV.**

ignorant. Et sunt qui se dicant dona accepisse præcedentibus meritis, non pro gratia largientis. Item quidam sunt qui quod non habent se babere per tumorem existimant. Item quidam sunt qui, contemnendo alios, se aliquid habere singulariter putant. Perniciösior autem est elatio de singularitate jactantiae veniens.

168. Ultima superbia, trimodam habet differentiam: primum namque genus superbie est eorum qui per transgressionem culpæ contemplui habent divina præcepta; secundum genus eorum qui ex observatione attolluntur mandatorum, et elatione virtutum; tertium genus est eorum qui per contumaciam mentis subdi dedignantur seniorum imperiis.

169. Quæ quidem vitia, divinitus divina adjuvante gratia, e contrario curantur virtutibus. Gulæ concu-

170. Nonnulli omittunt verba, qui dum vult... inferna promeruit, et post metus ruinæ illico subiungunt: *Explicunt Differentiæ spirituales beati Isidori.*

A piscentiam reprimunt vigiliae et compunctio cordis; fornicationem extinguit contritio cordis, et corporis afflictio, et oratio assidua, vel laboris exercitium, **114** metus gehennæ, et amor cœlestis patriæ; invidiam superat amor dilectionis fraternæ. Et quia cœlestis regnum non accipiunt nisi concordes, abjicere invidiām convenit et diligere fratrem.

170. Iram temperat patientia, et ratio æquanimitas. Avaritiam subjugat eleemosyna, et spes æternæ retributionis. Tristitiam subjugant fraterna alloquia, et consolatio Scripturarum. Arrogantium calcat metus, ne vana gloria delinitum animum a virtutibus cunctis excludat, et per jactantiam perdat semetipsum, et pereat. Jam superbiam deprimit exemplum humilitatis Christi, atque diabolice metus ruinæ. Qui dum vult esse quod non erat, et ipsum quod erat perdidit, et Tartari inferna promeruit.

B Nam hoc etiam nomine vocantur *Differentiæ rerum.*  
AREV.

## 115 SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## ALLEGORIE QUEDAM SACRE SCRIPTURE

### Praefatio.

DOMINO SANCTO AC REVERENDISSIMO FRATRI OROSIO ISIDORUS.

1. Quædam notissima nomina legis evangeliorumque, quæ sub allegoria imaginarie obteguntur, et interpretatione aliqua agent, breviter deflorata contraxi celeriter, ut plena atque aperta lectoribus redderem. Quæ, quia inexplicata sunt, annotata brevis materiola dicendi coegit, et nec libelli modum permisit efficere, nec plenissime figurarum mysteria explicare. Erat quidem sensus ita, ut ex dictis quæ posita sunt et præcedentia et subsequentia intelligantur.

2. Hæc itaque cognitioni tuae tractanda alique probanda offerimus, ut quod in ratione verborum ac sensuum interdilite dependet, emendandum sollicite cures. Ego enim, mihi charissime, in hujus operis reprehensione excusabilem meipsum estimabo, quia hæc non meo conservari arbitrio, sed tuo commissi corrigenda judicio.

1. De Allegoriarum opere disserui in Isidorianis, cap. 60. Allegorias in sacram Scripturam inter veteres explicuit etiam Rabanus Maurus, inter recentiores Hieronymus Lauretus, edita Silva Allegoriarum sacra Scripturæ; de qua hoc exstat judicium sancti

C Caroli Borromaei apud Possevinum, lib. ii Biblioth. select., cap. 46: Carolus autem Borromæus cardinalis vir sanctus, cum hujus Silvæ usum cuperet faciliorem, ac fructuosiorem, statuerat rerum que vocibus allegorici designabantur, ac primo ponuntur, vocabula præ-

## EX VETERI TESTAMENTO.

**116** 3. Adam (*Genes.* i) figuram Christi gestavit; nam sicut ille sexta die formatus ad imaginem Dei, ita sexta mundi ætate Filius Dei carnis formam induit, hoc est, formam servi accepit, ut reformaret hominem ad similitudinem Dei.

4. Eva (*Ibid.*) designat Ecclesiam factam per mystrium lavacri, quæ **117** de latere in cruce morientis Christi fluxit, sicut Eva de costa hominis dormientis.

5. Abel, vassor ovium (*Genes.* iv), Christi tenuit ty-

ponere: quem laborem fortasse pius aliquis et doctus suscipiet. Allegoriasque ipsas meliore ordine disponet, ut reipublicæ litterariæ in proximorum salutem comedet. Notæ ad Allegorias sancti Isidori in Editione Grialiana auctorem habent Cyprianum Suarez, S. J., cuius nomina & me proferentur. In eadem Matri- lensi Editione regia et aliis erat: *Nomina leguntur legis*; omisi cum Codice Veronensi leguntur, ut sensus planior procederet; quod abest etiam a prima Allegoriarum Editione Ilaganoensi. Cæterum in allegoriis deinde exponendis et illustrandis diligentia Cypriani Suarii annotatoris efficiet, ne uberiores annotationes nostræ desiderentur. Paucas proinde interserere est animus. AREV.

3. Adam figuram gestavit Christi. Hęc allegoria est Apostoli I Cor. xv. Sic enim ait: *Factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Et quidem Genes. ii legimus factum esse primum hominem in animam viventem, hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis servant, cujusque voluntati ac efficacie auscultent, ut exponit beatus Chrysostomus. Atque, ut scribit Theodoretus, non vocavit secundum Adam spiritum viventem, sed vivificantem. Omnibus enim vitam largitur. Talem autem Deus hominem creavit, quo per rationem ac intelligentiam omnibus esset animalibus præstantior, quæ mentem hujusmodi non habent, ut luculentus scribit beatus Augustinus, XII de Civit., c. 23. SUAR.

*Ibid.* *Ila sexta mundi ætate.* Perfectio senario numero comprehenditur, propria Deus sex diebus mundum perfecit, ut docet beatus Augustinus, lib. xi de Civit. Dei, c. 30. Causa autem cur extremo, id est, sexto die conditus fuerit homo, ut scribit eleganter Gregorius Nyss., lib. i de Homine, cap. 2, sicut: *Quoniam decebat, ut veluti quoddam regni domicilium futuro regi Deus efficeret, et deinde hominem animo quidem immortali, corpore vero mortali prædictum, in mundum introduceret, ut miraculorum mundi horum spectator, horum dominus esset, et Deo quidem fruenteretur per diviniorum naturam; bonis vero, quæ in terra sunt, per sensum uteretur similem et terrenum.* Eadem fere scribit Damascenus, lib. ii, cap. 11. Secundum autem Adam, id est, Christum Dominum nostrum sexta ætate, quæ a beato Joanne Baptista ad mundi usque occasum et interitum pertinet, natum esse ait Eucherius in c. i Genes. Deinde, ut inquit beatus Hieronymus, in Amos c. 5, omnes labores et molestias septimo numero conquiscent, sicuti requievit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat, Gen. ii. Quæ requies, et septimi diei sanctificatio, et benedictio post opera sua valde bona, ut notat Junilius, designat quod et nos singuli post opera bona, quæ in nobis Deus operatur, ad requiem tendimus vias coelestis, quæ, quia sempiterna est, merito idem dies septimus yesperam habuisse pon truditur. SUAR.

4. *Per mysterium lavacri.* Hanc allegoriam docuit

A pum, qui est verus, et bonus pastor, sicut ipse dicit: *Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro oibis meis, venturus rector fidelium populorum.*

6. Cain, frater ejus (*Ibid.*), ætate major, qui eumdem Abel occidit in campo, priorem significat populum qui interfecit Christum in Calvaria locq.

7. Enoch, filius Cain (*Ibid.*), in cuius nomine pater condidit civitatem, significat impiorum in hac tantum vita esse fundatos.

etiam, et illustrem fecit Apostolus; nam cum, Genes. ii, scriptum sit: *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea.* Et aedificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in matrem, etc.: sacramentum hoc magnum esse in Christo et Ecclesia scripsit Ephes. v. Nam, ut præclare ait Prosper in lib. de Præmissionibus et prædictionibus Dei: *Hoc est magnum sacramentum, quod promissum speravit Adam, et futurum prævidit formandam scilicet Ecclesiam ex latere Christi in cruce pendentis.* Unde Theophylactus emarris verbis illa beati Joannis, cap. xix: *Ad Jesum autem cum venissent, ut riederunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura; sed unus militum lancea ejus fatus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua, sic ait: Non simpliciter hęc sunt, sed quia Ecclesia per hęc duo et sit et consistit. Nam per aquam quidem generatur, per sanguinem autem et corpus pascimur.* De quo uberioris scribit beatus Augustinus XII cont. Faus-tum Manichæum. SUAR.

5. Abel, pastor ovium. In hac allegoria plenior est lectio in ms. quam in impress. lib., nam citatur testimonium heati Joan., c. x, quod valde ad rem facit. Fuisse autem pastorem Abel declarat IV cap. Gen., qui primum mortalium omnium fuit clarus virginitate, martyrio et sacerdotio, quibus ornamenti Dominum expressit, auctore beato Augustino in lib. de Mirabilib. sacræ Script., qui *venturus rector fidelium populorum* propriae dicitur, quod tandem futurus pastor sit unius ovilis, id est, Judæorum, et gentium ad Rom. xi et Joan. x. SUAR.

6. Cain, frater ejus ætate major. Etsi Philo episcopus sine causa putat gentinos fratres fuisse. Est autem imprimis pulchra hęc allegoria. Occiditur enim Abel pastor ovium a fratre majore, occiditur Christus pastor et caput populi minoris natu a Ju-dæorum populo natu majore: Abel in campo, Christus in Calvaria locq.; occiditur autem uterque post sacrificium, uterque, diabolo funestæ invidice facibus parcidarum animos incendente. Et quidem sanguis Abel Deum ad justam vindictam suo clamore provocavit, itaque Cain vagus et profligus erat in terra, vel ἀτίκων καὶ τρέπων, id est, gemens et tremens, ut verierunt LXX. Sed longe melius clamat sanguis Christi propter causas quas exponit egregie beatus Augustinus cont. Faust. Manichæum, ubi ornatissime hanc explicat allegoriam, cuius meminit beatus Ambrosius, in l. i de Cain et Abel. SUAR.

7. Enoch, non Enos legendum e-se perspicuum est. Beatus autem Augustinus in lib. xv de Civitate Dei, vel non suis Enoch primogenitum Cain (nam et Judas fuit quartus filius Jacob, a quo Iamen Judæa nominata est, et Iudei), vel longo post intervallo temporis, postquam natus est, conditam esse de illico nomine civitatem existimat, cum iam scilicet tam numerosum esset genus humani, ut civitas posset aedificari, quæ nihil aliud est quam humani

**118** 8. Seth (*Ibid.*), qui resurrectio interpreta-  
tur, demonstrat Christum Iesum, in quo est vera  
resurrectio, et vita fidelium.

9. Epos, filius ejus (*Ibid.*), qui spe invocavit nomen  
Domini, declarat in spe viventem Ecclesiam, donec  
ad beatitudinem promissa felicitatis perveniat.

**119** 10. Lamech saeculi hujus figuram tenet,  
cuius peccatum Christus per sanguinis sui effusionem  
post LXXVII mundi generationes absolvit, juxta quod

multitudo aliquo societatis nomine colligata. Beatus autem Chrysostomus, cum, Genes. IV, scriptum sit edificatam esse civitatem a Cain, qui vocavit nomen ejus ex nomine filii sui Enoch, non dissimiliter atque beatus Isidorus ait: *Vide quomodo paulatim deteriores sunt. Quippe hominibus factis mortalibus, quidam fuit ut immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis, quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum noppina imponebant. Hæc omnia recte quis diceret peccatorum, et ruinæ primæ monumenta, qua et pri-*

*stina gloria exciderunt.* SUAR.

*Ibid.* In Vulgata nostra scribitur *Enoch*. AREVAL.

8. Seth, qui resurrectio interpretatur. Divinæ litteræ, ut notariet etiam beatus Hieronymus in Quæst., nominis Seth etymologiam tradunt iis verbis: *Vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Itaque Soth propriæ dicit, id est, positio dicitur a verbo Σεθ, id est, posuit, sed quia quodammodo suscitatus est Abel in fratre Seth, nam parentum luctum temperavit, et talis erat futurus (ut ait Eucherius) ut impleret Abel pænitentiam, idea LXX sic converterent: Εξανέτησε γάρ μοι ὁ Θεός σπίρα τέρπον, id est, suscitavit enim mihi Deus semen alterum, quo circa beatus Chrysostomus sic ait: *Vide verbi diligentiam, non dixit, De ligni mihi Deus, sed Excitavit mihi Deus. Vide quomodo obscure nobis hoc verbo resurrectionis exordia hic ostendit.* Hoc secutus beatus Isidorus: *Seth, inquit, qui resurrectio interpretatur.* Neque enim tam respexit ad verbi Hebraicæ etymologiam, quam ad arcanum ejus sensum, sicuti fecerunt LXX, quod postea Rupertus secutus est. Denique beatus Augustinus hanc ipsam allegoriam his verbis illustravit in lib. xy de Civit. Dei: *Ex duobus, inquit, illis hominibus, Abel, qui interpretatur luctus, et Iesus fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mox Christi et vita ejus ex mortuis Agitur.* SUAR.*

9. Enos, filius ejus. Libri mss. sic habent: *Enos, filius ejus, qui coepit invocare nomen Domini.* Quod convenit cum nostra ex Hebreæ versione. At libri impressi habent hoc modo: *Enos, filius ejus, qui spe invocavit nomen Domini.* Quæ lectio congruit cum interpretatione LXX, qui hoc modo sunt interpretati, ousios πλησιαῖς ἐπικολλήσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ, id est: *Hic speravit invocare nomen Domini Dei.* Itaque Græci scriptores, et beatus Augustinus, qui hac versione uebantur, hujus loci arcanum sensum similiter atque beatus Isidorus prodiderunt. Nam Greg. Nazianz. sic ait: *Praæclaræ res est fides, spes, charitas, tria hæc. Et de fide testimonium attulit Abraham, qui iustus est habitus propter fidem. De spe Enos, qui prius speravit invocare nomen Domini. Et apertius beatus Augustinus, in lib. de Civit. Dei xv, inquit: Quid si hæc vult, SPERAVIT INVOCARE, nisi quia prophetæ est exorturum populum quæ secundum electionem gratiae invocaret nomen Domini Dei? Sic beatus Augustinus, qui hanc causam esse putat ut hinc proprie tributar quod priorum omnium fuerat communio. Sunt tamen qui putent ejus tempore instauratum fuisse Dei cultum, ritumque coepisse Denuo carmenis colendi, ut scribit Lipomanus. Quidam autem celebres Græci scriptores propter ignorationem linguae Hebraicæ existimarent reddi etymologiam nominis Enos, cum dicitur, hic speravit, etc. Cum Enos,*

A eas Lucas evangelista descripsit (*Luc.* iii).

11. Henoch (*Genes.* v), qui fuit septimus ab Adam, et translatus est, significat septimam requiem futuræ resurrectionis, quando transferentur sancti in vitam perpetuæ immortalitatig.

12. Noe, qui interpretatur requies, similitudinem praesert Domini, in cujus Ecclesia requiescent quiunque ab hujus saeculi excidio liberantur, sicut in arca.

quod notavit beatus Hieronymus, homo, vel vir dicatur, sicut Adam homo dicitur. SUAR.

*Ibid.* Quid significet Enos, dixit jam Isidorus in Etymologiis, lib. vii, cap. 6, ubi disserit de hominibus qui quodam præagi nomen acceperunt. Ex quo capite multa huc afferri possent. AREV.

**B** 10. Lamech saeculi hujus figuram levavit. Multa concurrerunt in Lamech Caini nepotem (errant enim qui filium Mathusalæ accipiunt) et in ejus liberos, quæ vitam humanam depravarent, ut nota pæclare beatus Hieronymus. Nam ipse sanguinarius et homicida primus unam carnem in duas divisit uxores, et ejus liberi ea repererunt quæ animos hominum vel ad voluptatem, vel ad crudelitatem inflammarent. Non est autem certum unumne, atque eum Cain, an duos occiderit. Illud certum est, dixisse ipsum duabus uxoriis suis, de se expetendam vindictam septuages septies. Cujus loci arcanum sensum sic Damaso scripsit beatus Hieronymus: *Quæ sint LXXVII vindictæ quæ in Lamech exsolvendæ sunt. Ait autem ab Adam usque ad Christum generationes LXXVII. Lege Luci evangelistam, et invenies ilia esse ut dicitur. Et paulo post: Lamech peccatum, id est, totius mundi, atque sanguinis, qui effusus est, Christi solvetur adventu, qui tulit peccata mundi.* Idem postea Nicolaus pontif. Lotario regi scripsit, et Alcuinus secutus est. SUAR.

11. *Enoch, qui fuit septimus ab Adam.* De Henoch scriptum est Gen. v: *Ambulansque cum Deo, et non apparuit, quia tulit eum Deus.* Septuaginta postremam hanc partem sic verterunt, ὅτι ματατεύεται αὐτὸν ὁ Θεός, id est, quia transtulit illum Deus. Unde Apostolus, Heb. xi, hæc ipsa LXX verba citavit. Beatus Chrysostomus et Theodoreetus putant curiosum esse inquirere quo Deus transtulerit Henoch, et cum usque ad tempus præsens vivat. Sed utrumque docet Spiritus sanctus, Eccl. XLIV, his verbis: *Henoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut del gentibus paenitentiam.* Notandum autem est Enos quidem filium Cain, de cuius nomine prima civitas appellata est, improbos significare, qui (ut recte ait Strabon) in præsenti vita sua spe radicem figunt; Henoch vero hunc, qui fuit septimus ab Adam, qui tanquam sexta die, sexta ætate saeculi per Christi adventum ad saricitatem formatur, eos significat qui septima ætate in D vitam immortalem transferentur, ut alibi ait idem Isidorus. Exposuit etiam hand eamdem allegoriam beatus Augustinus in lib. xv de Civit. Dei, cap. 19. SUAR.

*Ibid.* De Henoch, qui septimus ab Adam septimam requiem significat, Isidorus in commentariis suis, videlicet Quæst. in Genes. cap. vi. Illi etiam commentarii Isidori ad allegorias has explicandas conse- runt quod semel monuisse satis sit. AREV.

12. Noe, qui interpretatur requies. *Et requies interpretatur.* B. Hieronymus: *Ab eo igitur, quod omnia opera retro quieverunt per diluvium, appellatus est requies.* Similiter beatus Chrysostomus sic appellatus puerum inquit, ut ex interpretatione vocabuli omnes discerent generalem interitum innuinere, ut vel timore castigati arcerentur, et virtutem amplectentur. Sed, ut recte scribit Cajetanus: *Si Lamech verba etymologiam nominis Noe exponentis pæpendantur, de agricultura labore videtur esse sermo; ali enim:*

**120** 13. Sem vero prophetarum et apostolorum **A** tenuit typum, qui ex ejus stirpe nascuntur.

14. Japheth figuravit populum gentium, qui versatur in ecclesiis israelitarum.

15. Cham Judæos significat, qui Christum incarnatum atque mortuum derident.

16. Chanaan, filius ejus, qui pro patris delicto maledictione damnatur (*Genes. ix.*), posteritatem indicat Judæorum, qui in passione Domini damnationis sententiam exceperunt, clamantibus Judæis: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.*

17. Nemrod gigas diaboli typum expressit, qui superbo appetitu culmen divinæ celsitudinis appetivit, dicens: *Ascendam super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo.*

18. Heber, in cuius domo propria loqua remansit, cæteris linguis **121** divisis, Redemptorem nostrum insinuat, in cuius Ecclesia unitas fidei sine schismate perseverat.

*Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus. In quibus tamen verbis suberat prophetia de ecclesia et de Christo. Illud constat, a Spiritu sancto per beatum Petrum, Epist. I, c. iii, hanc allegoriam insignem et illustrem esse factam.* SUAR.

19. *Sem vera.* Genes. ix, ait Noe: *Benedictus Dominus Deus Sem.* Quibus verbis pater Noe Sem pietatem prædictit propter veri Dei cultum apud ejus posteros permanens, ut præclare scribit Theodoretus. Liquebat igitur Noe vaticinatum fuisse; nam Abraham et patriarchæ, ac denique salus et decus generis humani, Christus Jesus ex Sem orti sunt. SUAR.

20. *Japheth figuravit populum gentium.* Genes. ix, dicit Noe: *Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem.* In quibus verbis recondita est egregia hæc allegoria. Nam, ut scribit beatus Hieronymus: *De Sem Hebrei, de Japheth populus gentium nascitur.* Quia igitur *lata est multitudo credentium, a latitudine, quæ Japhet dicitur, nomen accepit.* Quod autem ait: *Et habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione et scientia Scripturarum, ejecto Israel, versamur.* Et, ut recte inquit beatus Augustinus: *In ecclesiis Christi habitat gentium latitudo, et gentes fruuntur iis quæ Judæi parata erant, ut in ix Genes. scribit etiam beatus Chrysostomus.* SUAR.

21. *Cham Judæos.* Hujus loci allegoriam, id est, altiorem sensum, luculenter declarat beatus Augustinus contra Faustum Manich. lib. xii, et xii de Civit. Dei, c. 2. SUAR.

22. *Nemrod gigas.* De Nemrod legimus Genes. x: *Chus genuit Nemrod.* *Ipsæ caput esse potens in terra, et erat robustus venator coram Domino, pro גִּבְעָה Gibbor xxx verterunt γίγας gigas.* Noster vero interpres potens vertit, et paulo post robustus. Venator autem ideo dicitur quod rapio viveret, et crudelis esset tyrannus. Cujus imperii initium fuit Babylon, quæ mundum, qui totus in maligno positus est, significat, ideoque Apocalyp. xviii vocatur habitatio dæmoniorum. De Nemrod autem legendus est beatus Chrysostomus xi Gen., et beatus Augustinus, in xvi de Civit. Dei, c. 3. SUAR.

23. *Heber, in cuius familia.* In lib. ms. est *unitas fidei*, rectius quam in impressis, *fides unitatis*. Ab Heber autem magis quam ab Abraham Hebreos dictos esse, qui Hebreos linguan conservarunt, existimat beatus Augustinus, in loco supradicto. In quo populo civitas Dei in sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramento adumbrata. Ideo autem non est

19. Melchisedech (*Genes. xiv.*), qui de fructibus terræ sacrificium Domino obtulit, regnum Christi, qui est verus rex justitiae, et sacerdotium figuravit, cuius corporis et sanguinis sacramentum, id est, oblatio panis et vini in toto orbe terrarum offertur.

20. Abraham Dei patris gestavit typum, qui filium suum dilectum pro mundi salute tradidit iumentum.

21. Tres angeli ad eum venientes (*Genes. xviii.*) divinam historiam insinuant Trinitatem.

22. Duas autem uxores, quas habuit Abram (*Gen. xvi, xxii.*), id est, liberam, **122** et ancillam, Apostolus duo esse Testamenta designat (*Galath. iv.*).

23. Isaac et Ismael duos populos ex utroque Testamento procedentes significant.

24. Puer Abraham imaginem priscae legis designat, per quem propheticæ Domino nostro Iesu Christo Ecclesia sponsa præparata est.

linguae suæ amissione multatus, quod expers fuerit criminis turrim ædificantium, quæ ab eventu Babel appellata est, Gen. xi. SUAR.

25. *Melchisedech, qui de fructibus.* In lib. imp. est, vel sacerdotium; sed melius in ms. et sacerdotium, cum sacerdotium Christi et regnum significaverit Melchisedech, de quo scriptum est Gen. xiv: *At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi), benedixit ei, scilicet Abram.* Et quamvis Hebrei, et quidam alii puteant aliter, multo tamen rectius sentiunt qui affirmant Melchisedech sacrificium Deo pro Abraham nobili victoria obtulisse. נַעֲמָן enim, hoc est, proferens, vel offerens, verbum est, quod usurpatur sæpe in sacrificando. Itaque noster interpres pulchre vertit id, quod sequitur: *Et ipse sacerdos Dei altissimi. Erat enim sacerdos Dei altissimi.* Nam sæpe et sumitur pro enim. Refert autem beatus Hieronymus, in longa et erudita epist. Quam scripsit Evagrio, constantem esse Hebreorum opinionem Melchisedech fuisse Sem filium Noe. Et addit illum pane et vino, puro, simpliciæ sacrificio, Christi dedicasse sacramentum. Nobilitavit autem hanc allegoriam Apost., Hebr. 7, et illud psalm. 109: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* SUAR.

*Ibid.* Etsi retineretur vel sacerdotium pro et sacerdotum, adhuc idem esset sensus, quem Suarus tueritur: nam apud psidorum et alias ejusdem temporis, atque etiam superioris, sæpe vel pro et occurrit. AREV.

26. *Abraham Dei patris gestavit typum.* Similiter exposuit hanc allegoriam Origenes in xxii Gen., et beatus Augustinus, lib. xii contra Faustum, et serm. 71. SUAR.

27. *Tres Angeli.* Beatus Augustinus in serm. de tempore 68, sic ait: *In eo quod tres vidi Abraham, Trinitatis mysterium intellexit. Quod autem quasi unum adoravit, in tribus personis unum esse Deum cognovit.* Idem scribit beatus Hilarius in iv et v lib. de Trin., beatus Gregorius, in hom. 18. SUAR.

*Ibid.* Tres angeli ab Abrabamo hospitio suscepti, an tres personas sanctissimæ Trinitatis exhibuerint, an Filium medium inter duos angelos, an solum tres angelicos spiritus, varia est interpretatione sententia. Adsis Pererium, et Calmetum, in comment. AAEV.

28. *duas autem uxores.* Huic allegoriæ magnam auctoritatem dedit Apostolus, qui ubi rem gestam exposuisset, de duabus uxoribus Abram, Spiritu sancto afflatus, adjecit illa esse per allegoriam dicta, id est, aliud esse gestum, aliud figuratum, ut ait beatus Ambros., qui una cum Ruperto perspicue totu allegoriam exponit. SUAR.

25. *Esau, hispidus atque rufus* (*Genes. xxv*), *populus est Iudeorum, in Christum et prophetas impia persecutio sanguinea, et indicio pilosæ cutis! tegmine peccatorum horribilis.*

26. *Jacob autem* (*Ibid.*) *Christum demonstrat, sive populum gentium, qui Dei Patris benedictione presulatus est priori populo Iudeorum.*

27. *Laban legis et diaboli habuit typum, ex cuius corpore assumpit sibi Christus duas conjuges, plebis scilicet circumcisionis et gentium.*

28. *Lia Synagoge figuram habuit, quæ infirmis oculis cordis sacramenta Dei speculari non potuit.*

29. *Rachel vero clara aspectu Ecclesie typum tenuit, quæ contemplationis acie Christi mysteria cernit.*

30. *Vir, qui cum Jacob luctam inlit, Christi certamen cum populo Israel figuravit; nam sicut Jacob claudicavit in certamine, ita Judæi claudicaverunt fide in Domini passione.*

**123** 31. *Lot* (*Genes. xix*) *typum habuit sanctorum qui in fine saeculi ab impiorum incendio liberabuntur.*

32. *Uxor Lot* (*Ibid.*) *eorum tenuit typum qui, per gratiam Dei vocati, postmodum retro respiciunt.*

33. *Consequenter ipse Lot legis gestavit personam de qua infidelitatis opera pariunt qui ea carnali intellectu utuntur* (*Vide var. loci.*).

25. *Esau hispidus. Emendate scriptum est in lib. ms. Impia persecutio sanguinea, viliose autem in impr.: Impia persecutio sanguinis. Porro Esau, quod totus in morem pellis hispidus natus sit, Gen. xxv, Scir est appellatus. Nam cur Edom vocatus sit, disertis verbis docent sacra litteræ, Gen. c. eodem. Dixit enim frater Jacob : Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum, quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom. Sed rufus etiam natus est, ad quod alludit allegoria. Itaque falluntur qui hinc nomen Edom sortitum esse putant. Eucherius autem et Rupertus similiter scribunt Esau Iudeorum populum præsignasse, qui Dominum et prophetas occiderunt, I Thees. II. SUAR.*

26. *Jacob autem. Hanc allegoriam tractat etiam beatus Augustinus in lib. xviii de Civit. Dei, c. 37. SUAR.*

30. *Vir qui cum Jacob. Cum angelus in specie humana luctaretur cum Jacob, xxxii Genes., videturque quod cum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim emarcuit. Et benedixit ei in eodem loco. Quo circa præclare inquit beatus Augustinus, in lib. xvi de Civit. Dei, c. 39 : Erat unus aique idem benedictus Jacob, et claudus, benedictus in eis qui ex eodem populo in Christum crediderunt, atque in infidelibus claudus, de quibus prædictum est : Et claudicaverunt et semiilius suis. Causam autem hujus luctæ fuisse ait Theodoretus : Ut timenter fratrem Esau fiduciam injiceret, qui etiam se superari ab illo passus est. Ac si dicaret : Me viciisti, et hominem vinces. SUAR.*

31. *Suarus constanter scripsit Lot, pro quo alii malunt Lot. In Vulgata est Lot. AREV.*

32. *Uxor Lot. Idem significatum esse arcano sensu, cum axor Lot versa est in statuam salis, scribit Orig. in v. c. Job. Imo Dominus, Luc. xvii, hoc testatus est, cum ait : Mementote uxoris Lot. Quo loco Theophilactus : Præclare (inquit) ad exemplum posteritatis, quasi columna inscriptum fuisse malum, quod illa perspessa est. Josephus quidem, qui tam multis annulis fuit posterior, se hanc statuam vidisse affirmat. Salis autem propterea fuit, aut, quoniam prudentie symbolum sal est, et ciborum condimentum, mortalium*

PATROL. LXXXIII.

34. *Filia ejus duse* (*Genes. xix*) *Samariam significant et Jerusalem, quæ fornicantur in lege per adulterium illicita doctrinae.*

35. *Ruben* (*Genes. xxxi*) *primogenitus interpretatur visionis filius ; populum figuravit qui violavit cubiculum Dei Patris, quando carnem quam sibi Christus desponderat confixit in patibulo crucis.*

36. *Simeon sribas designat Iudeorum, qui in furore suo occiderunt prophetas, et in dolore suo suffoderunt fixuris clavorum Christum, firmissimum murum, in quo credentes stabili robore communiantur.*

**124** 37. *Levi et auctor et figura est principium sacerdotum qui Christum crucifixerunt.*

38. *Judas significat Christum, qui in cubili sepulcri, quasi leo, securus, corporis somno victoque mortis imperio, post triduum resurrexit.*

39. *Issachar Ecclesie tenuit typum, quæ subjecit humerum suum ad crucis onus portandum.*

40. *Zabulon eamdem significat Ecclesiam, quæ secus fluctus hujus vitæ inhabitans, omnes tentationes et turbines saeculi portat.*

41. *Nephthalim exprimit omnes sanctos prædicatorum, qui, instar cervi transilientes, ad superna se erigunt, cunctisque credentibus doctrinæ eloquia conferunt.*

*hoc exemplo condirentur affectus, et mores ad prudenter formarentur, quæ eluet in divinis præceptis custodiendis, que si servasset uxor Lot, non paenæ, sed projectus sui posteritati exemplum reliquisset. SUAR.*

33. *Consequenter Lot. In lib. impr. viliose scriptum est : Qui etiam pro qui ea, quod est in ms. Hanc autem perobscuram allegoriam sic perspicue tradit beatus Augustinus pro sua excellenti scientia : Lot (ait lib. xxii cont. Faust.) futuræ legis videtur gestasse personam, quam quidam, ex illo procreati, et sub lege positæ, male intelligendo quodammodo inebriantes, atque non legitime utendo, infidelitatis opera pariunt. De toto autem facio ejus et filiarum idem scribit eruditissime in eodem libro. SUAR.*

35. *Ruben primogenitus. Emendate est in lib. ms. desponderat, viliose autem in impr. spoponderat. Ideo autem Ruben, id est, visionis filius a matre Lia est appellatus, ut filii nomine admoneretur se Dei beneficio, qui ejus angorem viderat, illum genuisse, cum a viro despiceretur, unde nominis etymologiam interpretans, dixit : Vedit Dominus humilitatem meam, Gen. xxix. SUAR.*

36. *Simeon sribas designat. Jacob gravissimis verbis increpavit filios Simeon, et Levi, Gen. lxxix, quod contra foederis religionem in cæde Sichimitarum sint crudelissime bacchati ob stuprum Diana oblatum a Schem. In quibus verbis Spiritus sancti instinctu pronuntiavit sanctus senex illustrèm prophetiam contra sribas et sacerdotes, qui communis sententia Dominum occiderunt. Illi enim ex Simeon, hi ex Levi orti sunt, ut ait Cyrilus, et Origenes in c. supradictum. Sunt autem aliquot verba ex ipso vaticinio replicata in hac allegoria. SUAR.*

39. *Issachar Ecclesie typum tenuit. Mendose sequitur in lib. imp. qui subjecit, emendato autem in Ms. quæ subjecit. SUAR.*

40. *Zabulon. Non minus gravis error est in hoc loco, Quæ secus fluctus hujus vitæ inhabitantes. Legendum enim est inhabitans, ut habent ms. exemplaria. Exponit hanc allegoriam præclare beatus Ambrosius de Benedict. patriarcharum, c. 5. SUAR.*

41. *Nephthalim. De Nephthalim dixit pater Jacob,*

42. *Dan Antichristum significat*, qui in via vita **hujus angulas equi**, id est, extrema scutuli supplantare nittitur morsu pestiferæ prædicationis, et ejicit eos qui extolluntur in hujus mundi deliciis; et diuinitas.

43. *Gad Christum demonstrat*, qui in secundo adventu suo contra Antichristum ecclesias viatorum iudicis præliaturum se nuntiat.

44. *Aser eundem demonstrat Dominum Iesum Christum*, cuius **125 pinguis** est panis in ore fidelium.

45. *Joseph* (*Genes. xxxvii*), qui venditus est a fratribus, et in Aegypto sublimatus, Redemptorem nostrum significat a populo Iudeorum in manus persecutum traditum, et nunc in gentibus exaltatum.

46. *Benjamin* Pauli apostoli imaginem prætulit, quia et novissimus et minimus omnia apostolorum, fuit electione, et de tribu ejus descendit; ista est lupus rapax, mane persecutor diripiens, vespere doctor pascens.

47. *Manasses prioris populi figuram gestavit*.

48. *Ephraim autem gentium*, qui per benedictionem patriarchæ prepositus est majori populo Iudeorum.

49. *Thamer* (*Genes. xxxviii*) Ecclesia imaginem, gestat, quæ a Christo per annulum fidei et virginem crucis conceptionem sanctæ meruit ubertatis.

*Genes. xlix. Nephthali cervus emissus dans eloqua pulchritudinis*. Ubi Eucherius, de apostolis et Evangelii prædicatoribus arcane sensu intelligi hoc ait, qui cum cervis, quod veloci cursu ad coelestia contendat, et de latibulis animorum virulentos quodammodo extrahant, et recent, rectissime comparantur, *Marc. xvii. SUAR.*

42. *Dan Antichristum significat*. In lib. impr. est in hujus mundi delicia, sed luculentius in ms. in hujus mundi delicia et diuinitas. Pulchre et copiose exposuit hanc ipsam allegoriam beatus Gregorius, *xxix Mor.*, c. 18. Theodoretus etiam, quæst. 109 in *Genes.*, ait, Spiritum sanctum hec de Antichristo præannuntiasset, quæ a patriarcha Jacob de Dan dicta sunt. Idem etiam sentit beatus Ambrosius, in lib. de Benedict. patriarch., cap. 7, ubi Antichristum de tribu Dan solum scribit. *SUAR.*

43. *Gad Christum demonstrat*. Tam in lib. imp. quam in ms. præliandum se nuntiat; forte fuit error librariorum pro præliaturum. Eucherius inquit Gad anape et retro, accinctum ad præliandum Christi Domini personam exprimere, qui ante et retro contra Antichristum prætabilit gladium verbi Dei, de quo gladio mentio fit, psal. xliv, et *Math. xx.* Addit. etiam beatus Ambrosius Moysen explicuisse *Deut. xxxii*, hanc prophetiam evidenter esse de Christo. *SUAR.*

44. *Aser eundem demonstrat*. De Aser dixit pater Jacob: *Aser panis pinguis, et præbebit delicias regibus*, quod vaticinum similiiter de sacrosanta Eucharistia intelligent beatus Ambrosius, in lib. de Benedict. patriarch., c. 9, et Eucherius cum Ruperto in *lxix c. Gen. SUAR.*

46. *Benjamin Pauli apostoli*. In lib. impress. est qui et minimus apostolorum; sed plenus in Ms. quia et novissimus et minimus, etc. Et quidem minimus apostolorum se ipse appellat *I Cor. xv*, et novissimum. De Benjamin autem sic dicit pater Jacob, *Gen. xlix*: *Benjamin lupus rapax, mane comedet prandium, et respere dividet spolia*. Quæ verba, quod ad mysticum sensum pertinet, de Paulo apostolo manifestissimam prophetiam esse scribit beatus Hieronymus,

50. *Duo gemini in utero*. Thamer (Jid.) duo populos figuraverunt, quorum posterior natus, qui non anno prior ex utero natus, quia **126** gentium populus antea quidem est per prophetas ostensus, sed postea revelatus, cujus ideo obiectio lignis dexterata cocco, quia idem populus per sanguinem Christi crucis notatus est signo.

51. *Dina filia Jacob* (*Genes. xxix*), Synagogam, yak animalia, significat: quæ in exterio eius omnis curis repertam Sicam priocope terreni opprimit, ist est, diabolus vitæ concupiscentia carnalis corrumpt.

52. *Rala, concubina Jacob* (*Genes. xxix*), quam Ruben incesto crimine pulluit, significat Iugum Veteris Testamenti, quem populus Israel præscripiente commaculavit.

53. *Job in factis diabolique suis personam exprimit Redemptoris*.

54. *Uxor ejus* (*Job. ii*), quam cum ad metedictum provocat, carnalium præstatum designat.

55. *Tres amici Job typum tenerunt haraldorum*, qui sub specie consolandi studium seduccendi gerunt.

56. *Eluid vero doctorem superbam et arrogentem demonstrat*, qui duris increpationem suam fidibus inita sanctam Ecclesiam irrogat.

57. *Pharaon figuram habuit diaboli*, quæ hujus se-

in *Quæst. Hebrei*, quod in adolescence sua persecutus Ecclesiam, in senectute predicator Evangelii fuerit. Copiose autem imprimit et ornate de hoc ipso dicunt beatus Ambrosius, de Benedict. patriarch., c. 12. Fuisse autem Paulum de tribu Benjamin constat ex. c. iii Epist. ad Philipp. *SUAR.*

*Ibid.* In textu *Genitali* omissione fuerat et novissima, contra mentem, ut videtur, *Suar.* *ANV.*

47. *Manasses prioris populi*. Conexa est haec allegoria cum sequenti, in qua nendum est in lib. impr. præpositus est major pro majori. Breviter autem beatus Cyrilus has allegorianas complexus est his verbis: *Præfater Ephraim Manasse, hoc est, gentes Iudeis, qui adversus Servatorem impie egerunt, atque novissimi sunt primi, et primi novissimi. Dicit etiam beatus Ambrosius ex etymologia nominum argumentum hoc modo, de Benedict. patriarch.: Manasse ex observatio Latina interpretatione significatur, eo quod populus Iudeorum oblitus est Deum suum, qui fecit eum. Ephraim autem SECUNDITATEM fidei interpretatione namnis pollicetur, quod proprium est populi Iudeis, qui corpus est Christi augere patrem, et Deum propinquum dereliquens.* *SUAR.*

49. *Thamer Ecclesia*. Septuaginta doceat beatus Augustinus, in lib. *xxxii* cont. Faust., eur de quibusdam malis operibus hominum in Scripturis sanctis quedam non mala, sed bona futura significantur. Ibidem etiam doceat typum gessisse Thamer. *SUAR.*

51. *Dina filia Jacob*. Eleganter enarrat hanc allegorianam beatus Gregorius, lib. de Cura post., p. m, c. 30, de mente, quæ, sua studia negligens, actiones alienas curat. *SUAR.*

56. *Eluid vero*. Pulchre ponitur ante oculos arrogans Eluid, c. *xxxix Job.*, et quam inflates atque ira percit invectus sit in amicos suos, et in sanctum virum Job. *SUAR.*

*Ibid.* De allegoriis ad librum Job pertinentibus videamus Pineda, Corderius, etc., uti de aliis alii interpres, qui fusc sensum allegoricum sacra Scripturae persequuntur. *ANV.*

57. *Pharao figuram*. Operæ carnis, de quibus Apostolus agit, c. v ad Galat., comparat cum luto et le-

euū captivitate populum Dei perdere et terrenis vi-  
tioribus prægravare tentavit.

58. Filia Pharaonis (*Exod. ii*), quæ Moysen expo-  
stionem ad ripam fluminis collegit, Ecclesia gentium est,  
quæ Christum ad flumen salutaris lavacri reperit.

59. Moyses (*Exod. xiii*) typum Christi gestavit,  
qui populum Dei a jugo diabolice servitatis eripuit,  
et ipsum diabolum in æterna poena damnavit.

60. Aaron sacerdos, qui crux victimarum popu-  
lum expiabat, 127 significat Christum, qui sacri-  
cio sanguinis sui peccata diluit mundi.

61. Maria, soror Moysi (*Num. xi*), Synagoge spe-  
cie præstulæ, quæ leprosa propter detractionem et  
murmorationem contra Christum exstitit.

62. Uxor Moysi Æthiopissa (*Exod. ii*), figuravit  
Ecclesiam ex gentibus Christo conjunctam, cuius ob-  
causam zeli Synagoga obstructans adversus Christum,  
illuc contagio lepræ perfunditur.

63. Amalech designat diaboli figuram, qui, obvius  
Dei populo, per signum crucis evincitur.

64. Sehon quoque, rex Amorrhæorum, qui verti-  
tas in Latinum tentatio oculorum, eumdem diabolum  
significat, qui mendacio fallendi sese in angelum lucis  
transfiguravit. Ipse est Og, rex Basan, qui interpreta-  
tur conclusio, qui intercludere molitur difficultate  
vitiorum viam fidei nostræ, ne pateat nobis transitus  
ad regnum promissum vitæ æternæ.

65. Viri septuaginta duo seniores; super quos ceci-

tribus, de quibus fit mentio *Exod. i*. Hanc autem  
allegoriam copiose persequitur beatus Augustinus in  
serm. 84 de temp., et 85, et beatus Cyrilus in su-  
predict. c. Exodi. SUAR.

61. Maria, soror Moysi. Cur, cum Aaron socius fuc-  
rit peccati, sola Maria lepra affecta sit, causam expo-  
nit Theodoretus, in Quæst. Num., q. 23. SUAR.

62. Uxor Moysi Æthiopissa. Beatus Augustinus, in  
lib. Quæst. super Num., q. 20, recte sentit solam  
fuisse Moysi uxorem Sephoram Madianitidem filiam  
Jethro, cæterum eam vocari Æthiopissam quod Ma-  
dianitæ aliquando appellantur. Æthiopes in sacris lit-  
teris, ut Il Paralip. xiv, cum Josaphat bellum gessit  
contra illos. Idem scribit Theodoretus, in q. 22 in  
eundem lib. Num. confutata opinione, vel potius fabu-  
la, Josephi et Apollinaris. Causa ergo convicci fuit  
quod alienigenam Moyses duxisset uxorem; Aaron  
autem Israëlitidem. Hanc autem ipsam allegoriam  
præclare exponit beatus Augustinus in serm. 86  
de temp., et Theodor., in q. 4 in lib. Exodi. SUAR.

63. Amalech designat. Res gesta narratur *Exod. xvii*.  
Est autem Amalechites regio in deserto ad meridiem  
Iudeæ trans urbem Petram, ut scribit beatus Hiero-  
nymus, de Loc. Hebraicis. Amalech porro, nepos  
Esau, nominis et generis auctor fuit huic genti, Gen.  
xxxvi. Tractat autem nobilis hanc allegoriam beatus Augustinus, in serm. 93 de tempore, ubi ait  
Moysem ipsa elevatione manuum mysterium crucis  
ostendisse. Et, ut eruditæ ait Theodoretus, in q. 34  
in *Exod.*, quemadmodum, cum famulus Domini ma-  
nus tenderet, cadebat Amalech, ita Dominus manus  
tendente in cruce, diaboli castra jugulata sunt. SUAR.

64. Sehon quoque. Hic quoque correctiora sunt  
exemplaria ms. quæ sic habent: *Ipse est Og, rex Ba-  
san.* Nam in lib. impr. est *ipse est rex Basan.* Ultra-  
que autem hæc allegoria ex etymologia præcipue no-  
tiupos Sehon et Og orta est. SUAR.

65. Septuaginta duo viri seniores. In ms. lib. sic

dit Spiritus Del, septuaginta duas nationes Anguas fa-  
hoc mundo diffusas 128 ostendunt, ex quibus multi  
credentes gratiam Spiritus sancti acceperunt.

66. Dathan et Abiron, et cæteri, qui, se a Moyse  
et Aaron segregantes, sacrificium usurpare conati  
sunt (*Num. vii*), haereticorum pravitatem designant,  
et perniciem eorum qui se a sacerdotibus Christi et  
a societate Ecclesiæ dividunt, et sacrificia profana  
assumunt.

67. Balaam, qui cadens apertos oculos habuit,  
(*Num. xxii*), typum eorum tenuit qui per fidem  
cognitionem Dei habent, sed obscurati malis operi-  
bus corrunt.

68. Phinees, qui Zambri et scortum in adulterio  
conversantes pariter interemit (*Num. xxv*), figu-  
ram tenuit sanctorum doctorum, qui Iudeos et ha-  
reticos spirituali mucrone in amplexu falsæ doctrinæ  
concurrentes ferunt.

69. Ille qui, in Sabbato ligna colligens, lapidari  
jubetur, significat eum quem Christus inveniet cum  
peccato in die judicii.

70. Duodecim exploratores scribarum et pharisæo-  
rum imaginem tenuerunt, qui Israëliticum populum  
averterunt ne confiderent divinae reprobationis  
gratiam adipisci posse per Christum.

71. Duo portatores, qui de terra promissionis  
botrum in ligno humeris gestaverunt (*Num. xiii*),  
duorum populorum significantiam expresserunt, quo-  
rum prior Judaicus gradiens aversus terga dat Chri-

scriptus est locus hic: *Septuaginta duo viri seniores;*  
**C** super quos cecidit Spiritus Del, *Septuaginta duas na-  
tiones lingas*, cum in lib. impr. utrobique *duo desideri-  
rentrur.* Et quidem fuisse septuaginta duos illos vi-  
ros, quos divinus afflavit Spiritus, numeratis Eldad  
et Medad, perspicuum est legenti c. xi lib. Num. To-  
tideum etiam fuisse gentes quæ ex tribus filiis Noe or-  
ta sunt, docet diligenter beatus Augustinus, in lib.  
xvi de Civit. Dei, c. 3, computatis gentibus quæ nu-  
merantur Gen. x; et sane hac de causa existimatur  
Dominus LXXII discipulos elegisse Luc. x, quos signi-  
ficabant LXXII palmae reperiæ in Elim, Exod xv, ut  
notat Theophylactus, in dictum c. Luca.

*Ibid.* De hac allegoria vide Editionem Cotelerianam Patrum apostolicorum anni 1698, pag. 738, tom. I. AREV.

66. Dathan et Abiron. Principes seditionis contra  
Moysem et Aaron exsisterunt Core et Dathan, alioquin  
Abiron cum Hon, alioquin ducenti quinquaginta viri  
proceres Synagogæ, *Num. vii*. Et quidem quod  
**D** Core seditionem moverit, minus fortasse mirum; era  
enim ex tribu Levitica; de cæteris vero tribus sedi-  
tionis principibus eam ratione afferit Theodoretus,  
in q. 33. in *Num.*, quod cum orti essent ex Ruben  
primogenito, illi sacerdotium adhuc competere exi-  
stimabant. Notandum autem est in Theodoreto per-  
feram poni Eliab pro Iou filio ejus. SUAR.

67. Balaam, qui cadens. Hanc egregiam allegoriam  
noster Isidorus a beato Gregorio, cuius fuit studio-  
sissimus, mutuatus est. Is enim, lib. xxv, c. 14, in  
xxxiv c. Job sic ait: *Unde etiam de Balaam scri-  
putum est, qui cadens apertos habet oculos, cadens  
quippe in opere, apertos tenuit oculos in contempla-  
tione.* Ita ergo etiam oculos aperientes in fide, et  
non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia spa-  
cie, extra Ecclesiam positi sunt impia conversatione.  
Suar.

sio, **129** posterior, Christianus, cum quem vehit A quasi favum ab ore reperti leonis, abstractit, sive quia post mortem plures lucratus, plurimosque mortuiens quam vivens existinxit.

**72.** Jesu Nave imaginem Salvatoris expressit, qui nos in terram reprobationis induxit, et in regnum celestis gloriae collocavit.

**73.** Raab meretrix figuram tenuit Ecclesiae, quae per coccum, id est, per passionis dominicae siguum, ab interitu mundi salvatur.

**74.** Duo exploratores missi a Jesu in Jericho, quos suscepit Raab (*Josue* 11), duo intelliguntur Testamenta in mundum missa quae suscepit Ecclesia ex gentibus congregata.

**75.** Acham, qui de Jericho anathemate concupivit, significat nequam, et peccatorem, qui post fidem saeculares mores, vel mundi illecebras appetit.

**76.** Gedeon, qui cum trecentis viris perrexit ad prælium (*Judic.* vii), typum Christi gestavit, qui in signo crucis de mundo victoriam reportavit. Trecendorum enim numerus in Tau littera continetur, per quam crucis species ostenditur.

**77.** Sisara typus diaboli fuit. Jahel autem, quae tempora ejus clavo et malleo transfodit, Ecclesia typum expressit, quae per vexillum crucis diaboli imperium interfecit.

**130 78.** Ipsa quoque Debbara, ejusdem Ecclesiae typum portans, devicta in Sisara diabolo, canticum celestis gloriae proclamat.

**79.** Jephte, qui pro victoria obtenta filiam immolavit (*Judic.* xi), Redemptoris ostendebat figuram, qui, ex mundo triumphans, carnem propriam in sacrificium obtulit.

**80.** Samson Salvatoris nostri mortem et victimam figuravit, sive quia de faucibus diaboli gentes,

**79. Jesus Nave.** Josue, filium Num, quem LXX Jesum, filium Nave, vocant, virum insigni animi fortitudine, Moyses et vivus habuit ministrum, et moriens imperii successorem. Ejus primum mentio fit Exod. xvii, cum nobilium pugnam inivit cum Amalech, in qua etiam vicit. Quocirca preclare ait Origenes in illum ipsum locum : *Usque ad hunc locum beati nominis Jesu nusquam facta est mentio; hic pri- mum vocabuli huius splendor effusit.* Idem cum undecim sociis terram promissam exploravit, et Judæos fractos metu ac debilitatis confirmavit, Num. xiii. Quo loco Osee, id est, Servator appellatur, id quod notavit in q. 25 in Num. Postremo populo Dei post devictum unum et triginta reges in terram promissam introducto, illam divisit. Et cum nomine, tum rebus præclarissime gestis, Christi Jesu Salvatoris nostri imaginem expressit. SUAR.

**75. Raab.** Nam Jericho, id est, luna, mundum significat, qui totus in maligno positus est, I Joann. cap. ult. A cuius exitio Christi sanguine liberamur. SUAR.

**76. Cedeon.** De littera T Græca sermo est. Nam autem allegoriam egregie tractat beatus Augustinus his verbis in q. 37 in lib. Jud. : *Numerus, quia trecenti erant, signum insinuat crucis propter litteram T Græcam, quæ iste numerus significatur, per quos etiam gentes magis in Crucifixum crediuras præfiguratum est, quod littera Græca est.* Unde Græcorum nomine Apostolus omnes gentes significat, cum dicit : *JUDÆO PRIMO, ET GRÆCO; quod in linguis gentium Græca ita ex-cellat, ut per illam omnes decenter significantur.* SUAR.

*Ibid.* Hanc allegoriam expressit sacer poeta Prudentius, in præfat. ad Psychomachiam, vers. 56,

A quasi favum ab ore reperti leonis, abstractit, sive quia post mortem plures lucratus, plurimosque mortuiens quam vivens existinxit.

**81.** Dalila, quæ Samson verticem decalvavit (*Judic.* vi), Synagogam significat, quæ Christum in loco Calvariae crucifixit.

**82.** Ruth alienigena, quæ Israelitico viro nupsit, Ecclesiam ex gentibus ad Christum venientem ostendit.

**83.** Booz autem Christum verum Ecclesiae sponsum expressit.

**84.** Anna, quae fuit sterilis, et postmodum secunda facta est (*I Reg.*, 1) Ecclesiam Christi significat, quæ prius in gentibus erat sterilis, nunc largiter pollet per universam terram prole numerosæ secunditatis.

**85.** Heli sacerdos reprobatus (*I Reg.* iii) abjectio nem sacerdotii Veteris Testamenti præfiguravit.

**86.** Samuel vero, qui reprobat Heli in ministerio sacerdotali successit (*Ibid.*), novi sacerdotii successionem, abjectio veteri sacerdotio, prænuntiavit.

**87.** Duo filii Heli sacerdotes, qui capta a gentibus arca perempti sunt (*I Reg.* iv), significant posteritatem sacerdotii prioris suis extinctam, et legis Testamentum ad cultum gentium esse translatum.

**131 88.** Saul regni Judaici insinuat reprobationem, vel reprobationem, sive ejusdem populi amputationem, qui David, id est, Christum injusto odio invidiæ conatus est occidere.

**89.** David filii Dei et Salvatoris nostri expressit imaginem, sive quod insectatione Judæorum injustam C persecutionem sustinuit, sive quia Christus ex ejus stirpe carnem assumpsit.

**90.** Urias Hethæus typum habuit diaboli, cuius quem locum in Prudentianis, cap. 20, fuisse explicul. AREV.

**79. Jephite.** Beatus Hieronymus ait in vorendo illum fuisse stultum, et in reddendo impium. In eadem sententia est beatus Thomas. Sed beatus Augustinus, q. 49, in lib. Jud., questionem hanc magnam esse ait, et ad judicandum difficultissimum, de qua ipse copiose in primis et eruditè disserit. Utinque sit, certum est de quibusdam malis operibus hominum in Scripturis sanctis quedam non mala, sed bona futura significari; id quod eruditè probat idein beatus Augustinus, in lib. xii, cont. Faustum. SUAR.

**80. Fort., pluresque moriens.** AREV.

**86. Samuel** vero. Samuelem non fuisse sacerdotem, sed levitam, multi existimant; ortus enim est ex Abiathar filio Core, I Paral. vi, cum sacerdotes ne D cesse fuerit originem ducere ex Aaron. Atque id videtur innuere Psalm. xcviij, his verbis : *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus; de Samuele autem ait : Et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* At beatus Augustinus hoc ipso loco affirmsat sacerdotem, et quidem magnum, fuisse Samuelem. Et si lib. Retr., c. 45, ait Samuellis patrem non fuisse quidem sacerdotem, reperiri tamen in filiis Aaron. SUAR.

**90. Quod Urias typum habuerit diaboli, et Bersabee typum Ecclesie, difficultatem aliquam præ se ferro videtur; sed quæ ipsa rei explicatione satis diluitur, ut in multis aliis similibus allegoriis accidit. Hanc de Uria Hethæo Isidorus sumpsit ex sancto Augustino, cuius verba late exscribit Quæstiōn. in Reg., lib. ii, cap. 2. Observandum interea quod neque figura in omnibus debet repræsentare figuratum, neque in eo quod repræsentat perfectionem figurati**

conjugio prius erat copulata Ecclesia, quam Christus concupivit lavantem a sordibus saeculi semetipsam, et per lavaci undam purificantem.

91. Salomon Christi prænuntiat figuram qui sedificavit domum Deo in cœlesti Jerusaleni, non de lignis et lapidibus, sed de sanctis omnibus.

92. Regina Austri, quæ venit ad audiendam sapientiam Salomonis (*III Reg. x; II Paral. ix*), Ecclesia intelligitur, quæ ad verbum Dei ab ultimis finibus terræ congregatur.

93. Roboam, filius Salomonis, et Jeroboam servus, quibus Israel in duas partes divisus est, significant divisionem illam in Domini adventu factam, in qua pars credentium ex Judæis regnat cum Christo, qui est ex David genere ortus; pars vero secuta Antichristum, cuius ad cultum nefandæ servitutis errore conatrici sunt.

94. Golias (*I Reg. xvii*) designat diabolum, cuius elevationis superbiam Christi prostravit humilitas.

95. Elias Christum demonstrat, quia sicut igne curru ad superna sublatus est, ita Christus ministriis angelorum assumptus est in cœlum.

96. Vidua, ad quam mittitur Elias pascendus (*III Reg. xvii*), Ecclesia est, ad quam per fidem venisse legitur Christus, cuius farinæ et oleo benedicitur, et non deficit, id est, gratia corporis Christi, et chrismati unctio, **132** quæ toto mundo quotidie impenditur, et nunquam minuitur.

97. Elisæus eumdem Redemptorem Dominum figuravit, qui de montis altitudine, id est, cœlorum descendens sublimitate, humiliavit seipsum a forma Dei usque ad formam hominis, ac mortuis membris sua membra composuit, et nostram mortalitatem sui corporis medicina sanavit.

98. Pueri qui, insultantes Elisæo, clamabant : *Ascende, calve, ascende, calve*, et invasi ab ursu perierunt (*IV Reg. ii*), indicant populum Judæorum, qui puerili stultitia deriserunt Christum in loco Calvariae crucifixum, et capti a duobus ursis, id est, Tito et Vespasiano, interierunt.

99. Puer Elisæi cum baculo ad resuscitandum mulieris filium missus (*IV Reg. iv*), typum priscae legis ostendit, quæ generi humano transmissa nihil praestitit, nisi quod in virga solam auctoritatem severitatis monstravit.

100. Sunamitis filius mortuus (*Ibid.*) humani generis figuram tenet, super quod Christus septies oscitans

attингere. Vide append. 16 ad Etymolog., num. 10, tom. IV, pag. 522. AREV.

96. Vidua, ad quam mittitur Elias. Duas has allegorias de Elia et Christo tractat præclare beatus Augustinus in serm. 201 de tempore, qui sermo est 2 in Dom. 3 de Trinitate. SUAR.

98. Pueri qui per stultitiam. Rectius est in lib. ms. qui puerili stultitia, quam in Imp. qui per stultitiam. Id quod docent haec verba beati Augustini, quæ ab illo mutualis est noster Isidorus; sit enim in lib. xii contra Faust. : *Elisæo pueros insultantes, et clamantes CALVE, CALVE, bestiæ comedunt; puerili stultitia deridentes Christum in loco Calvariae crucifixum, intrasi a dæmonibus pereunt.* Superiorein autem de

A Spiritum septiformis gratiæ spiritualiter aspirat, per quem a morte peccati reviviscat.

101. Septem millia viri, de quibus dictum Elias, quod nou curvaverunt genua ante Baal, significant numerum sanctorum, qui, Spiritu septiformis gratiæ adimpti, diabolo renuntiaverunt.

102. Naaman Syrus significat populum ex gentibus, maculis delictorum pollutum, atque a Christo per sacramentum baptismi purificatum.

103. Ozias rex, qui, ob meritum scelerum suorum, in fronte contagio lepra perfunditur (*II Paral. xxvi*), regnum indicat Judæorūm, qui dedecus **133** et malum perfidiæ in fronte gerunt, ubi crucis signum portare debuerant.

104. Ezechias rex, cui pro bono opere quindecim anni ad vitam adjiciuntur (*IV Reg. xx; II Par. xxxii; Is. xxxix; Eccl. XLVIII*), significat omnes sanctos, quibus ad acquirendam vitam æternam quinque libri legis cum decem verbis Decalogi dati sunt, ut per complementum legis et præceptorum regni cœlestis plenitudinem consequantur.

105. Josias rex, qui celebravit pascha, et de templo Domini idola multa depulit (*IV Reg. xxiii; II Par. xxxv*), significat Christum, qui pro nobis passionem suscepit, atque omnia execrabilia gentium de templis corporis nostri dejiciens, igne virtutis sua exusta comminuit, atque in hujus saeculi tormentum projicit.

106. Sedecias, cuius oculos in Reblatha rex Babylonis evulsit (*IV Reg. xv*), divites et peccatores hujus mundi significat; in Latinum enim vertitur Reblatha *multa herc*, ideoque iste significat eos qui in hujus mundi multa actione et affectione involvantur, atque, a diabolo capti, intelligentiæ oculos perdunt.

107. Isaías formam evangelistarum et apostolorum expressit, qui universa sacramenta Christi, non quasi futura, sed quasi præsentia prædicavit.

108. Jeremias autem in verbis et passionibus suis mortem et passionem figuravit Domini Salvatoris.

109. Ezechiel imaginem Christi gestavit, qui positus in terrena peregrinatione populum salutaribus præceptis instigat.

110. Daniel, qui vitam cœlibem tenuit, similitudinem habuit continentia sua eorum qui sunt in obo D sancto, et terrenis copiis non abutuntur.

111. Oseas Christi demonstrat figuram, qui ex

eodem Elisæo et Domino allegoriam exponit beatus Ambrosius in epist. ult. lib. iv. SUAR.

102. Naaman Syrus. Exponit hanc allegoriam beatus Augustinus in serm. 108 de tempore, ubi egregie ait : *Audivit Naaman puellam, et venit ad Elisæum, audivit populus gentium prophetam, et venit ad Christum. Naaman veniens ad Elisæum sanatur a lepra, et populus gentium veniens ad Christum ab omni peccatorum lepra purgatur.* SUAR.

107. De Isaia aliisque prophetis multa Isidorus repetit in libro Proceriorum. AREV.

111. Oseas. Hanc allegoriam illustravit, et multis similibus exemplis locupletavit beatus Hieronymus in proœm. ad Pamphili. in Oseam Prophet. SUAR.

**Coronatione gentium resumpta in corpore suo Ecclasiā.**

112. **Joel**, qui interpretatur *incipiens*, indicat typice eos qui fidei ostium, et divine scientiae inclinunt cognoscere sacramentum.

113. **Amos**, pastor et rusticus, Christi est types, qui ab officio pastorali pecorum, id est, ab Hebreorum regimine translates, nunc alias greges pascit in gentibus.

**134 114. Abdias**, qui in Samaria centum pavit prophetas (*III Reg. xviii*), significat omnes fidei prædicatores, qui in hoc mundo alimentis sacrarum Scripturarum omnes credentes reficiunt.

115. **Jonas** (*Jon. ii*) Christi mortem figuravit, qui tribus diebus ac noctibus in corde terre, quasi in ventre ceti, quievit.

116. **Habacuc**, iactator fortis, populus est fidelis, qui, super excelsa constitutus, in cruce Dominum contemptor, dicens : *Cornua in manibus ejus, ibi confirmata est virtus gloria ejus.*

117. **Sophonias**, qui interpretatur *speculator*, vel *absconditum Domini*, significat eos qui per contemplationis arcana ad perfectum pervenient meritorum.

118. **Aggæus et Zacharias** figuram gestaverunt sanctorum, qui nobis in hujus peregrinationis vita futuram tempus liberationis declarant.

119. **Malachias**, qui *angelus Domini* interpretatur, typus Salvatoris nostri tenuit, qui Angelus magni omnium dicitur.

120. **Iesus**, sacerdos magnus, figuram gerebat Christi, per quem ex peregrinatione saeculi hujus ad ecclesiam Ierusalem nobis patet ingressus.

116. **Habacuc**. Ait beatus Hieronymus in proem. in *Joel*, περιλαμβάνω, id est, *amplexans*, sive *ampliatio*, sive *luctans*. Atque, ut idem ait in proem. in *Habacuc*, *vel ex eo quod amabilis Domini est, vocatur amplexatio*, *vel quod in certamen et luctam, et, ut ita dicam, amplexum cum Deo congrudit, amplexatio*, id est, *lectio* *sortitus* est *women*. Nullus enim tam audaci vox ausus est Deum ad discepitationem vocare justitiae. Ibidem Græcos et Latinos notat, quod apud eos corrupte nomen ἀπεκούμ. id est, *Habacuc* legeretur, qui apud Hebreos dicitur πρῶπον *Habacuc*. SUAR.

*Ibid.* Verba *Habacuc*, in Vulgata, cap. iii, 4 : *Cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus.* AREV.

117. **Sophonias**. Nomen Sophonie, inquit beatus Hieronymus, in t. c. ejusdem prophetæ, ait *speculum*, D alii *arcana Domini* *transstulerunt*. SUAR.

118. **Aggæus et Zacharius**. Causam dedit huic allegoriæ, quod hi duo prophetæ, secundo anno Darii regis Persarum, filii Hiestaspis, cum septuagesimus annus vassitatis templi, quem prædicterat Jeremias, esset completus, Judæos ad templi instaurationem

A 121. **Zorobabel**, secundus (*Jl Ead. u seqq.*), typus est Domini Salvatoris, qui reduxit de captivitate populuin, et de vivis lapidibus construxit Dominum templum.

122. **Judith et Esther** typum Ecclesie gestant, hostes fidei puniant, ac populum Dei ab interitu eruant.

123. **Tobias** prisæ legis imaginem tenuit, cuius oculos Judæos hirundines **135** obsecant, dum eos luminis sacramenta male intelligentes obsecant.

124. **Tobias**, filius ejus, Domini nostri Jesu Christi imaginem habuit, qui velut absconditam et obsecatam figuræ caligine legem claritate sua virtutis illuminat.

B 125. **Tres pueri** (*Dan. iii*) protulerunt figuram sanctorum, qui corpus suum in persecutionem pro Christi nomine obtulerunt.

126. **Susanna** (*Dan. xiiii*) figuram Ecclesie habet, quam testes falsi Judei, quasi adulteram legis, accusant.

127. **Nabuchodonosor rex** (*IV Reg. xv*) typus diaboli fuit, qui haereticorum plebem, erroris captiuitate devictam, de Jerusalem, id est, de Ecclesia in Babyloniam, id est, in ignorantiae confusionem abduxit.

128. **Princeps coquorum**, qui muros Jerusalemm subvertit, hoc significat, quod omnes qui ventris desiderio serviant, virtutes animæ destruunt.

129. **Machabæi septem**, qui sub Antiocho acerbissima persecuti tormenta, glorioissime coronati sunt (*II Machab. viii*), significant Ecclesiam septiformem, quæ ab inimicis Christi multam martyrum stragem portulit, et gloriose coelestis coronam accepit.

mirifice incitaverunt. SUAR.

128. **Princeps coquorum**. Hæc allegoria cum LXX versione congruit. Id enī quod Hebrew dictum est de Nabuzardam, IV Reg. ult. *רַבְבָּהִים rabbahim*, noster interpres veritè *princeps exercitus*: *LXX vero, ἀρχιμάγιρος*, id est, *princeps coquorum*. Cansem hujus varietatis docte exposuit Lippmanns, in caten., xxxvii Genes. Beatus quidem Hieronymus, in Quæst. Heb., sic ait : *In plerisque locis ARCHIMAGIROS, id est, COQUORUM PRINCIPES pro MAGISTRIS EXERCITUS Scriptura commemorat, μητρόπολεν quippe Graece interpretatur OCCIDERE*. Beatus etiam Augustinus, in quæst. in Gen., sic scribit : *Nolunt quidam PRÆPOSITUM COQUORUM interpretari, qui Graece ἀρχιμάγιρος dicitur, sed PRÆPOSITUM MILITIAE, cui esset potestus occidendi. Nam sic appellatus est ille quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius invenitur primatus fuisse militis*. SUAR.

129. **Allegoria de Machabæis clarius exponitur** in fine mysticæ Expositionis sacramentorum, sive Quæstion., cap. de Machabæis. Quo in opere plura quæ Isidorus in Allegoriis Veteri Testamenti breviter perstringit fusius explicantur, ut jam monui. AREV.

## EX NOVO TESTAMENTO.

**136 130. Quartus evangelista JESUM CHRISTUM**

sub quatuor animalium vultibus figuraliter exprimit.

**130. De quatuor insignibus evangelistarum** variæ sententias protul in not. ad Juvencum, lib. i, vers. 5. Isidores communiorum opinionem sequitur in

vultibus animalium exprimendis qui singulis evangelistis ascribuntur. Eaudem tenuit Sedulius in carmine Paschali, lib. i, vers. 355. AREV.

131. Mathæus enim exundem Redemptorem nostrum natum et paesum annuntians, in similitudinem hominis comparat.

132. Marcus, a solitudine exarsus, leonis figuram induit, et Christi regnum invictum potentiamque proclamat.

133. Lucas quoque per vituli vegetacionem vultum Christum pro nobis praedicit immolatum.

134. Joannes autem per figuram aquilæ exundem Dominum post resurrectionem carnis demonstrat evolasse in eccliam.

135. Petrus personam Ecclesie gestat, quæ habet potestatem dimittendi peccata, atque reducendi ab inferis homines ad coelestia regna (*Math. vi.*).

136. Apostoli quoque omnes totius Ecclesie portant typum, quia et ille in dimittendis peccatis omnibus accepertant potestatem, habentes quidem et formam patriarcharum, qui per verbum prædicacionis in toto orbe terrarum Deo populos spiritualiter generunt.

137. Septuaginta duo discipuli significant illustrationem totius orbis per Evangelium Trinitatis. Viginti quatuor enim horis mundus omnis peragitur, qui numerus triplicatus propter eamdem Trinitatem in *Lxxii.* deducitur. Idcirco autem mittuntur bini, propter prædicandum Dei amorem, et proximi, vel mysteriorum gemina Testamenta.

**137** 138. Joseph typice Christi gestavit speciem, qui ad custodiam sanctæ Ecclesie deputatus est, quæ non habet maculam, aut rugam.

139. Maria autem Ecclesiam significat, quæ cum sit desponsata Christo, virgo nos de Spiritu sancto concepit, virgo etiam parit (*Math. i.*).

140. Zacharias sacerdos, qui, angelo jubente, obnubilatus (Luc. i.), silentium legis et prophetarum, adveniente Christo, ostendit.

141. Joannes formam habuit legis, qui Christum annunciat, et remissionem peccatorum per favorem gratiam prædicavit.

142. Magi figuraverunt gentium populos, lucem fidei cogitatores, iudicantes sacramentorum missaribus Christam, per hanc esse Detum, per myrram frontinem passum atque sepultum, per aurum regem omnium seculorum (*Math. ii.*).

143. Joannes autem. Hæc primæ quinque allegoriae comperte sunt ex 1 c. Ezech.; quo loco beatus Hieronymus eruditè disserit de hoc argomento, quod obiectus tractat in proposito in commentariis super *Math.* Congruunt autem cum vaticino Ezechieles in quo de eiusdem animalibus scribit beatus Joann., Apoc. iv. Suar.

147. Septuaginta duo. Mundum peragi xxiv horis porinde est, ut si diceret, motu primi coeli (empyreum excipio) xxiv horis inferiores omnes costestes orbis circumagi. Suar.

148. De Magis ac numerum oblatione, qua Jesum Christum Deum adoraverunt, commentatus sum ad Prodomium, hymn. 12 Cathe., vers. 69. Vide etiam notas ad *Juvencum*, lib. 1, vers. 285, et ad *Sedulium*, lib. II, vers. 96. AREV.

149. Ille vero. Beatus Chrysostomus, in cap. vii, *Math.*, tractat hanc allegoriam, et tres causas

A 143. Herodes, qui infantibus necem intulit (*Math. xi.*), diaboli formam expressit, vel gentium, qui, cupientes extinguere aemea Christi de mundo, in cede martyrum sevierunt.

144. Muli in Evangelio significant illos cui fidem Christi non confitentur.

145. Cæci illos signant qui fidem quam credunt nequaquam intelligunt.

146. Surdi illos figurent qui non exhibent obedientiam preceptorum.

147. Claudi illus demonstrant qui impie præcepta salutaria negligunt.

148. Homo prudens, qui ædificavit domum suam supra petram, significat doctorem fidelem, qui in Christo doctrinæ suæ et vite sue stabilimentum constituit.

149. Ille vero, qui ædificavit domum suam super arenam, haereticum designat, qui ædificat doctrinam falsam, ut ruinam faciat magnam.

**138** 150. Leprosus, quem Christus descendens de monte primum curavit (*Math. viii.*), humanum indicat genus delicti contagio maculosum.

151. Hoc Redemptor, dum de celorum altitudine quasi de monte descendit, a vario demonum cultu detraxit, atque in unitatem fidei reparavit.

152. Centurio (*Ibid.*) fidem gentium significat, quæ salutem filii sui infirmi ad mortem petens, humiliter dixit: *Domine, non sum digna ut intres sub tectum meum, quæ persecuta sum Ecclesiam tuam.*

153. Puer autem Centurionis, et filia Chananæa mulieris, quos Christus non veniens ad eos salvat (*Math. xv.*), easdem gentes ostendunt, quas Dominus non corporali præsentia visitavit, sed per fidem verbi salvavit.

154. Ipsa quoque mulier Chananæa (*Ibid.*) Ecclesie ex gentibus gerit figuram, quæ tanquam causis querebat unicas de mensa dominorum, id est, socii doctrinis apostolorum et prophetarum.

155. Scorus Peiri febriens (*Math. viii.*) significat Synagogam, scitu carnalium desideriorum accensam, cuius filii est pars illa credentium quæ data est Petro regenda.

156. Scriba repudiatus, qui propter quæstum Dominum sequebatur (*Ibid.*), significat eos qui Christi

D reddit cur impi homines cum arena conferantur: quod steriles sint et infecundi, quod in varias opiniones distracti non cohærent inter se, et quod sint innumerabiles, sicut arena, Apoc. xx. Beatus autem Hieronymus proprie putat hoc hereticis convenire. Suar.

150. Leprosus. Hanc allegoriam videtur a beato tsidoro Beda sumpsisse, qui fuit ejus imprimis studiosus, et centum annis posterior. Suar.

152. Notat autem beatus Augustinus, centurionem, cum jam Judæi Romanorum præsidii tenetur, gentilem fuisse; quem ait beatus Hieronymus principem extutisse gentium crediturarum. Suar.

156. Scriba repudiatus. Beatus Hieronymus ait scribam repudiatum, quod signorum videns magnitudinem, sequi voluerit Salvatorem, ut lucra ex operum miraculis quæreret, hoc idem desiderasse quod et Simon Magus a Petro emere voluerat. Suar.

**A**dem non propter Dominum, sed propter incurum A sœculi appetunt.

157. Dæmoniacus quem Dominus in regione Gerasenorum a dæmonum legione curavit (*Ibid.*), significat gentilem populum multorum cultibus dæmoniorum obnoxium.

158. Pastores pororum fugientes, qui ea quæ gesta sunt nuntiant in civitatem (*Ibid.*), significant principes impiorum, qui dum fidem Christi fugiunt, virtutes tamen ejus stupentes mirantur et prædicant.

159. Paralyticus, jacens in lectulo (*Math. ix.*), anima est vitiis dissoluta in 139 corpore suo, quæ dum fuerit gratia Christi per peccatorum remissionem sanata, confessim, pristino robore recepto, resurgit, et lectum carnis, in quo debilis ante jacebat, ad domum virtutum reportat, ut se intra conscientiae suæ secreta constringat, et nequaquam in exterioribus ultra voluptatibus dissoluta discurrat.

160. Archisynagogi filia, ad quam dum curandam pergeret Dominus, tamen priusquam ad eam veniret, tetigit eum a tergo mulier, quæ profluvio sanguinis laborabat (*Ibid.*), figuram habuit Ecclesie venientis ex gentibus, quæ dum post prædicationem, et post passionem, et post ascensionem Christi creditit, quasi a tergo Dominum tetigit, et ante accipere salutem quam Synagoga, promeruit.

161. Duo cæci, juxta viam sedentes (*Ibid.*), significant utrosque populos Judæorum, atque gentilium, per fidem Christo appropinquantes, qui dixit: *Ego sum via, veritas et vita.*

162. Dæmonium habens, cæcus et mutus, qui scribit a Salvatore curatus (*Ibid.*), indicat eos qui ex idolatria gentium ad fidem dominicam convertun-

159. Paralyticus. Correctiores sunt lib. ms., qui habent anima vitiis dissoluta, quam Impr., in quibus est anima vitiis desolata; nam alludit ad etymologiam Græca vocis. Paralyticus enim dictus est quod paralysi laboreti, qui morbus sic est Græcis appellatus, quod nervos laxet et dissolvat, ἀκὸ τοῦ παραπάντος, quod est dissolvere. Itaque Tertullianus proprie et eleganter dixit in *Apologia de Christo paralyticos restringere pro sanare.* SUAR.

*Ibid.* In *Etymologiis*, lib. iv, cap. 7, num. 25, Paralysis dicitur a corporis impensatione nominari. Sed in notis observatur aliter legendum, ut corporis solutio aut dissolutio intelligatur. AREV.

160. Archisynagogi filia. Recit autem scribit beatus Chrysostomus feminam non esse ausam coram ad Dominum accedere, quod ex legis præscriptio immunda esset. Nobilitatum autem est divinum illud miraculum plane divino miraculo, et lectu dignissimum, quod narrat Euseb., lib. viii Hist. Eccl., cap. 14. SUAR.

162: In textu Grialii, uti etiam in aliis impressis scribitur *idolatria* pro *idololatria*, quod restituendum. AREV.

167. Mulier quæ fermentum abscondit. Isychius, lib. i in *Levit.*, cap. 2, sic ait: *Abscondit in farina sata tria, Ecclesiam significans, quæ in Trinitatis verbo fermentat theologia mysteria.* Hanc allegoriam interpretans beatus Hieronymus, præmisit nunquam parabolæ et dubium ænigmatum intelligentiam ad auctoritatem dogmatum proficere. Sed fortasse alius auctor recte reprehenditur, qui non ad animum pietate informandum, sed ad stabiliendum sanctæ Trinitatis mysterium, hanc adhibuit allegoriam, contra

A tur, quibus tamen, expulso a corde dæmonum cultus, dum primum lucem perceperint fidei, postea ad laudandum Deum eorum lingua resolvitur, ut confiteantur eum quem antea negaverunt.

163. Homo manum habens aridam (*Math. xii.*) significat Synagogam, vel animam misericordie operibus infructuosam, cui cum dicitur *Exinde manum tuam*, admonet semper porrigidam eleemosynam pauperibus.

164. Homo de quo immundus spiritus exiens, rursus eum oceupat (*Ibid.*), significat populum Judæorum, et hominem penitentem, cui per subsecutam negligentiam acris montem occupat carnis 140 voluptas, adjunctis secum aliis septem spiritibus vitiorum, id est, iracundia, avaritia, invidia, atque ventris ingluvie, inani gloria, fornicatione atque superbia.

165. Paterfamilias, proferens de thesauro suo nova et vetera (*Math. xiii.*), Christus est, proferens de impenetrabili sapientia sua gemina Testamenta, scilicet Vetus, in quo felicitas terrena promittitur, et Novum, per quod regnum cœlorum speratur.

166. Homo qui seminavit in agro suo granum sennapis (*Luc. xiii.*) Christus est, qui seminavit fidem in mundo, in quo volucres coeli, id est, spirituales animæ requiescant.

167. Mulier quæ fermentum abscondit in satis tribus (*Ibid.*) significat sapientiam spiritualis doctrinam, serventem in Trinitatis amore.

168. Homo, qui absconditum thesaurum in agro reperit (*Math. xiii.*), ille est qui in isto mundo, venditis omnibus, Christum vitamque æternam acquirit.

169. Quinque millia viri qui quinque panibus et duobus piscibus 141 pasti sunt (*Joan. vi.*), Ecclesie

quam docet beatus Augustinus, in epistola ad Vincent. Donat. Illud obiter notandum est *satum*, cui apud Hebr. respondet nomen τὸ Seach (neque enim Hebraicum, aut Græcum, sed Syrum nomen est), genus suis mensuræ, quæ continebat tertiam partem ephi. Et quidem beatus Hieronymus aliquando satum verit, ut Gen. cap. 18, ubi etiam fit mentio trium satorum. Sic enim Abraham ait Saræ: *Acceleris, tria sata similes commice;* nonnunquam vero modium, ut IV Reg. vii: *Cras modius similes statere uno, et duo modii hordei uno.* Hic enim habent Hebreæ seach, id est, satum. Itaque fortasse quis miretur cur idem Hieronymus, enarrans hanc parabolam Matth. XIII, scriperit: *Satum genus est mensura justa mortem provincie Palestina, unum et dimidium modiuncula capiens.* Quod proculdubio sumpsit ex Josepho, qui, lib. ix Antiq., cap. 4, ait: *Satum fert modium unum, et semis Italicum.* Sed ne viro summe docto nota incurrat, dicendum erit non eundem suismodi modium, sed alium atque alium pro regionum varietate. Probabiliter autem suspicatur Jansenius, cap. 57, præclarri operis quod Concordiam evangelicam appellavit, ideo Dominum trium satorum farinx in hac parabola meminiisse, quod mos fortasse fuerit in Iudea, ut tantumdem panis in usum familie semel conficeretur. Id quod congruit cum loco prædictio Gen. xvii, et aliquot aliis sacrae Scripturae locis. Si quis autem rationem diligenter inverit, inveniet ephi, sive sata tria, paulo plus capere quam capiunt in Hispania celestini x. SUAR.

*Ibid.* Ad questionem quam Suarius excitat de sato explicandam, conferenda est doctrina Isidori cum notis lib. xvi Etymol., cap. 26. AREV.

sunt populi, qui per quinque corporis sensus, aliamento legis spiritualis a Christo reficiuntur, et duplice Testamento, quasi gemellis piscibus, saturantur.

170. Quatuor autem millia viri qui aliis septem panibus aluntur (*Marc. viii*), eadem gentium Ecclesia est, quæ in quatuor mundi partibus diffunditur, atque ubertate septiformis gratia recreatur.

171. Ille qui sæpe nunc in ignem, nunc in aquam cadebat (*Math. xvii*), mundum significat. Ignis autem inflammantem cupiditatem, aqua carnis voluntatem demonstrat, in quibus semper arreptus quotidiano lapsu præcipitatur.

172. Moyses et Elias, qui apparuerunt cum Dominis in monte (*Ibid.*; *Luc. ix*; *Marc. ix*), lex et prophetia intelliguntur, quarum vocibus passio, et resurrectio, et gloria Domini declaratur.

173. Homo habens centum oves, qui, relictis illis, ovem perditam querit, ac repartam humeris revehit (*Luc. xv*), figuram Christi expressit, qui, relictis millibus angelorum in celo, ovem quæ perierat in Adam, ut bonus pastor, quæsitam in gentibus repedit, atque crucis suæ humeris ad paradisum reportavit.

174. Mulier, quæ perditam reperit drachmam, Ecclesia est, quæ animam diaboli laqueis abstractam et perditam, dum invenerit per poenitentiam, et angelorum et hominum facit letitiam.

175. Debitor decem millium talentorum (*Math. xviii*) significat homines qui Deo sunt obnoxii per transgressionem decem præceptorum, sed sicut nobis peccantibus a Domino peccati vincula relaxantur, ita unusquisque nostrum dimitit exemplo Domini, ne dum minima debita in nos peccantibus non concedimus, majora nostra excolvere cum usuris possessorum cogamus.

176. Dives, qui camelio comparatur (*Math. xix*; *Marc. x*), personam indicat Judæorum, qui de legis potentia gloriabantur, quanquam propter terrena, quæ colunt, non habent regnum cœlorum, ubi filius gentium populus criminibus tortuosus, et sarcinis peccatorum gravatus, ingreditur per foramen acus, quasi per angustias passionis, dolorum ac laborum.

177. Paterfamilias qui operarios ad vineam conductit, et denarium 142 promittit (*Math. xx*), Christus est, qui vocat omnes ad cultum fidei, promittens eis præmium perfectæ beatitudinis.

178. Operarii hora prima conducti hi sunt qui, a rudimentis infantiae cultum fidei consecuti sunt.

179. Allegoria hæc de Christo, tanquam bono pastore, ovem quæ perierat humeris suis portante, primis Christianis imprimis grata erat, ut in picturis veterum monumentorum quæ adhuc restant certe liceat. AAEV.

182. Netandus hoc loco est nominativus pro ablativo absolutio, in illis conservans Christus... in istis impendens pro in illis conservante Christo... in istis impendente. Hæc loquendi ratio in MSS. Isidori sæpius occurrit quam in impressis, e quibus, ut arbitror, Editores eam sustulerunt, quod Isidori non esse sibi persuaderent. Sed aliter judicandum. AAEV.

A 179. Qui autem hora tertia, hi sunt qui ab adolescentia ad fidem accesserunt.

180. Qui vero hora sexta conducti sunt, hi sunt qui in juventutis ætate crediderunt.

181. Qui autem hora nona accesserunt, illi sunt qui, jam a juventute in senectutem declinantes, gratiam percepérunt.

182. Qui vero ultima hora iverunt (*Ibid.*), illi sunt qui jam decrepiti, et in extremo vitæ suæ tempore vocati, ad Christum venerunt. Qui tamen prioribus parem mercedem beatitudinis accipiunt, in illis conservans Christus justitiam, qui prima hora nativitatis operati sunt; in istis impendens misericordiam, qui una vitæ hora laboraverunt.

183. Duo filii missi ad operandum vineam (*Math. xxi*) duorum populorum typum demonstrant. Primus enim missus vocatur gentium populus per naturæ intelligentiam ad operis divini cultaram, qui prius tamen conumax extitit, et sese iturum negavit. Adveniente autem Domino, priorem contumaciam sequente emundat obedientia. Secundus autem missus Judæorum per legis cognitionem respondit: *Omnia, quæcumque dixerit Dominus, faciemus*; sed idcirco damnatur, quia non solum in professionem legis prævaricatus est, sed in ipsum Dominum vineæ parricidales manus exercuit.

184. Homo qui vineam plantavit (*Math. xxi*; *Luc. xx*), Deus est, qui condidit Jerusalem, in qua edificavit turrim, et torcular fudit, videlicet templum, et altare, et sæpe circumdedit, id est, angelorum munitione vallavit.

C 185. Coloni autem quibus vineam locat (*Ibid.*), populus est Israel, qui sub divino cultu possedit Jerusalem.

186. Servi autem qui tempore frugum missi interfici sunt a 143 colonis (*Ibid.*), prophetæ intelliguntur, quorum sanguis effusus est a Judæis, dum ab eis quererent justitiae fructum et legis.

187. Filius autem novissime missus, quem ejecit coloni extra vineam occiderunt (*Ibid.*), Christus est, quem crucifixerunt Judæi, ejicentes eum extra portas Jerusalem.

D 188. Coloni quoque, quos Dominus vineæ perdit (*Ibid.*), populi Judæorum intelliguntur, qui olim, ut videntur, dispersi atque perempti sunt. Illi autem agricolæ ad quos vinea transferri præcipitar, significant apostolos, vel successores apostolorum.

189. Rex qui fecit nuptias filio suo (*Math. xxii*), Deus Pater intelligitur, qui copulavit ex virginie car-

188. Isidorus his verbis ut videntur fortasse innuit dispersionem Judæorum suo tempore, ut nostro etiam, perseverantem. AAEV.

189. Rex qui fecit. Tractat beatus Gregorius in bonis, diserte, ut solet, hanc allegoriam, sed securius dici putat regem patrem regi filio nuptias fecisse, cum ei per incarnationis mysterium sanciam Ecclesiæ sociavit in utero Virginis, sicut in thalamo. Et causa est quia ex duabus personis fieri soli nuptiarum conjunctio, nefarium est autem in Christo duas credere personas. SUAR.

nom virginem Christum. Servi vero, qui missi sunt vocare invitatos, apostoli sunt atque proprie, qui Iudeos per legem et Evangelium vocaverunt; sed illi modo terrenis voluptatibus, modo carnis et legis amore pressi, sollicitatem adventus Domini contempserunt, ex quo se indignos existimaverent vita aeterna, gentes autem introisse manifestarunt.

190. Rex iratus, qui misit exercitus suos, et perdidit interfectores illos, et civitatem illorum incendit (*Ibid.*), Deus Pater est, qui suscitavit Vespasianum Caesarem Romanorum, qui et populum gladio vastavit, et civitatem Jerusalem funditus cum suis universis evertit, ita ut ultius belligerare non possit.

191. Homo autem non habens vestem nuptialem in accubitu, qui, loquente rege, obmutuit; quem jubet servis ablactam micti in tenebras exteriores (*Ibid.*), ille est qui in fide quidem cum ceteris requiescit; sed si inventus fuerit in die judicii vestem carnis habere poluitam, confessum jubetur ab angelis tolli, et morgi in gehennam ignis aeterni.

192. Duo debitores, ex quibus unus debet sacerdoti denarios quingentes, et alter quinquaginta (*Luc. vii*), significant utrumque populum, Iudeorum, scilicet, et gentium, ex quibus ille qui quinquaginta denarios debet Iudeorum typum habuit; ille vero qui 144 quingentes, gentium figuram expressit, qui ab initio mundi debitor semper existens, obirographum peccati per poenitentiam non solvit. Adveniente itaque Christo, tandem creditit, atque anteriorum misericordia fractum accepit, unde quia plus illi concessum est a Christo, amplius diligit Christum, sicut scriptum est: *Cui plus dimittitur, plus dedit.*

193. Septem vero fratres qui uni mulieri nupserunt, et sine filiis mortui sunt (*Marc. xii*), homines fratides intelliguntur, qui per septem mundi vetates, in hac terra totam vitam suam sine fructu justitiae consumpserunt.

194. Duo in loco (*Matt. xxv*) illis figurant qui remoti a ceteris in oleo quadammodo vita vacare videntur.

195. Due molentes (*Ibid.*) illi intelliguntur qui negotia temporalium rerum circumferuntur.

196. Duo in agro (*Ibid.*), illi sunt qui in ministerio Ecclesiae, tanquam in agro dominico, operantur, ex quibus, adveniente nocte, id est, seculi adversitate, quidam permanent in fide, et assumuntur ad vitam, quidam discedunt, et relinquuntur ad peccatum.

197. Quinque virginis sapientes (*Matt. xxv*) omnes animae sanctae intelliguntur, quae quoniam per quinque sensus corporis nullam admittunt cordis

200. In textu Grialii erat ea que pro eaque, ut in aliis quoque Editis recte appareat impressum, et apud Grialium saeculum videtur irreppisse. ARGV.

202. Alii in primo servo. Divum Gregorium significat, cuius fuit in primis studiosus; is enim ad hunc modum tractat praesentem allegorianam. SUAR.

204. Homo qui descendebat. Per paradisum coelestem, ut error vietetur, Jerusalem civitas pacis illa coelestis intelligenda est, a cuius beatitudine lapsus

A corruptionem, idcirco quinario numero computantes.

198. Quinque autem virginis fata, quae non habent in vasis oleum (*Ibid.*), illæ anime sunt quæ habent quidem integritatem corporum, sed non servant intra conscientiam boni operis testimonium, dum in facie gloriantur apud homines, et non corde apud Deum. Ideoque, quia in vasis pectorum suorum mentis splendorem non gerunt, adveniente Domino, a regni ejus gaudio excluduntur.

199. Homo peregre profiscens, qui tradidit bona sua servis suis (*Ibid.*), Christus est, qui post resurrectionem suam ad caelos regrediens, tradidit evangelicam gratiam evangelicis negotiatoribus fenerandam. Sed primus servus in quinque talentis sibi datis quinque libros legis accepit, quod doctrina et opere decem præceptorum amplificavit.

200. Alius duobus talentis duo Testamenta promeruit, eaque 145 morali ac mysticæ sensu pio dispensans duplicavit.

201. Tertius, sub figura unius talenti, gratia donum acceptum in terrenis voluptatibus obsecravit, Ideoque projectus est in infernum, quia nullum inde operatus est fructum.

202. Alii in primo seruo sensos cordis et corporis acceptos, in secundo intelligentiam et opes, in tertio rationem intellexerunt.

203. Juvenis filius viduæ quem Dominus mortuam extra portas urbis suscitavit (*Luc. vii*), significat eum qui palam quolibet mortiferam crimen admittit; quique nonnunquam audito verbo Dei a morte peccati resurgit, et per poenitentiam Christi vivere incipit; redditurque viduae matri sue, id est, Eleusis.

204. Homo qui descendebat a Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones (*Luc. x*), ipse Adam generatus in genere suo, qui dum descendit de paradyso colesti in mandum, incidit in angelos tembraram.

205. Samaritanus descendens, qui vulnera ejus curavit (*Ibid.*), Christus est custos noster, qui de celo descendit, et genos humana a vulneribus peccatorum curavit.

206. Sibelerines (*Ibid.*) apostoli sunt, vel successores eorum qui infirmitatem nostram predicatione evangelica recreant.

207. Martha, quæ excepit Christum in domum suam, et in hac ministrabam (*Ibid.*), significat Ecclesiam, in hac vita Christum in corde excipienteum, et in opere justitiae laborantem.

208. Maria, soror ejus, quæ sedebat secus pedes est Adam, miser factus per peccatum. Descendit autem in Jericho, id est, in inundum, in quo omnia orta occidunt, sicut luna, quam significat Jericho. Adam enī, qui divino præcepto obtemperans, divino etiam beneficio fuisset immortalis, illo violento, mortis miseriari et plurimas alias acerbitates merito perpessus est. Sic enī exponit hanc allegorianam beatus Augustinus in *Nb. de Quæst. evang.* SUAR.

Christi, et audiebat verbum (*Ibid.*), demonstrat **A** eandem Ecclesiam, in futuro sœculo ab omni opere cœsantem, et in sola contemplatione sapientiae Christi reüssescentem.

**209.** Homo qui media nocte postulabat ab amico tres panes (*Luc. xi*), similitudinem exprimit cuiusque in media tribulatione Dominum postulantem, ut de ei scientiam Trinitatis.

**146 210.** Dives, cuius uberes fructus ager attulit (*Luc. xii*), significat hominem luxurie deditum, et abundantem peccatis, quem immoderata plus amplius peccare desiderantem arguit Dominus dicens: *Stulte, hac nocte auferunt animam tuam abs te; quæ parasti, cuius erunt?*

**211.** Quinque illi in domo una, id est, pater, mater, filius, filia, nurus, ex quibus duo in tres, et tres in duos dividuntur (*Ibid.*), significant humanum genus fidei et religione invicem separatum, partim in discussione schismatis, quod duo significant, partim in numero trinitatis, quod tria demonstrant. Divisus est enim filius adversus patrem suum, id est, populus ex gentibus veniens adversus diabolum, cum quo ante a fuerat sociatus. Divisa est et filia adversus matrem suam, id est, plebs ex Judæis credens adversus impiam Synagogam. Divisa est et nurus adversus socrum suum. Ecclesia videlicet ex gentibus adversus matrem sponsi sui Synagogam, de qua secundum carnem Christus fuerat procreatus. Qui homines separantur sibi invicem, alii terrenam, alii celestem gloriam appetentes.

**212.** Galilæi xviii super quos cecidit turris in Sion, et occidit eos (*Luc. xiii*), interitum plebis Juðæorum insinuat. Decem et octo enim apud Græcos ex iota, i, et eta, v, litteris exprimuntur, quibus figuris nomen Jesus scribitur, in quem illi credere volentes pariter a Romanis cum sua urbe prostrati sunt.

**213.** Homo qui arborem fici in vinea sua plantavit, Christus est, qui Synagogam in Judaico populo condidit, quam eum Dominus, quasi iutilem, jussisset abscidi, fit illi a colonis apostolis fossa humiliatis, adhibetur sterlus, id est, confessio peccatorum; siue in novissimo erendo commutabitur in melius, dabique fructus justitiae copiosos.

**214.** In Evangelio sancti *Lucas*, cap. 19, 20, sic dunc legitur: *Stulte, hac nocte animam tuam repente a te; quæ autem parasti, cuius erunt?* AREV.

**215.** Dux primæ litteræ Græce nominis Jesu: et v, habuisse fuerunt a veteribus Christianis pro compendio nominis Jesu. Scriptores qui numerum decem et octo in his duabus litteris ad interpretationem aliquam mysticam seu allegoricam agnoverunt, recensui in *Prudentianis*, num. 194 et seqq. cum notis. Pro incaute fortasse legendum insinuant. ABBV.

**216.** *Dives qui induebatur purpura et byssu significat Theophylactus*, eruditus in primis scriptor, non dubitavit affirmare divitias et Lazari non quidem historiam, sed fictam esse parabolam, que narratur a Domino; cui tamen nomine Lazarus perspicie reputat. Nam egregie ait beatus Chrysostomus, in hom. in *Luc.*, de patre et duobus filiis: *In parabola non sunt dicenda nomina. Parabolæ enim sunt illæ, in*

**214.** Mulier quæ, decem et octo annos infirmatem habens, a Domino curata est (*Luc. xiii*), Ecclesie typus est, quæ in fine temporum salutem fidei consecuta est. Sex enim statibus mundus iste completer **147** cujus tamen tempus habet tripartitam discretionem, unam ante legem, alteram in lege, tertiam sub gratia. Sexies ergo terni decem et octo efficiunt, quo numero tempus hoc nostræ salutis insinuat, quando, a Satanæ vinculis soluti, quibus curvati eramus, donum salutis et spem supernæ contemplationis accipimus.

**215.** *Hydropicus quem Dominus curavit* (*Luc. xiv*) demonstrat eos quos fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat.

**216.** *Homo habens duos filios* (*Luc. xv*) Deus est, habens duos populos, quorum major figuram tenuit Juðæorum, qui permansit in Dei cultu; alter junior gentiu[m] , qui, conditore deserto, servus factus est idolorum, quem per egestatem fidei revertentem clementer suscepit Deus Pater, et pro conversione ejus sub vituli typo immolat Filium unicum; tribuit etiam annulum fidei, et stola immortalitatis induit eum, quanquam Juðæus frater livoris torqueatur invidia, propter salutem tamen ejus gaudium concinit angelorum symphonia.

**217.** Dispensator prodigus, quem dominus a villicatione removeri præcepit, et fraudem faciens domino suo, relaxavit debitoribus partem, ut haberet unde in posterum viveret (*Luc. xvi*), hæc comparatio ad exemplum nostrum proposita est; nam si ille a domino suo laudari promeruit, quia, fraudem ei faciens, in posterum sibi de alienis rebus providit, quanto magis Christo placere possumus, si ex propriis nostris misericordiam indigentibus faciamus, a quibus recipi in æterna tabernacula possimus?

**218.** *Dives qui induebatur purpura et byssu* (*Ibid.*) significat Juðæorum superbiam, florentem quondam imperii claritate, vel honoris excellentia.

**148 219.** *Mendicus ulcerosus* (*Ibid.*) demonstrat gentilem populum, confessionibus peccatorum humiliatum.

**220.** *Quinque fratres divitis illius qui apud inferos torquebatur* (*Ibid.*) Juðæi intelliguntur, qui sub quinque libris positi sunt.

**D** quibus exemplum ponitur, et tacentur nomina. Praedclare etiam Origenes, cap. i *Job*, inquit: *Necessario nominis Job, mentionem fecit Moyæs, qui libri encor est, ne, si hominem eum diocret, argumentum aliquod fingeret existimatetur. Eadem sententia est de divita et Lazaro, Ambrosii, Cyrilli, Damasceni, atque Euonymii, qui etiam alt divitis quidem nomen silentio seisse præterit ab Evangelista, tanquam odio digni; scriptum est enim, ps. xv: Non accipiam nomina eorum per labia mea; mendici vero nomen memorie proditum, tanquam amore digni. Atum autem quidam ex traditione Hebræorum, quod per id tempus dives ille fuerit Nicanor appellatus, et mendicus iste Lazarus. Hæc Euonymius. Quod si, ut in plerisque omnibus, sic etiam in hoc Theophylactus Chrysostomus, virum excellenti doctrina et sanctitate, easet imitatus, nœ ille a communi sententia nunquam descivisset: SUAB.*

221. Decem leprosi, qui mundantur a Domino (*Luc. xvii.*), haeretici significantur, qui in varietate colorum diversitatem habent schismatum, quique ideo ad sacerdotes mittuntur, ut, detersa omni varietate errorum, unitatis percipient sacramentum.

222. Judex iniquus, qui Dominum non timebat, assidue tamen deprecantem viduam exaudivit (*Luc. xviii.*), similitudo est qua demonstratur quantum spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures iniqui judicis valuerit frequens instantia viduæ deprecantis. Ipsa autem vidua significare potest Ecclesiam, perseverantia sua petentem ultiōnem de inimicis suis, diabolo, vel haereticis.

223. Phariseus orans in templo (*Ibid.*) Judæorum est populus, qui ex justificationibus legis extollit meritâ sua.

224. Publicanus vero (*Ibid.*) gentilis est populus, qui longe a Deo positus confitetur peccata sua, quorum unus superbiendo recessit humiliatus, alter confitendo Deo appropinquare meruit exaltatus.

225. Cæcus sedens secus viam (*Ibid.*) populum demonstrat gentilem, qui per Christi gratiam fidei meruit claritatem.

226. Zachæus (*Luc. xix.*) gentilis est populus, gratia meritorum pusillus, qui tamen, a terrenis actibus sublevatus, per lignum dominice crucis Christi mysterium contemplatur.

227. Homo nobilis qui in longinquam abiit regnum accipere sibi regnum (*Ibid.*), Redemptor noster est, qui usque ad fines terræ pervenit accipere regnum in populis gentium.

228. Cives qui noluerunt eum regnare (*Ibid.*) Judæi intelliguntur, qui Christum regem spreverunt.

229. Servus qui manam unam accipiens, decem acquisivit (*Ibid.*), significat doctores qui, accepta gratia Evangelii, in decem verborum Decalogi prædicamentis bene usi sunt, et docendo multos in 149 fide acquisierunt, idcirco, adveniente Domino, laudabuntur, quia lucrati sunt.

230. Qui vero ex una quinque acquisivit (*Ibid.*), illos demonstrat qui mandatum Dei servantes consequuntur scientiam legis, in quinque libris Moysi scriptam, eamque docendo ad usum salutis necessarium fenerantur.

231. Qui vero manam ipsam in sudario conservavit (*Ibid.*), ostendit eum qui creditum sibi gratiae donum delicate otioseque tractavit, unde et recte amittit collatam gratiam, quia per negligentiam prædicare contempnit, ut ei augeretur quod laboravit.

232. Vidua quæ in gazophylacio duo jecit minuta (*Luc. xx.*), animam fidem demonstrat ejus qui in thesauro cordis sui fructum dilectionis Dei et proximi servat.

233. Sponsus (*Joan. ii.*) Christus est; cuius nuptiæ cum Ecclesia celebrantur, in cuius coniunctione aqua in vinum mutatur, quia credentes

240. Sæpe hic cæcus a nativitate, de quo sermo est in Evangelio, representatur in monumentis ve-

A per lavaci gratiam transeunt ad passionis coronam.

234. Architrichinus (*Ibid.*), Moyses intelligitur, qui miratur meliorem et sanctiorem populum per Jesum in Evangelium congregatum, quam illum priorem ab Ægypto deductum; finitum enim vinum ostendit sublatam esse gratiam Spiritus sancti a Judæis, et per apostolos in gentibus contributam.

235. Mulier Samaritana (*Joan. iv.*) mystice intelligitur Synagoga quinque libris legis, quasi quinque viris, secundum sensum carnis, subjecta, quam misericorditer Dominus provocat haurire aquam vivam, lavaci scilicet percipere gratiam, vel secretam legis intelligentiam.

236. Mulier adultera, quæ offertur a Judæis Domino lapidanda (*Joan. viii.*), est Ecclesia ex gentibus, quæ, prius relicto Deo, in idolis fuerat fornicata, hanc volebat Synagoga zelans interfici, et Christus eam salvat per remissionem delicti, nec sinit eam perire, qui novit veniam condonare peccantibus.

237. Simon leprosus (*Matth. xxvi.*) gentilis est populus, qui est a Redemptore mundatus.

238. Mulier quæ unguento caput Domini unxit (*Ibid.*) Ecclesia est, quæ fructus sui operis fideique odorem ad laudem Dei et Christi gloriam resert.

239. Angelus ille ad cuius descensum movebatur aqua, quinque porticibus cincta (*Joan. v.*), Christus est, in cuius adventu turbatus est 150 Judæorum populus quinque libris conclusus: descendente enim angelo, commovebatur aqua, et sanabatur infirmus; descendente de celis Christo, commotus est in passione ejus idem populus, et sanatus est mundus.

240. Cæcus a nativitate, quem Dominus, postquam unxit oculos, ad piscinam Siloe misit lavandum (*Joan. ix.*), significat genus humanum a nativitate, id est, a primo homine errorum tenebris vitiatum, cuius oculos Dominus de sputo et luto linivit, quia verbum caro factum est. Et lavari oculos in piscina jussit, ut baptizatus in Christo, acciperet legem fidei, et crederet in eum qui humiliis in mundo apparuit.

241. Lazarus, quem Dominus quadriduanum sententem de monumento suscitavit (*Joan. xi.*), significat mundum, quem gravissima peccati consuetudo corruperat, qui tamen quarta die mortis resuscitatur. Prima enim dies est mortis, tracta ex Adam propago mortis; altera dies mortis est transgressio legis naturalis; tertius est dies mortis prævaricatio datæ legis; quartus dies mortis est contemptus evangelice prædicationis, in quo die Dominus, suum opus respiciens, misericorditer resuscitare dignatus est.

242. Servus principis sacerdotum, cuius dextra amputatur auricula (*Matth. xxvi.*), Israeliticus est populus, propter incredulitatem servus effectus. Hic dexteram aurem amittit, dum ad sinistram per inferius. Christian., ut videri potest apud Boltarium, Rom. Subterr. tom. I, pag. 479. Anv.

tellectum litteræ transit, cui Dominus in his cui A credunt auditum restaurat fidei, et obedientem evangelici facit mandati.

243. Princeps sacerdotum, qui scidit vestimentum suum in Domini passione (*Ibid.*), indicat Hebreum populum nudatum sacerdotio, et evacuatum regno sciso.

244. Barabbas, qui Judæis dimititur (*Math. xxvii*), significat Antichristum, quem illi errantes meruerunt suscipere pro Christo.

245. Herodes et Pilatus, qui, cum essent discordes, in passione Domini amicitia foederantur (*Luc. xxiii*), indicant primum divisos fuisse utrosque populos circumcisiois et gentium; qui tamen per passionem Domini in fide concordaverunt.

246. Simon Cyrenæus, cui gestandam crucem imposuerunt (*Ibid.*), **151** gentium populus intelligitur, qui peregrinus in lege, obediens efficietur Evangelio, crucis ipse Christi vector, et fidei bajulus factus.

250. In Isidorianis, cap. 94, num. 48, notavi quamdam varietatem lectionis in fine Allegiorum ex Co-

A 247. Duo latrones (*Ibid.*) populum exprimunt Judæorum et gentium: quorum unus incredulus blasphemat Christum in cruce pendente, alter fidelis Judæos increpat blasphemantes.

248. Quatuor milites, qui quatuor partes sibi de Jesu vestimentis fecerunt (*Psal. cxviii, 162*), præfiguraverunt quatuor partes mundi, qui divisorunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est: *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.*

249. Mulieres quæ apostolis Domini resurrectionem annuntiant, lex et prophetia intelliguntur, quæ gloriam resurrectionis Christi, antequam revelaretur, quasi præcursoribus prædicaverunt.

B 250. Septem discipuli, cum quibus Dominus post resurrectionem suam convivasse describitur, septimam indicant post resurrectionis futuræ requiem, per quam omnes sancti per Christum æterna beatitudinis refectione saturabuntur, ad quam saturitatem nos perducat Christus. Amen.

dice Vaticano 629, quem ibi descripsi. AREV

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# DE ORTU ET OBITU PATRUM

QUI IN SCRIPTURA LAUDIBUS EFFERUNTUR.

### 152 Praesatio.

1. Quorundam sanctorum patrum nobilissimorumque virorum ortus vel gesta cum genealogiis suis in hoc libello indita sunt; dignitas quoque, et mors eorum, atque sepultura, sententiali brevitate notata. Quæ, quamvis omnibus nota sint qui per amplitudinem percurrent Scripturarum, facilius tamen ad memoriam redeunt dum breve sermone leguntur.

### EX VETERI TESTAMENTO.

I.	Adam.	XVII.	Dan.	XXXIII.	David.
II.	Abel.	XVIII.	Gad.	XXXIV.	Salomon.
III.	Enoch.	XIX.	Aser.	XXXV.	Elias.
IV.	Noe.	XX.	Nephtalim.	XXXVI.	Eliseus.
V.	Melchisedech.	XXI.	Benjamin.	XXXVII.	Isaias.
VI.	Abraham.	XXII.	Ephraim.	XXXVIII.	Jeremias.
VII.	Isaac.	XXIII.	<b>153</b> Manasses.	XXXIX.	Ezechiel.
VIII.	Jacob.	XXIV.	Job.	XL.	Daniel.
IX.	Loth.	XXV.	Moyses.	XLI.	Osee.
X.	Joseph.	XXVI.	Aaron.	XLII.	Joel.
XI.	Judas.	XXVII.	Josue.	XLIII.	Amos.
XII.	Ruben.	XXVIII.	Phinees.	XLIV.	Abdias.
XIII.	Simeon.	XXIX.	Gedeon.	XLV.	Jonas.
XIV.	Levi.	XXX.	Jephie.	XLVI.	Micheas.
XV.	Zabulon.	XXXI.	Samson.	XLVII.	Nahum.
XVI.	Issachar.	XXXII.	Samuel.	XLVIII.	Habacuc.

CAP. I. 1. De his vid. Hieron. Epiphan. Doroth. Synopsin, et Josephum. FONTIDONIUS.

*Ibid.* Librum de ortu et obitu Patrum cum octo inss. libris Petrus Fontidonus constituit ac breves quasdam

C notas adjecit, quas proinde Fontidonii nomine subscripto allegabo. Quid de hoc libro sentiendum, uberrime expositum fuit in Isidorianis, cap. 61. AREV,

XLIX.	Sophonias.	LV.	Addo.	LX.	Ezdras.
L.	Aggæus.	LVI.	Azarias.	LXI.	Zorobabel.
LI.	Zacharias.	LVII.	Zacharias.	LXII.	Esther.
LII.	Malachias.	LVIII.	Tolias.	LXIII.	Judith.
LIII.	Nathan.	LIX.	Tres pueri.	LXIV.	Machabæi.
LIV.	Achias.				

## CAPUT PRIMUM.

2. Adam protoplastus, et colonus paradisi, princeps humani generis et deficti, ad imaginem Dei factus, universitati prælatus, qui creaturis nomina dedit atque in eis potestatem dominandi accepit.

3. Hic in deliciis florentia paradisi constitutus, intos rebolentes aromatum sylvam ac vernaciam floribus arva, ruris habitator, novæ vita gaudia peragebat: ubi tellus secunda viret perpetuo vere, ubi sons decurrens quadrifluo labitur amne.

4. Sed postquam serpentis dolo, lingua etiam pollutus feminea, per tactum ligni, loci beatitudinem profanavit, paradiso projectus, terram sentibus squalidenter operarius gemens incoluit. Amissaque immortalitate, in pulverem, unde carnis sumpserat ortum, post eurasum annorum nonagesimum triginta rediit. Hinc jam **154** posteritas in criminis lugine parentis exsulem se paradise factam, ac labori mortuque subactam ingemuit.

5. Sepultus est autem in Ieso Arboe, qui loco nomen a numero sumpsit, hoc est quartus; nam tres patriarchæ ibidem sunt sepulti, et hic quartus Adam. Distat autem locus iste non procul ab Hebron, metropolâ urbe Allepholorum, in qua testatur quondam fuisse habitatatio gigantum, ubi etiam et David postea unctus est in regem. Est autem civitas sortis Judei in sacerdotibus separata, distans ad australem plagam millibus xxii ab Hierusalem.

## CAPUT II.

6. Abel filius Adam et pastor ovium, in vita laetissima, in morte patiens, post mortem non silens, in martyrio primus, in obedientia summus, in sacrificio Deo placens, in meritis fratri displices; quem Cain impius, et parvula novus, stimulante invidia innocuum ferro nondum sanguine maculato prostravit, cum adhuc innocens ferrum cruxis humani sagittus non haberet.

## CAPUT III.

7. Enoch filius Jared, septimus ab Adam, placens Deo, malorum nescius, mortis ignarus, qui sceleratum hominum non ferens angustias, a perniciose contractibus {AI., contactibus} mundi substractus,

5. Recepta apud veteres post Origenem, et probata fuit opinio Adamum suisse sepulchrum in monte Calvariae, in quo etiam excitatum sacellum est, cultui et venerationi Adami consecratum. Vide Bolland., tom. IV Febr., pag. 449. Traditiones Rabbinicas, de Arboe sepulcro Adami, Abraham, Isiac et Jacob, refert sanctus Hieronymus, Quæst. Hebr. in Genesim. AREV.

6. Quo instrumento occisus fuerit Abel incertum. Pictores mandibula armatum Cainum contra fratrem plerunque exhibent, sed nullo proorsus fundamento. Prudentius sarcuolo Abelem interfecit asserit in præfato Hamartigenie, vers. 46, quem ad locum plura in hanc rem ex interpretibus sacrae Scripturarum indicavi. AREV.

A meruit in eum locum transferri vivens unde fuerat protoplastus expulsus. Sublatus est autem annorum trecentorum sexaginta quinque. Manet autem hactenus in corpore; in consummatione mundi restituet [AI., sæculi restituens] cum Eliam mortalem vitæ conditionem.

## 155 CAPUT IV.

8. Noe filius Lamech, decimus ab Adam, secundus pater orbis atque reparator, justitia insignis, longanimis in spe, sapiens in opere, solus in terris justus. Iste jussus arcam condidit, admonitus introivit, nec horruit turbulentos diluvii fluctus, nec fragores ventorum, vel murmura cœli expavit, gestaturque per procellas, nec mergitur, serpentibus sociatur et bestiis, nec terretur; cui seræ colla submittunt, alites famulantur.

9. Namque avem misit, redeuntem sustinuit, sed perfida fraude corvi decipitur, ministerio columbae gestantis oro ramum paciforme arboris edocetur. Reserataque soribus arcæ bestias et cuncta animantia per septem dies abiit permittens, ipse postmodum agrestus cum liberis, Deum collaudat ac latus victimas immolat. Cujus arcam veteres resedisse testantur in Armenia super montes Ararath. Hic nongentesimo quinquagesimo anno mortuus est.

## CAPUT V.

10. Melchisedech rex Salem, saecordos Dei altissimi primus, verique oblator sacrificii, cuius origo secreta. Hunc esse aiunt Hæbrei Sem primogenitum Noe, tritavum Abrahæ. Ipse est enim pater patrum, prophetarum et apostolorum origo, ipse est qui paternæ pietatis benedictione, dominus fratris esse promeruit. Quique versis incedens vestigiis patris genitalia texit, nec dorisit ebræum, ut precox et reprobus filius, sed velavit, ut verecundus.

11. Unde accidit, in lege Iudeorum parentes a filiis nunquam videri nudatos. Iste Abrahæ revertenti post victoriam benedixit, idem in typo veri sacrificij de frugibus terræ prior panem et **156** vinum Deo hostiam obtulit, quia sacerdotium et regnum vere primogenitū debebatur, antequam Aaron sacerdotio fungeretur.

12. Hic etiam prior omnium post diluvium urbem Salem condidit, in qua etiam et regnavit, quæ postea Jebus sive Solyma dicta est, et nunc derivato voca-

Ibid. Apud Grialium est substractus pro subtractus. AREV.

9. Marchio Joannes de Serpos, qui pro Armenorum catholicorum causa eruditos nonnullos libros in vulgus edidit, aut edi curavit, in Compendio historico Armenie, lib. 1, num. 6, auctiores refert qui reliquias arcæ Noe adhuc in monte Ararath asservari contendunt. AREV.

10. Hieron., epist. ad Evagrium. Isidorus, xv lib. Etymolog., cap. 4. FONT.

Ibid. Allegatur in Editione Grialii lib. xv Etym., c. 4, quo loco nulla de Melchisedecho mentio, de quo tamen agitur lib. vii, cap. 6, et lib. viii, cap. 5. AREV.

bulo Jerosolyma vocatur; vixit annis sexcentis, et A perduravit usque ad septuagesimum statim Isaac annus, mortuusque est ac sepultus in civitate sua Ierusalem.

## CAPUT VI.

13. Abraham pater gentium, filius Thare, de stirpe Sem, natione Chaldaeus, fide primus, exsul spontaneus, obediens in præceptis, credulus in promissis, pauper in patria, in peregrinatione locuples, in præliis victoriosus, in victoria non avarus. Reges quinque superavit, et spoliis exxit, captivumque parentem reduxit.

14. Eo sumimus ut Trinitatem in typo videret, et unitatem in mysterio veneraretur; eo fidelis, ut in premisso genere contra spem naturæ Deo crederet: adeo justus atque devotus, ut indulgentiam unici pignoris divinitati non præponeret; sed incunctanter præcipienti parens ad immolandum filium religiosus parricida gladio dexteram armaret.

15. Qui dum distinxit ferrum, unicum pignus in victimam oblatus, nec natum perdidit, nec hostiam amisit. Filium enim in sacrificium obtulit, et arietem pro filio immolavit. Vixit autem centum sepiuagiata quinque annos, sepultusque est in agro Ephron, in spelunca duplice in cuius interiori parte sepultum serunt Adam, in exteriori vero Abraham. Dixit autem hic locus, ut Josephus edocet, septimo ab urbe Hebron stadio, ibique asserit Abraham et filios ejus sepulcrum habere pulcherrimo instructum marmore.

16. Illic etiam, et terebinthum magnam arborem a constitutione 157 mundi fuisse asseverat. Hanc beatum Hieronymus neque ad Constantini imperium perdurasse scribit, ipsa est enim quercus Mambræ Amorphae, qui fuit amicus Abrahæ, que apud gentiles in tanta exstisit veneratione, ut eam muri ambitu circumscriptam solemní veneratione colerent.

## CAPUT VII.

17. Isaæ filius Abrahæ ex promissione in terra Chanaan genitus, semeo veterorum vocatus, conjugalis vita castimonia clara, promptus ad gratiam, ad ignorantem paratus, qui excludentes non armis expulit, sed patientia vicit; qui ponentes compunctione recipit, qui per amorem Dei eo usque detulit honorem parenti, ut ad aram sponte sacrificandas secederet, atque in figuram Christi mortem non recessaret. Obiit centum octoginta annorum, sepultusque est iuxta paluem suum.

18. Parentem, id est cognatum, vel consanguineum, ut in cap. 9. Fons.

Ibid. Quod Isidorus ait, fide primus, Prudentius, in prefat. Psychomachia, explicuit primo hoc versiculo: *Abraham fidelis prima credendi via.* Cod. Florent. nonnullis addit: *Spontaneus, qui Trinitatem in typo vidit, ac maiestatem in mysterio venerans est;* hic fuit obediens, etc. AREV.

16. De sepulcro Abraham dictum num. 5. De quercu Mambræ, quam alii terebinthum ex verbo Hebrew vertunt, præter sanctum Hieronymum agunt Eusebius, Josephus et alii, in Dictionario biblico Calmeti ländtli. AREV.

17. Postemptus Abimelechi, et Ochozach, et Phicol. Genes. xxvi. FONS.

Nid. In Editione Grialii erat sacrificandum, pro quo

## CAPUT VIII.

18. Jacob filius Isaæ, natus in terra Chanaan, dilectus matris, supplantator fratris, humilius quoque, et simplex, et innocentem habitans domum. Illic autem, postquam primogeniti præripuit benedictionem, obedivit matri, et fratrem fructuose patienter cessit, patriamque et parentes relinquens, exsul effectus servitutem longam sustinuit, laborem famis pertulit et frigoris, servit socero, ut pastor mercenarius pavit gregem, exspectans non de divisione sed de gregis lucro mercedem; qui peregre profectus, dum consortio egeret hominum, comitatum meruit angelorum.

19. Hic Domino collectatus prævaluit, hic facie ad faciem Deum vidi; hic famis inopia pulsus, cum præclara progenie ingressus est in Ægyptum. Emensis centum quadraginta septem annis, naturæ reddidit debitum, sepultusque est cum patribus suis.

## 158 CAPUT IX.

20. Lot filius Aram consanguineus Abrahæ, pater Mond, et Amon, apud Chaldaeos natus, homo justus, hospitalis, in Sodomis pie casteque inter nefariorum gentium conversatus, qui propter solum hospitalitatis officium etiam susceptor effectus est angelorum. Sulphureumque exitium ac Sodomitarum evasit incendium, mansaque postmodum in orbe Segor, quæ est iuxta mare Mortuum, ubi balsamum gignitur, et copiosa poma palmarum.

## CAPUT X.

21. Joseph princeps Ægypti, filius Jacob ex Rachel, ortus in terra Chanaan, benedictus in primogenitum Israel, et accipiens primatum Ruben, dilectus patri, et solus præ ceteris hæres paternæ possessionis.

22. Hic zelo sublatus a fratribus in lacum mittitur, ob invidiam venditur, factus humilius usque ad servitutem, patiens usque ad carcerem, pudicus usque ad passionem, fit in interpretatione sapiens, in consilio futuri prudens, in regno particeps, in secunditate ordinator providus, in fame dispensator justus, ad reddendam pro malo bona retributionis gratiam promptus, dum injuriam fratribus non repedit, sed fame depulsa necessitatis subsidia contulit.

23. Principatus est in Ægypto annis octoginta. Exactisque ætatis centum et decem annis, longæ quietis gratia diem ultimum, clausit. Sepultusque est in Ægypto, Dei ejus ossa transtulerunt filii Israel in Sichem civitatem.

fideiter posui sacrificandus, quod etiam apud Breuilum aliasque exstat. AREV.

18. Al. Innocens habitans domi. Al. Innocenter. FONS.

20. Isidorus accedere videtur opinioni illerum qui urbem Segor in littore meridionali maris Mortui collocant, ut ad Arabiam pertineat. Eamdem urbem, statim ac Lot ex ea recessit, terra hiscente absorptam, nonnulli tradunt, sed non satis firmis rationibus, Verum de his fusius interpretes. AREV.

23. Vulgata, cap. xlviij, Genes., xxx, sic habet: *Do tibi partem unam extra fratres tuos.* Pro quo Septuaginta referunt: *Do tibi Sichem,* præcepsum super fratres tuos. Alii legunt Sichem. Hebrewum verbum est *Sechem,* aut *Sichem,* quod alibi Vulgata retinet, et Iesu Iacobus hoc loco. AREV.

tom patris sui Jacob, quam nunc tam Latini quam Græci Sichimam vocant. Ipsa est autem quæ nunc vocatur Neapolis urbs Samaritanorum, ubi sepulcrum ejus usque in hodiernam diem cernitur.

### CAPUT XI.

24. Judas regalis successionis insignis proæapia, cui ducatus bellorum, et Israel traditur regnum, qui nomen genti ex suo nomine dedit, præpotens ut leo in regni virtute, et clarus splendore potentiae. Cujus quidem imperii posteritas non cessavit, quoque Christus, quasi catulus Ieronis, ex germine ejus ortus ascenderet, atque spes gentium ex virginali procedens utero mirabiliter coruscaret.

### CAPUT XII.

25. Ruben primogenitus filius Israel, ætate fratribus major, sed posteritatis numero minor, paternum torum polluit, atque ordinem primogenitæ dignitatis amisit.

### CAPUT XIII.

26. Simeon princeps scribarum, et violata pudicitia vindex, non habens hereditatem, sed manens in tribu Juda, particeps in possessione.

### CAPUT XIV.

27. Levi sacerdotalis auctor originis, cum tribu Juda permixtione generis junctus, sed in Israel toto divisus, carens propriæ sortis funiculo, et habitans in universis sortibus fratrum.

### CAPUT XV.

28. Zabulon, possessor maris magni, et littorum, et dominans in cunctis urbibus Phœnicum et Sidonio-  
rum.

### 160 CAPUT XVI

29. Issachar studiosus in laboribus terræ, possidens Galileam, et de benedictionis suæ fructibus dona porrigenus regibus.

### CAPUT XVII.

30. Dan, cujus ex germine Samson, sceptrum tenet Israel, fortis Nazareus, et triumphator in hostibus, obsidens in morem serpentis Philistinorum semitas, et equitatum ejus, ut regalus, spiritu oris sui depopulans.

### CAPUT XVIII.

31. Gad, in procinctu prælia expeditus, pro fratribus trans Jordanem relictis adversus hostes gentesque dimicat, et forti brachio vitor triumphant.

### CAPUT XIX.

32. Aser, deditus insignis, replens deliciis principes.

### CAPUT XX.

33. Nephthalim in pinguedine terræ uberrimus, et in doctrina legis abundans.

### CAPUT XXI.

34. Benjamin inter fratres ortu posterior, imperio

24. Pro imperii posteritas malim imperii potestas. AREV.

26. CAP. xix, Josue, 1 et 2 : *Et egressa est pars secunda filiorum Simeon per cognationes suas; scilicet hereditas eorum in medio possessionis filiorum Juda. Quod satis Isidorus expressit.* AREV.

28. Plerique Editi exhibent Sidonum, quod videtur approbare Munckerus in not. ad Mythologicum

A prior, cujus nativitatis processus matri dedit occubitem. Ipse est lupus vorax et sanguinarius, qui super basem sortis sue manu hostiam sanguinem fudit, et ad vesperam escas principibus et sacerdotibus dividit.

### CAPUT XXII.

35. Ephraim semen Joseph, et adoptivus filius Israël, atque in numero 161 patriarcharum benedictioni testamento relictus; minor ætate fratre, sed majori prælatus gratia benedictionis, in cunctis tribibus fortior, et inter fratres dominator invictus. Hic partem tribus levitarum accepit.

### CAPUT XXIII.

36. Manasses dilatatus in millibus, una cum Joseph patre suo mystice passus tributum [Al. possedit tribum]. Hi sunt patres [Al. proægues] apostolorum et principes populi Iudeorum, tribus Jacob, et praeclaræ progenies Israel. Quibus pater moriens proditiarum copiis, sanctificationis gratiam dereliquit. Quicunque, regaante Joseph in Ægypto, regnaverunt, ibique etiam post longam vitæ quietem occubuerunt atque sepulti sunt.

### CAPUT XXIV

37. Job filius Zaras de Bosra rex Idumæorum, quartus post Esau, successor Balach filii Beor, homo gentilis, fide clarus, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in elemosynis largus, dives in censu, extemplo factus egenus, locuples in liberis, repente orbus: tentationi traditur, sed contra tentationem fidei lorica armatur [Al. fide religionis armatur], factus gloriösus in certamine, sequanumis in dolore, damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisque vulnera patienter acceptip [Al. exceptit], et inter supplicia semper Deum glorificavit, male suadentem insuper sapienter sustinuit conjugem; verba amicorum ratione superavit; unde, et pro tanta virtute patientia, duplice in fine renumeratione sublevatur, recipiens post rerum causum multiplicem claritatem honorum [Al. donorum].

38. Post noctem enim tristitiae, diem genuit; post fetores ulecerum, casis fragrantiam edidit, post abjectionem, cornu uincionem regni promeruit, et tibiam in accentu laudis assumpeit. Vixit autem post plagam centum quadraginta annis, et fuerunt omnes dies vitæ ejus ducenti quadraginta octo anni, et mortuus est 162 atque sepultus in regione sua. Hunc Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratri Abraham descendisse stirpe, et fuisse eum temporibus patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe creditur generatus, secundum quod in exordio voluminis ejus notatur: *Vir erat in terra Hus nomine Job.*

Fulgentii, pag. 29, quia scilicet Editionem Grialil non viderat. AREV.

37. Isidorus cum Ambrosio et August. putat eundem Job et Joab Genes. xxxvi; aliter Hieronym., in Heb. Quæst. et quæst. 36 in Genes.

— Al. Sua dama insuper, patientem sustinuit conjugem.

## CAPUT XXV.

39. Moyses filius Amrom ex tribu Levi, dux et prophetæ Israel, regis filia adoptivus, Dei amicus, Pharaonis dominus, in rubo flammante et non urente, vocibus angelicis evocatur, quem ut exemplo firmaret Deus, insinuatam ejus manum iussit emori, et rursus retractæ vigorem et motus reddidit, et caloris [Al., coloris] : cuius facies spe [Forte specie] futuræ glorie illuminatur, humiliis, ut ait quidam sapiens, in recusando ministerio, subditus in suscipiendo, in conservando fidelis, in exquirendo pervigil, in regendo populo vigilans, in corrigendo vchenens, in animando ardens, in sustinendo, patiens, qui pro subiectis se Deo interposuit consulenti, opposuit irasceret.

40. Hic pro populi libertate propriam objectit salutem, regis savissimi non minas, non tela trepidavit. Quin etiam extulit contra dracones ejus virgam, ac per manum Dei oppugnatores Israel decem plagiis ejus imperium verberavit. Primum in cruentem vertit fontes et flumina, dehinc ranarum multitudine urbes, muscarum nubibus aera complevit, locustis vastavit cuncta virentia, mortem intulit iumentorum, percussit ulcere homines, vastavit grandine terras, obduxit tenebris cœlum, eorumque primogenita valido terrore peremit.

41. Post haec expoliavit Ægyptios, eductisque populis eremi paudit iter flammæa præcedente columna. Nec mora, mare transiens dividit, refrenatisque hinc lido aquarum cumulis, pergenti populo viam sicco vesigio præbuit. Hostes dehinc operuit fluctibus, atque amaras aquas per lactum ligni in suavitatem convertit. Quin etiam inter hæc esurienti Israel cœlestè præbuit pabulum, volucrumque escis replevit loca castrorum.

I 63 42. Percussit insuper petram, atque extemplo dura saxorum crepidine copiosa fluenta manarunt. Ascendit quoque verticem montis Sinai, faciem Domini contemplatur, ibi quadraginta dierum jejunia pertulit; descendens incendit vitulum, sacrificatos prostravit gladio, legem acceptam a Deo populo tradidit, ritumque religionis instituit.

43. Inter hæc quoque bella gessit, victoriis clruit, virgam in manu tenens; hostes quos non contigit, superavit: lethiferos aspidum morsus ærei serpentis aspectu sanavit. Dathan et Abiron, terræ compagibus ruptis, viventes profundo hiatu dejecit. Ad extremum concendit montem Nebo, terramque reprobmissionis, demonstrante Domino, aspicit. Mortuusque est, jubente Domino, in monte Abarim; sepultusque est a Domino in valle Moab, quæ est in Arabia.

44. Rexit autem populum Dei in eremo annis quadraginta, obiitque annorum centum viginti. Quidam autem eum vivere testantur, pro eo quod sepulcrum ejus non reperitur. Et quia apparuit Domino in monte Thabor cum Elia, mortuum autem illum esse, non raptum, certissime sacra Scriptura testatur.

39. Nomen esse Ægyptiacum Moyses aiunt Philo, Josephus et Aben Ezra.

40. Notatu digna occurrit nonnulla Scripturæ discrepantia, quæ inter varias lectiones videi potest.

## PATROL. LXXXIII.

## A

## CAPUT XXVI.

45. Aaron frater Moysi, et insignis miraculorum socius, atque in Lega sacerdos Domini primus, cuius virga sorte electa, fronde et germine floruit. Quique thuribulum in dextra gestans, furenti se flammæ opposuit, atque stans inter vivos et mortuos, objectu sui corporis transire ignem ad agmen viventium non permisit. Illic per hostiam victimarum, et sacrificium sanguinis, futuram Christi passionem expressit: hic ius et principatum sacerdotum per ordinem generis et successionis sue transmisit.

46. Anno autem quadragesimo egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, cum esset annorum centum viginti trium, mortuus est juxta Petram, insigne Arabie urbem. Ibi et sepulta jacet soror ejus Maria, ubi etiam et nunc usque ostenditur rupes, qua percussa, Moyes aquas sitienti populo præbuit. Est autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

## CAPUT XXVII.

I 64 47. Josue filius Nun, ex tribu Ephraim in Ægypto natus, Moysi discipulus, et potestatis successor, novique prælii triumphator. Qui, quoque expediret victoriam ut sol staret, cœlo imperavit. Jordani etiam cursum transiit suo resistere [Al., stare] fecit. Jericho inexpugnabiles muros clangentium tubarum sono dejectit.

48. Chananæorum evertit regna, reges extinxit, ac populum Dei solus in terram reprobmissionis induxit, eamque sorte distribuit. Viginti septem annis præfuit in Israel. Occupuitque centum et decem annorum atque sepultus est in Tamnahibare civitate sua, quæ sita est in latere montis Gaas, contra Aquilonem, ubi usque hodie insigne monumentum ejus ostenditur. Est autem in tribu Dan.

## CAPUT XXVIII.

49. Phinees sacerdos, filius Eleazari sacerdotis, filii Aaron, zelum Domini agens, Zambri coeuntem impudicum simul cum scorto Madianitide telo percussit, atque perpetuas sacerdotii infulas præmiumque victimarum in generationibus Israel meruit, pro eo quod zelo divini amoris accensus iram Domini feriendo placavit.

## CAPUT XXIX.

50. Gedeon filius Joas ex tribu Manasse, genitus in solitudine, liberator populi, et multorum pater existit filiorum, manu fortis, consilio strenuus, signis explorans futuræ documenta victoræ, potentiamque Dei in vellere. Illic cum trecentis viris aquam lingua lambentibus, non tela in dextris, sed tubas, nec læva clypeum, sed hydrias præferentibus, hostem terrore perculit, ac victor de Amalech fortiter triumphavit. Judicavit Israel annos quadraginta, mortuusque est senex, et sepultus in sepulcro Joas patris in Ephra de familia Ezri.

Legendum videtur Dei propugnatoris Israel. AREV.

50. De hoc Isidori capite conferendi sunt Bollandiani, ad diem 7 Septembris, pag. 85. AREV.

## CAPUT XXX.

**165.** *Li. Jephite Galaadites, felix in prælia, fidelis in promissis, affectum pietatis exsuperans tolerans mentis. Hic enim reverat Deo, ut si quid illi post victoriæ revertentis primum occurseret, immolarebat. Nam rediens ex hostiis, Ammonitarum triumphator, ne pollueretur labe perjurii, pollicitata sponsonem complevit, ac filiam, quæ victori occurserat, immolavit. Judicavit Israel sex annis, et mortuus est sepultusque in civitate Galaad, quæ est in dimidia tribu Manasse.*

## CAPUT XXXI.

**52.** *Samson, filius promissionis, genitus patre Manue ex tribu Dan, Nazareus vocatus, liberator Israel, et omnium fortissimus. Iste rugientem mactavit leonem, favumque ab ore mortui tulit, seras quoque portarum bumeris tollens, in vertice montis impo-  
suit. Vulpum caudis igne vincis totam regionem Philistariorum succendit. Vincus etiam rescissis lunibus, maxilla asini mille viros peremit. Nervis in-  
texta vincula, ut lancea fila, disrupta.*

**53.** Post hæc avaritia illecebrosæ mulieris dece-  
pit, detonsis crinibus, viam suæ virtutis amisis : nec mora, effossis oculis, columnas templi cœnaculus, ruina oppresus pariter cum bestiis defecit. Judicavit Israel annis viginti et positus est in sepulcro patris sui in civitate Eschol, quæ est in tribu Juda, decimo procul lapide ab Eleutheropoli, contra septentriona-  
lem plagam, juxta viam quæ dicit Nicopolium.

## CAPUT XXXII.

**54.** *Samuel propheta, filius Elcana, de Ramatha, ex tribu Ephraim, connumeratus Moysi in sacerdotibus C  
Dei, ab ipso cynabulis Domino **166** consecratus, se-  
dulus in ministerio, in gente princeps, in templo  
vates, cuius verbo obtemperaverunt cœli, occurre-  
runt nubila, effusi sunt imbre.*

**55.** *Hic triumphator ex hostiis, Adjutorii lapidem posuit; hic primum principem in regno unxit. Sepultus est autem in vico suo Ramatha quæ est in Bethlehem ; cuius ossa Arcadius Augustus de Judæa in Thraciam transtulit, et super tumulum ejus Christi aram erexit.*

## CAPUT XXXIII.

**56.** *David, rex idem atque propheta, ortus de genere Juda, filius Jesse, natus in Bethlehem, puer pastor ovium inter fratres etate minor, virtute præstantior, a Domino in regnum vocatus, a propheta in regem unctionis, belliger juvenis, in certamine singularis, in triumpho gloriosus, vincendo veteranus, patiens in adversis, prudens in periculis, in peccato proprio dolens, in alieno funere lugens, pronus ad penitentiam, velox ad veniam, in convicio mitis, ad misericordiam facilis.*

**57.** *Qui inimicum regem, dum posset, innocuum non tantum reservavit traditum, sed et vindicavit occisum.*

**58.** *Laudat Isidorus, quod Jephite fidelis in pro-  
missis filiam immolaverit. Quæ sententia a nouulis  
sanctis Patribus recentioribus, quæ theologia probata,  
testimonio sancti Pauli, Hebr. xi, 32, 33, confirmari  
potest: Alii in aliis abeunt sententias, quæ exponuntur  
a Calmetto eruditissima Dissertatione de Voto Jephite. AREV.*

**59.** *Al., inter Sar, et Eschol: Jud. xvi. FONT.*

A *Hic leonem et ursum sine gladio interfecit, cithara suavitate immundum spiritum populi, gigantem expul-  
gnavit. Igitur quadraginta regni, et septagesima  
etatis anno, diem vitæ supremam consummavit, sa-  
pulusque est in civitate sua Bethlehem, quæ alio  
vocabulo dicitur Ephrata, ubi etiam Dominus noster  
Jesus Christus secundum carnem est natus.*

**58.** *Ibi quoque, et Rachel, cum Benjamin peperi-  
set, occubuit. Ibi etiam sepulcrum Jesse patri David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Juda sexto ab Jerusalem millario positus contra meridiem in itinere quo pergitur in Hebron.*

## CAPUT XXXIV.

**59.** *Salomon filius David editus ex Bethsabea in Ieru-  
salem, antequam nasceretur, vocatus sapientissimus  
omnium, et dominici dedicator templi: felix impe-  
rio, paternis meritis impar, dilectus a Deo, sapientia  
in iudicio, in sententia justus, pacificus in regno. Qui  
poposcit **167** sapientiam, et impetravit, ut sciret  
dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementa-  
rum, naturos animalium, et cogitationes hominum.*

**60.** *Hic quoque mores composit, rerum naturas  
reperit, sacramenta Christi et Ecclesie revelavit. Cujus  
principia bona fuerunt, novissima vero mala. Nam,  
post multarum virtutum gloriam, amore depravatus,  
semineo, et acceptam sapientiam perdidit, et in pro-  
fundum idolatriæ fonda ruina demersus est. Qua-  
draginta annis regnavit, quinquaginta et duobus aetatem  
pergit. Deinde haec imperio et vita dedit,  
sepultusque est in civitate patris sui Bethlehem.*

## CAPUT XXXV.

**61.** *Elias Theshites sacerdos magnus atque propheta, habitator solitudinis, sibi plenus, devotione sum-  
mus, in laboribus fortis, industria solera, excellenti  
ingenio praeditus, in exercitatione disciplinae structus,  
in sancta meditatione assiduus, metu quo mortis in-  
trepidus, verberavit tyrannos, sacrilegos interfecit,  
multisque signis virtutum effusit. Triennii namque sic-  
citate clausit imbris cœlum. Oravit rursum, et cœlum  
dedit pluvias, mortuumque mulieris filium suscitavit.*

**62.** *Cujus virtute hydria farinae non defecit, vas  
olei perpetuo fonte manavit. Cujus verbo super  
sacrificium ignis de celo descendit. Hic dux quin-  
quagenarios eum milibus cœlesti igne combussit.  
Jordanem transiens, tactu melotis abruptus. Post  
igneo curru in cœlum raptus ascendit, venturus juxta  
Malachiam prophetam in fine mundi, ac precessa-  
rus Christum, numeratus ultimum ejus adventum  
cum magnis virtutibus prodigiisque signorum: ita  
ut etiam in terra bellum gerat Antichristus adversus  
eum, vel qui cum eo venturus est, et occidet eos,  
cadavera quoque eorum in plateis insopulta jacebunt.*

**63.** *Deinde suscitatæ a Domino regnum Antichristi*

**64.** *Canticum Canticorum videtur innuere Isidorus,  
dum ait Salomonem sacramenta Christi et Ecclesie  
revelasse. AREV.*

**65.** *Adversus eum, vel qui cum eo: hoc est, adver-  
sus eum et qui cum eo; nam vel pro ei populus. AREV.*

**66.** *Tertullianus, lib. de Anims, c. 45 et 50, de  
Elia et Henoch: Meritari reservantur ut Antichri-*

plaga magna **168** percutient, Post hæc veniet Dominus, et interficiet Antichristum gladio oris sui, et eos qui adoraverunt eum. Et regnabit Dominus cum omnibus sanctis suis in gloria sempiterna.

**64. Item.** Elias Thesbles de terra Arabum, de tribu Aaron, cum esset in utero matris suæ Galaath, Sobac pater ejus somnum vidi, quod nascentem Eliam viri candidis vestibus salutabant, igneisque eum vestimentis [*At. Institi*] obvolvebant, atque pro cibo ignem ei ad nutriendum subministrabant. Hoc visum pater ejus propheta in Jerosolymis indicavit, hocque ab eis accepit responsum: Ne timueris, inquiunt, erit enim natio ejus lumen, verbumque ejus fixis sententiis. Judicabit enim Israel in gladio et igne.

#### CAPUT XXXVI.

**65.** Elisæus Eliæ discipulus, ex Abel Meula oppido, ex tribu Ruben, in cuius ortu aurea vitula in Ga'galis mugitum dedit, ejusque vox in Jerusalem personavit. Tunc quidam præsagus vates prædixit: Hodie in Israel natus est propheta, qui cuncta eorum destruet idola.

**66.** Hic gemino Eliæ glorificatus spiritu, plurimis atque magnis virtutum signis emicuit. Jordanem transitu suo divisum, refrenatis undis, retro convertit aquas Jericho steriles, demerso vasculo, ad secunditatem perduxit; pueros insultantes sibi verbo tradidit bestiis repte vorandos; sanguineas aquas in necem hostium decurrere fecit: inter hæc sterilem conceptionem verbo secundavit, ejusque silium mortuum suscitavit; ciborum temperat amaritudinem, **169** denique ex decem panibus plebea relecta reliquias coligit.

**67.** Et Naaman lepræ stigmatibus a vacro ordanis purgavit; lepra quoque maledictum aspersit discipulum: ferrum securis in Jordane mersum, ligno in aquas missa, supernatare fecit. Hostes Syriae cæcitate pereveravit, mortem incredulo prædictis, fragore quadrigarum fugavit hostem, obsidionem dispersit, famem repulit.

**68.** Postremo post mortem exanimis cadaveri vitam dedit. Cujus sepulcrum usque hodie in Sebastia civitate ostenditur honore satis dignum, et digna habitu veneratione.

#### CAPUT XXXVII.

**69.** Isaias filius Amos, non Amos prophetæ, sed alius, a sapientia suo exquiratur. Quod deinde suscitandi erunt a Domino, ut regnum Antichristi magna plaga percutiant, fortasse non alio innititur fundamento, nisi his verbis Terribiliter. Certum tamen est, quod resurgent ad gloria immortalitatem. **Arx.**

**64.** Hæc addebatur in tribus exemplaribus Isidori, et habet Epiphanius in Vita Eliæ.

**65.** Abel Meula, III Reg. xix. Abel Muth, in Epiphanius. Abel Rue, in Dorotheo.

*Ibid.* In Vulgata scribitur Abel mehula. In Dorotheo Tyrio mendum est terra Rubim pro ex tribu Ruben. Opusculum inscrititur De sanctis prophetae, apostolis et **171** Clericis discipulis, ac falso Dorotheo scriptum creditur. Editum fuit ab Alberto Fahrissi sicutum eum Isidori et aliorum de simili argutimento libris, qui etiam allud abonymu a opusculo de xii apostolis in Bibliotheca ecclesiastica inseruit. Vaticinium pressaginatum, quod Isidorus referat, in eo Dorothei opere similiter narratur. **Arx.**

**68.** Sebastopolis Samaria, ait Epiphanius.

A terius, qui simili puncupatus est nomine: ille enim ex numero pastorum fuit de oppido Thecoe, hic autem genere nobili ortus in Jerusalem; quem etiam ajunt Hebrei sacerorum fuisse Manasse. In quo sanctus fuit sanctitatis et vitae excellētia, ut unam tantum dicatur habuisse tunicam, et hanc cilicinam, quaqua etiam postmodum pro delicto populi abjecta, sacerdotes membra cooperuit.

**70.** Sed, et hoc ad extremum deposito, iuxta Domini imperium nudo corpore nudoque vestigio in conuentu populorum versatu est, sicque fervorem astivum hiemisque pruinias atque imbrum tempestates sustinuit, ut, et Dei præceptis obediret, et populi deploraret delicia.

**71.** Hic quindecim gradibus ascendentem umbram retrodescendere jussit. Hujus oraculo rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Hunc autem Manasses extensem a vertice per medium sequit, atrocique supplicio excrucialum extinxit.

**72.** Tradunt autem Hebrei duabus ex causis interfictum fuisse **170** Isaiam: una, quod eos appellaverit principes Sodomorum et populum Gomorrhæ; altera, quod, testante Domino ad Moysem: Non poteris videre faciem meam, iste ausus est exclamare: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; non animadvertis cœcata mente Judæi, quod in sequentibus faciem et pedes Dei Seraphim texisse narraverat, ac media tantum ejus vidisse propheta ascribat. Jacet sub quercu Ragel, iuxta decursus aquarum, quas Ezechias rex Iuda C mole constructa terræ exposuerat.

#### CAPUT XXXVIII.

**73.** Jeremias ex tribu sacerdotali ortus, in vico Anathoth, qui est tribus milibus ab Jerusalem, sacerdos in Iudea positus, propheta in gentibus consecratus, antequam plasmaret agnitus, antequam procederet sanctificatus, et ut virgo permaneret, admonitus. Hic prædicare puer coepit, arguens populum ob delicta, et sacerdos cohortans ad poenitentiam, sed plebis perfidae saevientis crudelitate afficitur saepe atque ligatur, in carcerem etiam mittitur, projicitur in lacum, catenis cingitur, ad ultimum apud Taphnas in **Egypto** a populo lapidatur.

**69.** Hebrei asserunt Amos patrem Isaiam fuisse fratrem Amasiæ regis Iuda, de quo IV Reg. xiv.

**70.** An iuditas Isaiæ ad litteram accipienda sit, dissident interpres, ad cap. xx Isaiæ, 2. AREV.

**71.** Isaiam secca per medium sectum, constans traditio veterum est. Vide Calpetum in Dissertat. de suppliis Hebreorum ad Deuteronomium, et in Prolegomenis ad Isalam. AREV.

**72. Tradunt.** Origen. in Isalam, et Hieronym.

*Ibid.* Exposuerat. — Obstruxerat, ait Hieronym.

*Ibid.* Notandum etiam hoc loco, quod saepe alibi notavi, Isidorum interdum nominativum pro ablativo absoluere adhibuisse, ut non animadvertisentes Judæi pro non animadvertisenter Judæis, nisi referas ad traditum, quod processit. De sepulcro Isaiæ Dorothensis sic refert: Conditusque sub quercu est prope fontem Rigel, iuxta transiit aquarum, quas Ezechias rex pulvere obstruxerat. Alii narrant translatum corpus propheta fuisse Panædem ad fontes Jordanis inde Constantinopolium, **Arx.**

74. Sepultus est in eo loco, ubi Pharao rex *Egypti* A cem, sepultusque est jam senex in spelunca regia, habitavit. Verum tamen, quia precibus suis serpentibus ab eo loco effugatis, *Egyptios* a noxio aspidum morsu eripuit, insigni cum veneratione amplissimamente honore iidem *Egyptii* colunt, sepulcrumque ejus insigni cultu hactenus venerantur.

## CAPUT XXXIX.

75. Ezechiel sacerdos, filius Buzi, genitus in terra Sarira, in typo Christi filius hominis nuncupatur. Hic captivus cum Joachim in Babyloniam ductus, ad concavos prophetavit, corripiens eorum **171** offensiones, et zelo Dei motus cuncta eorum crima turpitudinesque arguens. Quem dux populi Israel interfecit, pro eo quod severitate et auctoritate pontificali corripetur ab eo ob impietatem sacrilegii. Sepultus est a populo in agro Maurim, in sepulcro Scm et Arphaxat.

## CAPUT XL.

76. Daniel, de tribu Juda in Betheron superiore natus, gencre nobilis, princeps omnium Chaldaeorum, regumque prosapia et florens patriæ nobilitate. Illic sub Joachim rege Juda, post excidium Jerusalem, cum tribus pueris admodum puer in Babylonem translatu, et princeps Chaldaeorum effectus est, vir glorirosus, et aspectu decorus, mente humilis, corpore castus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute summinus, in prodigiis clarus, terribilis in signis, cognitor secretorum cœlestium, præciosus futurorum, visionum interpres, vindicta castimonie; qui continuatis jejuniis et orationis instantia futura prænoscere meruit sacramenta.

77. Illic inter cætera visionum mysteria, his virtutum gestis atque signis effusit. Principio sceleratorum senum mendacium reprehendens, castitatem, seminas revelavit; tribus hebdomadibus dierum exorans pro populo jejunavit; simulacrum Bel divina aspirationis argumentis elicit: draconem Babyloniam numen ejusdem gentis, ossa pice, et adipe, et capillis confecta, divinæ mentis instinctu, incredibili admiratione disrupta; in lacum quoque missus, rabiem mitigavit serum, atque virtute animi fortis inter frementes securus epulatur leones.

78. Ilunc Darius, postquam Babylonium subvertit imperium, honore maximo habitum, secum tulit et in Medos abduxit. Qui etiam fertur dedito signa in montibus super Babyloniam, dicens: Dum montes a Borea sumaverint, finem instare Babyloniam; dum visi fuerint incendiis conflagrare, finis erit toius mundi. Item dum ad partem Noi refluxerit Tigris, regressio erit populi ad Jerusalem. **172** Vixit autem usque ad tempus Darii regis Persarum, annis centum et de-

74. Aspidum. Hieronym., crocodilorum ait Epiphan. et Doroth.

*Ibid.* Ieremiam lapidibus a Judæis obrutum fuisse, consentit etiam Tertullianus, Scorpia. cap. 8. Arev.

76. De tribu Juda. Vid. Epiph., Hieronym., Joseph.

*Ibid.* Pro prænoscere alii habent prænotescere, quod Isidorianum puto pro prædicere, notum prius reddere; nam supra jam est præciosus futurorum. In Cod. Palat. est promeruit pro prænotescere, aut prænoscere. Arev.

77. Forte, mendacium deprehendens. Consonat his Vorotheus. Vide etiam Josephum, De Antiq., ca<sup>n</sup>.

79. Osce de tribu Issachar, ortus in Belemoth; hic prænuntians dedit signum: Veniet Dominus in terram suam, si quercus, quæ est in Silo, ex semelipsa in duodecim divisa fuerit partes, tollendumque quercus efficerit. Hic in terra sua sepultus, placida quiete dormivit.

## CAPUT XLII.

80. Joel, hic fuit de tribu Ruben, natus in agro Betheron, ubi etiam in pace mortuus est atque sepultus.

## CAPUT XLIII.

81. Amos, pastor, et rusticus, et ruborum mora distingens, propheta non genere, sed gratia vocatio. Illic autem fuit ex oppido Tecue, quod distat ad australiem plagam sex milibus contra Bethlehem. Ultra autem nulla est habitat, sed sola eremi diffusa vastitas patens, usque ad mare Rubrum, atque Iudeorum [Al., Indorum] fines, solis tantum pastribus conscientia, et late vagantium pecorum.

82. Ex hac, itaque pastorali regione fuit Amos, unus de numero pastorum, quem Dominus ablatum inde misit ad populum Israel, præcipiens ei ut in Samariam pergeret, et ibi quæ ventura erant prophetaret, quem Amasias rex frequenter plagiis affecit; novissime Ozias filius ejus, vecte per tempora transfixo, crudeli morte necavit. Post hæc semivivus, evectus in terram suam, post aliquot dies dolore nimio vulneris animam cunctanter [Al., cunctantem] efflavit, sepultusque est cum patribus suis.

## 173 CAPUT XLIV.

83. Abdias, de terra Sichem, ortus in agro Bethacaram. Iste est ille, qui sub Ochozia rege Samariae, centum pavit prophetas. Iste est tertius ille dux cui pepercit Elias, qui postmodum, relicto Ochoziam regis ministerio, Eliæ factus discipulus prophetavit. Quique etiam morte propria obiit, sepultus cum patribus suis in Sebastia civitate, ubi et Elisæus propheta et Joannes Baptista venerabiliter requiescunt.

## CAPUT XLV.

84. Jonas, columba, et dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Opher, ad gentium præconia mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: propter quem periclitabatur navis, sed magister navis latenter reperit, ceteros abjectum devoravit, orantem revomuit; rejectus prædicavit subversionem.

85. Sed contristatus in pœnitentia urbis, et sault. I. 10. Arev.

79. Belemoth etiam Epiphan. et Doroth.

—Si quercus. Al. Quasi quercus, quæ est in Silo, cum ex semelipsa.

80. De tribu Ruben. Hieronym. Epiphan.

83. Quo tempore prophetaverit Abdias, inquirit Mariana in not. ad librum Proemiorum, n. 67, qui etiam similes de aliis prophetis quæstiones explicat in notis ad eundem librum, a nobis suo loco describendis. Arev.

luti gentium invidit; gaudet etiam sub bedere vi-  
rensis umbraculo, et dolet subito arescente. Tradunt  
Hebrei, hunc esse viduam filium quem a mortuis susci-  
tavit Elias. Cujus sepulcrum in quadam urbium Geth-  
semanie demonstratur, quod est in secundo milliaro a  
Sephoriis in itinere quo pergitur Tiberiadem.

## CAPUT XLVI.

86. Michæas, de tribu Ephrem in Morasthi ortus est.  
Hic quoniam peccatum Achab sepius arguebat, sub  
Joram filio ejus de præcipito magno projectus occu-  
buit. Sepultus est in terra sua juxta Polyandrum,  
quod est prope Naim.

## 174 CAPUT XLVII.

87. Nahum, de tribu Simeon, in Heliensi trans Betha-  
rim natus, ibique mortuus, suo jacet in tumulo.

## CAPUT XLVIII.

88. Habacuc, de tribu Simeon, in agro Bethsachar  
ortus est; hic ante biennium regressionis filiorum Is-  
rael de captivitate, in agro Sabarith, qui est in Cœli,  
a vita decessit.

## CAPUT XLIX.

89. Sophonias, de tribu Simeon, filius Chusi, in agro  
Sabath ortus, et gloriosa majorum suorum stirpe  
progenitus, prophetavit, mortuusque est atque sepul-  
tus in agro suo.

## CAPUT L.

90. Aggæus, natus in Babylonia, juvenculus Jerusalem  
venit, ædificationem templi ex parte asperit, ac juxta  
sacerdotum monumenta gloriose sepultus requiescit.

## CAPUT LI.

91. Zacharias de regione Chaldaeorum valde senex C  
in terram suam reversus est, in qua et mortuus est ac  
sepultus juxta Aggæum, quiécit in pace.

## CAPUT LII.

92. Malachias post egressionem populi, in Sophia est  
genitus; vir justus et aspectu decorus, quem Judæi  
Malachiūm, id est angelum Domini ideo asserunt vo-  
citur, quia quæcumque prædicebat, 175 confe-  
stum, angelo de cœlis veniente confirmabantur. Hic  
autem admodum juvenis moritur, atque in agro pro-  
prio sepelitur.

## CAPUT LIII.

93. Nathan propheta, ex Gabaonitis, qui David re-  
gem legem Dei docuit, et peccatum quod esset in Beth-  
sabee prævaricatus manifestavit. Hic etiam quod non  
ædificaret David Domino templum prædictit. Ille Sa-  
lononem ungens, in principem consecravit. Obiit au-  
tem senex in terra sua; sepultusque est cum dignitate.

## CAPUT LIV.

94. Achias Sironites de civitate Heli sacerdos, ubi  
primum tabernaculum et arca Dei erat, Salomoni regi  
prædictit, quod per mulieres gentium a mandatis Dei  
declinaret, et divisionem populi in prole non tacuit.

87. Dorothœus : Et in terra sua sepultus. AREV.

91. Hoc caput deest in aliis. Vide, infra, cap. 97.

95. Propheta a leone strangulatus, de quo III  
Reg. xiii, a Dorotheo vocatur Joath; in Constitutio-  
nibus Apóstolicis, lib. iv, cap. 6, Adonias, quem ad  
locum videndum Cotelerius. Alii Semeam cum pro-

A Mortuus est ergo Achias, atque sepultus juxta quericum  
in Silo.

## CAPUT LV.

95. Addo in Samaria [Ali., Sama Samariæ] natus est.  
Hic est qui ad Jeroboam immolantem vitulum missus,  
in sermone Domini venit, eumque arguit immolantem.  
Hunc ad propria revertentem propter inobedientiam  
leo in via strangulavit, sepultumque tenet Bethel et  
prophetam illum qui eum fecellerat.

## CAPUT LVI.

96. Azarias in terra oritur Sabatha, mortuusque  
est ac sepultus in agello suo.

## CAPUT LVII.

97. Zacharias propheta atque sacerdos, filius Joiadæ  
sacerdotis, 176 qui et Barachias cognominatus est,  
B quem congregatus in atrio domus Domini populus, juxta  
Joas regis imperium, missis in eum lapidibus extin-  
xit. Hunc sublevatum continuo sacerdotes juxta pa-  
trem suum sepelierunt in Jerusalem.

## CAPUT LVIII.

98. Tobias filius Ananiel, ex tribu Nephthalim de ci-  
vitate Cibel, quæ est in regione Galilææ. Hic captivus  
ductus est a Salmanasar rege Assyriorum in Ninive.  
Vir in timore Dei summus, in opere magnificus, in  
misericordia gloriosus, in exequiarum curis devotus;  
qui dum mortuos sepeliret, et inopes pasceret, cœci-  
tate lumine caruit, et post tenebras reseratis oculis,  
lumen claritatis promeruit. Jacet in Ninive civitate  
sepultus in pace.

## CAPUT LIX.

99. Tres pueri, ex stirpe regia clari, memoria glorio-  
sa, scientia eruditi, fide pares, devotione stabiles, in-  
corrupti corpore, sobrii mente, judices provinciarum,  
et regionum principes, paternarum quoque memores  
legum, et a cibis gentilium vel immolatis nequaquam  
polluti, leguminibus vitam degentes et oleribus.

100. Hi vigore virtutis contempserunt mortem, idolo-  
rum non adoraverunt ritum, regem sævissimum fidei  
virtute vicerunt, restinxerunt quoque camini flam-  
mantis incendia, et inter horrendas spissa caligine  
flammas hymnum apertis vocibus cecinerunt. Jacent  
in Babylonia pariter sub uno specu positi, et cum  
magna veneratione sepulti.

## CAPUT LX.

D 101. Esdras sacerdos Dei, qui a plerisque Malachias,  
id est angelus Dei vocatur. Ille sacrae scriptor exstitit  
historiæ, atque alter lator legis post Moysem, nam-  
que post captivitatem legem incensam ex gentibus  
renovavit, Hebraicarumque litterarum elementa  
177 invenit. Hic reduxit Israel, et redificare fecit  
Jerusalem. Mortuus est autem ac sepultus cum patri-  
bus suis humatus in Jerusalem.

phetam appellant, alii Jeatum. Nonnulli Achiam  
fuisse suspicantur. Non facile est, nec refert, verum  
nonnen investigare. AREV.

101. Nonnullos existimasse Malachiam fuisse Es-  
dras, legitur etiam in Procœliis, ubi quedam Ma-  
riana annotavit. AREV.

## CAPUT LXI.

**102.** Zorobabel et Nehemias, ex tribu Juda, sub Dario rege templum Domini edificant, muros Jerusalem extrahunt, atque Israel ad pristinum status reducunt, cultum quoque religionis jusque sacerdotiam et Levitarum restituunt. Item et ipsi in Jerusalem sepulti quiescunt.

## CAPUT LXII.

**103.** Esther regina, filia fratris Mardochæi, de stirpe Benjamin, captiva de Jerusalem in urbem Susim translata est, atque aspectu formæ, et perspicua virginitatis excellētia regi Persarum connubis copulata. Hæc, ut populum suum a periculo liberaret, morti se obtulit, amicunque regis aduersus populū Dei nefaria persuadentem, cruci tradendum persuasit, gentemque liberam ab excidio eruit atque a servitute eripuit. Jacet sepulta in Susis, urbe Medorum, in qua etiam regnavit.

**104.** Fontidonus diversam lectionem indicat *Aapæli* pro *Bethulia*. Sed quid sit *Aapæli*, non intelligo. Græcus et Syrus ferunt *Manasse* sepultum fuisse in agro inter *Dothaim* et *Belmon*. Pro *Belmon* alii legunt *Belmaim*, *Belma*, *Balem*, *Baalmeon*. Putant nonnulli sermonem esse de *Abilæ*, *Abelindæ*, aut *Abillina*. Verum non satis hæc coherēt cum *Vulgata* nostra, quæ præferranda est. *Judith*, viii, 3: *Mortuus est (Manasses) in Bethulia civitate sua, et sepultus est illuc*

A

## CAPUT LXIII.

**104.** Judith vidua, filia Merari, de tribu Simeoni, magnanimis in gloria, viris præstantior. Hæc pro salute populi morti se obtulit, nec trepidavit furorem regium. Nam dormientem necavit principem, salvo pudore suis civibus triumphum victoriæ reportavit. Vixit autem annis centum et quinque, sepultaque est in spelunca viri sui Manasse in Bethulia civitate, quæ est in tribu Juda inter *Dothaim* et *Balmon* [Aet., Babylon.]

## 178 CAPUT LXIV.

**105.** Machabæi septem fratres, in lide stabiles, in spe fortes, divinae legis constantissimi observatores, inter tormenta acerbissima patientes, ab Antiocho rege pro lege Dei cum matre eorum atrociter interempti, coronas martyrii meruerunt.

**106.** Machabæi quoque, quos triumphos gesserint adversus gentem Persarum, vel de circumfinitimis aliis nationibus, et quomodo pro legis observantia plurimum sunt puniti, eorum plenissime narrat historia.

*cum patribus suis.* Et cap. xvi, 28: *Ac sepulta (Judith) cum viro suo in B thulia.* AREV.

105. In Cod. Veron. ita de Machabæis legitur: *Machabæi septem fratres ab una matre nomine Machabæa geniti, custodientes legem, patri traditione non manutaceantes carnes porcinas. Ob hoc ab Antiocho rege sævissimo in Antiochia martyrii gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna veneratione.* AREV. *In sex exemplaribus hoc posterius tantum legitur.*

## EX NOVO TESTAMENTO.

LXV. Zacharias.  
LXVI. Joannes.  
LXVII. Maria.  
LXVIII. Simon Petrus.  
LXIX. Paulus.  
LXX. Andreas.  
LXXI. Jacobus Zebedæi.  
LXXII. Joannes.

LXXIII. Philippus.  
LXXIV. Thomas.  
LXXV. Bartholomæus.  
LXXVI. Matthæus.  
LXXVII. Jacobus Alphæi  
LXXVIII. Judas Jacobi.  
LXXIX. Matthiæs.

LXXX. Simon Zelotes.  
LXXXI. Duodecim Apostoli.  
LXXXII. Lucas Evangelista.  
LXXXIII. Marcus Evangelista.  
LXXXIV. Barnabas.  
LXXXV. Timotheus.  
LXXXVI. Titus.

## CAPUT LXV.

**107.** Zacharias et Elisabeth ante Deum justi, steriles in juventute, secundi in senio, requiescent in Jerusalem.

## 179 CAPUT LXVI.

**108.** Joannes Baptista filius Zachariæ, ex tribu Levi, in Jerusalem ortus, angelo denuntiante conceptus, prænuntius Christi, præco Judicis, propheta Altissimi, vox Verbi, amicus Sponsi, testis Domini, lucerna Luuminis, terminus prophetarum, baptismatis initium; qui prænuntiatus parentis vocem abstulit, genitus officium linguae resolvit; qui nequam editus Christum prophetavit, salutavit in utero, in columba agnouit, in deserto monsavit.

**109.** Cujus vestimentum lanugo fuit camelorum, habitatio eremus, victus mellis, et locustarum cibus. Hic, dum Herodi prohiberet fraternum violare conubium, carceralibus tenebris emancipatur. Cujus caput regis, filia Iudi præmium a patre postulavit; at ille desectum male poscenti filiæ ebriosus inter pocula dedit.

**110.** Quidam. Vid. Ambros. *Ibid.* Ille Isidori locus laudatur ejus nomine ab auctore sermonis de Assumptione Mariæ virginis, qui a nonnullis Ambrosius Autpertus esse creditur; cuius verba protuli in Isidorianis, cap. 61, num. 12.

**C** 110. Sepultus est in Sebastia oppido Palaestina, quæ olim Samaria vocabatur; quam Herodes rex Judææ, Antipatri filius, ob honorem Caesaris Augusti Græco sermone Augustam vocavit.

## CAPUT LXVII.

**111.** Maria (quæ interpretatur Domina, sive illuminatrix), clara stirps David, Virga Jesse, Mortuus conclusus, Fons signatus, Mater Domini, Templum Dei, Sacrarium Spiritus sancti, Virgo sancta, Virgo fæta, virgo ante partum, virgo post partum, salutationem ab angelo accepit, et mysterium conceptionis agnoverit: portas qualitatem inquit; et contra legem naturæ obsequii idem non renuit, quam Dominus Ipse in cruce positus, per sanguinem Testamenti virginis comendavat discipulo, ut ipsum mater haberet vitæ comitem quem filius noverat. *Integritatis esso custodem.*

**112.** Hanc quidam crudeli necis passione afferunt ab hac vita migrasse, pro eo quod justus Simeon complectens brachium **180** suis Christi, prophetaverit, matri Quod aut Isidorus, nec obitus eius uspiam legitur, Autpertus, sive quis alius auctor, ita explicit: *Nec inventar, apud Latinos aliquis tractatorum de ejus morte quidquam aperte dixerat.* Sanctus Epiphanius probabilius esse censebat Deum gratiam immortalitatis

dicens : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* A Iem, tertio lapide ab Urbe, ad orientalem plagam.

Quod quidem incertum est, utrum pro materiali gladio dixerit an pro verbo Dei valido et acutiori omni gladio antepitis. Specialiter tamen nulla vocet história, Mariam gladii animadversione peremptam, quia hec obitus ejus uspiam legitur. Num tamen reperiatur ejus sepulcrum, ut aliqui dicunt, in valle Josaphat.

## CAPUT LXVIII.

**143.** Simon Petrus filius Joannis, frater Andreæ, ortus in vico Bethsádâ provincia Galileæ, qui est juxta stagnum Genesareth, cuius prima vocatio nominis Bar-Johâ, legis directa generalis est. Petrus in Christo Ecclesie arimantem est. Cephas corporis Christi principatus et caput est. Simon Joannis, virginitatis regeneratione incorrupta est.

**144.** Qui dum iusta Ioannem habeatur tertius, juxta Matthæum eligitur primus : nec immixto, quia Apostolorum princeps est. Et confessor primus Filii Dei, et discipulus, et pastor humani gregis, Petrus Ecclesiae, clavicularius regni, amator Domini, atque negator : confiando laudatus, presumendo elatus, negando lapsus, lacrymando purificatus, confitendo probatus, patiendo coronatus, cui nomen ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur.

**145.** Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Asia, atque Italia Evangelium prædicavit, atque harum virtutum signis effusit. Pendulo gressu servidum māre calcavit, præteriens umbra sua mortuos **181** animavit, claudis pristinum reiteravit officium, paralyticis fluida membra in proprium reparavit statum.

**146.** Inter hæc defunctam viduam suscitavit. Anniam et Saphiram reos perfidiæ, mortis animadversione damnavit. Simonem etiam magicis artibus cœlum concendentem ad terrain elisit. Hic postquam Antiochenam Ecclesiam fundavit, sub Claudio Cæsare contra eundem Simonem Magum Romanum pergit, ibique prædicans Evangelium vigintiquinque annis, ejusdem urbis tenuit pontificatum.

**147.** Sexto autem et tricesimo anno post passionem Domini, a Nerone Cæsare in urbe Rôma deorsum, ut ipse voluit, crucifixus est. Sieque post apostolicum meritum, etiam martyrio coronatur. Sepultus Rotho in Vaticano, secus viam Triumphantissime Virgini concessisse, sed Ecclesiæ universæ sensus repugnat, et solum controversia est inter scriptores, virum Ephesi an Hierosolymæ obierit; quam fusa persequitur Titemontius, tom. I, sex primor. Eccles. secu., in Vita Diparæ, et in notis. AREV.

**148.** Caput. Quasi xpcz.

**Ibid.** Quod innuit Isidorus, Cephas esse ex Græco κεφαλή, caput, multi alii veteres crediderunt. Joannes XXII, in Bulla contra Marsilium et Joannem : *Cephas antea Graece interpretatur Latine caput.* Verum nomen Cephas Syrum est, et petram significat, ut Isidorus quoque agnoscere videtur lib. vii Etymolog., c. 9. Quinam auctores de apostolis et LXX discipulis generatim, et de uomullis apostolis singulatione, scripserint, recenset Zaccaria in Bibliotheca selecta Historiae ecclesiasticae, part. II, cap. 8. Illud vero animadversione datum, quod de sancto Jacobo Majore loquens ait : Antonii Rojo historia de sancto Diego de Alcalá criticis suis placere rix poterit. Quid sancto Jacobo Majori aponit, cum sancto Didaco, sive Jacobo Complutensi ordinis Minorum de Observantia laico? AREV.

## CAPUT LXIX.

**148.** Paulus, qui ante Saulus, apostolu gentium, ad vocatus Judæorum, a Christo de cœlo vocatus, in terram prostratus, qui oculatus cecidit, cœcatus surrexit, ex persecutore effectus est vas electionis, ex lupo ovis, inter apostolos vocatione novissimus, prædicatione primus. In lege Gamaliellis discipulus, in Evangelio Christi servus. Cujus patria Tharsus fuit, genus Benjamini.

**149.** Hie secundo post Ascensionem Domini anno baptizatus, dignitatem meruit apostolatus, atque plus omnibus laborans, multo latius inter cateros verbi gratiam seminavit, atque doctrinam evangelicam sua prædicatione implevit.

**B 150.** Incipiens enim ab Ierosolymis, usque ad Ilyrium, et Italiam Hispaniasque processit, ac nomine Christi multarum manifestavit gentium nationibus, quibus ante nōdum fuerat declaratum; eius miracula ista esse noscentur.

**152 151.** Raptus sursum in terrium cœlum descendit, demersus deorsum nocte et die in profundo maris fuit, sed centem Pythonis spiritum imperata di scessione damnavit, adolescenti mortuo vitalem redintegravit spiritum, cœcitate percussit magum, clando proprium reformavit incessum; diri quoque serpentis nec sensit nec horruit horsum, sed igni dedit arsurum, patrem etiam Publî a febribus orando sanavit.

**152 151.** Raptus sursum in terrium cœlum descendit, demersus deorsum nocte et die in profundo maris fuit, sed centem Pythonis spiritum imperata di scessione damnavit, adolescenti mortuo vitalem redintegravit spiritum, cœcitate percussit magum, clando proprium reformavit incessum; diri quoque serpentis nec sensit nec horruit horsum, sed igni dedit arsurum, patrem etiam Publî a febribus orando sanavit.

**152 151.** Raptus sursum in terrium cœlum descendit, demersus deorsum nocte et die in profundo maris fuit, sed centem Pythonis spiritum imperata di

scessione damnavit, adolescenti mortuo vitalem redintegravit spiritum, cœcitate percussit magum, clando proprium reformavit incessum; diri quoque serpentis nec sensit nec horruit horsum, sed igni dedit arsurum, patrem etiam Publî a febribus orando sanavit.

**153.** Inter hæc ligatur a Judæis, traditur gentibus, lapidatur ad necem, in sports per murum demittitur, virgis cœditur, peccatis arctatur, in carcere vincitus terrænotu facte resolvitur, ad ultimum a Nerone gladio cœditur eo die quo et Petrus crucifixus est. Sic enim oportuerat ut hi qui simul confessi sunt uno die coronarentur. Sepultus Romæ in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo sexto, tertio ab urbe milliario, contra occidentalem plagam.

**154.** De sepulcro sancti Petri in Vaticano superfluum est verba facere post eruditissimum opus eminentiss. cardinalis Borgias de Confessione Vaticana. Vide etiam Bosium, Rom. Subterr. II, 2, et Boltarium I, 27. Notandum quod milliaria a foro Romano inciperant, et erant minora milliaribus Italicis. Non vero sat's intelligitur quo sensu sepulcrum sancti Petri dicatur esse ad orientalem plagam. AREV.

**155.** Adventus sancti Pauli in Hispanias antiquissimis testimoniosis comprobatur Hippolyti, Epiphani, Chrysostomi, aliorum; negant alii, et adhuc sub judice lis est. AREV.

**156.** Paulum gladio cœsum eodem anno eodemque die quo Petrus crucifixus est, communis est opinio. Prudentius tenuit eodem die, sed non eodem anno Petrum et Paulum martyrio coronatos fuisse. Vide comment. ad hymn. 12 Peristeph. vers. 5. Paulus contra occidentalem pl. gam dicitur sepultus, quod non facile explicatur. Alii exhibent contra orientalem plagam. AREV.

## CAPUT LXX.

**124.** Andreas, qui interpretatur decorus, frater Petri, secundum Joannem primus, juxta Matthaeum a primo secundus. *Hic in sorte predicationis Scythiam atque Achiam accepit, in qua etiam civitate Patris cruce suspensus occubuit.*

## CAPUT LXXI.

**125.** Jacobus filius Zebedaei, frater Joannis, quartus in ordine, **183** duodecim tribibus quae sunt in dispersione gentium scripsit, atque Hispaniae, et occidentalem locorum gentibus Evangelium praedicavit, et in occasu mundi lucem predicationis infudit. *Hic ab Herode tetrarcha gladio cæsus occubuit. Sepultus in Marmaria.*

## CAPUT LXXII.

**126.** Joannes, apostolus et evangelista, filius Zebedaei, frater Jacobi, virgo electus a Domino, at quo inter ceteros magis dilectus, qui etiam super pectus Magistri recubens, et Evangelii fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potavit, et quasi unus de paradii fluminibus, verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Quique in locum Christi, Christo jubente, successit, dum suscipiens matrem Magistri discipulus, etiam ipse pro Christo alter quodammodo derelictus est filius.

**127.** Hic, dum Evangelium Christi in Asia praedicaret, a Domitiano Cæsare in Parthos insulam metallo relegatur, ubi etiam positus Apocalypsim scripsit. Interfecto autem a senatu Domitiano, exilio resolutus, recessit Ephesum, ibique ob harretorum refutandas versuas, effagitatus ab Asia episcopis Evangelium novissimum edidit.

**128.** Cujus quidem inter alias virtutes, magnitudo signorum **184** huc fuit. Mutavit in aurum sylvestres frondium virgas littoreaque saxa in gemmas. Item gemmarum fragmina in propriam reformatum natum, viduam quoque ad precem populi suscitavit, et redivivum juvenis corpus revocata anima reparavit. Bibens lethiferum haustum, non solum evasit periculum, sed eodem prostratos nœculo in vita reparavit statum.

**124.** Vera fortasse est lectio nonnullorum Codicium, civitate Patras, quasi indeclinabile sit Patras, ut similia urbium nouina aliquando apud Isidorum et alios occurunt. In Asia passum fuisse Andream nonnulli tradunt. A.N.E.V.

**125.** Asseuntur iis qui verbum scripsit alienum censem. Reliqua ex iis quæ Hieronymi Catalogo a Græcis adiecta sunt sumpta videntur.

*Ibid. Marmarica, Al., Carnarica, vel Archis Marmarica, vel Achimarmarica.*

*Ibid. Quæ hoc loco de predicatione sancti Jacobi Majoris in Hispania annotari possent, praecipnata a nobis sunt in Isidorianis, cap. 61. Aliis de hoc argumento scriptoribus addendus est elegans et eruditus Hispanus Joannes Joseph Tolra : *Justificación historicocritica de la venida de Santiago el Mayor a Espana, y de su sepulcro en Compostela.* Matriti, 1797, in-4°. Pro ab Herode tetrarcha fortasse legendum ab Herode Agrippa. His quæ dixi cit. cap. 61 adde Mariyologium Gellonense, sive sancti Guillelmi de Deserto, scriptum anno circiter 804, tom. III Dacherii, initio : *Jacobus, qui interpretatur supplantator, filius Zebedaei, frater Joannis. Hic Hispaniae, et occidentalibus locis praedicavit, et sub Herode gladio cæsus**

**A** **129.** *Hic anno sexagesimo septimo post passionem Domini Salvatoris sub Trajano principe longo iam vetustatis senio fessus, cum diem transmigrationis sua imminere sibi sentiret, jussisse fertur effodi sibi sepulcrum, atque inde vale dicens fratribus, facta oratione vivens tumulum introivit, deinde tanquam in lectulo in eo requievit.*

**130.** Unde accedit ut quidam cum vivere assentant, nec mortuum in sepulcro, sed dormientem jacere contendant, maxime pro eo quod illuc terra sepius ab imo scaturiens, ad superficiem sepulcri conascendat, et, quasi flato quiescentis, deorsum ad superiora polvis ebulliat. Quievit autem apud Ephesum sexto Kalendas Januarii.

## CAPUT LXXIII.

**131.** Philippus a Bethsaida civitate, unde et Petrus, Gallis prædicat Christum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, et tumenti Oceano conjunctas, ad scientiæ lucem sideique portum dederit. Deinde in Hierapoli Phrygiæ provinciæ urbe crucifixus, lapidatusque obiit, rectoque sepultus cadavere, simul cum filiabus suis ibidem requiescit.

## CAPUT LXXIV.

**132.** Thomas apostolus Christi, Didymus nominatus, et juxta Latinam linguam Christi geminus, ac similis Salvatori, audiendo incredulus, videndo fidelis. *Hic Evangelium prædicavit Parthis, et Medis, **185** et Persis, Illyrianisque, ac Bactrianis, et Indis tenentibus Orientalem plagam, et intima gentium penetrans, ibique prædicationem suam usque ad titulum sua passionis perducens; lanceis enim transfixus occubuit in Calamina civitate Indiæ, ubi et sepultus est in bosore.*

## CAPUT LXXV.

**133.** Bartholomæus apostolus, nomen ex Syra lingua suscipiens, Lycaoniam in sorte predicationis accepit, atque Evangelium juxta Mattheum apud Indos in eorum linguam convertit. Ad ultimum in Albano [Al. Abano] Majoris Armeniæ urbe, vivens a crude

occubuit, sepultusque est in Achia Marmarica, VIII Kal. Augusti. Et Hildegertum Cenonianensem, qui saeculo xi et xii Horuit, col. 1550, in Editione Beugdrii, de sancto Jacobo Majori :

Gallicaque solum se gaudet habere colonum.  
In Codice Vaticano Regiae 332, pag. 27, existat narratio anonyma de Jacobi Majoris capite in monasterio Veneto sancti Felicis ad manus existente, in qua asseritur reliquum corpus Compostellæ existere. In Codice Ottobonianæ 124, et in Codice Regiae 1222, descriptus est hymnis in honorem sancti Jacobi, in quo aduentus ejus in Hispaniam et sepulcrum Compostellæ astruitur. A.N.E.V.

**130.** An sanctus Joannes evangelista obierit, an post obitum resurrexerit, ut adversus Antichristum prædictet in fine mundi, a nonnullis quæsumum est. Communis Ecclesiæ sententia est, vere eum, ut ceteros homines, obiisse, neque resurrexisse, aut resurrectur, nisi die extremi iudicii. Vide Benedictum XIV, de Beatif. lib. 1, cap. 14, et Serarium, qui doctum opusculum edidit de XII Apostolis. A.N.E.V.

**131.** De sancto Philippo apostolo confer Patres apostolicos cum notis Cotelieri, pag. 334 tom. I. A.N.E.V.

lissimis gentibus barbaris decoriatur, sicut terrae A conditur.

## CAPUT LXXVI.

134. Matthæus apostolus et evangelista, qui etiam ex tribu sua Levi sumpsit cognomen, ex publicano a Christo electus, ex peccante translatus. Hic primum quidem in Iudea evangelizat, postmodum in Macedonia prædicat, requiescit in montibus Parthonum.

## CAPUT LXXVII.

135. Jacobus Alphæus, episcopus Jerosolymorum primus, cognomento Justus, sororis matris Domini filius, unde et frater Domini vocatus, homo lucis et operarius veritatis, tantæque etiam sanctitatis, ut fimbriam vestimenti ejus certatum cuperent attingere populi.

136. Hic, dum in Jerusalem Christum Dei Filium prædicaret, de templo a Judeis precipitatus, lapidibus opprimitur, ibique juxta templum humatur. Quem Josephus tantæ sanctitatis et venerationis in Iudea perhibet existisse, ut propter ejus Interfectionem Jerosolyma credatur esse diruta.

## 136 CAPUT LXXVIII.

137. Judas Jacobi frater in Mesopotamia, atque in interioribus Ponti evangelizans, feras et indomitas gentes, quasi belluarum naturas suo dogmate mitigat, et fidei dominicas subjugat, sepultus est autem Berytho Armeniae urbe.

## CAPUT LXXIX.

138. Matthias, de septuaginta discipulis unus, et pro Iuda Iscarioth duodecim inter apostolos subrogatus, electus est sorte, et solus sine cognomine. Huic datur Evangelii prædicatio in Iudea.

## CAPUT LXXX.

139. Simon Zelotes, qui prius dictus est Chananeus, zelo Domini servens, par in cognomento Petri, et similis in honore, accepit Ægypti principatum, et post Jacobum Justum cathedram tenuit Jerosolymorum. Post annos autem centum viginti meruit sub Trajano per crucem sustinere martyrii passionem. Jacet in Bosphoro.

140. In Cod. Flor. sancti Marci ita exhibetur hoc caput : *Neitherus in Hebreo donatus exprimitur. Idem appellatur Levi ex tribu, a qua ortus fuit; in Latino autem ex opere publicani nomen accepit, quia ex publicanis fuit electus, et in apostolum translatus, etc.* ABEV.

137. Beritho. Sic Dorotheus; alii, Nerito.

139. Ex adjectis Hieronymi Catalogo a Graecis, quod tam non huic Simoni, sed Simeoni conveniunt.

*Ibid.* Quod Simon Apostolus in Bosphoro jacuerit, incertum aliunde est. Eum in Ægyptio predicasse, et in Perside martyrio coronatum, certioribus documentis constat. AREV.

140. De septuaginta discipulis, aut septuaginta duobus scripsit Dorotheus Tyrius, qui singillatim eos recenset. David Blondelius notas adjecit, et crassiores Dorothei natus indicat. AREV.

144. Dorotheus perperam asserit Lucam Ephesi obiisse. Nonnulli apud Patras Achæas defunctum tradunt, alii Thebis Achæacis. Sed senior est sententia Isidori. Evangelium sancti Luca Græco sermone scriptum esse, uti Evangelia sancti Joannis et Marci, communis est opinio, quam Isidorus quoque tenet in Proœmioru libro, num. 91, ubi querdam auctorata sunt in hanc sententiam. AREV.

*Ibid.* Ossa sancti Luca Constantinopolim, non

## CAPUT LXXXI.

140. Illi fuerunt Christi discipuli, prædicatores fidei, et doctores gentium, qui cum omnes unum sint, singuli tamen eorum propriis certisque locis in mundo ad prædicandum sortes proprias acceperunt.

141. Petrus namque Romani accepit, Andreas Achæam, Jacobus Hispaniam, Joannes Asiam, Thomas Indiam, Matthæus Macedoniam, 187 Philippus Galliam, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zeletes Ægyptum, Matthias Iudeam, Jacobus frater Domini Jerosolymam, Judas frater Jacobi Mesopotamiam.

142. Paulo autem cum ceteris apostolis nulla eorsa propria traditur, quia omnibus gentibus magister et prædicator eligitur. Nam sicut Petro et reliquis circumcisio est apostolatus datus, ita Paulo præputii in gentibus. Hic autem septem Ecclesiis et tribus evangeliat discipulis.

## CAPUT LXXXII.

143. Lucas Antiochenus, evangelista, et apostolicus conscriptor historiarum, natione Syrus, arte medicus, Græco eloquio eruditus, quem plerique tradant proselytum fuisse, et Hebreas litteras ignorasse. Hic tamen fuit Pauli discipulus et individuus comes peregrinationis ejus.

144. Quique ab ineunte pueritia castissimus fuit, et evangelicæ prædicationis opus exercuit. Obiit septuagesimo quarto vitæ suæ anno. Sepultus in Bithynia, cujus quidem ossa regnante Constantino Constantinopolim fuerunt translata.

## CAPUT LXXXIII.

145. Marcus evangelista, Petri discipulus, ejusque in baptismo 188 filius. Cujus quidem Evangelium non nulli a Petro Romæ dictatum ferunt. Hic, ne ad sacerdotium promoveretur, abscedisse sibi pollicem fertur.

146. Primus autem Alexandria cathedralm tenuit, primusque Ecclesiæ Ægyptiorum fundavit, tantis doctrina et continentia virtutibus florens, ut omnes discipuli Christi ejus imitationem sequerentur. Mortuus est octavo Neronis anno in Alexandria, placida quiete sepultus.

Constantino, sed Constantio imperatore, translata fuisse, multorum est opinio. Quibus fundamentis ultraque sententia innitatur, videri potest in Bibliotheca ecclesiastica Fabricii ad caput sancti Hieronymi de sancto Luca, apud quem plerique legunt Constantio, alii reponunt Constantino. In Editione hujus libri sancti Isidori, de ortu et obitu Patrum, quinam Fabricius cum aliis ejusdem argumenti adornavit, notatur sanctum Hieronymum in prefat. super Lucam assignare quoque obitum sancti Lucae anno 74, sed, in catalogo Scriptorum ecclesiast., dicere eum annos vixisse LXXXIV sine uxore; credibile vero esse hæc verba addita fuisse, cum in antiquis Codicibus non habeantur; Glossam ordinariam vitio librariorum accidisse existimare. AREV.

145. In Editione laudata Fabricii hæc est nota ad verbum *abscidisse*, etc. & Dist. 55 : Si quis abscidit, in glossa super verb. Clericus. Et habetur etiam in prologo Evangelii ipsius sancti Marci. Sed hoc eiusdem Marci anachoretæ factum falso tribui Marco evangelistæ docet Baronius, tom. I Annual., sub anno Christi 45, num. marg. 46. > AREV.

146. De translatione corporis sancti Marci Venetias videendas, præter alios, Flaminius Cornelius, tom. XIII Ecclesiæ, Venetar. AREV.

## CAPUT LXXXIV.

**147.** Barnabas, qui et Joseph, natione Cypriæ civitatis, à Cyro rege Persarum conditæ, cum Paulo in gentibus apostolatum adeptus, deinde propter Joannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatur, sejunctor a Paulo, nihilominus evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

## CAPUT LXXXV.

**148.** Timotheus Ephesiorum episcopus de civitate Listrenium, patre Graeco, id est, ethnico, matre autem Judea, ut referat Apostolus dicens : *Quia habebat fides in via tua Leide, et matre*

**147.** De sancto Barnaba Apostolo, ejusque epistola, vide Editionem Cotelerii Patrum apostolic., et Bibliothecam ecclesiastici Gallandii, tom. I. AREV.

**148.** Dicens, etc. Cod. Alban. : *Dicens : Recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta; quæ et habitavit primum in via tua,* etc. AREV.

**149.** Dorotheus Tyrius inepite Timotheum inter septuaginta Christi discipulos recenset, cùm puer a sancto Paulo apostolo secum assumptus fuerit. AREV.

**A** tua Eunice, certum autem scio, quod in te quoque.

**149.** Hic autem fuit discipulus Pauli, ejusque spiritus filius, quem puerum prope secum idem Paulus assumpsit. Qui pudicus et virgo permanxit, quique apud Ephesum in monte qui vocatur Phion, cum magno honore sepultus quiescit.

## 189 CAPUT LXXXVI.

**150.** Titus, Pauli discipulus, et in baptismo filius, natione Graecus, ex gentibus solus a Paulo apostolo post Evangelium circumcisus, quem ad instruendas Crete Ecclesias prefatus reliquit Apostolus. Ibiique in pace defunctus est, atque sepultus.

**B** 150. Neque Titus inter septuaginta Christi discipulos cum Dorotheo colloquendus, qui fuit postea Pauli discipulus. Vide Proli Epist. ad Titum, cap. II, 7. Codex Veron. post epulum addit : *De nomine bus duodecim apostolorum, qui ad universum orbem terrarum dimissi sunt ad prædicandum. Duodecim fuerunt Christi discipuli,* etc. Tribus evangelizat discipulis, ut supra, cap. 81. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## IN LIBROS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI PROCÉMIA.

## 190 Prologus.

**1.** Plenitudo Novi et Veteris Testamenti, quam in canonone catholica recipit Ecclesia, juxta vetustam priorum traditionem ista est.

**2.** In principio videlicet, quinque libri Moysi, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium,

**3.** *Quam in canone.* Hoc libro castigando sèptem exemplaribus utramque : tria Hispani adjecta erant, duo chartacea, tertium in membranis. In duobus chartaceis legitur : *Quam in canone sacro.* Verum dictio sacro redundare visa est, et Hieronymus ubique in canone tantum ait, ut in prologo Galeato, his verbis : *Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, et Iesu filii Sirach liber, et Judith, et Tobias, et Pastor, non sunt in canone.* Augustinus, lib. II de Doctrina Christ., c. 8 : *Totus autem canon Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur.* Erat enim moribus receptum, ut sere in conciuni canon ederetur, omnes divinas Scripturas comprehendens. Ab eo canone libri canonici vocabantur. Quemadmodum e contrario apocryphi libri, id est, absconditi dicti sunt, quoniam enarrata lectione, cum prohibiti essent, occulte tantum, et in latibris utebantur, et in divinis libris absconditi vox aliquando in vetiti significacione sumitur, ut in ps. XVI, vers. 14 : *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum, id est : Quæ lege erant prohibita comedebant.* Sic sane locum intelligit Apollinarius in Psalmorum Metaphrasi, his verbis :

Τῶν χρυφίων ἐπλεσαν ἔχν πολυχανδέα νηδύν-Πληθεύντες πάλαις MARIANA.

*Ibid.* Eruditis notis hic liber in Editione Gralii

**C** id est, recapitulatio legis et quasi secundâ lex.

**3.** Huic succedunt libri Iesu Nave, Judicum, et libellus cuius **191** est titulus Ruth, qui non ad historiam Judicum, ut Hebrei asserunt, sed magis ad principium Regum pertinere videtur.

Illustratus fuit, ut facile Marianam agnoscerem possis, cuius nomine expresso aut indicatio preferentur. Filius de hoc opere disservit in Isidorianis, cap. 62, ubi præfationem quoque a Zaccaria in hos libros præparataem descripsi. In editione Hagonoensi post ecclesia additur quæ *Isidorus senior exposuit*, quasi usque ad verba ista est sit titulus operis. AREVALUS.

**2.** *Id est*, Genes, etc... Numeri, al., Numerus MAR.

**3.** Qui non ad historiam Judicum, ut Hebrei asserunt, sed magis ad principium Regum pertinere videtur. Hieronymus, in prologo Galeato Hebreorum, canonicem referens, ait : *Deinde subtexuit Sophetum, id est, Judicum librum, et in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia.* Numirum Hebrei Abesan, qui post Jephtheni Judæorum populo presul, Booz Ruth maritum fuisse, persuasum habent. Ille Hebreorum opinionem Isidorus refellit, sequiturque Augustini sententiam, si de Doctrina Christian., c. 8, ubi ait : *Totus autem canon Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur ; quinque Moyses, id est, Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, et uno libro Iesu Nave, uno Judicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnum principia videtur pertinere.* Quo loco suspicor Augustini lectio-

4. Nos sequuntur quatuor libri Regum. Quorum quidem Paralipomenon libri duo e latere annexuntur, quia earundem gestarum rerum continent causas quae in libris Regum esse noscuntur,

5. Quanquam et alia sunt volumina quae in consequentibus diversorum inter se temporum texunt historias, ut Job liber, et Tobiae, et Esther, et Judith, et Esdræ, et Machabæorum libri duo.

**192** 6. Sed hi omnes, præter librum Job, Regum sequuntur historiam, deinceps Judæorum annales suis quibusque temporibus persequuntur, continentes tristia, sive lata, quae post excidium Jerusalem judaico populo acciderunt.

7. Ex quibus quidem Tobiae, Judith, et Machabæum esse vitiata, et castigandam ex hoc loco Isidorus. Aliquæ comparatio magis inepit ponit videatur. Faret opinioni Augustini Josephus, lib. v Antiquit. c. 11, cum Heli sacerdotis ætate Ruth historiam acceperit ait, Isidorus ipse eam tantum dicti rationem inferius assert, quod iu eo libello genus regis David referatur. MAR.

4. *Quia earundem gestarum rerum continent causas.* Causæ nomen varie sumuntur; inter alia argumentum significat. Unde rhetoribus triplex causarum genus. Hoc loco negotium, eventum, successumque significare mihi videtur; Hispanorum more, quibus causæ nomen, hoc est, causa, latissime patet linguae vernaculae usu et proprietate, ac iem omnino significat, a qua significatione ait vox non multum distert. Julianus certe imperator latissima ejus vocis significatio bussus est, cum Proceresium ad historiam scribendam hortatur, seque, si id suscipiat, pollicetur de actionibus suis commentarios ad eum curaturum: Taz alitas si μητροπλαγχός τριπλοτάτη ἀπραγμένω τοι. Utitur inferius eadem voce Isidorus in eadem significazione, cum dicit: Deuteronomium autem repetitionem eorumdem librorum, et quasi quodam legis meditatorum dicunt; ea duntur at ratione, pro eo quod illi quatuor propriis rerum gestarum continent causas, iste vero omnium. Locus ex Hieronymo deceptus est, ni i glossæ ordinariæ auctor fallit initio Deuteronomii: Sicut liber, inquiens, Deuteronomii repetitio est quatuor librorum legis; illi enim proprias continent in se causas, iste replicat universa. Casian., lib. vii de Inst. canon., c. 5, et col. 21, c. 14, causam pro re, seu conditione posuit. MAR.

5. Esdræ et Machabæorum libri duo. Mallem legeretur Esdræ duo, et Machabæorum libri duo, ut Aug., unde hæc déumpta sunt; dixit n. de Doctr. Christ., c. 8, bis verbis: Job, et Tobias, et Esther, et Judith, et Machabæorum libri duo, et Esdræ duo. Vox certe duo ad utrumque referatur necesse est, aliqui summa librorum quadriginta quinque Veteris Testamenti lidoro non constabit. Neque movere debet quod in Etymologis, lib. vi, cap. 2, haec verba leguntur: Nec quenquam moveat quod unus Esdræ dicitur liber, quia secundus, tertius et quartus non habeant apud Hebreos, sed inter apocryphos deputantur. Que verba manifeste corrupta sunt. Nam quamvis Hebrei Esdræ et Nehemias sermones uno libro comprehendiunt, quod forte Isidorus in Etymologis secutus est, apocryphi tamen Esdræ non tres libri, sed duo tantum sunt. MAR.

Ibid. In nonnullis miss. deest duo post Machabæorum libri. De verbis Etymologiarum, quæ corrupta censet Mariana, nonnulli suo loco annotati ad lib. vi, cap. 2, num. 28. Cum eo capite Isidorus ac notis, injunctum hoc Proemiorum conferri debet. De numero vero et auctoribus librorum sacrae Scripturae passim interpres. AREV.

6. Sed hi omnes, præter librum Job, Regum sequuntur historiam. Augustinus, loco citato, sic ait: Sicut

A bœorum Hebræi non recipiunt. Ecclesia tamen eosdem inter canonicas scripturas enumerat.

8. Occurrunt deinceps Prophetæ, in quibus est Psalmorum liber unus, et Salomonis libri tres, Proverbiorum scilicet, Ecclesiastes, et Canticorum. Duo quoque illi egregli, et sancte institutionis libelli, **193** Sapientiam dico, et aliud qui vocatur Ecclesiasticus; qui dum dicuntur a Jesu filio Sirach editi, tamen propter quamdam eloquii similitudinem Salomonis titulus sunt prænotati. Qui tamen in Ecclesia parem cum reliquis canoniciis libris tenere noscuntur auctoritatem.

9. Supersunt libri sedecim prophetarum, ex quibus Job, et Tobias, et Esther, et Judith, et Machabæorum libri duo, et Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatum illam historiam usque ad Regnum vel Paralipomenon terminatam. Quod Augustinus de Esdræ libris intellectus, adnotati Regum et Paralipomenon libris, Isidorus ad Tobiam, Esther, Judith, Esdræ, et Machabæorum libros extendit; unde locus subobscurus redditur, quod ut alii libri omittantur, de Tobia præsertim nescio quomodo possit intelligi, cum constet tempore Salmanasar et Senacherib ejus filii, ante eversam Jerosolymam, in Assyria vixisse. Nisi forte Isidorus Regum sequi historiam eos omnes libros credidit, quod post omnes, aut post aliquot reges, res in illis libris explicatae contigerint. Porro Judæorum annales, Joephili historiam, aliosque Hebreorum de rebus suis libros intelligit, unde Sederholm, hoc est, Hebreorum Chronicum ante quadringtonitos amplius aucto confitatum est. — Ibid. Persequuntur. Al., prosequuntur. — Acciderunt. Al., accesserunt. MAR.

C 8. Qui dum dicuntur a Jesu filio Sirach editi. Codex divi Laurentii pro dum dicuntur legit, dum sint. Juxta utramque lectionem (quod frequens in Isidoro est) particula dum pro cum accipitur, quod veteribus etiam usitatum fuit, ut in illa verba Eueidos 1.

Cum venit, subeis iam se Regina superbis.  
Aurea compausit sponda, mediumque locavit.

Servius ait: Sane sciendum, cum, et non male errore a Romanis esse consuetum. Quod vero Sapientiam et Ecclesiasticum Jesu filio Sirach tribuit, et idem inferioris repetit, ex Augustino desumpsit, n. de Doctr. Christian., cap. 8, ubi ait: Nam illi duo libri, unus, qui Sapientia, et aliud, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Jesus filius Sirach eos scriptisse constantissime perhibetur; unde et ex ejusdem August. verbis, lib. xvii de Civit. Dei, c. 20, intelligitur proximis verbis legendum, propter quamdam eloquii similitudinem, non autem propter grandem eloquii similitudinem, ut duo chartacei Hispanenses legebant. Verum non animadvertisit Isidorus, Augustinum n. Retract., c. 4, eam opinionem, quod spectat ad Sapientiæ librum, retractasse. Sane et Hieronymus præfatione in libros Salomonis de Sapientiæ libro ait: Nonnulli scriptorum veterum hunc esse Philonis affirmant, quod lidorus ipse se ipso prudentius secutus est, vi Etymol., c. 2, Philonis, ut ego suspicor, non Alexandrini, sed Biblici, de quo frequens in Eusebio mentio, libris de Preparat. evang. MAR.

9. Ex quibus quatuor sunt, qui majora volumina considerant. Sequitur hoc loco Gracorum et Latinarum opinionem, qui libros omnes prophetarum ab eisdem prophetis quorum nomina preferuntur, compositos esse credunt, cum, vi Etymol., c. 2, Ezechielis et Danielis libros afflirinet a quibusdam viris sapientibus scriptos esse, quae est constans Hebreo.

bus quatuor sunt, qui majora volumina condiderunt, A Id est, Isaías, Jeremias, Ezechiel et Daniel.

10. Reliqui vero duodecim breves sunt, et contigni, et ob hoc uno volumine coarctati, quorum nomina hæc sunt: Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias et Malachias. Quidam autem Jeremias Lamenta segregantes, de volumine ejus resecuerunt, siue quadragesima quinque libros Veteris Testamenti suscipiunt.

11. Hinc occurrit Testamentum Novum, cuius primum Evangeliorum libri sunt quatuor, scilicet, Mattheus, Marcus, Lucas et Joannes. Sequuntur deinde Epistolæ Pauli apostoli quatuordecim, id est, ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad ThessalonICENSES duæ, ad Colossenses, ad Timotheum duæ, ad Titum vero, et ad Philemonem, et ad Hebreos singulæ.

12. Epistolæ quoque Joannis apostoli tres, Petri duæ, Iudeæ, et Jacobi singulæ.

## INCIPIUNT PROOEMIA.

### *De Genesi.*

18. Genesis, juxta fidem historiæ, describit fabri-  
cam mundi, et hominis conditionem, cataclysmum,  
et divisionem terræ, confusionem quoque linguarum,  
gestaque omnium patriarcharum, usque ad ingressio-  
nem Israel in Ægyptum.

### *De Exodi.*

19. Exodus continet Hebræorum servitutem, ac  
decem plagas 195 Ægypti, egressum populi, et nu-  
bem protegentem, transitum etiam Rubri maris,  
intersunque cum curribus Pharaonem, et gloriæ de-  
cantationem, ingressum quoque eremi, cibum manu-  
mæ, & quo alii sunt, percussionem quoque rupis, et  
fluenta in dulcedinem versa, pugnam Amalec,  
mandata etiam Decalogi, et arcam Testamenti, dedi-  
cationemque tabernaculi et oblationem.

### *De Levitiro.*

20. In Levitico autem lex sacrificiorum, hostia-

rum sententia. Rabbi Isaac Harama, præfatione in Cantica, et Rabbi Moyses Kimhi, lib. de Auctoribus sacrorum librorum viros congregationis magna li-  
bru[m] Ezechiel, duodecim prophetarum, Danielis, et Esther scripsiſſe aūint. Quo magis miror ex hoc nu-  
mero Danieli solum inter Chethubim, id est, ha-  
giographa ab Hebreis poni. Hieronymus, prologo in Danieli, et præfatione comment. ad eundem pro-  
phetam, Porphyrium ait occasionem arripiisse calum-  
niandi religionem nostram, quod negaret, Danielis  
prophetiam a propheta ipso editam fuisse, sed a quo-  
dam, qui in Iudea vixit tempore Antiochi Epiphanis,  
afflamarat scriptam. MAR.

10. Al. *Lamentationes*, pro *Lamenta*; et secernunt,  
pro *resecuerunt*. MAR.

14. Matth. xiii, 52, Isai. vi, 3. *Trishagios hymnum* erumpunt. Sic legit Hispalensis in membranis. Septi-  
mancensis: *Ter hagios hymnum erumpunt*. Duo char-  
tacei Hispalenses, et Tarragonensis: *Hagios, Hagios,*  
*Hagios dicentes hymnum erumpunt*. Alludit autem ad illa verba. Isai. vi, 3, ubi de duobus Seraphinis ait:  
*Clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*. Porro  
*hymnum erumpunt* dixit pro in *hymnum erumpunt*, qua-

184 13. Actus etiam apostolorum, et Apoca-  
lypesis Joannis. Fiunt ergo in ordine utriusque Tes-  
tamenti libri septuaginta et duo.

14. Hæc sunt enim nova et vetera, quæ de the-  
sauro Domini proferuntur, e quibus cuncta sacra-  
mentorum mysteria revelantur. Hi sunt duo Ser-  
apim, qui in confessione sanctæ Trinitatis jugiter  
decentantes r̄pis ἄγονο hymnum erumpunt.

15. & Hæc [Forte hæc] etiam dues olives in Za-  
charia, quæ a dextris, et sinistris lampadis stant,  
atque pinguedine et splendore Spiritus sancti totum  
orbem doctrinæ claritate illuminant.

16. Hæc litteræ sacrae, hi libri integri numero et  
auctoritate: aliud cum istis nihil est comparandum.  
Quidquid extra hos fuerit, inter hæc sancta et divina  
B nullatenus est recipiendum.

17. Disposito igitur Veteris ac Novi Testamenti  
ordine librorum et numero, nunc cursim breviterque  
in eos parva procemia narrationum subjiciamus.

## PROOEMIA.

rumque diversitas, indumenta pontificum, et levita-  
rum ministeria describuntur: ciborum etiam dis-  
cretio, et diverse peccatorum purgationes, vel  
hostias ordinantur.

### *De Numeris.*

21. In Numeris vero egressæ de Ægypto tribus  
enumerantur, profectionesque eorum, perfectiorum  
estate virorum, qui egressi sunt de Ægypto, com-  
putatio tenetur inserta. Prophecia Balaam, quadra-  
ginta quoque duarum per erenum mansionem  
sacramenta signantur.

### *De Deuteronomio.*

22. In Deuteronomio autem, quæ est secunda lex,  
narrantur ea quæ inter Pharan, et Topbel, et Laban,  
et Nasroth, usque ad Cades Barne fuerunt populo  
dicta a Moyse: mandata, videlicet, atque promissa,  
maledictiones peccatorum, et promissiones beatitu-  
dinis. Ibi canit canticum Moyses. Ibi dat benedictio-

locationis forma Virgilii est usus, cum, iii. Aeneid.,  
ait:

Interdumque stram prorumpit ad æthera nubem.

MAR.

15. Hæc etiam dues olives. Hæc olivarum compa-  
ratio in uno tantum Laurentiano Codice erat, et in  
altero Hispalensi ad marginem, neque utriusque le-  
ctio consentiebat. Nos locum expungere omnino ausi  
non sumus, obelo nonasse contenti argumento sus-  
pecta lectio. MAR.

16. Al., computandum, pro comparendum. MAR.

18. *Conditio pro creatione*, et *cataclysmus pro diluvio* verba sunt scriptorum ecclesiasticorum, *cata-  
clysmus etiam Varronis et Hygini*. AREV.

19. Indicat Mariana deesse in nonnullis Mes.  
verba, quo alii sunt, percussionem quoque rupis.  
AREV.

20. Al.: *Et diversitas peccatorum, purgationesque.*  
MAR.

21. Al., fortassis, earum pro corum. MAR.

22. *Populo dicta*. Septimancensis et Tarragonensis  
legunt populo data. Et aliqui dare dicere est, ut  
apud Virgilium, *du Tityre nobis*, et *da, non indebita  
posco*. Et contra accipere pro audiare sumitur, Euclid.,

neu filii Israel; ibique, terra reprobationis conspecta, moritur atque sepelitur.

23. Nonnulli autem Hebreorum quatuor tantum libros computant legis, id est, Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros. 196 Deuteronomium autem repetitionem eorumdem librorum, et quasi quoddam legis mediatorium dicunt. Ea duntaxat ratione, pro eo quod illi quatuor proprias rerum gestarum continent causas, iste vero omnium.

#### *De Josue.*

24. In Jesu Nave libro filii Israel, duce Jesu, Jordanem transeunt, ac secundo circumciduntur, subversisque dehinc Chanaanorum gentibus, divisione terrae eorum hereditatis sortes suscipiunt.

#### *De libro Iudicium.*

25. In libro Iudicium continentur peccata et servitutes Israel, exclamationesque populi, et miserationes Dei. — Describuntur prospera, atque adversa bellorum.

#### *De libro Ruth.*

26. Liber Ruth ejusdem Moabitidis textit historiam, de cuius stirpe familia David descendit. Hunc Hebrei libellum ad Iudicium librum subjungunt, pro eo quod in diebus Iudicium gesta esse couinemorant quae in eo scripta sunt; al contra Latini, pro eo quod genus regis David retezat, ortum ex eadem Moabitide Ruth, ad corpus libri Regnorum verius eum pertinere continebunt.

#### *De libro Regum.*

27. Regum liber, quanquam apud Latinos propter

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.

23. Nonnulli autem Hebreorum quatuor tantum libros computant legis. Fuisse qui negarent Deuteronomium a Mose conscriptum esse, Nicolaus de Brya, ad primum Deuteronomii cap., initio, docet, his argumentis: quod initio libri dicatur: *Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses*, non scripsit; quod dicat quæ locutus est trans Jordanem quem fluvium numeram Moyses transmisit; quod in fine Moysis describatur mors. Quæ arguimenta refellere opus non est, et ea tamen opinionem ab antiquis Hebreis derivatam arbitror. Nam recentiores Judæi quinque libros legi, et omnes a Moyse conscriptos esse constanter affirmant. Nam Deuter. xxxi, 9, dicitur: *Scrispsit itaque Moyses legem hanc, et tradidit eam sacerdotibus filiis Levi*, et rursus vers. 24: *Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit, præcepit Levitis*, etc. MAR.

24. Al., divisionem terræ eorum hereditatis sorte. MAR.

25. Notantur tanquam dubia a Mariana verba describantur prospera atque adversa bellorum. AREV.

26. Al., commemorantur pro commemoerant. MAR.

27. Al., partes, pro partibus. — Primus, etc., al., primum Samuel scripsit. — Heli quoque sacerdotium in Samuel mystice suis translatum. Hec est Augustini sententia, l. xvii de Civit. Dei, cap. 4, ubi ait: *Nam Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis et iudicis, et Sauli abjecto, rex David suudatus in regnum, hoc, quod dico, figuraverunt: nempe Veteris Testamenti in Novum commutationem, quod Isidorus illo adverbio mystice significare voluit. Hieronymus, contra Jovianum, ex illis verbis psal. xcvi, 6: Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus, colligit Samueleum non*

A prolixitatem sui 197 in quatuor partibus sit descessus, apud Hebreos tam en in duobus divisus est voluminibus. Quorum primus Samuel scribit, arcum Domini a Iudeis transisse ad gentes, Heli quoque sacerdotium in Samuel mystice suis translatum. et in David Saulis regis imperium.

28. Malachim vero reges Iudeæ, et Israelites gentis, gestaque eorum per ordinem digerit temporum, ipsum quoque Israel ob errorem idolatriæ narrat in Assyrios transmigratum; ad extremum edocet venisse Nabuchodonosor in Jerusalem, capitumque duxisse principem, ac populum, et subvertisse urbem et templum.

#### *De Paralipomenon.*

29. Paralipomenon apud Hebreos sub unius libri B volumine continetur, appellaturque ab eis *Dibre-haiamin*, id est, *Verba dierum*, apud nos autem propter prolixitatem sui in duabus decisus est partitus. Hæc est autem historia ordinem generationum et temporum continens. In qua scilicet non parva sanctarum Scripturarum eruditio continetur.

30. Namque in historia Veteris Testamenti in locis suis aut omnino 198 omissa sunt, aut fortasse non plene digesta, in isto summarum ac breviter explicata sunt, cuius quidem series e latere legis, sive Regnorum adjuncta procedit, perveniens ad illud usque tempus quo et regnorum textus finitur. — Namque ab exordio fabricæ mundi incipiens, pretenditur per ordinem rerum gestarum usque ad ruinam Jerusalem in annis tribus mille septuaginta duabus per generationes septuaginta duas.

C sacerdotem, sed Levitam tantum fuisse. Quæ sententia e:uditis magis probatur. Qui enim rsete sacerdos, præsternim suminus, cum non esset de postestate Aarons? Idei, epist. ad Paulinum, quæ instar est generalis præfationis in sacros libros, sacerdotii mutationem non ab Heli in Samuel, sed ab Abiatar in Sodoch factam esse, competenter ait, earum re legis veteris in novam transitionem significari affirmat. MAR.

28. Al., ab errore, pro ob errorem.

29. Paralipomenon apud Hebreos sub unius libri volumine continetur. Hæc ex Hieronymo sumpta sunt præfatione altera in libros Paralipomenon. Illud de suo auctor addidit, in duabus decisus est partibus; casuum permutatione, ut sepe consuevit. Paulo inferiori, ubi nos legimus explicata sunt, duo chartaceæ explatae sunt. Verum nostram lectionem veriore esse, tum ex plurium Codicum fide, tum ex ea Hieronymi præfatione intelligitur, tametsi sententia non discrepat, utrovis modo legitur. MAR.

30. Namque ab exordio mundi incipiens, etc. Locum obelo conliximus, quamvis trium Codicum lectione subinximus, qui neque in annorum numero, neque in generationum conveniebant. Nos de annorum ratione non magnopere laboramus, cum in ea re, ut in qua maxime, scriptores varient. Eusebius, ab initio mundi usque ad Jerosolymæ excidium sub Nabuchodonosor annos numerat 4610. Hebrei in Sederholm 3338. Nos, cum in ea re nonnulli operæ esset consumptum, annos inveniebamus 3390. Atque hæc de annorum ratione. Quod vero septuaginta duas generationes, seu progenies ab exordio mundi usque ad excidium Jerosolymæ fuisse ait, suspicior lectionem esse vitiatam, et quinquaginta duas generationes posse debere, nempe quot in Luca, quot-

*De libro Job.*

31. Job liber continet ejusdem sauci viri dicens, fumera, vel flagella, et contumeliosa consolantium dicta, lamenta quoque ejus, in quibus totius mundi deplorat miseriam; consolationes etiam Dei ad eum per turbinem, ejusque duplē bonorum in fine remunerationem. Hic autem ex suis passionibus et verbis Christi expressit imaginem; conjux vero ejus carnalium typum designat, qui, intra Ecclesiam positi, vitam spiritualium moribus suis scandalizant.

32. Amici vero ejus speciem præbuerunt hæreticorum, figuramque dogmatum perversorum. Porro Eliu, qui adversus Job gravi exprobratione inauitatur, significat eos qui intra sanctam Ecclesiam arroganter prædicant, et per tumorem cordis ac scientie fastum, quidquid proferunt superbie exemplia ostentant.

*De Psalterio.*

33. Liber Psalmorum, quanquam uno concludatur volumine, non est tamen editus uno eodemque auctore. Decem enim prophetæ sunt qui eos diverso tempore scripserunt, id est, Moyses, David, Salomon, Asaph, Eman, Ethan, Idithun, et filii Core Asir, Elcana, Abiasaph, sive Esdras. Nonnulli etiam Aggæi et Zachariæ esse existimantur.

34. De iis autem qui sine titulis sunt, traditio veterum talis est, ut cuius auctoris præscriptio præcesserit, ceteri, qui sine titulo sequuntur, ipsius esse credantur. Est autem hic liber allegoricis ac typicis sacramentis signatus; specialiter autem, quod natus, quod passus, quod resurrexit Christus, pene hoc omnium psalmorum resonat organum.

35. Scendum autem quod apud Hebreos omnes que ab Hebreis ex veteri Testamento ab Adamo ad illud tempus numerantur. MAR.

32. Al., prætulerunt, pro præbuerunt, et ostendunt, pro ostentant. MAR.

Ibid. Amicos Job speciem hæreticorum præbuisse, in Allegoriis quoque notatur, num. 55. In quo opere multa sunt cum Proceriis communia, quod semei monuisse satis sit. AAEV.

33. Decem enim prophetæ sunt, qui eos diverso tempore scripserunt. Sententia est Hieronymi, non omnes psalmos a Davide fuisse editos, epistola ad Cyprianum, et epistola ad Sopbronium, et prima contra Rusticum. Cum Hieronymo omnes Hebrei convenient. Augustinus varius est initio commentarii in Psalmos, et xvii de Civitate Dei, cap. 14. Cæteri eterne Graeci et Latini expositores, omnes psalmos a Davide fuisse editos tuentur. De re hac nihil in praesentia statuo. Nomina sane prophetarum, a quibus Isidorus psalmos esse compositos ait, in omnibus exemplaribus corruptissime posita erant. Nos veram lectionem restituimus, tum ex Codicim inter se collatione, tum ex prim. Paralip. vi, 22. In filiis Core denarius prophetarum numeros compleetur. Esdras, Aggæus et Zæcharias sub dubio ab Isidoro inter auctores psalmorum numerantur, conjectura tum verborum, tum vi Etymologiarum, cap. 2, ubi cum de re eadem agatur, eorum nomina pretermittuntur. Rabbi Isaac Harrana, in Cantic. præstatione, decem quidem psalmorum auctores numerat, longe tamen aliter quam Isidorus: nempe, Adam, Melchisedech, Abraham, Moysen, Heiman, et Idithun, et tres filios Core, que ad Judeorum fabulas ablegamus. Porro præcipua auctoritate et eruditione viri, Esdram non tantum, ut

A psalmi permisi superunt, et inordinati, quos tamen prius Esdras in unum volumen coegit, et in ordinem, numerusque dispositi, ac perceperunt mysterii sacramento alios præstulit ordine, dum posteriores videantur in tempore. Nam secundum historiam cursum tertius psalmus quinquagesimo posterior est, sed propter mysterium in 200 ordine prior est. Sic enim habentur et ceteri, quia Spiritus sanctus eos præordinavit, ut voluit.

*De libro Salomonis.*

36. Salomon tria volumina editit: primus ex his Proverbiorum liber est; secundus, qui appellatur Ecclestastes; tertius, cuius titulus est Cantica cantorum. In quibus quidem tribus libris trium generum disciplinas composuit, quibus ad rerum scientiam pervenitur. In primis namque ethicam, id est, moralē; post haec physicam, quae qualitatem naturæ comprehendit; ad ultimum theoricam, id est, contemplativam. In Proverbis enim moralia docens, per communem quendam loquendi usum altiorum intelligentiam edidit, conservationemque mandatorum et doctrine celestis institutionem stercoribus veraibus brevibusque sententiis complicit.

37. Sunt autem proverbia sub verbis aliis res aites explicantia, vel significantia, quae aliter quem dicuntur intelliguntur, plus in virtute sententiæ quam in sono verborum, quæ Graeci paremias vocant. In Ecclesiaste vero rerum naturam discutens, cuncta in mundo caduca et vana esse reprehendit [Forte, deprehendit]; rerumque omnium fragilitate perspecta, renuntiare mundo admonuit.

38. In Canticis autem cantorum supergressus visibilia, atque contemplans ea quæ sunt celestia,

Hieronymus, epist. ad Sophronium, ait, psalmos omnes in unum volumen collegisse affirmant, sed etiam pro certo ponunt, ab eodem primum psalmum fuisse compositum, ut esset instar præstationis in universum opus, provocaretque lectorem ad diuinæ legis lectionem. MAR.

34. De iis autem qui sine titulis sunt. Sententia est cum Hebreorum, tum Hieronymi, epistola ad Cyprianum, eo argumento contendit, uidecum omnino psalmos Moysen auctorem habere, a psalmo octuagesimo nono, ubi ejus nomen præfertur, cum decem psalmi sequentes sine titulo sint apud Hebreos. MAR.

35. Al., collegit, pro coegit. MAR.

Ibid. Coegit, etc. Alii: Collegit; de inde septuaginta seniores quodam spiritualis intelligentiae mysterio, dum eos ex Hebreo in Græcum transferunt, et in ordinem numerumque disponunt. AAEV.

36. Trium generum disciplinas composuit. Sic sequit Hieronymus initio commentariorum in Ecclesiast. et epistola ad Paulam Urbicam, nisi quod pro theologie, quam ponit Isidorus, Hieronymus priori loco theologiau, posteriori logicam posuit. Utramque lectionem conjunxit videtur Isidorus ipse, in Etymolog. cap. 24, cum ait: In his quippe tribus generibus phisosophia etiam eloquia divinae consistunt. Nam aut de natura disputatione solent, ut in Geneasi et Ecclesiaste, aut de moribus, ut in Proverbis, et in omnibus passim libris, aut in logica, pro qua nostri theologiani sibi vindicant, ut in Cantic. cantor. et in Evangelii. — Ibid. Institutionem; al., imitationem. MAR.

38. Al., pervenientium pro prehendenda. — Apud.

vel divina, sub specie sponsi et sponsae, Christi Eccl<sup>e</sup> clesiae unitatem declarat, atque animam ad **201** amorem coelestium excitans provehendam ad consortiam Dei provocat. Illud etiam non est omittendum, quod a doctoribus nostris traditur, apud Hebreos hanc suisse observationem, ne cuiquam librum hunc legere permitterent, nisi viro jam perfecte scientie, et laborate fidei, ne forte per imprudentiam infantis, et fidei imperitiam, non tam eridiret cognitio lubricas mentes, quam potius ad concupiscentias corporales converteret.

**39.** Omnes enim Scripturas a doctoribus eorum tradi pueris solium est, etiam eas quas deuteroseis vocant. Quatuor tantum ista ad ultimum reservari, id est, principium Genesis de mundi creatione, Ezechielis quoque principia, in quibus de cherubim scripsit, et finem ejus, in quo templi descriptio continetur, et Canticorum.

#### De libro Sapientie.

**40.** Liber Sapientie, qui vocatur Panaretos, Christi adventum, qui est sapientia Dei Patris, passionemque ejus aperta manifestatio denuntiat. Hunc edidit Jesus, alias Sirach, in quo etiam nonnulla visendi precepta composuit.

#### 202 De Ecclesiastico.

**41.** Ecclesiasticus vera morum pene omnium disciplinam, et sanctae religionis conversationem affatim copioseque conscripsit. Dictus est autem Ecclesiasticus, pro eo quod in medio coetu populi, id est, coram ecclesia fuerit habitus. Hic enim propter niam sensus similitudinem et eloquit parilitatem.

*Hebreos* hanc suisse observationem. Sic Hieronymus, ad Paulinum, de Genesi, et principio atque fine Ezechielia, et Origenes, homil. 1 in Cantica, totidem sermone verbis, quos Isidorus in huic modum: *Aiunt enim observari etiam apud Hebreos, quod nisi quis ad statem perfectam maturamque pervenerit, libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed et illud ab eis accepimus custodi, quandoquidem moris est apud eos omnes Scripturas a doctoribus et sapientibus tradi pueris, simul et eas quas deuteroseis appellant, ad ultimum quatuor ista reservari, id est, principium Genesis, in quo mundi creatura describitur, et Ezechielis, etc.* Porro etiam perfecta xxx annorum erat, ut ait Hieronymus loco citato, et deuteroseis, ut ipse Hieronymus docet epistola ad Alcibiadem, q. 10 et in Ezech. cap. xxxvi, Iudaicæ traditiones, et fabulae erant. Primo Institut. apost. c. 7, Clemens traditions seniorior vocat deuteroseis. Eas Epiphanius Iheren. 33, contra Ptolemaitos, apud Hebreos quatuor libris comprehensas esse ait. Nostra etate Thalmud babylonicum in Misna, et Chemara distributum est, auctore Elia in Thisbi. Misna autem et deuteroseis, quod vis utriusque nominis declarat, repetitionem significant, idem sunt, ac proprie significant precepta vel expositiones legis, quae post Moysen ab Hebreis inventa sunt, qua ratione inter Moysis libros Deuteronomium hoc nomen habet, quod sit velut repetitio præcedentium librorum, et quasi secunda lex, ut ipsis Isidori verba taurum. MAR.

*Ibid.* Animadvertisendum etiam Hebreos existimatne non oportere ut sacrae Scripturæ libri omnes promiscue omnibus legendi traderentur. Et illo quidem tempore quo librorum copia non ita facilis erat, quippe cum manu omnes scriberentur, fortasse non ita magnum periculum imminebat; at nostro tempore, quo typographia beneficio innumera libru-

A Salomonis titulo prænotatur. Constat autem et hunc librum a Iesu, filio Sirachi editum suisse, et inter reliquos sacrarum Scripturarum libros pari habitum veneratione.

#### De Isaia.

**42.** Isaia propheta, qui interpretatur *scilicet Domini*, hic, postquam de altari missus calculus Iobus ejus purgavit, dignus efficitur Spiritus sancti prophetia. Speculaturque dux seraphim in signitate duorum Testamentorum, cum duodecim alia, id est, apostolis, qui predicatione sua totum mundum volueri celeritate discurrunt, tegentes faciem et pedes sedentia in throno Dei, id est, occultantes ea, sive quæ ante sæculi fuerunt exordia, sive quæ post transactam hujus mundi figuram futura sunt.

**43.** Hic tamen post visionem Iudeo et Jerusalem adversus ceteras gentes, quæ in circuitu ejus sunt, prophetice convertit sermonem, et juxta qualitatem lacorum, et vitæ diversitatem, quæ essent eijs malavitur, et virtus eius ministrat. Post captivitatem enim Jerusalem regnique Babylonice comminatur.

**203 44.** Deinde necem Philistihium, vastitatem Moab, exterminium Damasci, et Aegypti commotio nem, et solitudinem maris deserti, obsidionem quoque Edom, Iugam et interium Arabiæ, excidium vallis Sion, subversionem etiam Tyri, sive quadrupedum. Sed figuraliter in visione Iudee Synagoga projicitur, et Ecclesia Domino copulatur. In ruina Babylonice confusio totius mundi superbinque arguitur, et finis ejus monstratur. In vastitate Moab error scientiarum secularis in silentium luctumque mutatur.

rum exemplaria facilime in vulgus prodeunt, quis negat sanctissime ab Ecclesia constitutum suisse ne vulgaris sacrarum bibliorum lectio cuivis sine delectu permitteretur? AREV.

**50.** Omnes, etc. Alii: *Quandoquidem moris est apud eos, omnes Scripturas a doctoribus et sapientibus tradi pueris, simul et eas quas deuteroseis appellant, ad ultimum quatuor ista reservari.* ARÆV.

**40.** Liber Sapientie, qui vocatur Panaretos. Sic legit Tarragonensis. In aliis Codicibus vox Panaretos corrupta erat, nisi quod in omnibus terminabant. Ex verbis ex Hieronymo, prologo in Salomonis opera, errore quadam sumpta ab Iudoro sunt. Fertur, inquit Hieronymus, et Panaretos Jesu filii Sirach liber, et alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quod ergo Hieronymus de Ecclesiastico dicit, Isidorus ad Sapientię librum translatil, non eadem prorsus voce. Nam Panaretos, qua voce Hieronymus est usus, eximium ac præcipuum significat, ab ἀπομνησι, Panaretos autem ἀπὸ τῆς ἀπειᾶς quasi virtutum omnium apothecam. Rabanus, prolog. in Ecclesiasti, Isidori etymon seculus, non dignandi casu, ut ipse, sed nominandi, neque de Sapientie libro, sed Ecclesiastico, propter excellentiam, inquit, virtutum suarum Panaretos, id est, omnium virtutum capax appellatur. MAR.

*Ibid.* Verba Hieron... compausit obelo a Mariana tanquam dubia notantur. AAEV.

**43.** Totum mundum volueri celeritate discurrunt. Hispanismus est, præ Per totum mundum, MAR.

**44.** Excidium vallis Sion. Scilicet constanter legebant omnia exemplaria præter unum Laurentianum, cui, quod recens esset descriptum, non multum fidei tribuebamus, in quo excidium vallis visionis legebatur. Iesai. xxii, 1. Hieronymus et Vulgata Graecus vallis visionis legunt. Septuaginta interpretes ἡγεμόνες γέραζης

45. In eversione *Egypti totius mundi idolatriæ destruantur, tempisque Domini ædificatio prædicatur.* In contritione Philistinum luctus eorum monstratur, qui abiciunt jugum Christi, et elevant se contra scientiam Dei. Porro per Damasenm prædicatio gentium, et ruina ostenditur populi Judæorum. Per onus maris deserti bujus saeculi tentatio declaratur, et quæ illi ventura sunt ostenduntur.

46. Per Idumæam oritur sol justitiae gentium, et tenebrae veniunt populo Judæorum. Per Arabiam prædicatur aqua baptismatis præhenda iis qui fugebunt gentium errores, vel eorum blasphemias. Per vallem Sion perditio prædicatur Jerusalem, et hereticorum, qui de sublimitate Ecclesie ecclerunt. Per Tyrum gentibus prædicatur, ut, saeculi errore deposito, ad Christum Dominum convertantur.

47. Reliqua vero ejus vel de Christo, vel de Ecclesia gentium sunt, sive de consummatione mundi. Prophetavit autem annis ferme LXX, sub regibus quatuor Judæ, ordine atque genere sibimet 204 succendentibus, id est, Ozia, Joathan, Achaz, ad ultimum Ezechia: sub quo pars magna voluminis ejus usque ad calcem texitur prophœtie.

#### *De Jeremia*

48. Jeremias propheta, qui interpretatur *excelsus Domini, simplex in loquendo, et ad intelligendum facilis; qui in omnibus dictis et passionibus suis Redemptoris nostri imaginem prætulit.* Illic, postquam in typo Christi regna destruxit diaboli, justitiae vel fidei ædificavit imperium, jubetur prophetare super omnes gentes, *Ægyptum videlicet et Palæstinos, Moah et Ammon, Edom et Damascum, et Cedar, et super regna Assur, neconon super Iordan, et Babyloniam.*

49. Inter hæc autem videt virgam vigilantem divinæ correptionis et potestatis. Ollam quoque successoriensam, id est, Judaicam plebem igne carnarium desideriorum ardente. Aspicit et duos cophinos feriorum in præfiguratione duorum populorum.

50. Descendit et in domum Agili, et videt diminutionem vasis prioris, et novi inaugurationem ad designandum defectum prioris populi, et successiōnem futuri. Sumit etiam calicem supplicii, atque universis gentibus porrigit. Accipit et lumbare sub exemplo populi Judæorum, atque putrefactum projectat illud in dispersionem trans flumina gentium. Ostendit et calicem aureum Babylonis, per quem

*Sion, id est, verbum vallis Sion, quo loco suspicor, Hebraicam lectionem, ut in plerisque aliis locis, ab antiquo esse mutatam, et pro יְהוָה נִזְבֵּח ut habent Codices Hebraici hoc tempore, et Hieronymus, Septuaginta legisse יְהוָה נִזְבֵּח faciliter inter se litterarum permutatione, lectio commutari potuit; sententia non dissimilis est, cum Rabbi Salomo et Rabbi David Kimhi, commentariis ad eum locum, contendant vatem de valle Sion, atque Jerosolyma esse locutum. MAR.*

45. Jam alibi monui in textu Grialii sere semper idolatria scribi pro idolatria. AREV.

47. *Proprietatē autem annis ferme LXX. Quot annis singuli prophetæ vaticinati sint, haud promptum est explicare. In Eusebii Chronico nisi locus est vita-*

A inebriatus est mundus lethifero idolatriæ hosti. 51. Jubetur et projicere in Euphratem volumen lapidi alligatum, ad demonstrandum interium Babylonis, vel figuraliter totius mundi. Increpat etiam delinquentes, et ad conversionem provocat.

52. Ad ultimum plangit ruinam Jerusalem, tempisque excidium, et dispersionem gentis; quæque non tantum prænuntiavit, sed etiam præsentia vident. Exersus est autem duodecimo anno Josias regis Judæ eo tempore quo et Olda mulier prophetaque ejus per quatuor reges extensa est, sub Josia, et Eliacim, et Joacim, et 205 Sedecia, sub quo eversa est Jerusalem. Annis LXXII et tribus mensibus prophetavit, exceptio illo tempore quo post eversam Jerusalem in *Ægypto* cum populo fuit.

#### *De Ezechiele.*

53. Ezechiel, qui in Latinum vertitur *fortitudo Dei;* hic figurans typice Christum, stat juxta fluvium saeculi, et præclara continetur mysteria.

54. Cernit similitudinem glorias Dei, et quatuor animalia in similitudinem evangeliorum, et rotas se invicem continentis in typo testamentorum. Videt et aurigam, id est, Christum, deorsum igne judicii, sorsum electri, id est, divinitatis fulgore rutilantem. Comedit quoque librum divinæ legis, in quo scriptum est lamentum poenitentium, et carmen justorum, et viae eorum qui post peccatum poenitentiam non egrent.

55. Dehinc accipit laterem, in quo obessa Jerusalem pictura describitur, vel in quo sub typo Christi ejusdem Jerusalem, id est, totius Ecclesie, quæ est et latere Christi formata, mysteria describuntur. Capit et hic propheta somnium sinistri lateris, in typo mortis peccatorum, qui ad levam post mortem supplicia sustinebunt: ac deum a sinistro in dextro latere dormire jubetur propter spem eorum qui per mutationem morum resurrectionis gloriam obtinebunt. Aspicit interea et duas virgas sibimet copulatas, in similitudinem circumcisionis, et gentium, sive aquilam sub Nabuchodonosor, velut Antichristi figura, magnis alis, et volucris celeritate totius mundi imperia occupantem.

56. Plangit præterea sub specie principis Tyri beatitudinem diaboli, quam amisit, et ruinam ejus magnam [Forte, magna] cum lamentatione deplorat. Ad ultimum, arundinem vel funiculum gestans metitur sub specie sanctorum mystice Jerusalem.

tus, ab initio vaticiniti Isaiae usque ad ejus interitum, centum ferme anni elabuntur. Neque minor est diffœlitas in Jeremia, quem Isidorus annis LXXII et tribus mensibus prophetasse ait, et suspicor vehementer locum esse corruptum. Nam Hieronymus, comment. ad ejus propheta cap., uno et quadraginta annis vaticinatum esse ait, præter illud tempus, quando ductus est in *Ægyptum*; ex Eusebii Chronicis, ab initio Jeremias prophetie usque ad eversam Jerusalem, colliguntur anni XLV. MAR.

50. *Diminutionem vasis prioris.* Diminutionem pro communicatione dixit, juxta illud Terentii: *Diminutum ego caput tuum hodie, nisi abis.* MAR.

55. Al., *tyrum mortis:* et Antichristi figuram. MAR.

57. Inter hæc mystica subjicit quædam moralia, falsos criminatur prophetas, atque speculatoribus præcipit ne reticeant malitiam. Quatuor etiam ultionum poenas peccatoribus prædicat, animasque redire ad corpora sua prophetat. Ostendit quoque unumquemque **206** pro se rationem Domino redditurum, nec in progeniem posse ultra diffundi labeni paterni delicti.

58. Objurgat inter hæc sub Oolla et Oolliba omnem turpititudinem Samariæ et Jerusalem; nativitatemque objicit contumeliosam. Sæpe etiam ad pœnitentiam captivos provocat populos, et post prævaricationem admonet populum redire conversum. Hic autem ætatis suæ anno 35, et captivitatis quinto in Chaldaea exsulans prophetavit: ibique vaticinum consummavit.

#### *De Daniele.*

59. Daniel, qui interpretatur judicium Dei, quique etiam de Christo cunctorum manifestior prophetarum est. Denique iste non solum venturum prædicavit, ut cæteri, sed etiam et tempus incarnationis et passionis per ordinem regum et numerum definivit annorum, ita ut potius non videatur futurum prædicens, sed quasi transacta narrare. Hic autem quatuor regnum cernit frequentius visiones, eorumque differentias sub diversis imaginibus intromisit.

60. De Antichristo quoque ostendit quod ipse sit cornu pusillum, id est, parvo tempore regnaturus, et, decem regibus subjugatis, solus postremis temporibus regnaturus. *J* De consummatione Jerusalem vel mundi plura scribit, sive de die judicii, et regno sanctorum. In fine autem voluminis prophetæ suæ Susannæ historiam et Belis draconis que fabulas ponit.

61. Hic autem liber apud Hebræos Hebraicis quidem litteris, **207** sed Chaldaica lingua scriptus est. Prophetavit autem in Babylone, quando et Ezechielem.

#### *De Osee.*

62. Osee propheta, qui intelligitur salvans, in duodecim prophetis primus, profundior reliquis in sen-

A tentiis, et operosior intellectu. Iste ad eas tribus quæ vocantur Ephraim et Samaria, domum Joseph et Israel, loquitur, sed per Ephraim hæreticos arguit, qui recedentes ab Ecclesiæ unitate, participes facti sunt idolorum.

63. Per Samariam autem eorumdem hæreticorum demonstrat figuram, qui præceptorum Dei custodes esse mentiuntur, et sub prætextu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter Judæos in Christo ultimo tempore credituros pronuntiavit. Tertium quoque resurrectionis dominice diem prædicti. Prophetavit autem in diebus Oziæ regis Juda, sive Jeroboam regis Israel, quando et Isaías.

#### *De Joele.*

B 64. Joel propheta, qui interpretatur *incipiens*. Iste, ad Judam tantum et Jerusalem vaticinum proferens, in principio sui voluminis, post voluptuosa convivia ad luctum provocat Jerusalem, excidiumque ejus pronuntiat. Prædicat quoque vocationem gentium, et super congregatos credentes superventurum Spiritum sanctum. Prophetavit autem sub Joatham rege Juda, quando et Michæas.

#### *De Amos.*

65. Amos, qui interpretatur *onus*, vaticinavit in Samariam et Jerusalem, tria et quatuor sclera gentium sub totius mundi figura describens. Primum itaque scelus, quia omnes in Adam peccaverunt. Secundum, quia insitam naturæ legem immemores rationis **208** non intellexerunt. Tertium quoque C eorum qui datae legi non obedierunt. Quartum inexpibile eorum qui in Christo non crediderunt, pro quibus sceleribus intonat Dominus ignem, id est, sententiam æterni judicii illaturum.

66. Hic autem adventum Christi sub dominica voce ita prædicat: *Ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum*. Reliqua autem, quæ de Amasia et Jeroboam, sive Israel loquitur, tropologice ad hæreticos sunt referenda. Prophetavit autem sub rege Ozia, eo tempore quo Osee et Isaías.

tavi in ut ait Varro, quia ita ab eo scriptum puto.  
ARCV.

D 62. Al., perior pro operosior. MAR.

63. Al., eorum pro eorumdem. — *Ibid.*, *Præceptorum, al., præceptorum Dei legem custodisse se mentionatur. In Christo ultimo tempore credituros. Archaiasmus est, pro in Christum, ut Æneid. II, *Talis in hoste fuit Priamo*. Simili libertate dicendi superiorius dixit, *transmigratum pro transmigrasse, invisi sunt pro invidenter, et alia, quorum inire rationem longum esset*. MAR.*

64. Al., Samaria. MAR.

66. Al., formans pro firmans. *Annuntians in hominibus Christum*. Sic quatuor Codices correctiores; tres alii legebant annuntians in hominibus Christum suum, ut est in ipso contextu Septuaginta interpretum, et ut legit Augustinus, xviii de Civit. Dei, cap. 28. Totus locus ex Amos iv, 13, desumptus est, ubi Vulgata Editio habet: *Quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuntians homini eloquium suum, nimirum, ut docet Hieronymus, comment. ad eum locum ubi ejus et nostro tempore Hebrei legunt*

*Ibid.* In nota Marianæ erat ut sit Varro, quod mu-

PATROL. LXXXIII.

*De Abdia.*

67. **Abdias**, qui interpretatur *servus Domini*, inter omnes prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. Iste contra Idumæam loquens increpat mystice superbiam Edom, prioris videlicet populi audaciam, quod Jacob fratrem suum, id est, Christum ex Hebreorum stirpe creatum occiderit. In monte autem **209** Sion, quæ est Jerusalem, futuram salutem et Sanctum, qui est Christus, annuntiat, atque in monte Esau, per quem figuratur ecclesia gentium, futurum intonat Domino regnum. Prophetavit sub Josia rege Juda, quando et Michæas.

*De Jona.*

68. **Jonas**, qui interpretatur *columba*, tam sermone quam naufragio suo passionem Christi mortemque, et resurrectionem, figurat, sive quod de navi in mare, tanquam de cruce in terram, projectus est, sive quod, in ventre ceti exceptus, tanquam in sepultura terre tribus diebus ac noctibus recendit est, vel quod in figura Ninive penitentiam mundo prædixerit. **I.** sequentibus autem typum gerit Judæorum, qui salutem gentium, non tantum advenire noluerunt, sed dum venit, invisi [Al., invidi] sunt. Ninive quoque gentium significat speciem, Jonas vero in hoc loco Judæorum.

69. Nam quemadmodum Ninivitarum salus ad æmulationem provocavit Jonam, ita redemptio gentium scandalum exstitit Judæorum. Merito et contra Orientem civitatis sedisse legitur sub umbra herderæ, quia eadem plebs separans se a salute Ecclesiæ, dolore labida, contra Christum, id est, Orientem Ecclesiæ, linguam suam movere nittitur, sedens

**תְּנַבֵּה תְּנַבֵּה**, Septuaginta legerunt **τύραννος**, atque ea fuit varia interpretationis occasio. MAR.

*Ibid.* In altero ex meis exemplaribus Hebreæ voces nota incipiunt a **ו.** AREV.

70. **Al.**, *coram stirpe credatum*. Prophetavit autem sub Josia. Locus est implicatissimus. Hebrei, ut Hieronymus ait, initio in eundem prophetam, sentiunt hunc esse Abdiam illum qui Achab tempore prophetas pavit in specubus. Dorotheus in Synopsi eundem tertium ducem quinquagesarium ad Eliam missum ait. Utrumque Isidorus ipse sequitur, de Vita et morte sanctor. Haec si vera sunt, non Ozia tempore vaticinatus est, sed Josaphat, ut habent Codices Septimanicensis, Laurentianus, et Hispanensis in membranis. Hieronymo, in Osee i, Oseas, Isaías, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas οὐγχηποιοι fuerunt. Cum hac opinione convenit lectio quæ est in duobus chartaceis Hispanensisibus, nōmp̄ sub Ozia esse vaticinatum. Isidorus ipse Abdiam Michæam coætanum, Michæam Sophoniæ facit. Sophonias sub Josia vaticinatus est, quo tempore Jeremias. Itaque Codices Tarragonensis et Parisiensis prophetam hunc sub Josia vaticinatum esse aiunt. Hanc nos lectionem secuti sumus, tametsi de Joele ait paulo superius : *Prophetavit autem sub Joacham rege Juda, quando et Michæas*. Nisi hoc etiam fortassis loco Joacham legendum sit Josia. MAR.

*Ibid.* Arbitror Marianam scripsisse *Joacham legendum sit pro Josia*, vel certe hoc voluisse. Vide vor. lect. AREV.

68. **Al.**, indicat pro figura. MAR.

69. **Quia adveniente**, etc. II Cor. v, 17. Prophetavit autem sub Ozia, IV Reg. iv, 15. Jeroboam filii Joas regis Israel, qui fuit æqualis Ozia, scilicet Jonam

A sub umbra legis, quæ umbra a verme arefacta est, quia, adveniente Christo, vetera transierunt, et ecce facta sunt omnia nova. Prophetavit autem sub Ozia rege Juda, quando et Osee, et Amos, et Isaías prophetaverunt.

*De Michæa.*

70. **Michæas** propheta interpretatur *quis iste?* Comminatur Samariæ Iram Domini ob causam simulacrorum, interitumque populo Israel **210** ventrum denuntiat. Locum etiam in quo nasceretur Christus demonstrat. Prophetavit autem sub Josia, quando et Sophonias.

*De Nahum.*

71. **Nahum**, qui est *consolator*, simulacra gentium exterminanda pronuntiat, necnon urbem sanguinum Jerusalem, post cujus interitum pedes antruntiantis pacem, id est, Salvatoris adventum proclamat.

*De Habacuc.*

73. **Habacuc**, *amplexans*, sive *luctator fortis*, in principio voluminis sui describit diabolum cum membris ac moribus suis; in fine vero prænuntiat adventum passionemque Salvatoris.

*De Sophonia.*

73. **Sophonias**, *spæculator mysteriorum Domini*, et *abscondens*, cernit captivitatem urbis Jerusalem a Romanis futuram, per vocem clamoris a porta pisca, et per collum contritionem, id est, montis Sion, qui est collis Jerusalæ; necnon et aliarum gentium eversionem prædicat, terrorēque divini judicij intonat.

74. Loquitur etiam contra Moab et Ammon, sed per ipsos tanquam finitimi populo Dei, et proximi

vixisse constat. Falluntur enim qui Jonam cum prærum fuisse aiunt quem Elias ad vitam revocavit, IV Reg. iv. Tametsi Dorothei, Hieronymi magnorumque aliorum virorum auctoritate militantur. MAR.

70. **Al.**, *populi Israel*. Prophetavit autem sub Josia, quando et Sophonias. Alii Codices legunt sub Osia. Neutrū placet, mallem sub Ezechiae, propter locum Jerem. xxvi, 18 : *Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiae regis Juda*. Ipse initio sive prophetatio ait : *Verbum, quod factum est ad Michæam Morasthitem, in diebus Joatham, Achaz et Ezechiae, regum Juda*. Fortassis ad Josiae regnum pervenit, quando Sophoniam vaticinatum esse constat, quem Isidorus Michæas æqualem facit, Michæam Joeli et Abdæ. MAR.

71. **Nahum**, qui est *consolator*. Sic Septimanicensis ; at Tarragonensis et Hispanensis, in membranis, *consolatus*, quæ lectio hand contempnenda est. Porro in Seder-holm Hebrei asserunt Joel, Nshum et Habacuc vaticinatos esse Manassis tempore, et quoniam improbus erat, subieciisse ejus nomen. Hieronymus prologo in dodecim prophetas : *In quibus autem, ait, tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt*. Quam opinionem unde desumpta Hieronymus non inventio. Isidorus sane vaticinio Nahum et Habacuc nulla tempora designavit. MAR.

*Ibid.* E duabus meis exemplaribus Editionis Grialiana in altero erat *jejunio*, in altero *recte inventio* in nota Marianæ ; quod observatum a me alibi etiam est, et constat, inter exemplaria ea formis excudenda neanullas correctiones additas fuisse. AREV.

72. **Al.**, *pronuntiat adventum*. MAR.

catholiceis sacramentis, **211** haereticis arguuntur. Hic tertium diem resurrectionis Christi prophetat, atque in adventu Christi totam orbem sub uno jugo Domino servitum annuntiat. Prophetavit autem sub Iesia, quando et Jeremias.

#### *De Aggeo.*

**75.** Aggæus, qui interpretatur *solemnis*. Hie in vaticinii sui textu templum Domini restaurandum præcepit, contritionem prædicat gentium, vel commotionem totius mundi prædictit, ac sub figura Zorobabel Christi vaticinatur adventum. Septuagesimo autem anno captivitatis populi prophetavit, duobus tantum mensibus Zachariam vaticinio suo præcedens.

#### *De Zacharia.*

**76.** Zacharias, qui nominatur *memor* Domini, postquam jam Domini patribus prophetavit, videt virum sedentem super equum rufum, in figura corporis Christi, roseeum sanguine passionis, sive myrræ, gentium populum significans; aspicit et cornua quatuor, sive fabros in figura gentium, quae Judam et Iacob dispergentes, gravi ponde re depresso depresso.

**77.** Intuetur similiter et Jesum, sordides carnis et mortalitate vestitum, quibus abstat, iudicium immortalitatem et gloriam. Cernit et lapidem, qui est Christus, septem habentes oculos, id est, sepiiformis spiritus plenitudinem. Inter hæc intuetur terram et titionem existinetum, id est, diabolum. Candabrum videt in figura Christi cum lucernis septem, quae sunt Ecclesiae; unum et duas olivas, ad dexteram et ad sinistram candelabri positas, duorum Testamentorum typum significantes.

**78.** Assumit quoque idem duas virginis funebri et decoris in typo Iudaeorum et gentium. Aspicit deinde duas mulieres, id est, haereticorum plebes, sive Iudaorum, in alis suis levantes amphoram, id est, diabolicas doctrinas, massamque plumbi, quod est **212** pondus peccati gravissimum, sive volumen volus, in quo peccata hominum et supplicia describuntur.

**79.** Videt et quadrigas quatuor, uno prædicationis evangelicae jugo currentes. Post hoc aspicit equos missos ad prædicationem mundi: primum rufum, passione martyrii. Secundum nigrum, squalore poenitentiae. Tertium album, candore baptismatis. Quartum varium, expositione et doctrina fidei. Cernit quoque et tubas, sanctorum gestantes figuram, per quas Dominus mundo canit, atque angulum, in quo duo ex adverso populi conjunguntur, sive paxillum, figuram Iesum Christum, infixum in cordibus populorum,

#### *De Esdra.*

**77.** Inter terram et titionem nullum discerni posse. **Aav.**

**78.** Al., Diabolum, massamque pro diabolica doctrina, massamque. **MAR.**

**79.** In testu Græci erat infatio pro infido; quod ex aliis et sensu ipso corrixi. **Aav.**

**81.** Al., Angelus Dei.—*Fine.* Al., finem annuntiat. **Aav.** denuntiat. **MAR.**

**82.** Al., bonos, et sine crimine esse d.— Reddendas, etc. Al., reddenda a populis præcipit. **MAR.**

A describit et pastorem, Antichristum, opus et intentionem in sinistro habentem.

**80.** Equum quoque in figura plebis haereticorum, et ascensorem ejus diabolum. Prædicat etiam fontem in domo veri David, patrem in lavacro regenerationis. Alia quæcunque scribit, aut de adventu Domini, aut de ejus passione sunt, aut de sæculi fine, sive judicio. Prophetavit autem secundo anno Darii regis Medorum, iisdem temporibus quibus et Aggæus, anno septuagesimo desolationis templi et captivitatis populi.

#### *De Malachia.*

**81.** Malachias, qui interpretatur *angelus Domini*, in principio vaticinis sui demonstrat odium Iudeorum in Esau, et dilectionem junioris populi in Jacob. In sequentibus autem veteres Iudeorum victimas reprobavit. Et sacrificium transferri ad gentes annuntiat. In fine vero adventum Domini, diem quoque iudicis justorumque premia, et impiorum poenas. Joannem etiam prædicat ante primum adventum Domini missum, et Eliam ante secundum adventum annuntiat esse mittendum.

**82.** Inter hæc nonnulla moralia et disciplinis congruentia explicat, in quibus corripit populum, sive sacerdotes despiciens nomen Domini, atque ejus sacramenta pollutis oblationibus et sacrificiis **213** violantes. Præmonet etiam episcopos doctos, et sine macula esse debete, et circa personarum acceptationem populos veritatem instruere; discordes quoque arguit, decimas et primitias reddendas in prædicatoribus a populis Ecclesiae præcipit.

**83.** Ohfurgat et eos qui conjuges suas despiciunt, et aliarum amore necuntur. Similiter et illos qui, miseriari suam dolentes, felicitatem laudent eorum qui hujus mundi prosperis perseruantur. Prophetavit attem novissimum in Babylone, quando Aggæus et Zacharias.

#### *De Esdra.*

**84.** Esdras scribit populum, expleto captivitatis tempore, imperante Cyro rege Persarum, in Jerusalem suis reversum; ac sub Zorobabel et Iesu filio Josedech, sacerdote magno, sive Nehemia, muros Jerusalem templumque et altare renovatus, jus quoque sacerdotum restitutum, et sanctæ religionis cultum, multaque opibus gentium principumque Persarum munieribus perfornatum.

#### *De Machabeis.*

**85.** Machabeorum libri, licet non habeantur in canone Hebreorum, tamen ab Ecclesiæ inter divinorum voluminum annuntiantur Historias. Præmo-

**83.** Suas despiciunt, et aliarum amore necuntur. Duo Hispanenses post hæc verba addunt: *Hunc autem Malachiam Hebrei Esdram intelligunt sacerdotem. Nam et complura quæ in hac proprie id scribuntur in ejus volumine continentur. Quæ verba tametsi Hieronymi, præstat, in hunc prophetam, et Augustini xx de Civit., c. 23, auctoritate defendi poterant, tanquam marie assuta loco movimus, rejecimusque in hunc locum.* **MAR.**

**84.** Al., scripti, populum. **MAT.**

tant autem prælia inter Hebræorum duces gentesque Persarum, pugnam quoque Sabbatorum, et nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, actaque legationum.

*De quatuor Evangeliiis.*

86. Evangeliorum prædicatio, quamvis quadrifaria sit, una est tamen, **214** quia ex uno eodemque ore Divinitatis processit. Hæc sunt enim quatuor flumina, de uno paradisi fonte manantia, quæ quadrupli unione decurrunt, ac per totum mundum cœlestis prædicationis ministrant fluenta, gratiæ ac fideli viorem infundunt.

87. Hæc est illa in Zacharia quadriga Domini, in qua per oīnnum orbem erectus leni jugo colla sibi cunctarum gentium subjicit. Hi sunt etiam, et quos sub quatuor animalium specie visio prophetalis descripsit, id est, hominis, leonis, bovis et aquilæ.

88. Namque primus, scilicet Matthæus, ut homo, ordinem humanæ nativitatis designat. Secundus, scilicet Marcus, ad instar rugientis leonis statim in principio sui divinæ potestatis fortitudinem intonat. Tertius, scilicet Lucas, victimam sacerdotis præmittens, quasi vituli mortem insinuat. Quartus, scilicet Joannes, more aquilæ aspectans cœlum, terram avidus transvolat, atque nativitatem verbi occulta mysterii intelligentia penetrat; sed ex his tria illa animalia, quæ in terra gradiuntur, actualem vitam sequentes, ea tantummodo persecuti sunt quæ homo Christus in terris temporaliter gessit. Quartum autem animal contemplationis acie cœlestia inspicit, et pauca operum, plurima divinitatis sacramenta digessit.

89. *M*atthæus itaque in principio regalem Christi sequens prosapiam, et moralem, tamen deinceps potius disciplinam secutus, pauca signorum et plura vivendi præcepta composuit. Item Marcus abbreviator Matthæi, ea quæ in itinere ad rationem vitæ regendæ docebat Petrus, veloci stylo retexuit, gradiens pariter **215** inter Lucam atque Matthæum,

86. Al., Quadrifariam sit. — *Virorem.* Al., rorem. Al., vigorem. MAR.

*Ibid.* Nonnulli Editi titulum præmittunt: *Præfationes librorum Novi Testamenti.* Comparationem quatuor fluminum paradisi adhibuit Isidorus, lib. vi Etymol., cap. 16: *Inter cætera autem concilia quatuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliiter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina.* Vide etiam Sedulum, lib. iii, vers. 173. Pro virorem melius fortasse est *vigorem.* AREV.

87. Al., *Subegit, vel subjugavit pro subjicit, et describit pro descripsit.* MAR.

88. Al., *Vitulum pro vituli mortem.* MAR.

*Ibid.* Insignia evangelistarum eodem modo relata sunt in Allegoriis, n. 130 et seqq. AREV.

89. *M*atthæus itaque. Hæc verba, usque ad illud: *Et in principio fuisse annuntiavit*, in duobus Hispanensis tantum erant, et suspectæ fidei esse visa sunt, quocirca obelo sunt jugulata, quemadmodum totus ille locus de Epistolis beati Petri, cui initium est: *In prima autem Epistola, usque ad extremum.* Præterea nonnulla alia verba toto opere obelo notata sunt, de quibus ut propria mentio fieret, et sin-

A plura tamen ex Matthæo commemorat, non tantum rerum, sed et verborum ordinem servans.

90. Lucas vero historiæ magis ordinem tenens, copiosius cæteris gestorum Christi virtutes enuntiat. Ad ultimum Joannes, naturalia explicans, transvolavit cœlos, et angelos, Verbumque Dei reperit, et in principio fuisse annuntiavit.

91. Ex his primus et ultimus ea prædicaverunt quæ ex ore Christi audierunt, vel quæ ab illo facta vel gesta audierunt. Reliqui medii duo ea tantummodo quæ ab apostolis cognoverunt: quorum quidem Matthæus Evangelium in Iudea primus scripsit, deinde Marcus in Italia, tertius Lucas in Achaia, ultimus Joannes in Asia. Ex quibus solus tantum Matthæus prædicationis suæ historiam Hebraico perstrinxit stylo. Reliqui vero Græci sermonis eloquio ediderunt.

*De Epistolis Pauli.*

92. Paulus apostolus quatuordecim Epistolis prædicationis suæ perstrinxit stylum. Ex quibus aliquas propter typum septiformis Ecclesiæ septem scripsit Ecclesiis, conservans potius nec excedens numerum sacramenti propter septiformem sancti Spiritus efficaciam. Scripsit autem ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippienses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad Hebreos, reliquas vero postmodum singularibus edidit personis, ut rursus ipsum illum septenarium numerum ad sacramentum unitatis converteret.

93. Argumenta autem earumdem Epistolarum hæc sunt: imprimis Romanæ plebis fidem collaudat; Corinthios gemina doctrina **216** castigat, apud Galatas per gratiam fidei excludit opera legis, Ephesios magnificat in fide, quam acceperunt; laudat Colossenses pro eo quod in fide persisterunt; Philippienses Evangelium custodisse gratulatur; Thessalonicenses, in prima Epistola, fide crevisse et operibus, in seconde, persecutiones tolerasse fortiter gloriatur.

94. Instruct quoque per Timotheum et Titum Ecclesiæ. Philemonem de emendato servo Onesimo rogat.

gulorum ratio redderetur, non judicavimus fore necessarium. MAR.

*Ibid.* Mendum irrepsit in utroque meo exemplari Editionis Grialianæ verum pro rerum. AREV.

91. Reliqui vero Græci sermonis eloquio ediderunt. Hæc multo commodior opinio est, omnes evangelistas, præter Matthæum, Græce scripsisse, quam quæ nuper prodiit, Marcum Latine scripsisse, nullo satis idoneo argumento fundata. MAR.

*Ibid.* Marcum Latine scripsisse tenent nonnulli, qui putant autographum Evangelii sancti Marci asservari Venetiis. Verum somnium est quidquid de autographo hoc dicitur, de quo videri potest P. Blanchini Evangeliarium quadruplex, et Zaccariæ Historia litteraria Italiæ, tom. I, pag. 14 et seq. Non solum Marcum, sed alios quoque evangelistas Latine scripsisse magis absurdâ opinio est. AREV.

92. *Ad Thessalonicenses, ad Hebreos.* Hebreos non ponit in numero Ecclesiæ, quoniam ad eos scribit, ut paulo inferius ait, qui a fide recesserunt. Reliquas. Al., reliquas vero quatuor. MAR.

93. Al., Steterunt pro persisterunt, et gratulatur pro gloriatur. MAR.

Ad ultimum Hebreos, qui in Christo crediderunt, et **A** postmodum persecutionibus Judaicis territi a fide recesserunt, confortat, atque ad gratiam Evangelii revocat.

*De Epistolis beati Petri.*

95. Petrus apostolus scripsit duas Epistolas, quæ canonicæ nominantur. Scripsit autem iis qui, ex circumcisione credentes, in dispersione gentium erant, quæ quidem videntur quibusdam esse planiores; dum tam profundis repletæ sint sensibus, ut per eas qui possunt perscrutari divinæ scientiæ sensum, quasi per breve quoddam receptaculum, magnas sententias et magna sibi mysteria revelari contueantur.

96. In prima autem Epistola scribit regenerationis potentiam, et prophetas, qui prænuntiaverunt futuram Ecclesiæ in passionibus tolerantiam. Admonet deinde pontifices in castitate vivere, et, ut parvulos, sine dolo manere. Demonstrat etiam sanctos lapides esse vivos, et populum acquisitionis, et regale sacerdotium. Inter hæc popularibus bene vivendi ordinem instituit; hortatur mulieres subditas esse, cultuque pretioso non incedere, viros quoque ad modicum uxoribus adhærere, orationem frequentre, et cum omnibus unanimiter vivere. Præterea scribit arcae mysterium, sive baptismi sacramentum, per quod homo a mundi actibus liberatur.

97. Imperatque fidelibus solius divinæ voluntatis obediens præceptis, nec ultra carnis inservire desideriis. Docet etiam clerum ac populum sibi ministrare vicissim, passionesque Christi nullum pavescere; et de domo Dei inchoare judicium, et coronari sanctos, **217** mansuetudinem quoque et humilitatem alternam invicem admonet observare, insidiisque diaboli omni sollicitudine præcavere, adjiciens omne opus bonum incipientis per Deum ad consummationem perduci.

98. In secunda autem Epistola alloquitur fideles, in hoc mundo quasi imperfectos, atque exhortatur omnes de pejoribus ad meliora transire. Scribit etiam justorum memorias refovendas, memoratque pseudoprophetas utriusque Testamenti, qui sunt magistri mendacii. Deinde infert diluvii exemplum ad signandum interitum impiorum, et eorum qui, voluptatibus peccatorum injecti, servi corruptionis effecti sunt.

99. Scribit etiam abundare novissimis temporibus derisores, et apud Deum mille annos unum diem haberi prædicat. Inter hæc resurrectionem elementorum, novitatemque colli et terræ. Ad extremum de Epistolis Pauli loquitur, quas cum quidam indocti non intelligunt, pravo eas sensu evertunt.

96. De verbis quæ hoc numero et tribus seqq. continentur, paulo ante Mariana, ad num. 89. Quod dicitur, *sancos esse lapides vivos*, etc., alluditur ad verba sancti Pauli: *Dilectis Dei, vocatis sanctis.* AREV.

98. Forte, voluptatibus peccatorum illecti. MAR.

102. Secunda quoque, quam Electæ dominæ scripsit. Primam Joannis Epistolam ad Parthos scriptam esse, Hyginus in sua epistola decretali, et Augustinus, II

*De Epistola beati Jacobi.*

100. Jacobus frater Domini scripsit unam Epistolam, ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem, cuius sententiae immensam scientiæ claritatem legentibus videntur insfundere.

*De Epistolis beati Joannis.*

101. Joannes apostolus tres scripsit Epistolas, quarum prima, officium charitatis commendans, tota in amore Dei et fraterna dilectione versatur.

102. Secunda quoque, quam Electæ dominæ scripsit, dilectionis hortatur studium; denotat etiam seductores, et ab hereticis admonet declinandum.

**218** 103. Tertiam autem Caio scribit, in qua collaudat eum in studio veritatis et opere misericordia; deinde denotat proterviam cuiusdam Diotrepis, et De Metro testimonium perhibet veritatis.

*De Epistola sancti Judæ apostoli.*

104. Judæ Epistola increpat blasphemantes in Christo, et quosdam impudicos sub exemplo impiorum, qui per superbiam et luxuriam sempiternis ardoribus traditi sunt, pro quibus admonet Ecclesiam ut eos arguat, et ad penitentiam cohortetur.

*De Actibus apostolorum.*

105. Apostolorum historia nascentis Ecclesiæ fidem opusque describit, cuius quidem scriptor Lucas evangelista monstratur. Continet autem ea quæ in Iudea vel gentibus per gratiam Spiritus sancti, tam a Petro quam ab aliis apostolis, et specialiter a Paulo, operata vel gesta sunt.

*De Apocalypsi.*

**C** 106. Joannes, postquam scribere septem jubarunt Ecclesiis, aspicit filium hominis sedentem in throno, et viginti quatuor seniores, et quatuor animalia procedentia ante thronum, in dextera quoque sedentis librum septem sigillis signatum, in quo bellum, egestas, mors, clamor interfectorum, finis quoque mundi notatur et saeculi.

**D** 107. Describit deinde duodenæ millia servorum Dei, qui signantur in frontibus; ibi septem angeli tubis canunt sequenti grandine et igne cum sanguine in terra. Tertia quoque pars terræ ibi comburitur, et tertia pars maris sanguis efficitur; astra que ipsa rutilantia tertiam fulgoris partem amittant; ibi de fumo putei locustæ producuntur dæmoniorum, accipientes potestatem lœdendi qui non sunt agni crux.

108. Præterea comedit Evangelista librum Testamenti oris prædicatione suavissimum, et operis difficultate amarum. Metiturque cœlestè templum, describitque verba viginti quatuor seniorum, **219** et arcum Testamenti, ac mulierem amictam sole, pugnamque in cœlis Michaelis cum draconе, ruinamque draconis.

Quæst. evang., q. 39, affirmant. Cassiodorus, lib. de Divin. lect., cap. 14, ait: *Epistola Petri ad gentes; Jude, Jacobi et Joannis ad Parthos.* MAR.

Ibid. In Haganoensi Editione: *secunda quoque, quam electis scribitur.* Sed inscriptio est: *Electæ dominæ et natis ejus.* De qua sancta femina Electa sermo aliquibi fit in Acis martyrum. AREV.

106. Al., *procidentia pro procedentia.* MAR.

Conspicit præterea et Antichristi figuram, habentem A capita regni septem, et corpora potestatis, et numerum nominis.

109. Narrat inter hæc et canticum Testamenti novum, speculaturque angelos gestantes patens, certique similiter interitum bestie, et beatitudinem eorum qui corporis sui vestimenta absque carnis vo-

109. Al. phialas; alii, citharas pro pateras. MAR. Ibid. Nonnulli Editi addunt: Jesum Christum, cui

luptate munda servaverunt. Exsequitur deinde interitum meretricis Babylonis, et nuptias Agni, adveniūm judicii, interitumque Antichristi, et compiternam punitionem diaboli. Ad ultimum memorat resurrectionem mortuorum, calique beatitudinem, et terræ, descriptionemque Jerusalem, Numen etiam baptismi mundum, lignumque vite Dominum Iesum Christum.

est honor, gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen. Quæ verba in melioribus desunt. AMEN.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# LIBER NUMERORUM

QUI IN SANCTIS SCRIPTURIS OCCURRUNT.

### 220 CAPUT PRIMUM.

*Quid sit numerus.*

1. Non est superfluum numerorum causas in Scripturis sanctis attendere. Habent enim quamdam scientiam doctrinam, plurimaque mystica sacramenta. Proinde regulas quorundam numerorum, ut voluisti, placuit breviter intimare.

2. In principio autem, quid sit numerus definitum est. Numerus est congregatio unitatis, vel ab uno progrediens multitudine, cujus quidem universitas infinita est, nec ultra potest multitudine terminari.

3. Par numerus est qui in duabus æquis partibus dividi potest; impar vero, qui dividi æquis duabus partibus pequit, uno medio vel deficiente, vel supervante. Pariter par numerus est qui secundum parēm numerum pariter dividitur, quoisque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta, *sexcaginta quartuor*. Habet enim 221 medietatem *triginta duo*; hic autem *quadraginta*, *adecim* vero *octo*, *octonarius* vero *quatuor*, *quaternarius* *duo*, *binarius* *unum*, qui singularis indivisiibilis est.

### CAPUT II.

*De unitate.*

4. *Unitas* est pars minima numerorum, quæ secundum potest. Idem autem unus semen numerorum, non numerus. Ex ipso enim cæteri manant, vel procreantur; eundemque solum esse (constat) mensu-

B ram, et incrementorum causam, statimque decrementorum. Nam omnium incrementa ab ipso incipiunt, rursusque usque ad ejus unitatem pervenient.

5. Nam et post decem, nisi ab uno rursus incipiantur, nequaquam deinceps numerorum incrementa consurgunt. Idem etiam insecabilis est, nec per illas partes dividi potest, quia ubique pars est, ubique totus est, ad cuius exemplum unus est Deus, unus est mediator Dei et hominum Homo Christus Jesus. Paraclitus quoque Spiritus unus; una est Mater Ecclesia, secunditatis successibus copiosa, pro cuius unitatis formula insinuanda angelus ille apud Ezechielem limen portæ Jerusalem calamo uno me-

titur.

6. Sed et arca Noe desuper collecta in unum cubitum coartatur; in latere quoque arce fit ostium unum. Unum est etiam in Ecclesia baptismum; fides eadem una est. Mundus idemque unus. Solis etiam, quem cernimus, lumen unum. Quam unitatem rite sapientes hujus mundi concordiam, vel pietatem, amicitiamque dixerunt, quod ita nectatur, ut non secedetur in partes.

7. Itaque quia divisionem sui unitas non capit, deinde cum unum factum in quocunque defluxerit, licet ejus linea insecabilis, ac sine una latitudinis significacione habeatur, tamen conjunctis binarium reddet.

lib. iii, cap. 4. Sanctus Augustinus, quæst. 152 in Genes., lib. 1: *In numeris, quos in Scripturis esse sacratissimos et mysteriorum plenissimos, ex quibusdam, quos inde nosse potuimus, dignissime credimus.*

3. *Par*, etc. Etymolog. lib. iii, cap. 5.

4. Addidi *constat*, quod in Isidori operibus solet abesse, ut saepè animadvertis.

5. Sanctus Leander, Isidori frater, in homilia de conversione Gothorum in Actis concilii Toletani iii: *Unus est enim Christus Dominus, cuius est una per totum mundum Ecclesia, etc.* De cuius fecunditate multa ibi Leander.

6. Posset legi *unus.... baptismus*. Sed nihil muto.

7. Malim sine ultra... *conjunctio binarium reddit.*

## 222 CAPUT III.

*De binario numero.*

8. **Binarius** numerus prima numerorum procreatio, primaque est forma, parilitatis corporatio, motusque primi, sociusque praecedentis, et frater, est etiam medietatis capax. Nam bona malaque participat quadam discordia, qua sibi invicem adversantur; utpote que prima poterit ab adhaerente separari, ut bina illa et munda quæ figuraliter introducuntur in arcam, quæ quidem, dum ex parilitate consistant, in se tamen mystice videntur esse divisa.

9. Ad hoc genus pertinent et illi duo in agro, qui invicem discernuntur, quia, adventente sæculi tribulatione, ex ipsis quidam pertinent in fidem, et nomen vocantur, quidam vero temptationibus cedunt, atque relicti in profunda laxantur. Præterea concordant et in bonum partem utraque, juxta quod sunt duo Testamenta legis et Evangeliorum; sunt et duæ tabulae lapidæ, in quibus præcepta legis scripta sunt, totidemque tubæ argenteæ legis et gratiarum erant, in quibus patres ad promovenda castra canebant.

10. Duo etiam Seraphim scribuntur, qui ante thronum sedentes, jugiter hymnum decantantes erumpunt; dum etiam olivæ a dextra levaque lampadis in Zacharia leguntur. Sunt et duo ubera Testamentorum sponsæ, id est, Ecclesia in Cantibus cantorum; ibi etiam et deo binnuli gemelli pascuntur inter lilia agri.

11. In Apocalypsi quoque duo testes prophetare jubentur, et in Jeremia duo de cognatione gentis assumuntur. In Evangelio quoque bini de septuaginta C discipulis ante faciem Christi mittuntur, et duo pisces in eremo populo dividuntur. Duo sunt et charitatis præcepta, quibus lex lata pandet, atque prophetæ. Unde idem numerus societas est, quo vinculo animæ connexiuntur, et quod minus quam inter duos charitatem non habetur. Idem quoque numerus etiam justitiae, quo æquia gaudent paries ponderatis.

12. Præterea duo sunt et quæ hominem ad beatam vitam 223 perducunt, fides, sciœntia, aliquid opus; sed fides constat ex divinitate, opus autem in rectitudine vitae; quia etiam et duas vitas nobis in Ecclesia predicantur, una temporalis, in qua ex fide vivimus, alia æterna, in qua Deum plena veritatis intelligentia contemplabimur.

## CAPUT IV.

*De ternario numero.*

13. **Ternarius** princeps est imparium numerus, perfectusque census; nam iuste prior initium, mediumque finemque sortitur, et centro medietatis principiumque finemque æquali jure componit, qui sua repetere.

10. Relege Progymn. n. 42.

13. **Quia tres unum sunt.** In Ms. erat qui tres, etc. Innuitur testimonium sancti Joannis Ep. 1, cap. v, 7: *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, PATER, VERBUM, ET SPIRITUS SANTUS, et hi tres unum sunt, Quod auctoriticum esse ex hoc quoque loco probatur.*

A dum vere constet ex tribus, secundum aliquid tamen unus est, quia tres unum sunt; unum utique in Divinitate, tres in personarum distinctione; in natura unum, tres in appellatione.

14. Jure ergo hic numerus Trinitatis speciem significat; eodem namque numero in toto orbe sacra sancta Trinitas atque Divinitas prædicatur, eodemque numero trisagion hymnus ab angelis in cœlestibus canitur. Arca etiam diluvii tricamerata construitur, ex tribus filiis Noe cunctæ gentes post diluvium reparantur. Hic etiam numerus decies multiplicatus altitudinem arcæ mystica ratione concludit, centies computatus ejusdem longitudinem efficit; cuius quidem numeri exempla in sacris eloquii copiosa sunt.

B 15. Tres namque angelos Abraham sub Trinitatis imagine vidit; tres Isaac putens effudit; tres Jacob virgas in aquas ob aspectum pecorum misit; tridies Jonam in corde celi gestavit; tribus diebus per poenitentiam Ninivitarum populus Dei Iram mitigavit. In Evangelio autem tribus servis sumptum Dominus creditit. Lazari quoque mortem idem post triduum superavit. Dilectionis fermentum evangelica muller in satis tribus abscondit.

16. Tertio Deus, ut calix passionis transiret, oravit. Tertio Petrus Christum negavit. Tertio idem confitendo amavit. Tribus diebus Dominus noster Redemptor in sepulero quievit. Tertio 224 se discipulis, eum a mortuis resurrexisset, ostendit. In tribus etiam tria sunt quæ commendat Apostolus, in quibus omnis prophetia constat, fides, spes et charitas. Tres sunt evangelii fructus, primus, qui et centenus, martyrum; secundus, sexagenarius, virginum; tertius, tricenarius, conjugatorum.

17. Tria sunt etiam et quæ [Ponte, ea quæ] in Deum non cadunt, mensura, locus et tempus. Tres sunt species animæ, sive motus, cupiditas, ira, vel ratio. Sacra legis lingua triplex est, Hebreæ, Græca, et Latina. Triplex est etiam intelligentia sensus, historicus, moralis et mysticus. Unde et philosophi mundi tres sapientiae partes esse dixerunt: physicam, quæ naturalis; logicam, quæ rationalis; ethicam, quæ moralis.

18. Tria sunt et apud musicos genera sonorum, vox, flatus et pulsus: vox in fauibus, flatus in tibialis, pulsus vero in citharis. Porro genera rationalium creaturarum tria sunt, angelorum in celo, hominum in terra, spirituum immundorum. Tria sunt inter hæc tempora mundi, ante legem, in lege, sub gratia. Tres quoque partes habentur et orbis, Asia, et Europa, vel Libya. Ternis quoque mensibus

Verum de eo satis superque interpretes, aliqui viri docti, qui peculiaribus dissertationibus auctoritatem eorum verborum ex antiquissimis Codicibus sustinerunt, ut Natalis Alexander, Calmetus, etc.

18. Librarius fortasse omisit in aero post spirituum immundorum. Sanctus Hieronymus, in Ephes. vi, 12: *Hæc omnium doctorum opinio est, quod aer... plenus sit contrariis potestatibus.* Ita alii veteres passim. Quod dicitur vel Libya, Isidoriano more vel pro et ponitur.

anno tempora distinguuntur, et coram tribus testibus A actio cuncta finitur.

## CAPUT V.

*De quaternario numero.*

19. Quid quatuor dicam, in quo numero soliditatis certa perfectio est? Nam ex longitudine, et latitudine, et profunditate componitur decas, quæ plenum efficit; decem enim ex quatuor numeris gradatim surgentibus integratur. Uuum enim, et duo, et tria, et quatuor decem faciunt. Similiter et centum ex 225 decade quaternario cumulatus, id est, decem, et viginti, et triginta, et quadraginta, qui sunt centum. Item ac quatuor numeri mille reddunt; id est c, cc, tccc, cccc. Sic decem millia, cæteraque eodem incremento complentur.

20. Numerus autem iste quadratus evangelistarum quatuor deputatur, qui in quatuor partes, vel in angulos mundi fusi sunt. Quanquam et quatuor sunt paradisi flumina, quæ totum orbem circumfluunt. Arca quoque Noe quadratis lignis construitur. Testamenti denique arca quatuor aureis circulis vebebatur.

21. Vestis etiam sacerdotalis in lege quatuor coloribus, id est, hyacintho, bysso, coco, purpureo ex auro contexitur. Præterea et quatuor venti terre in Ezechiele aspirant, ut in figuram futuræ resurrectionis arida ossa consurgant; totidemque venti cœli, id est; angelicæ potestates, apud Danielē pugnantes, irruunt in mare hujus sæculi magnū. Idem quoque Daniel quatuor regna mundi sub diversis figuris exponit.

22. Similiter Zacharias quatuor cornua regnum totidemque fabros describit, et quatuor quadrages Evangelii, missas in quatuor cardines cœti. Item apud Joannem quatuor animalia vultus sibi differentis describuntur, qui in senis alis numerum viginti quatuor seniorum efficiunt. In creaturis autem rerum quatuor sunt terræ partes, quatuor cœli frontes, Oriens, Occidens, Septentrio, sive Meridies.

23. Quatuor etiam mundi elementa habentur, ex quibus universa subsistunt, ignis, aer, aqua, et terra. Annus quoque quatuor temporibus volvit, æstatis, autumni, hiemis atque veris. Ipsa denique hominis natura ex quatuor est elementis concreta, ex calido et frigido, humido atque sicco. Virtutes quoque animi quatuor scribuntur, justitia, prudentialia, for-

19. In Ms. magis videbatur plenam, quam plenum. Fortasse Isidorus scripsit plenam perfectionem, et paulo ante profunditatem et sublimitatem. Denarii perfectionem sæpiissime sanctus Augustinus commendat, quem in hac numerorum mystica expositione Isidorus libenter sequitur.

22. In Ms. erat differentia. Fortasse Isidorus scripsit vultu sibi differentia. De re ipsa vide Apocalypsin, cap. iv.

24. Fortasse, quadricolori splendore. Irin, sive arcam cœlestem colorum familiam omnem parere, nigro alboque coloribus exceptis, tradunt ii qui phænomeni hujus naturam accurate expresserunt; qua de re, præter physices et optiques scriptores, nonnulli

título et temperantia; totidemque e contrario vilia, cupiditas, metus, dolor et gaudium.

24. Mortalium quoque rerum quatuor vite sunt, initium, augmentum, status et declinatio. Quatuor etiam genera animalium in mundo habentur, id est, coelestia, pennigera, aquatilia, sive terrestria. Iris et ipse coelestis quadricoloris splendore variatur. Quatuor quoque quadrantibus ratio bisexti colligitur.

## CAPUT VI.

*226 De quinario numero.*

25. Sequitur Quinarius numerus, qui, sive cum aliis imparibus, sive cum suo genere sociatur, se semper ostendit. Nam quinque per quinques faciunt viginti quinque, et quinques termi quindecim, et quinques septem triginta quinque; et quinques no-

B vem quadraginta quinque. Illic præterea numerus legi est attributus; lex enim quinque libris complectitur [*Forte comprehenditur*]. Unde etiam et Apostolum in Ecclesia quinque verba loqui delectat.

26. Sed et quinque cubitis altare in lege per quadratum construitur; totidemque urbes in Isaia Chananæa lingua loquuntur. Sunt et quinque virgines prudentes in Evangelio, sunt et aliæ quinque fatuæ. Panes quoque divisi populo quinque. Mnas præterea quinque et talenta quinque. Item secundum mundi philosophos zonæ terræ quinque, et apud Latinos vocales litteræ quinque.

27. Sensus quoque corporis quinque, visus, auditus, odoratus, gustus et tactus; totidemque habitatorum mundi genera, id est, homines, quadrupedes, vel reptantes, natantes, sive volantes. Præterea et quinquennio lustrum finitur, olympias quinquennio terminatur.

## CAPUT VII.

*De senario numero.*

28. Senarius numerus primus et perfectus, et partibus suis primus impletur. Nam sextam sui intra continent, quod unus; tertiam, 227 quod duo; et dimidium, quod tres; haec enim summa in unum ducta, id est, unum, et duo, et tria sex faciunt. Nullus autem ante senarium inventur qui suis partibus, dum dividitur, impleatur, cuius perfectio etiam ipso opero mundi clarescit.

29. Sex enim diebus perficit Deus opera sua. Primo die condidit lucem, secundo firmamentum, tertio speciem maris et terræ, quarto sidera, quinto et pisces, et volatilia, sexto hominem, atque animantia.

peculiares tractatus existant. Isidorus fortasse innuit quatuor esse præcipuos colores, qui in iride apparent, qui tamen inter se varientur.

25. De quinario numero sanctus Augustinus enarrat. in psalm. CXLVII, n. 10, et alibi. Quod Apostolum in ecclesia quinque verba loqui delectet, nescio sane quo pertineat.

28. Infra etiam, num. 48: *Ocionarius primus et perfectus est*. Non male hoc loco esset: *Senarius numerus primus est perfectus*. Præstaret etiam legere: *Nam sextam sui partem intra se continet*.

29. De sex æstatibus inundi alibi etiam Isidorus in Etymologis, in Chronico, etc. Sed hic locus fortasse integer non est, salis tamen intelligitur.

Sex etiam dies sunt, quibus æstatibus mundus persicitur, quarum prima est ab Adam usque ad Noe, secunda binc usque ad Abraham, tertia usque ad David, quarta usque ad Transmigrationem, quinta usque ad adventum Christi, sexta, quæ nunc ætas est, usque in finem mundi.

30. Annus quoque ipse senario numero consummatur; sexagenarius enim numerus dierum sexta pars est, cuius summa per senarium primi versus multiplicata, id est, sexies sexaginta, ccclx. Residui sunt quinque dies, quibus si adjiciuntur quadrans partes, totum senarium numerum faciunt. Siquidem et ipse quadrans ex his consistit.

31. Idem ipse Senarius numerus quadro et solido quaternario sociatus, horas diei noctisque metitur. Nam quater seni viginti quatuor efficiunt. Præterea hujus numeri perfectio et in æstatibus hominum, et in rerum gradibus inveniatur. Sex enim æstatibus cursus mortalium consummatur, hoc est, infantia, pueritia, adolescentia, juventute, senectute, senio. Sex sunt et gradus omnium rerum, id est, non viventia, ut lapides; viventia, ut arbores; sensibilia, ut pecudes; rationabilia, ut homines; immortalia, ut angeli. Novissimus et summus gradus est, qui est super omnia Deus.

32. Item naturalia officia, sine quibus esse nihil potest, sex sunt; id est, magnitudo, oculi, figura, intervalla, status et motus. 228 Item ipsius motus sex differentiæ sunt. Nam movemur ante, a tergo, dextra, laeva, sursum, atque deorsum. Sunt quoque exempla multa hujus numeri in sacris eloquiis. Nam sexto die homo ad Dei formatur imaginem, et sexta ætate mundi Salvator venit in carnem, et sex diebus jussum est populo in deserto manna colligere.

33. Hinc et Ezechiel quoque in dextera viri calamum sex cubitorum vidisse se narravit. Ipse etiam templi frontes sex cubitis in altum seripsit. Idem sex agnos in holocaustis principem offerre mandavit. In Evangelio quoque sex bydrias plenas aquis Christus in vini saporem convertit. Sex etiam dies idem ante Passionem ingrediens in Jerusalem super asinum sedi. Sunt et alia plura, sed propter legendi fastidium omittuntur.

30. Quadrans partes quid sit, non intelligo. Legerem quadrantis partes. Luinen afferet Plinius de anni diebus loquens: *Ad ccclxv (dies) adjiciunt etianum intercalarios diei noctisque quadrantes.* Ex quo apud hūdorum reponendum censeo: *Siquidem et ipse quadrans sex horis consistit;* nam quadrans diei sex horae sunt, et ante correctionem Kalendarii Gregoriani ccclxv diebus ad annum complendum sex integræ horæ adjiciebantur.

31. Debet in ms. conjunctio et post æstatibus hominum.

33. Mutavi offerri, quod ms. exhibebat, in offerre. Vide Ezechielis verba, cap. xlvi, 4.

34. De numero septenario mira passim narrantur, nonnunquam etiam superstitionis. Fluddius De microcosmi historia, tract. i, sect. i, lib. i: *Ego, inquit, hominem doctissimum novi, qui virtute hujus numeri septenarii, cuiusdam quasi oraculi assistentia, quo-*

A

## CAPUT VIII.

## De septenario numero.

34. Septenarius numerus a nullo nascitur, nec generat, nec generatur. Nam omnes numeri intra decem positi aut gignunt alios, aut gignuntur ab aliis. Iste nec gignit, nec gigantur. Sex enim et octo generantur tantummodo. Quatuor autem, et duo et creant, et creantur. Septem nihil gignit, nec ab altero gignitur.

B 35. Hic autem numerus septenarius juxta legitimum est; sive cum testificatur, ut septuaginta, et septingenti, sive cum toties in sese septies centeni septem; quique etiam juxta sapientes mundi ea ratione perfectus habetur, eo quod ex primo pari, ac primo impari constat. Primus autem impar terenarius est, primus par quaternarius, 229 ex quibus duobus ipse septenarius consummatur; qui etiam partibus istis multiplicatus duodenarium reddit. Nam sive ter quaterni, sive quater terni duodecim faciunt. Sed per tres Trinitatis mysterium, per quatuor virtutum actio illustratur; ac per hoc in his partibus, ut per Trinitatis speciem actio virtutum perficitur, et per representationem virtutum usque ad Trinitatis notitiam pervenitur. Rursus autem cum ad duodenarium surgit, et duodecim apostolos septiformis gratiae Spiritus perfectos ostendit, quorum prædicatio [Forte prædicatione] per quatuor virtutum genera Trinitatis fides in toto orbe crescit.

C 36. In Scripturis autem sanctis iste numerus interdum omne tempus sæculi hujus, interdum requiem significat, nonnunquam Ecclesiæ unitatem demonstrat. Pro universo ponitur, ut est illud: *Septies in die laudem dixi tibi* (Psalm. cxviii, 164), id est, omni tempore. Idem enim propheta hoc alibi significat pro toto tempore, dum dicit: *Semper laus ejus in ore meo* (Psalm. xxxiii, 1). Hinc alibi legitur: *Septuplum accipiet in isto sæculo.* Item æterna requies septenario numero significatur, cum dies septimus in requiem Domini sanctificatus vocatur, in quo jam fit vespera, quia nullis finibus temporum requies æterne beatitudinis coarctabitur.

37. Inde etiam et in lege septimus dies feriatus esse præcipitur, ut requies in ea æterna significetur. Inde est, quod post resurrectionem suam Dominus

D stiones dubias atque anticipites resolvere non dubitavit, atque etiam de occultis tam presentibus quam futuris quadammodo divinare pollicitus est.

35. Fortasse, septenarius iure legitimus est. Deest aliquid in verbis, sive cum toties, etc. Mox substitui per quatuor virtutum genera, cum in ms. esset, et quatuor virtutum genera, nullo sensu. De numero septenario confer sanctum Augustinum, serm. 51, cap. 23, et alii etiam in locis.

36. Verba septuplum accipiet in hoc sæculo, non reperio quo in loco existant. Fortasse pertinent ad caput iv Genesis, 45: *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Sanctus Augustinus, serm. 114, hæc verba omisit, superiora protulit: *Quid est ergo septies? semper, quotiescumque peccaverit, eumque puniuerit.* Hoc enim est: *Septies in die laudabo te, quod est in alio psalmo: Semper laus ejus in ore meo.*

cum septem discipulis convivante describitur. Tertio agitur genere septenario numero sanctæ Ecclesiæ universitas figuratur, dum per speciem ad genus transitur.

**38.** Unde et Joannes in Apocalypsi septem scribit Ecclesiis, dum septem sunt solæ quæ specialiter nominantur, sed una Ecclesia, quæ septiformis gratia Spiritus perfecte in toto mundo diffunditur; scriptum est enim: *Una est columba mea, una perfecta mea* (*Cantic. vi, 8*); his enim tantis significationibus numerus iste in Scripturis eminentior est præ ceteris, utpote quem Dominus in requiem suam sanctificavit, et in quo futuræ resurrectionis requiem repromovit.

**230** **39.** Convenianter itaque septenario numero significatur Spiritus sanctus; unde et sanctificatio in lege ad diem septimum pertinet. Nam nullum diem Deus sanctificavit operis sui, sed sanctificavit tantum septimum, in quo requievit ab operibus suis. Jure ergo septiformis Spiritus imaginem portat, qui per divinitatis plenitudinem in Christo iaphajitat, Isaia testante propheta: *Et requiesceret, inquit, Spiritus Domini, Spiritus sapientiae et intelligentiae, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini* (*Isa, xi, 2*).

**40.** Unde et Zacharias sub imagine Christi lapidem habentem oculos septem scribit. Hujus ergo numeri exempla in diuinis voluminibus copiosa sunt. Septimus enim ab Adam transfertur Enoch. Et septimus computatur Lamech, qui septem vindictas solvit Cain. Septimo die ingressione Noe diluvium fuit, et septimo mense residens arca quievit. Septena quoque animalia introierunt in arcam; et septem diebus in veteri lege celebrari præcipitur pascha. Candelabrum autem septem ramorum in tabernaculo testimonii Moyses legislator constituit.

**41.** Arca quoque Testamenti clangentibus tubis septies circumacta Jericho muros subvertit. Elisæus namque septies super mortuum puerum excitavit. Septem quoque mulieres in Isaia virum unum apprehenderunt; totidemque fratres apud Sadducæos mulieri nubunt, sibimet succedentes. Septem etiam panes populo in Evangelio dividuntur, et septem sportæ superfuerunt.

**42.** Septem etiam Ecclesiis apostolus Paulus scribit, id est, Romanis, Corinthiis, Galatis, Ephesiis, Philippis, Colossiis, Thessaloniciis. Et Joannes in Apocalypsi vidit stantem Christum in medio septem candelabrorum, id est, Ecclesiarum Ephesiorum, Smyrnensem, Pergamorum Thyatirarum, Sardium, Philadelphiorum, et Laodiciorum.

**42.** Item apud eundem septem in dextera Dei stellæ leguntur, et septem signacula libri Agnus occisus resol-

**39.** In Vulgata: *Et requiesceret super eum Spiritus, etc.*

**41.** Quod de Elisæo dicitur, depravatum videtur. Lib. IV Reg., cap. iv, 33 et seqq., cum Elisæus bis aut ter super puerum mortuum incubuisse, oscitavit puer septies, quod fortasse induere voluit Isidorus.

**43.** Per septem de uno quoque, etc. Mendum certe subest, quod ita emendari potest: *Per septem, uno*

A vit, et septem angeli **231** tubis canunt, et septem accipiunt potestatem septem plagarum. Septemplici quoque muro Jerusalèm cœlestis fundatur, et septem levitæ ab apostolis eliguntur. Hic numerus multiplicatus per septena, de uno quoque ter mysterio unitatis adjectio quinquagenarium efficit, in quo die post Ascensionem Domini promissus a Patre Spiritus sanctus super credentes descendit. Item per annorum curricula septies in sece multiplicatus, adiecta monada una, ad quinquagenarium pervenit, ac perpetuam requiem jubilæi ostendit; quanquam sit et in eo aliquid contrarium, ut legimus bestiam septem capita habentem. Sunt et septem dæmonum principalia vitia. Infinita quippe exempla hujus numeri in sacrjs eloquiis.

**44.** Sed iterum transeamus ad alia, quæ numerum assignant. Septem apud veteres annumerantur genera philosophiæ, prima arithmeticæ, secunda geometria, tertia musica, quarta astronomia, quinta astrologia, sexta mechanica, septima medicina. Idem quoque septenarius numerus formam lunæ complectitur; tot enim habet luna figuræ: prima namque bicornis est, et secunda sectilis, quæ medilunia appellatur, tertia dimidia, quarta plena, quinta, id est, dimidia ex majore, sexta id est sectilis, septima vix, quod et prima, bicornis. Nam tres formas prædictas eadem figura definiens repetit. Hic etiam numerus et nomina lunæ significat. Nam unum, duo, tria, qualquier, quinque, et sex, et septem viginti octo faciunt.

**45.** Item tot sunt circuli, tot planetæ cœli, tot dies mundi, totque transmutationes elementorum. Nam ex igne aer, ex aere aqua, ex aqua terra, id est ascensio, ex terra aqua, ex aqua aer, et ex aere ignis. Porro septimana partus hominem absolutum perfectumque dimitunt. Septima quoque die ægri periclitantur. Vocales quoque Græcæ litteræ septem habentur.

**46.** Ipse autem homo septem meatus habet in capite sensibus præparatos, duos oculos, auresque, et nares totidem, et os unum. Parvulus etiam septimo mense dentes emergunt, septimo anno mutantur. Item secunda hebdomada, id est, quarto decimo anno infans pubescit, et possibilitatem gignendi accipit. Tertia vero lanuginem **232** et florem genarum producit. Quarta incrementa statuaræ definiuntur; quinta juvenilis ætatis plena perfectio datur; sexta defluxio est, septima senectutis initium.

**47.** Item septem naturas absurisas membra mortalium, id est, linguam, cor, pulmonem, renem, jecur, et duos renes. Item septem corporis partes hominem perficiunt, id est, caput, cœlum, pectus, venter, duæ manus, totidem pedes, et in vertice axis cœlestis.

quoque propter mysterium unitatis adjecto, quinquagenarium efficit. Aut per septem monade una propter, etc.

**44.** Corrigendum puto septima bis, quod, etc.

**45.** Septimana partus, etc. Obscurum id et forte mendosum.

**46.** Melius videtur sexta deflexio est.

## CAPUT IX.

*De octonario numero.*

**48.** Octonarius primus et perfectus est; nam ex primo motu, id est, ex duobus per duos quatuor generat, et bis facit oedoadum perfectum. Hic autem numerus sanctus est, et in figura veræ circumcisio-nis ascriptus. Quin etiam et septenario numero pri-mus est, et ex septem est, sicut in principio idem, qui fuit octavus in creatione mundi, et perfectio unitatis est.

**49.** Sed sicut in septenario numero præsens vita volvitur, et designatur, ita per octonarium spes æter-næ resurrectionis ostenditur. Hoc enim die Dominus a mortuis resurrexit, qui scilicet a passione Domini computatur tertius; in ordine creationis mundi, ut prædictum est, post septimum reperitur octayus ad demonstrandam utique futuræ resurrectionis beatitudinem; quod non immerito Scriptura sic ait: *Da partem septem, nec non et octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram; quasi diceret; Sic dispensa sollicita temporalia, ut studeas cogitare æter-na: necesse est namque ut bene agenda præcogites, quia de futuris iudicij malis quid denuo tibi incurrat, incertus es* (*Eccle., xi, 2*). Convenit denique numerus iste et Domino, et ejus corpori, quasi uni, et septem.

**50.** Inde est, quod eato animæ cum Noe introi-erunt in arcæ. Sei in illis septem septiformis Ecclesia designatur, in octavo Noe **233** Christus, qui est caput Ecclesiæ, figuratur. Ad hoc etiam pertinet quod in Michæla legitur, *septem pastores*, et octavus utique Christus cum septiformi corpore suo. In Evangelio quoque de hoc numero legitur, quod post dies octo coram tribus discipulis suis facies Domini in monte resulsi.

**51.** Idem etiam Salvator post octo dies resurrec-tionis Didymo se non credenti manifestavit. In sece-tri triplicatus iste numerus propter Trinitatem viginti quatuor seniores efficit qui coronas suas efferrunt coram Agno. At contra octavus scribitur in Apoca-lypsei diabolo, qui inter septem reges Romanorum a Joanne visus est, quasi occisus, octavus utique, sed in proditione. Denique et octo principalia vita describuntur, ex quibus multitudine omnium vitiorum exoritur, id est, invidia, iracundia, tristitia, avaritia, ingloria, luxuria, inanis gloria, superbia.

**48.** Cum pro octava multi inscribantur psalmi, nata hinc occasio est iudicandi mysticas interpretationes hujus numeri, quæ fere Isidorus complectitur ex Ambrosio, Augustino et aliis. Vide Onomasticum Burii et Hierolexicum Macri.

**52.** Quædam hic verba mutavi, ut sensum redde-re; nam in Ms. erat magis perfectio dicitur... secundum alio... nam dum primi versus teneat... indi-gus est, quasi adj ciatur ad novam certam.

**53.** Alligatio de numero novem leprosorum ex-plicatur latius a sancto Augustino, lib. ii Quæstiōn. Evang., quæst. 41, n. 4. Pro quamvis in eis in Ms. erat quem in nos.

**54.** Subtilius primi versus pro primus versus, quod erat in Ms. Versus primus est veluti prima decas.

## A

## CAPUT X.

*De novenario numero.*

**52.** Novenario secundum se perfectus numerus est, et inde magis perfectus dicitur, quoniam ex tribus perfectis per formam ejus multiplicatus comple-tatur. At vero secundum alios imperfectus est; nam ut primi versus finem teneat, uno tamen semper in-digus est, qui si adiciatur ad novem, certam perfectionis atque integratæ regulam complet, in quo novenario numero illi accipiuntur, qui imperfecti sunt, et ad decem præcepta legis nequaquam perve-niunt.

**53.** Ex hoc numero sunt illi novem leprosi in Evangelio, qui ab unitatis consortio seclusi, munda-tori suo per superbiam gratias non egerunt. Ex eodem numero accipiuntur a quibusdam et illi non-a-ginta novem, qui non indigent penitentia, dum inaniter sometipos justificant; quævis in eis qui-dam coelestes figuræ intelligant. Præterea [Fortis, Propterea] Hebrei novem libros esse propheticos dicunt, et **284** gentiles novem musas linxerunt, quibus perfecta scientia copiæt modulacionum.

## CAPUT XI.

*De denario numero.*

**54.** Denarius vero ultra omnes habendus est nu-merus, quia omnes numeros diversæ virtutis ac per-fectionis intra se continent; qui licet primi versus finis sit, secundæ monadis complet auspicium, et formulam unitatis adimpler; in quo tantus sit com-plexionis terminus, ut ultra numerus nequaquam procedat, sed denuo ad unitatem recurrat, siveque deinceps pro infinita numerorum multitudine ha-beatur.

**55.** Est autem in Scripturis sanctis legitimus, sicut et septimus, nunc perfectionem significans, nunc aperte totum demonstrans, sicut Daniel, qui omnipotens Ecclesiæ, sive angelorum multitudinem infinitam denario numero complexus est, dicens: *Millia mil-lium ministrabant ei* (*Dan., vii, 10*). Unde et psal-mus: *Curus, inquit, Dei decem milibus multiplex millia lœtantum* (*Ps. lxxii, 18*).

**56.** Denique hic numerus Decalogi legi ascribitur. Decem enim notissima præcepta legis. Ab Adam progenies usque ad Noe denario numero terminatur; in cuius numeri figura et David propheta in Psalte-rio decem chordarum cantavit, in cuius typum Salo-

Scripti etiam secundæ monadis pro secundi monadis, quod, opinor, librarii error est. Quod autem dena-rius secundæ monadis auspicium complet, denotat, ut arbitror, denarium completere unam decadem, que est unitas decadum, sicut primus numerus, sive origo numerorum est unitas numerorum.

**55.** Librarii, ut par est credere, omisit verba Danielis quæ sequuntur: *Et decies millies centena milium ministrabant ei*. Nam in hoc decies Isidori ratio versatur.

**56.** Quædam hic mutavi, ut commodum sensum redderem. Codex ms. sic habebat: *Decalogi legi ascribitur. Decem... Ab Adam pro genere est usque ad Noe denarius numerus terminalis*. Vide n. 62.

mon rex decem candelabra in domo Dei dextra lœ-  
vaque constituit.

57. Denique in Zacharia decem sunt homines, sub specie omnium gentium fimbriam Christi tenentes. Decem sunt et in Evangelio virgines, quæ in sensibus carnis et spiritus, quinario numero geminato, **235** intelliguntur. Decem etiam leprosi mundantur a Domino, novem ex eis ab unitate seclusis. Decem sunt præterea urbes, quas si bene rexeris, cordis et corporis sensus duplicato numero accipies in futurum.

58. At contra in Exodo decem plagi percussa est Ægyptus, et in Apocalypsi decem cornua procedunt ex mari, et decem dies pressurarum Ecclesias scribuntur, in quibus status hujus vitæ, et tempus ostenditur. Apud Salomonem autem decem mensibus infans coagulatur in sanguine. Sunt et alia sexcenta. Sed hactenus de denario dixisse sufficiat.

59. Hæc est primi versus numerorum regula, hæc sacramenta, genera et species differentiæ perfectio-  
nis. Omnes autem primi versus numeros recapitu-  
lantes sub hac veritate trahemus. *Unus* numerus non est, sed origo numerorum omnium est. *Binarius* prima pars est, *ternarius* ordine et virtute primus. *Quaternarius* duobus paribus constat. *Quinarius* sibi genius est. *Senarius* in opere mundi perfectus est, et ab imparibus par est. *Septenarius* legitimus est, et interdum pro toto est.

60. *Octonarius* a paribus par est. *Novenarius* a perfectis imparibus impar est. *Denarius* perfectus atque finalis est. Termini autem numerorum, vel limites isti sunt: unus, decem, centum et mille. Hucusque ad regulam primi versus disputatum est. Nunc de secunda [Forte, nunc de secundo] tractemus.

#### CAPUT XII.

##### *De undenario numero.*

61. *Undenarius* numerus prima secundi versus monas est, qui imparibus suis non habet amplius, nisi solam undecimam, quod est, sicut quinarius solam quintam, et ternarius solam tertiam. In Scripturis autem undenario numero transgressio præcepti significatur, sive diminutio sanctitatis. Unde et undecimus psalmus sic inchoat, dicens: *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* **236** Sicut enim per denarium scribitur perfectio beatitudinis, ita per undenarium transgressio legis.

62. Hinc est quod Adam progenies per Cain usque ad diluvium undenario numero terminatur, ad significandum scilicet peccatum, quod per transgres-

57. In Ms. erat *accipiet pro accipies.*

58. In Ms., hic et alibi, in *Apocalypsin pro in Apocaypsi.*

59. *Sibi genius est. Id est, ut puto, quod num. 25, se semper ostendit.*

61. *Forte, qui in partibus suis... quod est unum, sicut.*

*Ibid. In Ms. monades pro monas.*

*Ibid. Ex sancto Augustino serm. 51, cap. 23 et alibi.*

62. Progenies ab Adam usque ad Noe dicuntur decem supra, num. 56. Hic dicuntur undecim pro-  
genies usque ad filios Noe. Rationem explicat Isidorus, cap. 6 in Genesin, n. 29. Reposui undecimum

A sonis superbiam fit. Nam et vela cilicina, quibus tabernaculum tegebatur, undecim fieri jubentur, ut et per numerum peccatum, et per cilicium punctiones atque lamenta peccatorum significantur. In Daniele quoque undecimum bestiae cornu esse doce-  
tur, ad demoustrandum illum auctorem transgres-  
sionis diabolum, et filium ejus Antichristum, cuius  
regni virtus in peccati potentia exaltatur.

63. Nam et Petrus, cadente Juda, ne in undenario numero apostolorum summa permaneret, duodeci-  
mam Matthiam sorte electum constituit, metuens ne in numero transgressionis consideraret summa apo-  
stolicæ veritatis, licet et hic numerus in ratione temporum reperiatur ascriptus. Undecimo namque Kalendas Aprilis factus fuisse legitur mundus. Un-  
decim etiam perhibentur dierum epactæ, quæ per singulos annos ad cursum lunæ adjiciuntur.

#### CAPUT XIII.

##### *De duodenario numero.*

64. *Duodenarius* numerus inter alios numeros legi-  
timus ex legitimis numeris est. Propterea septen-  
narii partes altera pro altera multiplicatur. Nam quater terni, vel ter quaterni eundem numerum faciunt, hic autem partibus suis simul ductus non tam consummatur, sed exceditur. Ampliorem quippe de se ipsum **237** numerum reddit; nam partes ejus usque ad sedecim perveniunt. Habet enim has quinque, duodecimam, quod est unum, sextam, quod duo, quartam, quod tres, tertiam, quod quatuor, dimidi-  
am, quod sex.

65. Itaque unum, et duo, et tria, et quatuor, et sex, in summam ducta, sedecim sunt. Tali ergo ratione plusquam perfectus habetur. Hic autem duodenarius numerus, ut prædictimus, in Scripturis legitimus, sive cum pro toto ponitur, sive cum in se multipli-  
catur: pro toto ponitur, ut xii throni, et xii tribus, dum per xii thronos omnes judicantes, et per duodecim tribus omnes gentes significantur.

66. Pro se ipso autem, sicut duodecim per duo-  
decim centum quadraginta quatuor efficiunt, quo numero omnis Ecclesia designatur. Idem autem fre-  
quentior est in Scripturis, et inter omnes numeros habetur insignior propter summam patriarcharum et apostolorum.

67. *Duodenarius* est numerus apostolorum, idem etiam et patriarcharum; sunt enim et totidem minores prophetæ. Lapidès etiam duodecim, quos sacer-  
doles gestabant in pectore. Duodecim præterea in bestiæ cornu pro undecim bestiæ cornu. Posset quoque legi undecimi bestiæ cornua. Sed ex Daniel. vii, 20, præferendum videtur undecim bestiæ cornu.

68. Nonnulli veterum mundum autumno conditum asseruerunt; sed plerique Patres verno tempore crea-  
tum mundum tenent, Cyrilus Hierosolymitanus, Basilius, Nazianenus, Ambrosius, Theodoretus et alii. Confer concilium jussu Victoris papæ a Theophilo Alexandrino celebratum in append. 8, tom. III, pag. 515.

64. In Ms. erat nam quaterni pro quo lego nam quater terni. Pro exciditur posui exceditur. Fortasse legendum simul ductis, et non tantum consummatur.

lege apostolici fontes leguntur, juxta quos septuaginta creverunt palmæ; duodecim namque Israel tribus vocantur. Duodecim etiam exploratores ad terram sanctam mittuntur, quibus botrus in ligno sub typo Christi defertur.

68. Denique et propter æternitatis testimonium de Jordanis annæ lapides duodecim auferuntur, qui ponuntur in loco ubi secundo circumcisus est Israel. Porro Elias ex duodecim lapidibus ædificavit altare, et apud Matthæum XII fragmenta cophinorum superfuérunt in solitudine. Item in Apocalypsi de singulis patriarcharum tribubus duodecim millia signantur in frontibus. Super caput quoque Agni corona duodecim stellarum resplendet, et fundamenta etiam Jerusaleni ex duodecim pretiosis lapidibus sunt, et ipsa civitas XII stadiis est undique versum, et ejusdem civitatis XII portarum ingressus habetur.

69. Ilic duodenarius numerus sexies multiplicatus facit septuaginta duos discipulos, qui missi sunt ad prædicandum per totum mundum in septuaginta duabus linguis divisum. Item multiplicatus in sese efficit centum quadraginta quatuor, qui est mensura murorum Jerusaleni.

**238** 70. Idem ipse quoque multiplicatus facit centum quadraginta quatuor millia signatorum, id est, universitatem sanctorum. Præterea et in temporibus et in partibus mundi convenit numerus iste. Duodecimi enim mensibus explet sol iste visibilis annum: duodecim etiam flabra ventorum universum peragunt mundum. Duodecim etiam horæ sunt diei, totidemque horæ sunt noctis.

#### CAPUT XIV.

##### *De denario ternario numero.*

71. *Denarius ternarius* numerus propter tria et decem designat legem, et legislatorem, Decalogum, videlicet, et Trinitatem. Competenter autem hic numerus apostolo Paulo ascribitur, qui ejusdem tenet numeri locum in ordine apostolorum.

72. Nam idem ante legis doctor, postea divinæ Trinitatis in gentibus exstitit evangelicus præparator, quasi decem et tria tenens. Unde et ipse Benjamin, de cuius stirpe Paulus est ortus, in tribu tertia decina computatur, Ephraim et Manasse annumeratis pro Joseph in ordine patriarcharum.

#### CAPUT XV.

##### *De denario quaternario numero.*

73. *Denarius quaternarius* numerus, quia ex duobus septenariis constat, gemimum nobis insinuat, sive hunc temporalem, quem veteres in otio figuraliter utebantur, sive illum æternum, in quo a laboribus suis omnes sancti exspectant requiem. Reperitur autem juxta Evangelium in generationibus temporum.

70. Duodecim horæ diei in Evangelio commemo- rantur. Nox quoque quatuor vigiliis constabat, una- queque vigilia tribus horis. Inæquales autem erant diei noctisque horæ pro temporum varietate.

73. *Quem utebantur.* Isidoriana pluraxis est, ut ex ejus presertim miss. operibus sæpe constat. Sed pro genitum aliud videtur reponendum, quod requiem

**A** Ab Abraham namque usque ad David quatuordecim generationes annumerantur. Item a David usque ad transmigrationem totidem generationes reperiuntur; **239** rursusque usque ad Christum generationes quatuordecim computantur.

74. In lege quoque quarto decimo die mensis primi pascha celebrari jubetur de carne agni immaculati. In Ezechiele autem quatuordecim extenditur cubitis crepido cœlestis altaris (*Ezech. XLIII, 17*). Quatuordecim præterea annis servivit Jacob Laban. Quatuordecim anni fuerunt ubertatis [*Forte, sterilitas et ubertatis*] in Ægypto sub Joseph.

75. Paulus quoque apostolus post annos quatuordecim ad evangelizandum ascendit in Jerusalem, Barnaba secum et Tito assumptis. Idem quatuordecim Epistolis prædicationis suæ sermonem conclusit. Porro Job pro tolerantiæ meritis quatuordecim millia ovium in fine recepit. Puer quoque in adolescentiam post annum quartum decimum transit, atque gignendi virtutem anno quarto decimo sumit.

#### CAPUT XVI.

##### *De quindenario numero.*

76. *Quindenarius* numerus juxta decisionem sua- vem rationum, quia ex tribus partibus constat, im- perfectus est. Habet enim primam, et tertiam, et quintam tantummodo. Sed prima ejus unum est, quinta ejus tria sunt, tertia vero quinque, qui effi- ciunt novem. Hic autem mystice in duabus decisus partibus et præsens tempus significat, et æternum demonstrat.

**C** 77. Constat enim ex septen et octo, qui faciunt quindecim, sed et septem ejus ad temporum cursum pertinet, quod duobus septenis peragit, octo vero ad fidem rationis, ubi in æterna pace gaudebitur. Octavo enim die, qui est post Sabbathum primus, Do- minus resurrexit, cuius figuræ mysterio æternitas futuræ resurrectionis manifestatur. Siquidem et se- ptem ejus pro Sabbati cultu Testamentum Vetus insinuant. Octo vero ejus dominicam resurrectionem Novum Testamentum demonstrant.

78. Recte ergo hic numerus societatem significat Testamentorum. Hinc est quod apostolus Paulus quindecim diebus in Jerosolymis cum **240** Petro se com- morasse testatur, ut cum eo utrumque Testamentum conferret, et septenarium propter tempus vitæ præ- sentis, et octonarium propter futuræ resurrectionis æternam beatitudinem, ut animadverteret qualiter et temporalia temperaret, et æterna inibi inter appre- teret.

79. Hic autem quindenarius numerus mystice domino ascribitur templo. Quindecim gradus erant in circuitu templi, in quibus sacerdotes et Levites denotet; fortasse *geminum*, ut subaudiatur *septenarium*.

76. *Forte, suarum pro suavem.*  
77. In Ms., *septem vero ad fidem.* Fortasse, domi- nicam resurrectionem, et Novum Testamentum, vel potius pro dominica resurrectione Novum Testamen- tum.

secundum ordinem meritorum astabant, ad quorum etiam exemplum quindecim graduum cantica decantavit propheta, per quos a terrenis paulatim crescendo usque ad templum Jerusalem superne [Forte, supernæ] concenditur. Quanquam si per denarium iste numerus computatus consurgat, centum quinquaginta psalmos, quos cecinit Propheta, demonstrat.

80. Certe si paulatim ab uno usque ad se ipsum per incrementa consurgat, cxx fideles designat, super quos infusus est Spiritus sanctus, qui et per septenarium numerum septiformis spiritus gratiam acceperunt, et per octonarium numerum æternæ spei gloriam mundo prædicaverunt.

81. Sunt etiam pleraque in Scripturis numeri hujus exempla. Quinta decima enim die solemnitates B incipiunt Domini, et quinta decima die mensis festivitas Tabernaculorum est, in qua filii Israel azyma primum comedenterunt in eremo, sixeruntque tentoria. Siquidem et Ezechias moriens quindecim annos commeatum vitæ recepit. Altitudo etiam diluvii ex crescens totidem cubitis montium juga concendit. Incrementum autem quinta decima luna tenet; quinto decimo anno indictio solaris finitur.

#### CAPUT XVII.

##### *De denario senario numero.*

82. *Denarius senarius* constat ex duobus perfectis, qui tamen his partibus continetur. Habet enim sextam decimam, quod est **241** unum; octavam, quod duo; quartam, quod quatuor; dimidiā, quod octo; qui faciunt sedecim.

83. Hic tamen per mysterium prophetis creditur assignatus. Eorum enim libri sedecim esse probantur, id est, Isaías, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Malachias, Sophonias, Aggæus et Zacharias, quorum figuram sedecim bases illæ gestabant argenteæ, in quibus deauratae tabulæ stabant contra occidentalem plagam.

84. Bases quidem prophetas intelligimus, super quorum splendidissimum vaticinii fundamentum consistit amplissima doctrina apostolorum.

#### CAPUT XVIII.

##### *De duodecimeno numero.*

85. *Duodecimeno* a senario per denarium [Forte, per ternarium] adimpletur, qui sex ætates sunt mundi, cuius senaria series tripartita ratione temporum distribuitur, id est, ante legem, sub lege, sub gratia, in qua tertia ostenditur sacramentum fidei, quod ad salutem animarum suscipimus. Hujus numeri mysterium evangelica mulier illa, typum Ecclesiæ gerens, expressit, quæ a Domino post octo et decem annos erecta atque sanata est.

86. Redemptor enim noster sexta ætate descendit ad salutem nostram, cuius senarii numeri formis illa

81. Ms. Codex sic habebat: *In elementum autem quinta decima luna terra, quinto decimo anno indictio solaris finitur.*

82. *Sextam decimam. Intellige partem. Mox legem-*

A ratio adjecta, ter seni decem et octo efficiunt, et explet mulieris ejusdem typicum sacramentum.

#### CAPUT XIX.

##### *De undevicesimo numero.*

87. *Undevicesimus* numerus lunaris cycli enucleatus rationem perstringit; denique in ejus cursu paschales quartæ decimæ lunæ in omnium annorum revolutione sine ulla ambiguitate repetuntur, recurrente semper in sese ejusdem decem novenalis cycli cursu, qui dum usque ad finem circuitus suj peragitur, rursus eisdem lineis, quibus a principio cœpit, revolvitur.

#### 242 CAPUT XX.

##### *De vicenario.*

88. *Vicesimus* quoque numerus, secundi versus finem faciens, partibus suis plusquam perfectus habetur. Hic autem ex duplice decalogo constans, designat geminam legis scientiam, quasi apertum et absconditum, simplex et mysticum. Pertinet autem ad tabernaculi dominici sacramentum.

89. Ibi namque ad australē et septentrionalem plagam bis denæ tabulæ super bases stabant argenteas; et in templo, quod Salomon ædificavit, alæ duorum cherubin xx cubitorum mensura diffundebantur. Datur etiam et hic numerus Israel atque Levi; viginti enim annorum ad prælia eliguntur, et xx annorum tabernaculo deservire mandantur.

#### CAPUT XXI.

##### *De vicesimo quarto numero.*

90. *Vicesimi quarti summa multa in scriptis Scripturarum continent sacramenta; unde et sacerdos commendatur hic numerus. Viginti enim quatuor sunt libri legis et prophetarum. Patres quoque viginti et quatuor sunt. Duodecim apostoli, et patriarchæ totidem. Viginti quatuor etiam classes sacerdotum fuerunt ab initio legis in populo Judæorum, quæ vicissim in templo hostias immolabant.*

91. Singulæ classes singulos pontifices summos habebant, quorum nominibus classes nuncupantur. Apud Joannem quoque sedilia viginti quatuor sunt, et viginti quatuor seniores tenentes eitharas et phialas, et adorantes Agnum, nempe et quatuor animalia xxiv alas habebant. Ipse autem viginti quatuor seniorum numerus, si ab uno incipiens paulatim addendo usque ad vicesimum quartum pervenias, trecenti efficiuntur, per quos longitudo arcæ, id est, fides Ecclesiæ significatur, in qua infinita sanctorum multitudo omnium continetur.

92. Præterea ex duobus duodenis numeris vicesimi quarti numeri **243** summa compleetur, per quos significatur Ecclesia et ex circumcisione et ex gentibus congregata. Itaque et si octavus numerus tripliciter computatur, in quo veræ et sanctæ circumcisionis figuraest, vicesimum quartum numerum facit, in quo figuraliter edocentur, in amputatione vitiiorum credere

dum videtur qui faciunt quinducentos.

87. In Ms. erat cyclus cœundi curvæ; dicitur circuli, quod videtur glossa.

nos debere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum.

93. Idem etiam numerus septuaginta duos discipulos ostendit, quos Dominus binos ante faciem suam praemisit, ternario numero in se multiplicato. Denique ter vicies quaterni septuaginta duo faciunt. Nam et si sexies quartum numerum suppules, et quatuor praeferre elementa mundi, in quibus cuncta subsistunt, et qui sunt in operibus mundi hujus, in quo ipsa elementa subsistunt.

#### CAPUT XXII.

##### *De tricenario numero.*

94. *Tricenarius* numerus ex denario triformiter posito consummatur. Habet enim denarium ter propter Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et propter decem præcepta legis, quæ nobis dono ejusdem Trinitatis ad conservationem vitæ concessa sunt. Hinc est quod arcæ altitudo triginta cubitis erigitur, quia Ecclesia Decalogi mandato fide Trinitatis perficitur, cujus exempla in Scripturis talia reperiuntur.

95. In Zacharia enim Dominus triginta argenteos pretium suæ mortis accepit, et in Evangelio Christum Judas totidem argenteis venundavit. Ipse quoque Dominus et Salvator noster eadem ætate in Jordanem descendit, et mundo Evangelium prædicavit. Siquidem et tricesimus fructus conjugatorum datur propter carnis conflictum, ne libidine superentur.

96. Menses quoque tricenis diebus consistunt; horaque totidem 244 momentis conscientur, atque in omnium rerum personarumque repetitione tricennalis annorum objectio finem ponit.

#### CAPUT XXIII.

##### *De quadragenario numero.*

97. *Quadragenarius* numerus plenitudinem indicat temporum, tanquam eo sæcula consummantur, cuius numeri typo et lex, et prophetæ, et Evangelia monstrantur; quadragesinis enim diebus Moyses, et Elias, et Dominus jejunaverunt, præbentes nobis significacionem, ut quandiu in hoc sæculo consistimus, a cunctis illecebris carnalium vitiorum nosmetipsos abstineamus, manentes sub conservatione Decalogi præceptorum, qui per fidem in quatuor mundi partes diffunditur, ut decies quater ducta quadragesinta dies impleantur.

98. Hoc significaverunt quadragesinta dies diluvii, procellas scilicet, et turbines sæculi hujus, quæ patitur Ecclesia. Hoc etiam et quadragesita anni in erro, quibus significatur laboriosum nos in sæculo habere cursum, dum ad promissum ecclesie patrum

93. *Supputes, et quatuor, etc.* Non satis percipitur sensus, et aliquid, ut opinor, deest.

95. Isidorus fortasse scripsit, *venum dedit.*

96. *Momentum* pro exiguo temporis spatio sumitur; sed quod horas dividenter in triginta partes, quæ *momenta* vocarentur, nescio an alibi scriptum reperiatur. Quod *tricennalis objectio* annorum finem in rerum repetitione ponat, exprimitur etiam in concilio Hispanensi II, cui sanctus Isidorus præfuit, c. 2, ubi usurpatur hoc ipsum verbum *tricennalis obiectio*, ut videri potest in append. 4 ad tom. II, pag. 520.

A prætendimus regnum. Nam illud, quod quadraginta diebus Dominus tentatur in erro, id declarat, quia quandiu in hoc corpore sumus, tentationes portamus. Tentatio est enim, ut ait Job, *vita humana super terram* (Job. vii, 1).

99. Hinc est quod Ezechiel quadragesita diebus solis peccata Iudeæ pronuntiavit, quia tantum in hoc mundo licitum est remissionis fructum consequi pœnitentiam. In futuro autem nihil præstat confessio, sed sola sanctorum et piorum futura est retributio.

#### CAPUT XXIV.

##### *De quadragesimo sexto numero.*

245 100. *Quadragesita*, scilicet, et *sex numerorum ratio* in Evangelio pro templo adiudicatur; qui referatur ad fabricam dominici corporis, propior quam templi mentio facta est; in eius figuram templum a Iudeis destructum triduo citaturum se esse dicebat. Numerus enim ipse senarius multiplicatus conceptum Virginis et partum ostendit. Dixerunt enim ei: *Quadragesita et sex annis aedificatum est templum* (Joan. ii, 20).

101. Quadrages sexies seni flunt ducenti septuaginta sex, qui numerus dierum compleat octo menses [Forte, novem menses], et sex dies, quibus feminarum perfectum tempus pariendi comperitur, non quia partus hujus numeri termino compleatur, sed quia in conceptione dominici corporis usque ad partum idem numerus invenitur. Octavo enim Kalendas Aprilis prædicatur esse conceptus, et octavæ Kalendas Januarii natus esse probatur.

C 102. Ab illo ergo die usque ad istum ducenti septuaginta et sex dies inveniuntur, quibus computatis per senarium numerum quadrages sexies adimpletur. Quo numero et aedificatio templi, et perfectio corporis declaratur, de quo specialiter dixerat, *Et in triduo suscitabo illud* (Joan. ii, 20). Hoc autem dicebat de templo corporis sui, quod, mortis passione devicta, post triduum suscitatetur. Sicut per quadragenarium temporis hujus labor, vel terminus, ita per quinquagenarium æterna illæ beatitudo significatur.

D 103. Denarius enim additus ad quadragenarium laborantibus in hoc sæculo fidelibus merces illa persolvitur, quam acceperunt primi et novissimi operantes in vinea, sieque quinquagenarius in illa requie ac lætitia sempiterna. Hinc est, quod in legi quinquagesimo anno jubilæi requies colebatur, ad significandum quia post laborem hujus mundi pervenitur ad futuri requiem sæculi.

97. Expositio mystica numeri quadragenarii his et similibus rationibus apud sanctissimos Patres passim occurrit, quod hic numerus quadragesita dierum iunio quodammodo a Christo consecratus fuerit. Legi poterit: *Tanquam eo sæculo consummentur.*

98. *Et quadragesita anni.* Scilicet, significaverunt. In Ms. erat et quadragesita annos. Verba Jobi in Vulgata sunt: *Militia est vita hominis super terram.*

99. In Ms. soli pro solis.

100. Forte legendum, *triduo suscitaturum.*

102. In Vulgata nostra: *Et in tribus diebus suscitabo illud.*

*De quinquagenario numero.*

**246** 104. Hic autem numerus in sanctis Scripturis sacratus est propter Spiritum sanctum. Quinquagesimo enim die egressionis Israel ex Aegypto date sunt tabulae legis in vertice montis Sina, et post passionem Christi quinquagesimo die descendit super cxx fideles Spiritus sanctus; ideoque et quinquagesimus psalmus indulgentiae et remissionis est.

105. Unde et in Evangelio quinquaginta etiam denarii debitoribus relaxantur. Nam quod in diluvio quinquaginta cubitis arcæ altitudo diffusa est, ejusdem sancti Spiritus dilatata in mundo gratiam designabat, sicut dicit Apostolus : *Gratia Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis* (*Rom. v, 5*).

## CAPUT XXVI.

*De sexagenario numero.*

106. Sexagenarius numerus, cuius summa a perfecto senario per denarium adimpletur, significat omnes sanctos, qui per observationem decem mandatorum perfectionem sanctitatis accipiunt. Hæc Salomon de Christo in Canticis canticorum eloquitur : *Sexaginta*, inquit ille, *reginae* (*Cant. vi, 7*), sanctorum scilicet animæ, fidei vinculo Christi amore connexæ, qui dum Salvatori... (per) obedientiam copulantur, quasi sexagenario numero computantur.

107. Hi sunt quibus et ille in Evangelio sexagesimus fructus permittitur, qui divinis mandatis perfecti agonem adversus carnis concupiscentiam gerunt; sed idcirco sexagenarium percipiunt fructum, quia ad hanc usque ætatem congressio exaltat [*Forte, exultat*] libidinum. Quandiu ergo certamen, tandiu corona. Hiuc est quod et milites in **247** procincta positi post sexagesimum annum certaminibus bellicis subtrahuntur, et in otio consenescunt.

105. In Vulgata : *Charitas Dei diffusa est*, etc.

106. In Ms. erat illæ reginæ. In parva lacuna supplevi per, ut sensum redderem, et fortasse aliud non deest, nisi per fidem.

108: Corruptum videtur *assei quadraginta*, bis deni quadraginta. Pro quibus verbis hæc tautum legere præstare, bis vicent quadraginta.

109. *Forte, qui a Deo in vitam, etc.*

110. Verba psalmi in Vulgata hæc sunt initio : *In die qua eripuit eum Dominus de manu, etc. Pro ca-*

*Ratio de sancto Pentecoste.*

108. Quadrigenarius numerus ex se etiam quinquagenerium gignit, additis partibus, per quas partes quinquaginta efficiuntur ita; assei quadraginta. Bis deni quadraginta. Quaterni quadraginta. Quinques octoni quadraginta. Octies quini quadraginta. Decies quaterni quadraginta. Vicies bini quadraginta, et additis x, efficiuntur quinquaginta.

109. Per hos numeros significatur in quadrigenario numero præsens vita, in quinquagenario vero futura, qui numerus quinquagenerius triplicatus facit illum numerum perfectorum, qui ad eam in vitam æternam prædestinati sunt. Tér enim ductus facit cl, additis etiam tribus. Ipsi ostendunt illam sententiam Evangelii, in qua cliii pisces ad littus educti sunt, qui erant pondere magni, id est, actibus et vita præclarri. Septimus decimus vero numerus incipit ab uno, et pervenit usque ad x et vii, et facit eosdem cliii. Tres autem qui adduntur, ipsi ante legem, sub lege et sub gratia.

110. Ideo in psalmo septimo decimo sic dicitur : *Cum eripiet eum de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saulis, ut ostenderetur jam ab omnibus tentationibus præsentis vitæ caruisse, et in illo numero esse sanctorum, id est, in illis cliii piscibus qui in littore separati sunt, id est, qui functi hac vita, omnibus tentationibus bujus mundi, qui quasi pelagus est, caruerunt, et jam in illa æterna beatitudine sunt.*

C 111. Numero autem qui dicitur computari ab uno usque **248** xvii multiplicato, fiunt cliii, id est, ad unum adde duo, et fiunt tres. Adde tres, et fiunt sex; adde iv, et fiunt decem; adde v, et fiunt xv, adde vi, et fiunt xxii. Adde vii, et fiunt xxviii; adde viii, et fiunt xxxvi; adde ix, et fiunt xlvi; adde x, et fiunt lv; adde xi, et fiunt lxvi; adde xii, et fiunt lxxxviii; adde xiii, et fiunt nonaginta unum. Adde xiv, et fiunt cv; adde xv, et fiunt cxx; adde xvi, et fiunt cxxxvi; adde xvii, et fiunt cliii.

ruisse legi poterit caruisse, quamvis iterum occurrat carcerunt.

111. Hæc fere totidem verbis ex sancto Augustino in psalm. lix : *Centum ergo quinquaginta tres pisces non tantum numerum sanctorum significat, etc. Decem autem, et septem, si numeres ab uno usque ad decem et septem, addendo numeros omnes gradatim, ut ad unum addas duo, addas tria, addas quatuor, ut fiunt decem, addendo quinque, ut fiunt quinque, etc., addendo decem et septem, efficiuntur centum quinquaginta tria.*

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO QUÆSTIONES.

### QUÆSTIO PRIMA.

**249** 1. Dic mihi, quid est inter Novum et Vetus Testamentum? Respondit: Vetus est peccatum Adæ; unde dicit Apostolus: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen* (*Rom. v. 14*), et reliqua. Novum est Christus de Virgine natus.

2. Unde Propheta dicit: *Cantate Domino canticum novum*: quia homo novus venit; nova præcepta attulit, id est, Novum Testamentum.

### QUÆSTIO II.

3. Dic mihi, quanti libri intelliguntur in Novo Testamento? Respondit: xxvii, et in Veteri Testamento legis Meysi xlvi libri sunt; juxta septuaginta duas linguis septuaginta duo libri intelliguntur.

4. Vetus est, quando res alienas tollit homo; Novum, quando propria largitur. Vetus est, quando malum pro malo redditur, unde dicitur: *Oculum pro oculo, dentem pro dente, et cætera*, quæ ad vindictam pertinent. Novum est inimicos diligere. Dominus dixit in Evangelio: *Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos* (*Matth. v. 44*).

**250** 5. Vetus est, peccatores in infernum descendere; Novum est, conversos in regnum Domini introire. Et Vetus erit omnes peccatores et impios ad diem judicii in infernum descendere, ubi semper manebunt. Novum est omnes justos in regnum Domini introire; unde sanctus Petrus dicit: *Nous homo, et nova terra* (*II Petr. iii. 13*); et nova erunt in memoria priora.

6. Et Vetus erit in igne purgatorio pro minutis peccatis purgari; Novum, quando purgatus exinde fuerit in regnum Domini.

### QUÆSTIO III.

7. Dic mihi, liber quibus modis dicitur. Respondit: Quatuor: *libri* dicuntur ad legendum, vel librandum. *Codex* dicitur ad condiendum. *Volumen* dicitur ad volvendum.

**Num. 1.** De hoc opere, et de rationibus quæ persuadent fætum esse genuinum sancti Isidori, quamvis adhuc publicam lucem non viderit, abunde dissipati in Isidorianis, cap. 64. In eo autem describendo ita librarii errores correxerunt, ut nonnunquam aperta vitia intacta reliquerim, ex quibus genius scribentis colligi possit. Pro respondit, quod est in Ms., reponi posset respondet, aut respondetur.

3. Ms., *lex Moysi*. Libros Veteris et Novi Testamenti eodem modo septuaginta duos Isidorus numerat in Proemio, initio.

5. Verba sancti Petri sunt: *Novos vero cœlos et novam terram, secundum promissa ipsius, exspectamus.*

6. In Ms. pro minuta peccata; sic passim occurrit

### A

### QUÆSTIO IV.

8. Dic mihi, prima littera a pro quo accepit nomen a? De *angelis*, de *ante sœcula*, de *Adam*, de *anima*.

### QUÆSTIO V.

9. Dic mihi, quibus nominibus dicitur a? Respondit: Tribus, id est, *aleph* in Hebreo, *alpha* in Graeco, a in Latino.

### QUÆSTIO VI.

10. Dic mihi, *Evangelium* in cuius lingua dicitur? In Graeca; et in Latina, id est, bona nuntiatio.

### QUÆSTIO VII.

11. Dic mihi, pro quo dixit Dominus ad Abraham: *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui* (*Gen. xii. 1*)? Abraham personam Christi gerebat. Sicut Abraham dimisit terram, et cognationem, et domum patris sui; venit in terram, quam ignorabat: ita et Christus dimisit gentes suam, hoc est, Iudeorum.

12. Ita eximus de terra nostra nos, quando de divitiis hujus mundi, et de facultatibus contemnimus, et de cognatione nostra, hoc est, vitiis, et de domo patris nostri, hoc est, de memoria hujus mundi.

### QUÆSTIO VIII.

13. Dic mihi, nomen *apostolorum* cuius lingua dicitur? Respondit: In Graeca; in Latina missi interpretantur.

### QUÆSTIO IX.

14. Dic mihi, *episcopus* in cuius lingua dicitur? Respondit: In Graeca; in Latina *speculator*. *Episcopus* autem nomen est operis, non honoris. Sciat se non esse episcopum, qui præesse desiderat, non prodesse.

### QUÆSTIO X.

15. Dic mihi, *clerus* in cuius lingua dicitur? Re-

nominatus pro ablativo: ac fortasse legendum erit in regno Domini, nisi aliquod verbum desit. Numeri 4, 5, 6, videntur collocari debere ante num. 3.

7. Forte a legendo... a condendo, etc.

8. Ms., pro quid; sic etiam num. 11. Forte præpter quid.

11. In Vulgata: *Egredere de terra*, etc.

12. Pro contendimus forte recedimus, vel concedimus, vel contendimus exire.

14. Sanctus Augustinus, de Civit. Dei, c. 49: *Intelligat, non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Vide etiam Quæstionum dialogum sub Augustini nomine quæst. ultimi.*

**Respondit :** In Graeca; in Latina sors Domini interpretatur. A fuit, baptizans vero et incipientem Novum. Tatur.

#### QUÆSTIO XI.

16. Dic mihi, abba qua lingua dicitur? Hebreæ, Graece pater, Latine genitor.

#### QUÆSTIO XII.

17. Dic mihi, qui primus fuit clericus? Respondit: Sanctus Petrus.

#### QUÆSTIO XIII.

**252** 18. Dic mihi, quanta sunt quæ et nihilo creavit omnipotens Deus? Respondit: iv, id est, angelus, et anima, cœlum, et terra. Reliquæ vero creature ex ipsis procedunt.

#### QUÆSTIO XIV.

19. Dic mihi, cœlum quid intelligitur? Respondit: Angelus, et terra, id est, sancta Ecclesia. Et cœlum animæ justæ, et terra peccatores.

#### QUÆSTIO XV.

20. Dic mihi, quibus modis creditur Deus? Respondit: Tribus sive quatuor, id est, Deus bonus, perfectus, omnipotens, sempiternus debetur credi, quia sine his dici non potest Deus.

#### QUÆSTIO XVI.

21. Dic mihi, quibus modis adoratur Deus? Respondit: Tribus: qui adoratur, non adorat; qui creator est, et non creatura; qui sine peccato est, et peccata dimittit.

#### QUÆSTIO XVII.

22. Dic mihi, quibus modis facit Deus justitiam cum sanctis suis? Respondit: Tribus: monstrat, ut scient; persuadet, ut diligent; adjuvat, ut perficiant.

#### QUÆSTIO XVIII.

23. Dic mihi, cur Adam accepit mandatum? Respondit: Ne se Deum putaret, sed subditum.

#### QUÆSTIO XIX.

**253** 24. Dic mihi, cur vultus Moysi terribilis erat in populo? Respondit: Quia peccatoribus legem dabant.

#### QUÆSTIO XX.

25. Dic mihi, in Apocalypsi pro quo dicit: Accipe librum, et comedere illum; et eris in ore meo dulcis, quasi mel, et amarus in ventre (Apoc. x, 9, 10)? Respondit: Melius est Scriptura in ore Ecclesie, qui sunt sapientes, et fidetes; amara est in hereticis savientibus.

#### QUÆSTIO XXI.

26. Dic mihi, cur circumcisus est Dominus, et circumcidere non debent homines? Respondit: Quia circumcisionem ad finiendum Vetus Testamentum

18. Legi potest Dominus pro Deo; et mox angelus; in Ms. est angelos et reliquas ... creatureas.

20. Cod., creditur... Deum bonum, etc., debetur credere.

21. Melius videretur quia adoratur, etc. Et iterum ac tertio, quia pro qui.

23. Forte legendum se Dominum.

25. Verba Apocalypsis: Accipe librum, et devora illum... et eris in ore meo tanquam mel dulce, et cum devorasse eum, amaricatus est venter natus.

A fuit, baptizans vero et incipientem Novum. Tatur.

**27.** Dic mihi, cur esurit Salvator? Ut illuderes Salanam.

#### QUÆSTIO XXII.

28. Dic mihi, cur non amplius xl diebus jejunavit Christus? Respondit: Ut Moysi et Eliæ concordaret.

#### QUÆSTIO XXIII.

29. Die mihi, quomodo pater Judæorum mendax fuit? Id est: Cain pater Judæorum vocatus est, qui dixit Domino: Nezio nbi est frater meus, quem occiderat. Et pater Cain, id est, diabolus, qui mentitus est Adæ: Quod non morte morioris, et præceptum dominicum transgressus fui.

#### QUÆSTIO XXIV.

**254** 30. Dic mihi, cur dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente, et reliqua quæ ad vindictam pertinent? Respondit: Ut esset timor in populo, ne quidquam liceret quod sibi nolebat.

#### QUÆSTIO XXV.

31. Dic mihi, justitia quibus vel quantis modis dicitur? Respondit: Quinque: justitia Veteris Testamenti, justitia Novi Testamenti, justitia ad iudicandum, justitia ad misericordiam, justitia, quam videatur ab hominibus esse.

#### QUÆSTIO XXVI.

32. Dic mihi, quanta continent ignis in se? iv, id est, urit, illuminat, calefacit et sanctificat. Sanctificare autem proprie in sua natura non habet, licet figuram Spiritus sancti teneat, qui urit vita, calefacit frigidam animam, sanctificat peccatorem, illuminat cor, unde tenebras ignorantiae fugat.

#### QUÆSTIO XXVII.

33. Dic mihi, quid intelligitur in hoc quod dicitur: Da partes vii, mercede et viii. Respondit: Judæos dederunt partes viii, denegantes resurrectionem domini Dominicæ; sed dederunt partes vii, credentes Sabbato. Tu vero credi et bona utrumque, id est, nova et vetera legis, ut non sis Judæus, neque gentilis.

#### QUÆSTIO XXVIII.

34. Dic mihi, cur caput nominatur? Respondit: Eo quod hinc captiunt initium sessus et nervi.

#### QUÆSTIO XXIX.

**D** 35. Dic mihi, eleemosyna qua lingua dicitur, vel quid interpretatur? Graece dicitur eleemosyna, quod Latine dicitur Dei mei muneratio. Misericordia a misero corde dicta: unde Dominus misericors dicitur, et quod subvenit homini misero corde habenti.

26. Forte circumcidi non debent omnes; prius fuit homines.

36. Forte licere pro liceret.

32. In Ms. lecit pro licet, et tenet pro teneat.

33. Ms., vetera legem. Forte novam ei vaderem legem. Quid sibi velint haec partes septem et octo iudicatum fuit in libro de Numeris, ad cap. 9.

34. Vel. Cod., capiuntur initium sensi.

35. Forte eo quod subvenit homini miserum cor.

## QUÆSTIO XXXI.

36. Dic mihi, quantos, vel quales spiritus creavit omnipotens Deus? Respondit: Tres: unum, qui carne non tegitur, id est, angelorum; alium, qui carne tegitur, et non cum carne morietur, id est, hominum; tertium, qui carne tegitur, et cum carne morietur, id est, jumentorum et brutorum animam. **Homo** Neque sicut in medio eratus est, et esset inferior angelorum, superior jumentorum.

## QUÆSTIO XXXII.

37. Dic mihi, dilectio vel charitas in quo modis consistunt? In iv. Hoc est, primum in Dei timore, vel dilectione. Secundum, sicut nosmetipsos, sic Deum amamus. Tertium proximos. Quartum etiam inimicos.

38. Deum ergo plus quam nos diligere debemus: proximum, sicut nos: inimicum, ut proximum. Et nisi Deum primum dilexerimus, nosmetipsos minime diligere poterimus.

## QUÆSTIO XXXIII.

39. Dic mihi, regnum Dei quibus modis intelligitur? Respondit: Quinque: id est, Christus, fides, Evangelium, Ecclesia praesens, vel ipsum regnum cœlorum. Non fuit pœnitentia prædicata ante Joannem, quia ipse dixit: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum (*Math. iii, 2*).

## QUÆSTIO XXXIV.

**256** 40. Dic mihi, pro quibus causis se voluit Dominus a Joanne baptizari? Respondit: Pro iv: prima ut quia homo natus est, ut omnem justitiam impleret et humilitatem. Secunda baptismus, ut suum baptismum Joannes confirmaret. Tertia, ut aquas Joannes sanctificaret. Quarta, ut nullus digneatur a servo suo baptizari, dum ipse Dominus a servo suo baptizatus est.

## QUÆSTIO XXXV.

41. Dic mihi, quomodo, vel quando implevit Christus septem gradus? Respondit: Primus gradus lector, quando aperuit librum Iesu prophetae, et dixit: *Spiritus Domini super me* (*Luc. iv, 18*).

42. Secundus gradus exorcista, quando ejecit vi demonia de Maria Magdalene.

43. Tertius gradus subdiaconus, quando fecit vinum de aqua in Chasan Galilææ.

37. Cod., consistent pro consistunt, et secunda, quarta, pro secundum, quartum.

38. In Ms., potius pro poterimus.

40. Præstabit legere, ut aquas Joannis sanctificaret; nam i facile vertitur in e.

41. Septem gradus, sive ordines plerique theologi distinguunt, sed alio modo eos percensent.

42. Exorcistæ gradus inchoatus, et denotatus quoque fuit, cum Jesus Christus tetigit aures surdi et muti, dicens: *Ephpheta, quod est adaperire*.

43. Ali dicunt subdiaconatum institutum a Christo in ultima cena.

44. Ex aliorum opinione Christus diaconatum instituit cum in ultima cena corpus suum et sanguinem discipulis dispensavit.

45. Forte, deditque discipulis suis.

46. Censent alii ostiarium ante passionem a

A 44. Quartus gradus diaconus, quando lavavit pedes discipulorum suorum.

45. Quintus gradus presbyter, quando benedixit panem, et fregit, dedit discipulis suis. Istos quinque gradus ante passionem implevit Christus.

46. Sextus gradus ostiarius, quando dixit: *Tolite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ* (*Psal. xxii, 7*).

**257** 47. Septimus gradus episcopus, quando levavit manum suam super capita discipulorum suorum, et benedixit eos.

## QUÆSTIO XXXVI.

48. Dic mihi, quid est hoc quod dixit Dominus in Evangelio: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam dititem in regnum Det introire?*

Respondit: Quid per camelum, nisi gentiles homines significat? quia antequam Christus veniret, torwoi, et gembros erant, idola adorando, vel colendo.

49. Quid per illud foramen, nisi incarnationis Christi in utero sanctæ Mariæ describitur? Quid per illum dititem, nisi Judæi, qui de legis littera se divites sperabant?

50. Tria refugia Domini habebant, id est, in monte, in deserto, et in mare. Exemplum nobis ad altiorum justitiam ascendere tanquam in monte; contemplativa seculari, tanquam in deserto; fugere, tanquam in mare.

## QUÆSTIO XXXVII.

51. Dic mihi, quibus substantiis constat homo? Respondit: Tribus, id est, anima et corpore. Una est anima quæ, dum contemplatur, spiritus est; dum sentit, sensus est; dum sapit, anima est; dum intellegit, mens est; dum discernit, ratio est; dum consentit, voluntas est; dum recordatur, memoria est; dum membra vegetat, anima est.

## QUÆSTIO XXXVIII.

52. Septem sunt modi prædicationis, id est, docendo, persuadendo, increpando, arguendo, terrendo, mulcendo et promittendo: hoc est, docendo discipulos, persuadendo personis, increpando apertos, arguendo contrarios, terrendo trepidos, mulcendo iracundos, **258** promittendo pravis et bonis, pravis tormenta, bonis vitam æternam.

## QUÆSTIO XXXIX.

53. Dic mihi, qui primus prophetavit? Respondit:

D Christo institutum fuisse inchoative, et denotative, ut aiunt, cum ementes et vendentes ejecit de templo; compleutive, cum in ultima cena primam sacerdotii potestatem discipulis suis contulit.

47. Episcopatum verum esse ordinem a presbyteratu disiunctum, tenuit jam cum canonistis plerique recentiores theologi.

48. Forte et gibbosoi erant. Alii camelum de fune explicant.

50. Videtur id pertinere ad aliam quæstionem, cuius desit initium.

51. Reponendum censeo duabus pro tribus. Multa in fine erat hæc quæstio sic, dum membra vegetal; supplevi ex Opere imperfecto de Numeris fortasse sancti Isidori in Ms. Vatic. Reginæ 199, in quo hæc ipsa sunt, et supra legitur dum sapit, quimus, etc.

52. Desit initium hujus quæstionis.

*Adam, quando dixit : Hoc nunc os ex ossibus meis, A  
et caro de carne mea.*

## QUÆSTIO XL.

54. Dic mihi, infans parvulus quantas virtutes habet? Respondit : *iv* : Non Iesus meminit; non perseverat in ira; non delectatur pulchra semina; non aliud cogitat vel aliud loquitur.

## QUÆSTIO XLI.

55. Dic mihi, quare fuit diluvium super terra? Respondit : Filii Dei acceperunt filias hominum ex omnibus quas sibi elegerant; natique sunt ex eis filii. Illi fuerunt gigantes, et multa mala fecerunt in terra, et non placuit Domino. Propterea delevit eos Dominus per aquas diluvii.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## MYSTICORUM EXPOSITIONES SACRAMENTORUM

SEU

## QUÆSTIONES IN VETUS TESTAMENTUM.

## IN GENESIN.

## PRÆFATIO.

**259** 1. Historia sacrae legis non sine aliqua prænuntiatione futurorum gesta atque conscripta est. Nisi pertineret ad præfigurationis mysterium tam multiplex rerum umbra gestarum, nec docens Apostolus diceret : *Lex umbram habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.*

2. Proinde quædam, quæ in ea figuratum dicta vel facta sunt, et sunt plena mysticis sacramentis, adjuvante superna gratia, in hoc opusculo exsequentes inteximus, veterumque ecclesiasticorum sententias congregantes, veluti ex diversis pratis flores lectos ad manum fecimus, et pauca de multis breviter perstringentes, pleraque etiam adjacentes, vel aliqua ex parte mutanties, offerimus non solum studiosis, **260** sed etiam fastidiosis lectoribus, qui C nimiam longitudinem sermonis abhorrent.

3. Brevi enim expositione succincta non faciunt de

B prolixitate fastidium. Prolixa enim et occulta tredet oratio; brevis et aperta delectat. Et quia jam pridem iuxta litteram a nobis sermo totus contextus est, necesse est ut, præcedente historiæ fundamento, allegoricus sensus sequatur. Nam figuraliter quædam ex his intelliguntur, vere tanquam prophetica indicia præcedentia futurorum.

4. Sane non omnia quæ in lege et prophetis scripta sunt mysteriorum ænigmatis obteguntur; sed pro his quæ aliquid significant, etiam quæ nihil significant connectuntur. Sicut enim in citharis, et hujusmodi organis musicis, non quidem omnia quæ tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantum chordæ, cætera tamen in toto citharæ corpore ideo facta sunt, ut esset ubi connecterentur et quo tenderentur illa quæ ad cantilenæ suavitatem modulatrices est artifex: ita in his propheticis narrationibus quæque dicuntur aut aliquid sonant in significationem

nes sacramentorum; quibus in unum congestis, idem liber dicitur Quæstionum. Plura in præfat. ad Opera Isidori. GRIAL.

Ibid. Qui nimiam longitudinem sermonis abhorrent; ita Palent. et duo Oxonienses. Quibus nimia longitudine sermonis abhorret, Valent. Quos nimia longitudine sermonis abhorret, Guadalup. Quorum nimia longitudine sermonis abhorret, Laurentian. et Complut. Idem Isidorus, in Regul. monach. : *Philargyræ contagium, ut lethiferam pestem (monachus) abborreat.* GRIAL.

Ibid. Veterum ecclesiasticorum nomina, quorum sententias congregat, paulo post, num. 5 recenset Isidorus. AREV.

3. Et quia jam pridem juxta litteram. Ita Siegeritus de eo : *Totum Vetus Testamentum simpliciter expōnendo percurrit. Hoc nobis deesse magnæ dividit est, nisi forte id Glossæ sunt quæ vocantur Ordinariae.* GRIAL.

4. Sane non omnia, usque ad connectantur, verba sunt Augustini duobus ex locis apitatis, ex xv de Cīvit., c. 2, et xxii contra Faust., c. 94. GRIAL,

*Mysticorum. Arevalus hic scripsérat Secretorum; sed in aliis hujus operis titulis, Grialii editionem secutus, reposuit Mysticorum, et quamvis, ait, fortasse magis genuinum sit Secretor. Retinuimus secundam lectiōnem. Cæterum, huic loco notam sequentem subjungit Arevalus : — De secretorum, sive, ut Grialius editit, mysticorum Expositionibus sacramentorum quid hoc loco monere expediret, peti potest ex prolegomenis, cap. 65, ubi de hoc opere multa verba feci. Satis nunc sit indicare Grialium auctorem esse earum notarum quibuscum nostras non ita multas interseveremus. Neque vero argumentum ejusmodi est ut longa explicazione opus sit; et ubi sensus commodus ex Isidori verbis eruitur, non est nimis anxie querendus, an omnino ea ipsa verba illius auctoris quem sequitur expresserit, aut etiam exprimere voluerit. EDIT.*

2. Et sunt plena mysticis sacramentis. Ex his et sancti Ildefonsi verbis, quæ subjiciemus, titulum prorsus jam abolitum huic operi restituimus. Ita enim Ildefonsus in Vita Isidori : *Collegit etiam de diversis auctoribus quod ipse cognominal secretorum exposi-*

futuorum, aut, si nihil sonant, ad hoc interponuntur, ut sit unde illa significantia tanquam sonantia connectantur.

5. Has autem rerum gestarum figuras de mysticis thesauris sapientum, ut prædiximus, depromentes, in unam formam compendio brevitatis contraximus; in quibus lector non nostra legel, sed veterum releget. Quod enim ego loquor, illi dicunt; et vox mea ipsorum est lingua. Sumpta itaque sunt ab auctoribus Origene, Victorino, **261** Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Fulgentio, Cassiano, ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio.

#### CAPUT I.

*Præmissio operis usque ad expulsionem hominis de Paradiso.*

1. *Creatura cœli et terræ quomodo historialiter ab exordio principii condita sit legitimus; sed qualiter in Ecclesia spiritualiter a doctoribus accipiatur, intelligamus.*

2. *In principio fecit Deus cælum et terram. Principium Christus est, sicut ipse in Evangelio Iudeis interrogantibus respondit: Ego principium, qui et loquor vobis (Joan. viii, 25).* In hoc igitur principio fecit Deus cœlum, id est, spirituales, qui cœlestia meditantur et querunt; in ipso fecit et carnales, qui needum terrenum hominem deposuerunt. *Terra autem erat inanis et vacua.* Terra scilicet carnis nostræ inanis erat et vacua, priusquam doctrinæ acciperet formam. *Et tenebrae erant super faciem abyssi,* quia delictorum cœcitas et ignorantia profunda obscuritas corda nostra tegebat.

3. *Et spiritus Dei ferebatur super aquas.* Spiritus autem Dei super cor nostrum tenebrosum et fluidum, quasi super aquas, jam **262** superferebatur; in quo subsistentes requiesceremus, cujusque vivificaremur flatu, et cuius unda ablueremur.

4. *Dixit quoque Deus: Fiat lux, id est, illuminatio*

*Ibid. Quæque dicuntur. Ita MSS. o., hoc est, quæcumque dicuntur, quomodo non solum Isidorus, sed interdum etiam optimi Latinitatis auctores loquuntur. Hoc qui non viderunt, haud veriti sunt addere, quæ obteguntur, ut quæque dicuntur adnecteretur.* GRIAL.

5. *Cassiano.* Aliqui libri Cassiani loco Fulgentium habent. In alijs uterque ponitur, et utriusque Isidorum perstudiosius fuisse constat. Sed in toto hoc opere Fulgentii (quod sciamus) verbum nullum; Cassiani existant aliquot a nobis indicati loci. GRIAL.

*Ibid.* Fulgentii nomen cur non sit omittendum, quamvis Grialius illud omisit, dixi in prolegomenis, c. 65, n. 19 et 20. Certe auctoritas Joannis Diaconi, qui in Vita sancti Gregorii hæc Isidori verba protulit et Fulgentium post alios nominat, tanti pondus esse debet ut ab ea non sit recessendum. AREV.

CAP. I. N. 1. *Creatura cœli et terræ.* Veterem interpretem imitatus est; quod enim Vulgatus: *Istæ sunt generationes cœli et terræ,* ille reddens verba LXX interpretatum: Λύτη ἡ βίολος γενεσεων οὐπανοῦ καὶ γῆς: *Hic est liber creaturæ cœli et terræ dixit.* GRIAL.

2. *In principio fecit, ex LXX. Creavit Valent. et Comp., ex Vulg. GRIAL.*

*Ibid. Ego principium, qui et loquor. Quod et loquor, August., cujus sunt hæc, lib. i de Gen. contra Manich., cap. 2, eodemque modo apud Ambrosium initio operis Hexaem.* GRIAL.

A credulitatis appareat. Prima enim die lucem fideli dedit, quia prima est in conversione fides. Unde et istud primum in Dei præceptis mandatum est: *Dominus Deus tuus Deus unus est.* Propter quam fidem ipse Dominus etiam visibiliter in mundo apparere voluit.

5. *Et divisit lucem a tenebris;* nam tunc Deus juxta præscientiæ suæ gratiam divisit justos, id est, filios Dei et lucis, a peccatoribus, tanquam a tenebris; justos vocans diem, et illos noctem; nam quod in Ecclesia lucis nomine justi appellantur, audi Apostolum: *Fuisti, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino (Ephes. v, 8).*

6. Deinde secunda die disponit Deus firmamentum, id est, solidamentum sanctorum Scripturarum; firmamentum enim in Ecclesia Scripturæ divinæ intelliguntur, sicut scriptum est: *Cælum plicabitur, sicut liber (Isai. xxxiv, 4).* Discrevitque super hoc firmamentum aquas, id est, cœlestes populos angelorum, qui non opus habent hoc suspicere firmamentum, ut legentes audiant verbum Dei.

7. Vident enim eum semper, et diligunt, sed superposuit ipsum firmamentum legis suæ super infirmitatem inferiorum populorum, ut ibi suspicentes cognoscant qualiter discernant inter carnalia et spiritualia, quasi inter aquas superiores et inferiores.

8. Post hæc die tertio collegit in unum aquas inferiores salsas: hoc est, homines infideles, qui cupiditatum tempestate et tentationum carnalium fluctibus quauiuntur, et in se ipsis, quasi amaritudo, in-

C cluduntur. Segregavitque ab eis aridam, populum scilicet fontem fidei sipientem, fixitque dehinc superborum limites, et coercuit eos, ne turbulentis iniuitatum suarum fluctibus aridam, id est, animam sipientem Deum, conturbent; liceatque ei germinare bonorum operum fructus secundum genus suum, diligendo proximum in subsidiis necessitatibus carna-

*Ibid. Spirituales... carnales.* Ex Augustino, XIII Confess., c. 12. GRIAL.

*Ibid. Terra autem erat inanis et vacua.* Ita quidem libri omnes manuscripti et excusi, etiam apud Eucharium et Bedam; sed explicatio, sive allegoria, non adhibetur his verbis, sed illis potius quæ sunt ex LXX: *Terra autem erat invisibilis et incomposita.* Augustinus loco proxime citato: *Quia et apud nos in Christo suo fecit Deus cælum et terram, spirituales et carnales Ecclesie suæ, et terra nostra, antequam acciperet formam doctrinæ, invisibilis erat et incomposita, et ignorantia tenebris tegebatur, etc.* GRIAL.

*Ibid.* Sanctus Augustinus sæpe eodem modo ait: *In principio fecit, etc.* Apud eundem sanctum Augustinum alii legunt *Principium, quia et loquor vobis.* AREV.

4. *Prima die, usque ad apparere voluit,* Augustinus i de Genes. contra Manich., c. 25. GRIAL.

5. *Apostolus: Eratis enim aliquando, etc.* In Griali textu mendum erat filios Dei et luceas. AREV.

6. *Deinde secunda die, usque ad superiores, et inferiores, carpim ex ejusd.* XIII Confess., cap. 15, et ex i contra Manich., c. cit. GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Complicabuntur, sicut liber, carli.* AREV.

8. *Post hæc die tertio, usque ad valido robore justi judicii, ex eod.* lib. Confess. c. 17. GRIAL.

lium; habeatque in se semen **263** secundum simili- tudinem, ut ex sua infirmitate compatiatur ad subvenientium indigentibus.

9. Producat et lignum forte robore, et fructiferum, id est, beneficium ad eripendum eum qui injuriam patitur de manu potentis, et præbendum protectionis umbraculum valido robore justi judicii.

10. Deinde quarta die emicuerunt luminaria firmamento legis infixa, id est, evangelistæ et doctores, Scripturæ sanctæ cohærentes disputando, et omnibus inferioribus lumen sapientiae ministrantes. Protulit etiam et cæteram micantium siderum turbam, id est, diversarum virtutum in Ecclesia numerositatem, que in hujus vitæ obscuritate, tanquam in nocte resplendentes, dividant in hoc firmamento Scripturæ sensibilia et intelligibilia, quasi inter lucem persectorum et tenebras parvorum, et sint in signis virtutum et miraculorum, sint etiam in tempora et annos, quia prædicatores propriis temporibus vivunt et transeunt, verbum autem Domini manet in æternum.

11. Quare autem primo terra germinavit, deinde facta sunt luminaria? nisi quia post opera bona venit illuminatio lucis ad contemplandam speciem supernæ virtutis?

12. Inter hæc die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum vivarum, homines, scilicet, renovati in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt et volatilia, id est, sanctæ animæ ad superna volantes.

13. Post hæc sexta die produxit terra animam vivam, quando caro nostra, abstinens ab operibus mortuis, viva virtutum germina parturit, secundum genus scilicet suum, id est, vitam imitando sanctorum, sicut Apostolus ait: *Imitatores mei estote*. Secundum nostrum quippe genus vivimus, quando in opere bono sanctos viros, **264** quasi proximos, imitamur. Deinde produxit terra bestias, homines in potentia rerum, sive ferocitate superbiae. Similiter et pecora; fideles in simplicitate vitæ viventes; serpentes quoque innoxios, sanctos videlicet viros, astutæ vivacitate bonum a malo discernentes, et, in quantum fas est, reptando scrutantes terrena, per quæ intelligent sempiterna, non illos venenosos qui se in hujus mundi cupiditatibus terrenis collocant.

14. Post hæc fecit Deus hominem ad Imaginem

9. Protectionis umbraculum. Ita Augustinus, et sic est apud Bedam. **GRIAL**.

10. Deinde quarta die. Ex xiii Conf., cap. 18, et i de Gen. cont. Manich., c. 25, et Origene, hom. 1 in Gen. **GRIAL**.

*Ibid.* Scripturæ sanctæ cohærentes. Appareamus, sicut luminaria in mundo, cohærentes firmamento Scripturæ tuae. Augustinus, xiii Conf., c. 18. Est autem apud Eucherium et Redam demonstrantes, apud Augustinum tamen, ministrantes. **GRIAL**.

*Ibid.* Tenebras parvorum. Verba sunt ejusdem Augustini, cap. 19. Pravorum tamen habent plerique MSS. **GRIAL**.

*Ibid.* Quia prædicatores. Idem, c. 18: Transcunt prædicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitam; scriptura vero tua usque in finem sæculi super populos extenditur. **GRIAL**.

*Ibid.* In not. Gr. erat quarto die. **AREV.**

A suam: perfectum scilicet virum, qui non quemlibet sanctorum virorum imitando, sed ipsam veritatem contemplabiliter intuendo, operatur justitiam, ut ipsam intelligat, et sequatur, ad cuius imaginem factus est, veritatem. Iste etiam accepit potestatem piscium maris, et volatilium cœli, pecorumque, ferarum quoque, atque repentium, quia spiritualis quisque effectus, et Deo similis facies, secundum Apostolum, judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur (*I Cor. ii, 15*).

15. Quod vero sequitur: *Masculum et feminam fecit eos*, spirituales in Ecclesia, et obedientes ostendit, quia sicut viro subdita est mulier, sic spirituali et perfecto viro obediens est is qui minus perfectus est, sicut Apostolus ait: *Rogamus vos, fratres, ut cognoscatis eos qui in vobis laborant, et praesunt vobis in Domino* (*I Thess. v, 12*). Dicitur autem eis: *Crescite et multiplicamini, sive in linguis, sive in spiritualibus intelligentiae gradibus, ut dominentur per rationis intellectum omnium carnalium perturbationum, quasi insensibilium animantium*.

16. Omnis autem herba seminalis, et omne lignum fructuosum, quod hominibus datum est in escam, fideles sunt de oblationibus sanctorum necessitatibus communicantes. Unde et Apostolus ait: *Nam si in spiritualibus participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis* (*Rom. xv, 27*). Hæc sunt fructifera ligna. In istis ergo **265** gradibus, tanquam in quibusdam diebus, vespera est ipsa perfectio singularium operum, et mane inchoatio sequentium.

17. Post istorum itaque quasi sex dierum opera bona valde sperat homo quietem mentis, constitutas in spirituali paradiso, quo significatur vita beata, ubi sops est sapientia, divisus in quatuor partes virtutum; ubi edat ligni vitæ gratiam, ubi utilles disciplinas mores, quasi fructus lignorum carpat. Est namque paradius vita beatorum, quatuor flumina quatuor virtutes, ligna ejus omnes utilles disciplinae, lignorum fructus mores piorum, lignum vita ipsa bonorum omnium mater est sapientia, de qua scriptum est, Salomone dicente: *Lignum vitæ est his qui apprehendunt illam, et qui tenuerit eam, beatus* (*Proverb. iii, 18*). Lignum scientiae boni et mali transgressio est mandati.

14. Pecorumque, ferarum quoque, et repentium. Ita Beda et Impress., ex veteri tralatione, alii alter ex Vulg. **GRIAL**.

*Ibid.* Multi versantur theologi ac sacri interpres in hac sententia Genesis exponenda, quod homo factus sit ad imaginem et similitudinem Dei. Varias de hoc argumento opiniones colligit Pererius ad hunc locum. Vide etiam Editionem Patrum apostolicorum cum notis Cotelerii, pag. 60. **AREV.**

15. In Vulgata nunc: *Ut noveritis eos qui laborant inter vos*. **AREV.**

16. Vulgata: *Nam si spiritualium eorum participes facti sunt, etc., ministrare illis*. **AREV.**

17. Post istorum, usque ad sperat homo quietem, verba sunt Augustini, i de Gen. contra Manich., c. 25. **GRIAL**.

*Ibid.* Quo significatur vita beata. Ejusdem, lib. 18, c. 9. **GRIAL**.

## CAPUT II.

*De operibus sex dierum.*

1. Exulta bactenus sex dierum opera, qualiter in Ecclesia spiritualiter intelligantur, explicata sunt; deinde, quid in figuram saeculi significant, subjiciendum est. Sex diebus consummavit Deus omnia opera sua, et septimo requievit. Sex aetatis humanum **266** genus in hoc saeculo per successiones temporum Dei opera insigniunt. Quarum prima est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta a David usque ad transmigrationem in Babyloniam; quinta deinde usque ad humilem adventum Domini nostri Iesu Christi; sexta, quæ nunc agitur, usquequo mundus finiatur, donec Excelsus veniat ad judicium.

2. Septima vero intelligitur in requie sanctorum, qua scilicet non habet vesperam, quia eam jam nullus terminus claudet. Pergamus ergo breviter per eas omnes mundi aetates, replicantes ordinem temporum eorum, et mystice differentias distinguamus.

3. Primo enim saeculo factus est, tanquam lux, homo in paradiso. In qua aetate filios Dei in lucis nomine divisit Deus a filiis hominum, quasi a teubeis; itaque hujus dies vespera diluvium.

4. Secundum saeculum factum est, quasi armamentum inter aquam et aquam; aera utique illa quo natavit inter pluviam et mari; hujus vespera fuit confusio linguarum.

5. Tertius saeculum factum est quando separavit C Deus populum suum a gentibus per Abraham, discernens eum, quasi aridam ab aquis, ut proferret gerumen barbarum atque lignorum, id est, fructus scripturarum Scripturarum. Hujus vespera fuit peccatum, et malitia possimi regis Saul.

6. Indo quartum saeculumcepit a David, quando constituit Deus lumina in firmamento coeli, id est, splendorem regni, tanquam solia excellentiam, et in lunæ specie obtemperantem tanquam lunam Synagogam, et stellas principes ejus. Cujus aetas fit

*Ibid. Divisus in quatuor partes virt. Ejusdem, c. 10. GRIAL.*

*Ibid. Breulius post quatuor virtutes haec addit: Virtus est animi habitus, naturæ decus, vita ratio, morum pietas, cultus Divinitatis, honor hominis, aeternæ beatitudinis meritum. Cujus scilicet partes quatuor principales, que designantur per quatuor paradisi flumina, prudenter, fortitude, iustitia, temperantia. Prudentia est rerum divinarum humanarumque, prout homini datum est, scientia: per quam intelligitur quid cavendum sit et quid agendum. Et hoc est, quod tu peccato (xxviii) legimus: MIRABILIA TESTIMONIA TUA. Fortitudo est animi patientia, et longanimitas, et perseverantia in bonis operibus, et Victoria contra vitiorum genera. Justitia est animi nobilitas, unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac Divinitate cuius, et humanitatis iura, vera iudicia, et aequitas totius vitae conservatur. Temperantia est vita modus, ne quid nimis homo vel amet, vel odio habeat; sed omnes hujus vitae varietates considerata temperes diligentia. Haec sunt quatuor flumina. Ligna omnes utiles virtutes, etc. Hoc in quibusdam MSS. non existere animadverterit Breulius. In verbis Salomo-*

A vespera in peccatis regum, quibus gens illa ineruit captivari.

7. Porro quinto saeculo, id est, in transmigratione Babylonie, facta sunt quasi animalia in aquis, et voluntaria coeli, quia tunc Judæi inter gentes, tanquam in mari, vivere coeperunt, nec habebant stabilem locum, tanquam volantes aves. Hujus diei quasi vespera est multiplicatio peccatorum in populo Iudeorum, quando sic execrati sunt, ut etiam Dominum Jesum non possint agnoscere.

**267** 8. Jam sextum saeculum fit in adventu Domini nostri Iesu Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus est, sic in ista sexta aetate saeculi secundus Adam, id est, Christus, in carne de Maria virgine natus B est: ille in animam viventem, hic in spiritum vivificantem. Et sicut in illa die fit anima viva, sic in isto saeculo vitam desiderantes eternam.

9. Et sicut in illa sexta die serpentum et ferarum genera terra produxit, ita et in hac sexta aetate saeculi gentes vitam appetentes aeternam Ecclesia generavit. Quem etiam sensum vas Petro ostendit manifestavat (Act. 1). Et quemadmodum die sexta creatur masculus et femina, sic in ista saeculi aetate manifestatur Christus et Ecclesia.

10. Et sicut praeponitur homo in die illa pecoribus, serpentibus et coeli volatilibus, ita et Christus in hac aetate saeculi gentibus, populis et nationibus, ut ab eo regantur, vel carnali concupiscentiae dediti, sicut pecora, vel terrena curiositate obscurati, quasi serpentes, vel elati superbia, quasi aves.

11. Et sicut in illa die pascitur homo, et animalia quæ cum illo sunt, herbis seminalibus, et lignis fructiferis, et herbis viridis, sic et ista saeculi aetate spiritualis homo, qui bonus minister est Iesu Christi, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctorum Scripturarum alimentis, et lege divina ad concipiendam secunditatem rationum, atque sermonum, tanquam herbis seminalibus, partim ad utilitatem mogum conversationis humanæ, tanquam lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei, spei et

mis Vulgata exhibet qui apprehenderint eam. AREV.  
CAP. II. N. 1. Deinde quid in figuram saeculi, etc. Reliquæ hujus capituli contexta sunt ex ejusdem versionib. lib. I de Genes. contra Manich., c. 25, ordine tantum immissio. GRIAL.

D *Ibid. Sex diebus, usque ad non habet vesperam, verba sunt Augustini, XII contra Faust., c. 8. GRIAL.*

*Ibid. De sex mundi aetatis in Etymolog., lib. v, cap. 38, n. 5. AREV.*

2. Sanctorum, que scilicet. Nonnulli addunt: Sanctorum, non in hac vita, sed in alia, ubi vidit requiem praesentem dives ille, cum apud inferos torqueretur, que scilicet. AREV.

4. In Editione Grialii mendose inter plusiam maria. AREV.

10. Terrena curiositate. Tenebrosa curiositate, Augustinus. GRIAL.

11. Concipiendam, ex Augustino. Concipiendam, Eucherius et Manuscripti, mendose. GRIAL.

*Ibid. Non prætermittenda varietas lectiounis in Cod. Albornoz., homo, cui minister est Christus. Quod pertinet ad Matth. ix, 28; Non veni ministrari, sed ministrare. AREV.*

charitatis in vitam æternam, tanquam herbis viri- A assumpserat, per quam imbre sancti Evangelii lar- dibus, quæ nullo æstu tribulationum arescant.

12. Sed spiritualis sic istis spiritualibus cibis ali- mentisque pascitur, ut multa intelligat. Carnalis autem, id est, parvulus in Christo, tanquam pecus Dei, ut multa credit, quæ necdum intelligere 268 potest, tamen eodem cibos omnes habent. Hujus autem ætatis quasi vespera utinam nos non inveniat! Illa est enim de qua Dominus dicit: *Putasne ve- niens Filius hominis inveniet fidem super terram* (*Luc. xviii.*, 8)?

13. Post illam vesperam siet mane, quando ipse Dominus in claritate venturus est. Tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis in quibus dictum est: *Estate perfecti, sicut Pater vester qui in celis est* (*Matt. v.*, 48). Tales enim faciunt opera B bona valde. Post talia enim opera speranda est re- quies in die septimo, qui vesperam non habet.

14. Sequitur: *Istæ generationes cœli et terræ, quando creatae sunt, in die quo fecit Deus cœlum et terram, et omne virgultum agri, omnemque herbam regionis, antequam esset super terram. Superior septem dies numerati sunt; nunc unus dies dicitur, quo fecit Deus cœlum et terram, et omne virgultum agri, et omnem herbam regionis.*

15. Hujus diei nomine secundum prophetiam omne tempus hujus vitæ significatur, in quo cœlum et terra factum, id est, in quo creaturæ visibles disponuntur. Sed quid sibi vult, quod nunc, nomi- nato cœlo et terra, adjecit *virgultum agri, et herbam C regionis*, et tacuit cætera quæ sunt in cœlo et terra, vel etiam in mari, nisi quia per virgultum agri invisi- bilem creaturam demonstrat intelligi, sicut est anima?

16. Dicta autem est virgultum, propter vigorem vitæ; herba, propter eamdem vitam nunquam mar- cescentem. Deinde quod addidit, antequam esset super terram, intelligitur antequam anima peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordida, tanquam su- per terram nata, vel super terram esse, recte di- citur.

17. Unde et adjecit: Nondum enim pluerat Domi- nus Deus super terram, quasi aperie diceret: Ante- quam peccaret anima, nondum 269 nubibus Scripturarum pluviam doctrinæ Dominus ad animam irrigandam concesserat; nondum propter hominem, qui est terra, Dominus noster nubem carnis nostræ

18. Sed spiritualis, usque ad potest, emendatus est hic locus ex Augustino et Beda. GRIAL.

*Ibid.* In Vulgata: *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem super terram?* AREV.

13. In nostra Vulgata: *Estate ergo vos perfecti, sicut et Pater cœlestis perfectus est.* AREV.

14. Vulgata: *Istæ sunt generationes... creata sunt in die quo fecit Dominus Deus... virgultum agri, an- tequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis, priusquam germinaret.* AREV.

15. Hujus diei nomine secundum prophetiam. Hæ duæ voces secundum prophetiam non sunt apud Au- gustinum, a quo sunt reliqua, lib. ii de Gen. cont,

A assumpserat, per quam imbre sancti Evangelii lar- gissimum infudit.

18. Quod vero subjunxit: *Et homo non erat, qui operaretur terram*, quia nullus homo operatus est in virginem, unde natus est Christus. Ipse est enim lapis de monte abscissus sine manibus (*Dan. ii*), id est, absque coitu et humano semine de virginali utero, quasi de monte humanæ naturæ, et substanzia carnis abscissus. *Sed fons aspergebat de terra, irrigans universam superficiem terræ.* Terra mater virgo Domini Maria rectissime accipitur, de qua scriptum est: *Aperiatur terra, et germet Salvatorem* (*Isai. xlvi*, 8). Quam terram irrigavit Spiritus sanctus, qui fontis et aquæ nomine in Evangelio significatur.

### CAPUT III.

#### *De paradisi conditione, vel hominis.*

1. *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ*, id est, factus est Christus, juxta quod ait Apostolus, ex semine David secundum carnem (*Rom. i*), tan- quam de limo terræ. *Et inspiravit in faciem ejus spi- raculum vitæ*, utique infusionem sancti Spiritus, qui operatus est hominem Christum. *Et factus est homo in animam viventem*, scilicet, ut qui perfectus erat Deus, perfectus videretur et homo.

2. *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum vo- luptatis a principio.* Paradisus Ecclesia est; sic enim illa legitur in Canticis cantorum: *Hortus con- clusus soror mea* (*Cant. iv*, 12). A principio autem paradisus plantatur, quia Ecclesia catholica a Christo, qui est principium omnium, condita esse con- gnoscitur. Fluvius de paradiso exiens imaginem portat Christi, de paterno fonte fluentis, qui irrigat Ecclesiam suam verbo prædicationis, et dono baptismi.

3. De quo bene per prophetam dicitur: *Dominus Deus noster 270 fluvius gloriosus exsiliens in terram sicutientem.* Quatuor autem paradisi flumina quatuor sunt Evangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa.

4. Ligna fructifera, omnes sancti sunt; fructus eorum, opera eorum; lignum autem vitæ, Sanctus sanctorum, Christus, scilicet, ad quem quisque si porrexerit manum, vivet in æternum. Lignum autem scientiæ boni et mali, proprium est voluntatis ar- bitrium quod in medio nostri est positum ad digno- D scendum bonum et malum. De quo qui relecta Dei gratia gustaverit morte morietur.

5. *Tulit igitur Deus hominem, et posuit eum in pa-*

Manich., c. 3; leguntur tamen in omnibus libris, et apud Eucherium et Bedam. GRIAL.

17. *Nubem carnis nostræ.* Nubilum carnis nostræ, Augustinus; nebulam, apud Bedam. GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Non enim pluerat.* AREV.

18. *Homo non erat, usque ad significabatur, ex eod. lib. Augustini, cap. 24.* GRIAL.

CAP. III. N. 2. *Paradisus Ecclesia est*, ex eod. lib., cap. 14. GRIAL.

3. *Propheta fortasse est Isaías, cap. xliv, 3:* *Effundam enim aquas super sicutientem, et fluenter per aridam.* Quatuor Evangelia quatuor paradiſi flu- minibus alibi etiam comparat Isidorus. AREV.

*radiso. Assumpsit Deus carnem, et factus est caput Ecclesiæ, ut operaretur et custodiret illum, id est, voluntate Patris ex omnibus gentibus Ecclesiam impleret. Dixit quoque Deus: Non est bonum esse hominem solum. Arguuntur hæretici, qui Christum solum hominem putant, et non etiam Deum.*

**6.** *Faciamus ei adjutorium simile sui, quia in ipso homine suscepto Ecclesia Deo copulata est. Appellavit autem Adam nominibus suis cuncta animantia, et volatilia caeli, et bestias terræ, significans gentes, quæ salvæ fuerent in Ecclesia, et per Christum nomen Christianitatis erant accepturæ, quod prius non habuerant, sicut scriptum est: Et vocabo servos meos nomine alio (Isai. LXV, 15).*

**7.** *Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus. Utique quoniam quamvis fidelis aut justus sit quisque, Christo tamen aequari non potest. Quis enim, inquit Moyses, similis tibi in diis, Domine (Psalm. LXXXV)? nam et David ait: Speciosus forma præ filiis hominum (Psalm. XI, IV). Nemo enim poterat a morte genus humanum liberare, et ipsam mortem superare, nisi Christus, sicut et in Apocalypsi dicitur: Nemo inventus est dignus, neque in celo, neque in terra, neque infra terram, aperire librum, nisi leo de tribu Juda.*

**8.** *Immissit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et edificavit costam, quam tulerat **271** de Adam, in mulierem. Dormit Adam, et fit illi mulier de latere. Patitur Christus in cruce, pungitur latus lancea, et profluunt sacramenta sanguinis, ex quibus formetur Ecclesia. Hanc dormitionem cantat Propheta, dicens: Ego dormivi, et quievi, et resurrexi, quoniam Dominus suscitavit me (Psalm. III, 6).*

**9.** *Sequitur: Et posuit carnem pro ea. Sic Christus carnem suam moriendo posuit in patibulo crucis pro Ecclesia. Dicit quoque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Quia sive sancti spirituales et fortissimi in temptationibus, sive minus perfecti, utrique unum corpus Christi sunt, et una Ecclesia.*

**10.** *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Sic et Christus Ecclesiæ nomen dedit Christianum.*

**6.** *Vulgata: simile sibi. Et mox, Appellavitque Adam . . . et universa volatilia caeli, et omnes bestias terræ. Et apud Isaiam: Et servos suos vocabit nomine alio. AREV.*

**7.** *In psalmo LXXXV, qui a Breilio indicatur et inscribitur, *Oratio ipsi David*, vers. 8, dicitur: Non est similis tui in diis, Domine. Apocalypsis sententia exprimitur verbis aliquatenus commutatis. AREV.*

**8.** *Verba psalmi in Vulgata: Ego dormivi, et saperatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me. AREV.*

**10.** *Quæ erant in Ecclesia proditura. Prodigia, apud Bedam. GRIAL.*

*Ibid. Quamobrem relinquet, usque ad corpus esse possemus, ex eod. Augustini lib., cap. 44, vel ex XII contr. Faust., cap. 8; utrobique enim eadem leguntur, atque utrumque locum sibi proposuisse videatur Isidorus. Legitur vero tam apud Augustinum quam apud Paulum propter hoc, non quamobrem. GRIAL.*

*Ibid. Grialius in nota possemus; sed in textu pos-*

*A num, quæ de ejus latere sumpta est. Hec ergo omnia facta sunt in figura, quæ erant in Ecclesia proditura. Quamobrem relinquet homo patrem et matrem, et adhæredit uxori suæ; et erunt duo in carne una. Hoc interpretans Apostolus ait: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia (Ephes. v).*

**11.** *Ergo quod per historiam completum est in Adam, per prophetiam significatur in Christo, qui reliquit Patrem, cum dicit: Ego a Patre exihi, et veni in mundum (Joann. XVI). Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (Philipp. II). Reliquit et matrem, id est, Synagogam Judæorum, Veteri Testamento carnaliter inhærentem, quæ illi erat mater ex scmine David secundum carnem, et adhæsit uxori suæ, id est, sanctæ Ecclesiæ, ut pace Novi Testamenti essent duo in carne una, quia cum sit Deus apud Patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, ut illius capitum corpus esse possimus.*

#### CAPUT IV.

*De præceptis Dei, et consensione serpantis.*

**272** **1.** *Jam dehinc præceptum, quod accepit figuratiter Adam, nos accepimus in Christo, quia unusquisque Christianus non incongrue gestat personam Christi, dicente ipso Domino: Quod fecisti uni ex minimis meis, mihi fecisti (Matth. XXV, 40). Dicitur ergo illi: Ex omni ligno paradisi comedere. De ligno autem scientia boni et mali ne comedas.*

**2.** *Præcipitur enim nobis ut fruamur omni ligno paradisi, quo significantur spirituales deliciae, de quibus ait Apostolus: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, peccatum, longanimitas, honestas, mansuetudo, continentia, castitas (Galat. V). Sicut Apostolus dicit. Et non tangamus lignum in medio paradisi plantatum scientiam boni et mali, id est, ne velimus superbire de natura arbitrii nostri, quæ media est, ut, decepti per scientiam, experiamur et malum. Serpens autem ille, sapientior omnium bestiarum, indicat diabolum, qui inde serpens dicitur quod volubili versetur astutia.*

**3.** *Sed quid est quod ipse per mulierem decepit, et non per virum? Quia non potest ratio nostra sequimus, quod alii retinent. AREV.*

**C** *CAP. IV. N. 1. Jam dehinc præceptum, usque ad mihi fecisti, ejusd. Augustini sunt verba, cap. 25 lib. II cont. Manich. Quæ ante hæc leguntur in plurisque libris, Post hæc vocatur Heva, etc., non sunt hujus loci, sed capituli sexti (imo quinti) ubi eadem totidem verbis ponuntur. GRIAL.*

*Ibid. Omni ligno paradisi, usque ad experiamur et malum, ex eod. Augustini loco. Qnod autem Augustinus dixerat, ne vellemus superbire de natura nostra, Isidorus interpretatus est de natura arbitrii nostri, quod et superiorius fecerat. GRIAL.*

*Ibid. In nostra Vulgata: Quandiu fecisti uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecisti. AREV.*

**2.** *Serpens autem, usque ad astutia, ex cap. 24 eiusdem lib. II contra Manich. GRIAL.*

*Ibid. In verbis Apostoli Vulgata non nihil variat. Quod additur, sicut Apostolus dicit, non puto ad ea quæ sequuntur referri, sed ad ea quæ præcedunt. AREV.*

**3.** *Sed quid est, quod per mulierem, usque ad te-*

duci ad peccandum, nisi precedente delectatione in carnalis infirmitatis affectu, qui obtemperare debet rationi, tanquam viro dominanti. Hoc enim in unoquoque homine geritur in occulto quodam secreto conjugio.

4. Suggestionem quippe, serpentem accipimus; mulierem vero, 273 animalem corporis sensum; rationem autem, virum. Ergo quando occurrit mala suggestio, quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectetur illa suggestione, et, refrenante ratione, consensus explendi operis non succedat, sola mulier videtur comedisse illicitum.

5. Quod si ipsum peccatum etiam ei meas perpetrandum decernat, jam vir deceptus est, jam mulier cibum dedit viro videtur; illecebra enim consentire de ligno prohibito manducare est. Tunc B quippe jure a vita beata, tanquam a paradyso, expellitur homo, peccatumque ei imputatur, etiam si non sequatur effectus: quia etiam non est in factis culpa, in consensu tamen rea tenetur conscientia. Hæc secundum anagogem.

6. Ceterum juxta metaphoram poterit callidus serpens iste haeticorum versutiam designare. Nulli enim loquacius atque subtilius promittunt illicita curiositate secretorum adaptionem, atque scientiam boni et malorum; et in ipso homine, tanquam in arbore quem plantata est in medio paradi, suam dignosciam nituntur demonstrare.

7. Contra hunc serpentem clamat Apostolus, cum dicit: *Moxo ne cives serpens Novam seduisit astutia sua, sic annus secuti corrumperuntur* (II Cor. xi, 3). Sedueatur verbis hujus serpentis carnalis nostra concupiscentia, et per illam decipitur Christianus Adam, non Christus. Dicit ergo serpens ad mulierem: *Cum præcepit vobis Deus ut non comederas in omni ligno paradi? Sic haeticorum curiosa cupiditas, sic pravi predicatores, ad diligendam erroris fallaciam, auditorum carnalium corda succendent, dicentes: Quare fugitis scientiam habere latenter? nova empor exquirite, boni malique scientiam penetrare.*

8. Unde apud Salomonem mulier illa, haeticorum speciem tenens, dicit: *Aqua fertur dulciores sunt, et panis absconditus suavior* (Proverb. ix, 17)? Subjecit deinde idem serpens: *Quacunque die comedetis, ex 274 eo statim aperientur oculi vestri, et eritis ut dii scientes bonum et malum.*

netur conscientia, ex Augustino, cap. 14. GRAL.

Ibid. Sed uoi ad peccandum. Deduci ad consensum peccati, Augustinus. GRAL.

6. Ceterum juxta metaphoram, usque ad demonstrare, ex e. 25. GRAL.

Ibid. Nulli enim loquacius, atque subtilius. Loquacius, atque iactantius, Augustinus. GRAL.

Ibid. Nam dignosciam, Nam dignosciam, Augustinus. GRAL.

7. Contra hunc serp., usque ad non Christus, ex cap. 26. GRAL.

Ibid. Sic haeticor, curiosa cupiditas. Calliditas, Valenti, Superba et curiosa cupiditas, Augustinus, ex 28. GRAL.

9. Sic et omnes haeticici divinitatis meritum praesentur, atque scientia pollicitaque decipiunt et reprehendunt eos quos simpliciter credentes invenerint. Et quia omnino carnalia persuadent, quasi ad carnarium oculorum apertione conantur adducere, ut interior oculus obscuretur.

## CAPUT V.

*De peccato primorum hominum, sive supplicio.*

1. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum, tulique de fructu illius et comedie. Mulier comedit antea, non vir; ideo, quia facilius carnales persuadentur ad peccatum, nec tam velociter spirituales decipiuntur. Et dedit viro suo, et comedit; utique quia post delectationem carnalia concupiscentias nostras, etiam nostra ratio subjicitur ad peccandum. Cumque cognovissent se esse nudos, consumerunt folia focus. Foliis scilicet se contegunt, qui saeculum asperum amplectuntur, qui prurigine voluptatis carnalis arantur, qui decepti haeticica pravitate, et gratia Dei nudati, tegumenta mendaciorum, tanquam fucus folia, colligunt, facientes sibi suceptioria pravitatis, cum de Domino vel Ecclesia mentiuntur.

2. Cumque audirent vocem Dei deambulantis in paradi ad auram post meridiem. Deambulat Deus in illa, et non stat, qui stabiles in ejus præcepto non perseverant. Et bene ad auram post meridiem, quia iam ab eis auferitur lux illa ferventior veritatis, appropinquatibus errorum tenebris. Abscondit se a facie Dei in medio ligni paradi. In medio namque ligni se abscondit, qui aversus a præcepto Creatoris, in erroris atque arbitrii sui voluptatibus vivit.

3. Vocavitque Deus Adam: *Ubi es?* Hic ostendit quod si qui 275 a fide vel bonis operibus ad mendacia sua desiderinque labuntur, non despiciet illos Deus, sed adhuc ut redeant ad penitentiam vocat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat (Ezech. xxxii, 44). Ergo non est desperandum quibuslibet peccatoribus, dum et ipsis impiis ad spem indulgentias provocantur.

4. Dicitur autem posthac serpenti: *Maledictus eris inter omnia animantia. Super peccatum tuum et ventrem gradieris. Nominis pectoris significatur superbia mentis, nomine autem ventris significatur desideria carnis; his enim duabus rebus serpit diabolus adversus eos quos vult decipere, id est, aut*

*Ibid. In Vulgata: Timet autem no. ARV.*

2. Sic et omnes haeticici, usque ad obscuretur, ex cap. 25. GRAL.

Cap. v. N. 1. *Fatig. fisi*, usque ad montinuntur, ex cap. 15. Est autem foliis scilicet apud Augustinum, foliis fucus apud Ambrosiensem. GRAL.

2. *Et bene ad auram post meridiem.* Quis non videat magis conognere allegoriam, non ad resperam, ex LXX, legas cum Augustino, c. 16? GRAL.

Ibid. *Lux illa ferventior.* Lux illa interior, Augustinus. GRAL.

4. *Nominis pectoris*, usque ad recte deipore, ex cap. 17. GRAL.

terrena cupiditate, et luxuria aut superbia insana A doloribus, cautior fit, et ne corrut, obtemperat rationi, et libenter servit quasi viro jubenti.

5. *Et terram manducabis*, id est, ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate deceperis. *Omnibus diebus vitæ tuæ*, id est, omni tempore quo agis banc potestatem ante illam ultimam poenam judicii. *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius*. Semen diaboli est perversa suggestio. Semen autem mulieris fructus est boni operis, quo perversæ suggestioni resistitur.

6. *Ipsa caput illius conteret*, si eum mens in ipso initio malæ suggestionis excludit. Ille insidiatur calcaneo ejus, quia mentem, quam prima suggestione non decipit, decipere in finem tendit. Quidam autem, quod dictum est, *Inimicitias ponam inter te et mulierem*, de Virgine de qua Dominus natus est, intellexerunt, eo quod illo tempore ex ea Dominus nascitur, ad inimicum devincendum, et mortem, cujus ille auctor erat, destruendam, promittebatur.

**276** 7. Nam et illud quod subjunctum est: *Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus, hoc de fructu ventris Mariæ, qui est Christus, intelligunt; id est: Tu eum supplantabis, ut moriatur. Ille autem, te victo, resurget, et caput tuum conteret, quod est mors. Sicut et David dixerat ex persona Patris ad Filium: Super aspidem et basiliscum ambulabis, et concutabis leonem et draconem* (*Psalm. cx.*).

8. *Aspidem dixit mortem, basiliscum peccatum, leonem Antichristum, draconem diabolum*. De poena autem mulieris quid significat, quod ei dicitur: *In dolore paries filios, nisi quia voluntas carnalis, cum aliquam malam consuetudinem vult vincere, patitur in exordio dolores, atque ita per meliorem consuetudinem parit bonum opus, quasi filios*.

9. Quod vero adjecit: *Et conversio tua ad vitam tuam, et ipse dominabitur tui*: hoc significat, quod illa carnis voluntas, quæ cum dolore reluctaverat, ut faceret consuetudinem bonam, jam ipsis eruditæ

5. *Et terram manducabis*, usque ad poenam judicii, ex cap. 18. GRIAL.

*Ibid. Semen diaboli*, usque ad resistitur, ex eod. c. GRIAL.

*Ibid. Cod. ms. Regiovatic. 293, ad marg., et Florent. 1, post cupiditate deceperis addit: Quando autem dictum est diabolo: Terram manducabis, dictum est et peccatoris: Terra es, et in terram ibis. Datus est ergo in cibum diaboli peccator. Sicut enim quod manducavimus, in corpus nostrum convertitur, ut cibus ipsa secundum corpus hoc efficiatur, quod nos sumus, sic per nequitiam et impialem hoc efficitur quisque, quod diabolus, id est, similis ejus, et subiicitur ei, sicut subjectum est nobis corpus nostrum; et hoc est quod dicunt manducari a serpente. Quod autem adiecit, etc. AREV.*

6. *Ipsa caput*, usque ad decipere in finem tendit, Augustinus: *Et ideo observat ipsa plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur delectatio, tunc illam capiat. Et illa observat caput ejus, ut eum in initio male suscipiat excludat*. GRIAL.

*Ibid. Post promittetur aliis addunt, Sicut in David scriptum est, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. (*Psalm. cxxxii.*) AREV.

8. *De pena autem mulieris*, usque ad viro jubenti,

A doloribus, cautior fit, et ne corrut, obtemperat rationi, et libenter servit quasi viro jubenti.

10. Post hæc vocatur *Heva vita*, et mater vivorum, quæ de viri sui latere facta est, et dicit Dominus in Evangelio: *Si quis non manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam*, et omnia quæ illæ intelliguntur, enucleate minutatimque tractata Christum et Ecclesiam præloquuntur, sive in bonis Christianis, sive in malis. Neque enim frustra dixit Apostolus: *Adam, qui est forma futuri* (*Rom. v, 14*), et illud: *Relinquet homo patrem; et reliqua*

11. Vocaturque debinc mater vivorum, id est, recte factorum, quibus contraria sunt peccata, quæ nomine mortuorum significantur. Jam vero per sententiam quæ in virum insertur, ratio nostra arguitur, quæ et super peccati concupiscentia seducta, et a paradiso **277** beatitudinis remota, habet maledictiones terrenæ operationis, habet et dolores temporali curarum, quasi spinas et tribulos.

12. Sic tamen dimittitur de paradiſo beatitudinis, ut operetur terram, id est, ut in corpore isto labore, et collocet sibi meritum redeundi ad vitam beatam, quæ paradisi nomine significatur, possitque aliquando manum porrigeret ad arborem vitæ, et vivere in æternum. Manus autem porrectio bene significat crux, vel cruciatum poenitentia, per quem vita eterna recuperatur. Accipit etiam tunica pelliceam divino iudicio, quo nomine corporis mortalitas significatur in historia.

13. In allegoria autem de carnalibus sensibus abstractæ voluptates, quæ carnaliter viventem divina lege consequuntur, et contingunt. Qui si aliquando ad Deum convertitur per fratrem meum fratrem, id est, per temporales tribulationes, peccata sua agnoscendo et gemendo, et per cherubim, id est, per plenitudinem scientiæ, quod est charitas, perveniet ad arborum vitæ Christum, et vivet in æternum.

14. Cherubim namque plenitudo scientiæ inter-

ex c. 19. GRIAL.

9. *Et conversio*. Aliter Vulgata. AREV.

10. Post hæc vocatur *Heva*, usque ad patrem et matrem, ex XII contra Faust., c. 8. Atque hujus loci esse verba hæc, frustraque capitulo quarto in quibusdam MSS. legi, cum hic repetenda essent, et res ipsa indicat, et Augustinus, II de Gen. cont. Manich., c. 21, ita scribens: *Quem autem non moveat, quod post peccatum et sententiam judicis vocat Adam mulierem suam vitam, quia vivorum ipsa sit mater, posteaquam meruit mortem?* etc. GRIAL.

11. *Vocatur debinc mater vivor.*, usque ad significantur, ejusdem sunt verba, II de Gen. contr. Manich., c. 21. GRIAL.

12. *Sic tamen dimittitur*, usque ad recuperatur, ex cap. 22. GRIAL.

13. *Abstractæ voluptates. Abstracta phantasmatæ*, cap. 27 Augustini. GRIAL.

*Ibid. Quæ carnaliter viventem. Ita o. l.; quæ carnaliter mentientem.* Augustinus *ibid.*, quia tunicas pelliceas mentiendo libidinem interpretans fuerat; ita nihil mutamus. GRIAL.

*Ibid. Qui si aliquando, u-que ad charitas est, talus locus concinnatus ex verbis, a. 23. GRIAL.*

pretatur. Framea vero versatilis, posita ad custodientiam viam ligni vitæ, temporales pœnæ intelliguntur. Nemo enim potest pervenire ad arborem vitæ, nisi per has duas res, tolerantiam scilicet molestiarum et scientie plenitudinem, id est, per charitatem Dei et proximi. Plenitudo enim legis charitas est (*Rom. xiii, 10.*)

## CAPUT VI.

*De Cain et Abel, eorumque progenie.*

1. Adam vero cognovit Hevam uxorem suam, quæ concepit, et peperit Cain. Rursumque peperit fratrem ejus Abel. Nativitates **278** duorum filiorum Adam similitudinem habent duorum populorum, qui erant diversis temporibus ad fidem venturi, pari opere, et dissimili charitate ante Deum. Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.

2. Sed sicut Cain sacrificium ex terræ fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ovibus et earum adipe suscipitur, ita Novi Testamenti fides ex innocentia grata Deum laudans Veteris Testimenti terrenis operibus anteponitur. *Dixit Deus ad Cain, si recte offeras, recte autem non dividias, peccasti.* Utique quia etsi Judæi antea recte illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia, Christo veniente, jam tempus Novi Testamenti a tempore Veteris Testimenti non distinxerunt.

3. Quod si obtemperasset Deo Cain dicenti: *Quiesce, sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius, ad se convertisset peccatum suum, sibi hoc tribuens, et confitens Deo; ac sic adjutus indulgentiæ gratia ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante servus esset peccati, nec fratrem occidisset innocentem, sic et Judæi, in quorum hæc figura gerebantur, si quiescerent a sua perturbatione, et, tempus salutis per gratiam in remissionem **279** peccatorum cognoscentes, audirent Christum dicentem: Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam, tunc ad se converterent peccatum suum in confessione, sicut in Psalmo xl scriptum est, medico dicentes: Ego dixi, Do-*

CAP. VI. N. 4. *Nativitates duorum filiorum, usque ad plantatus paradisus, desumpta sunt omnia ex Augustini xii contra Faustum, cap. 9, et quatuor sequentibus, unde sunt quædam emendata. GRIAL.*

3. *Ex innocentia grata. Gratiae Augustinus ex innocentia grata, impress. GRIAL.*

*Ibid. Anteponitur. Post hæc verba interjiciuntur quædam in Codic. Val. et Compl., quæ aliena esse, locus Augustini interruptus, et alii libri mss. et impressi, a quibus absunt, satis ostendunt; et si quid in eis sani est, paulo post repetitur. Quæ tamen hic referri nihil obsuerit: Iste autem filius Cain, qui vocatur Enoch, in cuius nomine condita est civitas, interpretatur dedicatio; impiorum enim dedicatio in hac vita fundata est. Enoch autem justus ab Adam septimus et ipse dedicatio item dicitur. Sed translatus ostendit justos (per quod ipse est septimus) in fine, hoc est in septimo millesimo annorum ab hac dedicatione terrenæ civitatis abituros. De qua sententia paulo post, hoc eodem cap., et in expositionibus Exod. c. xxix, importune repetita, quid sentiamus, mox dicemus. GRIAL.*

*Ibid. In Vulgata: Nonne si bene egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius. De versione quam sequitur Isidorus, vide commentar. ad Prudentium, pag. 495. Codex Florent. 4, post antepo-*

*A mine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi (Psal. xl, 5); eidemque peccato, quandiu in eorum corpore esset adhuc mortali, per spem gratiæ liberi dominarentur.*

4. Nunc autem ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, elati de operibus legis, non humiliati de peccatis suis, non quieverunt; sed offenderunt in lapidem offensionis, et exarserunt ira undia aduersus Christum, cujus opera videntes accepta Deo esse, doluerunt.

5. Itaque post hæc occiditur Abel minor natu a fratre Cain majore natu. Occiditur Christus caput populi minoris natu a populo Judæorum majore natu, ille in campo, iste in Calvaria loco.

6. Interrogat Deus Cain, non tanquam ignarus eum **B**a quo discat, sed tanquam judex reum quem puniat, et dicit: *Ubi sit frater ejus?* ille respondit nescire se, nec ejus se esse custodem. Usque nunc quid nobis respondent Judæi, cum eos sanctorum Scripturarum voce interrogamus de Christo? Illi nescire se Christum respondent. Fallax enim Cain ignoratio, Judæorum est falsa negatio.

7. Essent autem quodam modo Christi custodes, si Christianam fidem accipere ac custodire voluissent. *Dixit Deus ad Cain: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sic arguit in Scripturis sanctis vox divina Judæos. Habet enim magna vocem Christi sanguis in terra; cum enim, sacramento accepio, ab omnibus gentibus responderetur Amen, hæc est vox clara, vox sanguinis, quam sanguis iste exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum.

8. *Dixit Deus ad Cain: Et nunc maledictus eris a terra, quæ **280** aperauit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Maledictus est enim populus Judæorum infidelis a terra, id est, ab Ecclesia, quæ aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum omnium de manu persecutoris,

*mitur hæc addit: Quæritur autem cur Deus sacrificium Abel suscepit, et a sacrificio Cain oculos suos avertit, nisi quia non fuit caritas in Cain, et nisi esset caritas in Abel, non acciperet Deus sacrificium ejus. Cum enim ambo obtulissent, ille de fructibus terra, ille de fructibus ovium, nemo putet quid Deus fructus terra neglexit, et fetus ovium elegit. Non intendit Deus ad manus, sed in corde vidit, et quem vidit cum charitate offerre, ipsius sacrificium respexit; quem vidit cum inuidia offerre, ab ipsius sacrificio oculos avertit. Alia, quæ hoc loco assert Grialius ex Ms. Val. et Compl., in Flor. 1 exstant num. 22, ubi de Henoch agitur. AREV.*

3. *Eidemque peccato. Ei denique, Augustinus, facilis lapsu. GRIAL.*

*Ibid. Post verbum dicentem, alii addunt: Non est opus sanis medicus. Et iterum: Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Et iterum: Si vos Filius liberaveritis, vere liberi eritis. Et iterum: Non veni. AREV.*

7. *Cum enim, sacramento accepio. Cum, eo accepio, Augustinus. GRIAL*

*Ibid. Respondetur Amen. Ita respondebatur in utriusque speciei communione. Ambrosius de corpore, lib. iv de Sacram. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi, et tu dicas: Amen. Hoc est verum; quod conficitur lingua, teneat affectus. GRIAL.*

volentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab Ecclesia maledictus, id est, ut ostenderet eum Ecclesia maledictum, testificante Apostolo: *Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto legis sunt.*

9. Deinde, cum dixisset: *Maledictus tu a terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua*, non dixit quoniam operaberis eam, sed ait, quoniam operaberis terram, et non adjiciet virtutem suam dare tibi.

10. Unde non est necesse intelligere eamdem terram operari Cain, quæ aperuit os accipere sanguinem fratris de manu ejus. Sed ideo maledictus intelligitur ab hac terra, quoniam operatur terram, quæ nondum adjicit virtutem suam dare illi. Id est, ideo populum Judæorum maledictum agnoscit, et ostendit Ecclesia, quoniam, occiso Christo, adhuc operatur terrenam circumcisionem, terrenum Sabbatum, terrenum azymum, terrenum pascha, quia omnis terrena operatio habet occultam virtutem intelligendæ gratiæ Christi, quæ non datur Judæis in impietate et infidelitate perdurantibus, quia Novo Testamento revelata est.

11. *Cum operatus fueris terram, non dabis tibi fructus suos*; in ipsa enim terra quam Christus portavit, id est, in ejus carne, ipsi operati sunt salutem nostram, crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. Nec tamen eis dedit eadem terra virtutem suam, qui non justificati sunt in virtute resurrectionis ejus qui resurrexit propter justificationem nostram, quia etsi crucifixus est ex infirmitate carnis, sed vivit in virtute Dei.

12. Hæc est ergo virtus terra illius, quam non ostendit impius et incredulus. Unde nec resurgens eis a quibus erat crucifixus apparuit tanquam Cain operanti terram, ut granum illud seminaretur. *Vagus et profugus eris*; sive, ut in Septuaginta scriptum est, *gemens et tremens eris super terram*.

**281** 13. Nunc ecce quis non videat, quis non agnoscat, in tota terra, quacunque dispersus est ille populus, quomodo sit vagus in gentibus, et profugus a Jerusalem? quomodo gemat incore ore amissi regni, et tremat tremore sub innumerabilibus populis Christianis? ideoque respondit Cain dicens: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie a facie terra, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra. Igitur omnis qui insoneris me, occidet me.*

14. Vere inde vagus et profugus gemit et tremit,

9. *Deinde cum dixisset, usque ad revelata est*, male absunt a veteribus lib. Val. et Comp., cum sint Augustini et legantur in Excusis et reliquis Ms. GRIAL.

13. *Major est iniquitas mea q. u. v. m. Mirum*, non vidisse, quisquis vulgatam Editionem sufficit, non cohærente quæ sequuntur verba: *Hanc dicit majorem causam*. Legendum ergo: *Major est causa mea*, ex LXX et Augustino. Idem paulo post conjunxit utramque interpretationem, cum dicit: *Vere inde vagus et profugus gemit et tremit*, cum Augustinus tantum verba LXX interpretum retulerit: *Vere inde gemit et tremit, ne regno etiam terreno*, etc. GRIAL.

*Ibid.* In hac Judaici populi mirabili dispersione et conservatione gravissimum argumentum constituitur

A ne etiam, regno terreno perditio, ista visibili morte occidatur. Hanc dicit majorem causam, quam illam quod terra nostra non dat virtutem suam, ne spiritualiter moriatur. Carnaliter enim sapit, et abscondit se a facie Dei, id est, iratum habere Deum grave non putat, sed hoc timet, ne inveniatur et occidatur. Carnaliter enim sapit, tanquam operans terram, cuius virtutem non accipit.

15. Sapere autem secundum carnem mors est; quam non intelligens ille, amissio regno, gemit, et corporalem mortem tremit. Sed quid ei respondit Dominus? *Nequaquam ita fiet*; sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur; sive, ut Septuaginta transtulerunt, *septem vindictas exsolvet*; id est, non sic, quomodo dicis, non corporali morte interibit genus impium carnalium Judæorum.

16. Quicunque eos ita perdiderit, septem vindictas exsolvet, id est, auferet ab eis septem vindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi, ut hoc toto tempore, quod septenario dierum numero volvitur, magis quia non interit genus Judæorum, satis appareat fidelibus Christianis, sed solam dispersionem meruerint, **282** juxta quod ait Scriptura: *Ne occideris eos, nequando obliscantur populi mei legi tuae; disperge illos in virtute tua, et depone eos* (Psalm. LVIII, 12).

17. *Possuit Dominus in Cain signum, ut non eum interficeret omnis qui invenisset eum*. Hoc revera mirabile est, quemadmodum omnes gentes quæ a Romanis subjugatae sunt, in ritum Romanorum sacrorum transierint, eaque sacrilegia observanda, et celebranda suscepient; gens autem Judæorum sive sub paganis regibus, sive sub Christianis, non amiserit signum legis, et circumcisionis suæ, quo a ceteris gentibus populisque distinguitur.

18. Sed et omnis imperator, vel rex, qui eos in suo regno invenit, cum ipso signo eos invenit, et non occidit; id est, non efficit ut non sint Judæi certi quodam et proprio suæ observationis signo a cæterarum gentium communione discreti, nisi quicunque eorum ad Christum transierit, ut jam non inveniatur Cain, neque exeat a facie Dei, neque habitet in terra Naid.

19. *Exiit ergo a facie Domini, et habitavit in terra Naid*, quod dicitur interpretatum *commotio*, sive instabilis, et fluctuans, et sedis incertæ. Contra quod malum Deus rogatur in psalmo: *Ne dederis in mortuum pedes meos* (Psalm. LXV); et: *Manus peccatorum*

D ad veritatem religionis Christianæ astruendam. AREV.

15. Amissio regno, gemit et corporalem mortem tremit. Oportuit mendacem memorem esse. Quorsum enim gemit et tremit? si hæc verba explicanda uis quam sibi propositi? Id tamen prævisum apud Eucherium. GRIAL.

*Ibid.* Sive, ut LXX transtulerunt. Hoc recte; vidit enim non respondere reliqua verbis Vulg. Ed. Vid. Hieronymum, epist. 125, ad Damas., q. 1. GRIAL.

16. In Vulgata: *Ne occidas eos*. AREV.

18. Breulius, ad marg., notat neque in Cod. ms.,

neque in impresso Coloniae 1530, haberi hæc verbo,

ut jam non... habet in terra Naid. AREV

non moveant me (Psal. xxv); et : Qui tribulant me , exultabunt , si motus fuero (Psal. xii); et : Dominus a deostris est mihi , ne commovere (Psal. xv). Nunc vero Iudei , et omnes qui diversis erroribus contumaces sunt , resistendo veritati , exuent a facie Dei , id est , a misericordia dilectionis ejus vel a participatione lucis ejus , et habitant profugi in terra commotionis ; id est , in conturbatione carnali contra iucunditatem Dei ; hoc est , contra Edem , quod interpretatur epulatio , ubi est plantatus paradisus.

20. Cognovit autem Cain uxorem suam , et concepit , et peperit Henoch , et aedificavit Cain civitatem . Quid ergo sibi per figuram vult , quod impiorum progenies civitatem in ipsa mundi origine construxit ? nisi quod noveris impios in hac vita esse fundatos , sanctos vero hospites esse et peregrinos . Unde et Abel tanquam peregrinus in terris , id est , populus Christianus non condidit civitatem . 283 Superna enim est sanctorum civitas , quamvis hic pariat cives , in quibus peregrinatur , donec regni ejus tempus adveniat .

21. Nam et Petrus propterea reprehenditur , quod tabernacula in monte fieri cogitavit , quia sancti in hoc mundo tabernaculum non aedificant . Aedificavit autem eam ex nomine filii sui Henoch . Iste filius , in cuius nomine condita est Henoch , id est , terrestris Jerusalem , quae interpretatur dedicatio , significat istam civitatem et initium et finem habere terrenum , ubi nihil plus quam quod cernitur speratur .

22. Porro Henoch genuit Irad , et Irad genuit Mahiael , et Mahiael genuit Mathusael , et Mathusael genuit Lamech . Qui accepit duas uxores ; nomen uni Ada , et nomen secunda Sella . Notandum autem quod in progenie Seth , cum genuisse filios filiasque dicatur , nulla ibi genita femina nominatum exprimitur , sed tantum in progenie Cain femina commemoratur . Quo significatur terrenam civitatem usque in finem sui carnales habituram generationes , quae marium ac feminorum conjugione proveniunt .

23. Dixit quoque Lamech uxoris suis : Audite verba mea , et auscultate sermonem meum . Quoniam occidi utrum in vulnus meum , et adolescentulum in libro meo , septies vindicabitur de Cain , de Lamech septuagies septies . Jam alibi secundum historiam di-

20. Et aedificavit Cain civitatem , ex Augustino , xv de Civit. , c. 17 et seq. , et Gregorio , vi Moral. , c. 4 , et lib. xvi , c. 5 . GRIAL .

21. Ista filius , usque ad speratur , Augustini sunt verba . GRIAL .

Ibid. Cod. Regiowitac. 285 , ad marg. , post speratur addit : Iste autem filius Cain , qui vocatur Henoch , interpretatur DEDICATIO . Impiorum enim dedicatio in hoc civitate fundata est . Henoch autem justus ab Adam septimus et ipse DEPLICATIO etiam dicitur . Sed translatus ostendit justos per id , quod ipse est septimus , in fine , hos aut , in septimo millesimo die ab hac dedicatione superna civitatis abiutos . AREV .

22. Cum genuisse filios filiasque dicatur . Hoc verbo deerant in omnibus libris , reposita sunt autem ex Augustino c. 17 et Eusebio . GRIAL .

Ibid. Quo significatur , usque ad proveniunt , verba sunt Augustini , ibid . GRIAL .

Ibid. Advertit Breulius digamiam quintam genera-

ctum est , eo quod ab Adam usque ad Christum septuaginta septem generationes inventantur , in quibus peccatum Lamech , id est , totius mundi sanguinis Christi effusione solutum est .

24. Siquidem et in populo Iudeorum propter interfectionem Christi septuaginta septem vindictas sunt statuta , juxta illud evangelicum , 284 in quo dictum est Petro apostolo : Non solum septies , sed etiam septuagies septies , si paenitnerit , fratri remittendum (Matth. xviii) ; id est , Iudeum revertentem post septuaginta septem vindictas statutas recipiendum ad indulgentiam Christi .

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam , et peperit filium , vocavique nomen ejus Seth . Sed Seth natus est filius , quem vocavit Enos . Seth quippe interpretatur resurreccio , qui est Christus , et Enos filius ejus interpretatur homo , qui cepit invocare nomen Domini .

26. Quid per hoc intelligitur , nisi quia in confessione vivit omnis homo , qui est filius resurrectionis , quandiu peregrinatur in terris ? Item ex duobus illis hominibus , Abel , qui interpretatur luctus , et ejus fratre Seth , quod interpretatur resurreccio , mors Christi et vita ejus ex mortuis figuraver .

27. Ergo , ut brevius dicam , Abel luctus , Seth resurreccio , Enos homo , quia post luctum resurreccio , de resurrectione homo invocans Deum . Item Enos genuit Cainan , Cainan autem genuit Malalebel , Malalebel genuit Jared ; Jared genuit Henoch . Hic autem Henoch septimus ab Adam , qui placuit Deo , et translatus est , septimam requiem significat , ad quam transferunt omnes qui tanquam sexta die , id est , sexta rotulae saeculi , per Christi adventum formatur .

28. Transactis enim sex millibus annis , facto etiam iudicio , et renovatis celo et terra , transferuntur sancti in vitam perpetuam immortalitatis . Quod autem per Seth ab Adam usque ad Noe denarius numerus inveniatur , compluentum mandatorum in Ecclesiæ operibus 285 figuratur , cui numero si adjiciantur tres filii Noe , medio reprobat , duodenarius consummatur , qui in patriarcharum apostolorumque numero insignis habetur propter septenarii partes , altera per alteram multiplicatio . Nam ter quaterni , vel quater terni ipsum faciunt .

tione a Cain profectam fuisse . AREV .

23. Jam alibi secundum historiam , etc . Innuit Isidorus se etiam sensum litteralem Genesis exposuisse . Confer præfationem . AREV .

25. Enos filius ejus interpretatur homo . Enos autem sic interpretatur homo , ut hos nomino non posse seminari namempari , periti linguae illius asseverarent , ait Augustinus , lib . xv de Civit. , c. 17 . GRIAL .

27. Illic autem Enoch sept. , usque ad formatur , verba sunt ejusdem . xii cont . Faustum , c. 14 . GRIAL .

Ibid . Post formatur Regiowitac . addit : Sex millia enim anni in hujus aevi etatibus depulantur . AREV .

28. Transacte enim , usque ad perpetuam immortalitatem . Haec neque eadem sunt in omnibus libris , et in Vol . et Compl . bis in hoc capite ponuntur . Ego vero Isidorus haec esse neutiquam puto . Nam neque Augustinus , de his etatibus sapient agens , eas annorum numero ulli , sextam presertim , definit ; neque Gregorius aut etiam Origenes Neque verisimile est

29. Qued vero progenies ex Adam per Cain uenitario numero finitur, transgressio mandatorum, sive peccatum ostenditur. Nam dum Lamech septimus ab Adam reperiatur scriptus, adduntur ei tres filii, et una filia, ut undenarius numerus compleatur, per quod demonstratur peccatum.

30. Nam et ipse numerus semina clauditur, a quo sexu initium peccati commissum est, per quod omnes morimur, scilicet ut voluptas carnis, quæ spiritui resisteret, sequeretur. Unde et ipsa filia Lamech Noema, id est, voluptas interpretatur. Nam quod de Mathusalem secundum Septuaginta ultra diluvium numerantur anni, hoc significat ut, quoniam solus est Christus, cuius vita nullam sensit ætatem, in majoribus quoque illis non sensisse diluvium videatur.

### CAPUT VII.

*De arca Noe et diluvio mundi.*

4. Noe autem per omnia omnesque actus ejus Christum significat. Noe autem requies interpretatur, et Dominus dicit: *Discite a me quia misericordia sum et humilis corde, et invenietis requiem* **286** *animatus vestris* (*Math. xi, 29*). Solus justus inventitur Noe in illa gente, cui septem homines donantur propter justitiam suam.

5. Solus Christus justus est atque perfectus, cui septem Ecclesiae propter septemplicem spiritum illuminantem in unam Ecclesiam condonantur. Noe per aquam et lignum liberatur; lignum quippe et aqua crocem designat et baptismus. Sicut enim ille cum suis per lignum et aquam salvatur, sic familia Christi per baptismum et crucis passionem sanatur. Arcam instruxit Noe de lignis non putrescentibus, Ecclesia constituer a Christo ex hominibus in somplicem vietorem.

6. Arca enim ita Ecclesiam demonstrabat, quae nata in mortibus mundi hoec. Qued autem eadem area de lignis quadratis fieri jubetur, andique stabilem vitam sanctorum significat, ad omne opus bo-

Isidorum longius progressum, cum lib. i Sent., c. 31, ita scribat: *Judicii diem norit Christus, sed in Evangelio dicere, et scire discipulos suos noluit. Itaque hanc annorum circumscriptionem importane hoc loco, et ad Exod. xxix in 3 praecetto, et lib. ii advers. Iudeos, c. 15, repetitam, Isidori esse nunquam ego crediderim. Hujus rei magnum etiam indicium, quod apud Eucherium et in Codice Oliv. nihil horum visitur. Ambrosius, ad Lyc. ix, ita scribit: Sed Matthæus et Marcus post dies sex assumptos hos esse memorarunt. De quo possumus dicere post sex millia annorum. Mille enim anni in conspicuus Dei tanquam dies una. Sed plures quam sex millia computantur annorum. Sed malumus sex dies per symbolum intelligere, quod sex diebus mundi opera sunt creata, ut per tempus opera, per opera mundum intelligamus. Elegantissime vero divus Augustinus, xviii de Civit., c. 53: Omnia (inquit) de his re calculantium digitos resolvit et quiescere jubet ille qui dicit: Non est restrum nosse tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate, et lib. i de Genes. contra Manich., c. 24: Senecius vero, sicut in nobis, nullo statuto annorum tempore definitur, sed post quinque illas quatuor quantu quisque rixor, senectus depatatur; sic et in ista ætate saeculi non apparent generationes, ut etiam*

A num paratam. Quocunque enim virtus, quadratum firmiter stat.

4. Qued bitumine conglutinantur area ligna extrinsecus, et intrinsecus, ut in compage firmetur unitatis, significatur tolerans charitatis, ne scandalizet Ecclesiam tentantibus, sive ab his qui intexunt, sive ab eis qui foris sunt, cedat fraterna lenitudo, et solvatur vinculum pacis; est enim bitumen serventiaenum et violentissimum gloton, significans dilectionis ardorem vi magnæ fortitudinis ad tenendam societatem spiritualem omnia tolerantem.

5. Qued arca trecentis cubitis longa est, ut sexies quinquaginta compleantur, sicut sex statibus omne hujus sæculi tempus extenditur, in quibus omoibus Christus nunquam destitit prædicari, in quinque prophetiam prænuntiatus, in sexta per Evangelium diffamatus, potest quidem et in his trecentis cubitis signum ligni passionis ostendi. Ipsius enim litteræ T numerus crucis demonstrat signum, per quod socii Christi passionis effecti per baptismum longitudinem vite æternæ percipimus.

**287** 6. Qued vero cubitis quinquaginta latitudo ejus expanditur, sicut dixit Apostolus: *Cor nostrum dilatatum est* (*II Cor. vi, 11*) unde, nisi charitate spirituali? propter quod ipse iterum dicit: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis* (*Rom. v, 5*). Quinquagimo enim die post resurrectionem suam Christus spiritum sanctum misit, quo corda credentium dilatavit.

7. Qued autem ejus altitudo in triginta subites surgit, quem numerum decies habet in trecentis subitis longitudo, quia Christus altitudo nostra, qui, triginta annorum gerens rotatum, doctrinam evangelicam consecravit, contumaciam faganum non se veniente solvere, sed implere. Legis autem eorū in decem præceptis, agnosco. Unde decies triginta area longitudo perficeretur, unde et ipse Noe ab Adam decies computatur.

*occultus sit ultimus dies, quem utiliter Dominus latet oportere demonstravit. GRIAL.*

*Ibid. Qued autem per Seth, usque ad voluptas interterp., ejusdem lib. xv de Civit. c. 20. GRIAL.*

*Ibid. Quia de numeris passim in his commentariis attinguntur, ea ab Isidoro data opera exposita sunt in peculiari libro de Numeris, quem supra edidi. ARCV.*

*Cap. viii. N. 2. Noe per aquam, ensque ad per litteram (cap. seq.), hæc omnia, paucis, quæ notabiles, exceptis, sunt Augustini verba ex lib. xii contra Faust., a cap. 74 usque ad 24, e quo sunt nonnulla postiuta. GRIAL.*

*Ibid. Grialus habet condonatur mendose, ut puto, pro condonatur, quod in aliis quoque impressis existat. ARCV.*

4. *Vi magna fortitudi... Vi magna, apud Augu- tianum. GRIAL.*

*Ibid. Ut in compage firmetur, etc. Sic restituimus ex Benoniensi Alboreanismo Codice. Grialus, cum aliis Editis, ut in compage unitatis significetur tolerans, etc. ARCV.*

5. *In quinque per prop. ita in plerisque Mas. et apud Eucher. In quinta ap. ud August. et Bedam. et in Vel. et Compl. GRIAL.*

8. Quod sexies longa ad latitudinem suam, et de- A binario numero ad schismata faciles, et quodam- cies ad altitudinem suam, humani corporis instar medo divisibles ostenduntur (*Ephes.* iv, 3).

9. Velut si jacentem hominem metuans supnum- seu primum, sexies tantum longus est a capite ad pedes, quam latus a dextera in sinistram, vel a sinistra in dexteram; et decies quam altus a terra. Unde facta est arca trecentorum cubitorum in lon- gitude, et quinquaginta in latitudine, et triginta in altitudine. Item quod eadem arca collecta ad unum cubitum desuper consummatur, sic Ecclesia corpus Christi in unitate collecta sublimatur et perficitur.

10. Unde dicitur in Evangelio: *Qui tecum non congregat, spargit* (*Luc.* xi, 23). Quod autem aditus fit ei a latere; nemo quippe intrat Ecclesiam, nisi per sacramentum remissionis peccatorum, quod de Christi latere aperto manavit. Quod inferiora arcæ bicamerata et tricamerata construuntur, sic ex omni- bus gentibus vel bipartitam multitudinem congre- gat Ecclesia propter circumcisionem et præpu- tium, 288 vel tripartitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis.

11. Et ideo arcæ inferiora dicta sunt, quia in hac terrena vita est diversitas gentium. In summo au- tem omnes in unum consummuntur, et non est va- rietas, quia omnia et in omnibus est Christus, tan- quam nos in uno cubito desuper cœlesti unitate consummans. Quod cuncta animalium genera inclu- duntur in arca, significat quia ex omnibus gentibus et nationibus congregatio fit in Ecclesia.

12. Quod etiam Petro demonstratus ille discus (*Act. x*) significat quod munda et immunda ibi sint animalia, sic in Ecclesia et sacramentis boni et mali versantur. Quod septena sunt munda, et bina immunda, non quia pauciores sunt mali quam boni, sed quia boni servant unitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctum autem Spiritum divina Scriptura in septiformi operatione commendat, sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, et timoris Dei.

13. Unde et ille numerus quinquaginta dierum ad adventum sancti Spiritus pertinens in septies septe- nis, qui sunt quadraginta novem, uno addito, con- summatur. Propter quod dictum est: *Studentes ser- vare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Mali autem in

8. *Corporis enim longitudine, usque ad altus a terra.* Hæc non sunt apud Augustinum. Sunt tamen in o. i., et apud Eucherium. *GRIAL.*

9. *Item quod arca collecta ad unum cub.* ex c. 16. *GRIAL.*

10. Verba Lucas in Vulgata: *Qui non colligit me- cum, dispergit.* *AREV.*

11. *Consummantur. Consummatur,* Aug. *GRIAL.*  
*Ibid. Quod cuncta animalium genera,* ex c. 15. *GRIAL.*

12. *In Ecclesia et sacramentis. In Ecclesiæ sacra-*

14. Quod ipse Noe cum suis octavus numeratur, quia in Christo spes nostræ resurrectionis apparuit, qui octava die, id est, post Sabbati septimum primo a mortuis resurrexit; qui dies a passione tertius, in numero autem dierum qui per omne tempus volvun- tur et octavus et primus est.

15. Quod post septem dies, ex quo ingressus est Noe in arcem, factum est diluvium, quia in spem futuræ quietis, quam septimo die significata est, baptizamus. Quod præter arcem omnis caro quam terra sustentabat diluvio consumpta est, quia præter 289 Ecclesiæ societatem, aqua baptismi, quaenvis eadem sit, non solum non valet ad salutem, sed valet pe- rius ad perniciem.

16. Quod quadraginta diebus et quadraginta nocti- bus pluit, quia omnis realius peccatorum in decem præceptis legis admittitur per universum orbem ter- riarum, qui quatuor partibus continetur. Decem quippe quater ducta quadraginta fiunt; sive ille rea- tus qui ad dies pertinet ex rerum prosperitate, sive qui ad noctes ex rerum adversitate contractus sit, sacramento baptismi cœlestis abluitur.

17. Quod Noe quingentorum erat annorum, cum ei locutus est Dominus, ut arcem sibi ficeret, et sex- centos habebat annos, cum in eam est ingressus; unde intelligitur per centum annos arca fabricata; quid aliud hic videntur centum anni significare, nisi etates seculi singulas? Unde ista sexta etas, quae completus quingentis usque ad sexcentos significatur in manifestatione evangelica, Ecclesiæ construit.

18. Et ideo qui sibi ad vitam consulit, sit velut quadratum lignum, paratus ad omne opus bonum, et intret in fabricam sanctam, quia et secundus mensis anni sexcentesimi, quo intrat Noe in arcem, eam- dem senariam etatem significat; duo enim menses sexagenario numero concluduntur.

19. A senario autem numero et sexaginta com- memorantur, et sexcenta, et sex millia; et sexaginta millia, et sexcenta millia, et sexcenties, et quidquid deinceps in majoribus summis per eundem articu- lum numeri in infinita incrementa consurgit.

20. Et quod vicesimus et septimus dies mensis commemoratur, ad ejusdem quadraturæ significa- tionem pertinet, quæ jam in quadratis lignis exposita est; sed hic evidentius, quia nos ad omne opus bo- num paratos, id est, quadratos, quodammodo trini- tas perficit, in memoria, qua Deum recolimus, in

mentis, Aug. *GRIAL.*

15. *Quod post septem, ex c. 17. GRIAL.*

*Ibid. Quia in spe futuræ quietis. Ita Aug., Euch., Bed., Val. Al., in specie. GRIAL.*

*Ibid. Grial. in texu spem, in not. spe. AREV.*

16. Apud Grialium erat pertinent. Alii Editi, quod ad dies pertinet sive quod ad noctes, etc. AREV.

17. *Quod Noe quingentorum., c. 18. GRIAL.*

20. *Et quod vicesimus et sept. Ex c. 19. GRIAL.*

*Ibid. Quadratos. Et conquadros. Aug. GRIAL.*

intelligentia, qua cognoscimus, in voluntate, qua A sepienariam operationem spiritualem olive fructuosa diligimus.

24. Tria enim ter, et hoc ter, flunt viginti et septem, qui est 290 humeri ternarii quadratus. Quod septimo mense arca sedit, hoc est, requievit, ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti requiescant. Ibi quoque illius quadraturæ numerus iteratur.

25. Nam vicesima et septima die mensis secundi commendatum est hoc sacramentum. Et rursum vicesima et septima die septimi mensis eadem commendatio confirmata est, cum arca requievit.

26. Quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. Porro quia ipsa septima requies cum octava resurrectione conjungitur; neque enim corpore redditio finitur requies, quæ post hanc vitam excipit B sanctos, sed potius totum hominem, non adhuc in spe, sed jam in re ipsa omni ex parte et spiritus et corporis perfecta, immortali salute renovatum; in æternæ vitæ munus assumit.

27. Quia igitur septima requies cum octava resurrectione conjungitur, et hoc in sacramento regenerationis nostræ, id est, in baptismo altum profundumque mysterium est. Quod quindecim cubitis supercrevit aqua, excedens altitudinem montium. Octo itaque et septem quindecim faciunt. Sed octo significant resurrectionem, septem quietem.

28. Hoc igitur sacramentum resurrectionis et quietis transcendit omnem sapientiam superborum, ita ut nulla gens possit indicare scientię suæ altitudine resurrectionis quietem. Et quia septuaginta a septem, et octoginta ab octo denominantur, conjuncto utroque numero, centum quinquaginta diebus exaltata est aqua, eamdem commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi in sacrado novo nomine ad tenendam quietem et resurrectionis fidem.

29. Quod post dies quadraginta emissus corvus non est reversus, aut aquis utique interceptus, aut aliquo supernatante cadavere illectus, significat homines in immunditia cupiditatis teterimos, et ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his, quos præter arcum, id est, præter Ecclesiam baptismus occidit, seduci et teneri.

30. Quod columba emissa, non inventa requie, reversa est, ostendit per Novum Testamentum requiem sanctis in hoc mundo 291 non esse promissam. Post quadraginta enim dies emissa est; qui numerus vitam quæ in hoc mundo agitur significat. Desique post septem dies dimissa, propter illam

21. Arca sedit. Ita Augustin. Resedit, Eucher., Val. Sedit, Ambros. GRIAL.

Ibid. Qua perfecti requiescant. Ibi quoque, etc. Eod. modo legendus et interpungendus hic Augustini locas, qui mendosus circumfertur, ex emendatione Lovaniensi. GRIAL.

25. Alii, porro ipsa, omissa quia. AREV.

25. Ut nullatenus, apud Bed. et Paul. GRIAL.

26. Quod post dies quadrag. Ex c. 20. GRIAL.

28. Consociatur Ecclesia. Ita August., Bed. et Cod.

A sepienariam operationem spiritualem olive fructuosa surculum retulit.

28. Quo significaret nonnullos etiam extra Ecclesiæ baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriori tempore, quasi vespere, in ore columbae, tanquam in osculo pacis, ad unitatis societatem posse perduci. Quod post alias septem dies dimissa non est reversa, significat finem saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur Ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manavit, sed jam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum Deo, et Patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis ministeriis corporalibus egeamus.

29. Cur sexcentesimo primo anno vita Noe, id est, peractis sexcentis annis aperitur arcæ tectum? Finita quippe sexta ætate saeculi revelabitur absconditum sacramentum atque promissum.

30. Cur vicesimo septimo die secundi mensis dicitur siccasse terram, tanquam finita esset baptizandi necessitas in numero dierum quinquagesimo et septimo? Ipse enim est dies secundi mensis vicesimus septimus, qui numerus ex illa conjunctione spiritus et corporis septies octonos habet, uno addito, propter unitatis vinculum.

31. Cur de arca conjuncti excent, qui disjuncti intraverunt? Sic enim dictum erat quod intraverunt in arcum Noe, et filii ejus, uxor ejus, et uxores filiorum ejus. Cur seorsum viri, seorsum feminæ commemoratae sunt? nisi quod in hoc tempore caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem? Postmodum autem excent Noe et uxor ejus, et uxores filiorum ejus.

32. Hoc est, commemorantur conjuncti masculi et feminæ, quia in fine saeculi, atque in resurrectione justorum, omnimoda et perfecta pace spiritui corpus adhaerabit, nulla mortalitatis indigentia, 292 vel concupiscentia resistente. Cur animalia, quamvis munda et immunda in arca fuerint, tamen post egressum de arca non offeruntur Deo in sacrificio, nisi munda?

33. Quid deinde velit sibi, Deo loquente ad Noe, et tanquam rurus ab exordio? Quia multis modis D eam significare oportebat figuram Ecclesie, commendantem quod progenies ejus benedicitur ad implendam terram. Quod dantur eis in escam cuncta animalia, sicut in illo disco Petro dicitur: *Macta et manduca* (Act. x).

Satiatur, Val. mendose. GRIAL.

Ibid. Grialius in nota consociatur Ecclesie, in textu consociatur Ecclesia. AREV.

29. Cur sexcentesimo. E c. 21. GRIAL.

30. Siccasce terram. Ita August. et plerisque lib. Siccata esse, Val. GRIAL.

32. Cur animalia, usque ad ad implendam terram, absunt a Val. et plerisque, sunt tamen apud Aug. GRIAL.

Ibid. Cur animalia, etc. Desunt hæc etiæ in Editione Colonensi 1530. AREV.

34. Quod ejecto sanguine jubentur manducare, **A** ne vita pristina, quasi suffocata in conscientia tenetur, sed habeat tanquam effusionem per confessio- nem. Quid vero testamentum Deus posuit tunc se et homines, atque omnes animam vivam, ne perdat eam diluvio, arcu, qui appareret in nubibus, qui nuquam nisi de sole resplendet. Illi prius non percutit diluvio, qui in propheta et in omnibus divinis Scripturis, tanquam in Dei nubibus, agnoscunt Christi gloriam, et non querunt suam.

## CAPUT VIII.

*De Noe et benedictionibus ejus, maximo minimoque cottatis filiis.*

1. Jam vero illud quod post diluvium de vinea quam plantavit, inebratus est Noe, et nudatus in domo sua, cui non appareat Christi esse figuram? **B** qui inebratura est, dum pascens est; nudatus est, dum crucifixus est; in domo sua, id est, in gente sua, et in domesticis sanguinis sui, utique Iudeis.

2. Tunc enim nudata est infirmitas carnis ejus, Iudeis scandalum, gentilium autem stultitia, ipsis autem vocatis Iudeis, et gentilium tanquam Sem et Japheth, Dei virtus, et Dei sapientia, quia **293** quod stulti- um est Dei, sapientius est quoniam homines, et quod infirmum est Dei, fortius est quoniam homines (*I Cor. 1, 25*).

3. Proinde in quibus filiis, maxime et minimo, duo populi figurantur, scilicet circumcisio et præputium, unam vestem fideli a tergo portantes, sacramentum scilicet jam præterita dominica passionis, neque nuditatem patris intuentur, quia in Christi necem non consentiant, et tamen honorant velamento, tanquam scientes unde sint nati.

4. Quam nuditatem, id est, passionem Christi, videns Cham derisit, et Iudei Christi mortem vi- dentes subsannaverunt. Sem vero et Japheth, tanquam duo populi ex circumcisione et præputio cre- dentes, cognita nuditate patris, qua significabatur passio Salvatoris, sumentes vestimentum posuerunt super dorsa sua, et intuentes aversi operuerunt nu- ditatem patris, nec viderunt quod vereudo texerunt.

5. Quodam enim modo passionem Christi tegimus, id est, sacramento honoramus, ejusque myste- rii rationem videntes, Iudeorum detractionem ope- ripus. Vestimentum enim significat sacramentum, dux memoria præteriorum, quia passionem Christi transactam celebrat Ecclesia, non adhuc pro- spectat futuram.

6. Mediis autem frater Cham, id est, populus

54. Habeat tanquam effusionem. Ita August. Ha- beant lib. o.; quod ferri potest, ut ad ipsos, non ad vestin, referatur. Quid si legas. Sed habeat tanquam effusionem per confessionem? GRIAL.

CAP. VIII. N. 1. Jam vero illud. Ex c. 25. GRIAL.

2. Judæus scandalum, usque ad unde sint nati, ex Aug. describere malulum, astipulantibus impressis libris, quam ex veteribus aliquantum immunita ponere. GRIAL.

*Ibid.* Quia quod stultum est... unde sint nati. Hæc non habentur in cit. Editione Coloniensi. In Vulgata: Sapientius est hominibus... fortius est hominibus. AREV.

**A** impius Iudeorum (idem medius, quia nec primatum apotetorum tenuit, nec ultimus in gentibus credidit) vidit nuditatem patris, quia consensit in necem Domini Salvatoris. Post hæc numeri foras fratribus. Per eum quippe manifestatum est, et quodammodo publicatum, quod erat in prophetia secretum. Ideo que sit servus fratrum suorum.

7. Quid est enim hodie aliud gens ipsa, nisi quædam scripria Christianorum, bajulans lege et prophetas ad testimonium assertio- nis Ecclesie, ut nos honoremus per sacramentum, quod num lat illa per litteram? Post hæc benedicuntur duo illi qui nuditatem patris honoraverunt. Benediccas, inquit, Domus Dei Sem, quanquam ipsis etiam gentibus sit Dominus Deus Israel.

**294** 8. Et unde hæc factum est, nisi ex benedi- cione Japheth? in populo enim gentium, totum orbem terrarum occupavit Ecclesia. Hoc præannun- tiatur, cum diceretur: Dilatet Deus Japheth, et habi- tet in tabernaculis Sem.

9. Ecce quomodo dilatat Deus Japheth, et habitat in tabernaculis Sem, ut Paulus dicit: Non estis pe- regrini et hospites, sed estis cives sanctorum et dome- stici Dei, edificati super fundamentum apostolorum et prophetarum (*Ephes. 2, 19*). Benedictus, inquit, Deus Sem; sit Chanaan puer illius. Dilatet Deus Japheth, et habitat in tabernaculis Sem. Hic Sem major natu ipse est, ex quo patriarchæ, prophetæ, et apostoli generati sunt.

10. Japheth autem gentium est pater, quia etiam latitudo interpretatur. Cum ingenti enim multitudine dilatatus est populus ex gentibus, qui cum prophetis et apostolis erat habitatur. Siquidem et vidimus, juxta Noe patris propheticam benedictionem, in tabernaculo Sem transisse habitationem Japheth, hoc est, in domo legis et prophetarum Ecclesiam potius justitiam, minorem quidem tempore, sed gratiæ lege majorem.

11. Cham porro, qui interpretatur *calidus*, medius illius, tanquam ab utroque discretus, nec in primis Israëlitarum, nec in plenitudine gentium perma- nens, significat non solum Iudeorum, sed etiam ha- reticorum genus calidum, non spiritu sapientiae, sed impatiencie, quo solent haeticorum servare præcordia, et pacem periturae sanctorum.

12. Sed et omnes qui Christiano vocabulo glo- riantur, et perdite vivunt, ipsis figuram gestare videntur. Passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, et annuntiant bene-

4. Sem vera et Japheth, usque ad prospectus futu- rum. Ex xvi de Civit., c. 2. GRIAL.

6. Mediis autem frater, usque ad per litteram. Ex xii contr. Faust., c. 23. GRIAL.

7. Post hæc benedicuntur... prophetar. Ex cap.

24. Quod autem hæc a manuscriptis nostris omnibus absint, igitum benedictionis repetitum felissime pa- tamus librarios. GRIAL.

11. Cham parre... quam opus eorum? Ex xvi de Civit., c. 2. GRIAL.

*Ibid.* Haeticorum servare præcordia. Ita apud Au- gust. Primorâja in liberis negotiis. GRIAL.

profundo, et male agendo exhortantur. De talibus A cernuntur; et quos armat adversus Deum elatae con-  
spirationis perniciosa consensio, rurges, intercede-  
ntes dogmatum discordia, dividit oborta repente  
confusio.

43. Item quod, Cham peccante, posteritas ejus  
damnatur, significat quod reprobis hic quidam de-  
linquent, sed in posterum, 295 id est, in futurum,  
sententiam damnationis excipient. Sicut et plebs  
Iudea, quæ Iordanem crucifixit, etiam in filio pos-  
nam damnationis sua transiret. Dixerunt enim:  
*Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (Matth.  
xxvii, 25).

44. Desecratio igitur duobus filiis Noe, atque uno B  
eorum medio maleficio, deinceps generationes eo-  
rum texuntur, ex quibus septuaginta duas gentes  
sunt ortæ, id est, quindecim de Japheth, triginta de  
Cham, viginti septem de Sem.

#### CAPUT IX.

##### *De Nemrod gigante et confusione linguorum.*

1. Primus post diluvium inter homines Nemrod filius Cbus nova imperii cupiditate tyranidem arri-  
puic, regnavitque in Babylonie, que ab eo, quod illi  
confusæ sunt linguae, Babel appellata est, quod in-  
terpretatur confusio. Cuius significatio turris idem  
Nemrod existit auctor; qui pro ea quod ultra natu-  
ram suam copiæ alta penetrare contendit, non incon-  
grue diabolo comparatur, qui, cogitatione cordis sui  
intumescens, super siq[ue] exaltare se voluit, id est,  
super omnem potestatem angelorum, Deo se co-  
sequare disponens, dum dicit: *Ascendam super altitu-  
dinem nubium, et ero similis Altissimo.*

2. Quod autem dicitur *venator*, quid significatur  
huc nomine, nisi terrigenarum animalium deceptor,  
et capiens homines ad mortem? Turris ejus superbia  
hujus mundi est, vel impia dogmata hereticorum,  
qui postquam moti sunt ab Oriente, id est, a vero  
lumine recesserunt, et veneruntur in campum Sen-  
naar, qui interpretatur *excusio dentium*, statim ad-  
versus Deum impietas sua adificantur turrim, ac  
dogmata superbiae nefario ausu confingunt, volentes  
curiositate non licita ipsius coeli alta penetrare.

3. Sed sicut illi pars superbiam ab una lingua in D  
multas divisi sunt, ita et heretici, ab unitate fidei  
confusione segregati, in se, 296 diversitate  
erroris, quasi per dissonantiam linguae, invicem se-

14. Benedictio, usque ad malitiam, verba sunt Aug.,  
ibid. GRIAL.

Ibid. Ex quibus septuaginta duas gentes. Vid. not.  
ad c. 2 lib. ix Elym. GRIAL.

CAP. IX. N. 1. Primus post diluvium, usque ad con-  
fusio, Hieronymus, trad. in Gen., c. 10. GRIAL.

2. Quod autem dicitur *venator*, usque ad superbiam,  
verba sunt Aug., xvi de Civit., c. 4. GRIAL.

3. Eo autem tempore, usque ad lingua remansit,  
ejusdem. cap. 14. GRIAL.

Ibid. Grialibus in solo, quod mendacum claram vide-  
tur. GRIAL.

4. Quos quidam ipsa Trinitas damnat, in quam  
offendunt, ipsa eos dispergit, dum dicit: *Venite,  
descendamus, et confundamus linguis eorum;* in va-  
rietate utique erroris, sive schismatum. Eo autem  
tempore, quando linguarum facta est varietas, in  
sola domo Heber, quæ antea fuit, lingua remansit.  
Nunc quoque in sola Ecclesia, quæ est domus Christi,  
unitam esse confessionis et fidei pacem, divisis omni-  
bus reprobis, agnoscimus.

#### CAPUT X.

##### *De egressu Abrahæ a Chaldaæis.*

1. Hocstat deiude de actibus Abrahæ, vel de his quæ  
illi reprobis, Dominus, exponendum. Locutus est  
enim ei Dominus: *Egredere de terra tua, et de co-  
gnatione tua, et de domo patria tui.* Quis autem alius  
exit in Abram de terra, et de cognatione sua, ut  
apud exteris loquuntur, et esset in gentem  
magnum, nisi Christus, qui, relicta terra, et co-  
gnatione Iudaorum, præcipit nunc, ut videmus, in  
gentibus?

2. Sed et nobis ad exemplum Christi exendum  
de terra nostra est, id est, de facultatibus hujus  
mundi, opibusque terrenis, et de cognatione nostra,  
id est, de conversatione, et moribus, vitiisque priori-  
bus, quæ nobis a nostra nativitate cohærentia,  
C velut affinitate quadam et consanguinitate conjuncta  
sunt; et de domo patris nostri, id est, de omni  
memoria mundi, ut ei renuntiantes possimus in  
populo Dei dilatari, et in terram promissionis co-  
lestis, cum tempus advenerit, introduci.

297 3. Duæ autem promissiones Abrahæ dantur:  
una, per quam terram Chanaan possessurum seuen-  
ejus promittitur, dum dicit Deus: *Vade in terram  
quam demonstrabo tibi, faciamque te in gentem mag-  
num.* Alia vero longe præstantior est, non de car-  
nali, sed de spirituali semine, per quod pater est  
non unius gentis Israeliticæ, sed omnium gentium  
quæ fidei ejus vestigia consequuntur, quod promitti  
coepit his verbis: *Et benedicentur in te universæ co-  
gnationes terræ.*

4. Egressus autem Abrahæ de Garra venit ad Si-  
ghem, acceptoque secundo oraculo de promissione  
terra ipsius, edificavit altare. Et profectus inde ha-  
bitavit in eremo, atque in ille, famis inopia expulsus,

CAP. X. N. 1. Quis autem alius, usque ad in genti-  
bus, Augustini sunt verba, xii contr. Faust., c. 25.  
GRIAL.

2. Grialius, et alii impressi operibusque. Melius  
Cod. Albormozian. opibusque. AREV.

3. Duæ autem promissiones, usque ad cognationes  
terre, ejusdem., xvi de Civit., c. 16. GRIAL.

4. Egressus Abrahæ, usque ad terræ ipsius, ejusdem.,  
xvi de Civ., c. 18. GRIAL.

Ibid. Edificavit altare, usque ad sanguine, ejusdem.,  
c. 19. GRIAL.

descendit in Agyptum, ubi uxorem suam dixit esse A matre genitus per divinitatem, ipse de matre sine sororem. Nec mentitus, quia propinqua erat sanguine.

5. Quam tamen Pharaon rex Aegypti volens accipere, gravissimis territus monstros, multisq[ue] propter eam malis affuetus, ubi esse ejus divinitus uxorem didicit, confessum illas cum honore restituit. Hoc itaque, cum de Abimelech dicere coepimus, exponemus.

#### CAPUT XI.

*De victoria Abraham et Melchisedech.*

1. Reverso igitur Abraham ex Aegypto, unde venerat, tunc Lot fratri filius ab illo in terram Sodomorum salva charitate secessit, vitans discordiam, quia divites facti erant, et pastores eorum invicem rixabantur. Permansi autem Abraham in terra Chanaan, habitavitque juxta querum Mambrum.

298 2. Deinde a quinque regibus, qui Sodomis irruerant, captum Lot liberat, habens secum in praetilio trecentos decem et octo vernulas. Sed quid haec Victoria Abraham de quinque regibus indicabat, quos ille fidel pater mysterio superavit, nisi quod fides nostra, si confirmata sit in spiritu principaliter, totidem corporis nostri sensus verbo Dei subhigat [Forte, subigit]? Nam sicut ille de proximo in regibus vitor, ita et fides nostra per animam victrix de exteriore homine triumphat.

3. Qnod vero ille non multitudine, nec virtute legionum, sed tantum trecentis decem et octo comitantibus, adversarios principes debellavit, jam tunc in sacramento crucis, cuius figura per Tau litteram Graecam numero trecentorum exprimitur, imaginatur, quod nos Christi passio liberaret a dominatu quinque carnalium sensuum, qui nos ante variis vitiis captivantes exsuperaverant.

4. Revertenti igitur a cæde hostium Abraham occurrit ei mox Melchisedech, rex Salem sacerdos Dei, incannabili parente progenitus; benedixitque Abraham, offerens panem et vinum in sacrificium Deo. Hunc Melchisedech apostolus Paulus sine patre et sine matre commemorans, figuratiter refert ad Christum (*Hebr. viii.*). Ipse est enim solus de patre sine

5. Quam tamen Pharaon, usque ad restituit, ejusd., xxii cont. Faust., c. 33. GRIAL.

*Ibid. Cod. Regiovatic.* 295, post restituit ad marg. addit: *Hoc itaque... exponemus; et addit: In Sara enim Christi Ecclesia figurabatur, quam violare infidelitas error non poterat, quia a se macula est et ruga. Monstra autem quibus Pharaon territus est, virtus miraculorum est, quae dum mundus aspicit, confusus obstu-put. Ita etiam Cod. Florent. 4. De Abimelech cap. 16. AREV.*

CAP. XI. N. 4. Reverso rixabantur. Ejusd. c. 20. GRIAL.

*Ibid. Permansit usque ad Mambrum. Et mansit in alio ejusdem terræ loco, id est, juxta querum Mambrum. Aug. c. 22. GRIAL.*

2. Deinde a quinque regibus, usque ad vernaculos, Aug., ibid. GRIAL.

*Ibid. Grialius in textu vernulas, in not. vernaculos. Sic etiam mox per Tau, et per T. AREV.*

A matre genitus per divinitatem, ipse de matre sine patre per humilitatem.

5. Ipse quicunque sacerdos aeternus, ad quem dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech (*Psalm. cix*). Uique proprius mysterium sacramenti, quod Christianis celebrare præcepit, ut non secundum Aaron pecudum victimas, sed oblationem panis et vini, id est, corporis et sanguinis ejus sacramentum, in sacrificium offeramus.

6. Quod vero patriarcha Magnus decimas omnis substantiae sue Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, sciens spiritualiter melius sacerdotium futurum in populo gentium quam Leviticum, quod de ipsis in Israel erat nasciturum, futurumque, ut sacerdotium Ecclesie habens præputium benedicteret in Abraham ~~299~~ circumcisio sacerdotium Synagogæ. Qui enim benedicit, major est quam qui benedicatur.

7. Unde et sacerdotes ex semine Abraham natū fratres suos benedicent, id est, populum Israel, quibus illi decimas dabunt secundum mandatum, vere ut majoribus et eminentioribus suis. Nomen autem ipsum Melchisedech rex pacis, vel rex justitiae interpretatur, quod bene refertur ad Christum.

8. Ipse est enim rex pacis, quia per ipsum reconciliamur Deo. Ipse est rex justitiae, quia ipse veniet, ut discernat sanctos ab impiis. Idem quoque unus sacerdos, et rex, quia ad redemtionem omnium hostiam Deo Patri se ipsum obtulit, et ut verus rex in praesenti saeculo populum suum regit, et in futuro judicabit.

#### CAPUT XII.

*De sacrificio Abraham et promissione Dni.*

1. Post hanc victoriam factum est verbum Domini ad Abraham in visu, dum esset de posteritate sollicitus, et sibi viderat non nasci filium, et tamen semini suo factam promissionem teneret, statim fit illi in figura duplex promissio seminis ejus, id est, in similitudinem arenas maris, vel in multitudinem stellarum cœli futura.

2. Ejiciens ergo Abraham Deus suras, ostendit illi stellas cœli, dicens: *Sic faciam semen tuum, id est, christianam gentem, cuius tu pater in fide subsistis, sic faciam lumine resurrectionis coruscare.* Deinde

3. *Cuius figura per T litteram. Id repetit aliquoties* D Aug. et Greg. Vid. inf., Jud. v. GRIAL.

*Ibid. Hanc allegoriam eleganter Prudentius persecutus fuit. Vide mea Prudentians, pag. 166. AREV.*

6. *Hubentis præputium, aliquot MSS., et Impr., haud male.* GRIAL.

7. *Nomen autem ipsum Melchisedech rex pacis, vel rex justitiae.* Vox Melchisedech regem tantum justitiae significat. Sed quia idem rex erat Salem, Salem autem pacem significat, non absurde utrumque coniunxit. GRIAL.

CAP. XII. N. 2. Inter Epistolam Pauli Alvari Cordubensis ad Auderium Flavium Joannem, episcopum Hispalensem, saeculo ix, quas edidit Florexius, tom. XI Hisp. sacr., epist. 4, pag. 114, allegatur hic Isidori locus cum aliquo verborum discrimine: *Aut, ait Alvarus, tuum Iudorum inquietum: Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, id est, Christianam gentem...* et dicit: *Sic multiplicabo semen tuum, hoc est, etc.* AREV.

monstravit illi arenam maris, et dixit: Sic erit in A multitudine semen tuum, hoc est, erit quidem copiosa gens Iudeorum, sed sterilis et infecunda manebit, sicut arena.

3. Post hæc cum re promitteret ei Deus quod esset possessor re promissionis terræ futurus, signum petit, per quod agnoscere, 300 non quasi dubitans an fieret, sed quomodo futurum esset exquirens.

4. Cui Dominus hanc similitudinem proposuit: Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turtarem quoque et columbam. Tollens ergo Abraham universa hæc, di-visit ea per medium, et utrasque partes contra se altrinsecus posuit, aves autem non divisit.

5. Descenderuntque volucres super cadavera, et abigebat eas Abraham. Cumque occubuisse sol, pa-vor irruit super Abraham, et horror magnus, et tenebrosus invasit eum; apparuitque clibanus sumans, et ignis transiens inter media illa quæ divisa erant. Dictumque est ei: Cognoscendo scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et serviet, et affigetur, etc. Iste est itaque modus promissi seminis Abra-hæ, et ista est figura.

6. Per vaccam enim significata est plebs posita sub jugo legis. Per capram eadem plebs peccatrix futura. Per arietem eadem plebs regnatura. Animalia ideo tria dicuntur, quia per articulos temporum ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, ac inde usque ad David, tanquam tertiam ætatem gerens ille populus adolevit.

7. Per turtarem et columbam spirituales in eo C populo figurati sunt, individui filii promissionis, et haeredes regni futuri, quorum ætas temporalis ideo tacetur, quia æterna meditantes transgressi sunt de-sideria temporalia. Sed quid est quod animalia illa tria dividuntur adversus se invicem partibus consti-tutis, nisi quod carnales et in populo veteri, et nunc inter se dividuntur?

8. Porro aves idecirco non dividuntur, quia spiri-tuales individui sunt. Schisma non cogitant, non se-ducantur ab hereticis, sed pax est semper in ipsis. Sive a turbis se removeant, ut tortur, sive inter illas converuantur, sicut columba: utraque tamen avis est simplex et innoxia. Volucres autem descendentes super corpora, quæ divisa erant, spiritus immundi significantur, pastum quemdam suum de carnalium divisione querentes.

9. Quod autem illis considens abigebat illas Abraham, significat 301 multos carnalis merito sancto-rum in fine mundi ab angustiis liberaudos. Quod au-tem circa solem occasum pavor irruit in Abraham, et horror magnus, et tenebrosus, significabat circa bujus saeculi finem magnam perturbationem ab Anti-christo in sanctis futuram. De qua dicit Dominus in

6. Per vaccam, usque ad Abrahæ promittuntur, Aug., lib. xvi de Civit., c. 24. GRIAL.

9. Significat multos. Ita Manuseripti omnes recte. August.: Quod autem illis consedit Abraham, signi-ficat etiam inter illas carnalium divisiones veros usque in finem saeculi perseveraturos fideles. Mendosus ergo in Excusis nullus. GRIAL.

Evangelio: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio (Matth. xxiv, 21).

10. Quod vero adjungitur: Cum occubuisse sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus sumans, et lampas ignis transiens inter media illa, quæ divisa erant, significat post finem saeculi futurum diem judicii, quo per ignem segregabuntur sanctorum populi et iniquorum. Quod vero dictum est ad Abraham: Sciendo scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in servitatem redigent, et affigent eos quadringentis annis, hoc de populo Israel, qui erat in Ægypto servitus, apertissime propheta-tum est.

11. Non quod sub Ægyptiis quadringentis annis servierunt, sed quoniam iste numerus in eadem B afflictione completus est, qui computatur ab illo tempore quo ista Abrahæ promittuntur.

#### CAPUT XIII.

##### *De Agar et circumcisione Abrahæ*

4. Jam tunc propter peregrinationem futuram, ne commisceretur semen ejus inter gentes, datur ei circumcisio in signum his verbis: Circumcidetur in vobis omne masculum. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, tam vernaculus quam emptilius. Masculus autem, cuius præputii caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.

2. Sed et Sarai non vocabitur Sarai, sed Sara, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt. Hic jam declaratur promissio de vocatione gentium in Isaac filio promissionis, quo significatur gratia, non natura, quia de sene patre et sterili matre.

302 3. Et quia hoc non per generationem, quæ est in Ismaele, sed per regenerationem futurum erat, ideo imperata est circumcisio, quod de Sara promittitur filius in typo Ecclesiæ, non quando Ismael, qui typum gerit Iudeorum. Quid enim aliud circumcisio significat, nisi renovatam naturam per baptis-mum post expiationem veteris hominis? Et quid est octavus dies, nisi Christus, qui hebdomada completa, hoc est, post Sabbathum resurrexit?

4. Quod vero non solum filios, sed et servos, et vernaculos, et emptilios, circumcidit præcepit, ad omnes gratiam redemptionis pertinere testatur. Parentum mutantur nomina, ut omnia resonent novitatem. Nam Abram, quod antea vocabatur, interpretatur pater excelsus. Abraham autem pater multarum gentium, quo nomine prænuntiabatur quod multæ gentes fidei ejus vestigia sequerentur.

5. Illud autem quid sit, quod dictum est: Masculus qui non circumcidetur octava die, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit? Cur enim pereat anima parvuli incircumscisi, dum ipsa

CAP. XIII. N. 4. De hac ratione, cur circumcisio instituta fuerit, conser Patres apostolicos, tom. I, pag. 27 seq. cum notis Cotelerii. AREV.

2. Hic jam declaratur, usque ad resonent novitatem, e c. 26. GRIAL.

5. Masculus, qui non circumcidit, usque ad ipse peccavit, e c. 27. GRIAL.

pactum Dei irritum non fecit, sed qui eum circumcidere neglexerunt? nisi ut significaret quod parvuli non secundum opus, sed secundum originem in primo homine pactum Dei dissipaverunt, in quo omnes peccaverunt.

6. Nascitur enim omnis non proprie, sed originaliter peccator (*Vide var. lect.*). Quem nisi regeneratio liberet, peribit anima ejus de populo aeo; quia pactum Dei irritum fecit, quando in Adam originale etiam ipse peccavit.

#### CAPUT XIV.

*De tribus viris qui venerunt ad ilicem Mambre.*

1. Deinde apparuit Dominus Abrahe in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui; cumque levasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes juxta eum. Quos cum vidisset, adoravit, et ait: *Domine, si in reni gratiam in oculis tuis, lalentur pedes vestri, et requiescite sub arbore.*

2. Et abiit Abraham ad Saram, et jussit eam ex tribus satis facere subcinericios panes, quos apposuit illis cum vitulo, quem **303** paraverat, similiter et lac et butyrum. Ipse vero stabat juxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum: *Ubi est Sara uxor tua?* At ille: *Ecce, inquit, in tabernaculo est;* cui dixit: *Revertens veniam ad te tempore isto, et habebit filium Sara uxor tua.*

3. Quo audito, Sara risit. Notandum quippe quod Abraham triplicem habeat figuram in semetipsa. Primam Salvatoris, quando, relicta cognatione sua, venit in hunc mundum; alteram Patris, quando immolavit unicum filium; tertiam vero, quae in hoc loco est, figuram gestavit sanctorum qui adventum Christi cum gudio suscepserunt.

4. Tabernaculum autem illud Abrahe typum terrenæ Jerusalem habuit, ubi primo tempore prophetæ et apostoli habitaverunt; ubi et primum Dominus adveniens a credentibus exceptus, ab incredulis est in ligno suspensus.

5. In tribus autem viris qui venerunt ad illum, Domini Iesu Christi prænuntiabantur adventus, cum quo duo angeli comitantur, quos plerique Moysen et Eliam accipiunt, unum priscæ legis latorem, qui per eandem legem adventum Domini indicavit; alium, qui in fine mundi venturus est, denuntiatur secundum Christi adventum, atque ejus Evangelium Judæis prædicaturus; unde et in monte Dominus cum suis transfiguratus, hi duo, Moyses et Elias, cum eo ab apostolis visi sunt (*Matth. xvii.*).

6. Quod vero Abraham tres videns, unum adoravit, Dominum scilicet Salvatorem ostendens, cuius etiam adventum est præstolatus, juxta quod etiam Dominus in Evangelio ait: *Abraham quæsivit diem meum videre, vidit, et gavisus est* (*Joan. viii, 56*). Tunc enim futuri aspergit mysterium sacramenti.

CAP. XIV. N. 11. *Languore, Ebimplut. et apud Eucher. Criall.*

*Ibid. Retinendum vapore pro calore, ardore, igni. Adisis Prudentium, pag. 947 et 1035. Arev.*

13. *Ritus autem Saræ non est dubitatio. At Ambros.,*

A 7. Unde et pedes eorum lavity ut in extremo mundi lavaesi vivificationem demonstraret futuram. Pedes enim novissima significant. Siquidem et convivium præparat, vitium scilicet astringit. Iste autem vitius uerber saginatus Dominus Iesu Christi est corpus. Hic ergo vitulus Domini, qui propter salutem credentium ad arborum erexit est immolatus. His est vitulus dominici corporis, qui in Evangelio pro peccatore occiditur filio (*Lte. xv.*).

8. Sed et butyrum et lac cum carne vituli apposuit. Lac quippe prisca legis imbeisse figuram Apostolus nos admonet, dicens: *Tacitum potum dedi, non escam; nondam enim poteratis, sed* ~~non~~ *non uttunc quidem poteritis* (*1 Cor. iii.*). Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi lac de ueribus duarum tabularum expressionem; hoc est, Testamentum fidei.

9. Necdum enim poterant propter infantiam sensus sui Evangelio doctrinæ solidam et robustam escam accipere. Butyram autem uberrimum et pinguisimum Evangeliorum est testimonium, quod voluti oleum fidelibus in signum datur. Sed proinde vitulum cum lacte, et butyrum Abraham edendam apposuit, quia nec corpus Domini, quod est vitulus, sine lacte legis, nec lac legis sine butyro, hoc est, quae Evangelii testimonio esse potest.

10. Tria autem tata, unde Sara panes subcinericios fecit, trium filiorum Noe imagines indicaverunt, ex quibus omne genus huminum nascitur est, qui, divina Trinitati credentes, et aqua baptisimatis per Ecclesiam, cuius imago Sara erat, contigerendi essent, et in una pane Christi corporis redigendæ.

11. Hæc sunt illa tria tata que mulier in Evangelio enoteatur fermentasse (*Math. xxi.*; *Ecccl. xiii.*). Azyma autem panes, eo quod sicut fermento malitia, et sine angore hecquies, sine farror perversæ doctrinæ operibus esse credentium unitatem. Subcinericio autem ideo, ut per paucitatem partiturum delictorum Spiritus sancti vapore decocti, voluntas beneplacita Deo, acceptabiles efficiantur.

12. Sub arbore adiacet eos sedisse, possibiles dominicos erat signum, cuius ipse sunt predicatorum. Qued autem promittit Deus Saræ sterilitati filium, dicens: *Circa hoc tempus venient;* non de temporibus significat, sed de qualitate adventus sui, quando per filium reprobissimum fidelis eras populus assecuturus. D Ista est enim Sara sterilis, cur per Prophetam Dominus dicit: *Lætare, steriles, quæ non paris; erumpere et clama, quæ non partigris; gaemam plures filii deserter magis quam agis quæ habet virum.*

13. Ritus autem Saræ non est dubitatio, sed prophætia. Qui ritus duplum habet significatiōnem. Sive quod ritus esset futurus **305** incredibilis Christus, sive quod omnes inimicos in iudicio suo esset risurus. Unde et ipse qui natus est de Sara,

epist. 30 lib. iv: *Sara (inquit) quæ ritus, incredibilis coarguta est.* Et Aug. xvi de Civit. c. 51: *Quod ritus ille etiam si gaudii fuit, tamen plena fidei non fuit. Criall.*

vires nomine adcepit. Iuste enim ex Hebreis: lingua *A* quam regenerati *huncum* cupiunt evadere judicium. *in* *litteris* sermonem *sermonem* *interpretatur*.

44. Deinde rursum idem Isaac promittitur filius futurus in gentem. *N*igra *M*issa: *H*aben dicentur in eo omnes gentes terræ. Quibus verbis duo historialiter illi promissa sunt, genit. *Judiciorum* secundum cœlum, et *omnes gentes* secundum fidem.

## CAPUT XV.

*De Sodomit, et Lot; et filiis eius.*

1. Hoc hanc promissionem veritatem in cœlum. *S*olomon. *A*beratio: *L*ot cum filiis suis. Sed quid diligat: quod a quinquaginta justis usque in decem, si invenirentur in Sodomia, dixit Dominus urbem *s*ane saltem? *M*unetrum quippe quinquagenerium proprius prepterum posuit signum; si sorte converterentur et salvarentur.

2. Quinquagenerius enim numerus semper ad pœnitentiam referitur. *U*nde et David in eodem numero psalmum scripsit pœnitentiam. Prende quando aspiciens Deus delinquaciam vitam nequaquam velle reverti ad pœnitentiam, quod quinquagenerius numerus præfiguerat, confessum ardorem: immoderate luxuria compescit ligata gebeantur.

3. Usque ad aliquid autem justos non periret Sodomam dixit, quasi in qualibet per decem præcepteram existimat. Christi membra inventator; pater non perit. Benigni enim membra figura crucis Christi demandato. *N*atu et quodquinque civitates sunt, quae imbribus ignis consumptas sunt; illud (nisi fallor) significat quod omnes qui quinq[ue] sensus corporis sei traxerunt libidinose, in illo futuro incendio consumptandi sunt.

4. Ipse autem Lot frater Abram justus et hospitale in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat similius futuri justicie; **307** merito salvis evadere, typum gerebat corporis Christi, quod in omnibus sanctis, et maledictis inter iniquos atque impiis generis, quorum facta non concordit, et a quorum permisitio ne in sæculi fine liberabitor, illis damnatis supplicio ignis aterni.

5. Uxoris autem ejus eorum, scilicet, genus figurauit, qui, per gratiam Dei vocati, retro respicunt; et ad ea quae reliquerant redire contendent. De quibus *B*rahim: *N*omo, inquit, ponens manum suam super arborum, et recipiens retro, aperte est regno Dei. Unde et illi prohibetur retro respicere, ut per id ostenderet, non esse redoundum ad vetarem vitam, qui per gra-

CAPUT XV. N. 3. Alii, fortasse melius, quia si in quobel. In Ms. Florent. 1 est concrescatur, pro concrematur, quae loquendi ratio simil modo non nunquam occurrit in mss. Codicibus Etymologicarum, et aliquibus *etiam in Imperiis*. *A*men.

6. Illud vero not, quod *Lot*, usque ad salutis aliena, verba sunt Greg. Pastoral. iii p. c. 28. *Grial*.

9. In Ms. 2 Florent. bis utorum cum accusativo eam, ut in aliis quoque Isidori operibus non raro accidit. In Cod. Flor. 2, post legitime utatur hoc fragmentum additur: Possimus super filias *Lot* intelligere superbiam et vanam gloriam, quæ duæ filie sequuntur illos qui carnis incentiva reliquerunt, et bonis adheserunt operibus, quia plerunque de bono opere superbimus,

*A*nam conversi est; *E*xemplum præstat ad condimentum *Adelmarum*; unde illi salmantur: Nam et ipsam non latuit Christus dicens: *M*emento huius *Lot*; scilicet, ut nos tanquam sale condiret, ut non tanquam salui negligemus; sed prædictos caveremus: *H*ec enim et illa admonuit; cum in statuam satis conversa esset. *H*ic vero notandum est; quod *Lot*, ardorem Sodomam fugiens, *S*egor venit, et nequidquam ad non-stande concidit:

7. Ardorem quippe Sodomiam fugere est illæta carnis incestuæ, vel mundi desideria declinare. Altitudo vero mortuum speculatio est perfectorum; sed quia multi sunt justi, qui mundi quidem illecebras fugiunt, sed tamen in actione positi, contemplationis apicem subire nequidant, hec est, quod exiit quidem *Lot* de Sodomis; sed tamen ad montana non pervenit; quia nec iam damnable vita relinquiter, sed huc subtiliter speculationis subtiliter non tenetur.

8. Inde idem *Lot* ad angelum dicit: *E*st civitas hinc iusta; *ut* quam possem fugere; *p*arva; et salvator in ea. *N*igra *M*issa: *m*oderia est; et vivet anima mea in ea? Juxta igitur dicitur, et tamen ad salutem tata esse perhibetur; quia actualis vita nec à mundi caris ex ipso discreta est, nec tamen a gaudio separator salutis aliena.

9. In ipso autem acto *Lot*, quando *Abra*ham conbuerint cum eo; **307** non illud, quod eum a Sodomis liberatus est, sed aliud figuratum est. Tunc enim ipse *Lot* futura legis fidebatur gestare personam, quidam quidam ex illa procreari; et sub lege positi, male intelligendo; quodammodo se intollerant, enq[ue]s non legitime uterib[us], infidelitatis opera pariunt. *Bona est enim lex*, inquit *Apostolus*; *si quis ea legamus uerum* (*I Tim. 1. 8*):

## CAPUT XVI.

*De Abimelech et Sarra.*

1. Sequitur denica historia de *Abimelech*; quando Abraham tacuit *Sararam* utrumque ibanti esse; et dixit abrorem; ne, se occiso; ab alienigenis capita posse deretur; tenuis de *D*e, quod eam fidem non permitteret, sicut hec primum a *Pharao*; *U*nde et *A*bimelech; sorbis committitibus, huius committulavit eam concubitu; sed iniuriam resiliuit marito;

2. Verumtamen quid tunc sit illud figuraatur vita,

et laudes hominum: querere satagitab; quæs illæs necessæ est fugianus. *Q*uia non secundus (forte, si non fugianus) inebriabant nos, et facient procreare filios, ita est, nuda opera. *A*REV.

CAPUT XVII. N. 1. *T*oluum caput è Ms. xxii contra *Faust. Grial*.

*Ibid. Tacuit Sararam*, usque ad maritum, è cap. 33. *Grial*.

*Ibid.* Apud *Grialum* et Alios est restauravit marito; sed melius est restituere marito cum Ms. *Albornoziiano*, *A*REV.

2. *Q*uis tunc, usque ad adimpletur, è c. 38. *Grial*.

*Ibid. Honor honori, August. Grial.*

scire vole; et cuius sit uxor quæ in hac peregrinatione atque inter alienigenas pollui macularique non sinitur, ut sit viro suo sine macula et ruga? In gloriam quippe Christi recte vivit Ecclesia, ut pulchritudo ejus honor sit viro ejus, sicut Abraham propter Saræ pulchritudinem inter alienigenas honorabatur.

3. Eique ipsi, cui dicitur in Canticis canticorum: *O pulchra inter mulieres* (*Cant. 1, 7*), ipsius pulchritudinis merito reges offerunt munera, sicut Saræ obtulit rex Abimelech, plus in ea mirans formæ decus, quod amare potuit, et violare non potuit. Est enim et sancta Ecclesia Domino nostro Iesu Christo in occulto uxor. Occulte quippe, **308** atque intus in abscondito secreto spirituali anima humana inhæret verbo Dei, ut sint duo in carne una, quod magni conjungii sacramentum in Christo et in Ecclesia commendat Apostolus (*Ephes. v*).

4. Proinde regnum terrenum aëculi hujus (cujus figuram gerebant reges, qui Saram polluere non sunt permissi) non est expertum, nec invenit ecclesiam conjugem Christi, nisi cum violare tentavit. Divino testimonio per fidem martyrum cessit, correptamque etiam in posterioribus regibus honoravit munere, quam corruptioni suæ subdere in prioribus non valuit.

5. Nam quod tunc in eodem rege prius ac posterioris figuratum est, hoc in isto regno prioribus et posterioribus regibus adimpletur. Cum autem dicitur de patre esse soror Christi Ecclesia, non de matre, non terrena generationis, quæ evanescit, sed gratia ælestis, quæ in æternum manebit, cognatio commendatur. Secundum quam gratiam genus mortale non erimus, accepta potestate, ut filii Dei vocemur, et simus. Neque enim gratiam hanc de Synagoga matre Christi secundum carnem, sed de Deo patre perceperimus.

6. Hanc vero cognitionem terrenam vocans in aliam vitam, ubi nemo moritur, negare nos Christus docuit, non fateri, cum discipulis ait: *Ne vobis dicatis patrem in terra, unus est enim pater vester, qui in celis est* (*Math. xxiii, 9*). Quod autem Ecclesia cuius uxor sit occultatur alienigenis, cuius autem soror non tacetur, haec interim causa facile non occurrat, quia occultum est et difficile ad intelligendum, quomodo anima humana verbo Dei copuletur, sive misceatur, sive quid melius et aptius dici potest, cum sit illud Deus, ista creatura; secundum hoc enim sponsus et sponsa, vel vir et uxor, Christus et Ecclesia dicuntur.

7. Quia vero cognitione sint fratres Christus et omnes sancti, gratia divina, non consanguinitate terrena, hoc est, de patre, non de matre, et effabili-

3. Vulgata: *O pulcherrima inter mulieres*. AREV.

4. Correptam. AL., Correctam. GRIAL.

5. Cum autem, usque ad qui in celis est, eccl. 39.

GRIAL.

6. Quod autem Ecclesia, usque ad illorum est, eccl. 40. GRIAL.

Ibid. Vulgata: *Et patrem nolis vocare vobis super terram*. AREV.

A lius dicitur, et capacius auditur. Nam inter se **309** omnes sancti per eandem gratiam fratres sunt, sponsus autem in eorum societate nullus illorum est.

## CAPUT XVII.

### *De Isaac et Agar.*

1. Centenarius itaque Abraham genuit ex Sara uxore sua filium, quem vocavit Isaac. Hunc cum vidisset mater eius ludente cum Ismael, dixit ad Abraham: *Ejice ancillam et filium ejus, non enim heres erit filius ancilla cum filio meo Isaac*. Nunc igitur querendum est cur antea Sara voluit maritum de ancilla suspicere filium, aut cur nunc eum marito Jubet expelli domo, quod fecit non zelo accusa, sed mysterio prophetæ compulsa. Agar quippe, secundum quod ait Apostolus, in servitute genuit carnalem populum.

2. Sara vero libera populum genuit qui non est secundum carnem, sed in libertatem vocatus est, qua libertate liberavit eum Christus. Hoc igitur mysterio figurabatur priorem populum in servitute peccatorum generalium, in domo Saræ, id est, in Ecclesia non manuere in æternum, neque esse heredem vel consortem cultoribus Christi, nec cum filio nobili, id est, fidei populo, regnum caelestis gloria posse surum.

3. Cum igitur ejiceret Abraham Agar de domo, accepit panes et utrem aquæ, et dedit Agar, et impossit super humeros ejus infantem, et dimisit eam. Exiens autem Agar, errabat in solitudine, et cum morientem siti filium projicisset sub arbore, apparuit ei angelus Domini, et demonstravit fontem aquæ, et potavit filium suum. Quid ergo significat quod exiens Agar infantem in humeros suos impossuit? nisi quod peccator populus et incipiens cervicem matris suæ Synagogæ gravavit, dum dicit: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (*Math. xxvii, 25*)? Panes autem hoc indicabant, quod vetus sacerdotium panes propositionis, sicut scriptum est, portaret secum, et veterascerent.

4. Uter vero aquæ, qui deficit, Judaica purificatio significabatur defectura; sive doctrina eorum carnalis in pelle mortua clausa, id est, la carne veteris hominis prævaricationis sententia damnata, **310** quæ nec refrigerium præstat, nec satiat siti, sed æstu tepido vomitum facit. Quod vero in solitudine errat Agar cum filio suo, significat Synagogam cum populo suo expulsam de terra sua, sine sacerdotio et sacrificio in toto orbe errare, et viam, quæ est Christus, penitus ignorare. Quod filius illius siti deperit, ostendit populum nullam habentem spiritualem purificationem.

5. Quod vero filium morientem siti sub arbore

7. Capacious, Aug. et Bed.; al., Causius. GRIAL.  
CAP. xvii. N. 4. Vulgata: *Ejice ancillam hanc*. AREV.

5. Verba Joannis hæc sunt: *Si quis siti, venies ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vive*. AREV.

projectit, et sic, demonstrante angelo, aspicit fontem, significabat quosdam ex eo populo ad umbram ligni crucis refugium petiituros. Quod exclamat puer plorans, et exaudivit eum Deus, et sic, demonstrante angelo, aspicit fontem, hoc pro illis dicit, qui ex Iudeis ad Christum convertuntur, ac flentes retro actos errorum, exaudiuntur, reseratisque oculis cordis, vident fontem aquæ vivæ, id est, Christum Filium Dei, qui dicit: *Ego sum fons aquæ vivæ; qui sicut renas, et bibat* (Joan. vii, 37). Unde et Ismael exaudiit interpretatur.

6. Angelus autem iste similitudo est Eliæ, per quem populus iste crediturus est sicut per Malachiam dicitur: *Ecce ego mittit vobis Eliam, qui convertat corda patrum in filios.* Verum quod statim vocavit angelus Domini Agar, dicens: *Surge, tolle puerum, quia in gentem magnam faciam eum,* hoc significabat, sive quod copiosus Iudeorum populus esset regnaturus in saeculum, sive quia cœlestis regni gloriae consecuturi essent, qui ex eis credidissent in Christum.

7. Quid autem eundem angelum, qui loquitur ad Agar, prius angelum Scriptura prænuntiat, deinde Deum, Filium Dei eum suisse credendum est, qui per legem et prophetas semper locutus est. Qui proper obediens paternæ voluntatis angelus vocatur; Deus autem secundum naturam Patris, quia vere et ipse Deus, sicut et Pater.

### 311 CAPUT XVIII.

*De eo, quod obtulit Abramum filium suum.*

1. Jubetur deinde Abramum immolare unicum filium suum. Ille autem obtemperans Deo solvit volum, stravit asinum, impesuit ligna, servos longe diuisiit, solus cum filio ascendit, triduo ad locum pervenit. Antequam veniret filius ad locum sacrificii, ipse sibi immolandus ligna portavit.

2. Deinde Abraham gladio armatur, et cum jam pensa feriret, admonetur ut parceret; et non tamen sine sacrificio, sine sanguine fuso recessit. Apparet namque aries in vepre inhærens cornibus, immolatur, peragiturque sacrificium. Peracto sacrificio, dicitur ad Abram: *Benedic tibi, et multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, et velut arenam maris. Possidebis seminum tuum portas inimicorum tuorum, et benedicenter in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti vocimi meo.*

3. Age nunc, videamus quid sub hujus sacramenti lateat mysterio. Iste enim Abraham, quando unicum filium suum parduxit ad immolandum, habebat personam Dei Patris. Sed quid est, quod eum senex

7. *Filiū Dei.* Idem lib. i aduersus Iudeos, c. i et 3. *GRIAL.*

CAP. XVIII. N. 1. *Ligna portavit.* Quæ post haec leguntur in impressis: *Quis alius in Isaac, qui lignum sibi portabat ad victimam, nisi Christum Jesum, qui crux sibi ad passionem ipse portavit?* et paulo post: *Quis alius aries immolandus in repre cornibus adhaerebat?* nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur? sunt quidem verba Augustini XII, contra Faustum, cap. 25, sed recte absunt a Manuscriptis melioris notis. Neque enim sunt hujus loci; et Isidorus

A suscepit? nou enim senescit Deus, sed ipsa prænuntiatio de Christo jam quodammodo senuerat, quando natus est Christus.

4. Inchoata est enim ab Adam, ubi dictum est: *Erunt duo in carne una.* Sacramentum illud magnum in Christo et in Ecclesia, et completum est sexta ætate saeculi, quæ senecta significabatur Abraham, quia ipsum sacramentum Dei jam longævum erat. Et senectus Saræ in plebe Dei, hoc est, in multitudine prophetarum, 312 hoc idem significat, quia in fine temporum ex ipsa plebe sanctorum animarum natus est Christus.

5. Sterilitas autem ejus intimat quod in hoc saeculo spe salvi facti sumus, et in Christo tanquam in Isaac omnes nati sumus. Quem partum Ecclesia in fine temporum mirabilis Dei gratia, non naturali fecunditate, procreavit. Jam deinde sequentis historie sacramentum quid imaginarie portendebat, inspicendum est. Quis ergo in Abraham, ut prædictum est, per illam immolationem figurabatur, nisi Pater excelsus? quis in Isaac, nisi Christus?

6. Nam sicut Abraham unicum filium et dilectum Deo victimam obtulit, ita Deus Pater unicum filium sumum pro nobis omnibus tradidit. Et sicut Isaac ipse sibi ligna portavit, quibus erat inponendus, ita et Christus gestavit in humeris lignum crucis, in quo erat crucifigendus. Duo autem servi illi dimissi, et non perducti ad locum sacrificii, Iudeos figurabant, qui cum serviliter riperent, et carnaliter sapient, non intelligebant humilitatem Christi, non intelligebant passionem Christi, ideo non pervenerunt ad locum sacrificii.

7. Car autem duo servi, nisi quia populus ipse in duas partes dividendus erat? quod factum est, Salomonem percurrente, quando divisus est idem populus loco regni, non errore impietatis; quibus etiam sepe per prophetam dicitur: *Adversatrix Israel, et prævaricatrix Iuda* (Jerem. iii, 6, 7). Asinus autem ille insensata est stultitia Iudeorum. Ista insensata stultitia portabat omnia sacramenta, et quod cerebat nesciebat?

8. Jam quod dictum est eis: *Expectate hic cum asino: postquam adoraverimus, revertemur ad vos,* Apostolum audi dicentem: *Cæcitas, inquit, ex parte in Israel facta est* (Rom. xi, 25). Quid est, *expectate D hic cum asino?* ut plenitudo, inquit, gentium intraret, hoc est, postquam adoraverimus, ubi sacrificium dominice crucis impletum per gentes fuerit prædicatum, hoc est, ut plenitudo gentium intraret.

9. Quid est revertemur ad eos? et sic omnis Israel hac de re paulo post eadem prope dicit. *GRIAL.*

2. Vulgata, arenam, quæ est in littore mari. *AREV.*

3. Age nunc, videamus, usque ad personam Dei Patris, atque alia, carptim e sermone Augusti. 71 de tempore. *GRIAL.*

6. Et sicut Isaac, usque ad locum sacrificii. Ex eod. serm. *GRIAL.*

8. Vulgata: *Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.* *AREV.*

salvus fieret. Triduum autem illud, in quo venerunt **A** ad locum immolationis, **313** tres mundi significat aetates: unam ante legem, aliam sub lege, tertiam sub gratia. Ante legem, ab Abraham usque ad Moysen; sub lege, a Moyse usque ad Joannem; inde jam ad Dominum. Et quidquid restat, tertius dies gratiae est. In qua tertia aetate, quasi post triduum, sacramentum sacrificii Christi completum est.

**10.** Deinde Isaac, ligatis pedibus, altari superponitur, et Dominus in ligno suspensus cruci affigitur. Sed illud, quod figuratum est in Isaac, translatum est ad arietem. Cur hoc, nisi quia Christus ovis? ipse enim filius, ipse agnus. Filius, quia natus; aries, quia immolatus. Sed quid est, quod in vepribus habebat aries ille? trux cornua habet; sic enim duo ligna compinguntur in se, cum speciem crucis redunt.

**11.** Unde scriptum est de eo: *Cornua in manibus ejus sunt* (*Habacuc* iii, 4). Cornibus ergo horrens aries crucifixum Dominum significabat. Vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos, et peccatores significant, qui suscepserunt Dominum in cruce. Inter spinas itaque peccatorum Iudeorum suspensus est Dominus, sicut per *Jeremiam* dicit idem: *Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic*. Alii hunc arietem cornibus in vepribus obligatum, eundem Christum senserunt, antequam immolarentur, spinis a Iudeis coronatum.

**12.** Peracto igitur sacrificio, dicitur ad Abraham: *In sancte tuo benedicentur omnes gentes*. Quando enim hoc factum est, nisi quando dicit ille aries: *Foderunt manus meas, et pedes meos, dimumpererunt omnia osa mea* (*Psalm.* xxi, 17, 28)? Hoc animo quando factum est, in *Psalmis sacrificium*, tunc in ipso psalmo dictum est: *Conmemorabuntur, et converterentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus omnes patriæ genitium, quando Dominus est regnum, et ipse dominabitur gentium*.

**13.** Immotato igitur Abraham ariete pro Isaac filio suo, vocavit nomen loci illius, *Dominus videt, pro eo quod est*; Dominus videri se fecit, utique per incarnationem. Deinde moritur Sara centesimo vigesimo anno vita sua, et empto agro ab Ephron, **314** sepelivit eam. Sed quid sibi vult, quod Sara in sepulcro duplice sepellitur, nisi quia anima, quae secundo moritur, ut Deo vivat, gemina vita requie eusepatur, id est, actione boni operis, et contemplatione Divinitatis?

**14.** *Cornua in manibus ejus sunt*. Ita in Cod. vestitissimæ Vaticanæ Bibliothecæ *xix* p. *ta* in *χριστο* quoz *υπάρχει*. *Habac.* iii. *GRIAL*.

**15.** Peracto igitur sacrificio, usque ad dominabitur gentium, verba sunt Aug., serm. 72 de tempore. *GRIAL*.

*Ibid.* Vulgata: Reminiscentur, et convertentur... universæ familiæ gentium, quoniam Domini, etc. *AREV.*

**CAP. xix. N. 2.** *Quid vult;* u que ad Deum cœli, verba sunt Aug., xvi de Civ., c. 35. *GRIAL*.

## CAPUT XIX.

*De Isaac et Rebecca.*

**1.** Erat autem Abraham senex, dierumque multorum. Dixitque seruo suo seniori, qui super omnia ejus erat: *Pone manum tuam subter senum meum, ut adjurem te per Dominum Deum cœli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaonorum, sed ad terram et cognitionem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac.*

**2.** Sed quid sibi vult quod Abraham servo suo dixit postulans jure jurando fidem: *Pone, inquit, manum tuam sub senore meo, et adjuro te per Deum cœli? Quid vult Deus cœli ad fœnum Abrahæ, nisi ut cognoscatur sacramentum? Per fœnum enim genus intelligitur. Ergo quæ fuit illa conjuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahæ venturum in carne Deum cœli?*

**3.** Senior autem iste servus imaginem habuit legis, per quam sponsa Christi Ecclesia despondebat: qui tamen propter antiquitatem senior nuncupatur. Abiit itaque puer in Meopotamiam in civitatem Nachor; stetitque circa fontem, quærens sponsam filio domini sui. Sic et lex, quæ post fidem est, venit ad fontem baptismatis; et ibi adorans, occurrit ei virgo Rebecca; id est, Ecclesia.

**4.** Vidit autem Rebecca puerum, id est, sermonem propheticum, deponit de huinero llydram, Utique elatam sacerduli faciūstam, et ad huncitem propheticum se inclinat seruohem. Accipit autem a pueru haurem auream, id est, suscepit hædi ornamenta, vel morum, accepit aureos Scripturarum sensus, et claram argenti eloquium. Sieque secuta puerum Rebecca, venit ad Isaac. Secuta verbum propheticum Ecclesia, venit ad Christum.

**315** **5.** Quæ tamen cameli dorso deducitur, quia ad Christum ex gentilitate Ecclesia properans, in tortis vitiosisque vitiæ veteris conversationibus inventitur. Quæ, Isaac viso, descendit, quia Deo agnito, vitta sua gentilitas deseruit, et ab elevatione celistudinis vitta vere humilitatis pellit.

**6.** Quæ eliam et verecundia patro velatur, quia doram eo de erroribus prioris vite confunditur. Quod vero inclinatio iam die egressus est in agro Isaac, hoc significabat quod, extremo hujus mundi tempore, velut dieti sine, veniens Christus, quæ in agrum foras exit, quia, cum sit invisibilis, se tamen visibilem illi hoc mundo vellet ex gentibus Ecclesie demonstravit.

**7.** Intenit autem eum Ecclesia id putrem visitans, id est, in contemplatione et intelligentia Veritatis.

**8.** Et ibi adorans, pro et iustorante, fit hibi etiam Isidorus nominativum pro ahiativo absoluio adhibet. *AREV.*

**9.** Accepit natus, etc. Sie Albori. *Codex. GRIAL* et alii: *Accipit fidei ornamenti, etc., omisso illis: AREV.*

**10.** Quæ latens cameli dorso, usque ad consummationem Gregorii verba, lib. i Moral., c. 7. *GRIAL*.

**11.** *Quod vero inclinato, usque ad et regno, ejusdem illi. xxi. c. 11. GRIAL*.

**12.** *Ibid.* egressus est in agrum. *AREV.*

de, ubi intellectum percipiat altiorum, sive lavacrum aquæ, ubi purificetur; sicque dehinc copulatur sponsus suo Christo, adhaerens illi gloria, eternitate et regno.

## CAPUT XX.

*De Cethura, sive de morte Abrahæ.*

1. Quid autem sibi vult quod Abraham post obitum Saræ Calburam duxit uxorem? Nunquid ob incontinentiam, dum esset stata grandævus? Absit. Sed propter filiorum procreationem, dum illi semen, quasi stellæ oculi, ex Isaac filio promitteretur? Ergo quid sibi vult ista Cethura, nisi quia sicut Agar et Ismael significaverunt carnales Veteris Testamenti, sic et Celupura, et filii eius significabant hereticos, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere?

2. Sed utræque concubinæ dicuntur. Sola Saræ semper vocatur uxor, sicut scriptum est: *Una est enim columba mea, perfecta mea* (Cant. vi, v. 8). Dedit autem Abraham cunctora quæ possidebat filio suo Iesopo, illius autem concubinarum largitus est iugera, et separavit eos ab Isaac filio suo.

3. Quid hoc significat; nisi quia dantur nonnulla munera filii **316** concubinarum, id est, carnalium? sed non perveniant ad regnum promissum nec heretici, nec budæi, quin carnalia lucra sectantur. Praeter Iesac opim nullus est heres, utique quia non carnis filii, sed filii promissionis deputantur in semine. Deinde meritus est Abraham coniunctam septuaginta quinque annorum, sepolitusque est in spelunca duplice, in ejus interiori parte Adam esse positum traditio Hebraeorum testatur.

## CAPUT XXI.

*Quod Isaac cum Rebecca fuit.*

1. Orta dehinc fame super terram, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara, ex precepto, et benedictione Domini; ibique Rebeccam uxorem suam timoris causa linxit sororem. Quam rex alienigena Isaac conjugem tunc esse cognovit, quando eum cum ea ludentem vidit.

2. Quid autem sibi vult in sacramento Christi et Ecclesiæ, quod tantus patriarcha cum conjugi luserit, conjungimusque illud inde sit cognitum? Videat profectio quaeque (ne aliquid errando in Ecclesiam pectet) secretum viri huic in Scripturis sanctis diligenter intulterit; et inventa, eum praeseptatum suum, quis in forma Deli expulsa est Patri, paulisper absconduisse in forma serpi, ut ejus capax esse humana infirmitates posset, neque modo se conjugi congruerter aptaret.

3. Quid enim absurdum? imo quid non convenienter futuron presentationi accommodatum, si prophæta Deli aliquid carnale luserit, ut eum tamen

CAP. XX. Totum caput è xvi de Civit. c. 34.  
GRAL.

CAP. XXI. Totum caput è lib. xxii contr. Faust., et Ab. Gral.

CAP. XXII. N. 1. Omnia usque ad commutavit, ex hom. 13 Orig. in Gen. GRAL.

A peret affectus uxoris, cum ipsum Verbum Dei caro factum sit, ut habitat in nobis?

## CAPUT XXII.

*De puteis quos fodit Isaac.*

1. Post hec resert Scriptura verbum, quod Isaac, postquam benedixit eum **317** Dominus, et magnificatus est valde, aggressus est opus, et cessit fodere puteos quos foderant pueri patris ejus Abrahæ. Sed invidentes ei Palæstinæ, obstruxerunt eum, impientes humio. Quis est iste Isaac, nisi Salvator noster? qui cum descendisset in istum torrentem Gerara, primo omnium illos puteos fodere vult; quos foderant pueri patris ejus; id est, Moyses, qui puteum legis foderat, David, Salomon et Prophetæ, qui liberos scripserunt Veteris Testamentij quibus Nam̄ terrena et tardida repleverat intelligentia Iudeorum.

2. Illos cum vellet purgare Isaac, id est, Dominus noster, et Salvator, ut esset perdet, quia quedamque lex, et prophetæ dixerunt, de se dixerunt; rigidi sunt cum eo Philistini, id est, Judei a regno Dei alieni, sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum eis, qui in puteis aquam habere polunt, sed terram. Et dicit eis: *Ecce relinquatur domus vestra vobis deserta.*

3. Fodit ergo Isaac novum puteum, imo pueri Isaac fodunt. Pueri Isaac sunt Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, Petrus, Jacobus, Judas, et apostolus Paulus. Qui omnes Novi Testamenti puteum foderunt, et invenerunt aquam vivam, quæ sit fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed pro his adhuc altercantur illi qui terrena sapiunt, nec nova condi patiuntur, nec vetera purgari: evangelicis puteis contradicunt, et apostolicis adversantur, et quoniam in omnibus contradicunt, in omnibus litigant, dicitur ad eos: *Quoniam indignos vos fecistis gratia Dei, ex hoc jam ad gentes ibimus.*

4. Post hec fodit tertium puteum Isaac, appellavitque nomen loci illius *latitudo*, dicens: *Nunc dilatavit nos Dominus, et fecit crescere super terram; vere enim dilatatus est Isaac, et implevit omnem terram scientia Trinitatis, et in toto orbe latitudinem Ecclesia collacavit. Prius tantum in Iudea erat notus Deus (Psalm. LXXV), et in Israel nominabatur; nunc autem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum.*

5. Exeuntes enim pueri Isaac per universum orbem terræ, **318** foderunt puteos, et aquam vivam omnibus ostenderunt, baptizantes omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Sed quid est quod puteos, quos aperuit Abraham, Isaac sic vocavit eos, sicut pater ejus, nisi quia Moyses apud hos eiam Moyses appellatur, et propheta unusquisque suo nomine appellatur, nec mutantur, quasi eo-

*Ibid. In istum torrentem Gerara. In istam terram Gerar. Impr. In istam vallem Gerara. Russinus. GRAL.*  
*Ibid. Moyses, qui puteum. Ita Alborn. Grialius: Moyses puteum. AEP.*

*2. Nos cum vellet. Quam cum vellet, Russinus, ut ad intelligentiam referatur. GRAL.*

rumdem vocabula putoeum? non enim Christus in eis nomina, sed intelligentiam commutavit.

6. Haec mystice. Moraliter autem Isaac apud alienigenam gentem putoeum sodisse describitur, quo videlicet exemplo discimus, ut in hac peregrinationis seruina positi, cogitationum nostrarum profunda penetreremus, et quousque nobis vera intelligentia aqua respondeat, nequaquam nostrae inquisitionis manus ab exhaurienda cordis terra torpescat. Quos tamen putoeum allophyli, id est, immundi spiritus insidiantes replent, quia nimurum immundi spiritus, cum nos studiosius cor fodere consipient, molestas nobis tentationum cogitationes ingerunt.

#### CAPUT XXIII.

*De Esau et Jacob.*

1. Igitur Isaac, dum rogaret Dominum ut pareret uxor ejus, quæ sterilis erat, concessit Dominus quæ postulabat. Illidebanturque gemini in utero ejus inclusi angustia. Quæ, dum angeretur, interrogavit Dominum, accepitque responsum: *Duo gentes in utero tuo sunt, et duo populi de ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, et major serviet minori.* Quod figurat factum, etiam ipsis Judæis non credentibus notum est, qualiter populus Ecclesiæ Synagogæ populum superavit, et quomodo plebs Judæorum tempore major servit minori populo Christianorum.

2. Siquidem et in singulis nobis hoc dici potest, quod duæ gentes et duo populi sunt intra nos, vitiorum scilicet atque virtutum; **319** sed iste minor est, ille major. Semper enim plures sunt mali quam boni, et vicia numerosiora virtutibus sunt. Sed tamen et in nobis gratia Dei populus populum superat, et major servit minori. Servit enim caro spiritui, et vicia virtutibus cedunt; procedit autem Esau primus rufus, et totus tanquam pilis hirsutus.

3. Deinde exiit frater ejus Jacob, et manus ejus implexa erat calcaneo Esau. Sed cur ille totus rufus, et hispidus, nisi quia prior populus prophetarum et Christi fuit cruento pollitus, ac peccati et nequitiae squalore exstinctus circumdatas? Cujus ideo minor calcaneum tenuit, quia mystice majorem populum minor superaturus esset.

4. Nam quod iste Esau primogenita sua propter escam fratri suo eidem juniori venundedit, ac postmodum paterna benedictione sibi promissa privatus est, significat eumdem Israeliticum populum, qui, ut Exodi indicat liber, primogenitus filius nuncupatus est (*Exod. iv. 22*); qui propter præsentis sæculi lucra non solum primatus sui honorem amisit, verum etiam et regni coelestis præmium preparatum adipisci

6. Isaac apud alienig., usque ad ingerunt, verba sunt Greg. xxxi Moral., c. 13. GRIAL.

Ibid. Ab exhaurienda cordis terra. Ita Greg. ad exhaurienda cordis interna, Val. Compl., et apud Euch. Cordis terrena, Imp. GRIAL.

Ibid. Studiosius cor fodere. Ita apud Greg. Al., confodere, et pro molestas. Val. congestas. GRIAL.

Ibid. Cogitationes ingerunt. Ita Greg. Immergunt, lib. o., et apud Euch. GRIAL.

A non meruit, Domino quodammodo eidem exprobante, cum dicit: *Auxeretur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum ejus* (*Math. xxi, 43*). Primo genita autem ipsa vestis erat sacerdotalis, quam maiores natu cum benedictione patri induti victimas Deo, velut pontifices, offerebant.

5. Hoc dono terreni amoris desiderio caruerunt Judæi cum gloria regni futuri. Jam sequitur deinde ipsa benedictio in Jacob. Quæ tamen quid figurat? indicaverit, Hippolyti martyris verba, sicut ea excellentissimas scientias ac doctrinas Hieronymus replicavit, in hoc loco ponenda sunt. Isaac, inquit, portat imaginem Dei patris, Rebecca Spiritus sancti, Esau populi prioris, et diaboli, Jacob Ecclesie, sive Christi. Senuisse Isaac consummationem orbis ostendit; oculis caligasse, fidem perisse de mundo, et religiosis lumen ante eum neglectum esse significat.

6. Quod filius major vocatur, acceptio legis est Judæorum. Quod ecclesias ejus atque capturas diligit pater, homines sunt ab errore salvati, quos per doctrinam justus quisque venatur. Sermo **320** Dei benedictionis est recompensatio, et spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt, et verum Sabbathum celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, et sciens quod audisset antequam pareret, quia major serviet minori, magis autem forma Spiritus sancti, quæ futura noverat in Christo, in Jacob ante meditatur.

7. Loquitur ad filium minorem: *Vade ad gregem, et accipe mihi inde duos haedos, prefigurans carnem Salvatoris adventum, in quo eos vel maxime liberaret qui peccatis tenebantur obnoxii.* Siquidem in omnibus Scripturis haedi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autem duos jubetur alterre, duorum populorum significatur assumptio.

8. Quod teneros et bonos, dociles et innocentes animos significat. Stola Esau fides et Scriptura sunt Hebræorum, quæ illis primo data sunt, et postmodum gentilium indutus est populus. Pelles autem, quæ ejus brachiis circumdatæ sunt, peccata ultriusque plebis, quæ Christus in extensione manuum cruci secum affixit.

9. Quod Isaac querit a Jacob cur tam cito venerit, admiratur celerem credentium filium. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens Deo salus est peccatorum. Quod post eum sequitur benedictio, et ejus odore perfruitur, virtutem resurrectionis et regni aperta voce pronuntiat. Taliiter enim benedicitur: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni.* Odore nominis Christi, sicut ager mundus impletur, cuius est benedictio de roris cœli, hoc est, de verborum pluvia divinorum.

CAP. XXIII. N. 4. *Primogenita autem ipsa vestis erat sacerdotalis; ex Hieronymi Hebraicis traditionibus in hunc locum.* GRIAL.

Ibid. Vulgata: *Faciensi fructus ejus.* ARCV.

5. Hieronymus replicavit; epist. 125. q. 3. Explavit, apud Bedam. GRIAL.

9. *Ecce odor, usque ad salutem erit, verba sunt August., xvi de Civit., cap. 37, nonnullis tamen immutatis.* GRIAL.

10. *Et de pinguedine terræ, hoc est, de congregazione populorum. Multitudinem frumenti, et vini, hoc est, multitudo, quam colligit frumentum et vinum in sacramento corporis et sanguinis sui. Illi serviant populi ex omnibus gentibus ad eum conversi. Ipsum adorant tribus, id est, populi ex circumcisione credentes. Ipse est Dominus frarum suorum, quia plebi dominatur Iudeorum.* **321** *Ipsum adorant filii matris ejus, quia et ipse secundum carnem ex ea natus est. Ipsum qui maledixerit maledictus est, et qui benedixerit, benedictionibus replebitur.*

11. *Christus, inquam, noster ex ore populi Patrem ignorantis benedicitur, id est, veraciter dicitur. Sed alius a Iudeis benedici putatur, qui ab eis errantibus exspectatur. Ecce benedictionem promissam repeatente majore, expavit Isaac, et alium se pro alio benedixisse cognoscit; nec tamen indignatur revelato sibi sacramento, sed confirmat benedictionem in filio, dicens: Benedixi eum, et benedictus est.*

12. *Hæc est benedictio prima Isaac, quæ data est minori populo Christianorum, sed neque tamen maiorem filium constat penitus suis despectum, quia cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus erit. Cujus tamen secundæ benedictionis prophetatio hæc est: In pinguedine terræ, et in rore cœli deserper erit benedictio tua; et in pinguedine terræ, id est, in secunditate rerum, et potentia regni, quæ in illo populo fuit; et in rore cœli erit benedictio tua, id est, in eloquii Dei.*

13. *Ipsis enim primum credita sunt eloquia Dei, et legis Testamento. Vives gladio, id est, quia sanguini populus iste deditus necem in Christo vel prophetis exercuit. Et fratri tuo servies, minori utique scilicet populo Christiano. Tempusque veniet quando excutias et solvas jugum de cervicibus tuis, dum, per cognitionem fidei ad gratiam Christi conversus, deposueris onus legis, quando jam non servus populi minoris, sed per fidem frater vocaberis.*

14. *Igitur Esau post benedictionem patris invidus stimulis concitatius, necem fratri suo Jacob fraudulenter excogitat. Hoc nimurum et Judaicus populus in Christo premeditatus, non solum Dominum patibulo crucis tradidit, verum etiam credentes in illo usque ad effusione sanguinis persecutus est. Jacob autem dolos fugiens fratribus, **322** relicta domo patria, vel parentibus, vadit in regionem longinquam, ut acciperet sibi uxorem.*

15. *Non aliter Christus, relictis parentibus secundum*

**10.** *Multitudinem frumenti, πλάθος οὐτου καὶ οἶνου, LXX. Abundantiam dixit Vulg. Sed mirum apud Ambrosium, lib. de Jacob, abundantiam legi, cum multitudinem apud Augustinum legamus. Nam eadem translatione videntur unbo usi. GRIAL.*

*Ibid. Quam colligit, ita Aug. et IMPR. Quæ colligit, MSS. o., mendose; colligitur enim multitudo communione Eucharistie.*

*Ibid. Filii matris ejus ex Vulg. Patri, August., ex Septuaginta. GRIAL.*

**11.** *Ex ore populi Patrem ignorantis, ex IMPR. et Augustin. Ex ore Patri, MSS. GRIAL.*

A carnem, id est, populo Israel, et patria, id est, Ierosolyma, et omnibus regionibus Iudeæ, abiit in gentes accipiens sibi inde Ecclesiam, ut impleretur quod dictum est: *Vocabo plebem meam non plebem meam, et non dilectam plebem dilectam. Et erit in loco ubi dictum est: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.*

#### CAPUT XXIV.

*De scala quam in visione vidit Jacob:*

1. *Pergens autem Jacob in Mesopotamiam, venit in locum ubi nunc Bethlehem vocatur, et posuit sub capite suo lapidem magnum. Et dormiens vidit scalam subnixam, innitentem cœlo, et angelos Dei ascendentibus et descendebus. Hoc viso, evigilavit, unxitque lapidem, dicens: Versus hic domus Dei est, et porta cœli. Et his dictis discessit somnus.*

2. *Somnus iste Jacob, mors, sive passio Christi est. Lapis ad caput ejus, qui nominatim quodammodo dictus est etiam unctus, Christum significat; caput enim viri Christus est. Quis enim nescit Christum ab unctione appellari? Domus autem Dei, quia ibi natus est Christus in Bethlehem. Porta vero cœli, quia ibi in terram descendit: inde iterum ad cœlum ascendit. Erectio autem lapidis resurreccio Christi est.*

3. *Porro scala Christus est, qui dixit: Ego sum via. Per hanc ascendunt, et descendunt angeli, in quibus significati sunt evangelistæ, et prædicatores Christi. Ascendentes utique, cum ad intelligendam ejus supereminentissimam divinitatem excedunt universam creaturam, ut eum inveniant in principio verbum, Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia.*

4. *Descendentes autem, ut eum inveniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. In illa enim **323** scala a terra usque in cœlum, a carne usque ad spiritum, carnales proficiendo, velut ascendendo, spirituales fiunt; ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spirituales descendunt quodammodo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.*

5. *Ipse est sursum in capite suo; ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo scalam intelligimus, quia ipse dixit: Ego sum via. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur. Et ad ipsum descenditur, ut in membris suis parvulus nutritur. Et per illum se erigunt, ut eum sublimiter specient. Per ipsum etiam se humiliant, ut eum sublimiter ac temperanter annuntient.*

6. *Post hanc visionem inde Jacob iter faciens vidit ovates, et pastores, et puteum aquæ vivæ, et lapidem*

*Ibid. Repetente majore, ex August. et Impress. Petente, MSS. GRIAL.*

12. *Sed neque maiorem, usque ad salvus erit, verba sunt Hieronymi, ibid. GRIAL.*

13. *Servus populi minoris; al., servus populo minori. GRIAL.*

14. *GRIAL., mendose, non solum Domino patibulo. AREV.*

CAP. XXIV. N. 2. *Somnus iste Jacob, usque ad temperanter annuntient, hæc ex lib. XII contra Faust., c. 26, vel serin. 79 de tempore; nam tandem nubisque. GRIAL.*

magnum superpositum puto. Figuraliter per oves et lermis oculis suis commemoratur. Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentia nostra. Spes vero æternæ contemplationis Dei, habens certata intelligentiam veritatis, ipsa est Rachel. Unde etiam dicitur: *Bona facie, et pulchra specie* (Isai. 1, 18). Hanc enim amat omnis pie studiosus, et propter hanc servit gratia Dei. Quia peccata nostra, et suerunt sicut phoenicium, tanquam nix dealbantur.

6. Laban quippe interpretatur dealbatio; qui servivit Jacob 325 propter Rachel; nequa enim se quisque convertit sub gratia remissionis peccatorum servire justitiae, nisi ut quiete vivat in verbo, ex quo videtur principium, quod est Deus.

7. Ergo propter Rachel, non propter Liam, servitur. Nam quis tandem amaverit in operibus justitiae laborem actionum, atque passionum? quis eam vitam propter seipsam expetiverit, sicut nec Jacob Liam? Sed tamen sibi nocte suppositam in usum generandi amplexus, secunditatem ejus expertus est. Dominus enim eam, quia per se ipsam diligi non poterat, primo, ut ad Rachel perveniretur, tolerari fecit.

8. Deinde propter filios commendavit. Ita vero unusquisque utilis Dei servus, sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus, quid aliud amans in conversatione sua meditatur, nisi doctrinam sapientiae? Quam plerique se percepturos putant, statim ut se in septem præceptis legis exercuerunt, quæ sunt de dilectione proximi, ne cuiquam noceatur, id est: *Honora patrem tuum et matrem tuam, Non mæchaberis, Non occides, Non suraberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces uxorem proximi tui, Non concupisces rem proximi tui.*

9. Quibus observatis, posteaquam homini pro concupita delectatione doctrinæ, per tentationes varias, quasi per hujus sæculi noctem, tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel Lice inopinata conjugitur. Et hanc sustinet, ut ad illam perveniat, si perseveranter amat, accepit alii septem præceptis, ac si dicatur: *Servi alios septem annos propter Rachel,* ut sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens, sitiensque justitiam, misericors, mundicors, pacificus.

10. Vulet enī homo, si fieri posset, sine ulla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulchram contemplationis delicias pervenire. Sed hoc non potest in terra mortali. Hoc enī videtur significare, quod dictum

3. Deinde etiam ibi auxilium illius exhibetur, hic vero auxiliariis illi simili cura illius liberarum terrarum promissionis accipiunt. Unde hic proprie dubia aliquid aliud significatur, quæcumque duas liberas uxores Jacob ad Novum Testamentum, quo in libertatem vocati sumus, existimantur pertinere, non tam frustra duas sunt, nisi quia duæ vita nobis in Christi corpore prædicantur.

4. Una temporalis, in qua laboramus; alia æterna, in qua delectationepi Dei contemplamur. Lia namque interpretatur laborans, Rachel autem viuum principium, sive verbum. Actio ergo hujus vita, in qua vivimus ex fide, laboriosa est operibus, et incerta, quo exiū perveniat ad utilitatem eorum quibus consularē valimus.

5. Ipsa est Lice prior utor Jacob, ac per hoc et in-

6. In Vulgata, statuet oves. Et ita etiam nonnulli impressi. AREV.

7. In Alb. est obiectus, ut genitrix intelligentia obiecte. AREV.

Cap. xlv. N. 2. Nunc autem quid rerum figuravimus; omnia, usque ad Victorini interpretationem, sunt Aug., lib. xxii, contr. Faust., a cap. 51, usque ad 38. GRIAL.

3. Per Liam et Rachel duas ritas intelligi suse exponitur in libro Differentiarum rerum, differentia 31. Inter activam et contemplativam vitam. AREV.

4. In Cod. Florent. 4, post contemplationem molta adduntur, quæ in nostra Editione colloquitor in fine quæstionum in Genesim, scilicet: Deinde et quibusdam queritur, usque ad super omnem carnem. AREV.

5. Isaias: Si fuerint peccata vestra ut coccinum,

quisi nix dealbabuntur. Corcus, coccinum et coccineus color est color purpureus, qui etiam Phœnix dicitur; nam Phœnix aliquando rubrum significat. AREV.

6. Neque enim se quisque convertit. Ita Aug. Submittit, Val. GRIAL.

8. Aliud amans in conversatione. Ita lib. o. In conversatione, Aug. GRIAL.

9. Sæculi noctem. Noctes, Aug. GRIAL.

Ibid. Lice inopinata, August. Lice inopinata, apud Etcher. et MSS. GRIAL.

Ibid. Misericors et mundicors. Ita August., eleganter. Al., mundicordis. GRIAL.

Ibid. Mundicors. Sic cap. 4 libri contra Iudeos, impii, duricordes. AREV.

*est Jacob : Non est moris in hoc loco, ut minor nubat prius quam maior.*

**326** 11. Quia non absconde major appellatur, quæ tempore prior est. Prior est selem in hominis eruditione labor boni operis, quam requies contemplationis. Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt. Itaque domini sunt uxores Jacob libere; stude quippe sunt filii remissionis peccatorum, hoc est, Ædificationis, quod est Laban.

12. Verumtamen una amatitur, altera toleratur. Sed quæ toleratur, præius ipsa et uberioris secundatur, ut si non propter scipsem, certe propter illius dignitatem. Labores enim justorum maximum fructum habens in eis quæ regno Dei generant, inter plures tentationes et tribulationes prædicando Evangelium, et eos propter quæ eam in laboribus abundanter, in plenis supra modum, in mortibus saepius, propter quæ habent fœcis pugnas, iustis timores, gaudiumque et conformatio suam versus.

13. Nascuntur autem eis filii aliquæ copiosius ex illo sermonè fidei quo prædicant Christi crucifixus. Bachel: autem clara aspectu mente extenuit Deo, et vult in principio Verbum Deum apud Domum, et vult parere, et non potest, quia generationem ejus, quæ enarrabit, id est contemplandi otia appetit, ut divinitatem ineffabilem cernat.

14. Vacare vult ab omni negotio, et ideo sterilis, quoniam in variis pressuris non subvenit. Sed quia et ipsa interdum procreandæ charitate impardescit, vult enim docere quod novit, vides sacerdotem labore agendem, aliquæ patienti filii abundantem, et dolet potius cura reum homines ad eam virtutem qua eorum necessitatibus consulitur, quam ad illam unde divinum aliquid discitur.

15. Hic dojet figuratus videtur in eo quod scriptum est: *Ei zelatus Rachel sororem suam.* Recinde quia purus intellectus spiritualis substantia veris carborum est, et non potest, eligit doctrina sapientiam per quælibet corporales similitudines ulcusque cogitanda insinuare divina, sicut elegit Rachel ex viro suo et ancilla suscipere filios, quam sine filiis omnino manere.

**327** 16. Bala quippe, ancilla Bachel, interpretatur in veterata. De veteri quippe vita carnalibus operibus dedita corpore, concitantibus imagines, etiam cum aliquid de spirituali et incomparabili substantia divinitatis auditur. Suscepit et Lia de ancilla sua filios, ampera habendi numerosioram prolam auctorisa.

17. Invenimus autem Zelpham ejus ancillam interpretationem hanc: quapropter hanc ancillam eos figurat querum in prædicatione fidei evangelicae os habet.

11. *Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa fieri, s., ex Aug. Ad unum ergo tendendum multa fieri, s., apud Eucher. GRIAL.*

14. *Atque patienti, ex Aug. GRIAL.*

*Ibid. Ad eam virtutem, ex Aug. Al., vitam. GRIAL.*

15. *Utanque cogitandi, ex August. et Euchi. Aliud hæc duæ voces a mss. o. GRIAL.*

*Ibid. Suscipere filios. Liberis, August. GRIAL.*

A et eorū non habat. De quibus scriptum est: *Populus hic labris me horat, caro autem eius me hongrat a me* (Agri. xxix, 13; Matth. xv). Et de quibus Apostolus ait: *Qui prædictos non fuerit, fuerit* (Rom. ii, 24).

18. Verumtamen ut etiam per hanc conditionem libera illa uxor Jacob laborans alias impedes regit sucipit, ideo Dominus dicit: *Quae dicunt, faciatis quæ autem faciunt, facere nolite* (Matth. xxi, 2). Unde Apostolus: *Sive, inquit, occasione, sive satiata Christus nuncupatur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo* (Phil. i); tamquam et ancilla parvula, de novo numeriore latetur.

19. Est vero quidam Lia fetus ex beneficio Ramachel cuius, cum virgini esset secunda debita nocte cubatur, accepta a filio Lia mandragorico malum, cum seroq; cubare permisit. Quid enim de mandragora dicendum est? Proinde rem compensis pulchram, et suavæ olentem, sapore autem insipido. Et ideo in illo mandragorico pomo figurari intelligam famam bogarum populares. Unde dicit Apostolus: *Utrorsum etiam testimonium habere bonum ab eis qui foris sunt* (I. Tim. iii).

20. Qui licet parva sapientia, redempta tamen plenariaque labori excusum per quæ sibi consultaverat, ob splendorem laudis, et odorem honestæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularem primum pervenirent eorum qui sunt in Ecclesia, nisi qui omnia in actionum periculis et labore vicerintur. Propriae Lia filii mala mandragorica iuuenit exiens in agro, hoc est, bogarum ambiguum ad eos qui foris sunt.

21. Doctrina vero illa sapientia quæ a vulgi stupitu remotissima in contemplatione veritatis dulci delectatione defligitur, hanc popularem gloriam quantulamcumque non aspergaretur, nisi per eos 328 qui in mediis turbis agendo ac quadruplici populis praesunt, non ut presint, sed ut proximi; quia dum isti accipiunt et negotiosi homines, per quos multipli ipsi administratur utilitas, et quorum auxiliis populis clara est, testimoniolum perhibent etiam remotiori vitæ, propter studium conquerendam et contemplandæ veritatis otiosam, quodammodo mala mandragorica per Liam pervenient ad Rachel; ad ipsam vero Liam per filium primogenitum, id est, per honorem secunditatis ejus, in qua est omnis fructus laborigosæ atque inter incerta tantalicorum periclitantis actionis.

22. Quam plerique hanc ingenio prædicti, studiisque degentes, quævis idonei regendis populis esse possint, vilant tamen propter turbulentas occupationes, et in doctrina olimio tanto pecciora tamquam in speciosa Rachel seruitur amplectum.

18. Sensus verborum Matthæi et Pauli expressus est, verba ipsa aliquatenus variant. AREV.

19. Est vero quidam Lia fetus, ex Aug. Affectus, MSS. GRIAL.

21. Agendo, ac quadruplici. Ac quadrudo, EUCH. GRIAL.

22. Feruntur amplectum. Ita Aug. Fruuntur amplexibus. Val., Eucher. GRIAL.

23. Sed quia bonum est ut etiam haec vita latius innescens popularem gloriam mereatur, injustum est autem ut eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum et idoneum in otio detinet, nec gubernationi communis utilitatis importat, propterea Lia sorori sue dicit. *Parum est tibi quod virum meum acceperisti, insuper et mandragoras filii mei vis accipere?*

24. Per unum virum significans eos omnes qui, cum sint agendi virtute habiles, et digni quibus regimen Ecclesiae committatur ad dispensandum fidei sacramentum, illi, accensi studio doctrine atque indagandae et contemplandae sapientiae, se ab omnibus actionum molestiis removere atque in otio descendit atque docendi volunt considere. Ita ergo dictum est : *Parum est tibi quod acceperisti virum meum, insuper et mandragoras filii mei vis accipere?* ac si diceretur : *Parum est quod homines ad laborem rerum gerendarum necessarios in otio detinet vita studiosorum, insuper et popularem gloriam requirit.*

25. Proinde, ut justus eam comparet, impetrat Rachel virum sorori sue illa nocte, ut scilicet qui virtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiamsi scientiae vacare delegerint, suscipiant experientiam temptationum, curarumque sarcinam pro utilitate communis, ne ipsa doctrina sapientiae, cui vacare statuerant, blasphemetur, neque adipiscatur ab imperioribus populis existimationem bonam, **329** quod illa poma significant, et quod necessarium est ad exhortationem dissentium.

26. Sed plane ut hanc curam suscipiant vi coguntur, satis et hoc significatum est quod cum veniret de agro Jacob, occurrit ei Lia, eumque detinens, ait : *Ad me intrabis, conduxi enim te pro mandragoris filii mei.* Tanquam diceret : Doctrinæ, quam diligis, vis conferre bonam opinionem? noli defugere officiosum laborem. Hæc in Ecclesia geri quisquis adverterit cernit, et experimur in exemplis quod intelligimus in libris.

27. Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum, venire homines ab operibus saeculi, et ire in otium cognoscendæ et contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, et excipi de transverso ecclesiastica necessitate, atque ordinari in laborem, tanquam Lia dicente : *Ad me intrabis?*

28. Quibus caste mysterium Dei dispensantibus, in nocte hujus saeculi filios generent fidei, laudatur a populis etiam illa vita, cuius amore conversi spem saeculi reliquerunt, et ex cuius professione ad ministerium regendæ plebis assumpti sunt. Id enim agunt in omnibus laboribus suis, ut illa professio quo se converterant (quia tales rectores populis dedit) latius et clarius glorificetur, tanquam Jacob non

**26.** *Defugere officiosum laborem, ex Aug. et Impr. Fugere officii laborem, MSS., non ita eleganter. GRIAL.*

**28.** *Filios generent fidei, August. et Impr. Filios generent Dei, MSS. GRIAL.*

A recusante noctem Lia, ut Rachel pomis steave clementibus et clare nitentibus potiatur.

29. Quæ aliquando et ipsa, præstante misericordia Dei, per se ipsam parit; vix tandem quidem, quia perrarum est, ut : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et quidquid de hac re pie sapienterque dicitur, sine phantasmate carnalis cogitationis et salubriter vel ex parte captiatur.*

30. Alio quoque sensu Liam et Rachel Victorinus martyr, et cæteri in similitudine Ecclesiae vel Synagogæ interpretati sunt. Liam enim majorem natu Synagogæ tenuisse existimant typum, quia prior Dei genuit populum. Et quidem et oculis legitur gravida, quia lex per Moysen data cooperata est atque signata.

**330** 31. Rachael autem junior et pulchra, prius sterilis, et postmodum secunda, similitudo est Ecclesiae. Junior, quia tempore posterior. Pulchra, quia corpore et spiritu sancta. Oculi ejus decori, quia Evangelium propicere merecerunt. Quæ etiam tardi sterilis fuit, quousque Synagoga populum generabat.

32. Cur autem Jacob pro Rachel servivit, et supponitur ei Lia major, nisi quia Dominus, ut Ecclesiam assumeret, prius sibi Synagogam coniunxit? Servitus itaque ipsius Jacob septem annorum pro duabus uxoribus hujus vite presentis tempus significat, que per septem dies volvitur, in qua Dominus formam servi accepit, factus obediens paternæ voluntati usque ad mortem. Ille enim pro oibis servit, et Dominus noster ait : *Non venit Filius hominis ministrari, sed ministrare.*

33. Ille oves pavili, et Dominus in Evangelio dicit : *Ego sum pastor bonus.* Ille mercedis lucro variis sibi pecus abstulit, Christus diversarum gentium varietatem sibi met congregavit. Ille tres virgas amputatis corticibus in alveis aquarum opposuit, ut earum contemplatione multiplicarentur ejus oves. Et Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina Patris, et Filii, et Spiritus sancti, populo fidei proposuit, ut quisque hoc pleno corde perspiceret, efficiatur ovis Dei.

#### CAPUT XXVI.

*De fuga Jacob et Rachel, quæ surata est deos patrie sui.*

1. Post longam igitur servitutem, quam Jacob apud socorum suum pro uxoribus, velut mercede, sustinuit, præcepit ei Dominus ut reverteretur in patriam suam. Tunc, ignorante socero, cum uxoribus et comitatu properavit. Laban autem consecutus est eum in montem Galaad cum furore, atque idola quæ Rachel surata erat apud eum requisivit, nec repertit.

*Ibid. A populis, Aug. ab apostolis, MSS. GRIAL.*  
*Ibid. Ad ministerium regendæ plebis. Ad misericordiam, Aug. et Impr. GRIAL.*

*Ibid. Quo se convert., August. Al., quæ sc. Crist.*  
*33. Quisque retinendum videtur, tametsi nonnulli*

2. Quid igitur sibi hoc ipsum figuraliter velit, in-spicendum est. **331** Dum Laban superius aliam gerat personam, nunc tamen diaboli typum figurat. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem diabolus non inconvenienter accipitur, qui cum sit ex merito teuebrosus, transfigurat se in angelum lucis.

3. Hoc servivit Jacob, id est, ex parte reproborum Judaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Labah inundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persequitur, quia electos quoque, qui Redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Hujus illam, id est, seu mundi, seu diaboli, Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate conjunxit, quam et de domo patris abstrahit, quia ei per prophetam dicit: *Obliviscere populum tuum, et domum patrii tui (Psalm. xliv, 11).*

4. Quid vero in idolis, nisi avaritia designatur? unde et per Paulum dicitur: *Et avaritia, quaer est idolorum servitus (Coloss. iii).* Laban ergo veniens apud Jacob, idola non invenit, quia, ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentiae terrena non reperit. Sed quae Jacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit.

5. Per Rachel quippe, quae ovis diciter, Ecclesia figuratur. Sedere autem est humilitatem paenitentiae appetere, sicut scriptum est: *Surgite, postquam sederitis (Psalm. cxxvi).* Rachel ergo sedendo idola cooperuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens, vita terrena concupiscentiae per humilitatem paenitentiae cooperuit. De hac cooptione vtiliorum per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissae sunt iniuriae, et quorum teeta sunt peccata (Psalm. xxxi).*

6. Nos igitur Rachel illa signavimus, qui idola secundo premimus, si culpas avaritiae paenitendo damnavimus. Quae utique avaritiae immunditia non illos qui viriliter currunt impedit, quibus dicitur: *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum (Psalm. xxvi, 14).* Sed his maxime evenit qui, quasi effeminato gressu gradientes, per blandimenta saeculi resolvuntur.

7. Unde et illic ejusdem Rachelis haec verba sunt: *Juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi; id est, quasi muliebria se habere ianuit. Laban autem postquam persecutus esset Jacob, 332 et invenisset eum, et locuti essent inter se ineuntes foedus, tulit Jacob lapidem, et erexit illum in titulum, dixitque fratribus suis: Afferte lapides.*

Impressi exhibent quisquis; nam quicunque pro quisquis satis usitatum est. AREV.

CAP. XXVI. N. 2. *Laban quippe, usque ad accidit mihi, verba sunt Greg., lib. xxx Moral, c. 16. GRIAL.*

5. Sedere autem est. Apud Grialium desideratur ea. AREV.

7. *Innotuit pro notum fecit. Isidorus et nonnulli eiusdem et antiquiores innotescere active usurpabant. Quomodo ferri possit inientes, quod Grialius exhibet, malum tamen reponere cum Albion, ineuntes. AREV.*

PATROL. LXXXIII.

A 8. Qui congregantes fecerunt tumulum, quem vocavit Laban tumulum testis, et Jacob acervum testimoni. Inter fidèles enim, tam Judæos, quam gentes, testis est lapis eminens in similitudinem Christi, et acervus lapidum, qui est multitudo credentium.

### CAPUT XXVII.

*De iusta Jacob cum angelo.*

1. His transactis, Jacob mittit nuntios ad Esau fratrem suum, militat et munera. Post hæc, transductis omnibus suis per torrentem, ipse remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum illo, prævaluitque ei Jacob, nec dimisit eum, donec benedictionem extorqueret, sacrumque Israel nomen acciperet.

B 2. In quo principaliter sacramenti dominici imago præfigurata est. Vir enim ille typum Christi evidenter gesserat. Cui tamen ideo prævaluit Jacob utique volenti, ut mysterium figuraret passionis Christi, ubi visus est Jacob in Judæorum tipo, hoc est, in corporis sui sobole prævaluisse Deo, et quasi cum insirmo, ita cum carne ejus luctamen inire, et invalescere in passione ejus, sicut scriptum est, cum dicerent: *Crucifige, crucifige.*

3. Et tamen Jacob benedictionem ab eodem angelio, quem victor superaverat, impetravit. Cujus nominis impositio utique benedictio fuit. Interpretatur autem Israel *tidens Deum*, quod erit in fine præmium sanctorum. Tetigit porro illi idem angelus latitudinem femoris, et claudum reddidit. Sicque erat unus et idem Jacob, et benedictus, et claudus.

C 4. Benedictus in his qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam nemesis ejus nervus, vel latitudo, generis multitudine est. Plures quippe sunt in stirpe, **333** qui degenerantes a fide patrum, et a præceptis auctoris sui deviantes, in erroris sui semitis caudantur.

5. De quibus propbetice dictum est: *Et clauderunt a semitis suis.* Qui tamen populus post, subtractis sibi viribus, non solum claudicat, sed et torpescit, ne ultra jam generare filios possit. Denique quod adjectit idem patriarcha, vidiisse se Deum facie ad faciem, cum superioris virum secum narrat fuisse luctatum, id significat quidem, quod idem Deus homo erat futurus qui cum Jacob populo luctaretur.

### CAPUT XXVIII.

*De Dina, et partu Rachel, et incestu Ruben.*

D 4. Post hæc Sichem, filius Hemor, Dinam filiam Jacob violavit. Qui post concubitum ejus familiam Israel voluerat sociari. Quem Simeon et Levi fratres, virginitatis sororium vindices, dolo cum omni populo

CAP. XXVII. N. 1. *Et ecce vir luctabatur cum illo, usque ad clauderunt a semitis suis, ex xvi de Civit. cap. 39. Vid. item serm. 80 de tempore. GRIAL.*

5. *Subtract. sib. viribus, ex Pal. Al., tactis sibi nervis. GRIAL.*

*Ibid. Narret. Ita vetus Editio. Grialius edidit narrat. AREV.*

CAP. XXVIII. N. 1. *Sed quid sibi velli, usque ad gaudet etiam in delictis. Verba sunt Gregor., Pastor. part. III, admonitione 30. GRIAL.*

ejas interfecerunt. Sed quid sibi velit, quod scriptum est : *Egressa est Dina, ut videret mulieres regionis illius.* Quam cum vidisaet Sichem, filius Hemor, princeps terræ illius, adamanvit, et rapuit, dormivitque cum illa, vi opprimens virginem, et conglutinata est anima ejus cum ea, tristemque blanditiis delinit?

2. Dipa quippe ut mulieres videat extraneæ regionis egreditur, quando unaquæque mens, sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium evagatur. Quam Sichem, princeps terræ, opprimit, quia videlicet inventam in curis exterioribus diabolus corrumpit.

3. Et agglutinata est anima ejus cum ea, quia unitam sibi per iniquitatem respicit; et quia cum mens a culpa resipiscit, humiliatur, atque admissum fieri conatur; corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos vocat, quatenus utilitatem tristitia 334 subtrahat; recte illic adjungitur tristemque blanditiis delinit.

4. Modo enim facta aliorum graviora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad poenitentiam pollicetur. Ut dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione poenitentiae suspendatur, quatenus tunc nulla bona percipiat, quam nunc mala nulla contristant; et tunc plenius obruator suppliis, quæ nunc gaudet etiam in delictis.

5. Dehinc loquitur Deus ad Jacob, ut habitaret in Bethel. Ibi Rachel cum pareret Benjamin, mortua est. Sed quid sibi vult quod cum eundem Benjamin Rachel pareret, vocavit nomen ejus, *filius doloris mei*, nisi futurum prophetans ex ejus tribu Paulum, qui affligeret filios Ecclesie persecutionis suæ tempore?

6. Alter per Benjamin terrestris figurabatur Jerusalem, quæ est in tribu ejusdem Benjamin, cuius populus gravi matrem dolore affectit, effundendo sanguinem prophetarum. Insuper etiam in necein Christi impio acclamando vocibus : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* (Matth. xxvii, 25). Inter ea Ruben concupiscentia motus libidinis, in concubina patris sui præcepit effervescit; quod incestus criminis non scriberetur, nisi futura perversitas Israelitici populi prenuntiaretur.

7. Quanquam et in illo qui hoc commisit consideretur esse flagitium, in Scripturis tamen prophetia est futuorum. Namque per Ruben primogenitum populus primogenitus Israel ex circumeisione significatur, qui torum concubina polluit, id est, legem Veteris Testamenti sæpè prævaricando commaculavit.

8. Quod autem ipso concubina lex Veteris Testamenti ponatur, Paulus apostolus docuit, dicens :

3. *Humiliatur, Greg. Ad se ducitur; f., addicitur;* sic enim alibi loquitur, ut ostendimus ad c. 19 exposit. Deuteronom. GRIAL.

Ibid. Florent. Cod. 1, *resipiscit, addicitur, atque humiliatur.* Flor. 2, *resipiscit, addicitur, id est humiliatur;* quo comprobatur Grialii conjectura, apud sanctum Gregorium legendum addicitur. AREV.

CAP. XXIX. N. 4. Jam dehinc, usque ad fatebun-

A Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, et unum de libera. Hæc autem sunt duo Testamenta. In quo Agar, quæ concubina fuit, in Veteris Testamenti ponitur typo. Una est enim perfecta columba genitrici suæ, quæ virgo casta, regina, sponsa regi Ecclesiæ per Evangelium jungitur Christo.

### 335 CAPUT XXIX.

*De Juda, quando dormivit cum nuru sua.*

1. Jam deinde Jude factum consideremus, qui cum sua nuru concubuit, quid significaverit futurum. In Thamar ergo nuru Jude intelligitur plebs Judæa. Cui de tribu Juda reges tanquam mariti adhibebantur, merito nomen ejus amaritudo interpretatur. Ipsa enim Domino sellis poculum dedit.

B 2. Duo enī genera principum qui non recte operabantur in plebe, unum eorum qui oberant, alterum corum qui nihil proderant, significabantur in duobus filiis Judæ, quorum unus erat sœvus ante Deum, alter in terram fundebat sēmen, ne semen daret ad secundandam Thamar.

3. Nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano: unum nocentium, alterum præstare nolentium, et, si quid boni habent in hac terrena vita, perdentium, tanquam in terra fundentium. Quia in malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest, ideo major dicitur malignus, ille autem sequens, qui fundebat in terram.

4. Nomen quoque majoris, qui vocabatur Her, interpretatur *pellicus*, qualibus tunicis induti sunt primi homines, in poenam damnationis suæ dimissi ex paradiſo. Sequentis autem nomen, qui vocabatur Onan, interpretatur *mörer eorum*.

5. Quorem, nisi quibus nihil prodest, cum habeat unde prodesse possit, atque id perdat in terra? Matus porro in alium est ablata vitæ, quod significat pellis, quam non adjutæ, quod significat mörer eorum; Deus tamen ambos occidisse dictus est. Ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse.

6. Tertius vero filius Judæ, quod illi mulieri non jungitur, significat tempus ex quo reges plebis Judæorum cœperunt de tribu Juda non fieri.

D 7. Ideo erat quidem filius Judæ; sed cum Thamar maritum non accipiebat, quia erat eadem tribus Judæ, sed jam in populo nemo inde regnabat. Unde et nomen ejus Sela interpretatur *dimissio ejus*. Non pertinent sane ad hanc significationem viri sancti et justi, qui, sicut illo tempore fuerint, ad Novum tamen pertinent Testamentum, cui propheta tando scienter utiles fauerunt, qualis David fuit eo sane tempore quo jam Judæa cœperat reges ex tribu Judæa non habere.

tur, verba sunt Aug., lib. xxii contra Faust., a cap. 85, usque ad 87. GRIAL.

Ibid. Deinde. GRIAL in not. dehinc. AREV.

2. Sœvus ante Deum. Nequam, Vulg.: Πονηρός, LXX. Malignus, vel sœvus, apud Bedam. Malignus et sœvus ante Dominum, Aug. Hebraicæ γυν. GRIAL.

5. Quam non adjutæ, ex Aug. et Impress. Quam non habita, MSS. GRIAL.

8. Non est computandus Herodes Major in regibus ejus, tanquam maritus Thamar. Erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mystice unctionis, tanquam conjugali foedere cohærebat, sed tanquam extraneus dominabatur; quam potestatem a Romanis, et a Cæsare acceperat, et sic ejus filii tetrarchæ, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione Domini concordavit.

9. Isti ergo alienigenæ usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Judæorum, ut ipsi Judæi publice clamarent frendentes adversus Christum: *Nos non habemus regem, nisi Cæsarem* (*Joan. xix.*, 15). Neque hoc verum, nisi illa universalis dominatione Romanorum. Quippe etiam Cæsar rex erat non propriè Judæorum, sed ut Christum negarent, et ut huic adularentur, ideo se tali voce damnarunt. Illo enim tempore, quo jam de tribu Iuda regnum defecrat, veniendum erat Christo vero Salvatori Domino nostro, qui non obesset, multumque prodesset.

10. Sic enim fuerat prophetatum: *Non deficiet princeps ex Iuda; neque dux de seminibus ejus, donec veniat, cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium.* Jam isto tempore omne quoque magisterium Judæorum, et mystica, unde Christi vocabantur, unctio ipsa defecrat, secundum prophetiam Danielia. *Tunc venit cui repositum* (*Dan. ix.*, 24), 337 qui est exspectatio gentium, et unctus est Sanctus sanctorum oleo exultationis præ participibus suis.

11. Natus est enim Herodis Majoris tempore, passus est autem Herodis Minoris tetrarchæ. Hujus itaque venientis ad oves quæ perierant domus Israel, figuram gessit iste Judas, cum iret ad tondendas oves suas in Thanna, quod interpretatur deficiens. Jam enim defecrat princeps ex Iuda, et omne magisterium, atque unctio Judæorum, ut veniret cui repositum erat.

12. Venit autem cum suo pastore Odollamite, cui nomen Hiras. Et interpretatur Odollamites testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio Dominus venit, habens quidem testimonium majus Joanne. Sed tamen proprie oves infirmas hoc testimonio est usus in aqua. Nam et ipse Hiras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio.

13. Vedit omnino fratrem suum Joannes. Fratrem secundum semen Abrahæ, secundum cognationem Mariæ matris ejus, et Elisabeth matris suæ, eundemque Dominum et Deum suum. Quia sicut ipse ait: *Ex plenitudine ejus accepit.* Vedit omnino, et ideo in natu mulierum major illo non surrexit.

8. Herodis Magni, seu Majoris, genealogiam exhibet Calmetus in Diction. Bibl. Herodes Antipas, ejus filius, fuit qui cum Pilato in passione Domini concordavit. AREV.

9. Et huius adularentur, ex Aug. et MSS. Et hunc adorarent, apud Bodam. GRIAL.

Ibid. Veniendum erat Christo vero Salvatori Domino nostro, ex Aug. et Impress. Veniendum erat ad Christum verum Salvatorem Dominum nostrum, MSS. GRIAL.

10. Cui repositum era. Retinuimus verba LXX,

A Quia ex omnibus prænuntiantibus Christum ipse vidit, quod multi justi, et prophetæ cupierunt videre, et non viderunt.

14. Salutavit ex utero, agnovit perfectias ex columba; et ideo tanquam Odollamites vere testimonium perhibuit in aqua. Venit autem Dominus ad oves tondendas, hoc est, exonerandas sarcinis peccatorum, ex quibus Ecclesiæ laudæ in Canticis canticorum dentes essent velut grex detonsarum (*Cant. iv.*).

15. Jam deinde Thamar habitum mutat, nam et commutans interpretatur. Thamar mutat habitum, mutat et nomen, et fit de Synagoga Ecclesia. Sed ut in ea nomen prorsus amaritudinis maneat. Non illius amaritudinis, in qua Domino fel ministravit: sed illius in qua Petrus amare flevit; nam et Juda Latine confessio est. Confessioni ergo amaritudo miscetur, ut vera pœnitentia præsignetur.

16. Hac pœnitentia fecundatur Ecclesia in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christum pati, et resurgere tertia die, 338 et prædicari in nomine ejus pœnitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus a Jerusalem. Nam et ipse habitus meretricis confessio peccatorum est. Typum quippe Ecclesiæ gerit Thamar ex gentibus evocata, sedens cum hoc habitu ad portam Henam, vel Henaim, quod interpretatur fontes.

17. Cucurrit enim, velut cervus ad fontes aquarum, pervenire ad semen Abrahæ. Illic a non agnoscente fetatur, quia de illa prædictum est: *Populus, quæ non cognovi, servivit mihi.* Accepit in occulto annulum, monile et virgam, quia vocatione signatur, justificatione decoratur, glorificatione exaltatur.

18. Quos enim prædestinavit, illos et vocavit; quos autem vocavit, illos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit (*Rom. viii.*). Sed hæc, ut dixi, adhuc in occulto, ubi fit et conceptio sanctæ ubertatis. Mittitur autem promissus hædus, tanquam meretrici. Hædus exprobratio peccati. Per eumdem Odollamitem, tanquam increpantem, et dicentem: *Generatio viperarum.* Sed non eam invenit peccati exprobratio, quam mutavit confessionis amaritudo.

19. Post vero jam publicatis signis nulli, monilis et virgæ, vicit temere judicantes Judæos, quorum jam personam Judas ipse gestabat. Qui hodieque dicunt, non hunc populum esse Christi, nec habere nos semen Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostræ vocationis, justificationis et glorificationis, sine dubio confundentur; et nos magis quam se justificatos esse fatebuntur. Pignora enim refert habere secum Ecclesia. Accusatur enim a Judæis,

quibus utitur Aug. et inferius bis repetuntur, quod non advertit, qui Vulg. Ed. verba substituit. GRIAL.

14. Herodis minoris. Herodis tetrarchæ, Aug. et Impress. GRIAL.

16. Ad portam Henam, vel Henaim. Reliquerunt LXX vocem Hebreæm Henaim, quæ oculos, vel fontes significat. Pro qua Vulg. in bivio reddidit. Vid. Hier. trad. Hebr. in cap. xxxviii Gen. GRIAL.

19. Post vero iam publicatis. Jam publicis, Aug. GRIAL.

quasi adulteratrix legis; sed ostendit virgam, si-  
gnum passionis, et monile legis legitimæ, et annu-  
lum pignus immortalitatis.

20. Quod autem Scriptura inducit parientem Thamar, et duos in utero geminos habentem, quo-  
rum scilicet primus, qui dicitur Zara, misit manum suam, et obstetrix ligavit cocceinum; et dehinc illo manu intrinsecus retrahente, posterior, qui Phares vocatur, porrexit manum, et nascendo præcessit, figuraliter congruit, quod ostenderit Israel in legis opera manum suam, et eam prophetarum, 339 et ipsius Salvatoris pollutam crux contraxerit. Postea vero proruperit populus gentium, scilicet ut futuri essent novissimi qui erant primi, et primi futuri essent qui erant novissimi.

### CAPUT XXX.

*De historia Joseph.*

1. Dehinc historia sequitur Joseph, qui, venditus a fratribus, in Ægyptum perductus, atque ibidem sublimatus est. Joseph unus ex duodecim filiis Jacob, quem pater præ cæteris filiis dilexit, Christum Dominum figuravit. Quem Deus Pater secundum carnem natum cæteris fratribus ex Abraham stirpe genitus prætulit. Unde et ibi dicitur: *Amabat eum Jacob, eo quod in senectute genuisset eum.*

2. Senescenti enim mundo illucens Dei Filius per Mariæ virginis partum serus advenit, tanquam filius senectutis, secundum sacramentum suscepti corporis, qui erat ante per substantiam deitatis semper cum patre. Tunica autem polymita, quam fecit ei pater, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Christi congregata significavit.

3. Somnium vero illud, per quod fratum manipuli adoraverunt manipulum ejus, illud est, quod in Christo completum est: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei.* Scilicet per fidem fructum bonorum operum offerentes. Ipse est, quem sol et luna et stellæ adorant, de quo sole dictum est: *Laudate eum, sol et luna, laudate eum, omnes stellæ.*

4. Ipsum enim excellentia sanctorum in solis nomine, et Ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, et omnium numerositas populorum in figura stellarum adorant. Unde pater suus increpavit eum dicens: *Nunquid ego et mater tua, et fratres tui adorabimus te?* Objurgatio ista patris duritiem populi Israel significat; pro eo quod ex se natum Christum esse co-

20. Quod ostenderit. Ita MSS. Quod extenderit, apud Bed. GRIAL.

CAP. xxx. N. 4. Vid. Aug., serm. 81 de temp. GRIAL.

5. Somnium vero, usque ad *adorabimus te*, verba sunt Aug., ibid. GRIAL.

4. Objurgatio usque ad *contemnunt*, verba sunt Ambros., c. 2 de Joseph. GRIAL.

Ibid. Jacob mittit, usque ad *visitaret*, August., ibid. GRIAL.

6. Invenit ergo Joseph, usque ad *statuerunt*, ejusd. GRIAL.

7. Nudaverunt, usque ad *tunica corporali*, ejusd. GRIAL.

Agnoscunt, adorare conteinnunt. 340 Jacob mittit Joseph filium suum, ut de fratribus sollicitu linem gereret.

5. Et Deus Pater mihi Filium suum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum visitaret. Mittitur utique ab illo patre, de quo scriptum est: *Misi Deus filium suum in similitudinem carnis peccati*; ut videret si recte agerentur oves. Et Dominus, inquit in Evangelio: *Non veni, nisi ad oves perditas domus Israel*.

6. Invenit ergo Joseph fratres suos in Dothain. Dothain interpretatur defectio; vere in grandi defectione erant, qui de fratricidio cogitabant: cumque vidissent Joseph fratres sui procul, occidere eum cogitaverunt. Et Iudei videentes verum Joseph, Dominum Jesum Christum, ut eum crucifigerent, uno omnibus consilio statuerunt, dicentes: *Crucifice eum.* Fera peccima devoravit eum, id est, Judaica plebs interfecit eum; de qua Dominus in Evangelio dicit: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.*

7. Nudaverunt Joseph fratres sui tunica polymita, et talari, et Iudei Christum per mortem crucis expoliaverunt tunica corporali. Polymitam autem, id est, decoratam omnium virtutum diversitate. Resperserunt autem tunicam hædi sanguine, quia falsis eum testiomiis accusantes, in invidiam deduxere populi omnium peccata donantem.

8. Mittitur dehinc in cisternam, id est, in lacum, et Christus, expoliatus carne humana, descendit in infernum. De cisterna quoque levatus ille Ismaelitis, id est, gentibus, venditur, et Christus, postquam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Iudeam consilium triginta argenteis distrabitur, et hic Christus per consilium Iudeæ Iscariotis eodem numero venundatus est.

341 9. Dehinc Jacob posteritatis suæ deplorans dispendia, quasi pater, filium lugebat amissum, quasi propheta flebat interitum Iudeorum. Denique accidit vestimentum suum, quod in passione Domini legimus factum a principe sacerdotum. Sed et velum templi scissum est, ut propheta et nudatum populum suum, et divisum ostenderet regnum. Igitur Joseph descendit in Ægyptum, et Christus in mundum.

10. Emit eum Eunuchus, id est, castus in disciplinis evangelicis populus Christianus. Erat autem Joseph pulchra facie; ita et de Christo David ait: *Speciosus forma præ filii hominum; diffusa est gratia*

*Ibid. Polymitam, usque ad virtutum diversitate, Ambros., c. 3. GRIAL.*

8. Mittitur dehinc in cisternam, usque ad venundatum est, August., ibid. GRIAL.

*Ibid. Florent. I sic hæc refert: De cisterna levatus ille, et Ismaelitis venditus Joseph, missus in puteum, et eductus de puto, quid aliud, nisi mortem Domini resurrectionemque prætendit? Ita etiam Cod. Regiovatic. 293, ad marg. post comparatur addit, Joseph missus in puto, etc. Verbum distraho, quod mox occurrit pro vendo, ab aliis quoque usurpatum. Intra, n. 17, distractus eodem sensu. AREV.*

9. Dehinc Jacob, usque ad ostenderent regnum, Ambros., c. 3. GRIAL.

*in labiis tuis. Sed mulier, inquit, in eum oculos injecit, ut adulterium cum illa perpetraret.*

11. *Ista mulier figura erat Synagogæ, quæ sæpe, sicut scriptum est, moechata est post deos alienos, similiter volebat et Christum in adulterii sui scelere retinere, ut negaret se esse Deum, et Phariseorum magis et scriberum quam legis præcepta servaret, quæ illi velut maritus erat. Christus autem non acquiescens illicite doctrinæ, id est, adulterinæ Synagogæ, manu ueste corporis apprehensus, carne se exxit, et liber mortis in cœlum ascendit.*

12. *Calumniata est meretrix, ubi eum non potuit tenere, dicens quod templum Domini blasphemaret, et legis diceretur transgressor. Sed illum non carcer terruit, non inferna tenuerunt, cum etiam, ubi velut puniendus descenderat, inde alios liberavit.*

13. *Denique invenit Joseph duos eunuchos de domo regis in carcere vinctos, duorum popolorum credentium, vel incredulorum figuram gestantes : qui conclusi sub peccato Adæ, transgressione obnoxii tenebantur. Qui ideo dicuntur eunuchi, quia castain acceperant regulam disciplinæ. Eloquia, inquit, Domini casta.*

14. *Denique post trinam lucem Domino ab inferis resurgentem, et legis obscura, ut Joseph, somnia revelante, solutus est a peccatis credentium populus, et inferni carcere liberatus redditur ministerio divinæ legis. Incredulus autem, et impius populus Judæorum, quia in conversionis ligno non creditit, transgressionis ligno suspenditur, ut illi alteri eunicho contigit, qui Judæorum imaginem indicavit.*

15. *Præterea narrat Pharaon somnum, interpretatur Joseph. 342 Sed quid significant septem anni, qui in septem spicis plenis, seu qui in septem vaccis pinguis ostendebantur, nisi septem charismatum spiritualium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat ? At contra septem steriles et ieiuni famem veritatis et justitiae novissimis temporibus significabant.*

16. *Congregavit autem Joseph per septem annos omnem frugum abundantiam, id est, frumenta fidei sanctorum horreis condens, per illa scilicet charismata septem, quasi per septem annos, ut cum septem anni inopiae coperint, id est, cum iniqüitas occurrerit septem capitalium criminum sub Antichristo, quando fames fidei fuerit Salvatoris, tunc sancti pariter et fideles habeant copiosam justitiae frugem, ne fides eorum inopia sermonis attenuata deficiat.*

17. *Inde Joseph, qui typum Christi induerat, currum meruit, et præco clamavit ante eum, et constituit illum Pharaon super universam terram Ægypti.*

20. *Cod. Regiovatic., ad marg. : Alium præconem Eliam qui ejus futurum prænuntiabit adventum, sive tubam. Quoꝝ ætatis suaꝝ anno Christus Dominus passus fuerit, non consentiunt inter se historici, et chronologi. Varias auctorum sententias indicat Zaccaria in Biblioth. Select. Histor. eccles., cap. 2, art. 1, num. 5, ubi pro anno tricesimo primo ætatis inchoato recenset Tertullianum, Clementem Alexandrinum, et Julium Africanum, quibus ait astipulari Sedulium, in hymno. Læstra sex qui iam peregit, etc.,*

A *Et Dominus noster, postquam est distractus a Iudea, ut Joseph a fratribus et de inferorum carcere surrexit, ascendit currum regni coelestis, de quo dictum est : Currus Dei decem millibus.*

18. *Et accepit potestatem a Patre prædicandi et judicandi : sicut Paulus apostolus ait : Et dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum. Accepit quoque et annulum, pontificatum scilicet fidei, quo credentium animæ salutis signo signantur, frontibusque et cordibus nostris per signum crucis figura æterni regis exprimitur.*

B *19. Induiturque stola byssina, id est, carnem sanctam byssō splendidiorem, et stola immortalitatis ; accepit quoque torquem auream, id est bonum intellectum. Præco ante eum præcedit, id est, Joannes Baptista, qui iter ejus præcedens præconabat dicens : Parate viam Domini.*

20. *Habebit et aliud præconem Eliam, qui ejus futurum prænuntiabit adventum, sive tubam angelī, quia ipse dixit : Veniat in tuba angelī. Vocatur quippe Joseph lingua Ægyptiaca Salvator mundi. 343 Quid manifestius de Christo, quando sub figura Joseph Salvator ostenditur, non tantum unius terræ Ægypti, sed etiam totius mundi ? Triginta annorum erat Joseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit.. Totidemque annis legitur fuisse Christus . quando sub typo Pharaonis in conspectu Herodis apparuit revelatus.*

C *21. Accepit ergo ex gentibus uxorem, id est, Ecclesiā, ex qua genuit duos filios, id est, duos populos ex Iudeis et gentibus congregatos. Igitur post ubertatis annos, in universo orbe fames prævaluit. Merito, quia non erat qui faceret bonitatem. Post hæc Joseph a penuria frumenti salvat Ægyptum, et Christus a fame verbi Dei liberat mundum : aperuit enim horrea sua Christus in omni orbe terrarum, et erogatione frumenti sui omnia subjugavit.*

D *22. Nisi enim Joseph fratres vendidissent, defecerat Ægyptus. Nisi Christum Iudei crucifixissent, perierat mundus. Joseph interpretatur augmentatio, sive ampliatio. Sed in illo Joseph ampliationem non habuit, nisi sola Ægyptus ; in nostro vero Joseph augmentum habere meruit universus mundus. Ille erogavit triticum, noster erogavit Dei verbum. Et in omnem terram exiit sonus eorum.*

23. *Dixit Jacob filii suis : Est frumentum in Ægypto. Dicit Deus Pater : Ex Ægypto vocavi Filium meum Descendunt igitur decem provectiores fratres, id est, Iudei, quasi sub Decalogo legis et numero constituti :*

*Sed pro Sedilio reponendum Venantius Fortunatus, verus ejus hymni auctor. Pro anno trigesimo secundo inchoato refert Apollinarem Laodiceum, Orosium, Isidorum Hispalensem, Zonaram, etc. AREV.*

24. *Post hæc Joseph, usque ad sonus eorum, Aug., ibid. GRIAL.*

*Ib. d. Grial. penuria sine a. AREV.*

25. *Dixit Jacob, usque ad filium meum, Ambr., c. 8. GRIAL.*

quos ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Con-

gnoscuntur et Iudei a Christo, ipsi autem non co-

gnoscunt eum.

24. Dederunt illi quidem pecuniam; sed Joseph, id est, Christus, triticum dedit, et argenteum reddidit, quia non pecunia emitur Christus, sed gratia. Vicit Joseph Benjamin fratrem suum parvulum; mystice quoque videt Jesus Paulum, quando circumfusus est eum lux.

25. Parvulus dicitur, quia nondum maturam in carne fidei etatem **344** gerebat. Unde etiam et adolescentis legitur fuisse, quando lapidantium Stephanum vestimentum servabat. Flevit Joseph, et cœcitas Pauli fletus est Christi. Lavat faciem suam, ut amissum et lumen restituat; lavat faciem suam Christus, ubi baptizatus est Paulus, per quem Dominus Jesus a plurimis videretur. Dehinc scyphus argenteus soli sa-

cculo junioris inseritur.

26. Sed quid sibi vult, quod inventus est in sacco Benjamin scyphus Joseph, nisi quia in corpore Pauli jam doctrinae celestis præfulgebat eloquium, dum es-  
set eruditus in lege? Sed quia subjectus non erat divinæ gratiæ, intra sacrum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modum.

27. Missus tamen Apollonius, manum posuit, marsupium solvit. Marsupio soluto, argentum resplenduit, et decadentibus squammis, velut quibusdam sacri vinculis soluto sacco, id est, deposito legis velamine, adeptus est gratiæ libertatem, et revelata facie, sermons Evangelii prædicavit.

28. Dati sunt ei triginta argentei cum quinque sto-  
lis optimis. Triginta argenteos a Christo accipit, qui-  
cunque prædicat Trinitatem, sive Christi crucem.  
Ideoque Paulus ait: *Neque enim judicavi scire me aliquid inter vos, nisi JESUM Christum, et hunc crucifixum.* Quinque autem stolas accepit, id est, sapientiae, omniumque sensuum multiplicem in lege disciplinam.

29. Præcellit igitur Paulus, ejus exuberat portio meritorum; sed tamen habent et fratres, id est, alii prædicatores gratiam suam. Biunas stolas, id est, ut confiteantur Christum et Deum esse et hominem, juxta quod in Proverbiis legitur: *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus,* id est, mystica, vel morali intelligentia.

30. Munitur et patri munera, Filius honorat Pa-  
trem, Christus populum suum invitat promissis, invi-  
tat muneribus. Portant hæc munera asini: illi gen-  
tiles inutiles, et laboriosi ante, nunc autem utilis,

31. Vicit Joseph, usque ad a plurimis videretur, Ambros., c. 10. GRIAL.

32. Nonnulli Editi, ut amissum ei lumen restituat. Forte, ut visum ei lumen restituat. AREV.

33. Sed quid sibi vult, usque ad prædicavit, Ambr., c. 11. GRIAL.

34. Quinque autem stolas, usque ad vivificatur, Ambros., c. 15. GRIAL.

35. Vicitur ergo, usque ad salvus fieret, Ambros., c. 14. GRIAL.

36. Distulit sanitatem, ex Ambros. Al., distulit cœcitatatem, eod. sensu. GRIAL.

CAP. xxxi. N. 1. Vid. Aug., 16 de Civit., c. 42. Et quidem leguntur hæc benedictionum interpretationes in

A portant in typo Christi munera, portatari in Evangelio munera largitorem.

31. Dimisit Joseph fratres suos, qui auxiliaverunt patri, dicentes: *Joseph visit;* et ipse dominus est in omni terra *Egypti.* Expavit autem **345** Jacob, id est, plebs incredula; sed postquam gesta Christi agnoverit, reviviscit spiritus ejus, et qui mortuus videbatur, sive resurrectionis Christi vivificatur.

32. Vocatur ergo a filiis suis, id est, a Petro et Paulo, et Joanne populus Judæorum invitatur ad gratiam. Occurrat illi Judas, quod interpretatum est confessio, quia præcedit jam confessio, quos qæta perfidia possidebat; et sic Joseph verus Christus occurrit, qui senescerentem jam suscipiat ultimis temporibus populum Judæorum, non secundum illius ineria, sed secundum electionem suæ gratiæ.

33. Et imponit manum suam super oculos ejus, et cœcitatatem auferit. Cujus ideo distulit sanitatem, ut postremus crederet, qui ante non putavit esse credendum in Christo, et prærogativam superioris auferret. Unde et Apostolus ait: *Quia cœcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret,* et sic omnis Israel salvis fieret.

34. Tradidit post hæc Joseph parentibus, et fratribus optimam terram Gessen, præbens eis cibaria, quia famæ oppresserat terram. Sic et Dominus eligens optimam terram, parentibus, id est patriarchis et prophetis, ex quibus Christus secundum corporis est genitus, sive omnibus sanctis, de quibus in Evangelio dicit: *Hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris.* His igitur dat terram scilicet repromissiōis regni Deli, de qua dicit Prophetæ: *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

### CAPUT XXXI.

#### *De benedictionibus patriarcharum.*

1. Dehinc Joseph festinans accipere benedictionem patris duos filios obtulit, Manassen et Ephraim, in quibus sicut factum est in Esau et Jacob, dicente Domino: *Major serviet minori, ita et in 346 istis duobus filiis Joseph.* Nam major Manasses, qui interpretatur oblivio, typum gessit Judæorum, qui oblii sunt Deum suum, qui fecit eos.

2. Minor autem Christianorum, qui secundatorem sonat, quod est proprium populi junioris, qui corpus est Christi, qui secundatus est in latitudine mundi. Hos quidem cum benedicere vellit Jacob, posuit Joseph Ephraim ad sinistram, Manassen autem ad dexteram illius constituit.

appendicibus operum Augustini. Sed mirum unde essent non olscisse Lovanienses; Hieronymo vero illus tribuisse, magis etiam mirum. GRIAL.

*Ibid.* Rejiciunt Maurini inter appendices Operum sancti Augustini opusculum *De benedictionibus patriarcharum Jacob,* aucto remque volunt esse Alculum, ex cuius libro Quæstionum in Genesim excerptum fuerit. Addunt, eamdem expositionem extare ordine nonnulli diversi, et aliquot permixtis vocibus in commentariis in Genesim, qui olim Eucherio Lugdunensi tribuebantur. Scilicet Maurinos quoque latuit, quod Grialius Lovaniensis exprobrarat, eas benedictiones ex commentariis Isidorianis esse depromptas. AREV.

3. At ille cancellatis manibus crucis mysterium praefigurans, translatâ in minorem dexterâ, majori sinistram figurâliter superposuit. Sicque crucis similitudo super capita eorum denotata Judæis scandala, Christianis futuram gloriam præsignavit, senioresque per crucis mysterium sinistrum factum de dextro, et juniorem dextrum de sinistro, quia Judæis in nostra deserta labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus.

4. Talius sacramento majori populo Judæorum præpositus est minor populus gentium. Unde et idem patriarcha ait: *Hic quidem erit in populum, sed hic exaltabitur.*

5. *Hiq compleatis, vocavit Jacob filios suos, ut benedicteret eos mystico ordine, loquens vero tanquam futurorum præscios. Dixitque eis, quæ novissimis temporibus futura erant, incipiens ita: Ruben primogenitus meus. Secundum mysticam intelligentiam Ruben prioris populi videtur ferre personam. Cui etiam Dominus per prophetam dicit: Israel primogenitus meus.*

6. Et enim iuxta quod primogenitis debebatur, ipsius erat accipere sacerdotium, atque regnum. Additur: *Tu virtus mea, utique 347 quia ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus Dei, qui est Christus, advenit. Principium doloris mei. Quomodo autem ipse sit principium dolorum, nisi dum Deo Patri semper irrogat injuriam, dum convertit ad eum dorsum, et non faciem? Iste prior in donis, quia primis ipsis data sunt eloquia Dei: primis ipsis legislatio, et Testamen- tum, sive promissio. Iste major in imperio, utique pro magnitudine virium, qui copiosius cæteris in hoc seculo populus idem regnabit.*

7. *Effusus es autem, sicut aqua, peccando in Christum, quasi aqua, quæ vasculo non tenetur, volutatis effusus est impetu. Et idcirco addidit: Ultra non crescas. Quia populus ipse postquam in universo orbe dispersus est, valde imminutus atque abbreviatus est.*

8. Sed quare talia meruit, ita subjicit: *Quia ascendisti cubile patris tui. Non sicut Judæi intelligunt, hoc proinde dictum esse, eo quod cum Bala concubina patris sui concubuerit. Prophetia enim futura prænuntiabat, non quæ fuerant gesta, ipso patriar-*

3. In Alborn. ms. hæc est peculiaris lectio: *Seniore per crucis mysterium facto de dextro sinistro, et junior de sinistro dextro, quia Judæi in sinistra, nos in dextera; illis labentibus, nos illorum gratiam adepti sumus.* AREV.

5. *Secundum mysticam intellig., usque ad primogenitus meus. Russini verba sunt, sive mavis, Origenis. GRIAL.*

6. *Etenim juxta quod primogenitis debebatur. Vid., sup., not. ad c. 23. GRIAL.*

*Ibid. Principium doloris mei. Κεφάλαιον λύνης μου Αρκια et vulg. Ἀρχὴ τέκνων μου, Principium filiorum meorum, LXX. GRIAL.*

*Ibid. Quomodo autem ipse sit principium dolorum. Quæ sequuntur: Nisi, dum Deo Patri, etc., verba sunt Russini, sive Origenis, quæ tamen non videtur interpretatio τοῦ principium dolorum, sed verborum LXX: Durus portari, durus, et temerarius: σχληρὸς*

*cha dicente: Annuntiem vobis, quæ ventura sunt novissimis diebus.*

9. Et ideo in præteritum non est referendum, quod ille futurum prædictum. Predicebat enim Domini passionem, et primogenitæ plebis audaciam, quia ascendit cubile Dei Patris sui, et maculavit stratum ejus, quando corpus dominicum, in quo plenitudo divinitatis requiescebat, rapuum in cruce suspendit, et ferro commaculavit.

10. Post hæc convertitur ad Simeon et Levi, dicens: *Simeon, et Levi fratres, rasa iniquitatis bellantia. Per Simeon et Levi scribæ et sacerdotes Judaici populi intelliguntur. De Simeone enim scribæ erant Judæorum. De tribu vero Levi principes sacerdotum. De quibus scriptum est: Quia consilium fecerunt, ut B Jesum mortis truderent (Matth. xxvi). De quo consilio iste patriarcha, qui jam mente Deum videbat, dicit: In consilium eorum non veniat anima mea. Et reliqua.*

348 11. Horrebat enim jam illo tempore sanctus iste patriarcha videre consilia tantorum scelerum, quæ in novissimis temporibus facturi erant Judæi. Sequitur: *Quia in furore suo occiderunt virum, id est, Christum, juxta quod Isaia ait: Væ animæ ipsorum (Isai. iu. 9), quia cogitatio ipsorum consilium malum adversus se dicentes: Alligemus justum, quia inutilis est nobis, et in dolore suo suffoderunt murum, quando lancea confonderunt illum, spirituale et fortissimum propugnaculum, quod custodit Israel.*

12. *Maledictus furor eorum, quia pertinax, utique C ad tantum scelus perpetrandum, quando furore ac- censi, et ira, abiulerunt Christum Pontio Pilato, dicentes illi: Crucifige, crucifige (Luc. xxiii); et, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris (Joan. xix). Et indignatio eorum, quia dura, dum Barabbam latronem dimittendum peterent, et principem viæ crucifigen- dum postularent,*

13. *Dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Iacob. Hic duo nominantur, divisæ et dispersæ: idcirco, quia nonnulli ex ipsis Domino crediderunt, quidam in in- fidelitate permanerunt. Divisi enim dicuntur ù qui ab eis separantur, et veniunt ad fidem. Dispersi eu- tem ii quosum patria temploque subverso, per orbem terræ incredulique genus illorum spargitur.*

*Juda, te laudabunt fratres tui. Per hunc enim*

*D φτεροθεα, καὶ σχληρὸς αἰδάνυς. GRIAL.*

8. *Non sicut Judæi. Ex Ambr., c. 2 de Bened. patriarch. GRIAL.*

10. *Per Simeon et Levi, usque ad anima mea, ex Ruff. GRIAL.*

*Ibid. Scribas et sacerdotes, etc. Ita in Allegorio. Confer Suarri notas, quibus allegorice expositiones harum Benedictionum illustrantur. AREV.*

11. *Adversus se dicentes, nominativus pro ablativo absoluto; nisi cum Alborn. legitur, quia cogitantes consilium, etc. AREV.*

14. *Per hunc Judam verus confessor, ex Ambr., c. 4. GRIAL.*

*Ibid. Ipsam laudant fratres, usque ad cohæredes ejus, ex Aug., xi contr. Faust., cap. 42. GRIAL.*

*Ibid. Fratres per gratiam, usque ad Dominus per natur. Ambros., ibidem; quedam tamen verba mutata, ut curvata pro subjugavit. GRIAL.*

Judam verus confessor exprimitur Christus, qui ex ejus tribu secundum carnem est genitus. Ipsum laudant fratres sui, apostoli scilicet, et omnes cohaerentes ejus, qui per adoptionem filii Deo Patri effecti sunt, et Christi fratres per gratiam, quorum ipse est Dominus per naturam.

**15. Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum.** Iisdem enim manibus atque eodem crucis trophyo et suos texit, et inimicos, et adversarias potestates curvavit, juxta quod Pater promittit ei, dicens: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (Psalm. cix).

**349 16. Adorabunt te filii patris tui.** Quoniam multi ex filiis Jacob adorant eum per electionem gratiae salvi facti. *Catulus leonis Juda.* Quoniam nascendo parvulus factus est, sicut scriptum est: *Parvulus natus est nobis. Ad praedam, fili mi, ascendisti* (Isai. ix), id est, ascendens in cruce, captivos populos redemisti. Et quos ille leo contrarius invaserat, tu moriens eripuisti. Denique rediens ab inferis ascendisti in altum, captivam duxisti captitatem (Ephes. iv).

**17. Requiescens accubuisti, ut leo.** Manifestissime in passione Christus recubuit, quando, inclinato capite, tradidit spiritum, sive quando in sepulcro securus, velut quodam corporis somno, quievit. Sed quare, ut leo, et velut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit, quia non necessitate, sed potestate hoc ipsum implevit, juxta quod et ipse dixerat: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et nemo eam tollit a me, sed ego eam pono* (Joan. x).

**18. Quod vero addidit, et ut catulus leonis, inde enim mortuus, unde et natus.** Physici autem de catulo leonis scribunt, quod cum natus fuerit, tribus diebus et tribus noctibus dormit. Tunc deinde patris frenitu, vel rugitu, veluti tremefactus cubilis locus, suscitare dicitur catulum dormientem.

**19. Quod valde convenienter de passionis morte aptatur in Christo, qui, tribus diebus et tribus noctibus in cubili sepulcri jacens, somnum mortis implevit.** Bene ergo Christus, ut leo, requievit, qui non solum mortis acerbitatem non timuit, sed etiam in ipsa morte mortis imperium vicit. Bene idem iterum ut catulus leonis, quia die tertio resurrexit.

**20. Unde et sic adjungitur de resurrectione.** *Ius:* *Quis suscitabit eum?* hoc est, nullus hominum, nisi se ipse, juxta quod idem de corpore suo dixit: *Sol-*

**16. Id est, ascendens in crucem.** Aug., xvi de Civit., cap. 41: *Ipsum genus mortis, hoc est, sublimitas crucis in uno verbo intelligitur, quod ait, ascendisti.* GRIAL.

*Ibid.* Alb. quædam interserit: *Salvi facti sunt. Nam hoc ita futurum propheta significat, dicente Domino: Et erit novissimus diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Catulus, etc.* Haec alli ad finem capituli rejiciunt. GRIALius, in textu: *Ascendens in cruce.* AREV.

**17. Manifestissime, usque ad tradidit,** Aug., ibid. GRIAL.

*Ibid.* *Sive quando in sepulcro, usque ad quietem,* Ambros. GRIAL.

*Ibid.* *sed quare ut leo, usque ad potestatem habeo;*

*A vita hoc templum, et in triduo suscitabo illud* (Joan. ii).

**350 21. Non deficiet princeps de Juda,** nos duc de senioribus ejus, donec veniant quæ reposita sunt ei, et ipse erit expectatio gentium. Hic locus manifestissime ad Judam refertur; tandem enim fuit ex semine ejus apud Judæos intemerata successio regni, donec Christus ad redemtionem inaudi ex Virgine nasceretur.

**22. Probant hoc historiæ Judæorum,** quibus ostenditur primum alienigenam regem in gente Judæorum fuisse Herodem, quo tempore Christus natus est. Quod si putant Judæi, non venisse Christum, ergo de tribu Juda usque hodie Judæorum permanet regnum. Itaque non defuit rex de populo Juda, donec veniret cui depositum est.

**23. Sed quia non solum Judæis profuit,** qui mittendus erat, ideo sequitur: *Et ipse erit expectatio gentium, alligans ad vineam pullum suum.* Pullus suus ex gentibus, populus cui adhuc nunquam fuerat legis onus impositum: hunc copulavit ad vineam apostolorum, qui ex Judæis sunt.

**24. Nam vinea Domini Sabaoth domus est Israel** (Isai. v). *Et ad vitam, o fili mi, asinam suam.* Ipse dixit: *Ego sum vita vera* (Joan. xv). Ad hanc vero vitam alligat asinam suam, cui supersedet, Ecclesiam ex nationibus congregatam. Hanc itaque ad vitam corporis sui alligavit vinculo charitatis, et disciplinæ evangelicæ nexu, ut de imitatione illius vivens, efficiatur bæres Dei, et cohæres Christi.

**25. Alii namque hanc asinam Synagogam interpretantur,** tardigradam scilicet, et gravi pondere legis oppressam. *Lavabit in vino stolam suam, sive carnem suam in sanguine passionis, sive sanctam Ecclesiam in illo vino,* qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

**26. Et in sanguine crux pallium suum.** Pallium gentes sunt, quas corpori suo conjunxit, sicut scriptum est: *Vivo ego, dicit Dominus, nisi hos omnes induam, sicut vestimentum.* Nos quippe Christus in sanguine uxoris mundavit, quando sicut botrus in ligno crucis peperit. Tunc enim ex latere ejus sanguis et aqua profluxit. Sed aqua nos abluit, sanguis redemit.

**351. 27. Pulchriores oculi ejus vino.** Oculi Christi apostoli, et evangelistarum sunt, qui scientiæ lumen universo corpori Ecclesiæ præstant. Hi pulchriores viuo probantur, quia doctrina eorum austoritatem vini veteris exsuperat, id est, priscæ legis traditionem.

Aug., ibid. GRIAL.

**18. Physici autem, usque ad resurrexit, verba sunt** Ruffini. GRIAL.

**20. Unde et sic adjung., usque ad suscitabo illud,** ex xvi de Civit., c. 41. GRIAL.

**22. Probant hoc historiæ, usque ad pullum suum,** ex xii contr. Faust., c. 42. GRIAL.

**25. Lavabit in rino,** usque ad vestimentum, carptim ex Ambros. GRIAL.

**26. Nos quippe Christus,** usque ad botrus in ligno pep., ex xii cont. Faust., cap. 42. GRIAL.

*Ibid.* *Sed aqua nos abl., usque ad sanguis redemit,* Ambr., ibid. GRIAL.

**27. Oculi Christi apostoli,** Ruffin., ibid. GRIAL.

*Evangelica enim præcepta longe clariora sunt quam Veteris Testamenti mandata.*

**28. Et dentes lacte candidiores.** Dentes prædicatores sancti sunt, qui præcident ab erroribus homines, et eos, quasi communiendo, in Christi corpore transferunt. Nominis autem, lactis doctrina legis significatur, quæ carnalem populum, tanquam parvulos, poculo lactis alebat: cujus quidem candidiores lacte effecti sunt doctores Ecclesiæ, quia fortis, et validum cibum verbi mandunt, atque distribuunt.

**29. De quibus dicit Apostolus in Epistola ad Hebreos: Perfectorum autem est solidus cibus (Hebr. v).** Et hinc candidiores lacte dentes ejus dicit. Omnes enim qui perfecti sunt, et qui, Scripturarum cibos explanantes, subtilem et minutum intellectum, qui spiritualis cibus dicitur, Ecclesiæ corpori subministrant, candidi debent esse, et puri, atque ab omni macula liberi.

**30. Zabulon in littore maris habitabit, et in statione navium.** Zabulon, qui interpretatur habitaculum fortitudinis, Ecclesiam significat fortissimam ad omnem tolerantiam passionis. Hæc in littore maris habitat, et in statione navium, ut credentibus sit refugium, et periclitantibus demonstret fidei portum.

**31. Hæc, contra omnes turbines sæculi immobili et inconcussa firmitate solidata, spectat naufragium Judæorum et hæreticorum procellas, qui circumseruntur omni vento doctrinæ, quorum etsi tunditur fluctibus, frangit tamen ipsa fluctus, non frangitur, nec ullis hæresum tempestatibus cedit, nec ulli vento schismatum commota succumbit.**

**32. Pertendit autem usque ad Sidonem, hoc est, usque ad gentes pervenit.** Legitur etiam in Evangelio, inde assumptos esse **352** aliquos apostolorum, et in ipsis locis Dominum saxe docuisse, sicut scriptum est: *Terra Zabulon, et terra Nephthalim, via maris trans Jordanem Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam.*

**33. Issachar asinus fortis.** Issachar, quod interpretatur merces, refertur ad populum gentium, quem Dominus sanguinis sui pretio mercatus est. Hic Issachar asinus fortis ascribitur, quia prius gentilis populus, quasi brutum animal et luxuriosus erat, nullaque ratione subsistens. Nunc vero fortis est, Redemptori Domino colla subiiciens, et jugum disciplinæ evangelicæ perferens.

**34. Hic accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, et terram, quod optima; inter terminos namque accubare est præstolato mundi sine requiescere, nibilque de his quæ nunc versantur in medio querere, sed ultima desiderare, et fortis asinus re-**

**28. Nominis autem lactis.** Hæc interpretatio communis Ruffino cum Ambrosio et Augustino. **GRIAL.**

*Ibid.* Cujus quidem, etc. Implicata sunt hæc, et clariora in us. Alborn.: *Quo lacte candidiores facti sunt doctores.* **AREV.**

**30. Zabulon,** usque ad porvenit, ex Ambr., cap. 5. **GRIAL**

**32. Legitur etiam in Evang.**, usque ad lucem magnum, ex Ruffino. **GRIAL.**

A quiem videt, et terram optimam, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad eternæ vitæ patriam tendit.

**35. Unde etiam et ponet humerum suum ad portandum,** quia dum ad promissam requiem pervenire desiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Unde et *factus est tributis serviens*, hoc est, regi, et Christo suo fidei dona operumque bonorum munera offerens. *Dan judicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, et cerastes in semita,* etc. Alii dicunt Antichristum prædicti per haec verba de ista tribu futurum.

**36. Alii de Juda,** a quo traditus est Christus, haec scripta pronuntiant, et equitem, et equum Dominum cum carne suscepta designari volunt. Retrorsum autem cadere, ut in terram reverteretur, unde assumptus est. Sed quoniam die tertia resurrexit, ideo ait: *Salutare tuum expectabo, Domine, sicut et per David dicit: Non relinquas animam meam in inferno (Psalm. xv).* Hoc quidem ita exponunt.

**37. Alii vero** hanc prophetiam ad Antichristum transferant. **353** De tribu enim Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod in hoc loco Dan et coluber asseritur, et mordens, unde et non immerito dum Israeliticus populus terram in castrorum partitione susciperet, prius Dan ad aquilonem castramentatus est, illum scilicet significans qui in corde suo dixerat: *Sedebo in monte Testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* (*Isai. xiv.*)

**C 38. De quo per prophetam dicitur: A Dan auditus est fremitus eorum ejus (Jerem. viii).** Qui non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. Cerata enim Græce cornua dicuntur; serpensque hic cornutus esse perhibetur, per quem digne adventus Antichristi asseritur, quia contra vitam Ædilium cum morsu pestiferæ prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis.

**39. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam?** Fit ergo Dan coluber in via, quia in presentis vitæ latitudinem eos ambulare provocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit iterum cerastes in semita, quia quos fideles reperit, et sese ad præcepti cœlestis D angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidæ persuasionis impedit sed etiam terrore potestatis premit. Et in persecutionis languore post beneficia fletæ dulcedinis exercet cornua potestatis.

**40. Quo in loco equus hunc mundum significat,** qui per elationem suam in cursu labentium tempo-

**34. Hic accubans, usque ad libenter portat, verba Greg. , i Moral. , c. 7. GRIAL.**

**35. Dan, usque ad designari volunt, verba sunt Ruffini. GRIAL.**

**36. Pronuntiant. Ita malo cum Alb. , quam prænuntiant cum Grialio.** **AREV.**

**37. De tribu Dan, usque ad fidoliter Christum, Gregorii verba, xxxi Moral. , c. 10. GRIAL.**

rum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nilitur, cerastes iste equi ungulam mordere perhibetur. Ungulam quippe equi mordere est extrema saeculi ierendo contingere, ut cadat ascensor ejus retro.

41. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi; qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, easque poenitendo degere. Retro vero, quo non videtur, cadere est ex hac vita repente decidere, et ad quæ supplicia du-

patur, ignorare.

42. Et quia Iudea, erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum expectat, bene Jacob eodem loco repente in electorum voce conversus est, dicens: *Salutare tuum expectabo, Domine, id est, non sicut infideles Antichristum, sed euni qui in redemptioem nostram 354 venturus est, verum credendo fideliter Christum.*

43. *Gad accinctus præliabatur ante eum. Iste Gad accinctus personam Domini exprimit, qui in primis adventu humilitatis sua ante adventum Antichristi præliatur occurrit. Accinctus gladio verbi sui circa femur potentissime (Psalm. xliv), quo inimico divisiit, id est, filium a pare, filiam a matre, parum a sororu, juxta quod legitur in Evangelio: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium (Matth. x).*

44. Quod autem ait ipse, accingetur retrorsum, claritas Domini nostri in secundo regno ejus ostenditur, quia cum venerit Antichristus, idem occurret retrorsum, id est, post ejus vestigia Christus celeri adventu progrediens, ut interficiat eum gladio crinis sui.

45. Unde et bene idem Gad latrunculus interpretatur, eo quod posterior, id est, secus pedes, quasi latrunculus, rapido atque improviso adventu exsiliat contra apertam Antichristi oppugnationem. Hinc est quod evangelista proclamat, dicens: *Quia dies Domini, sicut fur, ita in nocte venit (I Thess. v).* Christus ergo et ante, et retro præliari contra Antichristum scribitur.

46. Autem eum namque in oculo adventu humilitatis dimicat. Post eum manifestus in gloria maiestatis. Demonstrat aperte Moyses prophetiam patriarcharum hujus specialiter pertinere ad Christum. Sic enim ait: *Benedictus, inquit, in latitudine Gad.*

47. *Quasi leo requievit, cepitque brachium, et verticem, et vidit principatum suum. Agnoscent itaque quis requieverit, sicut leo, nisi Christus in sepulcro suo? Quis confregerit verticem, brachiaque potentiam, nisi Redemptor noster, qui humiliavit virtutem, et superbiam excelsorum? Quis vidit principa-*

*46. Demonstrat aperte Moyses, etc. Ambrosii haec sunt, quibusdam additio, cap. 8, de Bened. patriarch. Locus vero Moysis, Deut. xxix, Grial.*

*47. Cepitque brachium constanter Editi; sed malo cepitque, ut in Vulgata; Deuter. xxix, 20. Illuc sequitur: Quis confregerit verticem, brachiaque, etc.*

A tum suum, nisi ille cui datus est principatus, et honor, et regnum?

48. *Aser, pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus. Aser, cuius nomen significat divitias, idem Christus est, cuius est altitudo divitiarum, sapientiae, et scientiae, qui propter nos factus est pauper, cum dives esset; cuius panis pinguis factus est, caro scilicet ejus, quæ est esca sanctorum.*

**355** 49. Quam si quis manducaverit, non morietur in æternum. *Iste etiam præbet delicias sapientiae regibus, id est qui sensus proprios bene regunt, qui dominantur vitiorum suorum, qui castigant corpora sua, et in servitatem subjiciunt.*

50. *Nephthalim, quod interpretatur dilatatio, apostolos et predicatorum sanctos significat, quorum doctrina in latitudine totius mundi effusa est. Ex hac omnia tribu fuerunt apostoli, qui sunt principes Ecclesiarum, et duces, et principes Zabulon, et principes Nephthalim, qui sine dubio ad personam referuntur apostolorum.*

51. *Ipsi filii excusorum (Psalm. cxxvi), id est, prophetarum, qui in manu Dei potentes positi sunt, et tanquam sagitta excussa pervenerunt usque ad finem terræ. Unde et bene hinc Nephthalim cursor emissus scribitur, quia nimis apostoli, sive predicatorum Evangelii, veloci saltu exsilenles, in morem cervorum transcendunt implicamenta sæculi hujus. Sicque, excelsa ac sublimia meditantes, dant eloquia pulchritudinis, id est prædictum cunctis gentibus doctrinam Domini Salvatoris.*

52. *Filius accrescens Joseph. Hæc prophetia post passionem Domini paternæ vocis imaginem tenuit, quia redeuntem in cœlum post victoriam Christum Pater alloquitur dicens: Filius accrescens Joseph, filius accrescens, utique in gentibus. Quia cum ob incredulitatem Synagogæ populum reliquisset, innumeram sibi plebem Ecclesiæ ex omnibus gentibus ampliavit.*

53. *Quod et David cecinit, dicens: Reminiscitur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ (Psalm. xxi). Filius accrescens decorus aspectu. Omnes enim superat illius pulchritudo, juxta quod in Psalmis et de ipso canitur: Speciosus forma præ filii hominum (Psalm. xliv). Filii discurrerunt super murum, id est, gentes, vel Ecclesiæ, quæ crediderunt in Christum.*

54. *Hæc super soliditatem fidei, quasi super murum, amore pulchritudinis Christi accensæ discurrent, ut verum sponsum per contemplationem aspiciant, et osculo charitatis illi copulentur, et adhærent. Sed objurgati sunt eum, quando falsis testimoniosis calumniantes, Sanctum Domini opprime Synagogæ populi tentaverunt. Invaderuntque illi, habentes jacula; neque enim quisque in 356*

AREV.

48. *Aser, usque ad vivet in æternum, ex Ambros. Grial.*

54. *Objurgati sunt, pro objurgarunt, non facile apud alios reperiuntur. Pro vel aliquad vulneri stolam, Alb. exhibet: Vel aliquid vulneris intulit. AREV*

*Joseph cocepit sagittam, vel aliquod vulneris tellum; sed hoc specialiter evenit in Christo.*

55. *Sedet in forti arcus ejus. Christus enim arcum suum et arma pugnandi posuit in Deo, qui fortis est propugnator, cuius virtute conciditur omnis nequitia perfidorum. Et dissoluta sunt vincula brachiorum ejus, quibus fratres ad Pilatum eum vincum duxerunt, vel quibus eum suspensum ligno crucifixerunt. Ressissa sunt enim per manus Jacob, hoc est, per manum omnipotentis Dei Jacob, ex cuius ore ipse Dominus bonus pastor egressus est, lapis et firmitas creditum in Israel.*

56. *Deus patris tui erit adjutor tuus. Quis adjuvit Filium, nisl solus Pater? qui dixit: Jacob puer meus, suscipiet eum anima mea. Et omnipotens benedic tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum. Universa enim subiecti ei celestia per benedictionem abyssi cœli, et terrena per benedictionem jacentis deorsum, ut omnibus angelis et hominibus dominetur.*

57. *Benedictionibus uberum, sive duorum Testamentorum, quorum altero nuntiatus est, altero demonstratus, sive benedictionibus uberum Mariæ, quæ vere benedicta erat, quia eadem sancta virgo Domino potum lactis immulsa. Unde illa mulier in Evangelio ait: Benedictus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti (Luc. xi).*

58. *Benedictionibus uberum et vulvæ. Etiam hic benedicatur vulva ejusdem matris, illa utique virginalis, quæ nobis Christum Dominum edidit, de quo partu per Jeremiam dicitur: Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te (Jerem. i). Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus fratrum tuorum. Benedictiones, inquit, patris tui celestis, quæ date sunt tibi a summo cœli, et abyssi confortatae sunt, id est, prævaluerunt benedictionibus fratrum tuorum.*

59. *Ultra opne enim sanctorum meritum patriarcharum, sive prophetarum, convalevit benedictio omnipotentis Patris in Filiō: 357 ita ut nullus sanctorum ei aquetur. Donec venerit desiderium collum æternorum. Colles isti sancti sunt, qui Christi adventum prophetantes, magno cum desiderio incarnationem ejus exspectaverunt, de quibus et Dominus dicit: Quia multi justi et prophetæ cupierunt videre quæ videtis (Matth. xiii, 17). Hi ergo sancti dieti sunt colles propter excellentiam sanctitatis.*

60. *Qui etiam æterni vocantur, quia vitam consequuntur æternam, nec intereunt cum mundo, sed esse creduntur æterni. Fiant in capite Joseph; omnes scilicet benedictiones istæ super caput Christi po-*

*57. Benedictionibus uberum, sive duorum Testam., usque ad sacrificavi te, ex eod. Ambr. GRIAL.*

58. *Benedictionibus uberum et vulvæ. Sunt hæc ex Ambrosio. Sel deest hic alterum membrum; ille enip ubera matri tribuens, vulvam, sanguinem, cor, intimum quoddam paterum charitatis naturaque secretum, in quo semper Filius sit, et de quo, tanquam ex genitali alvo, procedat, interpretatur. GRIAL.*

*Ibid. De quo partu. Ita Ambrosius. De qua paret,*

A nuntur, quas incarnatus accepit. *Et super veriçem Nazarei; de quo scriptum est: Quia Nazareus vocatur (Matth. ii), id est, sanctus Dei inter fratres suos, quia est copus omnium eminenti universorum sanctorum, quos etiam pri fratres vocat in Psalmis.*

61. *Benjamin lupus rapax, mane comedens prædam, ad vesperam dividet spolia. Quibus dictis apostolus Paulus designatur, de Benjamin stirpe progenitus, qui mane rapuit prædam, id est, in primordiis fideles, quos potuit, devoravit. Vespare autem spolia divisit, quia fidelis postmodum factus sacra eloqua audientibus discretione misericordia dispensavat: tegimus quemdam ex doctoribus ad urbem Jerusalem ea quæ de Benjamin scripta sunt referente. Benjamin, inquit, filius doloris interpretatur.*

B 62. *Hic sorte hereditatis eum locum accepit, in quo terrena est Jerusalem, quæ nunc propter inordinitatem abjecta est, atque repulsa. Hunc enim in filiis sub persona Benjamin designatur. Nam sicut Benjamin ultimam conquiritur benedictionem, ita et idem populus ultimus est salvandus, posterum quam plenitudo gentium introierit.*

C 63. *Dicitur enim Benjamin lupus rapax. Lupus, scilicet, quia ipse populus effudit sanguinem prophetarum, atque justorum. Rapax autem propter multam aviditatem dicitur. Ex multa enim fame verbi Dei et inedia veniet; rapax, quia et ipse violenter diripiuit regnum Dei. Hic autem mane comedit prædam. Mane illud creditur tempus, quo legem acceptimus. Tunc enim mundo prima quedam illuminatio scientiae data est. Comedit autem mane 358 quia lege, quam accepit, edit adhuc, et meditatur, licet sequens legem iustitiae in legem fidelis non pervenerit.*

64. *Ad vesperam autem dividet spolia. Vespera est illud tempus novissimum, quo convertetur. Tunc ergo dividet escam, quia tunc intelliget dividendam esse litteram a spiritu, et tunc cognoscet quia littera occidit, spiritus autem vivificat. Quia ergo jam per gratiam Domini illuminatus incipit legis spiritualia dividere, ac separare a corporibus, ideo dicitur ad vesperam dividet escam, quod tote die in lego meditans ante non fecit.*

D 65. *Quæritur autem de Jacob cur omnes quos de liberis et de ancillis genuit aquelli honora filios et heredes constituerit, nisi ut ostenderet quod Christus Dominus omnibus gentibus, quæ per fidem corpori ejus conciliantur, cunctis pari honore et gloria habilit, ecclœstia præmia largiat? nec est discrecio. Iudeus an Græcus, barbarus an Scytha, spritus an liber sit, quia per omnia et in omnibus Christus.*

lib. omn. mendose. GRIAL.

64. *Benjamin lup. rap., usque ad ante non fecit, omnia sunt ex Greg., xviii Moral., c. 11, et Ruffino. GRIAL.*

*Ibid. Quia fidelis. In textu Grialii erat quia fidelis. AREV.*

65. *Nunc numerum et seq., usque ad finein commentarii in Gepesin, nonnulli omittunt, quia alio loco haec ipsa verba attulerant. AREV.*

66. Properea enim figuram servi Salvator noster et Dominus induit, et pro libero et servo servivit, ut omnibus creditibus in se æquale donum bonorum cœlestium largiatur. Nec præfertur apud illum qui secundum carnem nobilior sit. Quicunque enim

A fidem Domini promeretur, nullis maculis carnalis nativitatis offuscatur. Nam hoc ita futurum etiam per Prophetam significatur, dicente Domino: *Erit in novissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem.*

## IN EXODUM.

### 359 PRÆFATIO.

1. Quædam mysteria ex libro Genesis, et obscuriora rerum gestarum, quæ allegoricis sunt obiecta figuris, ex libris majorum breviter excepta perstrinximus.

2. Nonnulla vero sequentis legis typica et figura mysteria singillatim ex litteris sanctorum virorum sublata subjungimus, pauca scilicet ex eorum stylo promentes.

3. Nam omnia legis quis poterit indagare, quæ tam immensa sunt, ut nec juxta historiæ textum explicari facile possint? Proinde tantum secuti sumus, quantum contigo operi sufficiendum pñlavimus, ne libellus excedat modum, nec lector incurrit fastidium.

#### CAPUT I.

##### *De septuaginta animabus*

1. Primo omnium septuaginta animæ cum Jacob introierunt in Ægyptum. Septuaginta discipuli ad prædicandum verbum Dei totum mittuntur in mundum.

2. Alter hæc septuaginta animæ, quæ in Ægyptum ingressæ sunt, mystice in numero remissionis accipiuntur, scilicet ut huic **360** sæculo, quod per Ægyptum figurabatur, post tanta peccata et sacrilegia donaretur remissio peccatorum. Ægyptus enim hic mundus esse figuraliter multis prophetarum vocibus approbatur.

#### CAPUT II.

##### *De morte Joseph,*

1. Mortuo Joseph, et fratribus ejus, creverunt filii Israel, et invaluerunt nimis. Sic et noster verus Joseph, postquam pro omnibus gustavit mortem, per quam destruxit diabolum, qui habebat mortis imperium, multiplicatus est fidelium populus. Nisi enim, sicut ipse ait, cecidisset granum frumenti in terram, et mortuum fuisset (*Ioan. xii.*), non utique fructum hunc plurimum totius orbis terra Ecclesia attulisset.

**PRÆFAT. N. 2. Typica.** Ita nonnulli MSS. et Editio. Apud Grialium typicæ fortasse mendum est. **AREV.**

**CAP. I. N. 1.** *Septuaginta animæ.* Confer de his notam Suarri ad Allegorias, n. 65, ubi causam affert cur Dominus septuaginta duos discipulos elegeret credatur. Sed notandum interdum numerum perfectum seu completum pro imperfecto et incompleto adhiberi. De quo iterum redibit sermo. **AREV.**

**CAP. II. Mortuo Joseph,** usque ad *Ecclesia attulisset.* **Origenes**, homil. 4 in Exod. Sed sustulisset habent libri nostri omnes, attulisset Russinus. **GRIAL.**

#### CAPUT III.

##### *De afflictione populi.*

1. Affligit Pharaon filios Israel luto, et latere. Israel similitudo est populi nostri. Pharaon autem est diaboli, qui imposuit jugum gravissimum servitutis **B** ex luto et latere operari; id est, terrenis et lutulentis operibus incubare, admistis etiam palem, hoc est, levibus et irrationalibus factis, ut his vitiiorum actibus populum Dei comprimere, et pectora omnium in uno incredulitatis posset occidere, ut nemo esset, qui regnum ejus aut disperderet, aut vinceret.

#### CAPUT IV.

##### *De masculorum nece.*

1. Jubet quoque masculos Pharaon occidi, et feminas vivere. Sic **361** diabolus ne robur fidei prævaleat conatur, ut interfectis virtutibus vitia remaneant, fortissimosque et viriles animi sensus, unde celestia sapimus, et divina, id est, rationem, prudenter, constantiam, innocentiam et fidem in homine occidere; et illud in eo vivere, quod feminum, quod imbecillum, et fragile, et pronum ad vitia cernitur, id est, ambitionem, vincentiam, libidinem, iracundiam, crudelitatem, furorem, et cætera his similia, quæ in seminarum figura sunt.

#### CAPUT V.

##### *De inventione Moysi.*

1. Deinceps Moyses ad ripam fluminis expositus repertus, et Dominus, cuius Moyses typum induerat, ad flumen lavacri, et ad aquam baptismatis a crecentibus invenitur. Plorabat infans, quia Christus Dominus veteris hominis, quem induerat, peccata deslebat; unde ad resuscitandum Lazarum slevit, Judæorum deplorans perfidiam.

2. Filia Pharaonis descendens ad lavaerum fluminis, collegit infantem. Ecclesia ex gentibus lavacri salutaris sanctificationem desiderans, Christum exceptit a Synagoga matre carnali expulsum, quasi infantem. Quia tunc parvulus videbatur, cum in homine cerneretur.

3. Invenit illa Moysen inclusum in vasculo thibi,

**CAP. III. Occludere. Al., obdurare. GRIAL.**

**CAP. V. N. 3.** *In vasculo thibi. Al., thebe, non male.* Græce enim θίβης, et θήβης aliquid etiam θίβη. De qua voce August., in locutionibus: *Quid sit thibin, ideo difficile est nosse, quia neque Græcus interpres ex Hebreo, neque Latinus ex Græco veritatem hoc nomen, sed transstulit ut invenit. Eam difficultatem sustulere Hieronymus, Russinus et Græcus scholiastes, sed sive θίβη thibath, Hebraica, sive Ægyptiaca potius fuerit vox Græcis postea in usu fuisse constat ex Atheneo. GRIAL.*

quod ex multis agrestibus virgulis sit. Invenit Ecclesia Christum reconditum in cordibus sanctorum, qui in unitatem sui contexti ex multorum fratrum membris, omnes unum in Christo corpus effecti sunt; et eum religiosa observatione suscipientes tueruntur.

### 362 CAPUT VI.

*De occiso Ægyptio.*

1. Interea Moyses peregrinum fratrem, ab Ægyptio injuriam patientem, inultum esse non ferens defendit, et eundem Ægyptum occidit. Cujus figura facillime occurrit, injuriosum in hac peregrinatione diabolum a Domino Christo, nobis defensis, occidi.

2. Quod vero in sabulo arenæ obruit interemptum, manifestum est ejus jam morticinam præsentiam in eis latere, qui non habent stabile fundamentum. Unde et Ecclesiam Dominus in petra ædificat, et eos qui audiunt verbum ejus, et faciunt, comparat prudenti viro, qui ædificat domum suam supra petram, ne tentationibus cedat et corruat.

3. Illos autem, qui verbum audiunt, et non faciunt, comparat stulto ædificanti super arenam, cuius tentata domus ruinam efficit magnam (*Math. viii.*).

### CAPUT VII.

*De igne in rubo.*

1. Deinde, dum pasceret Moyses oves Jethro socii sui, vedit ardere rubum, et non comburi. Apparet in rubo Dominus Moysi, mittens eum ad gentem, quam præsciebat iuiquam futuram. Et erat flamma in rubo, id est, in spinis, et rubis non crenabatur. Rubus spinæ peccatorum Judaicorum. Flamma in rubo verbum Dei.

2. Quod ergo illis lex data est, flamma erat in rubo. Quod data lege non sunt consumpta peccata, rubus nec sub igne concremabatur. Alii in rubo flammante, et non urente, Ecclesiam intelligunt inflammari persecutionibus, et eam, loquente Domino in illa, non perire.

363 3. Quod vero Dominus Moysi in eodem rubo apparuisse legitur, ostendit non alibi quam in Ecclesia eum creditibus. apparere. In qua nullus digne consistere vel Deum videre potest, nisi qui cuncta terrena et mortalia deposuerit vitia, quod significabant illa Moysi calceamenta deposita.

4. Habet quippe et aliam figuram id quod Moyses discalceari jubetur. Veterum namque consuetudo erat ut si sponsus sponsam repudiare vellet, discalcearetur ille, et hoc esset signum repudii. (*Deut. xxv.*) Proinde Moyses discalceari jubetur, ne ad Ecclesiam

CAP. VI. N. 1. *Interea Moyses.* Totum caput e xxii contr. Faust., cap. 90. GRIAL.

2. Cod. Alb. *morticina præsentia.* Al., *morticina præsentem.* Adjectivum est *morticinus*, id est, a se mortuus, non mactatus aut occisus. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Deinde, dum pasceret usque ad concremabatur,* ex Greg. hom. 7 in Ezech. GRIAL.

*Ibid.* Peculiaris est lectio Codicis Alborn., quam præsciebat suam case futuram. AREV.

4. Ambrosius, de Ruth, lib. iii de Fide, c. 5: *Designabatur futurus ex Iudeis, ex quibus Christus secundum carnem, qui proximi sui, hoc est, populi mortui*

A que in rubo significabatur, quasi sponsus calcatus accederet.

5. Hoc enim Christo servabatur, qui verus sponsus erat, de quo dicit Joannes: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti* (*Joan. 1.*). Utique sicut dictum est Josue et Moysi. Hebrei autem dicunt propterea in rubo apparuisse Deum Moysi, et non in alio ligno, ne forte sculperent in eodem Judæi idolum. Semper enim Deus abstulit illis occasionem idolatriæ.

### CAPUT VIII.

*De virga in serpentem versa.*

1. Mittitur dehinc Moyses ad liberandum populum Israel. Qui dicit Domino: *Quod signum habebo, ut credant mihi, quia tu me misisti?* et Dominus ad illum: *Projice, inquit, virgam, quam in manu gestas, in terram.* Et projecit, et facta est serpens. Et expavit Moyses, et fugit. Et ait illi Dominus: *Apprehende caudam ejus, et apprehendit, et facta est iterum virga.*

2. Quid hoc significat? serpens quippe persuasit homini mortem. Ergo mors a serpente. Virga itaque in serpente, Christus in morte. Et tamen expavit, et fugit Moyses. Quid est ab illo 364 serpente fugisse Moysen, nisi quod legitur in Evangelio factum? mortuus est Christus, expaverunt discipuli, et ab illa spe in qua fuerant recesserunt.

3. Sed quod dictum est: *Apprehende caudam ejus, quid est cauda, nisi posteriora?* hoc significavit: *Posteriora mea videbis.* Primo enim factus est serpens sed, cauda appreheensa, facta est virga, quia primo occisus est, postea, peractis omnibus, ad id, quod fuerat, resurgendo reversus est, ubi per vita reparationem, morte consumpta, nihil in eo serpentis apparuit.

4. Est etiam in cauda serpentis sæculi finis, quia sic mortalitas Ecclesiæ per lubrica temporum volvitur; alii eunt, alii veniunt per mortem, tanquam per serpentem; mors enim per serpentem seminata est. Sed fine novissimo velut cauda sæculi redimus ad manum Dei, atque appreheensi reparabimur, et, novissima inimica morte destructa, resurgententes in dextera Dei virga regni erimus.

### CAPUT IX.

*De manu Moysis leprosa.*

1. Item datur aliud signum Moysi, *Mille,* inquit, *manum in sinum tuum, et misit. Produc,* inquit, *eam.* Et produxit, et inventa est alba, id est, immunda; albor enim in cute lepra est, non candor. Ipsa enim

*semen doctrinæ caelstis semine suscitaret. Cui calceamentum nupiale Ecclesiæ copulandæ prescripta legis spiritualia deferebant. Non Moyses sponsus; illi enim dicitur: Solve calceamentum pedum tuorum, ut Dominus suo cedat, etc.* GRIAL.

5. Abstulit illis occasionem. Ita Alb., et Flor. 4. Grialius, abstulit illas occasionem; quod nescio unde nomen sumpserit, nam alii Editi habent abstulit occasionem, omissio illis. AREV.

CAP. IX. N. 1. Verba Vulgatae: *Ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam, etc., de medio sinu tuo?* AREV.

hæreditas Dei, id est, populus, ab eo foras missus, A  
immundus factus est. Sicut scriptum est de ea :  
*Ut quid averis faciem tuam, et dexteram tuam de meo  
medio sis in tuo? (Ps. lxxiii, 41)*? Sed quid illi ait? Revoca  
eam in sinum tuum. Revocavit, et reversa est ad co-  
lorem suum.

2. Sic et plebs Iudea nunc aliena est a sinu Dei,  
et foris immunda remansit; sed revocabit eam, et  
redibit ad pristinum colorem, dum agnoverit Dominum  
Salvatorem. Nunc enim exortas ex parte conti-  
git in Israel, donec plenitudo gentium intoreat, et sic  
omnis Israel salvis flat.

#### CAPUT X.

##### *De aquis conversis in sanguinem.*

1. Deinde aquæ missæ in terram a Moysi vertun-  
tur in sanguinem, id est, populi in sanguinis Christi B  
fædem. Aquæ enim, sicut Apocalypsis, quæ vidisti, po-  
puli sunt, et gentes (Apoc. xvii).

#### 365 CAPUT XI.

##### *De ingressu Moysis ad Pharaonem.*

1. Post hæc intrant ad Pharaonem Moyses et Aaron  
petentes viam trium dierum profiscisci in deserto  
populum Israel, ut ibi sacrificare Domino Deo. Quæ  
est via trium dierum, quæ nobis incedenda est, ut  
exeunt de Ægypto pervenire possumus ad locum in  
quo immolare debeamus? Via ista Christus est, qui  
dixit: *Ego sum via, veritas, et vita (Joan. xiv).*

2. Que via triduo nobis incedenda est. Qui enim  
confessus fuerit Dominum Jesum in ore suo, et cre-  
diderit in corde suo quod Deus suscitavit eum a mor-  
tuis tertia die, salvus erit. Hæc est ergo tridui via,  
per quam pervenitur ad locum in quo Domino im-  
molentur et reddantur sacrificium laudes. Abominatio-  
nes, inquit, Ægyptiorum immolabimus Domino  
Deo nostro.

3. Oves quippe Ægyptii edere dedignantur; sed  
quod abominantur Ægyptii, hoc Israelitæ Deo offe-  
runt, quia simplicitatem conscientiæ, quam sapientes  
hujus sæculi, hoc est, cives Ægyptii, quasi fatuatatem  
deputant, hanc justi Deo in sacrificium immolant, et  
per id Deo placere procurant, quod sæculo et mundo  
abjectum et contemptibile esse considerant, secun-  
dum Apostolum, qui ait: *Nam quæ stulta sunt mundi  
elegit Deus, ut confundat sapientes (I Cor. i).*

4. Ex quo autem cœpit loqui Moyses ad Pharaonem, affigitur magis populus Dei. Ex quo in animam  
hominis serino Dei 366 perlatus fuerit, acrius cal-  
lidus hostis consurgit, et majora vitia, quibus vincatur,  
immitiuit. Prius vero quam veniret sermo, qui  
argueret vitia, in pace durabant. Sed ubi sermo Dei  
sucere coepit uniuersus, usque discrimen, tunc con-  
turbatio magna consurgit.

CAP. XI. N. 1. *Quæ est via trium dierum, usque ad  
sacrificium laudis, Orig., Exod. iv, hom. 3. GRIAL.*

2. *Abominationes Ægyptiorum, usque ad placere  
procurant, Greg., x Moral., c. 16. GRIAL.*

CAP. XIV. N. 4. *Dehinc inferuntur plaga. Quæ de-  
cem plaga dicuntur, præter paucæ quadam, suncta  
sunt ex hom. 4 Orig. in c. vii Exod. quæ leguntur*

#### CAPUT XII.

##### *De virga in draconem versa.*

1. Project deinde Moyses virgam coram Pharaone,  
et serpens factus devoravit serpentes Ægyptiorum,  
significans quod verbum caro fieret, qui serpentis  
diri venena evacuaret per remissionem et indulgen-  
tiæ peccatorum. Virga est enim verbum Dei rectum,  
regale, plenum potestatis, insigne imperii.

2. Virga serpens facta est, quoniam qui erat Filius  
Dei, ex Deo Patre natus, filius hominis factus est,  
natus ex virginie, qui quasi serpens exaltatus in cru-  
cem, medicinam vulneribus infudit humanis. Unde  
Ipse Dominus ait: *Sicut Moyses exaltavit serpente  
in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis (Joan.  
iii).*

3. Virga enim Moysi, in draconem conversa, ma-  
gorum absorbuit virgas; et Christus post gloriæ sue  
dignitatem factus est obediens usque ad mortem, et  
per ipsam mortem carnis consumpsit aculeum mortis,  
attestante propheta: *Ero mors tua, o mors, ero mór-  
sus tuus, inferne (Osee xiii).*

#### CAPUT XIII.

##### *De obduratione Pharaonis.*

1. Induravit Dominus cor Pharaonis, scilicet quia  
diabolus ita induravit post peccatum, ut penitentias  
compunctione nunquam emolliatur, sicut in Job de  
eo scriptum est: *Indurabitur, quasi lapis (Job. xii).*

#### 367 CAPUT XIV.

##### *De decem plaga.*

1. Dehinc inferuntur plaga in Ægyptum. Licet  
illa in Ægyptiis corporaliter gesta sunt, spiritualiter ta-  
men nunc geruntur in nobis. Ægyptus namque sæculi  
forma est. Prima plaga, in qua primo aquæ vertun-  
tur in sanguinem. Aquæ Ægyptiæ erratica, et lu-  
brica philosophorum sunt dogmata.

2. Quæ merito in sanguinem vertuntur, quia in  
rerum causis carnaliter sentiunt. Sed ubi crux Christi  
mundo huic lumen veritatis ostendit, hujusmodi  
eum correctionibus arguet, ut ex qualitate poena-  
rum proprios agnoscat errores.

3. In secunda vero plaga ranæ producuntur, qui-  
bus indicari singulariter arbitratur carmina poeta-  
rum, qui inani quadam, et inflata modulatione, velut  
ranarum sonis et cantibus mundo huic deceptionis  
fabulas intulerunt. Rana est enim loquacissima va-  
nitas; ad nihil enim aliud animal ipsum utile est,  
nisi quod sonum vocis improbis et importunitis clা-  
moribus reddit.

4. Post hæc cynipes producuntur. Hoc animal  
quidem pennis suspenditer per æra volitans; sed  
ita subtile est, et minutum, ut oculi visum, nisi acute  
cernentis, effugiat. Corpus autem cui insederit acer-

etiam apud Augustin., serm. 87 de tempore. GRIAL.

3. Qui inani. Ita melius videtur cum Alb. et Augusti-  
no, quam quæ inani, ut Grialius edidit. ANSV.

4. *Cynipes.* Ita scribitur in Etymolog., lib. xii, cap.

8. Grialius hoc loco edidit *scynipes.* Mirum, quan-  
tum alii in hujus vocabuli scriptura variant. ANSV.

bissimo terebrat stimulo, ita ut quem volantem quis videre non valet, sentiat statim stimulatem.

5. Hoc ergo animalis genus subtilitati hæreticæ comparatur: quæ subtilibus verborum stimulis animalia terebrat, tantaque calliditate circumvenit, ut deceptus quisque nec videat, nec intelligat, unde decipiatur. Quod vero in tertio signo magi cessaverunt dicentes: *Hic dígitus est Dei; magi illi typum hæreticorum atque animositatem habuerunt.*

**368** 6. Declarat hoc Apostolus, dicens: *Sicut Janus, et Mandres restiterunt Moysi, sic et hi resistunt veritati; homines mente corrupti, et reprobri circa fidem, sed ultra non proficient. Dementia eorum manifesta erit omnibus, sicuti et illorum fuit (II Tim. iii, 8).* Hi autem, qui per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi adversum esse Spiritum sanctum, qui erat in Moysi.

7. Tertio enim loco ponitur Spiritus sanctus, qui est dígitus Dei. Unde et illi deficientes in tertio signo, dixerunt: *Dígitus Dei est hic.* Sicut autem conciliatus et placatus Spiritus sanctus præstat requiem mitibus et humilibus corde, ita contrarius adversus inmites ac superbos inquietudinem exagit, quam inquietudinem muscae illæ brevissimæ significaverunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: *Dígitus Dei est hic.*

8. Quarto loco muscis Ægyptius percutitur. Musca enim nimis insolens et inquietum animal est, in qua quid aliud quam insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? Ægyptius ergo muscas percultur, quia eorum corda qui hoc seculum diligunt desideriorum suorum inquietudinibus feruntur.

9. Porro Septuaginta interpres cynomyiam, id est, caninam muscam posuerunt, per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas et libido arguitur carnis. Potest quidem hic locutus significare etiam per muscam caninam forem hominum eloquentiam, qua veluti canes alterutrum se lacerant.

10. Jam vero quinto in loco animalium nece, vel pecudum Ægyptius verberatur. Vecordia in hoc arguitur, stultitiaque mortalium, qui, tanquam irrationalia pecora, cultum et vocabulum Dei imposuerunt figuris, non solum hominum, sed et pecudum, ligno et lapidibus impressis, Ammonem Jovem in arietate venerantes, et Anubem in cane, Apin quoque colentes in tauru, et cætera quoque quæ Ægyptius deorum suorum portenta miratur; et in quibus cultum credebant iniisse divinum, in his viderunt miseranda supplicia.

**369** 11. Ulcera post hæc et vesicæ turgentes cum fervore sexto in verbere producuntur. In ulce-

6. Grialius scribit *Janus*, in Vulgata est *Janus*; et mox ita et hi. AREV.

8. Musca enim nimis insolens, usque ad feruntur, Greg. verba, xviii Mor. c. 25. GRIAL.

9. De canina causidicorum facundia agit Isidorus, lib. iii Sentent., cap. 57, quem ad locum erudita

A ribus arguitur dolosa hujus sæculi et præcula malitia, in vesicis tumens et inflata superbia, in servoribus ira ac furoris insania. Hucusque enim talia per errorum suorum figuræ mundo supplicia temperantur.

12. Post hæc vero verbers veniunt de superbris, scilicet voces, tonitrua, et grando, et ignis discurrens. In tonitruis enim increpationes, ac divinæ correptiones intelliguntur, quia non cum silentio verberat; sed dat voces, et doctrinam cœlitus initit, per quam possit culpam suam castigatus agnoscere mundus.

13. Dat et grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascentia vitiorum. Dat et ignem, sciens esse spinas et tribulos, quos debeat ignis ille despaci. De quo dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram* (Luc. xii). Per hunc enim ignem incentiva voluptatis et libidinis consumuntur.

14. Quod autem locustarum octavo in loco fit mentio, putatur a quibusdam per hoc genus plague dissidentis a se et discordantis humani generis inconstantia confutari. Allo quoque sensu locutæ pro mobilitate levitatis accipienda sunt, tanquam vagæ et salientis animæ in sæculi voluptates.

15. Nona plaga tenebræ factæ sunt, sive ut mentis eorum exercitas arguantur, sive ut intelligentæ dispensationis et providentiae obscurissimas esse rationes. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum (Psalm. xvii), quas illi audacter et temere perscrutari cupientes, et alia ex aliis asserentes, in crassas C et palpabiles ignorantiae tenebras devoluti sunt.

16. Ad ultimum delenunt primogenita Ægyptiorum, sive principatus, et potestates, et mundi rectores tenebrarum harum, sive auctores et inventores falsarum, quæ in hoc mundo fuerunt, religionum, quas Christi veritas cum suis extinxit et delevit auctoribus.

17. Porro quod sequitur: *In diis eorum faciam iudicium*, illud Hebræi autem, quod nocte quæ egressus est populus omnia in Ægypto tempora destructa sunt, sive motu terræ, sive tactu fulminum. Spiritualiter autem dicimus, quod egredientibus nobis ex 370 Ægypto errorum idola corrunt, et omnis perversorum dogmatum cultura quatatur.

## CAPUT XV.

### De Pascha.

1. Interea fit pascha: in occisione agni occiditur Christus, de quo in Evangelio dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (Joan. i). Vespera immolatur agnus, in vespera mundi passus est Dominus. Prohibentur qui pascha faciunt ossa frangere; non franguntur in cruce ossa Domini, attestante evangelista, qui ait: *Os ejus non comminuetis* (Joan.

annotatio est Loaisse. AREV.

14. Alio quoque sensu, usque ad locutæ, Greg. xxviii Moral., c. 27. GRIAL.

Ibid. Apud Grialium fortasse legendum: *Alio quoque sensu usque ad voluptates*. AREV.

19). *Sanguine agni illiniuntur Israelitarum postes, ne vastator angelus audeat inferre perniciem.*

2. Signantur signo dominice passionis in frontibus fideles populi ad tutelam salutis, ut hi soli ab intetu liberentur, qui crux dominicae passionis corde et fratre signati sunt, qui etiam opere loquuntur : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Unde et appellatur ipsa solemnitas *Phase*, quod nos transitum possimus vocare, eo quod de pejoribus ad meliora pergentes, tenebrosam *Ægyptum* derelinquimus.

3. Quod autem ait de agni illius esu : *Omnis alienigena non comedet ex eo, et in una domo comedetur, nec efferentis de carnis ejus foras, hoc de Christi corporis sacramento, cuius agnus ille figuram obtinuit, proprie tenetur scriptum : cuius corpus et sanguis in una domo, id est, in una Ecclesia vesci præcipitur, nec efferri foras, in plebis scilicet hereticorum, quæ ab eadem Ecclesiæ catholicæ unitate foris vagantur.*

#### CAPUT XVI.

##### *De thesauris Ægyptiorum.*

1. Præcepit deinceps populo Deus per Moysen, ut ab Ægyptiis sibi commoda paterent, quæ auferrent. Sicque Moyses et populus profiscens, auro et argento spoliavit Ægyptios jussu Domini Dei, nihil injuste jubentis.

2. Quid ergo hæc præfiguraverint, nisi quod in auro, et argento, ac veste Ægyptiorum significatae sunt quædam doctrinæ, 371 quæ ex ipsa consuetudine gentium non inuili studio discuntur? Sed sive hoc significet, sive illud, quod ex ipsis gentibus animalia pretiosæ, tanquam vasa aurea et argentea cum suis utique corporibus, quod vestes significant, adiunguntur populo Dei, ut simul de hoc sæculo, tanquam de Ægypto, liberentur.

#### CAPUT XVII.

##### *De azymis.*

1. Quod vero ait, fermento sublato, sic profectos esse filios Israel de Ægypto, hoc et a nobis modis omnibus, si fieri potest, elaborandum est, ut excusentes a sæculi hujus illecebris, non ambulemus in fermento veteris malitiæ et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis, quod est in novi hominis conversatione, relieto pristino homine cum vitiis suis.

2. Et illi quidem septem diebus azyma comedebant. Nos vero si simpliciter, et pure versemur in his septem diebus, quibus mundus iste peragitur, qui semper in suo ordine revolvuntur, et quotidie, nobis agnus occiditur, et pascha quotidie celebratur, si fermentum malitiæ, et nequitiae non habemus, si innovati, nihil ex veteris corruptionis malitia facere delectemur.

3. Nam quid est aliud fermentum, nisi corruptio naturæ? quod et ipsum prius a naturæ dulcedine re-

Cap. xxiii. N. 1. Fere totum hoc caput exscribitur a Sancto Ildefonso, de cognit. baptisimi, Cap. 99, paucis imputatis, ut : *Christus est qui etiam et columna, quia*

A cedens, adulterino acre corruptum est. In hac nobis præcipitur mansio, ut semper egressionis ex Ægypto memores simus, ut celebremus pascha, id est, transitum nostrum de prioribus ad meliora, et primogenita nostri uteri, id est, nostrorum operum cunctarumque virtutum principium Domino conseruemus.

#### CAPUT XVIII.

##### *De columna ignis, et nube.*

1. Jam tunc videtur Dominus nocte in columna ignis, et per diem 372 in columna nubis, præcedens populum, et dux itineris factus. Nubes ista præcedens Christus est: idem etiam columna, quia rectus, et firmus, et fulcens infirmitatem nostram. Per noctem lucens, per diem non lucens, ut qui non vident videant, et qui vident cæci flant (*Joan. ix, 39*).

2. Potest et sic non incongrue accipi, quod Christi sacramentum tanquam in die manifestatum est in carne, tanquam in nube; in iudicio vero, tanquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio sæculi tanquam ignis, et lucebit justis, et ardebit iniquis.

#### CAPUT XIX.

##### *De divisione maris*

1. Sequentibus inde Ægyptiis, percudit Moyses virga aquas, et transierunt filii Israel per medium mare Rubrum. Quid mare Rubrum, nisi baptismus est Christi sanguine consecratus? Hostes sequentes cum rege, qui a tergo moriuntur, peccata sunt præterita, quæ delentur, et diabolus, qui in spirituali baptismi suffocatur. Premunt quidem Ægyptiis; urgunt et instant peccata, sed usque ad aquam.

#### CAPUT XX.

##### *De cantico:*

1. Post transitum Rubri maris canit canticum populus Deo, Ægyptiis et Pharaone submersis. Non aliter et fideles, postquam de lavaero descendunt, extinctis peccatis, hymnum in voce gratulationis emittunt, dicentes: *Cantemus Domino, gloriore enim honorificatus est; equum et ascensorem project in mare.*

2. Quod tamen melius et dignius ille dicit qui habuerit tympanum in manu sua, sicut Maria, id est, carnem suam crucifixerit cum vitiis et concupiscentiis (*Gal. v*), et mortificaverit membra sua quæ sunt super terram (*Coloss. iii*).

3. Jam deinceps post maris transitum populus per desertum. Baptizati scilicet omnes per mundum, non perfuentes promissa patria; sed quod non vident, sperando, et per patientiam 373 exspectando, tanquam in deserto sunt, et illic laboriosæ et periculose tentationes, ne revertantur corde in Ægyptum, nec ibi tandem Christus deserit, nam et illa columna non recedit.

*rectitudo, et firmitas, et sustentatio est nostræ infirmatis.* AREV.

## CAPUT XXI.

*De aquis gmaris.*

1. Egresso populo de mari Rubro, occurrit eromus, in qua tribus diebus ingredientes non habuerunt aquas, et pervenerunt ad fontem Marah, qui ex amaritudine nomen accepit. Murmurat populus videns aquas, et potare non sustinens. Mittit lignum Moyses in aquas, et factæ sunt dulces. Intellige amaras aquas occidentis litteræ et legis habere figuram.

2. Quibus si immittatur confessio crucis, et passionis dominice sacramentum jungatur, tunc efficitur aqua Maræ suavis, et amaritudo litteræ vertitur in dulcedinem intelligentiae spiritualis. Unde et scriptum est: *Constituit Dominus populo suo legem, et iudicia, et tentari eum.*

3. Alio quoque sensu, quod aquæ Maræ, ligno in se suscepto, dulcescunt, indicium erat amaritudinem gentium per lignum crucis Christi in usum dulcedinis quandoque esse vertendam.

4. Scendum vero juxta superiorem sensum, quod primum ductus est Israhel ad aquas salsas et amaras, et ligno monstrato a Domino dulcibus effectis, postea venitur ad fontes. Primo enim ducitur populus Israel ad litteram legis, in qua donec permanet, de amaritudine recedere non potest.

## CAPUT XXII.

*De duodecim fontibus.*

1. Cum ergo per lignum vita dulcis fuerit effecta, intelligi **374** lex spiritualiter coepit, tunc de Veteri Testamento transitur ad novum, et venitur ad duodecim apostoliens fontes. Ubi arbores erant septuaginta palmarum. Non enim duodecim soli apostoli fidem Christi praedicaverunt, sed et alii septuaginta miasi ad praedicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriae Christi mundus agnosceret.

2. Siquidem et isti duodecim fontes, septuaginta palmarum arbores irrigantes, apostolicam gratiam prefigurant, populus in septenario numero decuplato rigantem, ut per septiforme Spiritus donum legis decalogus impletatur.

## CAPUT XXIII.

*De cibis aliis, et manna.*

1. Murmurat interea populus in deserto propter fames, et conversus procul in nube respexit gloriam Dei. Aspergitque vespere coturnicem, et mane diei alterius manna. Quid enim per voluerum escas, nisi prædicationes divinitus missæ intelliguntur? Quæ

CAP. XXI. N. 1. *Egresso populo.* Ex hom. 7 Orig. in c. xv, vel sermone Aug. 91 de tempore. GRIAL.

CAP. XXII. N. 1. *Cum ergo per lignum,* usque ad agnosceret, verba sunt Orig., ibid. GRIAL.

*Ibid.* Prudentius in *Ditiochæo*, n. 14, in hac allegoria explicanda versatur, in cuius commentario nonnulla annotavi ex saeclo Ildefonso, et sancto Martino Legionensi, qui Isidorum quoque concinuant. Ibi etiam explicui epr discipuli Christi aliquando septuaginta duo dicantur. Pro fidem Christi prædicaverunt Codex Regioval. 693 exhibet fidem Christi mundum innotuerunt, quod genuinum arbitror. AREV.

2. *Septiforme.* Alb., septiformis. GRIALius, mendose, si arbitror, septiformem, quamquam etiam apud san-

A transcurrunt per verba sonantia, quasi per aerem volatilia pennata, quibus per fidem pascuntur hi qui ad patriam regni celestis pervenire contendunt.

2. Potest quidem et volucrum esca veteris significare legis eloquia, quæ plebem carnalem, tanquam carne, alebat per verba divinitus missa, quasi per volatilia. Unde et vespere dantur, quia cuncta quæ carnaliter illis concessa sunt finem erant habitura.

3. Manifestato autem lumine fidei datur manna populo. Manna utique, quod est Christus, qui tanquam panis vivus de celo descendit, qui per nubes evangelicas universo orbi pluitur, non jam **375** murmuranti populo, et tentanti Synagogæ, sed credenti et in illo spem ponenti datur Ecclesiæ. Hoc est autem manna indeficiens, hic est panis cœli, et verus cibus B angelorum, quo Dei verbum corruptibilis incorruptibiliter pascit, quod ut manducaret homo, caro factum est, et habitavit in nobis.

4. Quo etiam qui resuntur, spiritualiter vivunt. Nam illi veterem figuram carnaliter accipientes mortui sunt. Non incongrue per manna etiam cœlestia significantur eloquia. Unde et interpretatio nominis sic sonat; manna enim interpretatur, *quid est hoc?* Cum enim audimus legem Dei recitari in ecclesia, interrogamus doctores dicentes: *Quid est hoc?* Hoc autem manna minutum erat, sicut semen coriandri, et suave. Quid verbo Dei minutius? quidve subtilius? aut quid dulcius et suavius eloquiis Dei, quæ sunt super mel et favum (*Psalm. cxviii.*)?

5. Sed quid est quod sexta die duplum colligi jubetur, quod etiam sufficiat in Sabbatho? Sexta dies ista est sexta ætas mundi, in quo nunc sumus. In hac ergo duplum colligit, qui propter spem vitæ æternæ verbum Dei audit et facit; in hac duplum recondit, qui bene vivit, et aliis misericordiam præbet.

6. Quod et reponebatur pro sabbato, non corrumpebatur. Bona enim opera facta propter futuram requiem in futuro sæculo permanent. Qui vero inindeles erant, et præter causam Sabbathi servabant de manna, ebulliebant ex vermes, et computrescebat; sic et qui propter præsentem vitam et amorem sæculi thesaurizant, bis ille vermis ebullit qui nunquam moritur. Isi sunt vermes quos generat avaritia, et divitiarum circa cupiditas his qui habent pecunias, et videntes in necessitate fratres suos, claudunt ab D eis viscera sua.

7. Sed et iis qui post susceptum verbum Dei pec-

clum Martinum Legionensem, qui Isidorum exscribit, tom. I, pag. 298, eodem modo septiformem legitur. AREV.

CAP. XXIII. N. 1. *Murmurat,* usque ad super mel et favum, sententia ex eod. Orig.; verba diversa. GRIAL.

*Ibid.* Coturnicem. Alb., coturnices, quod videtur præferendum. AREV.

5. *Sed quid est quod sexta,* usque ad vermis efficiatur, ex eod. loco. GRIAL.

6. Alb.: *Et propter causam sabbati servabant illud,* ebulliebant, etc. Verum propter rejiciendum est. GRIALius, præter causas. AREV.

7. *Sed et iis qui,* etc. Ita Codex Albornoz. GRIALius cum aliis Editis: *Sed et is qui post susceptum ver-*

cant, efficitur ipsum verbum Dei vermis, qui eorum semper conscientiam fodiat, et arcana pectoris rodat. Quanquam et vermis sit Christus, **376** ipso loquente: *Ego autem sum vermis, et non homo (Psalm. xxi).* Sicut enim ipse est aliis in ruinam, aliis in resurrectionem, ita et ipse in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur.

#### CAPUT XXIV.

##### *De petra virga percussa.*

1. Post manna queritur populus sub ardore sitiis, et sors de petra erupit. Eadem autem petra, quae percussa aquam evomuit, Christi figuram habuit. Quo aperto, aquæ cunctæ fluxerunt, ad quem velut virga lignum passionis accessit, ut emanaret credentibus gratia. Percussa enim petra sors manavit. Percussus in cruce Christus sitiens lavacri gratiam, et dominum Spiritus sancti effudit.

2. Petram enim istam figuram habuisse Christi probat Apostolus, cum dixit: *Bibebant autem de spirituali consequenti eos petra, petra autem era Christus.* Quod autem sitiens populus propter aquam murmurat adversus Moysen, et propterea jubet ei Deus ut ostendat eis petram, de qua bibant, quid hoc significat, nisi quia si quis est qui legens Moysen murmurat adversus eum, et displicet ei lex quae secundum literam est scripta, ostendit et Moyses petram, qui est Christus, et adducit eum ad ipsam, ut inde bibat, et reficiat sicut suam?

#### CAPUT XXV.

##### *De pugna Amalech.*

1. Post haec Moyses ascendit in montem, Iosue contra Amalech militat, tenet virgam Moyses, brachia sua in modum crucis extendit. Sicque hostis, id est, diabolus, vitam coelestis patriæ intercludere molitus, signo crucis dominice superatur. Dum levaret manus Moyses, vincebat Israel; rursus si inclinasset, superabat Amalech. **377** Elevantibus enim nobis actus nostros ad cœlum, rectores tenebrarum subjiciuntur.

2. At contra remissis orantes manibus, hoc est, terrenam conversationem sectantes, hostis victor insequitur, sedet Moyses super lapidem, qui in Zacharia septem habebat oculos (*Zach. viii.*), et in Samuelis volumine appellatur Lapis adjutorii (*I Reg. viii.*), et utrumque manum ejus, Aaron et Hur, quasi duo populi, aut duo Testamenta, sustentant.

#### CAPUT XXVI.

##### *De cognato Moysis.*

1. Devicto autem Amalech, supervenit Jethro soror Moysis, adduct Sephoram, id est, Ecclesiam, utrumque filium ex utroque populo procreatum. Dat

bum Dei peccat, efficitur ei ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, etc. Quot etsi implicatum videtur, ferri tamen potest. AREV.

**CAP. xxiv. N. 4.** *Post manna, usque ad sicut suam, ex eod. GRIAL.*

*Ibid. Grialius, queritur populus. Alb., ejus aperto latere cuncta fluxerunt. AREV.*

**CAP. xxv. N. 4.** *Post haec Moyses, ex eod. GRIAL.*

**2.** *Lapidem qui. Alborn., Lapidem, id est, Ecclesia super Christum, qui. AREV.*

**A** Moysi consilium septuaginta seniorum. Audit eum Moyses, et facit quæcunque dicit. Ubi magna admirationis est, ut Moyses propheta Deo plenus, qui cum Domino facie ad faciem loquebatur, ab homine gentili consilium acciperet, et saceret omnia quæcunque diceret illi, nisi ut formam humilitatis populorum principibus daret, et futuri sacramenti designaret imaginem.

2. Sciebat enim quandoque futurum quod per populum ex gentibus congregatum ea quæ in lege deerant, eo sugerente, completerentur, bonumque et spiritualem intellectum afferret ad legem Dei, et sciebat quia audiret eumdem populum lex, et saceret omnia quæcunque diceret, legisque diminutio, sugerente Evangelio, completeretur.

#### CAPUT XXVII.

##### *De ascensione Moysis in montem.*

1. Successit itaque post haec populus quadraginta septima die egressionis **378** ex Egypto ad montem Sina, ibique Moyses ascendit ad Dominum, et Dominus ad eum descendit. Mons quippe altitudo contemplationis nostræ est, in qua ascendimus, ut ad ea quæ ultra infirmitatem nostram sunt intenda sublevemur. Sed in hanc Dominus descendit, quia sanctis multum proficiens parum de se aliquid eorum sensibus aperit.

#### CAPUT XXVIII.

##### *De tonitruis et fulguribus.*

1. Jam deinde quinquagesima die post actuum pascha data est lex Moysi. Ita et quinquagesima die post passionem Domini, quam pascha illud præfigrabat, datus est Spiritus sanctus, promissus Paracleitus, descendens super apostolos, et qui cum eis erant, in centum viginti Mosaicæ etatis numero constitutos; et divisis linguis credentium, totus evangelica prædicatione mandas impletus est.

2. Dicitur ille lex scripta digito Dei. Et Dominus dicit de Spiritu sancto: *In digito Dei ejicit demonia.* Aspicit illic cunctus populus voces, et lampades, montemque sumantem, tonitrua, et fulgura, clangoremque buccinæ perstrepenrem. In vocibus namque et tonitruis clamor prædicantium intelligitur, in lampadibus claritas miraculorum, in sonita buccinæ fortis prædicatio sanctorum.

3. Quæ omnia in adventu Spiritus sancti completa sunt, quando omnes discipuli Christi in varietate linguarum præceptis et signis intonnerunt. Interpretatur autem Sinai rubus, quod significat Ecclesiam, in qua et Dominus loquitur Moysi. Quod autem daturus Dominus, in igne et sumo descendit, hoc significat, quia et fideles claritatis suæ ostensione

**CAP. xxvi. N. 4.** *Devicto autem Amalech, usque ad compleetur, Orig., hom. 11 in cap. xvii. GRIAL.*

**CAP. xxvii. N. 1.** *Successit utique, usque ad sensibus aperit, verba sunt Greg., v Moral., c. 27. GRIAL.*

*Ibid. Descendit. Mons. Alborn. addit: Descendit. Sed quid est moraliter, quod Moyses in monte ascendit, et Dominus ad montem descendit? Mons, etc. Grialius in not. utique, pro itaque. AREV.*

**CAP. xxviii. N. 3.** *Quod autem legem daturus, usque ad obsecrare, verba Greg., vi Moral., c. 17. GRIAL.*

illuminat, et infidelium oculos per sumum erroris obscurat.

4. Quod vero videtur in caligine, hoc significat, quia impi, qui terrena sapiunt, caligine malitiae eum descendentem, id est, **379** in humilitate nascentem, non cognoverunt. Alias in caligine visus legem dedit, quia veritatem suæ legis non securis infidelibus quasi per caliginem dixit: *Ut videntes non videant, et audientes non audiant.*

#### CAPUT XXIX.

*De decem verbis.*

1. Dat igitur inde Dominus Moysi legem innocentiam nostræ, et cognitionis suæ. Eamdemque in decem verba constituit, et sexenis tabulis digito suo scripsit. Et hæc quidem præcepta ita sunt distributa, ut tria pertineant ad dilectionem divinae Trinitatis, septem vero ad amorem fraternalum, quibus societas humana non læditur.

2. Primum Decalogi mandatum ad Deum Patrem pertinet, dum dicit: *Dominus Deus tuus Deus unus es.* Utique ut hæc audiens, unum Deum Patrem colas, et in multis factis deos fornicatiowem tuam non effundas. In hoc præcepto prohibetur coli aliqua in figuris hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago ejus coli debet, nisi illa que et hoc est quod ipsa, nec ipsa pro illo, sed cum illo.

3. Secundum præceptum ad Filium pertinet, dum dicit: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Creatura enim mutabilis est, ac propriea dicitur: *Omnis creatura vanitati subjecta est.* Ergo, ne quisquam Filium Dei Verbum, per quod facta sunt omnia, putaret esse creaturam, ideo dicitur: *Non accipies in vanum nomen Domini Dei tui;* id est, ne aestimes creaturam esse Filium Dei, quoniam omnis creatura vanitati subjecta est; sed credas quia esse æqualem Patri, Deum de Deo, verum Verbum, per quem omnia facta sunt.

**380** 4. Tertio præcepto legis insinuat de observatione Sabbati, quod ad Spiritum sanctum pertinet, cuius dono requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia Spiritus sanctus dicitur, in quo nobis requies æterna promittitur, propriea et septimum diem sanctificavit Deus. In aliis enim diebus operum non est nominata sanctificatio, nisi in Sabato, ubi dicitur: *Requievit Deus.*

5. Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad Spi-

ritum sanctum, tam propter nomen sanctificationis, quam etiam propter æternam requiem ad donum Spiritus sancti pertinentem. Dicitur enim ibi: *Memento ut diem Sabbati sanctifices: sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua; septimus autem dies Sabbatum est nomini Dei tui, non facies onus opus.*

6. In sex dierum opere sex millium annorum operatio continetur. In septimo vero requies illius beati regni et tempus ostenditur, quod carnaliter Judei sapientes et celebrantes peccant. Et hoc ne nos ad fidem mendacij saltantis aptemus, clamat per prophetam Deus: *Neomenias et Sabbatho vestra odi vit anima mea (Isai. 1).*

7. Quomodo ergo sanctificata erunt Sabbathi illa, quæ odivit Deus? Illud ergo Sabbathum est sanctificatum ubi post bona vitæ hujus opera requies nobis æterna promittitur. Ideoque quidquid agimus, si propter futuri sæculi requiem facimus, veraciter Sabbathum observamus, non ut jam in ista vita nos requiescere æstimemus, sed ut omnia quæ bene operamur, non habeant intentionem, nisi in requiem sempiternam.

8. Post hæc tria præcepta, quæ ad Deum pertinent, septenarius succedit numerus mandatorum ad dilectionem proximi pertinens, et incipit ab honore parentum. Quod tamen in ordine quartum est: *Honora patrem tuum et matrem tuam.* A parentibus enim suis homo aperit oculos, et hæc vita ab eorum dilectione sumit exordium. Inde hoc mandatum primum est in septem, sicut et Dominus in Evangelio ait: *Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum (Matth. xv).*

**381** 9. Sed quomodo primum quod quartum, nisi quia, ut prædictum est, in septenario numero, qui pertinet ad dilectionem proximi, primum est in altera tabula? nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt. Jubetur ergo in hoc præcepto filiis honorare parentes, neque contumeliosos illis existere, sed officio pietatis reverentiam debitam præstare. Nam qui parentibus honorem deferre non novit, quibus parcere poterit, aut quomodo alios diligere poterit, qui suos odit?

10. Quintum: *Non occides.* Etenim non solum opere perpetrans homicidium facit, sed etiam et qui incurrit in eum esurientem, vel nudum, qui mori possit, nisi indumentum cibumque porrigendo subveniat, et idem homicida tenebitur.

11. Sexum: *Non mæchaberis, id est, ne quisquam*

**CAP. XXIX. N. 1.** Scripsit. Et hæc. Alii: *Scribit; quare in tabulis lapideis signat, Judas dura cervice fuisse. Et hæc.* AREV.

2. In hoc præcepto, usque ad sed cum illo, hæc tantum legebantur in Val. et Compl., quæ propriea receperimus, quia sunt Aug. verba, epist. 119, ad Januar., cap. 11. GRIAL.

*Ibid.* Codex Regioval. 293, ad marginem, addit: *Boc præcepto prohibetur coli in figuris hominum Dei similitudo; non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago ejus coli debet, nisi illa quod hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo sed cum illo.* AREV.

3. Creatura enim, usque ad Dei tui, in solo Val., quæ sunt item Aug. verba. GRIAL.

4. *Tertio præcepto legis.* Omnia ex epist. Aug. citata ad Januar., cap. 11 et seq. GRIAL.

6. In sex dierum opere sex millium annorum operatio continetur. Quid de his verbis sentiremus, dirimus ad c. vii Gen., adulterina plane esse, neque reperiri usque hujusmodi quidquam in Codice Olivensi, neque apud Aug., unde sunt reliqua. GRIAL.

9. Ex nonnullis MSS. colligitur jubentur... filii honorare, etc. AREV.

10. Albornoz.: *Non solum enim qui opere perpetrat, homicidium facit, sed etiam qui claudit viscera sua fratri suo, quem videt pati necessitatem quæ ducat ad mortem, et idem homicida tenetur.* Pro in eum esurientem alii habent in hominem esurientem. AREV.

præter matrimonii fœdus aliud feminis misceatur ad excludam libidinem. Num specialiter adulterium facit qui præter suam conjugem ad alteram accedit.

12. Septimum : *Non furtum facies, quod est viuum rapacitatis.*

13. Octavum : *Non falsum testimonium dices, quod est crimen mendacii et falsitatis.*

14. Nonum : *Non concupisces uxorem proximi tui.*  
In hoc præcepto vetat intentionem adulterinæ cogitationis. Nam aliud est facere aliquid tale præter uxorem, aliud non appetere alienam uxorem. Ideo duo præcepta sunt, *Non mœchaberis*, et, *Non concupisces uxorem proximi tui.*

15. Decimum : *Non concupisces rem proximi tui.*  
In quo præcepto damnat ambitionem sacerdoti, et refrenat concupiscentiam rerum. Itaque horum primum prohibet superstitionem, secundum errorem, tertium interficit sacerdoti amorem, quartum impietatem, quintum crudelitatem, sextum alludit fornicationem, septimum rapacitatem, octavum perimit falsitatem, nonum adulterii cogitationem, decimum mundi cupiditatem.

16. Inter hæc igitur omnia decem præcepta solum ibi quod de Sabbatho positum est figuratae observandū præcipitur. Quam **382** figuram nos intelligendam, non etiam per otium corporale celebrandam, suscepimus. Reliqua tamen ibi præcepta proprie præcepta sunt, quæ sine ulla figurata significacione observantur. Nihil enim mystice significant, sed sic intelliguntur ut sonant. Et notandum quia sicut decem plagi percutiuntur Ægyptii, sic decem præceptis conscribuntur tabulæ, quibus regantur populi Dei.

#### CAPUT XXX.

##### *De duabus tabulis.*

1. Cur autem in duabus tabulis scripta est lex, nisi aut propter duo Testamenta significanda, aut propter illa duo præcepta dilectionis Dei, et dilectionis proximi, in quibus tota lex pendet et prophetae? Hæc enim in tabulis singulis explicata sunt. In una enim tria præcepta ad Dei pertinentia charitatem; in altera vero septem pertinentia ad proximi societatem.

#### CAPUT XXXI.

##### *De lapideis tabulis.*

1. Sed cur lapideæ exædem tabulæ fuerint, nisi ad significandum cor Iudeorum lapideum? Per lapidem **D** insensibilitatem demonstravit duram eorum mentis stoliditatem, de qua propheta dicit : *Aueram ab eis cor lapideum, et dabo eis cor carneum* (*Ezech. xxxvi*).

2. Unde Apostolus : *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* (*II Cor. iii*). Neque enim

16. Inter hæc igitur omnia, usque ad *ut sonant*, tantum leguntur in Val. et Compl. Sunt tamen Aug. verba, c. 12, epist. 119, ad Januar. GRIAL.

Ibid. Mendum erat apud Grialium sol ibi quod. Pro inter hæc... *ut sonant*, Flor. 2, p. uerioribus verbis : *Ex his decem præceptis tria pertinent ad amplectendum Deum. Reliqua septem ad amorem fraternalum, quibus humana societas non læditur. Post regantur populi Dei*, Flor. 2 addit et dæmones occiduntur. AREV.

A hoc tabulae carnales volunt, ut carnaliter sapiamus, sed quia in comparatione lapidis, qui sine sensu est, caro sentit, idcirco per lapidis duritatem significatum est cor non intelligens, et per carnalem sensibilitatem significatum est cor intelligens.

#### 383 CAPUT XXXII.

##### *De altari de terra.*

1. Quod autem additur ibi a Domino : *Non faciatis vobis deos argenteos et aureos, altare de terra faciatis mihi.* Altare enim de terra Deo facere est incarnationem Mediatoris sperare; tunc quippe a Deo nostrum munus accipitur, quando in hoc altari nostra humilitas, id est, super dominicæ incarnationis fidem posuerit quidquid boni operatur; in altari ergo de terra oblationum munus offerimus, si actus nostros dominicæ incarnationis fide solidamus.

#### CAPUT XXXIII.

##### *De non sectis lapidibus faciendo.*

1. Deinde adjecit : *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim levaveris super id cultrum, polluetur. Secti lapides hi sunt qui unitatem scindunt, ac dividunt semetipsos a societate fraterna per odium, vel schismata: tales in corpore suo non recipit Christus, cuius corporis figuram altaris illius constructio obumbrabat.*

2. Isti vero non sciti lapides, ex quibus altare construi jubetur, hi sunt qui fidei morumque unitate solidantur, de quibus dicit Apostolus : *Vos estis lapides vivi, coædificati in domus spirituales.* His non est injectum ferrum, quia incorrupti sunt, et jacula maligni ignita non receperunt; quique unum altare faciunt, quia unitatem fidei vel concordiam charitatis sequuntur.

#### 384 CAPUT XXXIV.

##### *De non ascendendo ad id per gradus.*

1. *Non ascendes per gradus ad altare meum*, id est, non gradatim unum alio præferens, ad me pervenies, neque priorem, neque posteriorem tempore discernes, quia divisum et sequestratum unitatis Dominum propitium non habebis. Hoc enim Ariani faciunt, qui inseparabilem Patris, Filii, et Spiritus sancti substantiam dividunt. Jam deinde quamplura legis præcepta dantur, quibus omissis, quæ opportuniora sunt dicenda sunt.

#### CAPUT XXXV.

##### *De Hebreo sex annis scrivente.*

1. Præcipitur enim post hæc in lege ut Hebreus puer, si forte in servitutem devenerit, sex annis serviat, septimo vero anno liber dimittatur. Quod si credi a servitute noluerit propter uxorem et filios,

**CAP. XXXII. N. 1.** *Quod autem additur, usque ad fide solidamus*, Greg., in Moral., cap. 15. GRIAL.

**CAP. XXXIII.** In titulo intelligitur *De altari*, etc. Hos titulos non ab auctore, sed ab exscriptoribus factos satis constat. AREV.

**CAP. XXXIV. N. 1.** In ms. Cod. Alb. est *ascendes*, ut in Vulgata, Exodi xx, 26, et in titulo hujus capituli indicatur *De non ascendo*, quod propterea retinui, quamvis Grialius cum aliis exhibeat accedes. AREV.

perforabitur auricula ejus subula, et erit servus in sæculo.

2. Hoc de præsenti non dicitur sæculo, sed de futuro, quia in sex ætatis hujus sæculi servientes, in septimo die, id est, æterno Sabbatho liberabimur, si tamen voluerimus esse liberi, dum adhuc in sæculo servius peccato. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricula in testimonium inobedientiæ, et cum uxore et filiis nostris, quos prætulimus libertati, id est, cum carne et operibus ejus, jugiter peccati servi erimus in æternum.

### 385 CAPUT XXXVI.

*De talione.*

4. Illud vero quid significat, quod in hac lege oculum pro oculo dari jubetur? Oculus enim est quisque doctor, tanquam vitæ demonstrans iter. Idem autem si intentionem auditoris per aliquam perniciosa doctrinam conetur extingui, si oculum lædat animæ, et intellectum ejus turbet, auferatur necesse est ab Ecclesiæ præsulatu, et intellectus ejus turbulentus ac ferox, qui scandalum fidei generali, projiciatur.

2. Sed eti quid dentem læsit auditoris, per quem Scripturarum cibos comminuebat, et dividens spiritualiter distinguebat, ut subtilem ex his ad interiora animæ transmitteret sensum; quisquis ergo hujusmodi evellens dentem conatur a corpore Christi præcidere, auferatur dens illi.

3. De talibus enim dicitur: *Dentes peccatorum contrivisti* (*Psalm. iii*), siquidem et manus pro manu, et pes pro pede depositur. Manus est actio operantis, pes est per quem inceditur ad bona opera vel mala. Præcidatur ergo ille qui scandalum facit, non solum in fide, sed etiam in actibus, qui per manum significantur, aut offendiculum præbet, quo pedes intelliguntur.

4. Recipiat etiam combustionem qui combussit, et gehennæ fraternalm tradidit animam. Per quæ signacula ostenditur ut iste percussor, omnibus detruncatus membris, a corpore excidatur Ecclesiæ, ut cœteri videntes timorem habeant, et non faciant similiiter.

### CAPUT XXXVII.

*De decimis et primitiis offerendis.*

1. Jubetur quoque inter hæc Israeliticus populus decimas frugum, cunctarumque primitias rerum offerre Domino. Spiritualiter 386 quippe primitia frugum, vel præmogenitorum, principia bonorum operum ostendunt, vel ipsam bonam voluntatem, quæ prior est opere, quam Pelagiani sibi tribuendo offendunt. Deus autem, dum illa sibi a nobis jubet offeri, indicat ad ipsius gratiam pertinere.

2. In decimis porro Domino offerendis denarius numerus perfectionem significat, quia usque ad ipsum

CAP. XXXVI. N. 3. *Offendiculum præbet.* Ita MSS. et plerique Editi, et cœbaret sensus. Mendax ergo est in Grialio præbent. AREV.

CAP. XXXVII. N. 3. *Verum, quod dixit, usque ad morte perpetua.* Gregor. xxi Moral. cap. 11. GRIAL. Ibid. Gralias, loco immunditas. AREV.

A numerus crescit; ideoque sicut in primitiis principia voluntatum, ita in decimis consummationes nostrorum operum ad Deum referre præcipimur, a quo et boni operis initium et perfectionis percipimus effectum.

3. Verum quod dixit: *Primogenita asini mutabis ove,* per asinum quippe hoc loco immunditia, per ovem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita ova mutare est immundæ vitæ primordia ad innocentiae simplicitatem convertere, ut postquam omnia illa peccator egit, quæ ut immunda Dominus respuit, ea jam agendo proferat quæ Dei sacrificio ut munda imponat. Quod vero sequitur: *Si non redimes, occidetur,* quia nimis mens immunda, et delictis obnoxia, si non fuerit in melius commutata, necabitur morte perpetua.

### CAPUT XXXVIII.

*De vitulo combusto igni.*

1. Descendens itaque Moyses de monte cum tabulis, dum audisset populum, quod fuerat ad idola consecratus, indignos eos judicans accipere legem, projecit de manibus suis tabulas, quibus contractis, incendit vitulum quem plasmaverant.

2. Sed quid sibi velit iste vitulus quem fecerunt sibi filii Israel in solitudine? Vel quid significet quod Moyses ipsum vitulum igne combussit, minutatimque concidit, et in aquam aspergens potum populo dedit? Si enim tabulas, quas digito Dei, hoc est, operatione Spiritus sancti, scriptas acceperat, ideo fregit quia indignos eos quibus eas legeret judicavit; si denique ut ab eis 387 ille vitulus penitus aboleretur, incendit eum, et contrivit, et in aquam sparsit, atque submersit, ut quid et potum hunc populo dedit?

3. Quem non excitet faciem hoc ad querendam et intelligendam propheticam significationem? Occurrat ergo jam intentis mentibus quia diaboli corpus significabatur in vitulo, id est, homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc sacrilegia caput, hoc est, auctor est diabolus.

4. Aureum præterea, quia videntur idolatriæ ritus velut a sapientibus instituti. De quibus dicit Apostolus: *Quoniam cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.*

5. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et multaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentum (*Rom. 1, 21, 22*). Ex hac quasi sapientia iste vitulus aureus, qualia solebant Aegyptiorum etiam primates, et tanquam docti homines adorare figmenta.

6. Hoc ergo vitulo significatum est omne corpus, id est, omnis societas gentilium idolatriæ deditorum.

CAP. XXXVIII. N. 1. Fortasse præferendum quod est in Alborn.: *Cum tabulis, cum audisset, populum ad idola conversum.* AREV.

4. In Vulgata: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum, etc.* AREV.

Hanc sacrilegam societatem Dominus Christus illo A igne comburit, de quo in Evangelio ait : *Ignem reni mittere in terram* (*Luc. xii.*), ut quoniam non est qui se abscondat a calore ejus, dum in eum credunt gentes, igne virtutis ejus diabolica eis forma solvatur.

7. Totum deinde corpus illud communitur, id est, ab illa malæ conspirationis conflatione discussum verbo veritatis humiliatur, et communatum in aquammittitur, ut eos Israelitæ, id est, Evangelii prædictores ex baptismo in sua membra, id est, in dominicum corpus transferant : quorum uni Israelitarum, id est, Petro de ipsis gentibus dictum est sic : *Macta et manduca* (*Act. x.*). Si *macta et manduca*, quare non etiam, *concide et bibe*? ita iste vitulus per ignem zeli, et aciem verbi, et aquam baptismi, ab eis potius B quos absorbere conabatur absorptius est.

### 388 CAPUT XXXIX.

*De imperfectis tribus millibus.*

1. Nunc autem quid etiam propheticæ significatio-  
nis habuerit requirendum est, quod ex eis multis,  
qui sibi, absente ipso, idolum fabricaverant, sine  
ulla cujusque necessitudinis distinctione jussit inter-  
imi. Facile est autem ut intelligatur hominum illoru-  
m interemptione significari vitiorum talium inse-  
cutionem, qualibus ad eamdem idolatriam defluxe-  
runt; in talia quippe vitia sævire nos jubet Apostolus,  
cum dicit : *Mortificate membra vestra, quæ sunt super*  
*terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concu-*  
*piscientiam malam, et avaritiam, quæ est idolorum ser-  
vitus* (*Coloss. iii.*).

2. De porta vero usque ad portam ire est a viro  
usque ad vitium, per quod ad mentem mors ingredi-  
tur, cum gladio inreparationis discurrere. Sed ipse  
numerus trium millium intersectorum triplicem for-  
mam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut  
facto, aut verbo, aut cogitatione committitur.

### CAPUT XL.

*De confractione tabularum.*

1. Ascendit Itaque Moyses denuo in montem. Iterumque dat ei Deus legem in aliis tabulis ad instar priorum præcis. Sed quid significaverunt eædem tabulae, quas primum a Domino Moyses accepit, et sine mera confregit?

2. Tabulae illæ imaginem demonstrabant prisca legis, non post longum intervallum pro populi pec-  
cato cessantis. Aliæ vero, ad instar priorum iteratim incise, Novi Testamenti habuere figuram. 389 Ista non franguntur, ut ostenderentur Novi Testamenti eloquia permansura.

CAP. XXXIX. N. 1. Nunc autem, usque ad idolorum servitus, ex xii contr. Faust., cap. 92. GRIAL.

2. Nonnulli Editii, numerus viginis trium millium. Atque ita etiam Grialius ediderat, sed correxit deinde numerus trium millium, quod rectum est. AREV.

CAP. XL. N. 2. Alboru. Cod. exhibet ostendatur, pro ostenderentur, et ex originali Isidori, hoc est, ex vetustiori Codice ostenderetur. AREV.

CAP. XLII. N. 3. Sola enim sibi integre nota est Trinitas, et humanitati susceptæ, quæ tertia est in Trinitate persona. Illoc est, non qua humanitas est, sed

3. Unde et merito decem verbis legenda signan-  
tar, ut per eundem numerum figura crucis expri-  
moretur. Hujus enim forme in decem X littera est.  
Nam recto uno apice a summo usque ad imum duci-  
tur. Rursum alio non dispari per transversa bra-  
chiorum componitur. Unde et ipse ait : *Non reni*  
*legem solvere, sed implere* (*Math. v.*), utique per  
passionem crucis, cuius imago fuit in tabulis.

### CAPUT XLI.

*De quadraginta diebus quos jejunavit Moyses.*

1. Quid autem sibi velit quod Moyses quadra-  
ginta diebus jejunaverit? Cujus actionis quædam  
figura est in hujus numeri consideratione; quadra-  
genario enim numero et Moyses, et Elias, et ipse  
Dominus, jejunaverunt.

2. Præcipitur enim nobis ex lege et prophetis, et  
ex ipso Evangelio, quod testimonium babet a lege et  
prophetis (unde etiam in monte inter utramque per-  
sonam medius Salvator effulgit), ut a mundi illeco-  
bris aviditatem nostram tanquam jejunio temperan-  
tia refrenemus, quandiu perfectio Decalogi legis per  
quatuor ejusdem mundi partes, id est, toto orbe  
prædicatur, ut decem quater ducta quadragenarium  
numerum signent.

### CAPUT XLII.

*Quod Dominus Deus dixit ad Moysen : Posteriora mea videbis.*

C 1. Quod vero petivit Moyses ut claritatem Domini  
videret, dicens : *Si inveni gratiam apud te, ostende*  
mihi te ipsum manifeste. Accepit enim in præsenti  
congruum responsum quod faciem Domini videre  
non posset, quam nemo videret, et viveret.

2. Quid est ergo *Faciem meam videre non poteris*,  
nisi quia quamvis usque ad parilitatem angelicam  
humana etiam post resurrectionem natura proficiat,  
et ad contemplandum Deum indecessa 390 consurgat,  
videre tamen ejus essentiam plene non præva-  
let? quam nec ipsa perfectio angelica in toto vel  
integre attingit scire, secundum Apostolum, qui ait :  
*Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum* (*Philipp. iv.*), ut  
subaudias et angelorum.

D 3. Sola enim sibi integre nota est Trinitas, et hu-  
manitati susceptæ, quæ tertia est in Trinitate per-  
sona. Jam deinde in sequentibus verbis Dei, futuri  
Christi Ecclesiæque mysterium figuratum est. 391  
Gestavit quippe Moyses typum populi Judæorum in  
Christum postea credituri. Ideo illi dictum est : *Cum*  
*transiero, posteriora mea videbis.*

qua subsistit in una ex tribus personis. Sunt autem  
hæc (quantum conjicimus) Græci alicuius scriptoris  
verba. Nam repetuntur paululum immutata, utpote  
ex diversa interpretatione, lib. i Sententiarum, cap.  
3; illic enim : *Sola (inquit) Trinitas sibi integre nota*  
*est, et humanitas a Christo suscepta, quæ tertia est in*  
*Trinitate persona.* Utrumque vero in idem recedit. Ob  
id namque Trinitas humanitati susceptæ integre nota  
est, quia humanitatis susceptæ nomine Verbum ipsum  
suscipiens simul intelligimus. Ac propter ea humani-  
tas a Christo suscepta ab alio integre nosci non

**4.** Quidam hunc sensum in Evangelio dicunt fuisse **A** completum, . cum ascendisset Dominus in montem, quando apparuit Moyses colloquens cum Jesu, et ideo ibi completam aiunt istam promissionem, quam accepit in monte Sina, cum dictum est : *Posteriora mea videbis*. Vedit ergo posteriora ejus, id est, vedit quæ in posterioribus et novissimis facta sunt.

**5.** Quod autem ait Dominus ad Moysen : *Est locus apud me, stabis super petram*; et paulo post : *Tollam manum meam, et videbis posteriora mea*; quia enim ex sola Ecclesia catholica Christus conspicitur, apud se esse locum Dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei speciem contempletur : quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam præsentiam non agnoscit. De qua soliditate Dominus : *Super hanc petram, inquit, ædificabo Ecclesiam meam* (*Matth. xvi.*).

#### CAPUT XLIII.

##### *De glorificatione Moysis.*

**1.** Quod vero, descendente denuo Moyse cum tabulis, facies ejus glorificata videtur, sed tamen velamine legitur, hoc significabat ut ostenderet eam legem mystico esse velamine cooperatam, tectamque insidelibus et occultam. Sermo quippe legis habet scientiæ gloriam, sed secretam : habet et cornua duorum Testamentorum, **392** quibus contra dominata falsitatis incedit armata.

**2.** Cum enim Moyses legitur, velamen est positum super cor eorum. Et manifeste dum legis et prophete-

potest, quia homo ille Deus est. Valequè ad hoc communicatio (quam vocamus) idiomatum. Nam, ut ipse lib. i Sententiarum, cap. 6, ait : *Mediator Dei et hominem homo Christus Iesus, nequaquam alter in humanitate, alter in Deitate est, sed in utraque natura idem unus est*. Vox autem *tertia*, ordinem hoc loco non magis significat, quam cum binarium numerum senarii tertiam partem dicimus, aut cum doctus poeta in epithalamio cecinit :

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est ;  
Tertia pars patri data, pars data tercia matri,  
Tertia sola tua est : noli pugnare duobus.

Quin etiam Isidorus ipse alibi quoque eadem de Trinitate eodem modo loquitur. Nam lib. i advers. Judæos, cap. 4 : *Cujus Trinitatis* (inquit) *sacramentum et Aggaeus propheta ita aperuit ex persona Domini, dicens : Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus, qui loquitur, ecce Spiritus ejus. Post hæc de tercia persona, id est, de Filio ita subicit : Quia ecce ego communove cœlum et terram, et veniet desideratus cunctis gentibus*. Et paulo post : *Et nunc Dominus, qui misit me, et Spiritus ejus : ecce duas personæ, Dominus et Spiritus ejus, qui militant, et tercia persona ejusdem Domini, qui militit*. Bis itaque Filium tertiam personam, hoc est, unam e tribus dixit. Quo sensu licuit dicere : *In Trinitate divina tercia persona Pater, tercia Filius, tercia Spiritus sanctus*. Sed, cum in hac Trinitate nihil prius sit, aut posterius, nostræ tamen aures, quasi ordinem in divinis ex processionibus requirentes, jam id refugunt ; itaque has dicendi formæ non tam usurpamus quam sobrie interpretamur. Quod vero humanitatem personam quibusdam facere videtur, si non attendunt provocabulum qui, quæ, quod, cum inter diversi generis duo nomina ponuntur, non tantum præcedentia, sed sequenti etiam aptari solent, notissimo Sallustii exemplo : *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur*. Quomodo

**B**tarum scripturam per nimiam stoliditatem cordis carnaliter accipiunt infideles, illis tota facies Moysi quodam velamine legitur, ita ut non possint loquenteris legis gloriam sustinere.

**3.** Sed si conversi fuerint ad Deum, auferetur velamen, occidens littera morietur, viviscaans spiritus suscitabitur. Dominus enim spiritus est, et lex spiritualis est. Unde et David orabat in psalmo : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (*Psalm. cxviii.*).

#### CAPUT XLIV.

##### *De ædificatione arcæ.*

**1.** Jam nunc arcam Testamenti Domini Inspiciamus, in qua erant depositæ tabulæ legis. Per hanc arcam, quam de lignis imputribilibus Moyses fabricavit, Ecclesia Christi significatur, ædificata ex omnibus sanctis, mente et corpore incorruptis, habentibus interiori etiam duas tabulas Testamenti, id est, observantiam legis et Evangelii. Intus autem ac foris inauratur arca ; sic et Ecclesia, quasi aurum radiare debet, tam interiori vitæ splendore quam exteriori doctrinæ et sapientiæ claritate.

**2.** Corona autem aurea per circuitum et quatuor circuli aurei, **393** qui per quatuor angulos jubentur adjungi, id significant, quia in eo quod in Ecclesia per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio quatuor sancti Evangelii libris accincta predicatur : quæ tamen intra unius coronæ ambitum, id est, intra ejusdem fidei unitatem concluditur.

**C**Isidorus quoque ipse loqui interdum gaudet, ut lib. ii Sententiarum, cap. 15 : *Inimicos Dei persecuntur tenebrae, qui intelliguntur dæmones*. Ita est enim in omnibus Manuscriptis, mendoso vero in Excusis : *qua intelliguntur dæmones*. Quare lib. i Sentent., cum posset dicere : *Sola Trinitas sibi integre nota est, et humanitas a Christo suscepta, qui tercia est in Trinitate persona* (id enim volebat) noluit tamen ad præcedentem Christum provocabulum respicere, sed ad personam subsecutem. Quod fecit item hoc loco, cum tamen humanitatem suscepta nomine Filiū ipsum (ut diximus) suscipiente conceperit. Neque est quod de scripturæ veritate aut hic, aut lib. i Sentent. quisquam dubitet. Nam ut hic octo, ita illuc sedecim manuscripti libri, tam Langobardicis quam nostris characteribus scripti, omnes omnino cum Editis consentiunt. **GRIAL.**

*Ibid. Alborn. : Vobis, pro verbis; et mox: Hujus enim forma in X est littera. In nota Grialii erat sed quia subsistit, verum sensus exigit sed quia subsistit.*

**D**ARE.

**4.** *Posteriora mea videbis*. In Flor. 1, ad margin., eodem chartere est ascriptum : *Et posteriora videre est clarificatum Domini humanitatem contemplari.*

**AREV.**

**CAP. XLIV. N. 1.** *Ecclesia Christi significatur*, vel etiam mens nostra ex Origene ; ita enim ille, homil. 40 in Numeros : *Et arca aurea, in qua sunt tabulæ Testamenti (ut opinor) non aliud quam mens nostra esse declaratur, in qua legem Dei debemus habere descriplam*. *Hæc autem mens aurea debet esse, hoc est, pura et pretiosa, in qua legem Dei descriplam semper habebamus, sicut Apostolus dicit, scriptam non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Ambros. vero carnem Salvatoris esse voluit in c. ix Epist. ad Hebræos. Vid. not. cap. seq. **GRIAL.**

**2.** *Corona aurea per circuitum*. Nihil hic de corona aurea Gregorius, e quo suns reliqua in Pastorali

5. *Vectes quoque de lignis Setibim sunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia fortes perseverantesque doctores, velut imputribilia ligna, quadranti sunt, qui, instructioni sacrorum voluminum semper inherentes, sanctam Ecclesiae unitatem devincent, et quasi intromissis circulis arcam portent. Qui auro quoque jubentur operiri, ut cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vita splendore fulgescant.*

#### CAPUT XLV.

*De urna aurea, et tabulis, et virga.*

1. In hac Testamenti arca fuit urna aurea, tabulae quoque, et virga Aaron. Hæc arca, ut prædictum est, Ecclesia est, habens duas tabulas i pideas, id est, duplicitis Testamenti perpetuam firmitatem. Urnam quoque auream intelligimus carnem Christi puram atque sinceram, quæ reconditum in se manna perpetuae divinitatis conservat, et angelici illius panis perennem coelestiemque gerit dulcedinem; necnon etiam virginem Aaron, id est, ejusdem summi verique pontificis nostri Iesu Christi salutare vexillum immortalis memoriae semper viriditate frondens.

#### 394 CAPUT XLVI.

*De propitiatorio et cherubim.*

4. Jam porro per propitiatorium super arcam Testamenti positum idem ipse Christus insinuat, qui inter Deum et hominem mediis propitiator intervenit; de quo dicit Apostolus: *Quem proposuit Deus propitionem per fidem in sanguine ipsius (Rom. iii, 25).* Huc propitiatorium areæ superponitur, sicut et Christus caput est Ecclesie, cuius a dextris et a sinistris duo cherubim assistunt. Cherubim autem plenitudo scientie interpretatur, plenitudo scientie est charitas, id est, dilectio Dei et proximi, qua Dominus ostenditur; nemo enim potest pervenire ad part. ii, cap. 10. Et quidem eadem hæc multo aliter et Septuaginta, et eorum Latinus interpres reddidere. Pro his enim apud August. in Questionibus in Exodum hæc verba leguntur: *Cymatia aurea tortilia in circuitu.* Sed in hoc opere e variis auctoribus contexto non allegoria modo, sed sacra etiam Scripturae tralaciones permiscentur, quamvis Gregorium hoc loco Vulgata Editione usum vel vectes soli satis indicent, pro quibus interpres ille gestatoria vel supportatoria reddidit. GRIAL.

3. *Derinciant, ex Bed. et Impress. Denuntient. MSS. o. et Grig., mendose, opinor. GRIAL.*

*Ibid.* In Albornoziano quoque existat denuntient, quod mendosum Grialius existimat. AREV.

CAP. XLV. N. 4. *Urnam quoque auream intelligimus carnem Christi, etc.* Hæc quidem ex Ambrosio sumpta videntur, nisi quod illa arcam, uero vero urnam Salvatoris carnem esse vult: ita enim Ambrosius, luci citato: *Arca Testamenti. Hæc est caro Salvatoris, in qua erat urna aurea, habens manna divinitatis, et virga Aaron, quæ floruit in sacerdotio Christi, et tabulae duorum Testamentorum.* GRIAL.

CAP. XLVI. N. 4. *Idem ipse Christus insinuat.* Ita Gregorius, homil. 6 in Ezech. Quid enim per propitiatorium, nisi Redemptor humani generis designatur? Atque eodem modo Ambrosius: *Apt: autem propitiatorium super arcam positum esse dicitur, quia ipsi Medium Dei et hominum a Deo Patre donatum est ut esset propitiatio pro peccatis nostris, etc.* Cur vero super arcam et tota omnino re elegantissime Aug., quæst. 105: *In arca ponì jussa sunt lex, et manna, et*

*A Deum, nisi per charitatem; plenitudo omnis legis dilectio est.*

2. Alii eadem duo cherubim duo intelligunt Testamenta, quæ multitudinis suæ scientia propitiatorium Dei, id est, Christi sacramenta obumbrant, testante propheta: *In medio duorum animalium cognosceris (Habacuc iii, 2).* Hi versis vulibus se respiciunt, dum in spiritualem sensum vertuntur; tunc enim alterutrum sibi melius concordant, et in omnibus rectius consonant. Siquidem ex utroque latere oraculum, vel propitiatorium, legunt, quia Verus et Novum Testamentum tam Christi sacramenta quam Ecclesie mysteria sub ænigmatu figuris operiunt.

#### 395 CAPUT XLVII.

*De altari.*

1. Altare autem illud corpus Christi significabat, sive omnes sanctos, in quibus ardet semper divinus ignis, et semper consumuntur caro.

#### CAPUT XLVIII.

*De mensa.*

1. Posita vero mensa pacis et fidei Ecclesia gestabat typum, in qua pascimur alimentis Scripturarum. Ad cujus unitatem ex toto orbe vocibus apostolicis Dei populus congregatur, Salomone dicente: *Sapientia aedificavit sibi domum, paravit mensam suam, miscuit vinum in craterem (Proverb. ix, 1), et reliqua; dicens rursus: Venite, edite de meis panibus.*

#### CAPUT XLIX.

*De candelabro et oleo.*

1. Candelabrum illud septem ramorum Spiritus sancti gestabat imaginem, qui septiformi gratia illustrat omnem Ecclesiam in unitate fidei 396 consistenter. Alii idem candelabrum Christum intelligunt, gestantem septem Ecclesias, in quibus septiformis Spiritus sancti splendor emicat. Illic candelabro sunt emun-

*vira Aaron, in lege præcepta sunt; virga potestatem significat, manna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. Verumtamen quia lex a quovis proficiente non ex omni parte completetur, propitiatorium est desuper; ad hoc enim opus est ut propitiis sit Deus, et ideo desuper ponitur, quia superexaltat misericordia iudicium.* GRIAL.

2. Alii eadem duo cherubim. Greg., homilia citata. GRIAL.

*Ibid.* Testante propheta: *In medio duorum animalium cognosceris.* Inseruit testimonium ex Habacuc D Gregorii allegorie. Citavique illi (quod ei communum fuit) non ex Vulgata, sed ex Septuaginta Editione. Pro his enim verbis Hieron. *In medio annorum notum facies vertit.* Non solum autem Hebreæ diversis punctis nota utramque interpretationem recipiunt, sed Ecclesia utraque etiam in divinis officiis utitur. GRIAL.

CAP. XLVIII. N. 4. *Dicens rursus. Ita Alborn. Cod. Grialius cum aliis omittit rursus. Verba Proverbiorum sunt: Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Et vers. 5: Venito, comedite panem meum.* AREV.

CAP. XLIX. N. 1. *Spiritus sancti gestabat imaginem, Ambr. : Candelabra vero dona Spiritus sancti sunt, quæ in Ecclesiis lucent intelligentibus, per eum super quem requiescit spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis, et spiritus timoris Domini.* Hier., ad Zachar. iv: *Candelabrum (inquit) solidum aureum Hebrei, legem, id*

etoria, quæ in Isaia forcipes nuncupantur (*Isai. vi. 6*).

2. Et hæc quidem duo Testamenta interpretati sunt, quibus peccata purgantur, quoque inter se Spiritus sancti unione sociantur. Extra velum autem testimonii, quod oppansum est, candelabrum ardere præcipitur, quia sine ullo Veteris Testamenti velamine Spiritus sancti jam veritas fulget.

4. Oleum vero, quod de arboribus olivarum sumendum Dominus præcipit, eamdem gratiam Spiritus sancti ostendit, habentem in se pacem et misericordiam per Salvatoris adventum; unde in cordibus nostris lumen veritatis accenditur.

#### CAPUT L.

##### *De tabernaculo.*

1. Sequitur nunc figura tabernaculi, quod, jubente Domino, Moyses fabricare jubetur. Tabernaculum hoc per allegoriam Ecclesia est in hujus vitæ eremo constituta, de qua Psalmista ait: *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum* (*Psalm. xxvi. 5*).

2. Variis itaque speciebus tabernaculum instruitur, partim pretiosis, partim vilioribus; per quod monstratur alios sanctos, alios peccatores esse in Ecclesia. Fideles autem omnes intra corpus Ecclesiæ constitutos, infideles vero extra sinum collocatos.

#### CAPUT LI.

##### *De columnis et earum basibus.*

1. Ipsum autem tabernaculum cum in typo Ecclesia fieret, columnas ei quatuor fundi argenteas Dominus jussit. Columnæ istæ quatuor Evangelistæ sancti sunt, fidei ermitate fundati. Argenteæ autem **397 C** dicuntur propter divini eloquii claritatem.

2. Harum columnarum bases prophetæ sunt, qui suo gestamine structuram portant Ecclesiæ; supra fundamentum enim prophetarum evangelistarum colligant Ecclesiam, eoru[m]que auctoritate evangelicam fidem confirmant. Caput autem columnarum aureum illæ est, de quo dicit Apostolus quia caput viri Christi.

#### CAPUT LII.

##### *De tabulis deauratis.*

1. Interim et tabulas deauratas erigi præcipit, et fundi earum bases argenteas jubet. Quid enim per tabulas, nisi doctores et apostoli, extensa in mundum prædicatione dilatati? Quid per bases argenteas, nisi, ut prædictum est, prophetæ signantur, qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent?

2. Quia apostolorum et doctorum vita, dum eorum

est, vobis interpretantur. Lamvadem autem, id est, flammam in vertice candelabri lucentem atque fulgentem, Christum, qui caput legis sit, et omnem mundum illuminet. Septem lucernas super candelabrum, septem gratias Spiritus sancti. Ille quidem de librorum sessis se dicere prolixiatur. Ipse vero de ecclesiastilorum virorum commentariis subdit: *Candelabrum aureum de auro purissimo Ecclesiam intelligent, quæ in Scripturis sanctis sensum ac mentem magis quam verba perquirit.* **GRIAL.**

*Ibid.* Isaías, loc. cit.: *Et rotavit ad me unns de seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe laterat de altari.* **AREV.**

2. Grialius aliquando scribit obvansum, aliquando

A prædicatione instruitur, eorum auctoritate solidatur. Unde conjunctæ bases binæ singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetae sancti in verbis suis de Mediætis incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter edificant. Et cum in semetipsis non discrepant, illos in se robustius firmant.

3. Quod autem argenteas ait bases, et tabulas deauratas, ostendit præcepta apostolorum longe clariora esse quam prophetarum. Tentoria autem, quæ ansulis assuta, et circulis suspensa atque innixa funibus ad modum cortinarum vigiliæ et octo in longum atque in latum quatuor cubitis distenduntur, reliqua credentium plebs intelligitur, quæ hæret et pendet in funibus fidei. Funis autem triplex non rumpitur, B quæ est Trinitatis fides, ex qua dependet et per quam sustinetur omnis Ecclesia.

4. Quod autem viginti et octo cubitorum in longum distenduntur, et in latum quatuor cortinæ unius mensuræ, inserta lex **398** Evangelio designatur. Septenarius namque numerus legem significare solet propter multa septenarii numeri sacramenta. Qui consociatus ad Evangelia quatuor, quater septem consequenter vigesimum octavum numerum faciunt.

#### CAPUT LIII.

##### *De decem cortinis.*

1. Decem autem cortinæ sunt, ut integrum perfectionis numerum teneant, et legis decalogum significant; qui tamen quinquagenis aureis circulis sibimet connectuntur, quia omnes fideles per donum Spiritus sancti fidei et charitatis vinculo sociantur. Quinquagenarius enim numerus ad Spiritum pertinet sanctum. Unde et quinquagesimo dia post pascha descendit de caelo Spiritus sanctus.

#### CAPUT LIV.

##### *De undecim vela cilicina.*

1. Quod vero undecim vela cilicina fieri præcipiuntur, in cilicio peccatum ostendit, propter hædes ad levans positos. Quoniam ergo superiori in decem cortinis sanctos perfectionem legis tenentes ostenderat, profecto undenarius ciliciorum numerus, quenam transgreditur denarium, transgresores legis, hoc est, peccatores in Ecclesia futuros significat. Sed tamen et ipsa saga cilicina quinquagenis ansulis D copulantur propter penitentie signum et spem remissionis peccatorum per indulgentiam.

oppansum, quod magis usitatum est. **AREV.**

CAP. LII. N. 2. *Unde conjunctæ bases binæ significant, ex Orig. , hom. 9 in cap. xxviii. GRIAL.*

3. Alborn. : *Quod autem argenteas ait bases, sed tabulas deauratas.* Quod eleganter videtur. **AREV.**

*Ibid.* Alb. : *Non facile rumpitur, et ex originali indicatur derumpitur, pro quo alii MSS. disruptur.* Verba Ecclesiastæ sunt: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* **GRIAL**, per quem sustinetur. **AREV.**

4. Alii, qui cum sociantur. Sed plerique, qui concoiciant, ut si nominativus pro ablativo absoluto. **AREV.**

CAP. LIV. N. 1. *Quod vero, usque ad remissionem est, verba Aug. , xv de Civit. , cap. 20. GRIAL.*

**2.** Unde et quinquagesimus psalmus venit et re-A  
missionis est. Possunt quidem et haec tentoria cilicina  
(quibus tabernaculum tegitur, et pluvias, et ventos,  
et turbines tolerant) grossæ hominum mentes accipi,  
quaे aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio, quam-  
vis duræ sint, præferuntur.

**399 3.** Unde et bene sequenter pelles arietum  
ibi subjicit, ut per arietes ducas præpositosque Ec-  
clesiarum ostenderet. Qui, quia deservire curis tem-  
poralibus non timent, oportet ut temptationum ventos  
et pluvias de hujus mundi contrarietatibus portent,  
ut qui intra Ecclesiam spiritualiter, quasi byssus, et  
hyacinthus, et purpura fulgent, securi interius re-  
splendeant, dum præpositi et rectores eorum contra  
procellas et turbas sœculi foris laborant.

#### CAPUT LV.

*De oppanno velo in medio tabernaculi.*

**1.** Quod vero in medio tabernaculi velum exten-  
ditur, et exterior pars ab interiori separatur, illud  
significat, quod nunc populis Ecclesiæ, quaे promis-  
sa sunt, velut oppansa, quoisque revelentur, videre  
non licet. Sic enim et Apostolus ait: *Nunc vide-  
mus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad  
faciem (I Cor. xiii).* Quandiu igitur in hoc mundo  
sumus, tanquam per speculum veritatem videmus,  
positi quasi in sancta, nondum pervenientes ad san-  
cta sanctorum.

**2.** Sancta enim possunt esse ea quaे in præsenti  
sæculo habere sancta conversatio potest. Sancta vero  
sanctorum, in quaе semel tantummodo intratur, ad  
cœlum est transitus, ubi est propitiatorium et che-  
rebum, ubi et mundicordibus apparere poterit Deus.  
In qua tamen conversatione constituti non sine ad-  
jutorio Spiritus sancti consistimus. Habemus enim  
ex uno Spiritu sancti fonte septem lucernas, quaे  
illuminent populum Ecclesiæ, id est, septemplicem  
Domini gratiam missam in universum orbem terra-  
rum, quaे populos Ecclesiæ fulgore Spiritus sancti  
diversa charismatum claritate illustrat.

**3.** Potest quidem hoc oppansum velum, quod par-  
tem tabernaculi interioris occultabat, ne prospice-  
rentur illuc reposita, tempus illud significare quod  
fuit sub lege. Quia ea quaे lex et prophetæ cecine-  
runt occulta erant, et interjecto velamine videri  
non poterant.

**400 4.** Sed posteaquam Christus adveniens tem-  
pore passionis velum illud a summo usque deor-  
num dirupit, omnia illa quaे anteа erant occulta,  
per Domini passionem ad nostram fidem sunt reve-  
lata, dicente Apostolo: *Nobis autem revelavit Deus  
per Spiritum suum: quia Spiritus omnia scrutatur, et  
ea quaे sunt altae Dei (I Cor. ii, 10).*

**2.** Grossæ hominum mentes. Ita Grialius cum aliis  
Editi. Sed fortasse melius est cum Alborn., crassæ  
hominum mentes. Pro duræ sint Grialius edidit duræ  
sunt. In Alb., aura sunt. Alii, hominum mentes, qui...  
duri sint. AREV.

*Cap. L. N. 2.* Alii, ubi et mundis corde. Sed mun-  
dicordibus probum est ex dictis ad cap. 25, in Gene-  
sim, num. 10. AREV.

**4.** Vulgata: *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam*

A

*De diversis donariis ad constructionem tabernaculi.*

**1.** Offeruntur autem uno studio et tamen diversa  
donaria ad constructionem tabernaculi, juxta quod  
scriptum est: *aurum, argentum, æs, lapides prelio-  
si.* Tum præterea byssum, coccum, hyacinthum, et  
purporam, pelles arietum rubricatas, et pelles hya-  
cinthinas, sed et ligna impetrabilia, pilos quoque  
caprarum ad constructionem tabernaculi.

**2.** Sed et quidquid in cultum et ad vestes sanctas  
necessarium erat viri cum mulieribus præbuerunt,  
armillas, et inaures, et annulos, et dextralia, omne  
vas aureum in donaria Domini separatum est. Si  
quis habuit hyacinthum, purporam, coccum bis tin-  
ctum, byssum, et pilos caprarum.

B

**3.** Figura itaque prioris tabernaculi Ecclesiæ typus  
est. Per haec itaque munera significantur meritorum  
dona, quibus ornatur Ecclesia: fides ejus auro com-  
paratur, sermo prædicationis argento. Quod vero  
quaे in ornamento, sive tabernaculo necessaria sunt,  
viri cum mulieribus præbent, hoc significat quia  
intra Ecclesiam virtutes fortium, quaे per viros ex-  
primuntur, et exigua opera infirmorum, quaे per  
mulieres intimantur, omnia locum inveniunt, et ad  
usus sanctæ ædificationis accipiuntur.

C

**4.** Collatio vero ipsa non sit necessitate, sed  
sponte, quia fides spontanea est. Nam per armillas,  
quaе lacertos astringunt, præpositorum valde labo-  
rantium opera demonstrantur. Per inaures subditorum  
obedientia exprimitur. Per annulos signaculum  
secretorum ostenditur.

**401 5.** Unde et quedam minus intelligentib·s  
occultantes, quasi sub signaculo recondunt docto-  
res, no indignis quibusque Dei sacramenta credan-  
tur. Unde et justus lætatur, et dicit: *In corde meo  
abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi (Psalm.  
cxviii, 15).* Porro per dextralia opera bona et dextra  
commemorantur.

**6.** Per vas aureum in donaria Domini separatum  
divinitatis intelligentia accipitur, quaе tanto ab in-  
teriorum amore disjungitur quanto ad sola qua  
æterna sunt amanda sublevatur. Porro per hyacin-  
thum spes coelestium præmiorum ostenditur. Per pur-  
poram crux ac tolerantia passionum amore regni  
perpetui exhibita declaratur. Per bis tinctum coc-  
cum charitas demonstratur, quaе pro perfectione  
sui bis tingitur, quia Dei et proximi dilectione de-  
coratur.

**7.** Per byssum immaculata carnis incorruptio, et  
splendidissimus sanctimoniae candor ostenditur;  
byssus enim linum est candidum. Per pilos autem  
caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur,  
profunda Dei. AREV.

*Cap. LVI. N. 2.* **Sed et quidquid in cultum, usque  
ad irrigatus,** Greg. sunt verba, **xxx Moral., cap. 6.**  
Vid. etiam Orig., hom. 13 in c. xxv. **GRIAL.**

**5.** Cod. Alb.: *Porro per dextralia bona operationis  
ornamenta, sive opera bona.* AREV.

**6.** Grialius, amando sublevatur; et ita alii Editi.  
Sed genuimum videtur quod cum Ms. Alborn. tenet,  
amanda sublevatur. AREV.

dura pœnitentia afflictio designatur. Dum igitur alii per armillas et annulos forte magisterium exerceant, alii per inaures et dextralia devotam audiendi obedientiam reclamque operationem exhibent; alii per vas aureum præclaram subtilioremque Dei intelligentiam tenent; alii per hyacinthum, purpuram et coccum audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt; alii per byssum incorruptionem carnis offerunt; alii per caprarum pilos deplorant asperæ quod libenter admirerunt.

8. Simul ex tanta diversitate operum unum conficitur tabernaculum: sicut ex diverso pulvere unus compingitur globus terræ, infusione Spiritus sancti rigatus. Jam porro ligna Sethim imputribilia omnes sancti intelliguntur mente et corpore incorrupti, neque cum sæculo pereuentes, sed permanentes æterni. Lapidés quoque pretiosi, confessores, apostoli, sacerdotes, omnesque justi.

9. Ques etiam lapides vivos beatus Petrus apostolus dicit: *Ut sitis, inquit, lapides vivi, coædificati in templo Dei* (*I Petr. ii, 5*). Hæc igitur 402 offerruntur omnia in tabernaculo Dei, ut nullus desperet salutem. Offert super hæc et alijs aurum, id est, sensum, et alijs argentum, id est, eloquum, alijs vocem æris. Sicque sunt multa in tabernaculo, mensa scilicet, et candelabrum, altare, columnæ, bases, tabulæ, crateres, scyphi, thuribula, phialæ, mortariola, emuncoria, paxilli, tentoria, quibus diversitatibus tota illa tabernaculi, id est, Ecclesiæ pulchritudo distinguitur.

10. Nam tabernaculum Ecclesia est, in qua est mensa, id est, unitas fidelis, vel carte Scriptura sacra, qua universi fideles spirituali cibo pascuntur. Candelabrum quoque cum septem lucernis Christus est cum septem Ecclesiis. Emuncoria quoque ejus, hoc est, geminum Testamentum. Et columnæ, doctores sancti, fidei firmitate solidati. Necnon et bases, id est, prophetæ suo fundamine structuram gestantes Ecclesiæ:

11. Ibi etiam et tabulæ, apostoli prædicationis latitudine dilatati. Sive tentoria, præpositi, videlicet, et prædicatores, qui exterius laborant contra hujus sæculi turbines. Sunt ibi et crateres, id est, distributiones donorum. Sunt et paxilli, hoc est, principes Ecclesiæ, quibus pendent omnia genera populum, quasi vasorum; scyphi quoque, doctrinæ eloquia, sive sensus.

12. Necnon et thuribula, virtutes scilicet operum bonorum, vel orationes sanctorum, quibus odor suavitatis ascendit ad Dominum. Phialæ quoque, apostoli et doctores pleni vitalibus aquis. Ibi lilia, virginitatis candor, sive mortariola, laborum passio-

9. In Vulgata: *Et ipsi tanquam lapides vivi super ædificamini, domus spiritualis.* AREV.

CAP. LVII. Num. 4. Vulg.: *Qui semper triumphat... odore notitiae suæ.* AREV.

CAP. LVIII. N. 1. Ostendit in Prudent., pag. 429, incensum vocem esse antiquissimam pro thure, aut mihi quodam ex diversis odorum generibus. AREV.

A numque tolerantia, quibus mortificantur membra pœnitentium, et hæc quidem species dispensationesque donorum sunt divise per Spiritum sanctum fidelibus, ut in singulis distributionibus perfectum Christi tabernaculum construantur, in quibus habitet Dens in medio sanctorum.

#### CAPUT LVII.

*De unguento quo perungitur tabernaculum:*

4. Porro unguentum quo perungitur tabernaculum chrisma est, quo ungitur populus fidelis in Ecclesia, in quibus divinitas 403 tanquam in tabernaculo habitat. Potest quidem intelligi hoc unguentum etiam virtutes sanctorum, sive odor justitiae longe lateque diffusus. De quo dicit Apostolus: *Deo autem gratias, qui triumphat nos in Christo Jesu, et odorem justitiae suæ manifestat per nos in omni loco* (*II Cor. ii, 14*).

#### CAPUT LVIII.

*De incenso composito.*

4. Incensum autem, quod ex quatuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminutis, id est, stacte, onycha, galbanum, et thure componitur (Prud., p. 429), hæc in forma orationum fidelium constituta esse, beati Joannis Apocalypsis ostendit. Et illi quidem viginti quatuor seniores procidunt ante Agnum, habentes singuli citharas, et phalias aureas plenas incenso, quæ sunt orationes sanctorum (Apoc. v).

5. Quanquam et speciem quatuor elementorum horum quatuor odorum naturæ significare videantur, C ut thus, quod perlucidum est, aeri comparetur, stacte vero aquis, galbanum et onyx terræ atque igni, ut per hæc omnium quæ in celo, et infra celum, et in terra, et in aquis sunt, placitum Deo incensum sit hic creaturæ laudis oratio.

6. Sanguis autem ille, quo Moyses populum aspergit ac purificat, et tabernaculum Testamenti, et omnia quæ in eo erant, dicens: *Sanguis hic, sanguis Testamenti, mirifice sanguinem Domini Jesu prædicare monstratur, quo omnium creditum corda purgantur, quo fides Ecclesiæ signatur, quo omnis populus Ecclesiæ, id est, corpus omne tabernaculi sanctificatur, dicente Domino discipulis: Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur* (*Matth. xxvi*), ad implendum in veritate id quod per Moysem fuerat ostensum in imagine.

#### 404 CAPUT LIX.

*De ueste pontificis.*

1. Jam nunc indumenta pontificis quæ sint, quæque potius significant, demonstrandum est. Sacerdos autem Aaron illum significat, ad quem dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchis-dech* (*Psalm. cix, 4*). Vestis ejusdem sacerdotis Ec-

*Ibid. Pro hoc in loco positum est adverbium hic, sed alii legunt hæc.* AREV.

2. Grialius, stactes vero aquis. AREV.

3. Quo omnis populus, etc. Alb., quo omne corpus tabernaculi, id est, omnis populus Christi sanctificatur. AREV.

eclesia est, de qua dicit Apostolus : *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam* (*Ephes.* v, 27).

2. Quatuor colores, ex quibus vestis ejus contexitur, meritorum est diversitas, quae intra sanctam Ecclesiam in Christi corpore rutilat. Poderem autem illam, id est, sacerdotalem lueam, incarnationem Christi accipimus, quae de terra est, et significatur in pedibus. Linum enim de terra exoritur. Cidaram super caput ejus, et auream laminam, splendorem divinitatis intelligimus, ut unus atque idem secundum hominem podere, secundum Deum cidari ornatus esse videatur.

3. Feminalia vero illa quibus induitur castitatem corporis Christi et integratem ostendunt. Cingulum vero illud, quo sacerdotale pectus astringitur, chorus sanctorum vel concordia figuratur, qui in unitate fidei Christi amplectuntur. Tunica autem illa talaris, a capite usque ad plantas demissa, eadem est Ecclesia Christi, usque ad finem temporum permanens.

4. Hæc vestis sit tota hyacinthina. Hyacinthus enim aereo colore resplendet : scilicet ut omnis Ecclesia quæ sursum sunt sapiat, et tota ad amorem cœlestium surgat. Mala autem Punica in inferioribus posita, ejusdem Ecclesiæ unitatem declarant. Nam sicut in malo Punico sub uno ex exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctos Ecclesiæ populos unitas fidei congettus, quos intus diversias meritorum tenet.

5. Tintinnabula autem inter mala granata consonantia intelliguntur **405** prophetæ, et doctores sancti, in medio Ecclesiæ collocati, quorum lingua, doctrinae scientia resonans, tangit ultrasque acies tintinnabuli, id est, partes legis et Evangelii. Hæc autem tintinnabula in extremo vestimento sunt posita, idcirco ut de fine mundi et de vita futura disputantes nunquam siéant. Superhumeralis autem pallium Salvatoris insinuat potestatem et regnum, sicut scriptum est : *Principatus ejus super humeros ejus* (*Isai.* ix, 6).

6. Duo quoque lapides smaragdini, in superhumerali ad dextram et laevam positū, duo sunt populi : gentilis dexter; et Iudeus, qui fuit aliquando dexter, sinister; habentes in se sculpta nomina duodecim patriarcharum, id est, ad imitanda vite exempla sanctorum apostolorum.

7. Alii eosdem duos lapides duo Testamenta direxerunt, sive litteram et spiritum, in quibus tenentur legis universa mysteria : in dextra spiritus, in laeva littera. Rationale vero pectori superpositum, quarto lapidum distinctum ordine, sermonem figurat

**CAP. LIX. N. 3. Cod. Florent.** 4 : *Ecclesia Christi a principio mundi usque ad finem, etc.* AREV.

4. *Mala autem Punica, usque ad meritorum tenet,* Greg. Past. II p., c. 4, et i Registr., epist. 24. GRIAL.

5. *Hæc autem tintinnabula, usque ad nunquam siéant,* Orig., hom. 9 in c. xxviii. GRIAL.

*Ibid.* Vulgata : *Et factus est principatus super humerum ejus.* Cod. Alb., potestas; alii, imperium, pro

A evangelicum, qui quadruplicato ordine veritatem fidei nobis et doctrinam Trinitatis exponit.

8. Cui convenit in geminis apostolicus sermo, tam virtute quam numero. Hoc autem rationale duplex est, quia evangelicæ doctrinæ scientia aperta est et abscondita, simplex et mystica. Item idem sacerdos Christus non incongrue interpretatur in membris suis, et maxime in pontifice, qui moratur in sanctis, et offert victimam pro populo carnem immaculati Agni sacro ore conficiens.

9. Primo enim quod in Aaron pectori rationale judicij vittis ligantibus imprimitur, significat ut sacerdotale cor nequaquam cogitationes fieri possident, sed ratio sola constriangat. In quo etiam rationali duodecim lapides vigilanter adjunguntur, B ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ascriptos etenim sanctos patres semper in pectora ferre debet, quorum exempla imitari non ceaset.

10. Et quod in utroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur, ut contra adversa ac prospera virtutum semper **406** ornamento muniantur. Et quod superhumeralis ex auro, et hyacintho, et purpura, et bis tincto coeco, et torta fieri byssō præcipitur, quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat demonstratur. In sacerdotis quippe habitu aurum fulget, dum intellectu sapientia emicat. Cui hyacinthus, quia aereo colore resplendet, adjungitur, scilicet, ut omne quod traciat ad amorem cœlestium surgat.

11. Hunc admisceatur regalis purpura, ut suggestio nes vitorum, veluti ex potestate regia, comprimat. Coccus quoque bis tinctus ipsi superhumerali adjungitur, ut ante interni judicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur.

12. Quæ charitas, quia in dilectione Dei et proximi pendet, quasi ex duplice tinctura refugiet. Cui bis tincto coeco torta byssus adjungitur; de terra enim byssus nitentis specie oritur, per quod candens nitor et munditia corporalis castitatis designatur. Quæ videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro affligitur.

13. Siquidem et halteræ præcinctur, per quod renum incentiva et luxurie libidinum restringantur. Tabernaculum autem sacerdos ingrediens in tunica tintinnabulis ambitur, ut videlicet voces prædications habeat, ne superni inspectoris judicium ex silentio offendat. Mala quoque Punica tintinnabulis conjuguntur, ut per ejus doctrinam unitas fidei designetur.

14. Quod autem in primam partem tabernaculi principatus. AREV.

6. *Alborn.* : *Id est, admirandum vitæ exemplum sanctorum apostolorum.* AREV.

9. *Primo enim quod Aaron, usque ad unitas fidei designatur, ex Greg., lib. i Registr., epist. 24.* GRIAL.

12. *Cod. Flor.* 4 : *Per quod candens decore munditiae corporalis castitas designatur, Quæ videlicet, etc.* AREV.

quotidie sacerdos ad immolandas hostias introiheit, instantia nobis quotidiana præcipitur, ut ab hoc loco, ubi populus Dei colestibus vocibus eruditur, nunquam abscedamus, sed quotidie confessionis et laudes spirituale sacrificium offeramus, id est, humilitatem animarum nostrarum, quæ sunt veræ hostiae, sicut scriptum est : *Sacrificium Deo spiritus contributus* (*Psalm. l.*).

15. Illud autem quod semel in anno pontifex, relictio populo, ingrediebatur in sancta sanctorum, ubi erat propitiatorium, significat Dominum nostrum Je-

A sum pontificem, qui in carné positus, **407** per totum annum erat cum populo, annum videlicet illum, de quo dicit ipse : *Evangelizare pauperibus misit me, et vocare annum Domini acceptum, et diem propitiationis* (*Luc. iv.*).

16. Iste ergo semel in anno in die propitiationis intrat in sancta sanctorum, id est, completa dispensatione, penetravit cœlos, intrans ad Patrem, ut eum propitium humano generi faciat, et exoret pro omnibus in se creditibus.

## IN LEVITICUM.

### **408 CAPUT PRIMUM.**

#### *De figuris hostiarum.*

1. Sequens Leviticus liber hostiarum diversitates esse quicunque, quarum typus imaginem passionis Christi præferebat. Nam postquam ipse oblatus est, omnes illæ hostiae cesaverunt, quæ in typo, vel umbra ejusdem præcesserant, præfigurantes illud sacrificium quod unus et verus sacerdos obtulit, mediator Dei et hominum : cuius sacrificii promissivas figuræ in victimis animalium celebrare ante oportebat propter emundationem futuram carnis et sanguinis ; per quam unam victimam fieret remissio peccatorum, de carne et sanguine contractorum, quæ regnum Dei non providebunt, quia eadem substantia corporalis in coelestem communabatur qualitatem.

2. Ipse enim in vitulo propter virtutem crucis offerebatur ; ipse in agne propter innocentiam, in ariete propter principatum, in bœvo propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum ; idem in turture et columba propter Deum et hominem, quia mediator Dei et hominum in duarum substantiarum conjugatione ostendebatur. Porro in simi aginis conspersione credentium per aquam baptismatis collectum Ecclesiam, quæ corpus est Christi, perspicue demonstrabat.

**409** 3. Nos autem moraliter munus Deo offerimus vitulum, cum carnis superbiam vincimus ; agnum, cum irrationalib[us] motus et insipientes corrigimus ; bœdum, dum lasciviam superamus ; columbam, dum simplicitatem mentis retinemus ; turturem, dum carnis servamus easilitatem ; panes azymos, dum non in fermento malitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis ambulamus (*1 Cor. v.*).

CAP. I. N. 1. Alb. : *Cujus sacrificii promissi variae figuræ.* AREV.

2. Alb. : *Collecta Ecclesia, quæ corpus est Christi, perspicue demonstrabat.* AREV.

3. Nos autem, usque ad ambulamus, verba sunt Orig., c. 1, hom. 2. GRIAL.

CAP. II. N. 1. Totum caput ex xxiii contr. Faust., cap. 17. GRIAL.

*Ibid.* *Sacrandos.* Ita mss. o. Congregandos, Bed. et Impr. Consecrandos, August. GRIAL.

B

### **CAPUT II.**

#### *De igne sacrificii.*

1. Ignis autem in sacrificio figuraliter id significabat, velut absorbens mortem in victoria. In eo autem populo hæc rite celebrata sunt, cuius regnum et sacerdotium prophetia erat venturi regis et sacerdotis, ad regendos et sacrandos fideles in omnibus gentibus, et introducendos in regnum cœlorum et angelorum sacrarium ad vitam æternam.

2. Hujus itaque veri sacrificii sicut religiosa prædicamenta Hebrei celebraverunt, ita sacrilegia imitamenta pagani, quia quæ immolant gentes, ut ait Apostolus, dæmoniis immolant, et non Deo. Aniqua enim res est prænuntiativa immolatio sanguinis, futuram passionem Medicatoris ab initio generis humani testificans. Hanc enim primus Abel obtulisse in sacris litteris invenitur.

### **CAPUT III.**

#### *Quod mel in Dei sacrificio non offertur.*

1. Quod autem mel in Dei sacrificio non offertur, indicat apud Deum nihil voluptuosum, nibil suave bujus mundi placere, nibilque, **410** quod non habeat mordaci aliquid veritatis. Unde et pascha cum amariudinibus mandecatur (*Exod. xii.*).

### **CAPUT IV.**

#### *Quod sal in omnibus sacrificiis admiscetur.*

1. E contrario admisseri in omnibus sacrificiis sal jubetur, scilicet, ut omnia quæ in Christi honorem offerimus, sal rationis ac discretionis semper accipiant.

### **CAPUT V.**

#### *Quod in sacrificium oleum offertur.*

1. Quod vero in sacrificio oleum offerebatur, significat ut quidquid ad cultum Christi et devotionem sanctorum impendimus, totum hilariter facias.

*Ibid.* *Sacrarium.* Ex Aug. et Bed. Al., *sacrorum, mendose.* GRIAL.

*Ibid.* In nota Grialii erat *ad sacrarium, mendose,* nt puto; nam in textu recte est *sacrarium sine ad.* AREV.

2. *Religiosa prædicamenta.* Ex Aug. Al., *religiosa sacramenta.* GRIAL.

*Ibid.* *Sacrilegia imitamenta.* Ex Aug. et Bed. Al. : *Imitati sunt pagani.* GRIAL.

mua, nibi, ut ait Apostolus, ex tristitia, aut ex necessitate. *Hilarum enim datorum diligit Deus (II Cor. ix).* Clemens enim hilaritatem significat, sicut scriptum est : *Ut exhalaret faciem in oleo (Psalm. chi).*

## CAPUT VI.

*De quatuor generibus principalium oblationum.*

1. In exordio autem Levitici quatuor genera principalium oblationum describuntur, quae in odorem suavitatis Domino offerri jubentur, id est, primum vitulus de armentis sine macula ; secundum agnus de ovibus ; tertium turtur et columba ; quartum similago conspersa, azyma oleo uncta, cibano cocta. Reliqua autem sacrificia pro qualitatibus causarum in persona populi offerebantur.

2. Primum itaque sacrificium, id est, vitulus ex armentis, Christum demonstrat, ex patriarcharum progenie descendente. Hic aratro crucis sua terram carnis nostrae perdomuit, atque Spiritus sancti semine virtutum frugem ditavit. Iste vitulus sine macula est, quia sine peccato ad passionem ducitur. Offertur autem non 411 in tabernaculo, sed ad ostium ejus, quia extra casta passus est Christus. Per filios autem Aaron sacerdotis offertur sanguis ejus.

3. Quod de Anna et Caipha intelligitur, qui, consilium facientes, effuderunt sanguinem Christi. Secunda hostia, de ovibus agnus oblatus, idem Christus propter innocentiam figuratur. Hic est enim agnus qui apud Isaiam in sacrificium adducitur (*Isai. lvi*), et a Joanne omnibus demonstratur, dicente : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. i).* Bene ergo in sacrificio agnus offertur, et innocentiae et passionis Christi figura demonstraretur. Bene et haedus, quia per eum mortem auctor peccati diabolus agnoscitur jugulatus.

4. Tertium sacrificium dicitur turtur et columba. Turturum carnem Christi esse manifestum est, Salomonem dicente : *Speciosæ genæ tuæ, sicut turturis (Cant. i).* Columbam Spiritus sancti figuram habere declarat Joannes Baptista dicens : *Super quem videris Spiritum descendenter, sicut columbam, hic est Filius meus (Joan. i, 32, 33).* Ac per hoc turturum et columbam, id est, carnem Christi Spiritui sancto sociatam per mysterium passionis sacrificium Deo in odorem suavitatis accipimus. Ita tria sacrificia offert homo, id est, Christus Jesus.

5. Quartum autem anima offert, id est, Ecclesia offert sacrificium de simila. Simila Ecclesie catholicæ figuram prænuntiat, quæ ex convenientibus membris, quasi simila, ex multis credentium granis collecta est, et legis et Evangeliorum mola in littera et spiritu separata, per aquam baptismatis adunata, chrysatis oleo peruncta, sancti Spiritus igne soli-

CAP. vi. N. 4. Flor. ms. 1 : *Tertium ex persona Patris sacrificium.* Et paulo post : *Spiriti sancti sociatam ex persona Patris per mysterium, etc. AREV.*

CAP. vii. N. 4. Totum caput e Greg., xxxii Moral., c. 4. GRIAL.

3. *Nisi activæ vita innocentia.* Ita Cod. Alb., et ita

A data, et per humilitatem spiritus Deo hostia placens effecta. Haec sunt quatuor oblationes, quadriformes Christi et Ecclesie habitum demonstrantes.

## CAPUT VII.

*De sacrificio ejus qui sacramentum protulit, et oblatione transcendentis.*

1. De eo autem qui juramentum protulit, ut vel male, vel bene 412 quid ficeret, atque hoc ipsum oblatione transcendentis, dicitur : *Offerat agnam de gregibus, sive capram, orabitque pro eo sacerdos et pro peccato ejus. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, aut duos pullos columbarum : unum pro peccato, et alterum in holocaustum. Juramentum utique proferre est volo nos divina servitutis alligare, et cum bona opera promittimus, bene nos facere spondemus.*

2. Cum vero abstinentiam cruciatumque carnis nostræ votemus, male ad præsens nos nobis facere juramus. Sed quia nullus in hac vita sit perfectus est, ut quamlibet Deo devotes sit, inter ipsa qualitatemcunque pia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus, sive capra præcipitur.

3. Quid enim per agnam, nisi activæ vita innocentia ? quid per capram, quæ in summis extremis que sæpe pendens rupibus pasctur, nisi contemplativa vita significatur ? Qui ergo se conspicit promiseat hæc, et proposita non implesse, in sacrificium Dei se studiosius debet, vel innocentia boni operis, vel sublimi pastu contemplationis accingere.

4. Et bene agna de gregibus, capra vero offerri de gregibus non jubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa paucorum. Et cum hæc agimus quæ multos egere et egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed cum offerentis virtus ad agnam capramque non sufficit, in remedio penitentis adiungitur, ut duo columbarum pulli, vel duo turtures offerantur.

5. Scimus quia columbarum pulli, vel turtures procurant gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos, vel duos turtures, nisi duplex penitentia nostræ gemitus designatur ? ut cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos dupliciter defleamus, quia et recta non fecimus, et prava operatussumus.

6. Unde et unus turtur pro peccato, alter vero offerri in holocaustum jubetur. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Unum ergo turturum pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum 413 damus. De altero vero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus, nosmetipsos funditus succidentes igne doloris ardentes.

exigit sensus. Mendosum quippe videtur apud Graecium, et alios impressos eo antiquiores, nisi activæ vita innocentiam. AREV.

4. Alb. : *Duo columbarum pulli, aut duo turturis.* AREV.

## CAPUT VIII.

*De filio Aaron extinctis.*

1. Filii autem Aaron, qui, imponentes altari ignem alienum, igne divino exusti sunt, illos significaverunt qui, Dei traditione contempla, alienas doctrinas appetunt, et magisteria humanae institutionis inducunt. Quos increpat Dominus et objurgat in Evangelio, dicens : *Rejecisti mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.*

2. Videtur et ignem alienum incendere, quisquis, corpore vel secularis alienus cupiditatis ignem in sacrario sui cordis accendens, audet altaris Domini appropinquare. Quae non recipiunt, nisi illius ignis accessionem de quo ait Dominus : *Ignem veni vobis in terram. Hoc igne nos Dominus Jesus semper incendat, ut illuminemur in sensibus, ne flagremus in viuis.*

## CAPUT IX.

*De discretione ciborum.*

1. Nunc autem de discretione ciborum subjiciendum est, ubi lex de mundis et immundis loquens, quædam animalia ad esum, quasi munda, concessit; quædam vero interdit, quasi non munda. Primum enim sciendum est, quidquid a Deo creatum est, mundum esse, in ipsa institutionis auctoritate purgatum, et non esse culpandum, ne in Creatorem culpa revocetur.

2. Deinde ad hoc filii Israhel legem datam, ut per illam proficerent, et redirent ad mores quos, cum ante a patribus acceperissent, in Aegypto propter consuetudinem barbaræ gentis perruperant. Ergo, ut homines emendarentur, pecora culpata sunt, 414 scilicet, ut homines qui eadem via habebant sequentes pecoribus existimarentur.

3. Nam in animalibus mores pinguntur humani, et actes, et voluntates, ex quibus ipsi sunt mundi vel immundi. Haec itaque munda esse dicit. Omne, inquit, quod *habet divisam ungulam, et ruminat, in pecoribus comedetis.* Quod cum dicaret, non pecora, sed mores hominum discernebat. Denique hi homines mundi sunt qui ruminant, qui in ore semper portant, quasi eibem, divina præcepta.

4. Hi et ungulam vindunt, quia duo Testamenta legis et Evangeliorum credentes, firmo gressu innocentiae justitiaeque incedunt. Item Iudei ruminant quidem verba legis, sed ungulam non vindunt: hoc est, quod nec duo Testamenta recipient, nec in Patrem Filiumque Aede suæ gressus ståunt. Propterea immundi habeantur,

5. Hæretici quoque licet ungulam vindunt, in Cap. ix. N. 4. De ciborum discretione confer Patres apostolicos, Editionis Cotelieri tom. I, pag. 38, ac passim theologos. AREV.

6. Nam qui in piscibus, etc. Alb.: *Namque in piscibus squamis aspersa pro mundis habentur, hispidi, et hirsuti, et rigidi, et graviores mores hominum approbantur.* In insimo ejusdem Codicis Alb. hæc reperiuntur: *Iсидорius in originali dicit sic: Namque in piscibus squamosis et compennulis, qui pro mundis habentur, hispidi, et hirci, et finti in fide, ac graves mores hominum approbantur.* Existimo igitur, originalis Isidori, quodcum Codex Albornozianus collatus

A Patrem, et Filium credentes, et duo Testamenta recipientes, sed quia doctrinam veritatis in ore non ruminant, nibilominus et ipsi immundi sunt. Nam quod adjecit Scriptura dicens : *Ex omnibus quæ gignuntur in aquis, et habent pinnulas et squamas, hæc comedetis; quidquid autem pinnulas et squamas non habet, abominabile erit vobis.*

6. Nam qui in piscibus squamosi et cum pinnulis, pro mundis habentur, hispidi, et hirti, et fortes in fide, ac graves mores designantur hominum habentes pinas contemplationis. Quæ autem sine his sunt, dicuntur immunda, in quibus leves, et lubrici, et infidi, et effeminali mores improbantur.

7. Quid autem sibi vult quod lex dicit: *Camelum non manducabis, nisi quod de exemplo animalis vitam damnat informem, et criminibus tortuosam?* Cum autem in cibum suem prohibet, 415 reprehendit coenosam utique, et luteam, ac gaudentem vitiorum sororibus vitam. Et cum leporem accusat, deformatos utique in feminas viros damnat.

8. Quis autem corpus mustelæ cibum faciat? Sed furtum reprehendit. Quis lacertam? Sed odit vitæ incertam varietatem. Quis postremo stellione vesci possit, ut hoc lex magnopere prohiberet? Sed maculas mentium exsecratur. Quis accipitrem, aut milvum, aut aquilam? Sed odit raptore violentio scelere viventes.

9. Quis vulturem? Sed exsecratur prædam de aliena morte querentes. Sic et cum corvum prohibet, volvates vel magnitudinem vitiorum vetat. Passerem quoque dum interdicit, intemperantiam coarctavit. Quando noctuam, odit lucifugas vanitates. Quando charadrium et gersaulam, nimis lingue intemperantiam. Quando cygnum prohibet, cervicis altæ superbiam denotat. Quando vespertilionem, querentes tenebris noctis similes errores.

10. Haec ergo et his paria lex in animalibus exsecratur, quæ in illis non sunt criminosa, quia in hoc nata; sed in homine culpantur, quia contra naturam non ex institutione, sed ex errore quæsita sunt. Sed fuit tempus aliquando antiquum quo istæ umbras vel figuræ exercendæ erant a populo, vel gerendæ, ut abstinentium esset a cibis quos institutio quidcm commendaverat, sed lex interdixerat.

11. Verum jam finis legis Christus advenit, apriens clausa legis, et obscura reserans, atque omnia sacramenta, quæ nobis texerat antiquitas figuris, magister insignis, et doctor cœlestis et institutor, reserata veritate patefecit. Sub quo dicitur: *Jam omnia munda mundis, inquinatis autem et infidelibus,* fuit ab ipsomet, ut videtur, cardinali Albornozio, nihil aliud fuisse quam Codicem miræ vetustatis, qui fortasse a nonnullis credebatur *originale sancti Isidori.* AREV.

7. Cur prohibuerit Deus Judæis quædam animalia manducare, et quænam inde allegoriæ expromantur, vide Patres apostolicos cum notis Cotelieri, tom. I, pag. 30. AREV.

9. Alb. Cum corvum prohibet, nigras vel impuras respuit voluntates, vel, etc. Et mox, lucifugam veritatis, pro lucifugas vanitates. AREV.

nihil mundum, sed polluta sunt eorum et mens, et A cum rubore, quinta uulcoris et cicatricis, sextam ustionis.

12. Et alio loco : Quidquid vobis appositum fuerit, manducate; ex quibus constat, omnia ista jam suis benedictionibus redditia, quae carnali populo fuerant pro moribus interdicta. Cavendum est autem ne quis licentiam istam paret in tantum esse permissam. **416** ut et immolata simulacris possit manducare; quantum enim ad creaturam Dei pertinet, omnia munda sunt; sed cum dæmonibus immolata fuerint, iniquata fiunt, unde et Apostolus ait : Si quis autem vobis dixerit : Hoc immolatum est idolis, nolite manducare (*I Cor. viii.*).

#### CAPUT X.

##### *De immunditia partium.*

1. Sequitur quæstio de immunditia partus et contagione lepræ. Ait enim : Mulierem quæ concepit semen, et peperit masculum, septem diebus esse inmundam, octavo purificari.

2. Quæ autem seminam peperit, bis septem diebus in immunditia scribitur permanere. In talibus ergo quædam mysteria latentes arcana non est dubium contineri. Septimana enim hujus præsentis vitæ tempus videri potest, quia in septimana diuinum consummatus est mundus. In quo donec sumus in carne positi, ad liquidum puri esse non possumus, nisi octava venerit dies, quod est futuri sæculi tempus.

3. In quo tamen purgandus est ille qui viriliter egit. Statim enim munda efficitur mater ejus, quæ genuit eum. Purgatio namque virtutis carnem ex resurrectione suscipiet. Qui nihil vero in se habuit virile adversus peccatum, sed remissus, et effeminatus permanenerit in actibus suis, iste nec in præsentis sæculi hebdomada, nec in futura purgabitur ab immunditia sua.

#### CAPUT XI.

##### *De lepræ.*

1. Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens : Homo in cuius carne et cute ortus fuerit diversus color, sive pustula, aut quasi lucens quidpiam, id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unumquemlibet filiorum ejus. Qui cum viderit **417** lepram in cute, et pilos in album mutatos colorem, plaga lepræ est, et ad arbitrium ejus separabitur. Lepra doctrina est falsa.

2. Proinde leprosi non absurde intelliguntur heretici, qui, unitatem veræ fidei non habentes, varias doctrinas præfertur erroris, veraque laisis adiungent, sicut et lepra veris falsisque locis humana corpora variando communiquerat.

3. Hujus scilicet lepræ invenimus legislatorem sex species in homine posuisse : primam capitilis et barbare, secundam calvillii et recalvationis, tertiam carnis et cutis, quartam cutis et corporis, et cicatricis albæ

42. Et alio loco, et cætera, usque ad finem capitis absunt a Beda, et Palentino, et plerisque aliis. **GRAL.**

Cap. x. N. 3. *Purgatam namque, etc.* Ms. Alborn. : Purgationem namque a virtutis caro ex resurrectione

4. In capite lepram portat, qui in divinitatem Patris, vel in ipso capite, quod Christus est, peccat. Caput enim viri Christus est (*I Cor. xi.*). Hanc lepram habent Judæi, Valentiniiani, Marcionistæ, Photiniiani, Manichæi, Ariani, Sabelliani, Macedoniani, Anthropomorphite, Priscillianistæ, Donatistæ, Nestoriani, Eutychiani, qui omnes in calvaria lepram gerunt, quia erroria sui perfidiam aperta pravitate defensunt.

5. In barba lepram gerunt, qui de apostolis et sanctis Christi perverse aliquid sentiunt, atque eos falsum quidlibet prædicasse constringent. Sicui enim barba ornamentum est viri, ita sancti apostoli et doctores ornamentum præstant corpori Christi.

6. In calvilio lepram habent, qui Ecclesiæ detrahunt, sicut Carpocratani, qui negant carnis resurrectionem, sicut Novatiani, qui nuptias damnant, et peccantibus penitentiam negant; sicut Hierachiti, qui inter alios errores regnum cœlorum parvulos habere non credunt; sicut Aeriani, qui vetant pro defunctis offerri sacrificium.

7. In carne et cute gerunt lepram, qui carnalia vel exteriora suadere conantur, ut Cerinthiani, qui resurrectionem futuram in carnis voluptate existimant; sic Actianii, qui dicunt in fide manentibus, quamvis carnaliter vivant, non posse computari peccata.

8. In cicatrice sanati ulceris lepram portat, qui post cognitionem Dei, et medicinam, et manifestationem fidei, quam a Christo **418** suscepit, rursum in ipsa cicatrice ascendit aliquod indicium erroris prioris, aut perfidia veteris dogmatis.

9. In carne viva lepram gestat, qui de anima, quæ vita est carnis, aliquod falsum existimat, sicut Luciferiani, qui dicunt animam de carnis substantia propagalam; sicut Arabici, qui animam simul cum corpore mori putant.

10. In cicatrice unctionis lepram habent Manichæi, qui inani abstinentia cruciatu corpora sua exurunt, et per infidelitatem non munditiem inde, sed lepram gignunt. De talibus prædicabat Apostolus : Discedent, inquit, quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum, in hypocriti loquentium mendacium, et cauteriam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, et abstinere a cibis. quos Dux creavit ad percipiendum (*I Tim. iv, 4 seqq.*).

11. Sed adhuc adjecit colores leprarum, id est, pallidam, rubentem, albam, lividam, nigram, florescentem. Itaque dum pallidam lepram dicit, imbecillum et fragilem fidem animæ denotat, quæ, perditæ colore integræ sanitatis, erroris infirmitate languescit. Cum autem rubicundam lepram ostendit,

suscipiet. **ANEV.**

4. Alb. : Qui in divinitate, vel in ipso capite. **ANEV.**

8. Savati. Alb., ex Originali Isidori, sana. Pro ascendi... perfidia, Alb., abscondit... perfidiam. **ANEV.**

bomicidii crux mentem infectam denotat, et inuit.

42. Cum vero albam, illos haereticos qui se mundos appellant, sive reliquos, qui de falso merito gloriatur, sicut Pelagius et Novatus. Cum autem macram vel lividam lepram commemorat, invidia et livoris notas execratur. Cum vero nigrum insinuat, sacrificiorum fumo et busto idolatriæ denigratam conscientiam detestatur. Cum autem florescentem toto corpore, et cooperientem omnem polluculum corporis a capite usque ad pedes dicit, avaritia crimen ostendit, quia nunc floridum et jucundum putatur hominem felicem ecce in hoc mundo et divitem videri in sæculo.

43. Hæc enim pestis avaritiae omne hominum genus, quasi totum corpus, crebro erroris contagio commaculat. Cum autem lepram quæ habet ruborem cum pallore permistum, eum hominem denotat qui, cum sit imbecillus animo, et mendax, facile in furorem prorumpit, et levitate inorum cito perjurat; pallor enim mentientem linguam significat. Rubor autem iracundiam manifestat.

44. Est itaque lepra peccati, quæ sacrificiorum oblationibus emundatur, id est, contrito corde et humiliato: *Sacrificium enim 419 Deo spiritus contributus (Psalm. 1)*. Est et idolatriæ, quæ aqua diluitur baptisuni. Est et haereticorum, quæ septem dierum purgatione extra castra habeatur, id est, per septiformis Spiritus agnitionem purificetur.

45. Est quæ visu sacerdotis ausertur per doctrinam. Genus autem lepræ, quod mundari omnino non potest, eorum est qui in Spiritum sanctum peccant, nec dicunt penitentes posse consequi veniam. De his ait Veritas: *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro (Math. XII)*.

46. Quod vero jubetur leprosis ut exeat de castris, et sedeant foris, donec mundetur lepra eorum, intelligitur haereticos projici debere ab Ecclesia, donec a proprio errore purgentur, et sic revertantur ad Dominum. Eiusmodi vero dissutis tunicis, capite deoperito, et ore obvoluto, sedere jubentur, lepræ mundationem exspectantes; dissutis tunicis, id est, omnibus secretis manifestatis. Capite deoperito, ut a cunctis ejus denudatio videatur. Ore clauso, ne ulterius impia doceat, vel loquatur. Sed adhuc adjecit **D** Scriptura lepram esse in vasis, in parietibus domus, in vestimento, in trama, in stamine.

47. Lepra in parietibus domus haereticorum congregatio denotatur, quæ per sacerdotem purgari jubetur. Lepra in vasculis, unicuique homini proprii corporis delicta. Lepra in stamine, vel in vestimento, peccata quæ ex terra corpus committuntur, vel quæ in ipso corpore perpetrantur.

48. Alb.: *Colligitur haereticos prohiberi ab Ecclesia... et sic convertantur*. Grialius edidit adjecit *Scriptura lepram*. Reposui *Scriptura ex aliis exemplaribus impressis*, et mss. Pro doceat, vel loquatur, fortasse legendum doceant, vel loquuntur. AREV.

PATROL. LXXXIII.

A 18. Stamen enim anima hominis intelligitur, et trama inollissimi corporis sensus. Quod vero lepræ in lege ad sacerdotem mittuntur, indicat pro emundatione haereticorum ante sacrificium Ecclesiam Domino offerre debere, et sic reconciliari unitati Ecclesiæ.

### CAPUT XIII.

*De sacerdote magno, et cultu eius.*

1. Dixit Dominus ad Moysen: *Pontifex, id est, sacerdos maximus 420 inter fratres suos, super cuius caput fusum est oleum unctionis, et cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet, et ad omnem mortuum omnino non ingredietur.*

B 2. Super patre suo quoque et matre non contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Dei, quia oleum sanctæ unctionis Dei sui fusum est super eum. Ego Dominus: virginem ducat uxorem. Viduam, et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne contaminet semen suum.

3. Sacerdos maximus inter fratres suos hic est, de quo scribitur, cum resurrexisset a mortuis: *Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et ad Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum (Joan. xx, 17)*. Super cuius caput fusum est unctionis oleum, juxta quod propheta David ait: *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae præ participibus tuis (Psalm. XLIV)*.

4. *Cuius consecratæ sunt manus*. Iste consecratus habet manus, dum eas in passione extendit pro expiatione totius sæculi. *Vestimentum autem ejus non scinditur*, id est, non patitur dividi in haereses et schismata Ecclesiam suam, quæ illi inhærendo uestis est propria, cuius indumenti figura fuit tunica illa Jesu inconsutilis, sed per totum textilis, quæ in passione non scinditur, sed a possidente individua servatur.

5. *Ad mortuum non accedat*; quia peccatum non fecit, per peccatum enim mors intelligitur, sicut scriptum est: *Anima quæ peccavit, ipsa morietur. In patre et matre non contaminabitur. In matre Christus non est pollutus, cum ante sæcula nasceretur de patre.*

6. Similiter in patre non est commaculatus, cum in sæculum nasceretur ex matre. Solus enim in sæculo mundus ingressus est, procedens ex utero virginali sine contagione virili. Nam non omnes, dum peccamus, contaminamur in patre de quo creati sumus, si in haeresim devolvamur. Item in matre contaminamur, si credentes Deo in aliquo Ecclesiam laedi sinimus, vel libertatem matris coelestis indigna peccati servitute foedamus.

CAP. XIII. N. 1. Alb.: *Et ad hominem mortuum omnino, etc. AREV.*

4. Alb.: *Non scinditur, sed individua possidenda servatur. AREV.*

**421** 7. *De sanctis non discedat, quia per susceptionem carnis Christus sic descendit in mundum, ut nūquam desereret cælum.* Viduam repudiatam, aut meretricem non ducat uxorem, sed virginem. Vidua et repudiata est Synagoga; de qua loquitur Dominus per Isaiam dicens: *Quis est hic liber repudii matris vestrae, quo dimisi eam* (Isai. L.)? Meretrix autem hæresis est, quæ multorum errori vel libidini patet; tales non copulantur Christo, nisi sola Ecclesia virgo, quæ non habet maculam, aut rugam; de qua Apostolus ait: *Despondi enim vos uni viru virginem castam exhibere Christo* (II Cor. xi).

8. Dicitur quidem et anima sponsa esse, sed illa quæ fideli simplicitate et actuuum puritate incorrupta probatur et virgo. Est et vidua anima quæ, descendens a jugo legis, Evangelii præcepta non servat. Est etiam repudiata quæ peccando a Christi corpore separatur, etiam si non projiciatur ab Ecclesia. Est et meretrix quæ ad se recipit amatores, id est, contrarias potestates, et dæmones, qui desiderium capiunt pulchritudinis ejus.

9. Pulchra namque a Deo creata est anima, et satis décora, quæ imaginem habet, et similitudinem Dei. Dehinc sequitur: *De genere suo ducat uxori*, animam scilicet, quæ ei fide conjugitur. Nec contaminabit sēmen suum, id est, verbum Dei, quod in Ecclesia prædicatur, sicut in Evangelio scriptum est: *Nè dederitis sanctum canibus, neque militatis margaritas ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis* (Matth. vii).

10. Hucusque quæ de summo sacerdote prædicta sunt mystice ad Christum pertinuerunt: De hinc ea ipsa sic interprætantur in membris suis, et maximè in sacerdotiis, ad quos pertinent spiritualia sacramenta. Qui etiam quantis polleant privilegiis breviter percurrendi est.

11. Dicit enim de eo: *Caput suum non discooperiet*, id est, ut sacramenta Christi, qui caput ejus est, velamento mysteriorum honoret. *Vestimenta sua non scindet*, ne in hæresim vel schismata transeat. *Super omnem animam quæ mortua est non ingrediatur*, ad omne peccatum quod ad mortem pertinet non accedat. *Super patre suo et matre non inquinabitur*, scilicet, ne tanta indulgeat pietate parentibus, ut Dominum suum offendat et creatorem, **422** neque ita misereatur propinquis, ut erga Deum videatur culpabilis.

12. Quanti enim episcopi, quanti monachii, dum curam gerunt parentum, suas animas perdiderunt! *De sanctis non egrediatur*, ut semper in operé et cogitatione sancta moretur. Qui enim loquitur quod otiosum et reprehensiōne dignum est, de sanctis egreditur, et polluit sanctificationem Dei, quid non

8. Alb., desiderium capiuntur. Forte, desiderio capiuntur. AREV.

12. Ad marginem Alb. Codicis hæc notataa erunt: *Quanti enim in monasterio, vel canonica, et episcopatu, dum curam gerunt parentum, suas animas perdiderunt!* AREV.

14. Alb., armus dexter, pro brachium dextrum:

A incedit ut servus Christi. *Viduam, et repudiataam, et meretricem non ducat uxorem, sed virginem*; id est, nihil de veteri homine et pristina voluptate amplectatur, sed vitam omni puritate florentem possideat. *De genere suo ducat uxorem*, utique vitam amplectatur sanctorum, quorum per fidem proximus est.

13. Inter hæc præcipitur iisdem ut ministrantes in templo vinum et siceram non bibant, ne ebrietate, et crapula, et curis hujus vitae prægraventur corda eorum, nec partem habeant in terra, nisi solum Deum, ne, dum de terrenis cogitant, superna obliviscantur. Ab hujus quoque convivio jubentur vicinus, et mercenarius separari, et servis tantum ciborum dari reliquias.

14. Vicius bæreticus est, qui proximum se titulo christiani nominis asserit; mercenarius Judæum ostendit, qui fructum observantiae legis carnaliter querit. Cum ipsis ergo sacerdos Dei non participet Evangelii pabulum, quod est ad refectionem animarum, sed tantummodo cum servis Christi. Datur de his quæ superferuntur altariis, sacerdoti pectus, et brachium dextrum: in pectore legis mundas cogitationes accepimus, doctrinæque notitiam; in brachio dextro opera bona ad pugnam contra diabolum, et armatam manu, ut quod corde conceperit, operum exemplo perliciat. Datur ei et de privato maxilla, ut eloquentiam habeat. Datur et de victimis venter, cuius indicio discat luxuriam extinguiere, et contemnere gulam.

### 423 CAPUT XIII.

*De sacerdotibus qui non offerunt sacrificium.*

1. Inter hæc jubetur ipsis sacerdotibus ut nulla debilitate insignes sint; ne cæcus, ne claudus, vel parvo, aut grandi, vel torto naso; ne fracto pede aut manu, ne gibbosus, nec lippus, nec albuginem habens in oculo, nec jugem scabieum, ne impetiginem in corpore, ne ponderosus. Quæ omnia referuntur ad animalia vitium; mores enim in homine, non natura damnatur:

2. Nam cæcus sacerdos est, quia Scriptura scientiam non intelligit, et quo gressum doctrinæ vel operis porrigit per ignorantiam nescit. De talibus scriptum est per Isaiam: *Speculatores ejus cæci omnes* (Isai. lvi, 10). Claudus quidem est, qui intelligit quid docere debeat, sed tamen præcepta quæ docet non implet. Parvo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est.

3. Grandi et torto naso est futibundus, et minax cum superbiae arrogancia vel immoderata discretione. Fracto autem pede vel manu est qui viam Dei quam hoc est pergere non studet. Gibbosus quoque sacerdos est quem terrena cupiditatis pondus de-

mox opera bona, et pugnam, quod exstet etiam in veteri Editione anni 1530. Postremo, *extinguere, et confinare gulam*: Isidorus admittet altariis pro altariis, ut alibi altario pro altari. AREV.

CAP. XIII. N. 1. *Integrum caput e Greg., Pastoral. I part. c. 41. GRAT.*

primit, et tardius ad superna intendit. Lippus vero est cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed hoc carnaliter vivendo obscurat. Albuginem quoque habet in oculo qui arrogantia sapientiae seu justitiae cæcatur.

4. Jugem verò scabiem habet cui carnis petulanlia sine cessatione dominatur. Impetiginem quoque habet in corpore qui avaritia vastatur in mente. Quæ, nisi in parvo compescitur, nimis sine mensura dilatatur. Ponderosus vero est qui, etsi turpitudinem non exercet opere, sed ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente. Talis nec sancta ingredi, nec nomen antistitis poterit possidere, quia et terréns desideriis gravatur, et expers est scientiæ veritatis.

#### 424 CAPUT XIV.

*De ablutione Aaron et filiorum ejus.*

1. Præterea quid sit illud quod juxta præcepta Dei lavasse Aaron et filios ejus legitur Moyses? Jam tunc purgationem mundi et rerum omnium sanctificationem baptismi sacramentum significabant.

2. Non accipiunt vestes, nisi prius lotis sordibus, nec ornantur ad sacra, nisi in Christo novi homines renascentur. Quod autem Moyses lavat, legis indicium est. Præceptis enim Dei lavandi sumus; et cum, parati ad induendum Christum, recte tunicas pelliceas deposuerimus, tunc induemur veste linea, nihil in se mortis habente, sed tota candida, ut de baptismo consurgentes, cingamus lumbos in veritate, et tota peccatorum pristinorum turpitudine celestur. Unde et David: *Beati, inquit, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata* (*Psal. xxxi.*).

#### CAPUT XV.

*De oblatione pro sacerdotis delicto.*

1. Quid autem sibi velit lex imaginaria quæ jubet vitulum pro peccato sacerdotis immolari, et sanguine ejus septies digito sacerdotis populum aspergi? Deinde duos hircos offerre debere: unum, in quo soror Domini venit, occidendum esse; et sanguine ejus, vel de sanguine vituli digito sacerdotis populum aspergendum; alterum vero, in quo omnia peccata et maledictiones totius populi imponendæ essent, in locum desertum perducendum, ibique dimittendum?

2. Sed prius est necesse vituli sacrificium pandere, et tunc etiam et hircorum causam mysteria que eorum narrare. Vitulus itaque hic qui pro peccato sacerdotis et totius populi emundatione 425 occidi jubetur, figuram Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi in semetipso portabat, qui non solum pro peccatis sacerdotalis populi, verum et pro omni genere humano cunctisque nationibus, Deo Patre permittente, est immolatus, sicut Apostolus ait: *Qui filio domino non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum* (*Rom. viii.*).

CAP. xiv. N. 2. Nec ornantur. Ita Alborn. Ms., et vetus Editio. Gralius, nec ordinantur, quod non placet. A.R.E.V.

CAP. xv. N. 2. In semetipso portabat. Alb. et

A 3. Merito ei hoc in loco de ejus vituli sanguine septies populus digito sacerdotis aspergi jubetur, ut redemptio et purificatio nostra in Christi sanguine collata per gratiam septemplicis spiritus demonstratur. Duo autem hirci duorum populorum figuram aperta ratione demonstraverunt, proprie originalem peccati prævaricationem, hircorum formam generentes.

4. Quorum est similitudo in Evangelio, hædi, id est, peccatores ad sinistram futuri (*Math. xxv.*). Sed ex his qui in Christum credidissent, ei pœnitentiam delictorum suorum toto corde egissent, baptismi gratiam consecuti, hi in similitudinem unius hirci, qui in sortem Domini venit, figuram accipiunt. Cujus sanguis tum sanguine vituli permisceri jubetur, ut, B consortes passionis Christi effecti, participes gloriæ ipsius efficiantur.

5. Sed quid est hircum in sortem Domini venire, nisi ut populus credentium, cuius ille figuram habebat, consors et cohaeres Domini haberetur in regno, sicut Apostolus ait: *Hæredes Dei sumus, cohaeredit autem Christi?* Alius vero hircus, qui in sortem Domini non venit, similitudinem tenet inuidelium, qui nunquam in Christum credere voluerunt. Hi utique accipiunt maledictionem totius populi, et omnes iniquitates humani generis, et projiciuntur in desertum locum.

6. Sed quid est omnes iniquitates, et maledictiones accipere, nisi quia omnia peccata, quæ ab Adam usque ad Christum humanum genus admisit, illi soli sunt percepturi, qui nec credere in Christum, nec expiari Christi sanguine voluerunt? Et sic onusti et prægravati iniquitatibus et maledictionibus totius populi, id est, humani generis, in desertum locum projectantur, id est, in tenebras exteriore, ubi fletus et stridor dentium, et in stagnum ignis, quod est gehenna, ubi ignis eorum non extinguetur, et vermis eorum non morietur.

#### 426 CAPUT XVI.

*De pecoribus que non offeruntur in sacrificio.*

1. Diversitas victimarum, et quæ vel offerti debent, vel non offerri, in hoc libro Levitico dinumerantur. Sed per comparationem pecorum conversatio hominum demonstratur. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel tota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus quam de ovibus animal immaculatum offerat, ut acceptabilis sit; vinnis macula non erit in eo.

2. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulem, si scabiem, vel impetiginem, non offeretis ea Domino, neque adolescenti ex his super altare Domini: bovem et ovem, auribus et caudis amputatis, voluntarie offerre potes, votum autem ex his quæ non potest. Omne animal quod vel cohritis, vel tonsis, vel sectis, ablatisque testiculis est, non

Flor. 2, in semetipso liniabat, seu linéabat, quod non displiceret. Alii in semetipso limabat, quod mendosum puto pro liniabat. A.R.E.V.

**A** offeretis Domino, et hoc in terra vestra omnino non facietis.

3. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, nec quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta et maculata sunt omnia, non suscipietis ea. Primum rejicitur a sacrificio maculosum animal, vel varium, id est, homines, in quibus diversitas est peccatorum, et nunc in libidine et cupiditate, nunc in diversis criminibus demutantur. Rejicitur quidem et cæcum animal, sicut est, qui nec Deum videt, nec opera ejus facit.

4. Fractum quoque, id est, vitiis carnalibus vexatum ac collisum. Rejicitur et cicatricem habens, qui non digna satisfactione pœnitentiæ vulnera peccatorum deplorat, sed adhuc veteris morbi signum per desideria voluptatis interius gestat. Reprobatur et lingua amputatum, qui Dominum non confitetur, neque divinam legem meditatur.

5. Rejicitur et papulam habens, qui pruritu libidinis et ardore concupiscentiarum exæstuat. Similiter et scabiosum, qui peccatum carnis perficit contagione operis. Jam vero impetiginem habens 427 hæreticorum figurat collectionem, quæ frequenter se in Ecclesiæ corpus immergit, et, ut impetigo, livorem facit. Porro aure amputati sunt qui verbo Dei non obediunt, non faciendo quæ jussa sunt.

6. Qui vero caudam habet amputatam, ille est qui bonum quod incipit perseveranti fine non perficit. Porro desectum, vel testiculis amputatum, indicat eos qui cum corpore viri sint, turpitudinis usu effeminantur. His ergo criminibus involuti, a sacrificio Domini reprobantur, nec efficiuntur consortes passionis Christi, nec cœlestis sanctificationis participes.

#### CAPUT XVII. De cœteris cæremoniis.

1. Sed neque panes alienigenæ offeruntur Domino, et doctrinæ hæreticorum, vel studia superstitiosa

4. Qui in sortem. Sic Alb. Codex. Grialius, qui in sorte. Alii, qui in similitudinem. Sed verior lectio Albornoziani Codicis videtur; nam iterum reddit in sortem Domini venire. AREV.

CAP. XVI. N. 5. Alborn., et scabiosus, qui. Cæteri, scabiosum qui, ut supra: Cæcum animal, id est, qui. Paulo post idem Alborn.: Non obediunt, quæ justa sunt faciendo. AREV.

CAP. XVII. N. 1. Hoc caput imperfectum hactenus in omnibus Editionibus apparuit, nisi quod in ultima Matritensi Ulloæ supplementum ad appendices rejectum fuit tom. II, pag. 64, ex Codice Bononiensi. Integrum quoque exstat in Codice Vat. 627, quem descripsi in Isidorianis, cap. 94, ubi, num. 11, adverti nonnihil vaticani Codicem ab Albornoziano discrepare. Mihi ad manus sunt duo exemplaria ex Codice Bononiensi descripta cum variis lectionibus in eodem Codice notatis ex Originali Isidori, sive Codex Bononiensis vere cum autographo ipso sancti Isidori collatus fuerit, sive cum alio Codice veteri, quem collator crediderit, vel appellaverit *Originale Isidori*. In Editione Ulloæ breves quædam notæ sunt ad hoc caput, fortasse a doctissimo Henrico Florezio adornatae; nam advertitur fragmentum ex Albornoziano Codice transcripsisse D. Petrum de Castro, Bononiensis Collegii alumnum (qui in extrema ætate nuper in Hispalensi pestilentia extinctus est, dum canoniciatu ejus ecclesiæ metropolitanæ fungeretur), apographum vero a R. P. Henrico Floresio liberalis-

A sæcularium litterarum, quæ, quia extra fidem sunt, et aliena putantur. Tales enim repudiantur hostiæ a Domino, et rejicitur hujusmodi sacrificium ab Ecclesia catholica.

2. Nunc vero jam de quibusdam cæremoniis quid spiritualiter in 428 his habeatur dicendum est. De quibus etiam et Judæi scrupulosissime querunt, dicentes: Cur eas Christiani non student observare, cum Christus venerit non legem solvere, sed adimplere? Quæritur ergo cur jam non circumcidatur carne Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere.

3. Respondetur: Ideo jam non circumciditur Christianus, quia id quod eadem circumcisione prophetabatur jam Christus implevit. Expoliatio enim carnalis generationis, quæ in illo tacto figurabatur, jam Christi resurrectione adimpta est, et quod in nostra resurrectione futurum est, sacramento baptismi commendatur. Si enim Judæi resurrectione Domini justificantur, cuius resurrectionis iterum, post diem tamen Sabbati, hoc est, post septimum, octavus fuit, profecto spoliarentur carnali velamento mortali dederiorum, et cordis circumcisione gaudentes, adumbratam figurataque non jam in carne exprimerent.

4. Cum quæritur Sabbati otium cur non observet Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo et id propterea non observat Christianus, quia quod ea figura prophetabatur jam Christus implevit; in illo quippe habemus Sabbathum, qui dixit: Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tullite jugum meum super vos, et discite a me quia mittis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (Math. xi, 28).

5. Cessationem ergo Sabbatorum jam quidem supervacue ducimus observare ex quo spes revelata est nostræ quietis æternæ. Cum quæritur quare non obsime fuisse communicatum. Jam Editiones veteres solum exhibent initium capituli, sed neque, usque ad Ecclesia catholica. Apud Grialium est offeruntur pro offeruntur. Expressi lectionem quæ in Alborn. ascribitur ex Isidoro, seu Originali. Nam in texto Codicis est: Sed neque panis alienigenæ offertur. Mox Grialius: Domino, id est, doctrina hæreticorum... quæ extra fidem. AREV.

2. In duobus meis exemplaribus ex Cod. Alb. Cum Christus non venit legem. In Editione Ulloæ notator quæ sequuntur, Quæritur ergo, etc., ad verbum sumpta esse ex Augustino contra Faustum, lib. xix, cap. 9. AREV.

3. Pro respondeo breviter: Ideo, quod exstat in Ms. Alb., collator ejusdem Codicis ex Isidoro notavit respondetur: Ideo. In Editione Ulloæ ex sancto Augustino hac varietas profertur: Et quod in nostra resurrectione futurum, sacramento baptismi commendatur. AREV.

4. Non observe Christianus. Ita Originale Isidori. In texto Alb. Cod. Non observe Christiani. Pro imo et id, ex Augustino, respondeo imo id indicatur in Editione Ulloæ, in qua omisso fuit respondetur, quod Cod. Alb. exhibet, vel responderunt, ex Isidori Originali. Collator advertit vos ante reficium positum in Codice inter duas columnas, secundo lineam, sed diversa alia manu. In Editione Ulloæ ita id exprimitur: Vos in principio lineæ, sed alia manu. AREV.

5. Cum quæritur, etc. Hec sancti Augustini esse,

seruet differentiam ciborum, quæ in lege præcipitur, A si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, 429 respondetur: Imo propterea non observat eam Christianus, quia quod in illius figuris prophetabatur Christus implevit, non admittens ad corpus suum (quod corpus in sanctis suis in vitam æternam prædestinavit) quidquid per illa animalia in moribus hominum significatum est.

6. Cum queritur quare Christianus non, animalibus immolatis, carnis et sanguinis sacrificium offerat Deo, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo propterea magis hæc Christianus jam offerre non debet, quia ea quæ talibus rerum figuris illi prophetabant immolatione carnis et sanguinis sui Christus implevit. Nam de sacrificiis eorumdem animalium quis nostrum nesciat magis ea perverso populo congruenter imposita, quam Deo desideranter oblata?

7. Sed tamen in his figuræ nostræ fuerunt, quia nostra emundatio et Dei propitiatio nobis in sanguine nulla. Secundum figuram illam veritas Christus est, cuius sanguine redempti sumus. Cuni queritur cur azyma non observat Christianus, si non venit Christus legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo propterea magis non observat Christianus hæc, quia quod illa figura prophetabatur, expurgato veteris vita fermento, novam vitam demonstrans implevit Christus. Quapropter non manducare azyma per statutos septem dies tempore Veteris Testamenti peccatum fuit; tempore autem Novi Testamenti non est peccatum.

8. Sed in spe futuri sæculi, quam habemus a Christo, qui et animam nostram induens justitiam, et corpus nostrum induens immortalitatem, totos nos innovat, credere aliquid ex veteris corruptionis 430 necessitate atque indigentia nos passuros, vel acturos, semper peccatum est, quandiu voluntur isti septem dies quibus peragitur tempus. Sed hoc Veteris Testamenti temporibus in figura occultatum, a quibusdam sanctis intelligebatur; tempore autem Nðvi Testamenti in manifestatione revelatur, populis prædicatur. Unde Scriptura ipsa tunc erat præcep- tum, nunc testimonium.

9. Cum queritur cur de carne agni Christianus

cit. lib. xix contr. Faust., cap. 40, in Ulloæ Editione animadveritur; ut etiam quod pro in illius figuris apud sanctum Augustinum legitur illis figuris, omisso in. A verbis propterea non observat eam Christianus, quia quod, etc., usque ad verba numeri 7, veritas fuit Christus. Respondetur imo, in Alb. Codice nota hæc est inter columnas manu antiqui collatoris: *Hoc non inveni in Originali Isidori. Scilicet in vetustiori Codice, sive mavis autographo Isidori: quod ego minus credo; ac facile fuit antiquioris Codicis exscriptorem, repetitione eorumdem verborum responderetur imo deceptum, reliqua media verba reliquise.* AREV.

7. Textus Cod. Albornozianus, quem Ulloæ Editione expressit, mendosus et imperfectus erat hoc modo: *Nostra emundatio et Dei propitiatio nulla est sine sanguine. Sed illarum figurarum veritas fuit Christus.* Respondetur: Imo propterea, etc. Verum hæc in Co-

A pascha non celebret, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo Christianus jam sic pascha non celebrat, quia quod illa figura prophetabatur Agnus immaculatus sua passione Christus implevit. Cum queritur quam ob causam neomenias in lege mandatas non celebrat Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo jam propterea Christianus istas non celebrat, quia propter quod prænuntiandum celebrabantur Christus implevit. Celebratio enim novæ lunæ prænuntiabat novam creaturam, de qua dicit Apostolus: *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, et facta sunt omnia nova.*

10. Cum queritur cur illa singularum quarumque immunditiarum baptismata quæ in lege præcipiuntur non observet Christianus, si legem Christus non venit solvere, sed adimplere, respondetur: Inde potius hæc non observat Christianus, quia futurorum figura erant, quam Christus implevit.

B Venit enim consepelire nos sibi per baptisum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis, sic et nos in novitate vitæ ambulemus.

11. Cum queritur qua causa scenopegia non sit solemnitas Christianorum, si lex a Christo adimplita est, non soluta, respondetur tabernaculum Dei fideles esse, in quibus charitate sociatis, et quadammodo compactis, habitare dignatur. Et ideo magis illud non observari a Christianis, quia jam Christus in Ecclesia sua quod illa figura propheticæ promittebat implevit. Scenopegiam non celebrare aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum; tabernaculum autem Dei, quod est Ecclesia, non compaginari, semper peccatum est; sed quod tunc agebatur sub præcepto figurato, 431 nunc legitur in testimonio revelato. Nam et illud, quod tunc factum est, non diceretur tabernaculum testimonii, nisi alicui veritati, quæ suo tempore declaranda erat, quamdam congruentiam attestaretur.

12. Cum queritur quæ causæ essent septimum annum remissionis, sive jubilæum non observari, in quo canebant tubæ, et reverberabantur omnes ad antiquam possessionem, respondetur jubilæi figuram æternæ beatitudinis requiem significare. Sicut enim dies septimus feriatus esse præcipitur, ut æterna

C D dice obelo notata sunt, et ad marginem appicta lectio quam tenui, nisi quid est veritatis pro veritas. AREV.

8. In Alb. et textu Editionis Ulloæ, animam induens justitiam; supplevi nostram ex Origin. Isidori, et scripsi justitia ex eodem, ut etiam paulo post Scriptura ipsa, cum in textu Codicis et citata Editionis desit ipsa. AREV.

9. Cur de carne, etc. Ita ex Origin. Isidori. Cod. Alb., cur de sanguine agni Christianus pascha non celebrat. AREV.

11. Quodammodo... prophetic... figurato... alicui veritati. Ita Isidorus. Cod. Alb., quemadmodum.... prophetic... figurantur.... alicujus civitatis. AREV.

12. In MSS. scribitur jobeleum. In Editione Ulloæ ad verba *Sicut enim dies septimus, etc., notatur hæc esse ex sancto Gregorio, Moral. lib. xxxv, cap. 8, n. 16.* AREV.

per eum requies designetur, sic in jubilæo, qui in annorum currículo se piegario numero septies repli- cato, et monade addita, in quinquagenarium ducitur, perpetuæ beatitudinis secura requies intinatur.

13. Quando in voce archangeli novissima clangente tuba resurgentibus cunctis, revertitur ad om-

13. Scripturam Originalis Isidori expressi. In textu Codicis et Editionis Ulisse, Revertitur omnis ad antiquam possessionem carnis. Tunc revertitur ad an-

nes antiqua possessio carnis, tunc revertetur Adam ad antiquam terram carnis suæ, in qua inhabitavit. Tunc Abel ad terram suam, de qua ejectus est per Cain. Tunc Noe, Abraham, Isaac, et Jacob, sed et omnes animæ mortaliæ tunc recipient corpora sua, a quibus exierunt, ut possideant ea in æternum.

tiquam... ejectus a Cain. Post possideat in æternum est hæc rubrica : Explicit liber Leviticus. Incipit lib. Numeri. AREV.

## 432 IN NUMEROS.

### PRÆFATIO.

1. Ideo hic liber unus ex quinque libris Moysi Numeri appellatus est, eo quod egressæ multitudinis Israelitæ ex Ægypto in eodem perfectiorumque virorum computatio et numerus teneatur insertus.

2. In quo etiam profectiones eorum et mansiones a fluvibus Ægypti usque ad locum et tempus in quo Moyses defunctus est numerantur. In quo et dies dedicationis tabernaculi, et oblationum modus, non sine mystici numeri sacramento et ratione dinumeratus est.

3. Catalogus autem mansionum filiorum Israel a prima usque ad ultimam numerantur simul quadraginta et duæ. De quibus Matthæus loquitur : *Ab Abram usque ad David generationes quatuordecim, et a David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim* (Matth. 1), id est, generationes simul quadraginta et duæ.

4. Per has currit verus Hebraeus, qui de terra festinat transire ad cœlum, et Ægypto sæculi derelicta, terram reprobationis ingreditur; nec mirum si illo numeri sacramento perveniamus ad regnum celorum, sub quo Dominus atque Salvator a primo patriarcha pervenit ad Virginem, quasi ad Jordanem, quem, pleno gurgite fluens, Spiritus sancti gratiis redundavit.

### 433 CAPUT I.

1. Prima mansio est Ramesses urbs, quæ in extremitatibus Ægypti erat, in qua populus congregatus existit in desertum altera die post pascha in conspectu Ægyptiorum. *Ramesse* interpretari quidam *communionem*, vel *sonitrum*, putaverunt, quia cum commoti fuerimus ad evangelicam tubam, et excitati tonitruo gaudii, eximus in mense primo, quando hiems præterit, quando veris exordium est, quando cunctis renovantur.

PRÆF. N. 3. Catalogus autem mansionum. Pleraque omnia ex Hieronym., epist. 427, ad Fabiolam, et Ambrosii lib. de Mansionibus. GRIAL.

CAP. I. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

Ibid. Codex Alborn. : Quia cum commoti fuerimus ad prædicationem evangelicæ tubæ, et excitati tonitruo cum gudio. AREV.

2. Alborn. : Post eum agni immaculati, et calceati, dicente Apostolo, et accincti pudicitia lumbos, et baculos in manibus præparatos habentes. In textu Grialii mendum erat et baculos manibus in præpara-

B 2. Eximus quinta decima die mensis primi, in crastinum paschæ, pleno mensis lumine, post eum agni immaculati, calceatos pedes habentes de Evangelio, vel Apostolo, et accinctos lumbos de pudicitia, et baculos in manibus præparatos (Ephes. vi).

### CAPUT II.

1. Secunda mansio est Socoth, in qua coquunt panes azymos, et primum tendunt tabernacula. Unde et locus nomen accepit. *Socoth* quippe interpretatur *tabernacula*, sive *tentoria*. Cum ergo exierimus de Ægypto, id est, a sæculo, primum tabernacula figamus, scientes nobis ad ulteriora pergendum, et ad sanctam terram cœlestem iter accelerandum.

### CAPUT III.

4. Tertia mansio est Ethan, quæ est in extremo solitudinis, in qua primum videtur Dominus præcedens populum in columna ignis. *Ethan* sonat *fortitudo*, sive *perfectio*. Præparemus ergo nobis fortitudinem assumentes perfectum robur, ut inter errorum 434 tenebras et confusionem noctis scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat protegentem, ut his ducibus ad terram sanctæ promissionis pervenire valeamus.

### CAPUT IV.

1. Quarta mansio est Phihahiroth, quod est contra Beelsephon. *Phihahiroth* interpretatur *os nobilium*. Proinde assumpta fortitudine, nobilitemur in Domino, contemnentes et Beelsephon, qui interpretatur *dominus aquilonis*, ejusque superbiam declinemus.

2. Ab hac mansione profecti filii Israel transierunt per medium mare in desertum, videruntque Pharaonem cum suo exercitu submersum, præsumpto Maria præcentem in tympanis.

### CAPUT V.

D 1. Quinta mansio est Marah, ad quam venerunt filii Israel, transito Rubro mari post triduum. *Marah* autem interpretatur *amaritudo*; post prædicationem

tos. AREV.

CAP. II. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

Ibid. Sanctam terram cœlestem iter. Alb., *sanctam terram cœlestem iter*. Melius fortasse est quod vetus habet Editio, *sanctam terram, id est, cœlestem Ierusalem iter*. AREV.

CAP. III. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. IV. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

2. In desertum. Ita Alborn. Grialius in *deserto*, AREV.

CAP. V. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

quim „vangelii et tabernacula transmigrantium, post assumptam fortitudinem fidei, et post baptismum atque victoriam rurum tantum ad amaritudinem, ut voluntas atque luxuria vita amaritudine terminetur, et per crucis lignum, quasi per cruciatum, iterum suavitatis compensetur.

## CAPUT VI.

1. Sexta mansio est Helim, ubi prant duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmæ, in figura duodecimi apostolorum, et septuaginta discipulorum secundi ordinis: de quorum fontibus doctrinæ potum habemus, et dulces fructus victoriae carpinus. Unde et bene Helim virtutum in quietes fortes; ipsi enim sunt robusti principes gregis, duces oyium, doctores gentium.

## 435 CAPUT VII.

1. Septima mansio est iterum ad mare Rubrum, quod est baptismi typus, cryore Domini consecratus. Quæritur hic quomodo post transitum Rubri mariæ, et fontes amaros, et Helim, rursus ad mare Rubrum venerint? nisi forte in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrit, juxta quem castrametati sunt.

2. Aliud est enim transire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur post evangelicam disciplinam, et cibos dulcissimos triumphorum, apparere nobis interdum mare, et præterita discrimina ponit ante oculos.

## CAPUT VIII.

1. Octava mansio est in solitudine Sina, qua tenditur usque ad montem Sinai. Interpretatur autem Sine rubis, vel odium, quia postea quam venerimus in locum Ecclesie, de qua Dominus nobis sit locutus, grande odium meremur inimici.

## CAPUT IX.

1. Nona mansio est in Depheca, quæ dicitur pulsatio, juxta quod Dominus ait: Pulsate, et aperietur vobis (Matth. vii). Sensusque est manifestus, quia postquam venerimus ad locum Ecclesie, incipiunt sacramenta pulsare.

## CAPUT X.

1. Decima mansio est in Albus, quod interpretatur fermentum, quod tollens mulier commiscuit farinæ sepius tribus, donec fermentaretur totum (Matth. xii). In hac solitudine murmurat populus propter famam, accepitque vespere potum, et manu alterius diei manna. Et nota, in decima mansione magna tristitia;

Ibid. Transito mari Rubro. Ex Ambros., mans. septima. Al., transacto. GRIAL.

CAP. vi. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. vii. N. 1. Quæ de baptismo dicuntur ex Ambros. Reliqua ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. x. N. 1. Post Decalog. usque ad panem manducari. Ex Ambros. GRIAL.

CAP. xi. N. 1. Alb., aqua erupit. Verum aquam erupit Isidorianum videtur. AREV.

2. Ubi venit Jethro. Vid. Origen. hom. 11 in cap. xviii Exodi. GRIAL.

Ibid. Sugerente. Alborn., succedente. AREV.

CAP. xii. N. 1. Ex Ambros. et Hieronymo. GRIAL.

Ibid. Et interpretatur rubus. At Hier.: Interpretatur autem Sinai rubi, non unus, ut supra in solitudine Sin, sed plures, ut ibi principium sit, hic perfectio;

id est, post Decalogi perfectionem angelorum papaver manducari.

## 436 CAPUT XI.

1. Undecima mansio est in Raphidin, quæ interpretatur dissolutio fortium, vel remissio manuum. In hac sitiens populo longe de patre Qesh in similitudinem Christi aquam erupit. Ibi Jesus in typo Salvatoris contra Amalech militat, et in signo crucis dæmonum adversum pos tentamenta surgentia devincuntur.

2. Ubi venit Jethro cognatus ad Moysen, dans consilium septuaginta seniorem, et in typum Ecclesie ex gentibus congregatae, legis immunitio evangelio sugerente compleetur. Pulchra autem dissolutio ac sanitas fortium Raphidin dicitur, vel propter dissipatum Amalech, vel propter sanatum Israel.

## CAPUT XII.

1. Duodecima mansio est in solidudine Sina: statim tibi veniat in mentem apostolicus numerus. Sina quippe interpretatur rubus, quo significatur Ecclesia, in qua nobis apostoli prædicant. In hac mansione Moyses ascendit ad Dominum, ibique descendit Dominus in montem Sinai, dans legem populo suo. Ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur varietas hostiarum, vasorum diversitas, indumenta pontificis, sacerdotum ac levitarum cærimonie.

2. Ibi numerus populorum et Levitarum, et per singulas tribus populi distributio. Oblationes quoque principum in hac mansione 437 descriptæ sunt. Due quoque argenteæ tubæ ad promovenda castra ibidem fieri jubentur.

3. Ibique præcipitur immundis, et iis qui primo mense paschæ interesse non poterint, ut secundo mense convenient. Sed quid sibi velit quod bi qui longius habitabant, vel immundis in anima fuerant, in secundo mense paschæ jussi sunt facere? Quod nimur in typo intelliguntur populi gentium, qui cum omnibus dæmonibus fornicati, immundis videbantur in anima, salubri vero confessione mundati, ad secundam nativitatem, quasi ad secundum mensum, transire præcipiuntur.

4. Jubetur quoque in hac mansione Nazareto, ut vinum, et siceram, et omne, quod de uvis est, non bibant, nec comedant, nec uiam quidem passam, vel acetum, quod est ex vino. Sed in Proverbii præcepit potentes, qui iracundi sunt, ut vinum non bi-

ibi solitarius numerus, hic multiplex. Aliud est enim unum, aliud omnes gratias possidere. Sed opera præmium erit additamentum ex margine referre, qui enim legerat, interpretatur rufus, digamma deceptus (quod pro u, et b in his Codicibus saepe reperitur) is addidit, rufus, ex sanguine Christi redempta Ecclesia, ut est in lib. Valent. GRIAL.

Ibid. Ibi fabricatur, etc. Onnia usque ad finem inansionis sunt Ambrosii. GRIAL.

Ibid. In Alborn. et Florent. MSS. legitur, ut in Valent., rufus, ex sanguine Christi redempta Ecclesia. AREV.

3. Habitabent. Ita Alborn. Grialius, cuio alii impressis, habitant. AREV.

4. Obliviscantur sapientiae. Alborn., obliviouscantur sapientiam. AREV.

bent, ne cum biberint, obliviscantur sapientia A (Præverb. xxxi).

5. Quid ergo Nazaræorum nomine, nisi abstinentium continentiumque vita designatur? His in vino luxuria prohibetur, in sincera omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diverso conficitur genere, sicut voluptas ex diversa vitiorum oritur colluvie; illi enim vinum non bibunt, et siceram bibunt, qui ad decipiendos homines umbras quasdam et imagines se simulant habere virtutem.

6. Uva passa illi vescuntur, qui propter humanos oculos abstinentiae pallore inficiuntur, ut gloriam captent ab hominibus. Acetum autem hi bibunt qui post vitæ sanctitatem in vetustatem præteriorum vitiorum labuntur, et corruptione veteris nequitiae delectantur. Præcepit itaque Deus ut qui sanctitatis B induerint titulum cunctis his careant vitiis, nullamque hujusmodi perturbationem appetant, quæ statum mentis evertat.

7. In hac mansione projiciuntur de castris leprosi, fluxi et immundi. Leprosi hæretici, fluxi cogitatione, immundi opere, ut tanquam coquinati et morbi a castris Ecclesie separantur, ne contagione morum suorum vitam polluant innocentium.

**438** 8. Ibi ab anno vicesimo annumerantur populi, qui ad prælium eliguntur. Sed cur ab anno vicesimo, nisi quia ab hac ætate contra unumquemque vitiorum bella nascuntur? Ideoque ad pugnam eliguntur, ut habeant contra libidinem confictum, ne luxurias superentur.

9. Ibi etiam ab anno vicesimo et quinto Levitæ C tabernaculo servire mandantur, et a quinquagenario custodes vasorum sunt. Quid enim per annum quintum, ac vicesimum, in quos flos juventutis oboritur, nisi ipsi contra unumquemque vitiorum bella signantur? Et quid per quinquagenarium, in quo et jubilæi requies continetur, nisi interna quies edomito bello mentis exprimitur? Quid vero per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ designantur?

10. Levitæ ergo ab anno vicesimo et quinto tabernaculo serviunt, et quinquagenario vasorum custodes sunt, ut videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum certamina per consensum delectationis tolerant aliorum curam suscipere non præsumant. Cum vero temptationum bella subegerint, cum apud se jam de intima tranquillitate securi sunt, animarum sortiantur custodiæ.

5. Oritur passio. Oritur colluvie, Ambr. **GRIAL.** Ibid. Alb.: Illi enim vinum et siceram bibunt. Grialius videtur in textu voluisse apponere passio, ut habent alii, pro colluvie. AREV.

6. In nonnullis MSS., uvam passam illi vescuntur, ut interdum utor cum accusativo occurrit. AREV.

9. Et a quinquagenario custodes vasorum sunt. Ita vetus Editio. Grialius per errorem, ut puto, fiant. Breulius exhibet fiant, sed ita, ut a quinquagenario... fiant. AREV.

11. Vulgata, et captivantem me in lege peccati. AREV.

12. Charitas omnes pilos carnis, usque ad reddit, verba sunt Greg., v Moral., cap. 24, ex quo fructicantibus legimus, non fructificantibus, ut erat in MSS. o. *Ex crescentibus*, Ambros. **GRIAL.**

11. Sed quis haec prælia sibi perfecte subigat, cum Paulus dicat: Video aliam legem in membris meis, repugnante legi mentis meæ, et captivum medacentem in lege peccati (Rom. vii, 23)? Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis enerviter expugnari: in istis exercetur virtus, ne quis extollit debeat; in illis omnimodo extinguitur, ne subsistat.

12. Præcepit dehinc ibi lex levitis, omnes pilos carnis radere, quia bi qui obsequiis assumuntur divinis debent ante Dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundi apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat, et pulchram animæ speciem, quasi pilis fruticantibus, deformem reddat.

13. Post hæc jubentur etiam fieri due tubæ, quarum clangore populi moverentur ad prælium. Sic enim scriptum est de **439** bis ad Moysen: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles.* Et paulo post: *Cum concitus clangor increperit, movebuntur castra.* Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo Testamenta, sive per duo præcepta charitatis, ad procinctum fidei populus evocatur.

14. Quæ idcirco argenteæ fieri jubentur, ut prædicatorum verba eloquii nitore resfulgeant, et auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco ductiles; quia necesse est ut hi qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tensionibus crescant.

15. Bene autem dicitur: *Cum concitus clangor increperit, movebuntur castra,* quia nimirum, cum subtilior ac minutior prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra temptationum certamina ardenter excitantur. Jam abhinc promovent filii Israel de monte Sina, et transeunt in sepulcræ concupiscentiæ.

### CAPUT XIII.

1. Tertia decima mansio est in sepulcris concupiscentiæ, ubi populus, fastidiens cœlestem panem, carnes Ægyptias desideravit. Multosque subiun devoravit incendium. E quibus edocemur, qui conversationem reliquimus sæculi, et Ægyptias ollas (id est, carnalium desideriorum fervores contemptus), non debere murmurare contra cœlestem panem, nec virulentias Ægyptiorum, qui sunt magnarum carnium, sed simplicem manna cibum, id est, puram cœlestemque vitam querere.

Ibid. In not. Grialii videtur legendum levitis pro charitas, et reddit pro reddit. AREV.

15. Ad procinctum fidei. Ad prælium fidei. Ambros. **GRIAL.**

15. Cod. Bonon. *Cum subtilius ac minutius prædicationis sermo tractatur, contamina, id est, certamina ardenter excitantur.* Jam abhinc promovent filii Israel, etc. Vulgata, movebunt castra. AREV.

CAP. XIII. Ex Hieronymi et Ambros. verbis tota confitata est. **GRIAL.**

Ibid. Qui sunt magnar. carnium. Ita lib. o. et Ambr. Quæ sunt poetarum carmina, Hieronym. **GRIAL.**

Ibid. Alb., panem, nec purulentias Ægyptiorum, quæ sunt, etc. AREV.

**2.** Alioquin si post perceptum angelicum manna , quæ est coelestis vita , sive doctrina , rursus carnes Ægyptias (quæ sunt carnales hujus sæculi voluptates) et concupiscentias pristinorum morum voluerimus appetere, vorabimus nauseam, et statim Domini igne torquebimus, desideriumque nostrum vertemus in tumulos , ut simus sepulcra dealbata , quæ formis apparent hominibus **440** speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum , et omni spurcitia.

**3.** In hac mansione descendit spiritus super septuaginta viros electos, et tunc Dominus descendit in nube , et retraxit de spiritu qui erat super Moysen , et imposuit super septuaginta viros. Descendente enim in nube carnis Christo , diffusa est per fidem Spiritus sancti gratia super populos , ex septuaginta gentium linguis electos, venitque super omnes donum illud virtutis coelestis, quod quondam fuerat in Moyse aquæ prophetis.

#### CAPUT XIV.

**1.** Quarta decima mansio in solitudine Aseroth. In hac Aaron sacerdos locum incidens offensionis cum sorore sua Maria , fratri eterque obtrectant , quod alienigenam accepisset uxorem. Unde illico Maria contagio lepræ efflouuit.

**2.** Quo loco evidens fuit figura mysterii , quod sacerdotalis illa plebs patrum Christo Salvatori adversus Ecclesiam congregatam ex gentibus derogaret : ideoque lepræ sorde perfunditur ; nec redit ad Dei tabernaculum , donec statutum plenitudinis gentium tempus adimpleatur. Tunc enim eadem plebs pristinam poterit recipere sanitatem , dum eis septiformis spiritualis agnitus ad veniam fuerit suffragata.

#### CAPUT XV.

**1.** Quinta decima est in Reithma , quæ transfertur sonitus , sive juniperus. Fertur autem hoc lignum ignem multo tempore conservare, ita ut si prunæ ex ejus cinere fuerint adopertæ , usque ad annum perveniant. Ex quibus discimus post sepulcra concupiscentiæ , **441** sive atria , transire nos ad lignum multo tempore calens, ut simus ferventes spiritu , et claro sonitu , atque in altum exaltata voce Evangelium Domini prædicemus.

**2.** Ab hac mansione usque ad tricesimam secundam hæ continentur historiæ quæ, quia non sunt per mansiones singulas distributæ , a nobis quoque in commune dicentur.

**3.** Duodecim exploratores mittuntur ad terram san-

**2.** Alioquin si post perceptum angelicum manna , etc. Paulo aliter Ambros. Alioquin si post præcepta , angelicam escam , mannaque coelestis vitæ , sive doctrinæ , rursus carnes Ægyptias , etc. GRIAL.

*Ibid.* Vorabimus nauseam.—Nauseamentis, Val.; sed Hieronymus vocem mentis non habet. GRIAL.

*Ibid.* Alb. et Flor. 1 : Vorabimus nauseamentis, et statim... vertemus in tumulos. AREV.

CAP. xiv. N. 1. Ex iisdem. GRIAL.

CAP. xv. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

*Ibid.* Sive atria. Ita omnino legendum ex Hieronym. mansione 14, et hoc loco. Illic enim hazeroth in atria vertitur; hic vero , post sepulcra concupiscentiæ , et testibus. Mendose ergo lib. plerique antra habent.

A ctam. Bôtrus refertur in ligno , et Christi passio demonstratur. Murmurat populus Judæorum , gigantum impetum reformidans. Pugnat contra Amalech et Chananæum, molente Deo ; victus intelligit quem debeat in terra sancta exercere sacrificia. Dathan , et Abiron , et filii Core , consurgunt contra Moysen et Aaron, et terræ voragine glutuntur.

**4.** Inter mortuos et viventes pontifex medius thubibulo armatus ingreditur, et currens ira Dei sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron florem profert , et folia , et in æternam memoriam virens siccitas conservatur. Vitula rufa concrematur in holocaustum, et cinis ejus piacularis aspersio est.

**5.** Quorum quidem figuræ breviter annotantes , ex duodecim exploratoribus incipiems. Duodecim B exploratores missi ad explorandam terram uberoni , qui terruerunt populum , ne crederent posse accipere terram a Domino répromissam, Scribarum et Phariseorum prætulerunt indicium.

**6.** Sicut enim illi per Moysen missi sunt , ut soli fecunditatatem sollicita consideratione tractarent , ita et isti per legem et prophetas jussi sunt, ut per Scripturarum investigationem dominicam specularentur adventum, in quo erat terra, id est, caro sancta, in qua regnum Dei , et ubertatem fructuum spirituallium , et vitam æternam consequi possent.

**442** **7.** Sed sicut illi desperatione terruerunt populum , ne de Dei promissione confideret , ita et isti Scribæ et Pharisæi suaserunt populo Judæorum ne crederent in Christum , ad Ægyptum sæculi hujus C redire cupientes, repudiantes manna fidei, querentes ollas peccatorum nigras, et cepas blasphemiarum putidas , et pepones vitiiorum ac libidinum corruptione marcentes.

**8.** Ille autem botrus uva quem in ligno pensilem medio de terra reprobationis duo advexere vectores, quid significat? Botrus iste pendens e ligno utique Christus ex ligno crucis , promissus gentibus salutaris de terra genitricis Mariæ , secundum carnem terrenæ stirpis visceribus effusus.

**9.** Duo bajuli qui sub onore botri illius incedebant populus est eterque. Cujus prior Judaicus, cæcus, et aversus, ignarus pendentis gratiæ , et pressus onore suspensi, cui subjicietur judicanti ; de quibus dicitur : Obscurentur oculi eorum , ne videant , et dorsum eorum semper incurva (Psalm. lxviii). Qui vero posterior veniebat , populi gentium gerebat fr-

Nempe antrum sepulcro affine visum est. GRIAL.

**3.** Gigantum impetum. Ita Hier., Val., Compl., Palentin. Guadal., gigantum populum. GRIAL.

*Ibid.* Alb. , botrus refertur ; in ligno hoc Christi passio breviter demonstratur. AREV.

**4.** Virens siccitas conservatur. Ita Nuin. xvii et apud Hieron. Consecratur, lib. o. mendose. GRIAL.

*Ibid.* Piacularis aspersio. Ita Hieron. Peculiaris, lib. o. mendose. GRIAL.

**5.** Duodecim exploratores , ex Ambros. , et Aug. serm. 100 de tempore. GRIAL.

**7.** Alb., confiderent... crederent Christum. Alii , crederent Christum. Grialius, mendose, corruptionem arcentes. AREV.

guram, qui excedens, et Christum ante oculos habens, semper eum portans videt, et quasi servus domini nunc, et discipulus magistri sequitur, sicut Dominus in Evangelio ait: Si quis vult venire post me, folia crucem suam, et sequatur me (Matth. xvi).

10. Hic est autem botrus qui effusus in salutem nostram, vinum sanguinis sui crucis contritione profudit, atque expressum passionis sua calicem Ecclesiae propinavit. Hic est botrus quem malogramatum socii munera gratia secuta est, nostra scilicet Ecclesia mater, habens intra se per granorum numerum multitudinem populorum; per ruborem, sanguinis Christi signaculo coruscantem, habentem etiam intus distincta grana, sicut Apostolus ait: Divisa charienta, et dona Spiritus sancti gratia distribuita (1 Cor. xii); quibus omnibus iudicantes, terram carnis Christi suuentem lacte et mellie accipere non meruerunt, quam per fidem servi ejus, id est, populi Christiani, consecuti sunt.

11. De cuius doctrina quoddam dicit Ecclesia; Quem dulcis **443** saucibus meis eloquia tua! super mel oriamo (Psal. cxviii). Fieum autem quam cum botro de terra reprobmissionis altulerant imaginem legis habuisse evangelicia edocentes exemplis; sicut et botrum constat figuram Salvatoris ostendere, quem admodum in Canticis cantorum Ecclesia de Christo dicit: Frater meus ut frater Cypri, quia nec est Christus sine lege, nec lex sine Christo esse poterit.

12. Post hanc quidam hominem, die Sabbathi colligens ligna, necatur a populo. Quid autem insinuat quod tam atrociter Ihesu Dei fuerit idem ab omni populo inuidatus? Quod facile ab infidelibus proponitur. Intelligent ergo quia haec omnia in typo acciderunt illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram.

13. Ille enim pristinus cardinalisque homo qui diem Sabbathi violare auctor est, dum ligna colligeret, proprius quod est punitus, formam significabat ejus qui hodie, in Christo signatus, invenitur agere carnale opus, id est, contrahere ligna, senum, stipulam ad escam ignis aeterni conyugientem. Quae dum colligit in suam perniciem, si fuerit apprehensus, pelliatur ab omnibus, et statim occiditur, dum judicatur a spiritualibus. Sic ergo omnia que illis Iudeis per legem acciderunt formaliter intelligentia sunt.

14. Sequitur jam excidium Core, Nathan et Abiron, qui sibi contra Moysen et Aaron sacerdotalem sacrificandi licentiam vindicantes, prenas pro suis contibus expenderunt. Per eos itaque significantur hi qui hereses et schismata facere coepantur, et multos secum trahendo decipiunt, contemnentes sacerdotes Christi, et se a clero ejus plebisque societate segregantur.

10. Alb., contritione perfudit, Apud Grialium mendum videtur virum sanguis qui crucis, etc. Vetus Editio: botrus, qui effusum in salutem nostram vinum sanguinis sui crucis contritione perfudit. Paulus post Alborn.: Per ruborem sacri sanguinis Christi signaculum coruscans habens etiam intus, etc. AREV.

11. Habuisse. Ita Alborn. Grialius cum aliis Ex epis, attulisse. AREV.

14. Sequitur excidium, ex Ambros. Grial.

Ibid. Expedierunt; al., excepterunt. Grial.

A ganies, constituta audent Ecclesias, et aliud altare, precepsque alteram illicitis vocibus faciunt, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanantem.

15. Hi, quia contra Dei ordinationem intumunt, ob temeritatis audaciem terrae compagibus rupibus, vires profundo hiatu merguntur; nec tantum hi qui ducas errorum suarum, sed et illi qui consciendo particeps eorumdem effecti sunt, in ignem aeternam iudicii preparata ultione peribunt.

16. Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi spectans, thuribulum accipiens, evanescit ob viam quassationi, stansque in medio superstitionis ac peremptiorum, lethalem plagam obiecit sui, quasi quidam murus, exclusit. Iste sacerdos Dominus Jesus Christus est, princeps principum sacerdotum; sacerdos iste ruinam mortis in mundum aspiciens, occurrit a summo celo, veritus ob viam, quasi gigas ad curreram viam.

17. Stetique inter viyos et mortuos, quia natus est et mortuus. Sicque thuribulum passionis suum accipiens, et in odorem gravitatis praetendens, suspendit ignis aeterni perniciem, et iniuriam perculit mortem.

18. Virga autem Aaron, quae post acciditatem facta, caro insinuat Christi, quae postquam de Jesse radice succita est, vivacius mortificata regenerat. Itaque virga post ariditatem virescepit Christus et post mortem resurgens. Ipsum enim virginem, ipsam florim intelligimus, ut in virga regnantis potentia, et in flore pulchritudo ejus monstretur. Unde et in Canticis canticorum idem dicit: Ego sum flos campi, et lumen convallium (Cant. ii).

19. Alii virginem hanc, quae sine humore florem protulit, Mariam virginem putant, quae sine coitu edidit Verbum Dei, de qua scriptum est: Exieit virgin de radice Jesse, et filius de radice ejus ascendet (Isai. xi), id est, Christus, qui futurum typum praeserens passionis, candido fidei lumine et passionis sanguine purpurabat nos virginem, corona martyrum, gratiam continentium.

20. Restat interea vitula rufa in holocaustum concremata, cuius cinis expiatio populi erat. Sic enim dicitur de illa ad Moysen et Aaron: Preceps filii Israel ut adducant ad te vaccam rufam australis integræ, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum; tradetisque eam Eleazarо sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium, et intinget digitum Eleazar in sanguine ejus, et asperget contra fores tabernaculi septies, comburaturque cum cunctis videntibus; tam pollens et carnes ejus quam sanguinem et simum flammæ tradetis.

16. Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi spectans. Haec alio atque alio modo in vetustis libris leguntur, eadem sententia; nos Codicem Parenti. secuti sumus, quem fideliorum reliquis experti sumus. GRIAL.

Ibid. In ruinam mortis populum trahi spectans. Alb., ruina mortis in populum trajecta. Et ex Originali Isidori ruina mortis populo cepta. Alli, ruina mortis populum videns ruere. AREV.

19. Alb.: Christus, qui sponte seipsum offerens obtu-

**21.** *Lignum quoque cedrinum, et hyssopum, cœcumque bis tinctum 445 sacerdos mittat in flammarum, quæ vaccam vorat, et tunc demum lotis vestibus et corpore ingredietur in eastrum, et commaculatus erit usque ad vesperum. Sed et ille qui combusserit lataki vestimenta sua, et corpus, et immundus erit usque ad vesperum.*

**22.** *Colligit autem vir mundus ciperes vaccam, et effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, et in aquam aspersio[n]is, quia pro peccato vacca combusta est. Cumque queris, qui vacca portaverat cineres, vestimenta sua, inquit mundus erit usque ad vesperum. Et habebunt hoc filii Israel, et adhuc sanctum jure perpetuo. Et qui fugierit mortuum, et propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua tuis tertio, et die septimo emundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, vel septimo, non poterit emundari.*

**23.** *Vitula rufa caro est Salvatoris nostri, rosea sanguine passionis, etatis integræ, qui perfecta se[t]ate passionem suscepit. Quod autem non est impossibile super idem jugum, hoc ostendit, quia caro Christi non est subjugata delicto, neque victa ab ulla peccato. Quod autem apprehensam ejecerunt filii Israel extra castra, astante Eleazaro sacerdote, populum Judæorum significat, et consensum sacerdotum in necem Domini, quem ejectum extra Ierusalem crucifixerunt.*

**24.** *Sicut ergo qui offerant vitulam immundi sunt, sic et qui apprehenderunt Dominum, et occiderunt, peccatores habentur. Et sicut is qui colligit cinerem aspersio[n]is mundus est, sic et omnes mundi sunt qui passionem Christi praedicaverunt gentibus, et in toto orbe terrarum doctrinam ejus asperserunt, populosque Domino collegerunt. Lignum autem et hyssopum crucem putamus et baptismum.*

**25.** *Per hyssopi enim fasciculum aspergebantur agni sanguine, qui mundari solebant, typice figurantes lavacrum baptismatis, et ablutionem æterni fontis. Coccum autem bis tinctum figuram sacri sanguinis significare, quo peccatores abluuntur. Bis tinctum autem, quia per eum et corpore et corde mundantur. Haec enim tria ad purgationem peccatorum pertinent. Primo per cedrum fides ligni crucis 446, secundo per hyssopum baptismus, tertio per coccum sanguinis dominici sacramentum.*

**26.** *Sicut autem die tertia illi purgari jubentur, 447 et omnis anima purgatur ab omnibus delictorum sordibus, quæcumque credit Christum Dominum die tertia a mortuis resuscitatum. Hujusmodi etiam homo mundus erit in die septima, id est, in regno sanctorum, adveniente Domino, et beatus, ac letus parte ecclesiæ illius regni poterit.*

*Ita passione candido fidei, etc. AREV.*

**25.** *Vitula rufa caro est Salvatoris. Vid. August., q. 52 in Nym. GRIAL.*

**24.** *Albiorum, populos quos Domino collegerunt. AREV.*

**25.** *Pro significare Bonon. habet, et ex Isidoro sonet. AREV.*

**27.** *Qui autem non fuerit aspersus, id est, bujus gratiae fide mupitus, peribit anima illa de cœtu sanctorum, et de populo fideli. Ex sanguine autem bujus vitulæ ideo septies tabernaculum jubet aspergi, quia septem sunt Spiritus sancti charismata, quæ per Christi sanguinem super Ecclesiam populos distribuuntur, per quem ab omni delicto purgantur, sicut Apostolus ait: Jam abluti estis in sanguine Christi et passione ejus (I Cor. vi).*

**28.** *Quod vero vitula cum pelle et ossibus suis comburitur, et agnus ille paschalis pari modo concrematur, ne opus ejus confriugantur, hoc ostendit quod Domini Jesus Christi corporis crura in passione non essent confriugenda, sicut Evangelista testatur (Joan. xix), Moraliter autem yaceam rufam, cuius cinis expiatio populi est, non alter impolare est offere ad altare Domini poterit, nisi qui terrena opera non fecerit, jugumque delicti non contraxerit, pecunialis peccatorum fuerit alligatus.*

**29.** *Jam debinet post exploratores, et botrum, post excidium superborum et sacerdotale thuribulum, postquam virginem florentem, et vitulæ combustæ aspersio[n]em, revertamur ad mansiones.*

#### CAPUT XVI.

**1.** *Sexta decima mansio est in Ramoth, quod Latine dicitur malii Punici divisio, quæ significabat Ecclesiæm. Quæ quasi multa grana uno cortice contigit, dum omnem turbam credentium in fidei yigitate conciliuit.*

#### 447 CAPUT XVII.

**1.** *Septima decima mansio est in Lebna, quæ Latine transfertur in laterem. Legimus Egyptios lateres, quos populus faciens ingemuit, ex quibus discimus in itinere istius vitæ de alio in aliud transitu nunc nos crescere, nunc decrescere, et post ordinem ecclesiasticum sœpe ad lateres, id est, ad carnalia opera transmigrare.*

#### CAPUT XVIII.

**4.** *Octava decima mansio est in Ressa, quæ in frenos vertitur. Si enim post profectum rursum ad luctuosa opera descendimus, infrenandi sumus, et cursus vagi, atque præcipites Scripturarum retinaculis dirigendi.*

#### CAPUT XIX.

**D** **1.** *Nona decima mansio est in Caalatha, quæ interpretatur Ecclesia, scilicet ut vagi currentium gressus frenis ad Ecclesiæ retrahantur, ut fores quas antea reliquerant rursus festinent intrare.*

#### CAPUT XX.

**1.** *Vicesima mansio est in monte Sepher, quæ interpretatur pulchritudo, id est, Christus. Et videtur quid pro sint frena. Si a vitiis nos retrahunt, introducunt ad virtutum choros, et in Christo monte pul-*

*27. De cœtu sanctorum. Al., de regno sancti. Al. de regno cœlorum. Vulg., De medio Ecclesiæ. LXX, τὸ πέντε τῆς συναγωγῆς. GRIAL.*

*CAP. XVI. N. 1. Ex Hieronymo cum reliquis omnibus. GRIAL.*

*CAP. XX. N. 1. Bonon.: Et vide quod frega, quæ a vitiis nos retrahunt, introducunt. AREV.*

cherrimo habitare faciunt; de quo scriptum est: *Venite, ascendamus ad montem Domini (Isai. 11).*

#### CAPUT XXI.

1. Vicesima prima mansio est in *Harada*, quæ vertitur in *miraculum*. Et vide quam pulcher est ordo virtutum. Post frenos **448** in Ecclesiam intromittimur, post habitationem ad montem Christi ascendimus; in quo positi miramur in eis quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.

#### CAPUT XXII.

1. Vicesima secunda mansio est in *Macedoth*, quæ in cœtus vertitur, id est, in ecclesia. In hac enim consistit multitudo credentium, juxta quod scriptum est: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum (Psalm. cxxxii)!*

#### CAPUT XXIII.

1. Vicesima tertia mansio est in *Tahath*, quæ interpretatur *pavor*, quia dum quisque venit ad Ecclesiam, atque ascendit in montem pulcherrimum Christum, et stupore et miraculo Christi magnitudinem constiterit; adjungat deinde timorem, qui custos est beatitudinis, ut altum non sapiat, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (*I Petr. v, 5*).

#### CAPUT XXIV.

1. Vicesima quarta mansio est in *Thare*, quainonnulli vertunt in *malitiam*, sive *pastoram*.

2. Quod vel ad præpositos Ecclesiarum, vel ad custodiam animæ referuntur, ut sollicitus sit quisque, habeatque pavorem, ne leo diabolus in caulis ovium, **C** id est, in Ecclesiæ per diversa vitiorum foramina introire nitatur.

#### 449 CAPUT XXV.

1. Vicesima quinta mansio est in *Methca*, quæ vertitur in *dulcedinem*. Ascendisti enim in excelsum, admiratus es virtutum choros, timuisti ruinam, abegisti insidiatores, dulcis te fructus protinus laboris insequitur, ut merito dicas: *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua! super mel ori meo (Psalm. cxviii).*

#### CAPUT XXVI.

1. Vicesima sexta mansio est in *Hesmona*, quæ Latine *festinationem* sonat. Scilicet, ut postquam dulces fructus laboris sumperimus, non simus

**CAP. XXI. N. 1.** Bonon., post ecclesiæ habitationem ad montem. Et illico, ex Isidoro, in quo positi miramur in eum. AREV.

**CAP. XXIII. N. 1.** Bonon., custos est beatitudinis, vel humilitatis, ut altum, etc. AREV.

**CAP. XXIV. N. 1.** Mansio est in *Thare*, quam nonnulli vertunt in *malitiam*, sive *pastoram*. Verba sunt Hieronymi, sed hanc interpretationem rejicientis. Cum autem allegoria verba, quæ sequuntur: *Quod vel ad præpositos Ecclesiarum, etc.*, ex eodem sint, manifestum est deesse interpretationem quam ipse probat, abactoris scilicet, vel depulsoris. Propterea asterisco locum notavimus, quem explore sibi quisvis facile ex Hier. possit. GRIAL.

**CAP. XXVII. N. 2.** Viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt servi, post te ambulabunt colligati vinculis.

• Ex LXX. voce servi, addita. Sed miror cur interpres Latinus Editionis LXX., pro χειροκίδας, vinculis,

A quiete contenti et otio, sed rursum ad ulteriora proferantes, obliviscamur præteriorum, et in futura nos extendamus.

#### CAPUT XXVII.

1. Vicesima septima mansio est in *Moseroth*, quod interpretatur *vincula*, sive *disciplina*, scilicet, ut festino gradu pergamus ad magistros, eorumque terram limina, et præcepta virtutum ac mysteria Scripturarum vincula putemus esse æterna.

2. Hæc sunt Christi vincula, de quibus in Isaia legitur: *Viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt servi, post te ambulabunt colligati vinculis (Isai. xlvi, 14)*. Sunt et alia diaboli vincula, quibus disruptis, vicit hostes Samson. De quibus Propheta dicit: *Diripiisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis (Psalm. cxv.)*.

#### 450 CAPUT XXVIII.

1. Vicesima octava mansio est *Baneiacam*, quæ per interpretationem transfertur in *filios necessitatis*, seu *stridoris*. Qui sint isti filii necessitatis ipse peccamus nos docet: *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum (Psalm. xxviii)*. Quæ est tanta necessitas, quæ nolentibus imponatur? cum divinis Scripturis fueris eruditus; et leges earum, ac testimonia, vincula scies veritatis, contendens cum adversariis, ligabis eos, et vinculos ducas in captivitatem, et de hostibus quondam atque captiuis liberos Dei efficies, ut repente dicas cum Sion: *Ego sterilis, et non pariens, transmigrata, et captiva; et istos quis enutrivi? Ego destituta, et sola; et isti ubi erant (Isai. xlix, 21)*?

2. Porro quod interpretatum est *filios stridoris*, ad illum sensum referuntur, quod timore supplicii, et ejus loci ubi est fletus et stridor dentium, deserentes diaboli vincula, Christo Domino credentium turbas colla submittant.

#### CAPUT XXIX.

1. Vicesima nona mansio est in monte *Gadgad*, quod interpretatur *nuntius*, sive *accinctio*, vel *certe concisio*. Non enim aliter possumus magistri discipulorum atque credentium eos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum interficerimus. Crudeles simus in occisione eorum, non parcat manus nostra armum, aut extremum auriculæ de ore leonis extrahere.

**D**Hieronymus pro *Moseroth manicis* reddiderit, ut ille non Græcae, sed Hebraicæ vocis rationem habuisse, Hieronymus contra septuaginta Interpretibus præter morem subserviisse videatur. GRIAL.

*Ibid.* In cod. Alborn., de quibus in Ecclesiaste, seu Isaia legitur. Et mox, vinculis. Et alii diaboli intelligunt *vincula*, quibus disruptis.... De qualibus propheta. In Vulgata verba Isaiae sunt: *Viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt, post te ambulabunt, vinculi manibus pergent*. AREV.

**CAP. XXIX. N. 1.** Vel *certe concisio*. Hieronym., vel certe (quod nos verius arbitramur) κυταχοπή, id est *concisio*. GRIAL.

*Ibid.* Extrahere. Alii, abstrahere. Nonnulli addunt: Extrahere; ne torpeamus Christi inimicos ante diem extremum prece usque blanda auriculari de ore leonis cripare. Quod ab Isidoro alienum prorsus videtur. AAKY.

2. At vero de nuntio et accinctione, hoc breviter dici potest, quod filiis necessitatis grandes ad virtutes stimulos suggeremus, cum eis nuntiaverimus præmia futurorum, et accinctos inire bella docuerimus. Horum trium quidquid magister fecerit, in monte consistit.

### 451 CAPUT XXX.

1. Tricesima mansio est in *Iacobatha*, quæ interpretatur *bonitas*, quæ est Christus.

### CAPUT XXXI.

1. Tricesima prima mansio est in *Hebrona*, quæ interpretatur *transitus*, id est, mundus, de quo Apostolus ait: *Præterit enim figura hujus mundi* (*I Cor. vii*). In hunc venientes sancti Dei cupiunt ad meliora transire. De quibus Psalmista canit: *Et non disserunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos* (*Psalm. cxxviii*, 8).

### CAPUT XXXII.

1. Tricesima secunda mansio est in *Asiongaber*, quæ transfertur in *ligna viri*. Possunt bæc ligna viri saltuum et arborum omnium genera multitudinem gentium figurare. Usque buc solitudo Pharan deceat, et octo continent mansiones, quæ descriptæ in catalogo in superiore itinere non ponuntur.

### CAPUT XXXIII.

1. Tricesima tertia mansio est in deserto Sin. Hæc est Cades. *Cades autem sancta* interpretatur per antiphrasin, sicut *locus*, cum minime luceat, vel bellum, quod tamen sit horridum. In hac mansione moritur Maria, et sepelitur.

2. Videtur in Maria prophetia mortua, in Moyse, et Aaron legi, et sacerdotio Judæorum finis impositus: quod nec ipsi ad terram reprobationis transcenderent, nec credentes populum de solitudinibus hujus mundi educere, nisi solus Jesus, id est, Salvator verus Dei Filius.

3. In hac mansione propter aquas contradictionis Moyses offendit Deum, 452 et prohibetur transire Jordanem. Turbatur enim murmure populi, dubitanter petram virga percussit, quasi illud Deus non posset facere ut aqua de petra fluaret, quod ante jam fecerat. Quid ergo hic fides Moysi insinuat, quod ad aquam de petra ejiciendam titubaverit? hanc prophetiam recte intelligamus fuisse de Christo.

4. Dum enim Moyses in Scripturis sanctis aliam atque aliam pro re aliqua significanda personam gerat, nunc tamen populi Judæorum sub lege positi personam gerebat, eumque in prophætica prænuntiatione figurabat. Nam sicut Moyses, petram virga percutiens, de Dei virtute dubitavit, ita ille populus, qui sub lege per Moysen data tenebatur, Christum ligno crucis affigens, eum virtutem Dei esse non credidit, sed sicut percussa petra manavit aqua si-

CAP. XXXIII. N. 1. *Cades autem sancta*. Mendose lib. o. *Sin autem sanctam*. Vid. Hieronym. GRIAL.

2. Alb.: *Nec credentes populum de solitudine hujus mundi educere*. AREV.

3. *In hac mansione propter aquas*, usque ad sapientia est, omnia sunt Aug. verb., xvi cont. Faust., cap. 16 et 17. GRIAL.

A tientibus, sic plaga dominicæ passionis effecta est vita creditibus.

5. Habemus enim de hac re præclarissimam et fidelissimam vocem apostolicam, cum inde loqueretur, dicens: *Petra autem erat Christus* (*I Cor. x*). Hanc ergo carnalem de Christi divinitate desperationem in ipsis Christi altitudine Deus mori jubet, cum mortem carnis Moysi in monte imperat fieri. Sicut enim petra Christus, ita et mons Christus. Petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo. Quia sicut Apostolus ait: *Petra erat Christus*, ita ipse Dominus: *Non potest civitas abscondi supra montem posita* (*Matth. v*); se scilicet montem, fideles autem suos in sui nominis gloria fundatos asserens civitatem.

B 6. Prudentia enim carnis vivit, cum tanquam pætra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur. Christus enim crucifixus Judæis scandalum est, gentibus autem stultitia; et prudentia carnis moritur, cum tanquam montis eminentia Christus excelsus agnoscatur. Ipsiis enim vocatis Judæis et Græcis Christus Dei virtus et Dei sapientia est.

### CAPUT XXXIV.

1. Tricesima quarta mansio in monte Hor, in extremis finibus Edon. 453 In quem ascendit Aaron juxta præceptum Domini, et mortuus est anno quadragesimo egressionis ex Ægypto, eo scilicet anno quo novus populus reprobationis terram intraturus erat. Et quanquam in monte sacerdotium Eleazaro filio dorebatur, lexque eos qui eam impleverint perdutum ad summum, tamen ipsa sublimitas non est trans fluenta Jordanis, sed in extremis terrenorum operum finibus. Et planxit eum populus trigesita diebus. Aaron plangitur, Jesus non plangitur. In lege descensus ad inferos, in evangelio ad paradisum transmigratio.

2. Audit quoque Chananæus quod venisset Israel, et in locum exploratorum, ubi quondam populum offendisse neverant, ineunt prælium, et captivum ducent Israel. Rursusque in eodem loco pugnatur ex voto, victor vincitur, vici superant, per quod intelligimus ut cum nos Dei auxilio destitutos hostes invaserint, duxerintque captivos, non desperemus salutem, sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri ut vincamus ubi vici sumus, et in eodem loco triumphemus in quo tuimus ante captivi.

### CAPUT XXXV.

1. Tricesima quinta mansio est in Selmona.

### CAPUT XXXVI.

1. Tricesima sexta mansio est in Phunon. Hæc duæ mansiones in ordine historiæ non inveniuntur: in his, mortuo Aaron, murmurant Israëlitici populi con-

5. Pro dicens, Alb. dicentem, Florent. 1, dicentis, scilicet Apostoli, quod intelligitur in apostolicam. Mox Alb., Deus non liberal, qui mortem, etc. AREV.

CAP. XXXVI. N. 2. Bonon., ex Origin. Isidori, imaginem Filii Dei passionemque ejus conspicerint serventur. AREV.

tra Deum et Moysen, manna fastidunt, et a serpentiibus vulnerantur.

2. Sed quid illud significat quod morsus mortiferi serpantium, exaltatio et respectio æneo serpente, sanabantur, nisi quod nunc in typo Salvatoris, qui seruum antiquumque serpentem in patibulo triumphavit, diaboli venena superantur? ita ut qui vere expresseque imaginem Filii dei passionemque ejus conspexerit servetur. Hoc enim significant et verba ipsius Domini dicentes: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filiu hominis,* 454 ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

3. Quod vero æneus est serpens, ipse Christus intimatur, qui ligno suspensus est; et quippe metallis cæteris durabilius esse solet. Et apte æneus serpens ligno suspensus est, ut Dominus et in serpente mortalitatis, et in ære significaretur æternus; videlicet, ut indicaretur mortuus per humilitatem, et tamen esset quasi æneus per divinitatem. Pulchre autem prima iansio Selmona interpretatur imáguncta, quia nimis ibi linago expressa est Salvatoris per serpentem æneum, qui ibi, ut imago, in ligno pependit.

4. Pulchre etiam est secunda Phunon interpretatur os, quia postea quam passionem filii Dei cognoscimus, quod corde credimus ore pronuntiamus, legentes illud Apostoli: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (Rom. x).

#### CAPUT XXXVII.

1. Tricesima septima mansio est in Obois, quæ vertitur in Magos, sive Pythones; unde demonstratur quia post imaginem Dei, quæ in cordis ratione monstratur, et confessionem fidei, quæ ore profertur, consurgent serpentes, et artes maleficas ad bella nos provocant. Sed nos custodia circumdantes cor nostrum, obturemus aures nostras, ne audiamus voces incantantium, et sirenarum carmina negligamus.

#### CAPUT XXXVIII.

1. Trigesima octava mansio est in Jeabarim in Ilinibus Moab, quæ significat acervos lapidum trans-euntium, id est, sanctos, per istum saeculum ad alias mansiones transire festinantes.

#### 455 CAPUT XXXIX.

1. Tricesima nona mansio est in Dibongad. In hac geritur bellum contra Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan. In his regibus licet res gesta cognoscatur, tamen per conditiones virtutesque nominis spiritualis significatio est subjecta. Sehon namque interpretatur tentatio oculorum. Per quem figuratur diabolus, qui transfigurat se velut angelum

3. Quod vero æneus, usque ad esse solet, ex August., serm. 101 de tempore. AREV.

*Ibid.* De æneo serpente, quo Christus indicatur, confer Patres apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 40, cum not., et recehioris interpres. AREV.

CAP. XXVII. N. 1. Sirenarum. Ita etiam alii. Recitum esset sirenarum. AREV.

CAP. XXIX. N. 1. In his regibus, usque ad omnes confundentur, verba August. in psalm. cxlii. GAIAL.

A lucis, et per hæresim vel schismata verisimilia mentitur, ut fallat incautos.

2. Nunc Amorrhæi, id est, amaricantes, habent regem. Nisi ethim quædam simulatio veritatis precedat, non sunt hæreses amaricantes, non schismata exacerbantium in Ecclesia. Iste ergo rex occiditur in unoquoque hominè, quando quisque damnat simulationem, et diligit veritatem. Og vero rex interpretatur conclusio, Basan autem confusio; id enim agit diabolus semper, ut conludat viam ad Dominum, opponendo idola sua, ne credantur in Christum. Conclusio enim precedit, ut rex; Bequillur confusio, ut plebs: quia quos modo conludit, ne credant in Christum, quando apparuerit Christus, omnes confundentur.

B 3. Mansio autem ista Dibongad interpretatur fortiter intellecta tentatio, quia nimis si supererat simulatio, quæ per schisma vel hæresim exercebat Ecclesiam, et conclusio, quæ per sacrilegium claudit Iudei viam, nihilominus tentatio intelligitur, ac deinde intellecta fortiter superatur.

#### CAPUT XL.

1. Quadragesima mansio est de Dibongad in Hemon Deblathaim, quæ vertitur in contemptum palatrum, sive opprobriorum. Et per hoc dicimus omnia dulcia ac illecebras voluptatum prætereuntium 456 in saeculo contemnuendas, et opprobria diligenda. Quæ si falso objiciantur, beatitudinem parvunt, Salvatore plenissime docente, qui sit: *Cum exprobaverint vobis homines, beati eritis* (Luc. vi).

#### CAPUT XLI.

1. Quadragesima prima mansio est in montibus Abarim, contra faciem Nabo, quæ vertitur in montes trans-euntium, et est contra faciem montis Nabo, ubi moritur et sepelitur Moyses, terra promissionis ante conspecta (Deut. xxxiv). Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, et non invenitur ejus memoria. Porro gratia Evangelii absque ullo fine tenditur: *Et in omnem terram exiit sonus ejus, et in fines orbis terræ verba ipsius* (Psalm. xviii).

2. Similique considerandum quod habitatio trans-euntium in montibus sita sit, et adhuc profectu indigeat. Post montes enim plurimos ad campestria Moab et Jordanis fluenta descendimus, quæ interpretatur descensio. Nihil enim tam periculosum est quam gloriae cupiditas, et jactantia, et animus conscientia virtutum tumescens.

#### CAPUT XLII.

1. Quadragesima secunda mansio est in campestribus Moab, super Jordanem, juxta Jéricho, ubi

CAP. XL. N. 1. Quæ vertitur in contemptum palatrum. Recite nostri libri; mendose apud Hieronymum plagiarum. Suoi autem palatæ massa de recentibus ficubus. Vid. Ambros. hoc loco, et Hieronym. in nominibus de Numer. GAIAL.

*Ibid.* Pro in contemptum, Alb., in opprobrium. Florent. 1: *Et per hoc discimus omnia dulcia ac illecebras voluptatum prætereuntia in saeculo, etc.* Quod non displicet. AREV.

fixerunt tentoria a domo solitudinis usque ad Abel-satini in planicie Moab. In quadragesima secunda, quæ extrema mansio est, quædam quæ sunt gesta narremus.

2. Sedens in ea populus a divino Balaam, quem mercede conduxerat Balac, jussu Dei benedicitur, et maledictio mutatur in laudes. Sed quid est quod iste Balaam, dum pervenire ad propositum tenderet, asina cui præsidebat, dum vidisset angelum loquitor?

3. Quæ est enim hæc asina nisi druta gentilitas? Quam 457 quondam Balaam, id est, seductor idolatriæ, quasi brutum animal, et nulla ratione reniens, quod vñuit errore substravit. Sed ista angelum Dei vñit, quem homo videre non potuit; et vñit, et detulit, et locuta est, ut agnosceremus, posterioribus temporibus, sub adventu magni Angeli Dei gentilem illam plebem, mutata duritate stoliditatisque natura, solutis Deo linguis, locuturam; ita ut quæ erat subiecta perfidiae in vocem fidei et confessionis erumperet, licet et caro nostra animalis est.

4. Plerumque enim caro per molestias tacta flagello suæ intenti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat; ita ut anxiatem spiritus prolicere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis, impedit, donec ei invisibilem, qui sibi obvia, innotescat. Unde et benè pét Petrum dicitur: *Corruptionem habuit suæ veranæ subjugare matutum, quod in hominē voce loquens, prophetæ insipientium prohibuit* (*H. Petr. ii.*).

5. Insanus quippe homo a subjugali muto corrigitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat, ab afflictia carne memoratur. Sed hæc corruptionis donum idecirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem, non mentem, mutavit. Consilium quippe dedit regi Balac ut mulieres in meritorio poneret, et ante januas taurum aras, ut venientes filii Israel prius sacrificarent sibi, et sic ingredierentur ad mulieres, ut inde fornicietur filii Israel cum siliabus Madian.

6. Sed quid est quod iste Balaam populum Dei posse decipi certa ratione colligit, dans consilium ut ex illa parte, qua infirmari noverat filios Israel, perniciosi eis laquei tenderentur, non dubitanſ eos,

CAP. XLII. N. 9. Alb., dum perveniret, et ad propositum tenderet. AREV.

3. Quæ est enim hæc asina, usque ad substravit, verba sunt Greg., lib. i Moral., cap. 7, quæ hoc loco (adjecta voce pertinente, mutatoque rentens in retinens) sensum nullum reddebat. GRIAL.

Ibid. Sed ista angelum, usque ad erumperet, Ambr.; lib. i<sup>o</sup> comment. in Luc., cap. 19: *Nec despicias asinam quoque istam; quondam angelum Dei vñit, quam homo videre non potuit. Et vñit, et detulit, et locuta est. Ut agnosceres, posterioribus temporibus, sub adventu magni Angeli gentiles illis (forte illos), ante asinos, locuturos.* GRIAL.

Ibid. Multum hic variant mss. exemplaria. Alb., brevis: *Quid est asina, nisi ratione utens, quo voluti, etc.* Alii post rentens addunt pertinente. AREV.

4. Plerumque enim caro, usque ad non mentem mutari, verba sunt Gregorii, Pastoral. in var., admis-

A oblata copia feminarum, fornicationis ruina pretius collapsuros, quia concupiscentib[us] animæ eorum partes sciebat esse corruptas?

7. Ita ergo unumqueque nostrum nequit se spiritalles versata 458 malignitate in figura Balaam pertinant, illis præcipue affectibus animæ, insidiosos laqueos praestrentes, quibus nos senerint ægrotare, ut, verbi gratia, cum viderint rationib[us] animæ nostræ partes esse viciatas, illo nos ordine decipere soliantur.

8. Sed Phinees sacerdos zelatus, ut Domini furem placaret, Zambri et scortum Madianitatem pugione transfigit, significans per crucem Christi non solum idolatriam, sed etiam omnem carnis affectum vel concupiscentiam perimi sæculi, et tunc placari Deum, dum carnis extinguitur desiderium. Post hæc numeratur rursum populus, numerantur et Levitæ, ut, imperfectis primo carnalibus, novus Dei populus censeatur, qui p[er] baptismum Jordani transeat, et celestis hæreditatis reprobationem percipiat.

9. Porro quod sexenta milia armatorum de Ægypto numerantur egressa, et ex ipsis non sunt amplius quam duo terram reprobationis ingressi, hæc figura demonstrat multos p[er] baptismum ad fidem transire; sed ad patriam coelestem pancissimos pervenire secundum figuram illam in Evangelio, in qua multi vocati, pauci vero inveniuntur electi (*Math. xx, 23*).

10. Quod vero duo tantum ingrediuntur, aut propter eos qui ex utroque populo regni coelestis reprobationem adipiscuntur, aut propter illos qui per duas vitas, actionis et contemplationis, ad æternam beatitudinem predestinantur.

11. Interpellant dehinc filii Salphaad quinque, et ex iudicio Dei hæritatem acceplunt inter fratres suos. Nec legis plebs ab Evangelii possessione exclusiuntur.

12. Deinde Jesus in monte succedit Mysis, et dicit quæ specialiter debeant offerri in Ecclesia. Legi etenim succedit Evangelium; ibique lex facienda præcepta admonet, et gratia complet.

13. Primum quidem quid offerri debeat per singulas dies; dehinc quid in Sabbato propter spei questionis æternæ; quid in kalendis 459 pro invocatione vite; quid in pascha, quando consepelimus cum Chri-

D nit. 13. GRIAL.

Ibid. Alb.: *Donec et invisibilis, qui sidi obstet, innotescat.* AREV.

5. Alb., debeat, afflictia carne moratur. AREV.

7. GRIALIS, innotescit, spiritualis. AREV.

8. Sed Phinees, usque ad populus censeatur, ex Hieronym., quibusdam interjectis. GRIAL.

Ibid., Zambri, etc. Alii, Zambri, qui ad scortum ingressus est, arripiens pugionem, utrosque transfigit. AREV.

9. Alb.: *Potest quaque multa militia armatorum.* AREV.

11. Nec legis plebs. N[on] feminus rexus, Hieronyminus. GRIAL.

12. Alb., admonet, et gratia completur. AREV.

13. Alb.: *In Kalendis propriæ invocationem Christi vita, quid in pascha, quando sepelimus Christum p[er] baptismum a mortuis.* Flor. i: *Ad vitæ novitatem, pro ad vitæ nativitatem.* AREV.

sto per baptismum, quasi a mortuis transentes ad vitam nativitatem; quid in Pentecoste propter gratiam Spiritus sancti et indulgentiam remissionis peccatorum; quid in neomenia mensis septimi; quid in iunio ejusdem mensis decimo die; quid in scenopégia, quando figuruntur tabernacula quinto decimo die supradicti mensis.

14. Dehinc texitur bellum contra Madianitas, et mors divini Balaam, in cujus nece error perfidiae ligno crucis interficitur, fitque deinde Amalech praedae divisio, et oblatio ex ea animarum tabernaculo Dei.

14. *Divini Balaam.* Sæpe vox divini in Scriptura sumitur pro augure, ariolo, pythone. AREV.

15. Quia quos mundi impietatem usque ad desiderant

A 15. Post hæc filii Ruben et Gad, et dimidia tribus Manassæ, jumenta plurima habentes, citra Jordaneum possessionem accipiunt, et in reprobmissionis terra hæreditatem habere nolunt, figurantes quia quos mundi implicamenta occupant, habitationem celestis patriæ nequaquam desiderant.

16. Dehinc populus admonetur, ut in terra sancta idola destruant, et nullus de prioribus habitatoriis servetur, ad significandum, ut dum in terram sanctam reprobmissionis per fidem ingredimur, simul cum idololatria omnia etiam vitia extinguiamus.

verba sunt Greg. xxvii Moral., cap. 7. GRIAL.

*Ibid.* Citra Jordanem. Alb., contra Jordanem. AREV.

## IN DEUTERONOMIUM.

### 460 CAPUT I.

*Cur Deuteronomium undecim diebus scriptum.*

1. Liber Deuteronomii repetitio est præcedentium quatuor librorum legis. Nam dum illi in se proprias contineant causas, iste tamen replicat omnium. Habet autem et ipse propria innumera sacramenta, e quibus pauca pro exercitio lectoris studii memoraenda.

2. Deuteronomium autem secunda legis latio dicitur, quod significat Evangelium. In cuius principio notandum est quid indicet quod undecim diebus idem Deuteronomium a Moyse scribitur; significat vero Iudaicæ plebis lapsum in Evangelio per transgressionem Decalogi mandatorum.

### CAPUT II.

*De quadraginta annis deserti, et vestibus non allritis.*

1. Quid autem significaverunt illi quadraginta anni, quibus laboriose peractis, filii Israel ad reprobmissionis terram transierunt? Per hos quadraginta annos totum sæculi tempus significatur, in quo vivit Ecclesia sub laboribus et periculis tentationibus, sperando quod non vidit per patientiam, quounque ad promissam æternæ felicitatis perveniat patriam (*Math. iv.*).

461 2. Ideo et Dominus quadraginta diebus ieiunavit et quadraginta noctibus, et tentatus est in eremo. Corpus enim ejus, quod est Ecclesia, necesse est tentationes laboresque patiatur in hoc sæculo, quoal usque veniat illud tempus ubi post tentationes accipiat consolations.

3. Porro quod vestis Israel per tot annos in eremo

B nulla vetustate corrupta est, et morticina pellis calcinamentorum tandem sine labe duravit, potest figurare futuram incorruptibilitatem corporum, ubi ea quæ corruptibilia sunt sine corruptione illa permanebunt.

### CAPUT III.

*De non plantando ligno iuxta altare.*

1. Non plantabis omne lignum iuxta altare Dei, nec facies nemus in terra. Interdictum quippe ne nemus complantetur in templo. Nemus frondentes arbores et infuctuosæ sunt, solum ad delectationem visus plantatae. Tales sunt et gentiles, qui ratione suam verborum decore componunt, ut non convertant a vitiis, sed delectent, atque istiusmodi seductione persuadeant.

2. Nos autem secundum præceptum juxta altare Dei nemus non plantamus, si circa dominicanam fidem nihil in verbis infuctuosum, nihil audientiæ seculari illecebrosum componimus, sed sola puritate veritatis scientiam pœdicationis tenemus. Hoc nemus in prædicatione sapientiæ plantare vitahat Apostolus, cum dicebat: *Loquimur non in doctis humane sapientiæ Verbis, sed in doctrina spiritus, et virtute (I Cor. ii).*

### 462 CAPUT IV.

*De auferendo præputio ligni pomiseri.*

1. Quando ingressi fueritis in terram, et plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum, pomorumque germina immunda erunt vobis, nec edetis ex eis (*Levit. xix, 23*). Ligna quippe pomifera sunt opera virtutibus secunda. Præputia lignorum aufer-

ris, ex Originali Isidori, sic habet: *Permanebunt. Jubentur autem in præceptis hujus libri innumerabilia, ex quibus queritur quid significet illud quod interdictum: Non plantabis omne lignum iuxta altare Domini, nec plantes nemus in terra. Interdictum quippe, etc. AREV.*

CAP. IV. N. 1. Quando ingressi fueritis, usque ad comedatur, omnia sunt Gregorii verba, VIII Moral., cap. 29. GRIAL.

CAP. II. N. 3. Porro quod vestis, usque ad duravit. Porro quod vestimenta, aut calceamenta filiorum Israel per tot annos in eremo indestrita et absoluta manserunt, nullaque vetustate consumpta sunt, Val. et Compl. Reliqui et Beda ut edidimus. GRIAL.

*Ibid.* Alb., cum Val. et Compl. Porro quod vestimenta, etc., sed obvoluta pro absoluta. AREV.

CAP. III. N. 1. Non plantabis, etc. Cod. Bonon., post finem capituli præced., in nota marginis inferio-

mus, cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti primordia operum nostrorum non approbamus.

2. Poma autem quæ germinant immunda existimamus, nostrisque cibis non aptamus, quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est ut hoc animatum non pascat operantis, ne, dum accepta laus suaviter carpitur, fructus operis intempestive comedatur.

#### CAPUT V.

*De non operando in bovis primogenito.*

1. *Non operaberis in primogenito boris, et non tondebis primogenita ovium.* In primogenito quippe bovis operari est bona conversationis primordia in exercitio publicæ actionis ostendere. Ovum quoque primogenita tondere est ab occultationis suæ tegmine humanis oculis inchoantia bona nostra denuo dare.

2. In primogenito ergo bovis operari prohibemur, atque a primogenitis ovium detondendis compescimus, quia etsi quid robustum incipimus exercere, hoc in aperto citius non debemus ostendere. Sed cum vita nostra simplex quid atque innocuum inchoat, dignum est ut secreti sui velamina non relinquit, nec hoc humanis oculis, quasi subducto velere, ostendat.

3. Ad sola ergo divina sacrificia boum primogenita, oviumque proficiant, ut si quid forte innocuum incipimus, hoc ad honorem intimi Iudicis in area cordis immolemus. Quod ab illo procul dubio 463 tanto libentius accipitur, quanto et ab hominibus occultatum nullo laudis appetitu maculatur.

4. Sæpe autem novæ conversationis primordia adhuc carnali vitæ sunt commissa. Et idcirco innoscere citius non debent, ne cum laudantur bona quæ placent, deceptus laude sua animus reprehendere in eis nequeat mala quæ latent.

#### CAPUT VI.

*De non arando in bore et asino.*

1. *Non arabis in bove simul et asino.* In bovis nomine populus ex circumcisione positus sub jugo legis accipitur; in asino autem populus gentium pertinens ad Evangelium: in bove quippe et asino simul arat qui sic recipit Evangelium, ut Judaicarum superstitionum, quæ in umbra et imagine præcesserant, cærenomias non relinquit.

2. Item nonnunquam in bove bene operantium vita, in asino stultorum recordia figuratur. Quid est ergo: *Non arabis in bove simul et asino?* ac si diceret: Fatuum sapienti in prædicatione non socies, ne per eum qui rem implere non valet et illi qui prævalet obsistas.

3. *Bovem quippe et asinum, si necesse sit, unus-*

**CAP. V. N. 1.** *Non operaberis*, usque ad latentem, totum item caput ex eodem Gregor. capite. GRIAL.

**3.** *Ut si quid forte, ex Beda; Ut quidquid forte, Gregor. et ms. GRIAL.*

**CAP. VI. N. 1.** *Non arabis*, usque ad obseitas, ex eod. lib. 1 Moral., cap. 7. GRIAL.

**3.** *Bovem quippe et asinum, usque ad comites facit, verba sunt Aug., vi contr. Faust., c. 9. GRIAL.*

#### PATROL. LXXXIII.

A quisque sine detimento operis jungit. Sapientem vero et stultum (non ut unus præcipiat, et alter obtinet, sed ut pariter aequali potestate annuntient verbum Dei) non sine scandalo qui-que comites facit.

#### CAPUT VII.

*De non alligando ore boris triturantis.*

1. *Non alligabis os bovi trituranti* (*I Cor. ix, 9; I Tim. v, 18*). Dicunt quod in bovis 464 nonne vita uniuscujusque operantis exprimitur. Dicit quidam in loco Apostolus Paulus, reprehendens et dolens, quod nemo illi communicaverit in ratione dati et accepti (*Philip. iv*). Quid est in ratione dati et accepti, nisi quod alio in loco aperte exposuit, dicens: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est ut carnalia vestra metamus* (*I Tim. ix, 11*)? Hoc significat: *Non alligabis os bovi trituranti.*

2. Unde et idem Apostolus alio loco dicit: *Dignus est operarius mercede sua* (*I Tim. vi*). Vult ergo Scriptura doctoribus præstare carnalia, a quibus spiritualia consequuntur, quia prædicatores occupati in doctrina necessaria sibi providere non possunt.

#### CAPUT VIII.

*De non coquendo haedo in lacte matris.*

1. *Non coques haedum in lacte matris sua.* Haedus hic sub peccatoris figura introducitur. Proinde peccans graviter non est coquendus in lacte matris sua, id est, non est purgandus mediocribus tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis, sed austerioribus præceptis ejus sunt excoquenda peccata, cujus magna sunt crimina, ut qui per lascivitatem blandimentum se perdidit, fortiori disciplina se redimat.

#### CAPUT IX.

*De non induenda ueste ex lana et lino.*

1. *Non indues uestem ex lana linoque contextam.* Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas designatur. Et nimurum vestis quæ ex lino lanaque conficitur linum interius celat, in superficie lanam demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, qui sub locutione innocentiae intus subtilitatem celat malitiæ. Hoc secundum moralem sensum.

2. Cæterum secundum allegoriam lineis vestibus misceri lanam, 465 vel purpuram, et linostitiam ueste indui, est inordinate vivere, et diversi generis profesiones velle miscere, ut vel sanctimonialis habeat ornamenta nuptiarum, aut ea quæ se non continens nupsit speciem virginis gerat: omnimodo hoc peccatum est, et si quid inconvenienter ex diverso genere vel religione in vita cuiusque contextur. Verum illud tunc figurabatur in vestibus quod nunc declaratur in moribus.

**CAP. VII. N. 1.** Verba Deuteronomii in Vulgata sunt: *Non ligabis os bovis terentis in area fruges suas.* AREV.

**CAP. IX. N. 1.** *Non indues uestem, usque ad malitiam* Gregor. verba, viii Moral., cap. 31. GRIAL.

**2.** *Lineis uestibus, usque ad moribus, Augustini verba, vi contra Faust., cap. 9, e quo sunt nonnulla restituta.* GRIAL.

## CAPUT X.

*De non accipienda loco pignoris superiori et inferiori mola.*

1. *Non accipies loco pignoris superiorem aut inferiorem molam; accipere namque aliquando dicimus auferre.* Unde et aves illas quae rapiendi sunt avidæ accipitres vocantur. Unde et apostolus Paulus dicit: *Sustinetis eum, si quis deversat, et quis accipit* (II Cor. xi). Ac si diceret si quis rapit. Pignus vero debitoria est confessio peccatoris. A debilitate enim pi-  
gaus accipitur, cum a peccatore jam confessio pec-  
cati tenetur. Superior autem et inferior mola est spes  
et timor.

2. *Spes quippe ad alta subvehit, timor autem cor inferioris premat.* Sed mola superior et inferior ita sibi necessario junguntur, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris pectore itaque incessanter debet spes et formida conjungi, quia penitentia iacassum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam per-  
tineat.

3. *Ipcassum iustitiam rogit, si non etiam in mi-  
sericordia confidit.* Loco igitur pignoris mola su-  
perior aut inferior tolli prohibetur, quia qui prædicat peccatori, tanta dispensatione componere prædica-  
tionem debet, ut nec derelicta spe timore subtra-  
hat, nec subtrahita spe in solo eum timore derelin-  
quat.

4. *Tollit enim superiorem, si flenti peccatori di-  
cat:* Non habebis **466** veniam de commissis. *Tollit in-  
feriorem, si peccantem decepto palpet.* Ac si dicat: Age mala in quantum vis abaque mei; nam Deus  
pius est et ad indulgendum paratus. Sed utiliter tunc  
mola utraque habetur, si et spes sit cum emendante  
formidine, et emendans formido fuerit cum spe.

## CAPUT XI.

*De non abominando Ægyptio.*

1. *Non abominaberis Ægyptium, eo quod fuisti in-  
cœta in terra ejus;* quamvis enim mundo renuntiantes Ægyptiam terram, id est, pristinam sæculi conver-  
sationem, vel concupiscentiam declinemus, tamen,  
dum præsentis sæculi necessitatibus subdimur, quasi  
Ægyptiam nationem nequaquam extinguius, licet  
ab ipsa quadam discretione separemur, non de su-  
perfluis cogitantes, sed, secundum Apostolum, victu  
quotidiano indumentoque contenti. Hoc enim singu-  
lariter mandabatur in lege: *Non abominaberis Ægy-  
ptium.*

CAP. V. N. 1. *Non accipies, etc.* Totum caput e Greg. xxxii Moral., cap. 11, nonnullis verbis immatu-  
tatis, relenta tamen sententia. GRAL.

*Ibid.* Accipitres vocantur. Eadem sententia existat in Etymologiis, lib. xii, cap. 7 num. 55, adductis etiam apostoli Pauli verbis: *Sustinetis, etc.* AREV.

4. *Sed utiliter, etc.* Alib.: *Sed inutilis est altera sine  
altera, utraque vero simul utilis habetur... cum spe re-  
missionis.* AREV.

CAP. XI. N. 1. *Non abominaboris;* e Cass., collat. 5, cap. 19. GRAL.

*Ibid.* Apud Graliūm titulus capituli est *De non abo-  
minando Ægypto.* Reposui *Ægyptio* ex Deuterono-  
mio, quamvis nonnulli mss. apud Isidorum habeant

## A

## CAPUT XII.

*De non habendia diversis ponderibus.*

1. *Non habebis in sacculo diversa pondera, magis et  
minus; nec eris in domo tua modius major et minor.*  
**B** *Pondus habebis justum, et verum, et modius equaliter nati-  
tibi, et verus, ut multo vires tempore superterriti.* Hoc et idem legislator etiam in Levitico interdict (Levit. xix), Salomone quoque parem super hoc sententiam proferente: *Pondus magnum, et pusillum, et  
mensuras duplices, immunda sunt utraque ante Domini-  
num, et qui facit ea, in adiunctionibus suis compadi-  
tur* (Prov. xx).

**C** 467 2. *Proinde non solam illo corporali, sed  
etiam spirituali modo studendum est nobis, ut nec  
diversa pondera in cordibus nostris, nec in domo  
conscientia nostræ mensuras duplices habeamus, tñ  
est, ne ipsi ea quæ distinctionis regalem mollient  
remissiore indulgentia præsumentes, eos quibus  
verbum Dei prædicamus, districtoribus præcepis et  
gravioribus quam ipso perferre possumus obtraham  
ponderibus.*

3. *Quod cum facimus, quid nisi diverso pondera  
atque mensura præceptorum Domini mercedem fru-  
gemque vel appendimus, vel metimur?* Si enim aliter  
ea nobis, alter fratribus nostris dispensemus, recte  
increpamur a Domino, eo quod stateras diversas aut  
mensuras duplices habeamus, secundum illam sen-  
tentiam Salomonis qua dicitur: *Abominatio est Do-  
mino pondus duplex, et statera dolosa non est bonum  
in conspectu ejus* (Pror. xx).

## CAPUT XIII.

*De testibus.*

1. *Non stabit adversus alterum unus testis, sed in  
ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.*  
Licut historialiter hæc sit divina servanda senten-  
tia, tamen et cum contra quoslibet impios vel hære-  
ticos agimus, necesse nobis est Scripturas sanctas  
in testimonium vocare.

2. *Sensus quippe nostri et attestatio sine his te-  
stibus non habent fidem.* Unde magis convenit ad  
probationem et firmitatem verbi intellectus mei ut  
adhibeam duos testes, Novum scilicet et Vetus Te-  
stamentum: adhibeami etiam tres, Evangelium,  
Prophetam, et Apostolum, siveque stabit omne ver-  
bum.

*Non abominabis Ægyptum.* AREV.

CAP. XIII. N. 4. *Non habebis in sacculo, usque ad in-  
conspectu ejus,* e Cass., collat. 21, cap. 22. GRAL.

*Ibid.* *Pondus magnum,* usque ad compediatur. Ad-  
notanda dispuñcio diversa ab ea quam seculi sunt  
correctores Edit. LXX. GRAL.

2. *Illa corporali.* Al., etiam ille spiritualia nobis.  
AREV.

CAP. XIII. N. 1. *Non stabit adversus alterum unus  
test.* Vid. Aug., xvi contra Faust., cap. 13. GRAL.

2. *Et firmitatem.* At.: *Ut affirmem verbum intelle-  
ctus mei, adhibeo duos testes.* AREV.

## 468 CAPUT XIV.

*De uxore fratris accipienda.*

1. Illud vero, quod uxorem fratris ad hoc frater jussus est ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, ejusque vocaret nomine, quod inde eidem mäsceretur, quid aliud in figura prämonstrat, nisi quia unusquisque Evangelii prädictor ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est, Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod nascitum fuerit ejus homen accipiat?

2. Denique hoc implens Apostolus, non carnaliter in præmissa significatio, sed spiritualiter in completa veritate, quos in Christo Iesu se per Evangelium commemorat genitissime, successens eis et increpans, corrigit volentes esse Pauli. *Nunquid Paulus, inquit, pro uero crucifixione est? aut in nomine Pauli baptizati eritis?* tonquam dicere: *Defunctio fratri vos genuit: Christiani vocavit, non Pauliani.*

3. At vero qui electus ab Ecclesia ministerium evangelizandi renuerit, ab Ecclesia merito digna quia contemnitur. Hoc est enim quod in ejus faciem jubet expuere, non sane sine signo hujus opprobrii, ut calcamento pedis unius exuatur, ne sit in eorum sorte quibus ipse Apostolus ait: *Et calceati pedes in præparationem Evangelii pacis* (Ephes. vi). Et de quibus commemorat Propheta: *Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona* (Isai. lii; Nah. 1; Rom. x)!

4. Qui autem sic evangelicam fidem tenet, ut et sibi prosit, et Ecclesiae prodesse non renuat, bene intelligitur utroque pede calceatus. Qui autem sibi putat quia credit satis esse consultum, curam vero lucrandorum aliorum refugit, quasi unius pedis calceamentum cum dedecore amittit.

## CAPUT XV.

*De formidoloso et pavido.*

1. *Homo formidolosus et corde pavido non egreditur ad bellum.* 469 *Vadat et revertatur ad dominum suum, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut et ipse timore perterritus est.* Quibus verbis edocet non posse eos professionem contemplationis vel spiritualis militie arripero exercitum, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescant.

2. Ne rursus infirmitate mentis revertantur, suo quo exemplo allies a perfectione evangelica revocent, et fideliter terrorre instrumentum; jubentur itaque tales, ut, discendentes a pugna, revertantur in dominum suam, quia non possunt dupli corde bella Domini prædiari.

CAP. XIV. N. 1. Illud vero quod uxorem, usque ad dedecore amittit, verba sunt Augustini, xxxii contr. Faust., cap. 20. GRIAL.

CAP. XV. N. 1. *Homo formidolosus, e Cass., lib. vii, cap. 15. GRIAL.*

4. *Filiorum.* Grialius edidit filiorum, fortasse per errorem. Alii, vineam, vel propagines filiorum. AREV.

CAP. XVI. N. 1. Cum introducerit te Dominus, etc. Ex Cassian., collat. 5, cap. 16 et sequentibus capit. collectum caput hoc. GRIAL.

Ibid. *Quam possessurus ingredieris.* Ita Cass., Vulg.

A 3. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Tales quippe oportet ut ne initium quidem renuntiationis arripiant. Quibus melius est, ut in activa vita consistant, quam trepidi contemplationem exsequentes, majori discrimine semel ipsos involvant. Melius est enim non vovere, quam vovere et non reddere.

4. Similiter et ille a tali militia prohibetur, qui uxorem duxerit, qui plantaverit vineam, velut propaginem filiorum, non enim potest servire divina militia servus uxoris, secundum illud Apostoli: *Qui cum uxore est, sollicitus est quomodo placeat uxori, et divisus est* (I Cor. vii).

5. Nec potest inesse quis studio contemplationis, qui adhuc in delectatione desigitur carnis. Nemo, inquit Apostolus, militans Deo, implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit (II Tim. ii).

## CAPUT XVI.

*De septem gentium interemptione.*

1. Cuni introducerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, et deleverit gentes multas coram te, Hethæum, 470 Gergeæum, et Amorræum, et Chananæum, et Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum, septem gentes multo majoris numeri quam tu es, et robustiores te, tradideritque eos Dominus tibi, percuties eos usque ad internectionem.

2. Septem istæ gentes septem sunt principalia virtus per gratiam Dei unusquisque spiritualis miles exsuperans exterminare penitus admonetur. Quod vero majoris numeri esse dicuntur, haec ratio est, quia plura sunt virtus quam virtutes. Sed ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes, in expugnatione vero earum sine numeri ascriptione ponuntur; ita enim dicitur: *Et deleverit gentes multas coram te.*

3. Numerosior est enim quam Israël carnarium passionum populus, qui de hoc septenario somite viitorum ac radice procedit. De gastrimargia namque nascuntur comedentes, ebrietates. De fornicatione turpiloquia, scurrilitas, ludicra, atque stultiloquia. De philargyra mendacium, fraudatio, furta, perjuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentiae, inhumanitas atque rapacitas. De ira homicidia, clamor et indignatio. De tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio.

D 4. De accidia otiositas, somnolentia, importunitas, inquietudo, pervagatio, instabilitas mentis et corporis, verbositas et curiositas. De cenodoxia contentiones, hereses, jactantia, ac præsumptio novitatum. De superbia contemptus, invidia, inobedientia.

Et LXX, *sicropœa. Ingredieris, MSS. o. GRIAL.*

*Ibid.* Hæc pugna virtutum cum virtutis egregie describitur a Prudentio in Psychomachia, adducto etiam exemplo septem nationum, quas Israelites percusserunt usque ad internectionem. AREV.

3. *Ludicra.* Ita Cass. Al., *Iudibria.* GRIAL.

*Ibid.* *Homicidia. Homicidium.* Cass. GRIAL.

4. *Aliaque complura.* Cass., paulo superioris GRIAL.

*Ibid.* *Septem principalibus viis.* — Octo, Cass., sed cur Isid. innutaverit satis appareat. GRIAL.

dientia, blasphemia, murmuratio, detractio, aliaque complura similia, quæ cum sint multo majoris numeri quam virtutes, devictis tamen illis septem principalibus vitiis, ex quorum natura ista procedunt, omnes protinus conquiescent, ac perpetua pariter cum his internecione delentur.

5. Quod autem hæc pestes robustiores sint, manifesta naturæ ipsius impugnatione sentimus. Fortius enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia virtutum, quæ non nisi summa contritione cordis et corporis acquiruntur. Quod vero **471** istarum perniciosarum gentium regiones salubriter possidere præcipimur, ita intelligitur.

6. Habet enim ununquodque vitium in corde nostro propriam stationem; sed si cum spiritualibus populis, id est, virtutibus contra se dimicantibus fuerint vicia superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiae vel fornicationis spiritus retinebat, deinceps castitas obtinebit. Quem furor ceperrat, patientia vindicabit.

7. Quem tristitia, mortem operans, occupaverat, salutaris et plena gaudio lætitia possidebit. Quem accidia vastabat incipiet excolare fortitudo. Quem superbia conculebat humilitas honestabit, et ita singulis viciis expulsis, eorum loca, id est, effectus contrarios possidebunt filii Israel, id est, animæ viventes Deum.

#### CAPUT XVII.

*Cur Abraham loquens decem gentes, non septem, dinumeraverit Deus.*

1. Illud vero, quod cum ad Abraham de futuris Dominis loqueretur, non septem gentes legitur dinumerasse, sed decem, quarum terra semini ejus danda promittitur. Qui numerus, adiecta idolatria gentium, blasphemia Judæorum, errore hæreticorum, evidentissime adimpletur.

2. Quibus ante notitiam Dei et gratiam baptismi vel impia gentium, vel blasphemia Judæorum multitudine subjecta est, donec in intellectuali Ægypto commorantur. Si autem abrenuntians quis, et egressus exinde per gratiam Dei ad erenum pervenerit spiritualem, de impugnatione trium gentium liberatus, contra septem tantum, quæ per Moysem dinumerantur, bella suscipiet.

#### 472 CAPUT XVIII.

*De muliere decora capta in bello.*

1. Si, inquit, exieris ad bellum contra inimicos tuos, et videris mulierem decora specie, et concupis-

2. Quod autem hæc pestes robusti. Cass., paulo post. GRIAL.

*Ibid.* Quod vero istarum perniciosarum gentium. Cass., cap. 23. GRIAL.

6. *Spiritus retinebat.* — *Retentabat.* Cass. GRIAL.

7. *Humilitas honestabit,* ex Cass. Incipiet excolare humilitas, mss. o., mendose. Dixerat enim ante, incipiet excolare fortitudo. GRIAL.

*Id est, effectus,* ex Cass. Effectus, Ms. GRIAL.

CAP. xvii. N. 4. Illud vero, quod cum ad Abraham. Ex ead. coll., cap. 22, GRIAL.

2. *Vel impia gentium.* — Gentilium, Cassian. GRIAL.

A eam, rades omnes pilos capitis ejus, et unguis ejus, et indues eam vestimenta lugubribus, et sedebit in domo, lugens patrem suum, et matrem suam, et dominum paternam, et post triginta dies erit tibi uxor.

2. Dicant ergo Judæi quomodo apud eos ista serventur, quid cause, quid rationis est decalvare mulierem, et unguis ejus abscondi? verbi causa, ponamus quod ita invenerit eam is qui dicitur invenisse, ut neque capillos, neque unguis habeat, quid habuit, quod secundum legem demere videretur?

3. Nos vero, quibus militia spiritualis est, et arma non carnalia, sed potentia Deo, si decoram mulierem, id est, animam, quæ a Deo pulchra creata est, in gentili conversatione invenerimus, et sociare voluerimus eam corpori Christi, deposito idolatriæ cultu, induitur lugubribus pœnitentia in dumentis, et deplorat patrem, et matrem, hoc est, omnem memoriam mundi, ejusque illecebras.

4. Deinde verbi Dei novacula et doctrina omne peccatum infidelitatis ejus, quod mortuum est et inane, abriditur; hoc enim sunt capilli capitis et unguis mulieris. Atque ita demum salutaris lavacri unda purificata conjungitur sanctis Dei, scilicet, cum jam nihil in capite mortuum, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatem mortua dicuntur habuerit, ut neque sensibus, neque actibus immundum aliquid aut mortuum gerat.

5. Quod vero post triginta dies jubet eam duci uxori, feminæ quippe sanguinis purgationem post mensem habere solent. Post purgationem ergo peccatorum, anima jam effecta munda et purgata ab immunditia sua sociatur viro Israëlitæ, corpori scilicet Christi.

473 6. Ternario namque ac denario numero fides opusque significatur. Per fidem ergo Trinitatis atque opus legis recte sociatur quæcumque anima viro Israëlitæ, corpori scilicet Christi, adhærens illi sine manu, sinceritate fidei et actuorum puritate. Alii putaverunt hanc mulierem capivam, decoram specie, rationabilem aliquam disciplinam significare, quæ sapienter dicta invenitur apud gentiles.

7. Hæc ergo a nobis reperta, oportet primum de ea auferre et resarcire omnem superstitionis ejus immunditiam, et sic eam in studio veritatis assumere. D Nihil enim mundum habent disciplinæ gentilium, quia nulla apud infideles sapientia est cui immunditia aliqua vel supersticio non sit admixta.

*Ibid.* Alborn. facit etiam cum Cassiano, gentilium. AREV.

CAP. xviii. N. 3. Et deplorat patrem et matrem. Sic reposui, cum apud Grialium legeretur et deplorat patrem et matrem. Vetus Editio, deploratque patrem et matrem. AREV.

4. Grialius, abrادرatur. AREV.

7. Hæc ergo a nobis reperta. Ita ms. Albornoz., ut sit nominativus absolutus, quod melius est quam apud Grialium, hanc ergo a nobis repertam. Posset reponi, hac enim a nobis reperta oportet primum, etc. AREV.

## CAPUT XIX.

*De securi manum fugienti.*

1. Illud autem quid significet quod Dominus per Moysen praecepit, dicens : *Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna cœdenda, et lignum securis fuderit manum, ferrumque ipsum de manubrio amicum ejus percusserit, et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiet, et vivet, ne forte proximus ejus, cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, et apprehendat eum, et percutiat animam ejus?* Ad silvam quippe cum amico imus, quoties ad intuenda delicia subditorum convertimur, et simpliciter ligna succidimus cum delinquentium vilia pia intentione recemamus.

2. Sed securis manum fugit, cum sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem pertrahit ; ferrumque de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit, et occidit, qui auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit.

3. Correpti namque mens repente ad odium proruit, si **474** hanc immoderata correptio plusquam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percudit, et proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut una earum defensus vivat, quasi ad poenitentiae lamenta conversus, in unitate sacramenti sub spe, fide et charitate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur. Quem existinet proximus cum invenerit, non occidit, quia cum districtus judex venerit, qui se nobis per naturæ consortium junxit, ab eo procul dubio culpe reatum non expedit, quem sub ejus iunctione venia spes, fides et charitas abscondit.

## CAPUT XX.

*De pollutione somni nocturni.*

1. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus somnio sit, egredietur extra castra, et non revertetur prius quam ad vesperam laveretur aqua. Et post solis occasum regredietur in castra. Nocturnum quippe somnium est tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur.

2. Sed somnio nocturno pollitus egredi extra castra præcipitur, quia videlicet dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur indignum se cunctorum fidelium societatis arbitretur. Culpa sua meritum ante oculos ponat, et ex bonorum se estimatione despiciat.

*Cap. xix. N.1. Illud autem quid significet. Totum caput e Greg., et Moral., cap. 5. GRIAL.*

3. Plusquam debuit, addicit. Ita habent et Gregoriani omnes libri et Isidoriani, tum hic, tum lib. II Sentent. e. 4 : *Omnis quippe justus spe et formidine nulet, quia nunc illum ad gaudium spes eigit, nunc ad formidinem terror gehennæ addicit.* Et cap. 44 : *Non est corpori adhibenda immoderata abstinentia, ne dum amplius gravatur caro pondere inediæ, malum agat postea, nec benefacere incipiat; et quia addicatur ut usu mali careat, simul et boni officium, dum plus permittitur, perdat.* Et lib. III, cap. 5 : *Nam ibi peccamus, ubi cupiditate vel voluntate deflectimus. Ubi vero violenter addicimus, etsi facinus aut flagitium non est, miseria tamen et pro flagitiis et facinori est.* Est autem addicere (auctore Festo) damnare; aut (quod ad Isidorum et Gregorium attinet) quod nos vulgari lingua di-

**A 475** 3. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi impugnatione laborantem sese ex continentium comparatione despicer. Qui ad vesperam aqua laveratur, cum defectum suum conspiciens, ad poenitentiae lamenta convertitur, ut fletibus diluat omne quod animum occulta inquisitione accusat.

4. Sed post occasum solis ad castra redcat, quia, deservescente temptationis ardore, necesse est ut iterum fiduciam erga societatem bonorum suavit. Post aquæ quippe lavationem, occumbente sole, ad castra revertitur, qui post lamenta poenitentiae frigescente flamma cogitationis illicitæ ad fidelium merita presumenda reparatur, ut jam se a cæteris longe et se non aestimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.

## CAPUT XXI.

*De paxillo egredientis ad requisita.*

1. Jubetur præterea Israëlitico populo per Moysen ut cum egreditur ad requisita naturæ, mittat paxillum in balteo, et, fossa humo, abscondat quæ egesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere gravata mens nostra, quædam cogitationum superflua, quasi ventris gravamina, erumpit.

2. Sed portare sub balteo paxillum debemus, ut videlicet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus, qui incessanter mentis nostræ terram poenitentiae dolore confodiat, et hoc, quod a nobis fetidum erumpit, abscondat.

## CAPUT XXII.

*De quadraginta flagellis.*

1. Quod autem pro mensura peccati quadraginta flagellis delinquentes **476** argui jussit, jam prædictum est, quod per quadragenarium numerum figura significatur hujus temporis, in quo Ecclesia per quatuor mundi partes diffusa, sub Decalogo legis vivit. Quadragenario ergo numero delinquentes cedimus, si in hoc tempore poenitentiae verberibus flagellemur.

2. Debet ergo quisque peccator temporalibus flagellis alteri, quatenus in judicio purgatus valeat inventiri. Beatus enim homo qui corripitur a Deo. Nulla enim in æternum animadversio affligere poterit quos hic poenitentiae disciplina percusserit. Si enim hic pro peccatis cedimus, illic sine peccato inveniemur.

## D mur.

cimus appreniar. GRIAL.

*Ibid. Culpe reatum non expedit. — Vindictam de culpe reatum non expedit. Gregorius. GRIAL.*

*CAP. xx. N.1. Si fuerit inter vos hom., usque ad ordinis gaudet, omnia sunt Gregorii verba, lib. ix M-ral., cap. 31. GRIAL.*

2. Ex bonorum se estimatione. Ita Greg., Al., estimatione. GRIAL.

3. Comparatione. Al., estimatione. AREV.

4. Erga societatem bonorum. Ita Greg. Al.: Erga societas bonum. GRIAL.

*Ibid. Post aquæ quippe lavationem. Ita Greg. Al., post aquam quippe. GRIAL.*

*CAP. xxi. N.1. Jubetur præterea, etc. Ex Greg., I. xxx Moral., cap. 43. GRIAL.*

*Ibid. Gravata, etc. Al.: Gravata menti nostræ quædam cogitationum superfluitate gravatur. AREV.*

# IN JOSUE.

## 477 CAPUT PRIMUM.!

*De morte Moysi et principatu Iesu Nave.*

1. Post mortem Moysi loquitur Dominus ad Josue, dicens : *Moyses servus meus mortuus est, surge, et transi Jordanem, tu et omnis populus, in terram quam ego dabo filii Israel.*

2. Defunctus est ergo Moyses, defuncta est lex, legalia praecepta jam cessant, et obtinet Iesus, id est Salvator Christus Filius Dei, principatum : introducit populum in terram de qua dicit Dominus : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* (Matth. v.).

### CAPUT II.

*De duabus exploratoribus et Raab meretrice.*

1. Iste Jesus filius Nun mittit duos exploratores ad Jericho urbem, qui suscipiuntur a meretrice Raab. Jesus iste dux populi in semelipsa Dominum Jesum Christum et vocabulo ostendit et facto. Jericho autem civitas mundus iste est, ad quem Dominus Jesus Christus ad perscrutandos mores hominum duo Testamenta direxit.

2. Nam in eum, ut credentium fidem, aut rebellium pervicaciam plenius comprobaret, ante adventum judicii sui, quasi exploratores duos, 478 legem et Evangelium destinavit. Raab vero typum tenet Ecclesiae, quae de extraneis atque alienis gentibus congregata est, quae antea vivens in desideriis carnis, fornicabatur in idolis. De talibus ait Dominus quod praecedent vos in regno coelorum. (Matth. xxi).

3. Hae igitur Testamenta Domini sola suscepit, et eadem fideliter conservat, inimicis omnino non tradidit, ipa potius pericillari optans, dummodo illam ac salva servaret. Hae casarum quadam, sicut illam civitatem, firmiter credidit. Hec pro eo ac suorum omnium salute pactum cum Testamento Domini fecit. Hae in domo sua coccum, id est, sanguinis signum posuit. Extra hanc si quis inventus fuerit, ruinam saeculi atque incendium mundi nulla ratione vitabit.

### CAPUT III.

*De transitu Arcæ et divisione Jordanis.*

1. Transit deinde populus cum arca Testamenti trans Jordanem. Sed quid sibi vult quod Jordanem eadem arca transeunte, per sacerdotes et Levitas deducitur turba, siveque, stante aqua fluminis in cumulum, Dei populus iter incedit innoxium? Hae omnia implentur in Ecclesia populis mystica operatione.

2. Dum enim quis ad baptismi venerit fontem, et consistente sacerdotali et levitico ordine initiatus

CAP. I. N. 2. *Defunctus, usque ad defunctionem est lex.* Orig., homil. 4. GRIAL.

CAP. II. N. 2. *Raab vero typum tenet Ecclesiae,* Origenes sapere, et Ambrosius lib. de Salom., et Augustinus pluribus loc. GRIAL.

CAP. III. N. 1. *Transit deinde populus Jordan.* Orig., homil. iv. GRIAL.

3. *Pars vero, etc.* Al., pars vero amara defluxit in mare. Al., pars vero in amaro confluit gurgite ma-

A fuerit mysticis sacramentis, tunc sacerdotum ministeriis per baptismum, quasi per Jordani fluenta ingreditur, et terram coelestis reprobmissionis adipiscitur.

5. Quod vero pars aquarum fluminis retro resilivit perseverans in dulcedine, pars vero in amaro maris gurgitem defluit, haec figura baptizatorum varietatem designat, quia omnes qui baptizantur, partim quidem ex ipsis acceptam gratiam coelestis dulcedinem custodiunt, partim vero in peccatorum amaritudinem convertuntur.

4. Quod vero sacerdotalis ordo et leviticus iter ostendit populo Dei, magisterium sacerdotale monstratur. Ipsi enim et docent populum exire de Aegypto, id est, de erroribus mundi, et 479 transire per erenum vastam, id est, per saeculi tentationes. Quod vero sacerdotalis et Leviticus ordo assistit arcæ Testamenti, in qua lex portatur, sive dubio, ut ipsi illuminent populum.

### CAPUT IV.

*De duabus semiis tribibus precedentibus.*

1. Dux semis tribus, quae trans Jordanem a Moyse acceperant terram, relictis mulieribus et infantibus, cum fratribus transeuntes, praebabant illis pugnandi auxilium, usquequo et ipsi consequerentur hereditatem. Isti, qui per Moysen accipiunt hereditatem trans Jordanem, et cum fratribus suis armati et præaciati incedunt, illi hoc loco intelliguntur, qui primum per Moysen hereditate legis potiti sunt, unde et primogeniti omnes esse memorantur.

2. Ruben quippe primogenitus Jacob est ex Lia, Gad primogenitus ejusdem de Zelpha, Manasses primogenitus est Joseph, de Aegyptia filia sacerdotis Putipharis. In his ergo primogenitis figuratiter illi ex priori populo designantur, qui per legem placuerunt Deo, quique non requiescunt, sed expediti ad auxilium fratrum suorum consurgunt. Laborantibus enim nobis in agone hujus vita atque habentibus certamen adversus contrarias potestates, veniunt in auxilium nobis illi qui ante adventum Christi per legem justificati sunt.

3. Videmus enim Isaiam, Jeremiam, accinctos expeditosque ad auxilium nostrum, de voluminum suorum jaculis cordis nostri acerrimos hostes vulnerantes. Accingitur et Daniel ad auxilium nostrum, cum nos de regno Christi et de Antichristi futura fraude instruit atque præmonet.

4. Adebat et Ezechiel, sacramenta nobis coelestia in quadriformibus rotarum circulis signans. Dicit et ris. AREV.

CAP. IV. N. 1. *Dux semis tribus.* Orig. verba pleraque, hom. 3. GRIAL.

Ibid. *Hæreditate legis potiti sunt. Non gratia evangelica.* Vid. Orig. GRIAL.

Ibid. *Unde et, etc.* Al. : *Quod omnes primogeniti fuere (vel sugere) qui trans Jordanem dimissi sunt.* AREV.

4. *Bissenas.* Al., bis septem. AREV.

Osee bissenas agminis turmas, et præcedunt nos A succinctis lumbis in veritate, quam prædicant ad auxilium nostrum. Iste ergo viri fortes pugnant nostrum, quoque coelestis reprobationis patriam consequuntur.

## 480 CAPUT V.

*De duodecim lapidibus.*

1. Transentes itaque filii Israel Jordanem, sustinuerunt de medio fluminis duodecim lapides, quos protestacione posserunt in loco secundæ circumcisio-nis, ad significandum nobis ut, dum de lavaero con-surgimus, apostolicæ vita exempla firmissima nobis-eum gestare debeamus, quorum semper testimonium ad imitamenta virtutum conuenerat.

## CAPUT VI.

*De circumcisione secunda*

1. Post Jordanis autem transitum venit Jesus in Calgala, ibique jubetur facere sibi cœlitos lapideos, et circumcidere secundo filios Israel. Percunctemur de Judæis, quomodo potest secundo quis circumcidit circumcisione carnali? Semel enim circumcisus ultra non habet quod secundo possit auferri.

2. A nobis autem, quibus lex Christi spiritualis est, convenienter ista solvuntur. Dicimus enim circumcisio nem primam fuisse per legem in Ægypto. Sed si a lege transeat quis per baptismum Jordanis ad Evangelium, tunc accipit secundam circumcisio nem spiritualem per petram, qui est Christus. Si que tali circumcisio purgatus caret Ægypti opprobrio, id est, illecebra corporalium vitiorum.

3. Nomen autem loci Galgala, quod interpretatur resolutio, ostendit, dum in præputio infidelitatis ambulaverit quaque per hujus vitas desertum, oculos ei esse excaecatos. Videamus et consequentia. Post Evangelii enim circumcisio nem statim in loco revelationis pascha celebratur, immolaturque Agnus ille pro mundi salute 481 occisus, ac deficiente manna typicæ legis, primum comedit populus panem corporis Christi, quem incorrupta reprobationis terra, id est, mater Domini virgo Maria protulit, cuius granum in terra cadens fructum plurimum attulit. Et vide ordinem.

4. Postquam enim sub Iesu Christo duce positi per lavaeri fluentia transiimus, ac per fidem spirituali circumcisio ne signavimus, tunc his gradibus pervenientes, celebramus pascha, id est, immolatum Christum pro mundi salute eredimus, ac deinde credentes, statim illo pane dominici corporis pascamur.

5. Occurrit deinde nobis princeps militiae virtutum cœlestium Christus, tenens gladium Evangelii ad resecandam carnis nostræ pollutionem. Percun-

CAP. VI. N. 4. Post Jordanis. Origen., hom. 5 GRIAL.

*Ibid.* Percontor, an percuctor scribatur, perinde est. Grialius percontemus, et paulo post percunctatio. In nota Grialii erat post Jordanem. AREV.

CAP. VII. N. 1. Circundatur post hæc Jericho. Orig., hom. 6. GRIAL.

3. Elatio mundi, etc. Sic Alborn. Codex. Grialius, elati mundi, ac superba infidelitatis, etc. Vetus Editio, elati mundi superbia, ac infidelitatis, etc. AREV.

statio autem Josue dicentis ad angelum : *Noster es, tu adversariorum?* discretionem sanctorum insinuat, qui inter bonum et malum per discretionem dijudicant, ne eos adversarius per speciem boni fallat, unde et Jeremias dicitur : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (Jerem. xv, 19).

## CAPUT VII.

*De exciatio Jericho et Raab salvatione.*

1. Circundatur post hæc Jericho, expugnaturque, adversus quam gladius non educitur, aries non dirigitur, nec tuta vibrantur. Tubæ solummodo sacerdotiales septem diebus continuis adhibentur, siveque circumacta arca, muri Jericho subruuntur. Jericho autem per interpretationem *luna* dicitur.

2. Luna vero mundi hujus speciem tenet; quia B sicut luna menstruis completionibus desicit, ita hic mundus ad completionem temporum currens, quotidiani defectibus cadit; in arca vero Ecclesia figuratur, in tubis autem æreis prædicatores fortes accipiuntur.

3. Hanc ergo urbem Jericho diebus septem serentes arcum Israëlitæ æneis tubis clangentibus circumdeunt, et muri ejus per arca præsentiam atque ad ærearum tubarum sonitum cadunt, quia in hoc tempore, quod septem dierum vicissitudine volvitur, 482 dum seruit arca, id est, dum orbem terrarum circumiens movetur Ecclesia ad prædicantium voces, quasi ad tubarum sonitum muri Jericho, id est, statio mundi, ac superba infidelitatis obstacula corrunt, donec in fine temporum mors novissima iniuncta destruatur, et ex impiorum perditione unica domus Raab, tanquam unica Ecclesia, liberetur, munda a turpitudine fornicationis per fenestram confessionis, in sanguine remissionis; ista enim meretrix in Jericho, tanquam in hoc sæculo, moratur.

4. Quæ, ut salvari possit, per fenestram domus æze, tanquam per os corporis sui, coccum militit, quod est sanguinis Christi signum pro remissione peccatorum confiteri ad saltu[m]. Qui inventi sunt in domo illius, salvi facti sunt ab interitu urbis, et quicunque intra Ecclesiam reperiuntur, ipsi tantum salvantur. Extra hanc autem domum, id est, extra Ecclesiam, nemo salvatur.

## CAPUT VIII.

*De furto Achani.*

D 1. Furatur interea de anathemate urbis Jericho Achæn pallium, et linguam auream, p[ro] quo, irascente Deo, perierunt quidam manu hostili ex populo. Jericho itaque, ut dictum est, mundi gerit figuram. De anathemate ergo ejus fraudans in tabernaculo suo

CAP. VIII. N. 4. Furatur. Orig., hom. 7. GRIAL.

*Ibid.* Et linguam auream. Ita omnino legendum ex LXX, non regulam ex Vulg. Neque aliter procedit allegoria, quæ tota est Origenis. Mirum, hoc non vidisse, quisquis hæc olim in pejus reformavit. GRIAL.

*Ibid.* Linguam auream. Grialius hoc tuerit, neque immerito. Sed observandum, num. 3, occurtere regulas aureas. Veteres modo una, modo alia versione bibliorum utebantur. AREV.

abscondit, qui sœculares mores in secretis Ecclesiæ A inserit; qui, sub cultu Dei manens, solemnitates sœculi vel spectacula diligit; qui sortilegos, haruspices et augures inquirit, vel qui cæteros ritus persuadet; qui prius in Jericho, id est, in hoc sœculo habebantur; ipse ergo, quia post fideli indumentum conversationis sœcularis cultum inducit, quasi pallium de anathemate tollit.

2. Sed et ille de anathemate Jericho fraudat, qui in Ecclesia hæreticorum infert dogmata, vel superstitiosa sœcularium litterarum studia. **483** Ille est enim lingua aurea luculento sermone aplata. Hanc furati sunt Arius, Marcion et Basilides.

3. Furati sunt enim isti regulas aureas de Jericho, qui philosophorum sectam conati sunt in Ecclesiam intrudere et maculare omnem Ecclesiam Domini, ita ut disperderentur multi per eos; ideoque abjecti sunt per anathema, et quasi acervo lapidum, ita multitudine peccatorum suorum oppressi atque extinetti sunt. Quorum errore pereundo, rex Iai, loc est, diabolus, qui per illorum impietatem fidelium quosdam evicerat, rursum superatus evincitur, atque a populo Dei suspensus, ligni crucis virtute necatur.

#### CAPUT IX.

*De constructione altaris.*

1. Superatis ergo hostibus, adificavit Jesus altare Deo celso ex lapidibus integris, in quibus non erat injectum ferrum, sicut præceperat Moyses; et immolavit sacrificium, et scripsit in lapidibus Deuteronomium legis Moysi. Videamus itaque qui sunt isti lapides ex quibus adificatur altare. Omnes igitur qui in Jesum Christum credunt, lapides vivi dicuntur, de quibus dicit Apostolus: *Vos estis lapides vivi, adificati in domos spirituales* (*I Petr. II, 5*).

2. His non est injectum ferrum, quia incorrupti et immaculati carne et spiritu sunt, et jacula maligni ignita non receperunt. Hi unum altare faciunt in unitate fidei concordiaque charitatis. In his quoque Deuteronomium, id est, secundam Evangelii legem Jesus Dominus noster scribit.

3. Audiamus itaque eum dicentem: *Dictum est antiquis* (*Exod. xx*): *Non occides, ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo homicida est;* et iterum: *Non mæchaberis: Ego autem dico vobis: Si quis ruderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam* **484** *in corde suo* (*Math. v*). Hanc igitur Jesus notat legem in cordibus credentium, banc scribit in eorum mentibus qui altaris constructione digni sunt.

2. *Hanc furati sunt.* Ita Alborn., et melius quidem, quam Grialius, *hanc fraudati sunt.* AREV.

3. *Rex Iai.* Grialius signum hoc loco adjecerat pro aliqua nota, quæ intercidit. AREV.

CAP. ix. N. 1. *Superatis ergo hostib.* Orig. sunt verba omnia, non tamen continenter posita homil. 9, GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Et ipsi tanquam lapides vivi superadificamini, domus spirituales.* AREV.

3. *Hanc mentibus,* etc. Alborn. id omittit, quod suppletur ex Originali Isidori his verbis: *Hanc igi-*

#### CAPUT X.

*De benedictionibus et maledictionibus*

1. Post huc omnis populus, et majores natu, duces ac judices præcedebant hinc et inde arcam, steteruntque, sicut præceperat Moyses in Deuteronomio, sex tribus in monte Garizim, ut benedicterent populum, et i. sc. tribus que nobiliores sunt, id est, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Joseph et Benjamin.

2. Aliæ vero sex ignobiliores steterunt e regione in monte Hebal, ut maledicerent, inter quos et Ruben, qui maculaverat torum parentis, et Zabulos, ultimus filius Liæ, et ancillarum filii. Et haec quidem veteris historiæ referunt gesta. Sed inspicendum est quid in narratione mystice intelligentia referatur.

3. Qui sunt ergo isti qui incedunt juxta montem Garizim? et qui sunt qui incedunt juxta montem Hebal? Illi namque qui in hoc loco juxta montem Garizim incedunt, electi ad benedictionem, eos figuraliter indicant qui non metu poenæ, sed coelestis promissionis amore succensi, venient ad salutem, illi vero dividiti, qui juxta montem Hebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, illos indicant qui non amore benedictionum, vel promissionum, sed futurorum suppliciorum timore complent quæ in lege scripta sunt, ut perveniant ad salutem.

4. Omnes autem circa arcem incedunt, quia de Ecclesiæ sinu non recedunt, sed nobiliores esse illos dicimus, qui desiderio boni ipsius, æternæ benedictionis amore, quod bonum est agant, quam qui malo metu bonum sectantur. Solus ergo Jesus potest ex omnibus populis hujusmodi mentes animosque condiscere.

**485** 5. Et alios quidem statuerunt in monte Garizim ad benedicendum; alios vero statuerunt in monte Hebal ad maledicendum, non ut maledictiones accipiunt, sed ut intuentes prescriptas maledictiones, et penas peccatoribus constitutas, incurrire caveant, ac semetipos timoris suppicio corrigan.

#### CAPUT XI.

*De Gabaonitis.*

1. Interea Gabaonites, perditionis metu perterriti, cum fraude et calliditate venerunt ad Jesum, pannis calceamentisque veteribus induiti, deprecantes ut salvarentur, statimque a Jesu salutem accipiunt. Quorum tamen dolum ut cognovit, ligni cæsores, vel aquæ gestatores, eos constituit; in quorum figura illi ostenduntur qui, de mundo ad Ecclesiam venientes, habent fidem in Deo, et inclinant caput suum sacerdotibus, sanctis quoque ministrant Ecclesiæ, vel ad ministerium prompti sunt; in moribus

tur Christus legem novam in cordibus credentium scribit, in eorum scilicet mentibus. AREV.

CAP. x. N. 1. Ex eadem homil. Orig. GRIAL.

4. *Æternæ benedictionis amore.* Ita apud Origenem recte. *Beatitudinis amore,* Val. et Comp. GRIAL.

*Ibid. Condiacere.* — *Discernere* sive *Rufianus,* sive *Hieronymus.* *Conducere* codex Valent. GRIAL.

*Ibid.* Præclaræ sententia qua docemur attritionem et dolorem peccatorum ob gehennam inclum bonum ac supernaturalem esse posse. AREV.

CAP. xi. N. 1. Ex homil. 10. GRIAL.

vero suis et conversatione pristina detinentur, induentes veterem hominem cum actibus suis, involuti velutis vitiis, sicut et isti pannis et calceamentis veteribus obiecti.

2. Et praeter hoc, quod in Deum credunt, et erga servos Dei vel Ecclesiae cultus videntur esse devoti, nihil habent emendationis vel innovationis in moribus. Tales igitur tantummodo quasi quoddam salutis signum intra Ecclesiam temporaliter preferunt; inter Israelitas autem, id est, inter sanctos Dei regnum aeternum vel libertatem minime consequuntur.

#### CAPUT XII.

##### *De prælio in Gabaon.*

1. Quod autem in Gabaon, pugnante Jesu Nave, stellisse perhibetur sol et luna, donec Israelis inimici delerentur, dicente **486** Scriptura: *Stetit sol super Gabaon, et luna super vallem Ajalon;* et adjecit Scriptura, et dicit: *Quia nunquam sic audivit Deus hominem.*

2. Jesus igitur noster solem stare fecit, non tunc solum, sed multo magis modo in adventu suo, dum nos bellum gerimus adversus vitiorum gentes, et collectamur adversus principes et potestates, et reatores harum tenebrarum, adversus spiritualia nequitiae in coelestibus. Sol nobis iustitia indesuenter assistit, nec deserit unquam nos, nec festinat occubere, quia ipse dixit: *Ecce ego vobiscum sum omni bus diebus usque ad consummationem saeculi.*

3. Quinque autem reges quinque sensus corporeos indicant, qui Gabaonitos, id est, carnales homines expugnant. Hi ad speluncam confugiunt, cum se torrenis in corpore positi actibus mergunt. Qui tamen, pugnante Jesu, id est, prædicatione evangelica superantur, at, ingrediente verbo Dei in nobis, id est, intra speluncam corporis nostri, omnes pariter interficiuntur.

#### CAPUT XIII.

##### *De extinctis gentibus et terræ divisione.*

1. Extinctis deinde, vel ejectis gentibus, Josue sorte dividit populis terram reprobmissionis. Ejecti ergo et Christus a facie fidelium suorum quodammodo gentes, gentilium errorum malignos spiritus, et sorte divisit terram in nobis: omnia operans unus aique idem Spiritus, ac dividens dona propria unicuique, prout vult.

#### CAPUT XIV.

##### *De divisione terræ.*

1. Refertur autem in his divinis eloquiis prima et **D** secunda hereditatis facta divisio (*Num. xxxiv*). Prima quidem per Moysen; secunda vero, quæ fortior est, per Jesum. Sed Moyses trans Jordanem duabus tantum et semis tribibus, Ruben, scilicet, et Gad, et dimidiæ tribui Manasse, possessionem decretit; cæteri vero omnes per Jesum suscipiunt.

2. Alb., *Vel ecclesiæ cultibus videntur esse devoti.* **AREV.**

**CAP. XII. N. 1.** Ex homil. 11. **GRIAL.**

**CAP. XIV. N. 1.** Totum caput ex hom. 3, et hom.

**17. GRIAL.**

2. *Agnitionem Trinitatis.* Al., cognitionem veritatis. **AREV.**

4. Vulgata paulo aliter hanc sententiam exprimit:

**A 487** 2. Per quod indicatur quod plures per fidem Jesu Christi promissa cœlestia essent percepturi quam qui per legem adepti sunt. Nam illæ dux semis tribus procul dubio priorem populum adumbrabant; sed ideo dux semis dicuntur, quia hi qui in lege agebant contigerunt agnitionem Trinitatis, sed perfectam ejus scientiam non habuerunt, sicut et Ecclesiasticus liber loquitur, dicens: *Qui non perficit primo scire sapientiam, et infirmior non investigavit illam* (*Ecclesiasticus. xxiv*).

3. Hic autem novem semis tribus quæ per Jesum reprobmissionem terræ sanctæ suscipiunt, ut prædictum est, figuram novi populi tenuerunt, qui a Jesu Domino nostro per fidem et gratiam æternæ reprobmissionis hereditatem post lavacrum, quasi post **B** Jordani transitum, suscepit. Sed proinde et ipsæ novem semis tribus dicuntur, quæ sub Jesu hereditate potiuntur, et non integræ decem, qui numerus consummatus dicitur et perfectus, quia nec in ipso adventu Domini, vel incarnatione ejus, cuncta nobis per semetipsum perfecte annuntiata sunt.

4. Unde et ipse dixit discipulis: *Multa adhuc habeo quæ vobis loquar, sed non potestis illa audire modo, Veniet autem Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis omnia* (*Ioann. xvi*). Perfectio itaque ac summa cunctorum bonorum in Spiritu sancto consistit, alioquin nihil in eo perfectum putabitur cui Spiritus sanctus deest.

#### CAPUT XV.

##### *Quod Levite non acceperint hereditatem.*

**C** 1. Cur vero Levitæ non acceperunt hereditatem terræ? Utique quia Dominus noster Jesus Christus ipse est hereditas eorum, sicut scriptum est: *Ego hereditas eorum, et possessio non dabitur eis in Israel. Ego enim sum possessio eorum.* Clericorum enim hereditas **488** et possessio ob hoc se dici voluit Deus, quia ministri altaris ipsius effecti sunt, et sors, propter quod et *clerus sors* interpretatur.

2. Ergo Domini hereditatem merito possidet, qui, ut absque impedimento deservire Deo valeat, pauper spiritu esse contendit, ut congrue illud Psalmistæ dicere possit: *Dominus pars hereditatis meæ et calcis mei* (*Psalm. xv*).

#### CAPUT XVI.

##### *Quod habitacula Levitarum per omnes tribus decernuntur.*

1. Quod vero habitacula Levitis a Jesu per omnes tribus decernuntur, significatur ut hi qui in Ecclesia Dei, scientiæ operam dantes, doctrinæ gratiam administrant, rursum ab omnibus quibus dispensant divina terrena subsidia, quæ non habent, recipiant, ut impletatur illud quod Apostolus præcepit, dicens:

*Adhuc multa habeo, etc.* **AREV.**

**CAP. XV. N. 1.** Ex hom. 21 in cap. xxvi *Num.*, et hom. 17 in *Jesu Nav.* **GRIAL.**

*Ibid.* Cod. Alborn.: *Clericorum enim hereditatem ob hoc se dici voluit.* Deinde alij: *Ministri altaris ipsius sunt et consores, propter quod.* **AREV.**

**CAP. XVI. N. 1.** Ex ead. hom. 17. **GRIAL.**

*Si nos vobis spiritualia communavimus, magnum est ut carnalia nostra metamus (1 Cor. 9)? Et merito isti in cunctis tribubus divisi dicuntur, quia dispensatione sanctorum vivunt.*

### CAPUT XVII.

*Quod quadraginta duas urbes accipiunt Levita.*

1. Quod autem quadraginta duas urbes accipiunt, indubitanter ipsa prædictio sanctorum signatur; ipsi enim possident doctrinam, quæ legis Decalogo constat, et quadrifido Evangelii numero, quasi quaterdenas urbes habentes. Quibus etiam duæ adjiciuntur, quia nimirum cuncta quæ prædican, morali ac mystico sensu annuntiant.

### 489 CAPUT XVIII.

*De Chananeo populo non existitio.*

1. Illud autem, quod cum Israelitico populo percepta repremissionis terra partiretur, Ephraim tamen tribui Chananeus gentilis populus non occisus, sed factius tributarius dicitur, sicut scriptum est in libro Judicum: *Habitavit Chananeus in medio Ephraim tributarius (Judic. 1).* Quid enim tributarius, quid

CAP. XVII. N. 1. *Quadraginta duas urbes.* Breilius ad marginem notavit: *Imo quadraginta octo.* Ac revera Ioseph xxi, 39, id ita exprimitur: *Civitates universæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo.* Verum, ut advertunt interpres, in hoc numero quadraginta octo urbium recententur sex urbes refugii, qua asyli causa cunctis filiis Israel, et advenis qui inter eos habitabant, concessæ fuerant. Mox Albini. Codex: *Possidentes doctrinæ*

A Chananeus, gentilia videlicet populus, nisi vilium signat? Sæpe enim in magnis virtutibus terrem repremissionis ingredimur, quia spe iusta de mortalitate roboramur. Sed dum post interempta vicia sublimia, quedam tamen parva retinemus, quasi Chananeum in terra nostra vivere coecidimus.

2. Qui tamen tributarius dicitur, quia hoc ipsum vitium quod subjugare non possumus, ad usum nostræ utilitatis humiliter retorqueremus, ut eo de se mens et in somnis vilia sentiat, quod suis viribus etiam parva quæ appetit non expugnat. Unde benerum scriptum est: *Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erridet in eis Israheli (Judic. 11, 1).*

3. Ad hoc namque quedam minima villa nostra retinentur, ut se nostra intentio sollicitam in certamine semper exerceat, et eo de victoria non superbiat, quo vivere in se hostes consipicunt a quibus adhuc vinci formidat. Israel ergo reservatis gentilibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis nostræ comprimitur, et in parvis sibi resistentibus discit quod ex se majora non subigit

nam... et quadrifario... urbes habent. AREV.

CAP. XVIII. N. 1. Illud autem, usque ad subligni, omnia sunt Gregorii verba lib. iv Moral., cap. 22. GRIAL.

*Ibid. Percepta. Al., præcepto Dei. AREV.*

2. *Hæ sunt gentes.* Tractat etiam hunc locum elegantissime Cass., collat. 2, cap. 6, et collat. 13, cap. 40. GRIAL.

## IN LIBRUM JUDICUM.

### 490 CAPUT PRIMUM.

*De servitute populi et liberatione.*

1. Historia Judicum non parva mysteriorum indicat sacramenta. Primum, quod post Josue succedunt Judices, sicut et post Christum succedunt apostoli, et Ecclesiarum rectores ad gubernandos et regendos fideles, quos ipse ad spem æternæ repremissionis perducit. Per omnia autem in hoc volumine delicta Judaici populi, et servitutes, clamor quoque eorum, et miserationes Dei describuntur.

2. Nam multis annis pro suis offensis multis regibus servierunt, et iterum conversi liberali sunt. Sed quid est, quod sæpe peccantes in manu hostili traduntur, nisi quod nostra peccata, quando delinquimus, vires hostibus præbent, et quando nos facimus malum in conspectu Domini, tunc confortantur adversarii nostri, id est, dæmones, spiritualium nequitiarum virtutes?

3. Sed iterum, quando convertimur, suscitat Dominus salvatores et judices, hoc est principes et doctores, quos ad subsidium Deus mittit eorum qui ad se toto corde clamaverunt, sicut misit Othoniel, qui expugnavit Chusen Rasathaim regem Mesopotamie; sicut misit Aod, qui occidit Eglon regem

C Moab; sicut misit Jahel et Debboram, qui interficerunt Sisaram; quorum historia pro suis mysteriis breviter memoranda est.

### 491 CAPUT II.

*De Debbo et Jahel.*

1. Debbo enim prophetis, uxor Lapidoth, judicabat populum in illo tempore, et sedebat sub palma inter Rama et Bethel in monte Ephraim, ascendantque ad eam filii Israel in omne judicium. *Debbo,* quæ interpretatur apis, sive loqua, in prophetia et forma accipienda est de qua scribitur: *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua (Psalm. cxviii)!* Consideremus ubi locus prophetæ esse desribitur.

2. Sub palma, inquit, sub palma sedem habet prophetia, quia quos suis institutionibus erudit, ad palmam supernæ vocationis adducit. Inter medium autem Rama et inter medium Bethel sedere prophetia dicitur, quia *Rama* interpretatur excelsa, *Bethel* autem domus Dei, utique quia nos in domo Dei positos, non quæ in terra sunt querere docet, sed quæ in celis sunt.

3. Ilæc misit et vocavit ad se Barac: *Barac interpretatur coruscatio.* Coruscatio est quæ habet quidem lucem, sed non permanentem: ad modicum enim

*dæmones et spiritualium, etc. AREV.*

CAP. II. N. 1. Ex Orig., bom. 3. GRIAL.

2. *In manu hostili. Al., in manum hostilem.* Et mox

temporis resplendet et desinat. Hic ergo Barac A ita sacrificium quod offerebatur ab omniplum est.

4. Cum ergo dixisset Debora ad Barac, id est, prophetia ad priorem populum: *Tibi praecepit Dominus, et tu ascendes in montem Thabor, et accipe decem milia virorum, respondit Barac ex persona prioris populi ad prophetiam: Ne accendam, nisi et tu ascenderis mecum.* Dicit ad eam Debora: *Ibo tecum, sed non erit prima tua in via que incendis, sed in manu mulieris tradet Dominus Sizaram, evidenter ostendens, quia non est apud illum populum primates, nec permanet apud eum victoria palma, sed apud Jabel mulierem, id est, Ecclesiam; nam Jabel B ista alienigena, in cuius manu victoria facta est, figuram tenet Ecclesiae ex gentibus congregatae:*

**492** 5. Jabel enim interpretatur *ascensio*, quia per Ecclesiam ascenditur ad cœlum. Ista polo Sizaram hostem interficit, id est, ligni cruxis virtute diabolum interimit, quod Barac, id est, prior populus per legis præcepta facere non potuit; sola enim ista per lignum, in quo spiritualibus sacramentis credentium salus est, fiduci hostem affigit; quem deinde mortuum pellibus obtigit, id est, inclusum in carnalium cordibus derelinquit. Non enim latent mortifera ipeius, nisi in corruptibilitate vitæ viventibus, et peccata mortalia perpetrantibus, qui, dum, prave viventes, segregantur a corpore Christi, efficiuntur membra diaboli,

### CAPUT III.

#### De Gedeon et ejus sacrificio.

1. Traditur deinde populus Israel in manu Madian, pro cuius liberatione loquitur angelus Domini ad Gedeon; cuius gesta quid mystice significant demonstrandum est. Gedeon namque, cum sub quercu tritici measem virga cederet, et paleis frumenta excuteret, angelum vidit, accipiens ab eo oraculum, ut a potestate hostium populum Dei in libertatem deduceret. Iste Gedeon figuram gestabat Christi, qui sub umbra sanctæ crucis prædestinato incarnationis futuræ mysterio constitutus, rectitudine judicii, quasi per virgam, electionem sautorum a vitiorum paleis sequestrabat.

2. hic ergo Gedeon, cum audisset ab angelo quod, deficientibus populorum milibus, in uno viro Dominus plebem suam ab hostibus liberaret, protinus hunc eexit, eajus carnes secundum præceptum angeli simul cum azymis super petram posuit, et jus carnium desuper effudit. Quæ dūi angelus virgæ cacumine tetigit, statim de petra ignis erupit, atque

4. Atii, in via has quam incendit. AREV.  
Cap. iii. N. 1. Ex Orig. homil. 8, et Aug., serm. 108 de temp. GIAL.

4. Pro redēptionis nostræ religione a populis deferendum.—*Pro religione populi deferendum*, Aug., a quo videntur abesse duas voces redēptionis nostræ. *Religione a populis deferendum*, Bed. et Val., non male. GIAL.

Cap. iv. N. 1. Ex iisdem locis, præter ea quæ notata sunt. GIAL.

3. Quo indicio declaratum videtur quod petra illa typum habuerit corporis Christi, Paulo attestante: *Petra autem erat Christus (I Cor. x).* Jam tunc igitur in mysterio declaratum est quia Dominus Jesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates purgaret animorum. Caro enim **493** hanc ad culpam facti refertur, 'jus ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: *Quis concupivit populus cupiditatem pessimam, et diserunt: Quis nos cibabile carne? Quod igitur extendit angelus virgam, et tetigit petram, de qua ignis exivit, ostendit quod caro Domini, spiritu repleta divino, peccata omnia conditientia humanae exuroret.*

4. Unde et Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram (Luc. xii).* Advertit igitur vir doctus et præsagus futurorum superna mysteria. Et Ideo secundum oracula occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, et ipse septenarium aliud vitulum immolavit Deo. Quo facto manifestissime revelavit post adventum Domini omnia gentilitatis abolenda esse sacrificia, solumque sacrificium Deo dominica passionis pro redēptionis nostre religione a populis deferendum. Etenim vitulus ille erat in type Christi, in quo septiformis spirituallum plenitudo virtutum, sicut Isaías dicit, inhabitat.

### CAPUT IV.

#### De vellere et area.

1. Pravidit ergo mysterium victoris Gedeon, et C tam licet fortis et fiducia pleniora adhuc de Domino futura victoris documenta querrebat, ut una nocte lumen vellus in area ponerebat, et esset super illud tantummodo ros, et super omnem terram siccas. Et rursus similiter ponerebat vellus, et super totam terram ros plueret, et siccas esset in vellere.

2. Queret fortasse aliquis utrum quasi incredulus esse videatur, qui frequentibus iam fuerat indicolis informatus. Absit. Non enim ille ambiguis erat, sed nimis futura mysteria prævidebat. Quæ etiam providus diligenter explorabat, ut amplius crederet et mysterium, dum intellexisset oraculum.

3. Quid ergo vellus complutum, et area sicca, et postea compluta **494** area sicco vellere significat, nisi quod primo una gens Hebreorum habebat gratis mysterium, totus orbis vacua erat, nunc autem in manifestatione Christi totus habet hoc orbis, illa vacua est? Area enim illa totum orbem terrarum significat.

4. Denique quando totus orbis infructuoso cultu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cœ-

2. Quæret. Ita Albornoz. Codex. Grialius, querit. AREV.

3. Quid ergo vellus, usque ad vacua est, ex xii contr. Faust., cap. 52. GIAL.

Ibid. Illa vacua est. — Vacuata est, Aug. GIAL.

4. Infructuoso cultu. — Infructi. aestu, Aug. GIAL.

Ibid. Id est, in Judæa. Additæ sunt has voces ex Augst. quæ deerant in Ms. GIAL.

Ibid. Imber ille. — Meatusque suos fons ille divinis in corda gentium derroavit, Aug. GIAL.

lestis visitationis in vellere, id est, in Iudea. Postea A vero quam oves, quæ perierunt domus Israel, quæ sub figura velleris demonstrabantur, fontem aquæ vivæ negaverunt, ros fidei exaruit in rectoribus Iudeorum, gratiamque suam imber ille divinus in corda gentium derivavit; inde est, quod nunc fidei rore totus orbis humescit, Iudei vero prophetis et omoibus charismatibus caruerunt.

5. Nec mirum si persidæ subeunt siccitatem, quos Dominus prophetici imbris ubertate privavit, dicens: *Mandabo rubibus desuper, ne pluant super eam imbre* (Isai. v). Idcirco autem illa genti velleris nomine significavit, vel quia spolianda esset doctrinæ auctoritate, sicut ovis vellere, vel quia inobauditam eamdem pluviam detinebat, quam nolebat præputio prædicari, id est, incircumcisæ gentibus revelari.

#### CAPUT V.

*De prælio Gedeon cum trecentis.*

1. Post hanc diligentissimam mysterii explanationem, cum jam contra Madianitas Gedeon dimicaret, et exercitus multitudinem ad bella produceret, divina illa admonitione præceptum est ut ad flumen veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conciperet a bellorum conflictu removeret. Actumque est, 495 ut trecenti viri tamquammodo, qui stantes aquas manibus hauserant, remanerent.

2. Cum his Gedeon ad prælrium pergit, eosque non armis, sed tubis, lampadibus et lagenis armavit. Nam, sicut illic scriptum est, accensas lampades miserunt intra lagunculas, et tubas in dextera, lagenas autem in sinistra tenuerunt, et ad hostes suos minus venientes cecinerunt tubis, confregentes lagunculas, lampades apparuerunt, et hinc tubarum sonitu, illuc lampadarum coruscatione territi hostes in fugam versi sunt.

3. Quid hoc est, quod tale bellum per prophetam ad medium adducitur (Isai. ix)? An indicare nobis propheta studuit quod adventum Redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeone duce pugnæ victoria designavit? Talia illic nimis acta sunt, quæ quanto magis usum pugnandi transeunt, tanto amplius a prophetandi mysterio non recedunt.

4. Quis enim unquam cum lagenis et lampadibus ad prælrium venit? Quis contra arma veniens, arma deserit? Ridicula nobis hæc profecto fuerant, si

*Ibid. Et omnibus charismatibus. — Charismata, Valent. At vero Iudei prophetas suos et consiliarios perdidere, Aug. GRIAL.*

*Ibid. Voces id est, in Iudea, aberant a textu Grialii contra ejus mententi. AREV.*

5. Vulgata: *Et rubibus mandabo ne pluant super eam imbre.* AREV.

CAP. V. N. 1. Totum caput e Gregor., lib. xxx Moral., cap. 17. GRIAL.

2. *Lampadarum coruscatione.* Alii, *lampadum coruscata.* Post versi sunt alii addunt: *De hoc enim per prophetam dicitur: Jugum enim oneris ejus, et virginem humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in de Madien. Eripiens quippe gentilitatem Dominus, superavit jugum oneris ejus, cum eam adventu suo ab illa demoniacæ tyrannidio servitule liberavit. Superavit*

terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ista attestante, didicimus ne parva haec quæ acta sunt perpendamus. Gedeon itaque ad prælrium ventiens Redemptoris nostri signat adventum, de quo scriptum est: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ exteriores, et introibit rex gloriae.* Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio (Psalm. xxiii)..

5. Hunc Redemptorem nostrum non solum opere, sed etiam nomine prophetavit. Gedeon namque interpretatur circiens in utero. Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia circumpletebit, et tamen per dispensationis gratiam intra uterum Virginis venit. 496 Quid est ergo circuiens in utero, nisi quia omnipotens Deus Christus intra uterum fuit B per infirmitatis substantiam, et extra mundum per potentiam maiestatis? Madian vero interpretatur de iudicio.

6. Ut enim hostes ejus repellendi destruendique essent, non de vitio repellentis, sed de iudicio justè judicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocantur qui alieni a gratia Redemptoris justè damnationis meritum etiam in vocabulum nominis trahunt. Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prælrium.

7. Solei in centenario numero plenitudo perfectio- nis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Dominus noster adversarios fidei destruit, cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt divina cognoscere, qui sciunt de C Trinitate, quæ Deus est, perfecte sentire.

8. Notandum vero est quia iste trecentorum numerus in T littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transversam lineam id, quod in cruce eminet, adderetur, non jam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in tau T littera continetur, et per tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt quibus dictum est: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* (Matth. xvi; Marc. viii).

9. Qui sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius sese edomant, et erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Unde per D Ezechielem prophetam dicitur: *Signa tau super*

*sciprum exactoris ejus, cum regnum ejusdem diaboli, qui pro pestifera perpetratione ritiorum consumerat tributa debita penarum exigere, de fidelium corde destruxit.* Quid hoc est, etc. Grialius hæc prorsus omitti voluit. AREV.

3. *Quid hoc est.* Quæ ante haec leguntur in Impres- sionis, sunt quidem Greg. verba e cap. 16. Sed ideo recepta non sunt, quia et sententiam interrumpunt, et a manuscriptis libris absunt, neque dubium quia e margine ascerta sint. GRIAL.

6. *Non de vitio repetit.* Ita Greg., et apud Bed.; non de iudicio, Ms. GRIAL.

8. In miss. reperitur aliquando in T, aliquando in T littera, aliquando in tau. Trecentorum numerorum in Tau contineri, alibi etiam docuit Iaidorus. Vide Allegorias, num. 76, cum notis. AREV.

*frontes virorum gementium et dolentium (Ezech. ix).* Vel certe in his trecentis qui in tax littera continentur hoc exprimitur, quod ferrum hostium crucis ligno supereretur. Ducti itaque sunt ad fluvium, ut aquas biberent, et qui aquas flexis genibus hauserunt, a bellica intentione remoti sunt.

10. Aquis namque doctrina sapientiae, stante autem genu, recta operatio **497** designatur. Qui ergo, dum aquas bibunt, genuflexisse perhibentur, ab illorum certamine prohibiti recesserunt. Hi sunt qui doctrinam cum operibus rectis non hauriunt. Qui vero doctrinæ fluente ita hauriunt, ut nequam in pravis operibus carnaliter inflectantur, hi Christo duce contra hostes fidei ad prælrium pergunt.

11. Vadunt ergo cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis; atque iste fuit, ut diximus, ordo preliandi. Cecinerunt tubis, intra lagenas autem sunt missæ lampades; confractis vero lagenis, lampades ostensæ sunt; quarum coruscante luce hostes terribili, in fugam vertuntur. Designatur itaque in tubis clamor, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum.

12. Tales quippe secum dux noster ad prædicationis prælrium duxit, qui, despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternunt, eorumque gladios non armis, sed patientia superant. Armati enim venerunt sub duce suo ad prælrium martyres nostri, sed tulis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerunt tubis, dum prædicant; confregerunt lagenas, dum solvenda in passione sua corpora hostium gladiis opponunt.

13. Resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscarent. Moxque hostes in fugam versi sunt, quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnaverunt, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, ut lagenæ frangerentur. Lagenæ fractæ sunt, ut lampades apparcerent. Apparuerunt lampades, ut hostes in fugam verterentur.

14. Id est, prædicaverunt martyres, donec eorum corpora in morte solverentur; corpora eorum in morte soluta sunt, ut miraculis coruscarent. Coruscaverunt miraculis, ut hostes suos ex divina luce **498** prosternerent. Et notandum quod steterunt hostes ante lagenas; fugerunt ante lampades, quia

A nimis persecutores sanctæ fidei prædictoribus adhuc in corpore positis restiterunt.

15. Post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt, quia pavore conterriti, a persecutione cessaverunt. Intuendum est etiam id quod illic scriptum est, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextro enim habere dicimus quicquid pro magno pensamus; pro sinistro vero, quod pro nihilo ducimus.

16. Bene ergo illic scriptum est quod in dextera tubas et in sinistra lagenas tenuerunt, quia Christi martyres pro magno habent prædicationis gratiam; corporum vero utilitatem pro minimo; quisquis enim corporis utilitatem plus facit quam gratiam prædicationis, in sinistra tubam atque in dextera lagenam tenet. Si enim priori loco gratia prædicationis attenuatur, et posteriori utilitas corporis, certum est quia in dextris tubæ, et in sinistris lagenæ tenentur.

#### CAPUT VI.

##### *De Abimelech.*

1. Moritur Gedeon, et reliquit septuaginta filios, et unum nomine Abimelech, natum ex concubina, qui conductus sibi viros vagos, et abierunt post illum, et intravit in domum patris sui, et occidit fratres suos septuaginta viros super lapidem unum, et remansit Joathan minor, quoniam absconsus est, etc. Hoc factum, si nihil propheticum indicaret, quid opus erat, ut magnopere præscriberetur utrum Gedeon septuaginta filios et multas uxores habuisset, sed et concubinam, de qua unum et malum suscepisset?

**499** 2. Quod cum turpe factum sit, tunc etiam turpius esset si hæc posteris ad exemplum in divinis libris scripta viderentur, nisi magna alicuius rei imaginem earum rerum gesta per typos et figuræ ostenderent. Gedeon igitur, ut superius dictum est, typum Domini tenebat, plurimæ uxores ejus multæ sunt nationes, quæ per fidem Christo adhaerent. Septuaginta vero filii ejus septuaginta linguae sunt in hoc mundo diffusæ, in quibus sibi per fidem Dominus filios generaturus erat.

3. Concubinam hoc in loco Synagogam vocat. Quæ in novissimis temporibus Antichristo est creditura, de qua Joannes apostolus in Apocalypsi ait: *Qui dicunt se Iudeos esse, et non sunt, sed sunt Synagoga Satanae* (Apoc. II, 9). De qua ultimis tempo-

diss; et id fortasse voluit Grialius, apud quem est, hostibus gladiis. AREV.

15. Nonnulli MSS.: *Pavore perterriti a persecutione fideliuum cessaverunt. Grialius, pro dextro... pro sinistra. Alb., pro dextro... pro sinistro. AREV.*

CAP. VI. N. 1. Hoc caput sumptum putamus e sermone aliquo divi Aug., qui non exstat: id indicat recapitulatio subjecta (qua solet ille plurimum uti) ab iis verbis pariter devorabit; quæ tamen recapitulatio apud Bedam non legitur, et nos eam valere jussimus, quanvis in plerisque MSS. legeretur; repugnat enim legi, quam sibi ipse in his commentariis brevitalis præscriptis Isidorus, eadem uno in capite his referre. GRIAL.

2. *Turpe factum. Forte, turpe factu.* AREV.

12. Hostium gladiis. Sic Alb. Alii, hostilibus gla-

ribus nequissimus filius, id est, Antichristus est generandus. Eritque filius ancillæ, id est, Synagogæ illius peccatricis, quia qui peccatum, inquit, facit, servus est peccati.

4. Hic, inquam, congregatis sibi implis, sicut Abimelech fecit, regnum improbe usurpavit; interfecisseque nobilibus filiis, id est, his qui, ex diversis nationibus et linguis, in Christum credentes, a Deo sunt generati, inducturus est persecutionem, ut pene sanctos omnes interficiat. Sed super septuaginta, inquit, fuit junior filius ex nobili matrimonio, qui se absconderat. Hic, inquit, ascendit in verticem montis Garizim, et exclamavit voce magna ad populum Sichimorum, componens eis parabolam.

5. Hic ergo junior filius, qui fugit, ut gladium inimici evaderet, figura est residui populi Israel, predicante Elia, extremis temporibus credituri, et Antichristi gladium evasuri. Ascendit, inquit, iste in verticem montis Garizim. Sed cur montem ascendet? Quia nec prophetare, nec persecutionem Antichristi quicquam evadere potest, nisi quis prius in montem benedictionis, id est, in sublimitatem fidelium et virtutum accederit. hic est enim mons Garizim, qui a Moyse in benedictionem deputatur (*Deut. xxix.*).

6. Haque cum ascendisset, elevata voce clamavit et dixit: *Audite me, viri Sichem. Ierunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntque olivæ: Impera nobis.* Quæ respondit: *Nunquid possum amittere pinguedinem meam, qua dñi utuntur et homines, et venire, ut inter ligna promovere?* Dixerantque ligna 500 ad arborem sicutum: *Veni, et super nos accipe regnum.* Quæ respondit eis: *Nunquid possum retrahere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, et ire, ut inter cætera ligna promovere?* Locuta sunt quoque ligna ad vitam: *Veni et impera nobis.* Quæ respondit: *Nunquid possum deserere vinum meum, quod laetificat Deum et homines, et inter cætera ligna promoveri?*

7. Cum ergo repudiata fuissent ligna silvæ ab oliva, et ficu, et vite, veneront ad rhamnum, ut eum sibi facerent regem. Sed prius videamus, cur oliva, ficus et vitis super ligna regnare noluerunt. Ligna quippe silvæ intelligimus homines esse vagos, et vanos, æterno incendio præparatos. hic ergo merito noluit nec oliva, nec ficus regnare, nec vitis, quia non merebantur. Oliva enim gratiam Spiritus

9. *Reprobatus venit ad rhamnum. Alborn., reprobatur.* Et omittit *venit ad rhamnum*, et sequentia usque ad cap. 9. Sed vetus collator ad hunc locum id notavit: *Multum plus est in alio libro octavo.* Fortasse hic liber est, qui a Coltatore Originalis, sive Originale Isidori aliquando dicitur. AREV.

10. Post *devorabit* in MSS. Florent. 1 et 2 nonnulla adduntur, uti etiam in Editione Matritensi Ulloæ inter appendices, pag. 54, ex Codice, ut asseritur, duodecimi vel decimi tertii saeculi, qui olim pertinuit ad ecclesiam sancti Antonini Pallentiae. Fragmentum est hujusmodi: *Videtur ergo Gedeon Christi imaginem habuisse. Septuaginta vero filii septuaginta lingue sunt, vel nations, quæ credentes, per secundam regenerationem filii Dei esse meruerunt. Abimelech vero illius auctor typum Antichristi portasse (vi-*

*sanceti, et uncilonem pacis significat. Fiens autem sacrae legis imaginem tenet, sicut in Evangelio scriptum est: Quidam paterfamilias plantavit vineam, et in vinea sua plantavit sicum.*

8. Quis paterfamilias, nisi Deus, qui familiæ sum, id est, omnium creditum pater est? Plantavit ergo vineam, id est, populum, quia vineam ex Ægypto transtulit. Et unique populum, non vineam ex Ægypto transtulerat. In haec vinea plantavit Æcum, hoc est, in populo suo posuit legem. Quæ lex primitivum populum, sicut flos grossos aridos et inutiles dejecit in terram, et postea alios fructus generavit, id est, populum Christianum, quem ad debitam pinguedinem discipline maturitatem et suavisissimum pięguedinem Christi cum gloria et honeste perduxit.

9. Sed vitis noluit regnare eis. Vites autem Salvatoris nostri typum habere manifestum est, sicut ipse in Evangelio ait: *Ego sum vitis vera (Joh. xv).* Igites qui jam in reprobum bonum, sicut Apostolus dicit (*Rom. 1*), futurus erat populus illius; qui Antichristo est servitus, quem ligna silva appellat, es necesse est ut credat mendacio, id est, Antichristo, qui veritati Christo noluit credere, ideo et a regno vitis, id est, Christi, et ab oliva, id est, Spiritu sancti gratia, et a fico, id est, divina legi dilectione reprobus, venit ad rhamnum.

501 10. Rhamnus enim genus rubi est, quam vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum, per quod merito typus Antichristi significatur, qui omni asperitate et feritate humanum genus est vastatus. Sed exiet, inquit, ignis de rhamno, id est, iniquitas de Antichristo, et omnes qui in eo considunt cum ipso pariter devorabit.

#### CAPUT VII.

*De Jephte et filia.*

1. Adjecterunt deinde filii Israel deservire Baalim et diis alienis, tradunturque in manus filiorum Ammon. Tunc Jephte Galaadites, fugiens a facie fratrum suorum, constitutur in principem ob pugnam filiorum Ammon; qui rediens post triumphum, immolavit filiam, quæ sibi post victoriam prima occurrerat; sic enim votum spönderat, ut quidquid sibi revertentis primum occurseret, Domino immolare.

2. Quis ergo in Jephite prænuntiabitur, nisi Dominus Jesus Christus, et Salvator noster, qui a facie

detur), qui, congregatis perditis nationibus, regnum sibi improbe usurpat, omnesque sanctos vi, et persecutionibus, et omni crudelitate trucidavit. Joathan vero junior filius figura sanctorum fuit. Sicut enim Joathan per fugam recessit, et reliqui intersecti sunt fratres, sic nemo evadere poterit persecutionem Antichristi, nisi qui per fugam recesserit, et in montem benedictionis ascenderit. hic est enim mons quem sancti circumdabant; quem sanctus Moses in benedictionibus, sicut jam superius dictum est, in *Deuteronomio* posuit. In MSS. Florent. est per secundam generationem. Supplevi videtur post portasse. Codex Paient., regnum suum improbe... et persecutione, et mox Joathan vero minor figura; et versus finem, sicut jam supra dictum est. Judicium Grialis vide in not., num. 1. AREV.

CAP. VII. N. 4. Vid. Aug., 1 de Civ., c. 24. GRIAL.

fratrum suorum, id est, Judæorum abscedens, in gentibus principatum accepit? Qui omnia humanæ salutis sacramenta, tanquam juratus, explevit, et quasi filiam, ita caruem propriam pro salute Israelis Domino obtulit.

**502** 3. Jurasse enim Patrem, ac vovisse Unigenitum legimus, Psalmista dicente: *Sicut juravit Dominus, votum quod Deo Jacob* (Psalm. cxxxii), scilicet ut sacramentum religionis in carcere suæ passionis pro salute generis humani expleret. Hæc ergo secundum historiam gestorum ita per Christum acta sunt, ut videantur pro religione, quam juraverat, esse completa. Post mortem Iephœ, traditur Israel in manus Allophylorum, nasciturque Samson, qui liberat Israel.

#### CAPUT VIII.

*De Samson.*

1. Samson autem, quondam Domini Nazareus, habet quiddam in typo gestum Christi. Primum quod ab angelo nativitate ejus annuntiatur; deinde quoniam Nazareus dicitur, et ipse liberalis Israel de hostibus; postremo quod templum illorum subvertit, et perierunt multæ millia hominum qui illum illuserant.

2. Nativitas ista Samson, quæ per angelum annuntiatur, similitudinem habet primum prophetarum, qui nativitatem Domini secundum carpem annuntiaverunt; deinceps angeli etiam qui ad Mariam loquuntur, dicens: *Maria, invenisti gratiam ante conspectum Domini, et accipies in utero, et paries filium, et vocabitur nomen ejus Jesus; hic enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* (Luc. 1, 30).

3. Samson autem interpretatur sol ipsorum, eorum scilicet quibus lucet, non omnium, sicuti est orans super bonos et malos sol, sed quorendam. Sed quia et Redemptor noster sol appellatur, audi ipsum Dominum Jesum per prophetam eo nomine vocitari: *Orietur vobis sol justitiae, et sanitas in persona ejus* (Malach. iv, 2). Vere enim hic sol justitiae est, qui omnium credentium mentes coelesti humanæ clarificat.

4. Hic vere Nazareus, et sanctus Dei, in cuius similitudinem ille Nazareus est nuncupatus. Ille ergo eum tenderet ad ministerium nuptiarum, leo regiens occurrit ei. Sed quis primus erat **503** in Samson obvium leonem necans, cum peteudea axeris causa ad alienigenas tenderet, nisi Christus, qui Eccliam vocatur ex gentibus, vineam diabolum, dicit: *Gaudete, quia ego vici mundum?*

5. Quid sibi vult ex ore leonie occisi fatus extractum, nisi quia, ut conspicimus, reges ipsi regni ter-

A reni, qui adverus Christum ante tremuerunt, non jam, perempta feritate, dulcedini evangelica prædicanda etiam munimenta præbent? Illud etiam, quod in semelipso Samson expressit, quod paucos quidam, dum viveret, intermit; destrucción autem templo, hostes innumeros, cum moreretur, occidit.

6. Quia nimis Dominus ab elatione infidelitatis paucos, cum viveret, plures vero, cum templum sui corporis solveretur, extinxit, aique elatos ex gentibus, quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Jam vero reliqua ejus, quod ei mulier subdola caput raserit, et Allophyli illudendum tradiderit, quod capitulus, quod exæctus, quod ad molam deputatus est; in his non Christus, sed illi figurantur, qui solo tantummodo in Ecclesia Christi nomine gloriantur, et malis actibus jugiter implancantur.

7. Vir enim in nobis sensus rationalis intelligitur. Caro autem quasi in typo mulieris accipitur. Si enim mulieri, id est, carni nostræ, blandiente libidine, vel aliis operibus, consenserimus, gratia spiritus, quæ Nazarei crine significatur, nudati apoliamus atque decipimur.

8. Ila enim superbis et peccatoribus, violata Christi gratia, sicut Samson incisa coma, diabolus illudit. Sed quid est quod Samson ille ab Allophylis captus, postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est? Quia nimis maligni spiritus, postquam tentacionis stimulis iatus aciem contemplationis ossidunt, foris hominem in circuitum laborum mittunt.

9. Quod si aliquando idem homo agendo penitentiam redeat, illi velut coma reducitur, id est, gratia resurgentis, reparatur ad virtutem; deinde cupiditatis ac luxuriae subversis columnis, victores hostes **504** deponit, et reparato certamine in fauce fortissime de duxibus triumphabit.

#### CAPUT IX.

*De Ruth.*

1. Videamus nunc et Ruth. Habet enim ista typum Ecclesiæ. Primum, quod alienigena est ex populo gentili, quæ, relicta patria, et omnibus quæ illic erant, vadiit in terram Israel. Et, cum prohiberet eam sorors sua pergere secunda, perseverabat, dicens: *Quocunque parceris, pergas; pupulas tuas, populu mens, et Deus tuus, Deus meus; quæ te morientem terra suscepis, in ea moriar.*

2. Quæ vox sine dubio typum in illa fuisse Ecclesiæ manifestat. Sic enim Ecclesia ex gentibus ad Dominum convocate, relicta patria sua, quod est idolatria, et omnia universa conversatione terrena, proficitur Dominum Deum suum esse, in quem san-

*Ibid. In semelipso Samson, usque ad prostravit, Gregor., xxix Moral., cap. 7. GRIAL.*

8. *Sed quid est quod Samson, usque ad mittunt, Greg., vii Moral., cap. 13. GRIAL.*

*Ibid. In nota Grialii erat amittunt pro mittunt. AREV.*

*CAP. IX. N. 6. Quod vero exalteat se. Vid. supr. Exod. vii. GRIAL.*

*Ibid. In nota Grialii erat, quod vero exalteat, AREV.*

CAP. VIII. N. 2. In Vulgata: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero... et vocabis nomen ejus Iesum. Hic erit Magnus, etc. Adisis Salatiæ. AREV.*

3. In Vulgata: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol, etc. AREV.*

4. *Sed quis prius, usque ad munimenta præbent, August., xii contr. Faust., cap. 32. GRIAL.*

5. *Ex ore leonis occisi fatus extractus.—In ore leonis occisi fatus extractus, August. GRIAL.*

cti crediderunt, et illuc se ituram, ubi caro Christi post passionem ascendit, et ob ejus nomen in hoc saeculo pati usque ad mortem, et cum sanctorum populo, patriarchis scilicet, et prophetis consociandam; de quorum societate, quod sanctis ex stirpe Abrahæ venientibus consociaretur, Moyses in Cantico ostendit, dicens: *Lestamini, gentes, cum plebe ejus, id est, qui ex gentibus istis credituri, cum illis qui primi electi sunt æterna lætitia exultate.*

3. Ingressa autem Ruth cum socru sua in terram Israel, ob merita obsequiorum suorum providetur, ut homini conjungeretur ex Abrahæ stirpe venienti. Et primum quidem huic quem ipsa propinquum magis esse credebat, qui negat se posse illi nubere. Et, recedente illo, per testimonium decem majorum Booz illi conjungitur, et ab ipsis decem senioribus viris benedicitur.

4. Sed quod prins ille cognatus constitutus se eidem nubere non posse, hoc loco Joannis Baptistae figuram ostendi æstimamus, qui cum ipse a populo Israel Christus putaretur et interrogatur quis esset, non negavit, sed confessus est, dicens *Christum se non esse.* Et perseverantibus his qui missi erant, et inquirentibus quis esset, respondit: *Ego sum vox clamantis in deserto* (*Ioseph. xl*; *Matth. 3*; *Luc. 3*; *Joan. i*; *iii*), et novissime constitutus ipse de Domino, dicens: *Qui habet sponsam, 505 sponsus est.* Se autem amicum sponsi manifestat, cum adjectit: *Amicus auctem sponsi est, qui stat, et audit eum, et latitatur propter vocem sponsi.*

5. Hunc ergo Christum existimabant, quia Chri-

A stum in die visitationis suæ venisse non intelligebant esse Ecclesie sponsum, qui propheticis esset vocibus ante promissus. Sed sicut ille propinquus negavit, et postea Ruth jungitur Booz, ita Christus, qui vero sponsus Ecclesiae est, quem omnium prophetarum oracula ecclerant, dignatus est Ecclesiam assumere, et ex omnibus gentibus per totum orbem terrarum Deo Patri innumeros populos offerre.

6. Quod vero exalcat se cognatus ille, veterum consuetudo erat ut si sponsa sponsum repudiare vellet, discalcearetur ille, ut hoc esset signum repudii. Prinde exalceari jubetur, ne ad Ecclesiam quasi sponsus calceatus accederet; hoc enim Christo servabatur, qui sponsus erat verus. Decem autem majorum natu benedictio hoc ostendit, in nomine Domini Jesu omnes esse gentes salvandas ac benedicendas.

7. Iota enim apud Græcos decem significat, quæ prima littera nomen Domini Jesu summam prescribit. Quæ res, ut diximus, omnes gentes per ipsum salvandas esse ac benedicendas demonstrat. Ne dubitet ergo quisquam hæc, ut dicta sunt, credere, cum videat universa et ab initio figuris antecedentibus præcucurrisse, et per adventum Domini manifeste adimpleta sic esse; et quæ supersunt, hoc modo perficienda in veritate, consonantibus omnibus et vocibus et figuris sanctarum Scripturarum, quæ adimplebit is qui pollicitus est per Filium suum Jesum Christum Dominum regem et Salvatorem nostrum, cum quo est illi honor et gloria in secula sæculorum.

C Amen:

7. Alii, *Iesu summa perscribit;* alii, *Iesu exprimit.* Pro præcucurrisse alii præcurrisse. In hoc libro debuit Codex Albornozianus. AREV.

## IN REGUM PRIMUM.

### 506 CAPUT PRIMUM.

*De nativitate Samuelis.*

4. Post librum Judicum sequitur Regum. Et aspice tempora, primo Judicum, postea Regum, sicut erit primo judicium, postea regnum; in his autem Regum libris multis et variis modis sacramenta Christi et Ecclesiae revelantur.

2. Nam ab ipso exordio regum commutatum sacerdotium in Samuelem, reprobato Heli, et commutatum regnum in David, reprobato Saule, exclamat prænuntiari novum sacerdotium, novumque regnum, reprobato veteri, quod umbra erat futuri, in Domino Iesu Christo venturi.

3. Nonne ipse David, cum panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, in una persona utrumque futurum, id est, in uno Iesu Christo regnum et sacerdotium figu-

ravit? Itaque ipsa Samuelis sacerdotis successio novum, ut prædictum est, sempiternumque sacerdotium præfigurabat, qui est Jesus Christus, Heli sacerdote reprobato, id est, Judaico sacerdotio abjecto.

4. Mater quoque ipsa Samuelis, quæ prius fuit sterilis, et posteriori secunditate letata est, cuius etiam nomen, id est, Anna, 507 *gratia ejus* interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam postremo Dei gratiam significat, quia nobis Christus oritur; ipsam quoque Ecclesiam, quæ olim sterilis, nunc secunda in Dei laude letatur.

5. Quæ nihil aliud in canticu suo prophetare videtur, nisi mutationem Veteris Testamenti, vel sacerdotii in Novum Testamentum, vel sacerdotium, qui est Christus; nisi forte quis dicat nihil Annam prophetasse, sed Deum tantummodo propter filium impetratum exultante prædicatione laudasse.

sunt August., XII contr. Faust., cap. 33. GRIAL.

3. Grialius, *panes propositiones.* AREV.

4. Mater quoque, usque ad in *Deo salutari meo,* ex cod. lib. XVII de Civit., cap. 4. GRIAL.

2. Nem ab ipso exordio, usque ad figura ii, verba

6. Quid ergo sibi vult quod ait : Arcum potentium fecit infirmum, et infirmi accincti sunt virtute, pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, et fetosa in filiis infirmata est ? Numquid ipsa septem pepererat, quamvis sterilis fuerit ? Unicum habebat, quando ista dicebat. Sed nec postea septem peperit, sive sex, quibus septimus esset ipse Samuel, sed tres mares, et duas feminas.

7. Deinde in illo populo, cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit, dat virtutem regibus nostris, et exaltavit cornu Christi sui, unde dicebat, si non prophetabat ? Dicat ergo Ecclesia Christi, civitas regis magni, gratia plena, prole secunda Dei, quod tanto ante de se prophetatum per os hujus piae matris agnoscit : Confirmatum est cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum, in Deo salutari meo. Interea Samuel erat ministrans in templo Dei, accinctus ephod.

8. Porro filii Heli, divina sacrificia temerantes, peccabant coram Domino, et deridebant per eos multi sacrificium Dei. Unde et Heli sacerdos pro eorum iniunctate damnatus est, quod eos peccantes minus severa animadversione plectebat. Miserum me ! et quidem coeruit, et quidem corripuit, sed lenitate et mansuetudine patris, non auctoritate et severitate pontificis.

9. Qua sententia discant sacerdotes quomodo ipsi propter peccata filiorum, id est, propter scelera populi puniantur. Et quamvis sancti sint, culpa tamen subditorum eisdem, si non coercent, reputatur.

## 508 CAPUT II.

*De propheta ad Heli destinato.*

1. Venit autem propheta Dei quidam ad Heli sacerdotem, et dixit ei : Hæc dicit Dominus : Numquid non a parte revelatus sum domui patris tui, cum esset in Ægypto, in domo Pharaonis, et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me, et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel ?

2. Quare calce abjecisti victimam meam, et munera mea, quæ præcepi ut offerrentur in templo, et magis honorasti filios tuos quam ut comederetis primitias omnis sacrificijs Israel populi mei ? Propterea ait Dominus Deus Israel : Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patrii tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.

3. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc a me ; sed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum ; qui autem

6. Et fetosa in filiis. Multa in filiis, apud August. et Eucher. ; et LXX, ἡ πολλὴ δὲ τέκνως. GRIAL.

7. Dicat ergo, et paulo post, dicat ex August. Dicit lib. o., mendose. GRIAL.

8. Miserum me, ita plerique MSS. Miserrimi se, Val. Miserrimos, Beda. GRIAL.

CAP. II. N. 4. Nam post Samuelem, etc., usque ad finem capitis, omnia sunt ex August., loco proxime citato. Legitur autem apud Euch. integra cantici explanatio, citato August., adhibitaque excusatione, ex LXX interpretum tralatione usus fuerit. GRIAL.

PATROL. LXXXIII.

A contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua, et videbis Christum æmulum tuum in templo in universis prosperis Israel. Quæ prophetia de mutatione sacerdotii non est in Samuele completa, sed adumbrata.

4. Nam post Samuelem prophetani postea sacerdotes fuerunt de genere Aaron, sicut Sadoch, et Abiathar, regnante David, et alii deinceps, antequam tempus veniret ex quo ista de sacrificio mutando per Christum effici oportebat.

5. Nam cum diceret : Loquens locutus sum, ut dominus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc a me, sed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum ; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles ; ecce isti sunt dies qui prænuntiati sunt, jama enim venerunt ; nullus enim sacerdos est secundum ordinem Aaron. 509 Nam et illud quod ibi sequitur : Suscitabo mihi sacerdotem fidelen, de Christo, Novi Testamenti vero sacerdote, dicitur.

6. Quod vero adjungitur : Et erit qui remanserit in domo tua, veniet, ut oretur pro eo, non proprio dicitur de domo hujus Heli, sed illius Aaron, de quo usque ad adventum Jesu Christi homines remanserunt. De quo genere etiam hucusque non desunt qui venient et convertantur. De quibus alijs propheta dixit : Reliquæ salvæ fient (Isai. x). Unde et Apostolus : Sic ergo, inquit, et in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ salvæ sunt (Rom. ix) ; de talibus enim residuis bene intelligitur esse quod dictum est :

C Qui remanserit in domo tua veniet, ut oretur pro eo. Profecto qui crediderit in Christo, sicut temporibus apostolorum ex ipsa gente plurimi venerunt, et crediderunt.

7. Neque nunc desunt qui, licet rarissimi, tamen credant, ut impleatur in his quod hic homo Dei locutus est. Quod vero continuo secutus adjungit : Et offerat nummum argenteum, et tortam panis, quid per nummum argenteum, nisi oris confessio designatur, quæ sit creditibus ad salutem ? Argentum enim pro eloquio ponit solet, Psalmista testante, ubi canitur : Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum (Psalm. xi).

D 8. Sed quod dicit iste qui venit : Dimille me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis ; sacerdotalem partem corpus Christi, id est, Ecclesiam dicit. Cujus plebis ille sacerdos est, mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.

CAP. III. (col. seq.) N. 1. Ad iussionem suam. Ad stationem suam, apud Euch. et Bell. GRIAL.

6. Hæc pœna signum videtur. Al., hac pœna significatum videtur. GRIAL.

7. Claritas hominis ut flos seni, ex veteri interpr. GRIAL.

Ibid. In nota Grialii per errorem erat et claritas humanis ut flos seni. In Vulgata, Isaías, loc. cit. : Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri... Exsiccatum est fenum, et cecidit flos. Verbum autem Domini nostri manet in æternum. AREV.

Cui plebi dicit apostolus Petrus : *Plebs sancta, rega-▲ tissime cruciabuntur, quae, sicut Apostoles ait, ex-*  
*le sacerdotium (I Petr. II) ; in hac parte sacerdotali*  
*postulat comedere buccellam panis.*

9. Quibus verbis ipsum sacrificium Christianorum eleganter expressum est, de quo dicit sacerdos ipse : *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita* ; ipsum quippe sacrificium non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech.

### 510 CAPUT III.

*De arcæ captivitate.*

1. Igitur posteaquam hæc in figura mutationis Veteris Testamenti a propheta illo pronuntiata sunt ad Heli, offendente Dominum Israel, instruxerunt aciem Philistæi contra eos. Tollunt Israëlitæ arcam ad tutitionem suam. Capta est ab hostibus arca, nec solum ipsi victi sunt, et in fugam versi, imo etiam magna strages facta est occisorum.

2. Nonnihil tamen futurorum significat res gesta hæc. Prophetice enim arca illa ab alienigenis capta indicabat Testamentum Dei transiturum ad gentes. Quando enim nuntiatum est Heli sacerdoti captam fuisse arcam Domini, cecidit de sella, et mortuus est. Transeunte arca Domini ad gentes, periiit, atque interiit sacerdotium Judæorum ; duoque filii Heli corruerunt, quorum unius uxor viduata, et mox in partu mortua est propter eisdem perturbationem.

3. Quo evidenter signo præfiguratum est post extinctum sacerdotium Judæorum carnalem interiisse Synagogam, illi carnaliter adhærentem, prostratoque Heli de sella pontificis Judæorum, sedem habere vacuam, et gloriam sacerdotii regnique extinctam. Sed quid est quod dum posuissent Philistini arcam Domini in templo Dagonis dei sui, intraverunt templum, et invenerunt deum suum prostratum, atque confactum caput ejus, duasque manus abscisas ?

4. Statim enim ut Testamentum Domini pervenit in gentibus, confestim idola, quæ deceptum possidebant orbem, destructa sunt, omnisque error simulariorum periit, præsentiam Dei forte non sustinens. Nam in manibus Dagon præcisus, opus idolatriæ amputatum, et in capite ejus superbia diaboli abscisa significabatur, a quo initium peccati fuit.

5. Quod vero in limine : ut certum scilioet præfinitumque suæ idolatriæ finem agnosceret ; limes enim finem itineris significat. Etiam et illud ad magnam pertinet ædificationem, et significationem 511 in ipsa ruina Dagon dei sui, atque fractura, quod dorsum illius solum invenerunt, fractis ejus omnibus membris ; dorsum quippe fugam significat ; quicunque enim fugiunt, consequentibus dorsum dant.

6. Unde et scriptum est de hostibus : *Quoniam pones eos dorsum* (Psalm. xx). Ubi sunt enim idola ? Perierunt ; et si aliqua remanentia ab aliquibus absconduntur, sagerunt. Quod autem percussi sunt in posteriora hi qui arcam captivaverunt, hæc poena signum videtur, quia si qui suscepserunt Testamentum Dei, et posteriora vita dilexerint, ex ipsis jus-

9. *Famularius. Alii, familiariter. AREV.*

*A*▲  
- stimare debent sicut stercora.

7. Qui enim sic assumunt Testamentum divinum, ut, in posteriora respicientes, veteri se vanitate non exuant, similes sunt hostibus illis qui arcam Testamenti captivam juxta idola sua posuerunt, et illa quidem vetera etiam uolentibus cadunt, quia omnis caro fenum, claritas hominis ut flos feni ; aruit fenum, flos cecidit (Isai xl, 6 ; I Petr. 1) ; arca autem Domini manet in æternum, secretum scilicet Testamentum, regnum euclorum, ubi est æternum Dei verbum.

8. Vacce autem illæ Allophylerum arcam Dei gestantes fugam sanctorum renuntiantium sæculo designaverunt, qui nullum delicti jugum traxerunt. Nam B sicut illæ pignorum affectibus a reeo itinere minime digressæ sunt, ita sancti mundo renuntiantes, parentela obtentu non debent a bono proposito praepediti.

9. Sicut enim nostra nobis non odiende est anima, sed ejus carnales affectus odio debemus habere, ita nec proximi odio a nobis habendi sunt, sed eorum impedimenta, quibus a reeo itinere nos impediunt, sicut et Moyses ait : *Qui dicunt patri suo et matri : Nescio vos ; et fratribus suis : Ignoro illos, et nescierunt filios suos, hi Testamentum Dei et præcepit eis servaverunt. Iudicis tua, Jacob, et legem tuam, et Israel* (Deut. xxxiii). Ille enim sciens Deum facilius appetit, qui pro amore pietatis ejus mesme desiderat quodcumque carnaliter scivit.

### 512 CAPUT IV.

*De sacrificio Samuelis, et lapide adjutorii.*

1. Samuel autem post mortem Heli regebat Israel. Congregato autem omni populo, exaudiebat ad Dominum pro Israel, et exaudiens eum. Et cum offerret holocaustum, accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum Dei, intonuit super eos Dominus, et confusi sunt, et offenderunt coram Israel, atque superari sunt.

2. Tunc assumpsit Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Masphath et Siceleg ; et, ut interpretes Septuaginta translaterunt, inter Masphath novam et veterem, et vocavit nomen ejus *Lapis adjutorii*, et dixit : *Usque ad hunc auxiliatus est nobis Deus. Masphath* interpretatur *intentio*. Lapis ille adjutorii metietas est Salvatoris, per quem transeundum est a Masphath vetere ad novam, id est, ab intentione qua exspectabatur in caruoli regno, quo erat beatitudo falsa carnalis, ad intentionem qua per Novum Testamentum exspectatur in regno celorum, ubi est beatitudo verissima spiritualis, qua quoniam nihil est melius, hucusque auxiliatur Deus.

3. Iste Samuel, invocato nomine Domini, exauditus est, et in tempore messis pluviam impetravit. Pluvia enim in sanctis Scripturis verba sunt Evangelii, sive legis, sicut et Moyses dicit : *Exspectetur, sicut pluvia, eloquium meum, et descendant, sicut ros, verba mea* (Deut. xxxiii). Hanc igitur pluviam dedit mundo Christus in tempore messis, id est, quando gentes

colligi oportebat, ut sicut frumentum horreis, sic intra Ecclesie simum gentes congregarentur.

#### CAPUT V. De unctione Sauli.

1. Judicavit autem Samuel Israel omnibus diebus vitaे suae, fueruntque usque ad eum iudices et principes super Israel. Porro filii Samuel declinaverunt post avaritiam, et accipiebant munera, et tam iniqui iudices existabant, ut populus, nequaquam ferebant, regem sibi in similitudinem cæterorum gentium posuerent.

**513** 2. Quibus dedit Saul regem, ungiturque, iubente Domino, prior a propheta in regnum, qui et ipse quidem in id quod uenit est, imaginem Christi portavit. Unde et beatus David et ipse Christus nuncupatus ait ad eum: qui se flaterat Saul occidisse: *Quomodo non timuisti manum tuam iniurare in Christo domino?*

3. Hinc est quod ab numero sursum Saul supereminet: omnibus, quia caput nostrum sursum est supra nos, quod est Christus; in id autem quod reprobatus postea et rejectus est, succedente in regno David, populi, ut prædictum est, Israel personam gestavit. Qui populus regnum adeptum fuerat amissurus, Christo Domino nostro per Novum Testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnatur.

#### CAPUT VI.

##### De jejunio indictio a Saul.

1. Iste autem Saul, dum pergeret dimicaturus aduersus Philisthaum, indixit toto exercitu jejunium, quoque reverenter a prælio. Sed Jonatham filius ejus videns super faciem agri mel, extendit summittalem virgæ, et intinxit in favorem mellis, et gustavit, et illuminati sunt oculi ejus, non utique ad videndum illuminari, qui antea videbat, sed ad discernendum quia vetita tetigerat. Tunc enim casus ille, sicut et Adam, fecit illum attentum, reddidique consuum.

2. Quo facto admonemur omnes illecebras voluntatum in secundo debere contemnere, qui Deo nitime militare. Non enim potest contra Allophylos spirituader, id est, adversus principes tenebrarum, viribus animi concurrere, qui astus hec mundi negligit dulcedinem declinare; mel enim distillant labia metrictis, quod est delectatio voluntatis carnalis, de quo putatur juxta mysticos intellectus hunc gestasse Jonatham, et sorte deprehensem, vix precibus populi liberatum.

#### 514 CAPUT VII.

##### De Agag rege servato.

4. Uniuersitatem Saul præmium aduersus Amalech, intersectisque cunctis hostibus, pepercit Agag regi, nec voluit disperdere omnia juxta præceptum Do-

5. Cap. v. Grialius edidit regnum adeptus, quod sustineri potest; sed magis placet cum aliis regnum adeptum passiva significacione. ARBV.

Cap. vii. N. 1. In eo spiritus Domini, etc. Alii, spiritus Domini motus in eo, et exigitabat eum. Hic justè queritur, si spiritus Domini, cur malus: Si malus, cur Domini? Grialius edidit, et in diabolo potestas

A misit, irasciturque et Dominus. Veniens autem Samuel sumpuit gladium, et in frusta concidit Agag. Quando legunt quidam in Scripturis quod sancti nulli hostium parent, efficiunturque crudelites, et humanum sanguinem sanguinem sanguinem dicunt quia et justi illa percusserunt hostes, ut non relinqueretur alii nisi qui salvus fuerit; et non intelligunt si his verbis adumbrari mysteria, et hoc magis nobis indicant, ut pugnantes adversus vitia, nutrum penitus ex His relinquere debeamus, sed omnia interinire.

2. Nam si pepercerimus, reputabitur nobis in empani, sicut reputatum est Saul, qui vivum servavit regem Agag. Quomodo enim quisque justus manebit, si adhuc aliquid peccat in se maius seruaverit, sicut Saul? At vero sancti in figura Simmelli ita serviant B super hostes suos, id est, super vitia peccatorum, ut non permittant relinqui aliquod peccatum imputatum.

#### CAPUT VIII.

##### De strepitione Saulis a spiritu negato.

1. Igitur recessente a Saul Domino propter inobedientiam, arreptus est malignus spiritus a Domino, irrueratque in eo spiritus Domini malignus. Si Deus malus, cur malus? si malus, cur Domini? Sed dubius verbis comprehensa est haec sententia, et in Deo potestas justa, et in diabolo voluntas iusta.

2. Nam idem spiritus malus per nequissimam voluntatem, et idem spiritus Domini per acceptam iustissimam potestatem; inde ergo **515** spiritus Domini appellatus est diabolus propter ministerium, quis omnibus etiam spiritibus malis bene utitur Deus, vel ad damnationem quosundem, vel ad emendationem, vel ad probationem.

3. Et quavis malignitas a Domino possit, potestas tamen nisi a Deo non est, sicut et alibi dictum est. Etiam sepor Domini, qui occupaverat somnium ejusdem Saul, cum David basteau et scyphum abstatuisse a capite dormieatis; non quia sepor tunc in Domino erat, ut ipse dormiret, sed quia ille sepor qui tunc homines apprehenderat mater Dei erat infensus, ne David servi ejus in eo loco praesentis sentiretur.

4. Dicitur ergo spiritus Domini malus, hoc est, minister Dei ad faciendum in Saul, quod esse pati iudex omnipotissimus judicabat. Quoniam spiritus ille voluntate quia malus erat non erat Bei; creatura vero qua conditus erat, et potestas quam non suauit Domini omnium æquitate accepérat, Bei erat.

#### CAPUT IX.

##### De unctione David.

1. Iaque Saul propter inobedientiam reprehendo, mittit Dominus Samuel ad Isai, et scripto cornu olei, unxit in regem David. Sed videores considerant David, quemodo propheticus Christianus significaverit;

injusto, mendace, ut videtur. ARBV.

2. Grialius, vel emendationem: alii, vel ad emendationem. ARBV.

3. Alii, sopor Domini occupavero, omissione quod. ARBV.

Cap. ix. N. 2. Christum. Grialius edidit christum, quod meandum potest. ARBV.

David enim interpretatur manu fortis, sive desiderabilis. Et quid fortius leone illo de tribu Juda, qui vicit mundum? Et quid desiderabilius illo de quo dicitur: *Veniet desideratus cunctis gentibus (Agg. ii)*?

2. Ungitur iste David in regem, futurum denuntians per unctionem illam Christum: Christus enim a christmate appellatur. [David ab officio pastorali pecorum ad hominum regnum transfertur: nunc autem David ipse Jesus ab omnibus Iudaicæ plebis ablatus, in regnum gentium translatus est; in Iudaica enim plebe nou est modo Christus, ablatus est inde; nunc gentium greges pascit.

3. Erat autem David in canticis musicis eruditus. Diversorum enim **516** sonorum rationabilis moderatosque concentus concordi varietate compactam ordinate Ecclesiæ insinuat unitatem. Quæ variis modis quotidie resonat, et suavitate mystica modulatur.

4. Iste adhuc puer in cithara suaviter, imo fortiter canens, malignum spiritum, qui operabatur in Saule, compescuit, non quod citharæ illius tanta virtus erat, sed quod figura crucis Christi, quæ de ligno et extensione nervorum mystice gerebatur, ipsaque passio, quæ cantabatur, jam tunc spiritus dæmonis opprimebat. Leonem quoque et ursum idem David necavit, ursum videlicet diabolum, leonem Anti-christum; alterum hominibus latenter insidiantem, alterum in posterum manifestissime sœvientem.

#### CAPUT X.

##### *De certamine David cum Goliath.*

1. Iste David in prælio gigantem superavit, cum adversus populum Dei alienigenæ dimicarent. Provocavit unus unum, Goliath David; provocavit superbiam humilitatem, provocavit diabolus Christum. Accipit arma bellica sanctus David, ut adversus Goliam procederet; hæc arma per ætatem et parvam staturam corporis portare non potuit, abjecit onerantis, accipit quinque lapides de flumine, et posuit in vase pastorali.

2. His armatus processit, et vicit. Hoc quidem ille David. Sed si mysteria perscrutemur, in David Christus intelligitur. Qui, tempus revelationis Novi Testamenti insinuandæ et commendandæ gratiæ prævidens, arma depositus, quinque lapides tulit. Deposuit ergo corporalia sacramenta legis, quæ non sunt imposita gentibus; depositus quæ non observamus, sed tamen ad aliquam significationem præmissa et posita intelligimus.

3. Denique hæc arma depositus, tanquam onera sacramentorum veteris legis, et ipsam legem accepit. Quinque enim lapides quinque libros Moysi significant. Tulit ergo quinque illos lapides de flumine, id est, de sæculo. Labitur enim mortale sæculum **517** et

3. Diversorum enim, etc. Alli: *Diversorum enim sonorum rationabiles moderatosque concentus dicimus concordium varietatem compactam et ordinatam, quæ Ecclesiæ insinuat unitatem. AREV.*

CAP. x. N. 2. *Quæ non observamus.* Alii addunt: *Quanta enim in veteri lege et legitima sunt, et non observamus?* Alli: *Quia in veteri lege et legitimus, et*

A præterfluit quidquid venit in mundum. Erant enim in flumine tanquam in populo illo primo lapides, erant illuc inutiles, et vacabant, nihil proderant, transibant super fluvios. Sed quid fecit David, ut lex ipsa utilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest: *Plenitudo enim legis charitas (Rom. xiii; Eph. iv).*

4. Quia ergo gratia facit impleri legem, significatur gratia lacte. Hoc enim est in carne gratuitum, ubi mater non queritur accipere, sed satagit dare; hoc mater gratis dat, et contristatur si desit qui accipiat. Quomodo ergo ostendit David legem sine gratia operari non posse, nisi cum illos lapides quinque, quibus significabatur lex, in libros quiunque, quos conjungere voluit gratia, posuit vase pastorali, B quo lac mulgere consueverat?

5. His armatus, processit adversus Goliam superbum, se jactantem, de se præsumentem. Tuitum unum lapidem, et dejectum diabolum, in fronte percussit, et cecidit ex eo loco corporis ubi signum Christi non habuit. Hoc quoque licet attendas, quinque lapides posuit, unum misit.

6. Quinque libri lecti sunt, sed unitas vicit; *plenitudo enim legis charitas*, ut ait Apostolus. Suffertentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Deinde illo percusso atque dejecto, gladium ejus abstulit, et deinde caput illi abscedit.

7. Et hoc facit noster David. Dejicit diabolum de suis, quando credunt maligni ejus, quos ille in manu habebat, et de quibus cæteras animas trucidabat, convertunt linguis suas contra diabolum, et sic Golias de gladio suo caput inciditur.

#### CAPUT XI.

##### *De connubio Michol filiæ Saul.*

1. Interea victoria David animum Saul regis offendit, indignantis quod sibi in mille, et David in decem millia conclamantium publice gratulationis ora insonarent; hinc invidia Saulis, et semen odiorum adversus David. Quem dissimilator callidus, ut sine insidiis suis posset offerre discrimini, statuit eum Michol filiæ sua **518** nuptiis alligari, si centum sibi Allophylorum præputia viceret offerret.

2. Pro quibus centum, ducenta dedit, et unde creditus est regio perire voto, inde auctus est gloriösiori trophyo. Ita et Judæi, dum contra voluntatem Dei Christum interfiscere nituntur, per id salutem gentium egerunt per quod crediderunt extinguere. Quod vero David alienigenarum præputia attulit, et ic denuo filiæ Saul nuptiis hæsit, significabat quod Christus non prius Synagogam connubio suo spondet, nisi antea gloriosus in gentibus fieret.

3. Prius enim in nationibus resecavit carnis polnon observamus. Hæc fortasse a librariis omissa sunt, ex repetitione verbi *observamus*. Mox forte legendum, transibat super (eos) fluvius. Alicubi legitur *fluvium*. AREV.

4. Alii, non querit accipere, quod fortasse melius. Et mox in vase. AREV.

lutionem, et postea copulatus est Synagogæ. Postquam enim, sicut scriptum est, introierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvis fiet (*Rom. xi*). Dupla autem, id est, ducenta præputia attulit, sive pro Judæis et gentibus acquisitiis, sive quia major est numerus acquisitionis populi gentium quam credentium Judæorum.

### CAPUT XII.

*De David repellente cithara spiritum.*

1. Auxit deinde odium Saul adversus David in tantum, ut rex ad medelam sui spiritus David de more psallentem jaculo conaretur configere. Sed quid est, quod dum Saul spiritus adversus invaderet, apprehensa David cithara, ejus vesaniam mitigabat?

2. Per Saulem enim Judæorum elatio, per David autem humilitas Christi significatur. Cum ergo Saul ab immundo spirito arripitur, David canente, ejus vesania temperatur, quia cum sensus Judæorum per blasphemiam in furorem vertitur, dignum est ut ad salutem mentes eorum quasi dulcedine citharæ, locutionis evangelicæ tranquillitate revocentur.

### CAPUT XIII.

*De insidiis Saul contra David.*

1. Mittit Saul custodes ad domum David, ut custodirent eum, **519** et interficeretur. Abscessit autem David nocte, et fugit, atque salvatus est. Cumque venissent nuntii Saul, invenerunt statuam in lecto David positam, et pellem pilosam caprarum ad caput ejus. Audiamus ergo quid hoc significet, quod misericordia Saul ad custodiendam domum David, ut eum interficeret. Hoc non ad crucem Domini, sed tamen ad passionem ejus pertinet.

2. Crucifixus enim Christus, et mortuus, et sepultus est. Erat ergo illa sepultura tanquam domus ad quam custodiendam misit regnum Judæorum, quando custodes exhibiti sunt sepulcro Christi. Quomodo ergo custodita est domus, si David figurabat Christum, ut Christus interficeretur, dum non in sepultura Christus, sed in cruce sit interfectus?

3. Refertur ergo hoc ad corpus Christi, quia interficere Christum erat tollere nomen Christi. Neque enim crederetur in Christum, si mendacium prævaleret custodum, qui corrupti sunt ut dicerent quia dormientibus nobis venerunt discipuli ejus, et absulerunt eum (*Matth. xxviii*) ; hoc est itaque velle Christum interficere, nomen resurrectionis ejus extinguere, ut mendacium Evangelio præferretur.

4. Sed sicut illud non valuit Saul ut interficeret David, sic nec hoc potuit regnum Judæorum efficere, ut memoriam Christi deleret. Isti autem qui de Saul virtute, id est, de regno Judæorum in Christum præsumere voluerunt, offenderunt in lapidem offensionis, tanquam in statuam, et hædus eis visus erat agnus, quia in quo peccatum non invenerunt, quasi peccatorem persecuti sunt.

**CAP. XIII. N. 4.** Sic nec hoc potuit, etc., usque ad deleret. Alii : Ita nec istic valuit, ut memoriam Christi

A 5. Igitur David regiae manus iecum evitans, ejusque persecutionem declinans, fugit, venitque ad Samuelem. Et misit Saul nuntios, qui apprehenderent David. Samuel autem erat inter prophetas, et cœtus prophetarum qui illo tempore prophetabant.

6. Nuntii autem, qui missi sunt, accepto ejusdem spiritu, prophetarunt, missisque aliis hoc contigit, et tertius nihilominus. Postea vero cum et ipse Saul venisset, factus est super eum spiritus Dei, et ambulabat ingrediens, et prophetabat.

### 520 CAPUT XIV.

*De insidiatoribus prophetantibus.*

1. Quæritur autem quomodo et illi, cum missi essent ad tenendum hominem, et ad necem ducentum, tales spiritu effici meruerunt ; et Saul ipse, qui miserat, veniens et ipse sanguinem innocentem quærrens effundere, accipere meruit spiritum illum, et prophetare.

2. Quantum enim ad litteram attinet, non est mirum hominem reprobum ad momentum transitorie prophetasse, dum etiam multi similes prophetæ donum legantur habuisse (*II Petr. ii*), sicut Balaam ille reprobus, quem non lacet Scriptura judicio divino esse damnatum, sed prophetiam habebat.

3. Nec illa verba parum attestantur huic sententiae, quæ in Evangelio scripta sunt, multos dicturos in illa die : *Domine, Domine, in tuo nomine manducavimus, et bibimus, et in nomine tuo propheta-vimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus*; quibus tamen dicturus est : *Non novi vos, discedite a me, operarii iniquitatis* (*Matth. vii*).

4. Mystice autem exemplum hujus Saul nuntiorumque ejus in hac sententia figurat nonnullos hæreticos, qui aliquid boni de munib' sancti Spiritus habent, sicut Testamenta legis et Evangelii, sicut baptismi sacramentum. Qui cum ad Ecclesiam catholicam veniunt, non est in eis ullo modo violandum, aut, quasi non habeant, tradendum; sed tamen eos non ideo debere saluti considere, quia non improbamus quod illos accepisse credimus.

5. Sed oportet eos cognoscere unitatem, et societatem vinculi charitatis, sine qua omnino quidquid habere potuerunt, quamvis sanctum sit atque venerandum, ipsi tamen nihil sunt, tanto indigniores effecti præmio vitæ æternæ, quanto illis doois non bene usi sunt, quæ in hac vita, quæ transitoria est, acceperunt.

6. Item exemplum, atque imago hujus Saul nuntiorumque ejus in hoc loco Judæorum non incongrue gestat personam, qui dum adversari cupiunt Christo, habent in ore sacramenta legis et prophetarum ad testimonium Christi, et cum Ecclesia, quasi cum **521** prophetis, de Scripturis disputant, sicut illi cum prophetis vaticinabantur.

delerent. A&EV.

## CAPUT XV.

*De David et Abimelech.*

1. Surrexit itaque David iterum, et fugit in illa die a facie Saul, venitque ad sacerdotem Abimelech, a quo ad gladium Goliae sustulit, et panes propositionis accepit. Quae res et sacerdoti mortem attulit, et animadversionem religiosæ intulit civitati. Hæc itaque gestorum fides est.

2. Sed quantum ad sacramentum prophetæ pertinet, in Christo Domino nostro impletum est, qui positus in carne, dum insectationem declinaret Iudaicam, ad apostolos transiit, cum quibus et desideratum sibi cibum sumpsit; desiderio enim desideravit manducare pascha.

3. Ex quibus Goliae, id est diaboli, arma sustulit. Fortis enim spolia ipse diripuit. His ergo, a quibus receptoris est Christus, tribulationes induxit diabolus, et mortem. Omnes enim, ut ait Apostolus, qui in Christo volunt pie vivere, persecutionem patiuntur (II Tim. iii). Et Dominus ait: Si me persouci sunt, et vos persequentur (Joan. xv).

4. In Doech autem Namæ Judæ proditionis persona consistit, per quam ista operatus est diabolus, ut ejus proditione, facta in Christo, postea persecutionem Ecclesia patreteretur, et occiderebant quoniam plurimi discipuli Christi, et sacerdotes, et pro nomine ejus persecutiones gravissimas perferrent.

## CAPUT XVI.

*De David et rage Achis.*

1. Interea David, cum fugeret Saul, latere voluit apud regem quemdam Geh, nomine Aphe. Sed cum gloria ejus fuisset commemorata, 522 ne per Hebreos nos, ad quem conuigerat, aliquid in eum remitterebatur, fecit insaniam, et quasi furore corruptus, mordens os suum, desuebantque salivæ in barbam ejus, collabebaturque in manibus eorum, et procidebat ad ostia portæ.

2. Et dicit Achis rex: Quid huc mihi adduxisti? tuumq[ue]d deinceps nobis furiasi? et sic eum dimisit. Achis interpretatur, quomodo est? per quod significatur ignorancia, et verbum mirantis, et non agnoscens. Quod in gente Judæorum impletum est, qui dum xiderunt Christum, non agnoverunt, coram quibus mutavit os suum, et abiit. Erant enim ibi

CAP. xv. N. 1. Surrexit itaque David. Grialius mendace, ut arbitrari, surrexit atque David. AREV.

2. Transit. Grialius, transit. AREV.

4. Pro diabolus sæpe zabolus in MSS. occurserunt notum est. AREV.

CAP. xvi. N. 3. Mutavit os suum in sacerdotio. In sacrificio. Pal. GRIAL.

Ibid. Et procidebat. Quemdam interjecta sunt ante haec verba in Val. et Compl., quæ cum a reliquis omnibus, et ab Eucherio et Beda, abessent, neque cohæderent cum præcedentibus et sequentibus, recipienda non fuerant. GRIAL.

Ibid. In sacerdotio. Ita reposui, quamvis Grialius in textu ediderit in sacrificio; in nota præferre videatur in sacerdotio. Post crucifixionem MSS. nonnulli addunt: Admonet Dominus, et dicit: Nolite tangere christos meos. Reges itaque in gente Israel christi appellantur. Hoc enim nomen erat in regibus, quod a Saul caruit, cui David successit in regnum, atque inde

A præcepta legis carnalia, erat sacrificium secundum ordinem Aaron, et postea Ipse de corpore et sanguine suo institutum sacrificium secundum ordinem Melchisedech.

3. Mutavit ergo os suum in sacerdotio, mutavit in præceptis, dans aliud Testamentum, evacuata carnali operatione, atque inde collapsus est in manibus eorum, quando eum comprehendentes crucifixerunt. Et procidebat ad ostium portæ, hoc est, humiliabat se, hoc est enim procidere usque ad ostium fidei nostræ, ostium enim portæ, initium fidei; inde incipit Ecclesia, et pervenit usque ad speciem, ut cum credit ea quæ non videt, mereatur perfrau, cum eum facie ad faciem videre cœperit.

4. Quod vero in illo quasi furore salivæ decurrent super barbam ejus, Apostolus hæc aperit dicens: Judæ signa petunt, et Græci sapientiam querunt; nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsi vero vocatis Judæis, et Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam, 523 quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei fortius est hominibus.

5. Non tantum salivæ attendantur, sed attende quia super barbam decurrent. Quomodo enim in salivis infirmitas, sic in barba virtus ostenditur. Texit ergo virtutem suam corpore infirmitatis esse, et quod fornicatus infirmabatur tanquam in activa apparebat; intus autem divina virtus tanquam barba tegebatur.

## CAPUT XVII.

*De chlamyde Saulis præcita a David.*

1. Dehinc in erevo Engaddi, cum persequendum David Saul appeteret, ingressus est David in speluncam, et ibi latebat. Sed rex improvvisis exceptus insidiis, quod innocuo moliebatur, inciderat. Scriptum est enim: Qui fodit soveam proximo eve, ipse incidit in eam (Proverb. xxvi). David autem, bona pro malis retribuens, inimicum non occidit, sed pro testimonio facti oram chlamydis regiae abstulit, cum facilius esset exceptum insidiis adversarium perdere magis quam fallere.

2. Quid ergo est quod iste fugiens a facie Saul in spelunca latuit? Quare autem latuit, nisi ut occulatur reges Israel continuatione sacrae consuetudinis ungebantur. In qua unctione figurabantur unus verus Christus, cui dictum est: Unxit te Dominus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis... Pro procidebat ad ostium nonnulli miss. Codices procidebat ad ostia. AREV.

4. Apostolus hæc aperit. Alii: Apostolus hoc speruit. AREV.

5. Non tantum salivæ attendantur. Ex Euch. Al.: Non tanquam salivæ offendant. Non tanquam salivam attendas, Compl. GRIAL.

Ibid. Non tantum salivæ, etc. Alii: Salivæ enim significant stultitiam, salivæ significant infirmitatem. Sed quod stultum est Dei fortius est hominibus. Non tanquam salivas attendas (al., salivæ offendant), sed attende quia subtler barbam decurrent. Post tempore alii addunt: Quid enim deterius pessimo rege Saul, qui etiam per inobedientiam in Deum peccauit? In quem etiam spiritus Domini malus insidiatur. AREV.

retur, et non inveniretur? Quid est contegi spelunca, nisi contegi terra? qui enim fugit in speluncam, terra tegitur, ne videatur. Portabat autem terram Jesus, carnem, quam acceperat de terra, et in ea se occultabat, ne a Judæis inveniretur Deus. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent (*I Cor. 11*).

3. Quare ergo Dominum gloriæ non invenerunt? Quia spelunca se texerat, id est, carnis infirmitatem oculis objiciebat, et **524** majestatem divinitatis corporis tegmine, tanquam speluncæ abdito occulabat. Illi ergo, non cognoscentes Deum, persecuti sunt hominem; nec mori potuit, nisi in homine, quia nec teneri potuit, nisi in homine. Opposuit ergo male querentibus terram, servavit bene querentibus vitam.

4. Fugit ergo secundum carnem in speluncam a facie Saul, quia passus est usque adeo se occultans Judæis, ut moreretur. Sed quare usque ad mortem voluit esse patiens, ut fugeret a facie Saul in speluncam? Etenim spelunca inferior terræ pars potest accipi. Et certe (quod manifestum est, et notum est omnibus), corpus ejus in monumento positum est, quod erat excisum in petra. Hoc ergo momentum spelunca erat, illuc fugit noster David a facie Saul.

5. Tamdiu enim persecuti sunt illum Judæi, quoad usque poneretur in spelunca. Sed quid est quod persecutor ad purgandum ventrem speluncam ingreditur, nisi quod Judæi in Christum conceptam mentis malitiam, quasi odorem fetidum emiserunt, et cogitata apud se noxia, factis deterioribus, dum Christum perimunt, ostenderunt?

6. Sed tamen David Saulem occidere noluit, et cum eum in abdito occultatum antro haberet in potestate, reservare potius quam occidere maluit; ita et Christus, dum esset in spelunca carnis, persecutorem populum in potestate habuit, et non occidit. Scriptum enim erat de eis per prophetam: *Ne occideris eos*. Tantum denique David summittatem chlamydis ejus silenter abscidit, ut ostenderet prophetia Christum Judæos non occidisse, sed eis tantum regni gloriam abstulisse, sicque eos persecutione sua vacuos sede vel imperio reliquisse.

7. Chlamydis enim abscissio regni est amputatio: hoc etiam alio loco idem Saul, cum per inobedientiam peccasset, ostendit. Nam cum veniam precaretur, rogaretque Samuelem ut revertaretur cum illo ad placandum Deum, et noluisse, atque, convertens faciem suam, abiisset, tenuit Saul pinnulam vestimenti ejus, et disrupti est.

8. Et dixit ad eum Samuel: *Disrupti Dominus regnum Israel 525 de manu tua hodie, et dabit illud proximo tuo, et dividetur Israel in duo*. Populi ergo

*Cap. xvii. N. 3. Nec mori potuit, etc. Alii: Nec mori potuit, nisi in homine; nec crucifigi potuit, nisi in homine. Opposuit, etc. AREV.*

7. Grialius hoc loc. edidit *dirupit*, et n. seq. *disrupit*. AREV.

8. Vulgata, cap. xv, 28, lib. I Regum: *Scidit Do-*

*Israel personam figurata gerebat rex iste, qui populus amissurus erat regnum, dum persecutur Christum.*

## CAPUT XVIII.

### *De hasta ablata Sauli a David.*

1. Quod et sequenter iterum demonstratum est, quando idem David fugiens a facie Saul ingressus est in castra regis, et cum dormientem iuveniaset, non percussit, non occidit, sed solam lanceam, quæ erat ad caput ejus, et lenticulam sustulit, dormiens ibique cunctis, egressus de castris, transivit in cacumine montis.

2. Quid est hoc? persecabantur namque Judæi Christum, sed persequendo dormiebant, quia non vigilabant corde. Duritia enim cordis obdormitio est. Dormiunt in vitam vetrem, non evigilant in novam.

3. Venit Christus, non eos occidit, sed tulit ab eius scyphum aquæ, id est, gratiam legis; tulit et sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro maximo habebant, et unde se protegebant temporaliter, et quam adversus Deum per incredulitatem gerebant. Et deinde victor David noster, de castris eorum regressus, transcendit in altitudinem montis caelorum.

## CAPUT XIX.

### *De pugna David cum Amalechitis.*

4. Interea fugiens David, dum pergeret cum Achis rege Philistinorum in prælium adversus Israel, insurgentes Amalechitæ irruerunt in Siceleg, et succidentes eam, captivarunt omnia quæ erant David et puerorum ejus. Reversus ergo David ad persequendos Amalechitas, invenit Ægyptium puerum lassescientem, quem Amalechites agrotum in itinere reliquerant.

2. Hunc autem David inventum cibo refecit, dumque sui **526** itineris fecit. Sieque Amalechitas persequitur, epulantesque reperit, et funditus extinguit. Quid est enim, quod Ægyptius Amalechitæ puer in itinera lassatur, nisi quod amator præsentis sæculi peccati sui nigredine oportet, sepe ab eodem sæculo infirmus despectusque relinquitur, ut cum eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat?

3. Sed hunc David invenit, quia Redemptor noster veraciter manu fortis nonnunquam quos despctos a mundi gloria reperit, suo amore convertit, cibo pastet, quia verbi scientia reficit. Duceat itineris fecit, quia suum etiam prædicatorem facit.

4. Et qui Amalechitam sequi non valuit, dux David efficitur, quia is quem indignum mundus deseruit, non solum conversus in suam mentem Deum recipit, sed prædicando hunc etiam usque ad aliena corda perducit. Quo videlicet duce, David Amalechitam convivantem invenit, et extinguit, quia Christus, ipsis prædicantibus, mundi lætitiam destruit, quae mundus comites habere desperat.

*minus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te.* AREV.

*Cap. xviii. N. 4. Ingressus est, etc. Al.: In castra regis, cum dormientem offendisset, non percussit, non occidit. Pro cacumine melius esset cacumen.* AREV.

## CAPUT XX.

*De Saule pythonissam consulente.*

1 Post mortem autem Samuelis congregati sunt Philistini contra Israel. Consuluitque Saul Dominum, et non respondit ei. Quæsivit autem Saul pythonissam, quæ suscitaret illi Samuelem. Statimque suscitatus ait ad eum : *Quare inquietasti me ut suscitarer?* Et queritur secundum historiam utrum pythonissa ipsum prophetam de inferno evocaverit, an aliquam imaginariam illusionem fallacia dæmonum factam.

2. De qua quæstione beatæ memoriae Augustinus episcopus Simpliciano Mediolanensi episcopo ita scripsit : *Inquiris, inquam, utrum potuerit malignus spiritus excitare animam justi, et tanquam de abditis mortuorum repagulis, vel receptaculis evocare, et ut videatur, et loqueretur cum Saul.*

527 3. Nonne majus mirandum sit quod Satanus ipsum Dominum assumpsit, et constituit super pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, factum est. Ita et modus quo Samueli factum est ut excitaretur, similiter latet, nisi forte quis dixerit faciliorem diabolo suisse licentiam ad Domirum vivum unde voluit assumendum, et ubi voluit constituentum, quam ad Samuelis spiritum defuncti a suis sedibus excitandum.

4. Quod si illud in Evangelio nos ideo non conturbat, quia Dominus voluit, atque permisit, nulla diminutio nœste potestatis et divinitatis id fieri, sicut ab ipsis Judæis, quanquam perversis atque immundis, et facta diaboli facientibus, et teneri se et vinciri, et illudi, et crucifigi, atque interfici passus est; non est absurdum credere, ex aliqua dispensatione divina voluntatis, permisum suis ut non invitus, et dominante magica potentia, sed volens atque obtemperans occulte dispensationi Dei, quæ pythonissam illam et Saulem latebat, spiritus prophetæ sancti se ostenderet aspectibus regis, divina eum sententia percussurus.

5. Quanquam in hoc facto potest esse aliud facilius intellectus, ut non vere spiritum Samuelis excitatum a requie sua credamus, sed aliquod phantasma, et imaginariam illusionem diabolicas machinationibus factam; quam propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari quarum imagines sunt. Sicut omnia quæ pinguntur atque

CAP. XX. N. 1. An aliquam, etc. Al. : *An aliqua imaginaria illusione fallacia dæmonum facta.* AREV.

2. Augustinus Simpliciano. Lib. II, q. 3, et ad Dulcitium, q. 6. GRIAL.

Ibid. *Malignus spiritus. Immundus spiritus.* Augustinus et Euch., quamvis maligni ibidem postea vocentur. GRIAL.

*Ibid. Repagulis vel. Hæc voces non sunt apud Augustin. aut Euch. GRIAL.*

3. Quolibet enim modo fecerit hoc ille, factum est; ita et modus quo Samueli factum est ut excitaretur similiter latet. Ita omnino legendus hic locus, etiam apud Augustinum mancus, ut rō factum est, quod semel tantum, sed non eodem in loco apud utrumque positum erat, apud utrumque repetatur, atque alter alteri subsidio sit. GRIAL.

*Ibid. Fecerit, etc. Al., fecerit. Factum est istud, ut excitaretur. Al.: Fecerit, factum est, ita ut Samuel excitaretur, minus bene. Grialius in nota videtur voluisse Quolibet enim modo fecerit hoc ille, factum est. In textu*

A finguntur earum rerum quarum imagines sunt nominibus appellantur, sic hominis pictura, cum pingitur, proprium quodque nomine incunctanter adhibetur, et dicitur : Ille Cicero, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictæ imagines.

6. Unde et cherubim, cum sint celestes virtutes, factæ tamen 528 ex metallo, quod imperavit Deus super arcam Testamenti magnæ rei significandæ gratia, non aliud quam cherubim illa quoque figmenta vocabantur. Item dum quisque videt somnium, non dicit : Vidi imaginem Augustini, sed : Vidi Augustinum, cum eo tempore quo aliquid tale aliquis vidit ignoraret hoc Augustinus.

7. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharaon spicas se dixit vidisse

B in somniis, et boves, non spicarum, aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum quarum imagines sunt easdem imagines appellari, non mirum est quod Scriptura dicit Samuelem visum, etiam si forte Samuelis imago apparuit factio machinamento ejus qui transfigurat se in angelum lucis, et ministros suos ornat velut ministros justitiae.

8. Jam vero si illud, inquit, moveat, quomodo a maligno spiritu Sauli vera prædicta sunt, potest et illud mirum videri, quomodo dæmones agnoverunt Christum, quem Judei non agnoscebant. Cum enim vult Deus, etiam per infimos supremosque spiritus aliquem vera cognoscere, temporalia duntaxat ad istam mortalitatem pertinentia, facile est, et non incongruum, ut omnipotens et justus ad eorum pñnam quibus ista prædicantur (ut malum quod eis imminet antequam veniat prænoscendo patiantur), occulta apparatus mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid divinationis impertiat, et quod audiunt ab angelis prænuntient hominibus.

C 9. Tantum autem audiunt, quantum omnium Dominus atque moderator vel jubet, vel sinit. Unde etiam spiritus pythonis in Actibus apostolorum attestatur Paulo apostolo, et evangelista esse conatur (Act. XVI, 16). Miscent isti tamen fallacias, et verum, quod nosse potuerunt, non docendi magis quam decipiendi fine pronuntiant. Et forte hoc est quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moritum, 529 dixit etiam secum futurum, quod utique saltum est.

omisit, hoc ille, quod certe necessarium non est. AREV.

D 4. Non conturbat. Non perturbat, apud Augustin. et Eucher. GRIAL.

6. *Illa quoque figmenta.* Ita apud August. in quæst. ad Dulcitium. *Illa quoque effigies,* apud eumdem in libr. ad Simplician. GRIAL.

7. *Transfigurat se in angelum.* Ita August. ad Simplic. *Transfigurat se velut angelum,* ad Dulcit. GRIAL.

Ibid. Grialius in somnis pro in somnis; et se velut angelum, quamvis in nota præferre videatur se in angelum. AREV.

8. *Etiam per infimos infernosque spiritus aliquem ver. cogn., utrobius Augustinus. Per infimos supremosque spiritus,* apud Euch. GRIAL.

*Ibid. Alii, apud Augustinum, infirmos infernosque. Alii, infimos infernosque.* AREV.

*Ibid. Pro mysteriorum potiores MSS. Augustini habent ministeriorum, ut ministeria pro ministris accipiuntur.* AREV.

10. *Magno quippe intervallo post mortem separari bonos a malis in Evangelio legimus, cum inter superbum illum divitem, cum jam apud inferos tormenta pateretur, et illum, qui ad ejus januam ulcerosus jaebat, jam in requie constitutum, magnum chaos interjectum esse testetur (Luc. xvi, 26).*

11. *Aus si propterea Samuel ei dixit : Mecum eris, ut non ad aequalitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, quod uteque homo fuerit, et uteque mori potuerit, jamque mortuus vivo mortem praenuntiabat, secundum utrumque igitur intellectum habere exitum hanc lectionem, qui non sit contra fidem, perspicit, opinor, prudentia tua ; nisi forte profundiori inquisitione inveniatur ad liquidum, vel posse, vel non posse animam humanam, cum ex hac vita migraverit, magicis carminibus evocari, et vivorum apparere conspectibus, etiam corporis linea menta gestantem, ut non solum videri valeat, sed et agnoscendi. Et si potest, utrum etiam justi anima non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi, occultioribus mysteriis summae legis obtemperans, ut si fieri non posse claruerit, non uterque sensus in hujus scripture tractatione admittatur ; sed, illo excluso, imaginaria similitudo Samuelis dia bolico ritu facta intelligatur.*

11. *Occultioribus mysteriis. Ita August. ad Dulcit. Imperii, ad Simpl., et apud Euch. GRIAL.*

*Ibid. Grialius distinguebat : prænuntiabat. Secundum utrumque igitur, etc. Quæ distinctio retineri poterit, si legatur : Aut sic propterea, etc. Apud sanctum Augustinum deest igitur post utrumque ; et ita clarior est sensus. AREV.*

12. *Hæc sunt quæ tunc de pythonissa. Sed vide quæ addit postea ad Dulcitium scribens in fine questio nis. GRIAL.*

CAP. XXI. N. 1. *Qui cum potentes. Inter hæc leguntur in Val. plurima Gregorii verba e lib. IV Moral., cap. 4, de montium maledictione, quæ recte absunt ab aliis libris, et a Beda. Nam plane non co harent. GRIAL.*

*Ibid. Defect. Cod. Flor. in 4° et alii hæc addunt, quæ omissa voluit Grialius : Nam quid est, quod ipsi David, qui retribuentibus mala non reddit, cum Saul et Jonathas bello occumberent, Gelboe montibus maledicit, dicens : Gelboe montes, nec ros, nec pluvia veniat super vos, nec sint agri primi tarum, quia ibi abjectus est clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Quid ergo montes Gelboe, Saul moriente, deliquerunt, quatenuis in eis nec ros, nec pluvia caderet, et ab omni eos viriditatis germe sententia sermo siccaret? Sed quia Gelboe interpretatur decursus, per Saul autem unctum et mortuum mors nostri Mediatoris exprimitur, non immerito per Gelboe montes superba Judæorum corda signantur.*

A 12. *Sed, quoniam sive illud fieri possit, sive non possit, tamen fallacia Satanæ atque imaginum simularum callida operatio decipiendis sensibus humanis multiformis invigilat, pedentim quidem, ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus, sed tamen potius existimemus, tale aliquid factum maligno spiritu pythonissa illius ministerio, quandiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur. Hæc sunt quæ tunc de pythonissa et Samuele scripsit beatissimus Augustinus.*

## 530 CAPUT XXI.

*De morte Saulis et Jonathæ.*

1. *Igitur exerto prælio, percusserunt Philistæ Israel plaga magna, corrueruntque in prælio Saul et Jonathas. Quos denique pius propheta figuraliter deflet. Qui cum potentes essent, et semper hostibus prævalerent, sauciati illico ac vulnerati, in medio prælio corruerunt.*

2. *Quomodo, inquit, ceciderunt potentes in medio pugnae? Hoc etiam modo pius Christianorum genus deflet eos qui, non repugnantes dæmonibus, labuntur in sæculo, quod est lubricum; Gelboe enim montes interpretantur lubri i montes.*

Quæ dum in hujus mundi desideriis defluunt, in Christi casu, id est, cuncti per mortem aruerunt. Et quia in eis unctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore siccantur. De quibus et bene dicitur : Neque sint agri primi tarum. Primitiæ quippe esse non possunt, quia superbia Hebræorum... primi fructus non fert, quia in Redemptoris adventu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namque Ecclesia primitiis suis multitudine gentium secundata, iuxta in mundi fine Judæos, quos invenerit, suscipit, et extrema colligentes, quasi reliquias frugem ponit. De quibus ministrorum reliquiis Isaías dicit : Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquæ salvæ fient. Dehinc iterum deflet idem propheta Saul et Jonathan dicens : Quomodo ceciderunt potentes in medio pugnae? Qui cum potentes essent, et semper hostibus prævalerent, sauciati illico ac vulnerati, in medio prælio corruerunt. Hoc etiam modo pius Christianorum, etc. Pro id est, cuncti fortasse legendum, id est, victi ; nam obscurum est cuncti. In Ms. inter verbum Hebræorum et primi videtur scriptum mente ; ac fortasse legendum superba Hebræorum mens. Hæc, et similia fragmenta, quæ in nonnullis Codicibus exstant, et a Grialio aliquando exscribuntur, aliquando omittuntur, non constat quidem esse Isidori ; sed neque demonstrari potest ejus non esse, cum a stylo Isidori non abhorreat. AREV.

## IN REGUM SECUNDUM.

### 531 CAPUT PRIMUM.

*Ne David templum ædificet.*

1. *Post mortem itaque Saul ungitur David, et regnat, transferte arcam Testamenti in civitatem suam ; qui cum vellet templum Domini ædificare, admonetur per prophetam a Domino ita : Non tu ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.*

CAP. I. N. 1. Totum caput e Greg., VII Moral. cap. 16. GRIAL.

2. *Quid est igitur, quod erga exteriora bella laboranti David interdictitur ne domus Dei ab eo ædificaretur? Templum quippe Dei nos sumus, qui ad veram vitam in ejus inhabitacione construimur, Paulo attestante, qui ait : Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. III).*

3. Sed vir sanguinum templum Deo ædificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incubat, necesse est, ut instruere spiritualiter Ecclesiam non presumat, quia nequaquam pure maculam in membro considerat oculus quem pulvis gravat, et superjectas sordes tergere non valet manus quæ lumen tenet.

## CAPUT II.

*De peccato David in Bethsabee.*

1. Nunc et peccatum David, quid in prophetia signaverit, quanta possumus brevitate, perstringamus. Nomina quippe interpretata 532 satis ostendunt quid etiam hoc factum præfiguraverit. *David*, ut diximus, interpretatur *manus fortis*, sive *desiderabilis*. *Bethsabee* interpretatur *puteus satietatis*, sive *puteus septimus*.

2. Quamlibet autem harum nominis ejus interpretationem in id quod dicere intendimus assumamus, satis congruit. Nam in Cantico canticorum sponsa, quæ illi Ecclesia est, vocatur puteus aquæ vivæ (*Cant. iv*). Et huius puto septenarii numeri nomen in Spiritus sancti significatione conjungitur, propria rationem Pentecostes, quo die de cœlo missus Spiritus sanctus venit.

3. Ad quadraginta novem autem, quod est septies septem, unum additur, quo unitas commendatur. In hac ratione civit apostolica illa sententia: *Sufferentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (*Ephes. iv*). Dono itaque spirituali, hoc est, septenario, facta est Ecclesia puto satietatis, quia factus est in ea fons aquæ salientis in vitam æternam, quam qui biberit, non sitiet in æternum (*Joan. iv*).

4. *Urias* vero, qui fuerit maritus ejus, quid aliud quoniam diabolum nominis ejus interpretatione significat? Hujus erant pessimo conjugio deligati omnes, quos gracia Dei liberali, ut Ecclesia sine macula et rega Salvatori proprio copuletur.

5. *Urias* namque interpretatur *lux mea Dei*, *Hetherus autem abscissus*, sive quod in veritate non stetit, sed a luce sua superna, quam de Deo habebat, superbæ merito abscissus est; sive quod cadendo, veris viribus perditis, transfigorat se in angelum lucis, audens adhuc dicere: *lux mea Dei est*. Ergo iste quidem David graviter scelerateque peccavit; quod scelus ejus etiam per prophetam Deus arguit increpando, et ipse abluit poenitendum.

6. Verumtamen ille desiderabilis omnibus gentibus, quasi in solario deambulans, quia in sole posuit tabernaculum suum, adamavit Ecclesiam super-

3. *Qui adhuc actibus carnalibus incubat.* Ita lib. o. *Incurbit*, apud Gregorium. GRIAL.

CAP. II. N. 1. Tertium caput ex August., lib. xxii contra Faust., cap. 87. GRIAL.

2. Forte, quæ illuc Ecclesia. AREV.

3. Alii, quem qui biberit. Grialius, quem qui habuerit. AREV.

4. Alii: *Jam vero qui fuerit.* Quod Urias allegorice diabolum indicaverit, dictum etiam in Allegoriis, num. 90. AREV.

5. *Lux mea Dei.* Al., *lux mundi*. AREV.

A tectum se lavantem, id est, mundantem se a sordibus sæculi, et domum luteam spirituali contemplatione transcendentem, atque calcantem.

7. Et inchoata cum illa primæ conventionis notitia, postea 533 ab eo penitus separatum diabolum eocedit, eamque sibi perpetuo connubio copulavit. Oderimus ergo peccatum, sed prophetam non extinguiamus. Amemus ipsum David, quantum emundus est, qui nos a diabolo per misericordiam liberavit.

8. Amemus istum David, qui tam grave in se vulnus iniquitatis poenitentiae et humanitatis confessione sanavit. Sed fortasse quis dicat: Si David imaginem Christi gerebat, quomodo multas uxores et concubinas habuisse scribiter, cum has res Christus et horrescat et damnet? Nec enim pro figura fiebat; B multæ enim uxores David multarum gentium et nationum imaginem indicabant, quæ per fidem Christi consortio jungentur.

9. Concubinæ vero ejus significant hareticorum ecclesias, quæ sub Christi nominis titulo manere se gloriantur. Sed quia propter caruela tuora sectantur Christum, non conjuges, sed concubines vocantur. Denique nunc reges, si plures habeant uxores, et concubinas, crimen est, quia jani transierunt figuræ, pro quibus uxorum vel concubinarum venia concedebatur; et nunc, quia figuræ transierunt, veniam nulla datur.

## CAPUT III.

*De Absalom.*

1. Illud vero quid significet, quod parricida filius Absalom patrem inseguens, primo pater ejus declinans fugit ante faciem ejus securus de victoria; qui aspiciebat imperium perire, quem etiam levit magno luctu, et deploravit exitum parricidæ. Scribitur etiam fugisse David a facie bellantis adversus se filii.

2. Et quoniam scriptum est de populo Ierusalem: *Filios enutrivi, et exaltavi, ipsi autem epuaserunt me* (*Isai. 1*); filius ergo ejus impius significatur tropice, id est, populus Judaicus, qui eum tradidit. Absalom autem, sicut quidam interpretator, intelligitur *patrius pax*. Quid mirum videtur in historia, quemadmodum patrius pax possit intelligi, qui patrem bello persecutus est.

534 3. Sed qui diligenter ad allegoriam intendunt, insciunt Absalom esse Ierusalem, quæ etiam et ipea *pax* interpretatur, a cuius facie Christus fugit, quando, eam patiendo deserens, in gentibus per fidem successit. Alii Absalom Judam traditorem intelligunt, quem tanta et tam admiranda patientia

7. *Ipsum David.* Al., *illum David*. Quod melius videtur. AREV.

CAP. III. N. 1. *Parricida filius... inseguens pro parricida filio... inseguente*, scilicet nominativus pro ablativo, ut alibi sæpe. AREV.

*Ibid.* Qui aspiciebat imperium. Al., quia sciebat imperium. AREV.

3. *Corporis et sanguinis sui figuram*, hoc est, corporis et sanguinis sui sacramentum. Puto autem verba esse Græci aliquous Patris. GRIAL.

Christus pertulit, tanquam bonum, cum ejus cogitationes non ignoraret, cum adhibuit convivio in quo corporis et sanguinis sui figuram discipulis commendavit et tradidit.

4. Quod denique et in ipsa traditione osculum accepit, bene intelligitur pacem Christum exhibuisse traditori suo, quamvis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideo Absalom patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.

#### CAPUT IV.

*Quod David sitiens noluit bibere de aqua cisterna Bethlehem.*

1. Item ipse David in prælio Philistinorum, cum sitiens conversaretur in bello, et aquam quereret: *Quis mihi, inquit, potum dabit de lacu, qui est in Bethlehem?* Et ad portas erat inter lacum et David interfusus hostis, et media hostilium cinxerant septa castrorum. Precederunt tres viri multitudinem adversariorum, et hauserunt aquam de lacu, qui erat in Bethlehem, et obtulerunt regi bibendam.

2. Sed rex noluit bibere, sed profudit illam Dominum, dixitque: *Non contingat mihi hoc facere, ut sanguinem virorum, qui abierunt in animis illorum bibam.* Vicit ergo naturam, ut sitiens 535 non biberet, et exemplum de se-præbuit, quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. Quod si altius velis spectare, et introspicere mysterium, sitiens David, non aquam quæ est in Bethlehem, sed oriundum in eadem Bethlehem ex Virgine Christum in spiritu prævidebat.

3. Ergo volebat bibere non aquam fluminis, sed lavaerum ex latere Christi fluens, hoc est, non aquarum sitiens elementum, sed sanguinem Christi.

4. *Quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.* Verba sunt Augustini in Psalm. II. Gregorius vero, in prolog. viii psalm. prætentorial. : *Absalom autem patris pax interpretator, non quod ei pax ultra cum patre fuerit; sed quia quantæ pacis et patientiae existit, ejus perversitate pater ostendit.* Hieronymus vero et Eusebius non patris pacem, sed patrem pacis interpretantur. Idem (Isidorus), Etymolog. vii, cap. 6, patris pacem per antiphrasum dictum putat. GRIAL.

Cap. iv. N. 2. In animis illorum bibam. Εν ψυχαῖς κατῶν πιοπατ, LXX. Ex quibus sunt etiam alia hujus loci verba. *Et animarum periculum bibam?* dicit Vulg. interpr. GRIAL.

3. Sed lavaerunt, etc. Al., sed lavaci aquam ex latere Christi fluentem. Et mox non naturam aquarum fluentium pro non naturæ fluentum. AREV.

A Unde non bibit oblatum *magnum*, sed Domino fudit, significans sitire se Christi sacrificium, non naturæ fluentum, sed illud sacrificium, in quo esse remissio peccatorum, illum sitire fontem æternum, non qui periculis quereretur alienis, sed pericula aliena deleret.

#### CAPUT V.

*De psalmo XVII.*

4. Quæritur autem cur solus septimus decimus psalmus in libris Regum reperiatur conscriptus. Nec immerito psalmus iste in Regnorum libris solus inventur, quia regnum illud significatur ubi adversarium non habebimus. Titulus enim ejus est: *In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul.*

2. Quis enim figuratur in David, nisi ille qui venit secundum carnem ex semine David, qui utique in corpore suo, quod est Ecclesia, adhuc patitur inimicos? Unde illi persecutori, quem voce mactavit, et, in suum corpus trajiciens, quodammodo manducavit, insonuit de cœlo: *Saul, Saul, quid me persequeris?* Quando autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum ejus, nisi cum illa novissima inimica destruetur mors, ut perveniat ad regnum Dei?

#### 536 CAPUT VI.

*De catalogo virorum fortium.*

1. Debinc textur catalogus virorum fortium in Ægura sanctorum; qui licet virtutum sublimitate profliciant, tamen usque ad excellentiam divinæ Trinitatis nequaquam attingunt. Inde est quod ibi scriptum est: *Usque ad tres non pervenit. Quis enim aequaliter Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei* (Psalm. lxxxviii)?

Cap. v. N. 2. *Quem voce mactavit.* Ita MSS. o. Voce prostravit, Eucherius, non perinde eleganter; sequitur enim: *Et in eum corpus trajiciens, quodammodo manducavit.* GRIAL.

Ibid. *Voce mactavit.* Ita etiam vetus Editio. GRIAL in textu conservavit voce prostravit, quantumvis in nota præferat voce mactavit. AREV.

Cap. vi. N. 1. Tamen usque ad excellentiam divinæ Trinitatis nequaquam attingunt. Diversa est apud Euclerium allegoria. GRIAL.

Ibid. In Editione GRIALI mendose nota in hunc locum irrepserat, qua indicabatur totum prope caput D ex sancto Augustino sumptum; que nota a nobis rejecta est ad cap. 3 lib. seq., ad quod pertinet, quo in loco eadem nota aliqua ex parte repetita erat. AREV.

## IN REGUM

### TERTIUM.

#### CAPUT PRIMUM.

537 *De Salomone.*

1. Succedit deinde Salomon, in quo quidem nonnulla imago rei futuræ facta est in eo quod templum edificavit, et pacem habuit secundum nouam suam. Salomon quippe interpretatur pacificus. Ac per hoc illud vocabulum illi verissime congruit, per quem mediatorem ex inimicis, accepta remissione peccatorum, reconciliamus Deo. Etenim cum inimici

essent, reconciliati sumus Deo per mortem ejus.

2. Ideo ipse est ille pacificus qui fecit in aqua unum, et medium parietem in aqua solvens, inimicis in carne sua, legemque mandatorum decretis evançans, ut duos conderet in se in unum novum hominem, faciens pacem his qui longe, et pacem his qui prope. Ipsi in Evangelio dicit: *Pacem meam relinquo vobis.* (Joan., xiv). His et multis aliis testimoniosis Domini Christus pacificus esse monstratur.

Cap. i. N. 1. *In quo quidem, usque ad pacificus,* verba sunt Aug., xvii de Civitate Dei, cap. 8. GRIAL.

## CAPUT II.

*De templi ædificatione.*

1. Nam id, quod ædificavit templum excellentissimum Domino, et ibi Christum significat, qui ædificavit domum Deo in cœlestibus. **538** Non de lignis et lapidibus, sed de hominibus sanctis, hoc est, fidelibus, quibus dicit Apostolus: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. iii).*

2. Quod vero eadem domus lapidibus dedolatis atque perfectis ædificata est, et malleus, et securis, et omne ferramentum non est auditum in templo Dei, cum ædificaretur; quid enim domus illa, ut prædictum est, nisi sanctam Ecclesiam, quam in cœlestibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides, deseruntur.

3. Quæcum ædificatur in cœlis, nullus illic disciplina malleus resonat, quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur, ut locis juxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris tundimur, ut illuc sine reprehensione veniamus. Altitudo autem templi hujus dominici ad fidem referunt, longitudo ad spem, latitudo ad charitatem. His enim tribus virtutibus, quasi lineamentis, sanctæ Ecclesiae cœlestis instruenda consurgit.

4. Porro quod parietes templi interius ligno teguntur, hoc ob mysterium dominicæ crucis imaginatum est, sub cuius tutela proteguntur omnes sancti, qui indisruptæ pacis perseverantia, tanquam lapides vivi in structura Ecclesiae, unitate fidei solidantur. Et bene interius vestitur ligno templum, quia corde creditur ad justitiam. Quod vero tempore dedicationis gloria Domini implevit domum, gloria Domini intellegitur Christus, cuius fide repletus est universus mundus.

5. De qua gloria cum pro adorato vitulo Dominum precaretur Moyses, ut parceret populo peccatori, respondit Dominus: *Propitus ero illis; verumtamen vivo ego, et vivit nomen meum, quia implebitur gloria mea omnis terra. Et septuagesimus primus Psalmus canit: Implebitur gloria ejus omnis terra. (Psalm. lxxi).* Unde et angeli clamabant pastoribus: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis (Luc. ii).*

6. Quod autem nebula implevit domum Dei, et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam, haec sententia superbos Judæorum pontifices ac doctores insinuat, qui dum nativitatis Christi sacramenta investigare despiciunt, debitum fidei suæ **539** ministerium per erroris nebulam perdiderunt. Ita enim eorum mentes infidelitatis caligo replevit, ut exigentibus propriis meritis non agnoscent cultum crudelitatis.

7. Quod vero Salomon idem in eodem templo duodecim boves æreos fecit, quos in æreo labro consti-

CAP. II. N. 1. *Nam id, quod ædificavit, usque ad estis vos, August., ibidem. GRIAL.*

*Ibid. Alii, excellentissimo. AREV.*

*2. Quod vero eudem domus, usque ad veniamus,*

A tuit, qui facie quidem per diversas partes attendunt, sed in uno loco per posteriora colliguntur; quid enim aliud in duodecim bibus quam duodecim apostolos credimus designari, qui facie quidem per diversa respiciunt, sed ita in labro sunt positi, ut posterioribus adunentur? Qui in hac præsenti vita ad prædicationis officium in diversis mundi partibus sunt divisi; in illa vero vita, quæ huic vita posterior est, quia post hanc videbitur, in æterna gloriæ unitate convenientur.

8. Per diversum ergo mundum prædicando respi- ciunt, sed in unum perveniendo consistunt. Ideo autem ærei, quia clamor prædicationis eorum in toto mundo insonuit, sicut scriptum est: *In omnem terram exiit sonus eorum (Psalm. xviii).* Labrum autem B orbem terræ intelligimus, cuius ambitum lustraverunt apostoli, docentes gentes, ut baptizarentur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

CAPUT III.  
*De sapientia Salomonis.*

1. Locutus est autem Salomon tria millia parabolæ, et fuerunt carmina ejus quinque millia; quid enim per tria millia parabolæ, nisi plenitudo fidei in lege et in Evangelio a Christo tradita designatur? Quæ dum tota multipliciter per allegoriarum sensus sub mysterio Trinitatis disseritur, quasi tria millia parabolæ nuncupantur.

2. Carmina autem ejus quinque millia pro quinque sensibus corporis intelliguntur: quos qui in diversis virtutibus bene regit, beatus est, et per eos C quasi quinque millia carmina Domino canit. Disputavit autem Salomon a cedro usque ad hyssopum. Cedri nomine celsitudi gloriæ in electis accipitur, sicut et Propheta testatur, dicens: *Justus, ut palma, florebit, et sicut cedrus, quæ est in Libano, multiplicabitur (Psalm. xc).* Hyssopus autem herba humilis est saxo hærens, qua signatur humilitas Christi.

3. Redemptor quippe noster a cedro usque ad hyssopum disputavit, **540** quia ab altera excellentia cœlestis gloriæ usque ad carnis humilitatem descendendo pervenit, siquidem et cedri nomine pravorum superba elatio designatur, sicut per David dicitur: *Vox Domini confringentis cedros (Psalm. xxviii).*

4. A cedro itaque Christus usque ad hyssopum disputavit, quia ipse pravorum corda et humilium judicat. Super ligna autem disputavit, dum in cruce peperdit. Tunc enim in cedro sæculi arrogantiam inclinavit, quam etiam ad hyssopi humilitatem, id est, usque ad crucis stultitiam ac contemptibilem fidem deduxit.

## CAPUT IV.

*De iudicio Salomonis.*

1. Legitur quoque idem sapientissimus primum habuisse iudicium inter duas mulieres de pietate certantes; quarum in una dilectio ardebat, in altera simulatio subripiebat. In illo ergo iudicio Salomonis verba sunt Greg., xxxiv Moral., cap. 20. GRIAL.  
*Ibid. Dedolatis. Al., dolatis. AREV.*  
CAP. IV. N. 1. Vid. Aug., serm. 200 de temp. GRIAL.

Christi figura fuit, ubi mulier illa improba, plebs scilicet Synagogæ, vel hæretorum, veræ in ariis, hoc est, Ecclesiæ, filium appetebat, quem non ut reservaret, sed revera, ut interimeret, cupiebat.

2. Sed sicut, gladio Salomonis dirimente, propriæ matris gemitu teste verus repertus est partus, ita et spiritu Jesu Christi docente, plerumque hi qui a matre seducti et capti sunt errore hæretorum, non nunquam merentur pro semetipsis gementem recognoscere Ecclesiam matrem. Unde satis convenienterque apparet banc mulierem hæretorum, vel Synagogæ figurasse impietatem, qui et suos nequiter nutriendo interimunt, et alienos quousque perdant, illiciendo persuadent.

#### CAPUT V.

##### *De regina Austri.*

1. Regina autem Austri, quæ ab intervallis ultimis excitata veniens, Salomonis audire sapientiam concupivit, jam tunc per illam **541** ventura de gentibus regina desiderans Christum figurabatur, quæ juxta Prophetam est circumamicta varietate in vestitu deaurato (*Psal. XLIV*), et populi sui et paternæ domus oblita, currebat cum barbara gente, non animo; quæ in aperto peregrina, sed in occulto sanctorum fieri civis optabat.

2. Unde non solum præmio coelesti resurrectio-  
nis beata, sed etiam potestate apostolica de Judæis adulteris judicandis ipsius ore judicis digna censemur, quia Christum in Salomone mirata, verum reginæ coelestis affectum in imagine mystica Ecclesiam prævidentis impleverat.

#### CAPUT VI.

##### *De cæteris operibus Salomonis.*

1. Jam porro de cæteris operibus Salomonis quid dicam, quem vehementer arguit sancta Scriptura atque condemnat, et nihil de poenitentia ejus vel in eum indulgentia Dei omnino commemorat? Nec prorsus occurrit quid saltem in allegoria boni significet hæc ejus flenda submersio. Nisi forte quis dicat mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare Ecclesias electas de gentibus.

2. Posset hoc fortasse non absurde intelligi, si illæ propter Salomonem deserenter deos suos, et colerent Deum ejus. Cum vero ipse propter illas offendit Deum suum, et coluit deos earum, non est quid inde boni conjectari possit.

3. Nec tameu nihil arbitror significare, sed malum, sicut de uxore filiabusque Lot diximus. Apparet enim in persona hujus Salomonis mira excellētia, et mira submersio. Quod igitur in illo diversis

CAP. VI. N. 1. *Jam porro. Totum caput ex August., XII contr. Faust., cap. 88. GRIAL.*

CAP. VII. N. 1. *Ex August., XII contr. Faust., cap. XXXIII. GRIAL.*

A temporibus exstitit prius bonum, et posterius malum, hoc in Ecclesia in isto sæculo adhuc simul et uno tempore ostenditur.

4. Nam bono illius bonos Ecclesiæ, malo autem illius malos Ecclesiæ significatos puto: tanquam in unitate illius areæ, sic in uno illo homine, bonos in granis, malos in paleis, aut certe in unitate unius segetis, bonos in tritico, malos in zizaniis.

#### 542 CAPUT VII.

##### *De divisione decem tribuum.*

4. Illud vero, quod post mortem Salomonis decem tribus a templo separatae sunt, et due relictae, satis indicat quod de tota illa gente Apostolus ait: *Relique per electionem gratiæ salvæ factæ sunt.*

B

#### CAPUT VIII.

##### *De Elia et virtutibus ejus.*

1. Quid autem significaverunt magni illi ac insignes prophetæ, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Elias, et Eliseus discipulus ejus? Pascitur enim Elias tempore famis a corvis mane afferentibus panem, et ad vesperum carnes, ut intelligas illic Christum.

2. Cui quodammodo salutem nostram esurienti confitentur peccatores, sicut primicias spiritus nunc habentes; in fine autem velut ad vesperam saeculi carnis resurrectionem. Mittitur Elias pascendum ad alienigenam viduam, quæ volebat duo ligna colligere priusquam moreretur. Non hic solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum signum crucis exprimitur.

C

3. Benedicitur farina ejus et oleum, fructus et hilaritas charitatis, quæ cum impenditur, non defecisse dicitur: *Hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor. ix).* Vidua autem ista, ut opinor, Ecclesia significatur, quam Christus non frumenti, sed verbi panem pascebatur. De qua dicit David: *Viduam eius benedicens benedicam (Psal. cxxxi).* Illam scilicet viduam quam Apostolus ait, mortuo viro, quibus velit nuptiis liberari esse (*Rom. vii*), quia, desinente lege, cui finis est Christus, ad gratiæ libertatem transitum faciens Ecclesia, Christo, quasi vidua legis, nupsit. Hujusnunc in vasis oleum gratiæ et benedictionis farina non deficit, in omnibus foris gentibus famæ manente.

D

543 4. Quarum cibi vite esuriem et fidei Trinitatis inediā congrue præfiguravit illa quodam triennio fames. Quod vero per Eliam in tempore siccitatis nubes illa apparuit, et postea futuræ pluviae signum in vestigio hominis ostensum est, significabat quod, nascente Christo in vestigio hominis, ad terras imber de cœlo descenderet, qui nos a peccato mundaret.

CAP. VIII. N. 3. *Non defecisse dicitur. Al., non deficit. AREV.*

4. *Qui nos a peccato mundaret. Al., qui fide sitten-tes animas irrigaret. AREV.*

## IN REGUM QUARTUM.

### 544 CAPUT PRIMUM.

*De duobus quinquagenariis combustis.*

1. Mittit rex impius duos quinquagenarios cum subditis suis militibus, ut exhibeant Eliam, qui divino igne consumpti sunt; tertius autem missus salvatur.

2. Quinquagenarius namque numerus pœnitentiae confessio est, quo declaratur remissio peccatorum. Judæi ergo noientes Christum Deum esse perfectum, nec principem pœnitentiae, dicunt ad eum: *Quinquaginta annas nandum habes, et Abraham noster* (Jean. viii.)? Ili futuro divini ignis incendio extinguntur. Tertius autem quinquagenarius, quia conversus ad fidem Trinitatis pœnitentiae sacramenta cognovit, indulgentiam missuit.

3. Quaritur autem cur Elias vir sanctus super quinquagenarios maledictionis sententiam sic intulit, ut perirent, dum scriptum sit: *Benedicite, et nolite maledicere.* Sanctus ergo Elias nequam illos se insigante maledixit, sed quod in divina predestinatione cognoverat, prophetando praeditus; in Dei enim dispositione erat ita perire et quinquagenarios ad Elias vocem, et Simonem ad Petri sententiam. Unde non ultioris voto sancti maledicuntur, sed inquietantur quod in Dei voluntate esse noverunt.

### 545. CAPUT II.

*De Eliseo, et aquis sanatis.*

1. Postulatus Eliseus a populo, ut aquas Jericho steriles, et malignas sanaret. Accepit vas rude frustile, et adjecit in ea salem, et domino illud in lumine, et statim sanata sunt.

2. Quo facto prænuntiabat propheta quod Verbum ero fieret, et habitaret in nobis: inde in similitudinem Verbi saltem, id est, sapientiam dedit; in vas frustile, in corpus scilicet humanum, immittens in aquam demersit, quod quidem significabat quia omnes populi, qui sub figura aquarum in toto mundo steriles erant, per Christi incarnationem secunditatem et benedictionem acceptori essent.

### CAPUT III.

*De parvulis maledictis.*

4. Ipse quoque Eliseus figuram Christi gessit. Deinde vocabulum ipsum sole Dei interpretatur. Salve autem Dei quis est aliis, nisi Filius ejus, qui et Salvator utique vocatur? Parvuli vero illi illudentes

CAP. I. N. 2. Nec principem pœnitentiae. Ita libr. o., et Beda. Nec principem indulgentie largitorem, apud Eusebium, quae scriptura videtur alterius interpretationis. GRIAL.

5. Quaritur autem, etc. In multis MSS. omittitur totus hic numerus usque ad finem capituli. AREV.

CAP. III. N. 1. Vid. August., XII contr. Faust., cap. 35, et serm. 204 de temp. GRIAL.

2. Sicut Eliseus ascendit. At, sicut Eliseus ascendebat. AREV.

CAP. IV. N. 1. Ex eod. August. lib. contr. Faust., et sermon. 206. GRIAL.

CAP. V. N. 1. Ex eod. August. capite, et sermone

A saluti Dei, id est, Eliseo, Judæorum habuere personam, quia crucem Domini Salvatoris subsannabant. Quod dicunt: Ascende, calve, ascende, calve, quia in Calvarie loco Christus ascensurus erat in cruce.

2. Quod vero conversus maledixit eos Eliseus, et veuerunt duo ursi de silva, et interfecerunt quadragesima duos pueros blasphemantes; ita et Christus post passionem suam, et resurrectionem ex mortuis, postea quam ascendit in cœlos, sicut Eliseus ascendit Bethel, id est, domum Dei, conversus maledixit Judæis. Et quadragesimo secundo anno ascensionis sue immisit duos ursos de silvis gentium, Vespasianum scilicet, et Titum, eosque crudeli strage deicerunt.

### 546 CAPUT IV.

*De mortuo resuscitate.*

1. Mittit Eliseus per servum baculum super mortuum, et non reviviscit: venit ipse, conjungit, et coepiat se mortuo, et reviviscit. Misit sermo Dei legem per servum suum, et non profuit in peccatis mortuo generi humano.

2. Venit ipse descendens de cœlorum sublimitate, quasi de montis altitudine, humiliavit se ipsum, conservavit se nobis, mortuisque membris sua membra composuit, nostræque mortalitati de suo corpore medicinam optavit. Denique super mortuum septies oscitat, et septiformem Spiritum humano dat generi, per quod vivificatum a morte peccatum resurgat.

### CAPUT V.

*De ferro exsiliante e flumine.*

C 1. Cum securibus ligna cederentur, de ligno serum exsiliens, in profundum fluminis mersum est, atque in lignum, desuper ab Eliseo projectum, reversum est. Ita cum impio Judæo per corpus operata præsentia Christi, tanquam instructuoses arbores, cederet, quia de illo Joannes dixerat: *Ecce securis ad radicem arborum posita est* (Luc. iii), eis interveniente passione corpus ipsum deserit, atque ad inferni profunda descendit, quo in sepultura deposito, tanquam ad manubrium spiritu redeunte surrexit.

### CAPUT VI.

*De additione xv<sup>a</sup> annorum Ezechiae.*

1. Decumbentem in lectulo Ezechiam, gravique ægritudine laborantem, 547 ex persona Domini Iesu propheta adorsus est, et predicans illi quod

### D 210. GRIAL.

*Ibid.* Alii, ab eis pro eis. Et postea: *In inferni profundum descendens, quod spiritu redeente surrexit.* AREV.

CAP. VI. N. 1. Decumbentem, etc. Ita omnino legendum ex Cassiano, cuius sunt verba, collat. 17, c. 23, quomodo etiam lib. I, cap. 2, de Ochozia idem dixit: *Decumbenti regi exposita vestis qualitate compertus est.* GRIAL.

*Ibid.* Decumbentem. Al., recumbentem. Al., recumbente. Et inox Ezechia, et laborante. Postea, ille autem exorans, ut sit nominativus absolutus. Et, vitam deprecantis. AREV.

moreretur; illo autem exorante Dominum in ipso præstituto termino mortis, confessim Dominus vocem ejus audivit, et quindecim annos vita deprecantis [Forte deprecant] extendit. Qui numerus quindecim annorum quid sacramenti contineat mysteriique cognoscimus.

2. Nam, ut Apostolus ait: *Secundum quod quis operatus fuerit, ita recipiet* (*Rom. ii*). Ideoque iste rex, quia Decalogum legis cum quinque libris Moysi integra conservatione compleverat, ideo quindecim annos secundum legis numerum, quam custodierat, ad vitam auctos accepit: per quod figuraliter sciremus quia quicunque per numeri istius mysterium totius legis plenitudinem custodiunt, æternæ salutis præmium consequuntur, ac per legis consummationem ad vitæ æternæ plenitudinem transeunt.

3. Cujus quidem regis pro signo conferendæ salutis decem gradus domus suæ, in quibus umbra descendere consueverat, sol retrorsum ad ortum, unde descenderat, regressus scribitur. Qui numerus quid mysterii habeat videamus.

4. Nam gradus isti temporum ordines sunt, per quos umbra figurarum Christi descenderat, et per quos iterum sol justitiae Christus post resurrectionem ascendit.

5. Primus itaque gradus descensionis de Deo in angelo fuit, quia magni consilii angelus erat (*Isai. ix. 6*). Denique et Jacob sic loquitur: *Et dixit, inquit, angelus Dei: Ego sum Deus, cui unxisti titulum, et vorasti rotum* (*Genes. xxxi*), ut et angelum et Deum ostenderet. Secundus gradus descensionis de angelo in patriarchis fuit, quia in omnibus, ut ait Apostolus, ipse est operatus (*1 Cor. xii*).

6. Tertius in legis datione, quia et in *lege ipsa locutus est*. Quartus gradus in Jesu Nave, ut populum in terra secessionis induceret. Quintus in iudicibus, quia eundem populum per eos ipse regebat. Sextus in regibus Judæorum, quia in eis ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos est numeratus. 548 Octaves in pontificibus, quia ipse summus sacerdos est Patria. Novus in homine. Decimus in passione.

7. Per hos enim decem gradus, quos ipse per um-

5. Locus Isaiae in Vulgata: *Admirabilis, consiliatus, Deus fortis.* AREV.

CAP. VII. N. 4: *Qui dum. Fortasse delendum qui.* D. AREV.

CAP. VIII. N. 4: *Jam ipsa in Babyloniam transmigr. Totum prope caput ex XII contr.* Faust., a cap. 34 usque ad 36. GRIAL.

*Ibid. Qui attendere valeat.* Pro

A bram legis priscae Christus descendit, ac rursus post resurrectionem suam sol justitiae Christus per eosdem gradus sursum ascendit in cœlum, et omnem illam umbram legis veritatis radiis illustravit, obscura revealans, clausa reserans, et omnia tecta denudans.

### CAPUT VII.

*De divinitate Chaldaeorum ostentis.*

1. Quod Ezechias divitias suas Chaldaeis jaetantibz ostentationis prodidit, et propriez perituras per prophetam audivit, significat Dei servum, qui dum virtutes vanæ gloriæ studio manifestaverit et prodiderit, mox eas perdere, et dæmones operum suorum dominos facere, sicut ille per ostentationem appetitum thesauros suos esse sub dominio Chaldaeorum fecit.

### CAPUT VIII.

*De transmigratione Israel in Babyloniam.*

4. Jam ipsa in Babyloniam transmigratio, quo etiam spiritus Dei per Jeremiam prophetam jubet ut pergant, et oreant pro eis ipsis in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum, et ædificarent domos, et novellarent vineas, et plantarent hortos, quis non agnoscat quid præfiguraverit, qui attenderit veros Israelitas, in quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum evangelico sacramento ad regnum gentium transmigrasse?

2. Unde nobis Apostolus tanquam Jeremias replicans dicit: 549 *Volo ergo primo omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones* C *pro omnibus hominibus, pro regibus, et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et charitate.* Hoc enim bonum et acceptum est: *ceram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (*1 Tim. iii*).

3. Ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domus illa pacis, basilice Christianarum congregationum, et novellatae vineæ populi fidelium, et plantati horti. Ubi etiam inter omnia olera granum illud sinapis regnat, sub cuius umbra longe latetque porrectis etiam altipeta superbia gentium, tanquam in coeli volatilibus, confugiendo requiescit.

*evangelico Grialius edidit Evangelio. Nonnulli Mss. Evangelio, omisso sacramento. AAEV.*

2. Vulgata: *Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes... regibus, et his, qui... pietate, et castitate.* Hoc enim, etc. AREV.

3. Christianarum. Grialius edidit, Christianorum; et infra altipetas pro altipetis; aut, et alii habent, appetita. Pro confugiendo, Al., confiendo. AREV.

## IN ESDRAM.

### 550 CAPUT PRIMUM.

*De LXX annis captivitatis.*

1. Jam quod post LXX annos secundum Jeremiam

CAP. I. N. 4: *Nam quod etiam, usque ad compen-* gar, verba sunt: Augst., XII contra Faust., c. 56.

prophetiam redditur ex captivitate, et templum renovatur, quis fideli Christi non intelligat post evoluta tempora quæ septenarii dierum numeri repeti-

GRIAL.

*Ibid. Grialius in textu jam quod post, in not. nam*

tione transcurrunt, etiam nobis, id est, Ecclesia Dei ad illam cœlestem Jerusalem ex hujus sæculi peregrinatione redeundum?

2. Per quem, nisi per Jesum Christum vere sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Jesus sacerdos magnus illius temporis, a quo templum ædificatum est post captivitatem? Quem propheta Zacharias vidit in sordido habitu, devictoque diabolo, qui ad ejus accusationem stabat, ablatam ei sordidam vestem, et datum indumentum honoris et gloriæ; sicut corpus Jesu Christi, quod est Ecclesia, adversario in fine temporum per judicium superato, a luctu peregrinationis in gloriam sempiternæ salutis assumitur.

3. Quod etiam in psalmo dedicationis domus aperiissime canitur: *Convertisti luctum meum in gaudium Bænihi, concidisti saccum meum, et accinxisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, et non compungar* (*Psal. xxix.*).

#### CAPUT II.

*De vasis Domini in Babyloniam deportatis.*

1. Quod autem vasa Domini sacrificiis, vel sacramentis mysticis deputata, rex quandam Babylonius de Jerusalem abstulisse, **551** pariterque cum captivis abduxisse, et suis usibus deputasse legitur, miserante autem Deo, post solutam captivitatem vasa illa relata sunt non confracta, et divino rursum

*quod etiam post. Alii, jam quod etiam post. Pro Jere-* C *mie ali habent Esdræ. AREV.*

2. Alii, *Christum verum sacerdotem. Et mox, stabat ablata ei sordida ueste datum. AREV.*

3. Alii: *Cantem tibi gloriam meam. AREV.*

A cultui mancipata, rex Babylonius diabolus est, qui fidelium populum errorum captivitate vincit de Jerusalem, id est, Ecclesiam, in Babyloniam, id est, confusione hæreticæ pravitatis, abduxit.

2. Sed et partem vasorum, id est, sacramentorum simul cum captivis asportavit. Nam vasa sacramentorum ipsa sacramenta significant, per quæ divini cultus perfectio adimpletur. Detulerunt namque ex eis nonnulla secum hæretici. In primo nomen ipsum Christi, quo se Christianos utique dicunt, asportaverunt legem, Evangelium, Apostolum, psalterium, baptismum, amen, alleluia.

#### CAPUT III.

*De reditu populi in Jerusalem.*

1. Cum autem respectu Dei, ignorantiae confusionem relictæ, populus ad Jerusalem, id est, visionem pacis, quæ est Ecclesia Dei vivi, duce Domino, redire festinat, hæc vasa, id est, sacramenta, secum deferens, non immutat, sed reportat utique integra; nec confringit, quasi in melius renovanda; sed ea templo restituit, usibusque divinis accommodat.

2. Ita ut ea secum non perdiat, sed etiam apud impios servata fuisse, plebs restituta congaudeat. Nec delemus Evangelium, nec oblitteramus Apostolum, amen quoque et alleluia non communiamus, baptisma non iteramus.

*Cap. II. N. 2. Alii, quo et Christiani utique dicuntur. AREV.*

*Cap. III. N. 1. Relicta. Al., relictus, ut intelligatur relictus populus. AREV.*

## DE MACHABÆIS.

**552** 1. De Machabæis autem quid fratribus loquar, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt? Mater pia cum diversis suppliciis urgeretur, non solum non flevit, sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

2. Sic et mater Ecclesia gaudet, alque in martyribus suis collætatur, majoremque gloriam per martyria filiorum consequitur, dum eos per septiformem Spiritum superasse diabolum gratulatur. Quis poterit omnia quæ illis veteribus legis et prophetarum libris figuratae annuntiantur, quantilibet brevitate perstringere? Nisi quis forte putat ingenio fieri, ut ea

1. *Quid fratribus loquar? Al., fratribus quid eloquamur? AREV.*

2. *Quis poterit omnia, usque ad figuræ nostræ fuerunt, ex eod. lib., c. 37. GRAL.*

3. *Qui se Christianos. Alii, qui Christiani, quod*

D quæ rerum ordine per sua tempora cucurrerunt ad mysticas significaciones interpretando vertantur. Hoc forte Judæi possunt dicere, sive Pagani.

3. Eis autem qui se Christianos esse volunt premit cervicem apostolica auctoritas, dicens: *Omnia hoc in figura contingebant illis (I. Cor. x); et hæc omnia figuræ nostræ fuerunt, in quos finis sæculorum omnium venit, suntque universa mysteria consummata per Dominum nostrum Jesum Christum, cui laus est, et honor, et gloria, regnum et potestas cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.*

clarior est. Codex Florentinus in-folio, quo saepè usus sum, exhibet in fine notam, qua asseritur descriptum eum fuisse *ex exemplaribus satis fidis Mathias regis Hungariae*. Quo ejus præmium commendatur. AREV.

## APPENDIX AD LIBROS REGUM.

### 553 De unitate fidei, et charitate, quæ plenitudo legis est.

4. Quid vir unus? Non solum ille unus dicitur, sed omnes competentes unus dicuntur. Unam sapientiam omnes habentes unum Christum Jesum confitentur; in uno spiritu Dei replentur; inde dicit Apostolus: *Omnes quidem currunt, sed unus accipit palmarum* (*I Cor. ix, 24*).

2. Unusquisque insipientium non est unus, sed multi, quia per Scripturam insipientis, sicut luna mutatur. Luna cum videatur una esse per substantiam, per mutationem dierum semper a semetipsa alia est, et diversa; sic peccatores, qui mutantur semper scientia, et cupiunt diversa.

3. Unus autem dicitur Deus, non de numero, sed quia nunquam a semetipso alter efficitur. Ideo nunquam mutatur, ut est: *Tu autem idem ipse es, et antea tu non deficient* (*Psal. ci, 28*).

4. *De monte Ephraim.* Id est, non de vallibus, neque de campis, non de collibus. *De monte Ephraim*, qui interpretatur *fructificatio*; id est ergo, de monte frugifero, Dominus inquit: *Dominus montium*, non convallium.

5. Elcana interpretatur *possessio Dei est*. Vir ille habuit duas uxores: prima nobilior Anna sterilis erat, ut fuit prima uxor sterilis Abrahæ Sarra nobilior; secunda Ægyptia Agar ignobilior fuit. Et effectus est: Abraham pater de ignobili, sic tamen post de nobili conjugé pater.

6. Ita Elcana, qui *possessio Dei*, prius de secunda uxore efficiunt pater, quia clauserat Deus vulvam ejus Annæ, ut prius vulvam Sarræ. Post partum Phenennæ aperuit Deus vulvam Annæ. Phenenna interpretatur *conversio*, Anna *gratia* interpretatur.

7. Qui vult effici *possessio Dei* ducat has duas uxores, et jungat sibi primum eam quæ nobilior est, gratiam; hæc enim prima per fidem conjungitur, ut Apostolus ait: *Gratia enim Dei salvati estis per fidem* (*Ephes. ii, 8*). Secundæ conjungitur Phenennæ, id est, conversioni, quia post gratiam credulitatis morum emendatio fit.

8. Prima filios nobis generat Phenenna, quia primos nobis fructus proferimus. **554** Et nisi convertantur a malo, non poterimus effici patres de Anna. Phenenna filios habet, sed qui non assistunt; nec tamen inanæ, nam de sacrificiis divinis edunt.

9. Unusquisque ergo, qui convertitur a peccato, ex conversione generat opera iustitiae. Et postea excitata Anna per zelum bonum precem fundit Dominum, ut ipsa filios generet, qui assistant Deo, hoc est, filios gratiae, qui Deo vident. In Evangelio hujus historiæ forma ostenditur.

10. Videlicet Martha satagit circa frequens ministerium: explet opera conversationis, et per hæc velut filios conversationis generat. Et Maria sedens

**A** secus pedes verbi Domini, optimam partem dicitur elegisse, et intelligitur velut gratia gemina procedere.

11. Sic Anna generat filium Samuel, qui Deo assistit, de quo dicitur: *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus* (*Psalm. xcvi, 6*); quod interpretatur: *Ubi ipse Deus*. Ubi enim spiritus gratiae, ibi dicitur Deus, ut Paulus dicit. Et cadens in faciem adoravit Deum dicens: *Vere Deus in vobis est*.

12. Nisi praecedant opera conversionis, non possumus dona spiritus generare in Silo. *Silum* nomen loci, in quo offerebant sacrificia, priusquam templum ædificaretur in Jerusalem, et purgatio liebat peccatorum. Silum interpretatur evulsio, sive excalceatio, id est, calceamenti resolutio. Locus autem, in quo purgantur peccata, evulsio nominatur, ubi evellitur cor lapideum; et excalceatio, quia omnes, donec ad locum veniamus sanctum, calceati sumus; cum autem perveniamus ad eum, discalecari juberemur.

13. Ut Moysi dicitur: *Solve corrigiam calceamenti tui, locus enim in quo stas terra sancta est* (*Exod. iii, 5*), ut indicia mortalitatis abiceret, quæ in calceamentis pellicis designantur. Unde Salvator dicit: *Neque calceamenta in pedibus vestris*, quippe qui illam viam incederent. Qui dicit: *Ego sum via, et veritas, et vita*. Nemo enim viam cum indicio mortalitatis incedit.

14. Silum, ubi est Heli, vir minus laudabilis; pro peccato enim retrorsum corrueens expiravit. Si quis retrorsum convertitur a fide, et veritate, necesse est ut cedat, et continuo moriatur.

15. Heli interpretatur *extraneus*; extraneus quippe a Deo, qui non tenet disciplinam, et filium non cogitat, non corripit, aut enindat, qui indulget vitiis. Filius Heli Ophui interpretatur *excelsus conversionis*, quia longe efficitur ab emundatione, hæc convertit ad Dominum.

16. Duos Phinees novimus in Scriptura, illum justum filium Aaron, **555** et injustum filium Heli. significatur Phinees *oris obturatio* et *ori parcens*. Sunt in sacerdotibus hodie uterque: qui parcit ori suo, et omnis sermo malus in sacerdote non procedit, Phinei filio Aaron comparatur. Comparantur filio Heli hi sacerdotes qui obturatum os habent, sive imperitia, vel vicio, sive conscientia peccatorum.

17. *Donec amoveret eum a lacte.* De rationali lacte Anna Samuel depellitur, quia qui Deo offertur, offerri ante non potuit, quam depellereetur a lacte; quandiu puer est sensibus, Paulus dicit: *Lac vobis potum dedi, non escam*.

18. Omnis qui primo ab heresi ad fidem vertitur, a lacte alitur: alienus est sermo iustitiae, et non habet sensus ad discretionem boni et mali. Parvulus non potest ascendere ad templum Dei, et ad mini-

**D** 4. Fragmentum hoc, ut dixi in Isidorianis, cap.

102, n. 25, in Codice Vatic. Palat. 276, commentario Isidori in lib. quartum Regum annexum est eodem contextu. Quamvis titulus sit *De unitate fidei*, etc., re tamen vera est expositio quorumdam locorum librorum Regum, et a primo libro, cap. 1, initium ducit, scilicet: *Fuit vir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim*, etc. Pro competentes fortasse legendum competenter, etsi illico negatur insipientes esse unum.

2. In Ms. est *cum* videtur. Insipientes multi dicuntur, quia stultorum infinitus est numerus, et hoc sensu nonnulli intelligent quod dicitur, multi multa loquuntur, quia stulti sunt loquaces.

3. Forte, ut est scriptum: *Tu autem, etc.*

8. In Ms. *Phenennæ filios habuit.*

9. In Ms. erat vacat.

10. Pro conversationis praestiterit legere conversationis. Mendosum videtur gratia gemina.

13. Ms. incederat. Forte incedebant. Hæc et seqq. pertinent etiam ad cap. n lib. I Regum. In Vulgata, loc. cit. Exod., est: *Solve calceamentum de pedibus tuis.*

15. Forte, *filium non castigat... longe efficitur ab emendatione.*

16. Forte, ut omnis sermo malus in sacerdote non procedat.

18. Forte, alienus est a sermone iustitiae.

steria sacerdotum interesse; sed nec mater ejus A ascendit, cum posset ascendere; gratia enim est ma- ter ejus, quæ servat eum, et enuit.

19. Et oravit Anna, et dixit: Non inventur orare, nisi per duas verba tantum, et dicit: *Lentata sum in salutari tuo. Si alius est: Quia non est Deus propter te.* Apostolus autem dicit: *Orate sine intermissione* (I Thess. v. 17).

20. Ia, qui in divino versatur officio, omnia gesta ejus, dieque ad orationem repulamus, quia justus sum in intermissione quia justa sunt agit. Propter hoc sine intermissione justus orabit. Et in Psalmis dicit: *Elevatio manum meam ad sacrificium vesperinum* (Psalm. cxl.).

21. Elevat manus actus suos. Alter, Moysæ elevante manu, vincebat Israël, demittebat vero, vinciebat Amalech, quia donec manus elevat actus suus ad Dominum, vincit plebs Dei; cum autem deuaserit actus suos, vincit Amalech inimicus Dei.

22. Autem inquit: *Exultavi cor meum. Necessaria addidit, in Domino. Ut Paulus dixit: Gaudete in Domino* (Philipp. iv. 4). Quia potest quis gaudere in carnis. Cum me homines laudent, nec in Domino gaudeo; si gaudeo, pungar.

23. Propter verbum Domini cornua justorum. Id vel dicentes: *In tua iniuria nostra ventilabimus cornu* (Psalm. xlvi, 6). In Greco letta testio. Quia ergo cornu petimus, vel cornu ventilabimus. Cornua justi, quia de cruci Christi apicibus justis conferuntur.

24. In his destruimus adversarias potestes de apensa nostra. Deinde plantatur in nobis vita. Dilatatum est os meum, id est, per meditationem verbi Dei ad elevationem cordis veniamus, etiam Apostolus dicens: *Os meum dilatatum est ad vos, o Corinthis* (II Cor. vi, 11). Ex altitudine enim cordis ori sapientie ministratur.

25. Quia dilatatus sum in salutari tuo, id est, si latitans fuero in salutare Domini, tunc dilatatum est os meum. Non est sanctus, sicut Deus. Distinctione unica: non dixit, nisi Dominus, sed natus est, sicut Dominus. Non est Deus, prout te, id est, nihil corrum quae sunt naturaliter. Qui solus es; cuius, quod es, a nullo datum est. Nam et umbra 558 ad compensationem corporis tuae est, et summus ad campagationem ipsius non es.

26. Nolite multiplicare loqui excelsa. Ut Salomon dicit: *Altiora te ne quassiveris* (Ecclesi. vii, 22). De quibus praesertim hinc hanc intelligere: *Nolite multiplicare loqui, nisi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, ut plenius manifestetur fiat, quod loquuntur?* Post haec tria nihil loqueris.

27. Non exeat iumentarium de ore vestro, ut Apostolus ait: *Quis me liberabit de corpore mortis huius* (Roma. viii, 24) et Alter: *Angelus Satanæ, qui me colapxit* (II Cor. xi, 7). Id est, non magna de me ipso loquar. Non exeat magniloquium de ore vestro. Non dectives cor meum in verba malitia ad excusandas accusationes in peccatis (Psalm. cxi, 4).

28. Et Salomon dicit: *Vacaciones querit piger, et dicit: Leo foris. Item dicit: Diabolus subeantabit me, ut mulier me seducat* (Proverb. xviii, 4; xxii, 15). Justus primus accusator sui est, Injustus non est sui accusator, sed aliorum. Donec quis peccat, neque justus est, nec accusator sui. Non enim qui agit accusat.

29. Arcus potentium infirmatus. Si induitus sis ar-

22. Forte: *Si gaudeo, et non in Domino gaudeo, pungar.*

24. Vulgata: *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est.*

26. In Vulgata: *Nolite multiplicare loqui sublimia.*

28. Cap. xviii Proverb.: *Occasiones querit, qui vult recedere ab amico.* Et cap. xxii: *Dicit piger: Leo est foris. In Ms. fortasse deget aliquid.*

30. Pro sustinuisse malleum substituisse, seu adhucuisse. Verum non satis hoc coherent cum exposi-

A mis Dei, scuta fidei, et gales salutis, et gladio spiritus, arcus potentium munimentis talibus firmabitur. Et infirmi accincti sunt robore, ut est: *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia* (I Cor. xii, 8).

30. Infirmus populus est gentilis, qui alienus a Testamento Dei adeptus est fortitudinem, ut Prophetæ dicit: *Fortitudo mea et laudatio mea Dominus* (Psalm. cxvii, 44); id est, fortitudo ipse Christus est. Usque steriles mater nostra est Ecclesia. Et hec perperit septem, id est, septuaginta numerum.

31. Et caro mea habens plurimos fructus carnis, fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idolatriam, veneficia, contentiones, amictus, incitationes, dissensiones. Sterilis, id est, anime; nam aliquando non afferebit fructus justitiae; nec per fidem Christi repleta est spiritus sapientia, et intellectus, et consilii, et fortitudinis, et scientiae, et pie- tatis, et timoris Dei.

32. *Bona mortificat, et vivificat.* Mortificat me, cum esse mortuus peccato-, et nunc vivificat me, cum me facit vivere Deo. Verus David, servans oves patriæ sui, apprehendit leonem, et interficit. Thesus predicit est: *Ipsa David, quando filius persecutus erit.*

33. Hoc factum legimus in libris Regum, item non dilectum inique, sed humiliatum pie, accepisse a Domino disciplinam, susinuisse medicinam, non retributionem iniquitati. Ille David laudabilis, sed alius David fortis manu Dominus Jesus Christus.

34. Præterita enim illa facta figura futurorum erat. Agnoscamus quemadmodum et Christianum filium sumus persequebatur. Habet Christus filios, 557 de quibus dicebat: Non jejunant filii sponsi, quoniam cum illis est sponsa. Inter hos fuit persecutor Judas.

#### *De proximi vel defuncti fratris copulu.*

35. Ex logo proximo defuncti vel fratri copulo deferebatur ejus uxoris, ut semen fratris vel proximi suscitaret. Hoc est quod Ruth, licet ipso alienigena, tamquam uxori habebat in Judæa, qui retinuerat superstitiem proximum, cum colligente monopoliis suis mensis, quibus alevet socrum, Buz videt, et amovit.

36. Non aliter eam acceptit uxorem, nisi calceamentum ejus ante solvisset, cum uxor debet ob ex lege. Mysteria simplices, sed alia mysteria; atque enim generebatur, atque figurabatur. Designabatur enim futuræ ex Judæis Christianæ, qui proximi sui, hoc est, populi mortui semini doctrinae ecclesiastice sentire resuscitaret.

37. Cui calceamentum nuptiale Ecclesiæ copulanda prescripta legi spirituella deferent? Non Mosis sponsus. Hic enim dicitur: *Solus calceamentum; ne ex similitudine nominis sponsus Ecclesiæ credetur.* Non aliud sponsus, sed solus Christus erat, de quo dixit Joannes: *Qui habet sponsam, sponson est* (Ioan. iii, 29).

38. Huius igitur calceamentum solvit; hec solvi non potest, sicut Joannes: *Non sum diuinus, inquit, solvere corrigam et reliqua.* Solus ergo sponsus Christus est: cui illa veniens ex gentibus sponsa ante inops, atque jejuna, sed iam Christi messis dives, innubaque, manipulos secundæ segeis verbi reliquias gremio ligat mentis interno, ut exhaustam illam viduam morte filii atque inopem defuncti populi

tione Cantici Annæ: *Deus mortificat, etc.*

35. Hæc pertinent ad librum Ruth, qui liberum Judæum veluti appendix est, ac præfatio ad libros Regum. In Ms. est proximi supra proximo, et fratris pro fratri, et quia reliquerat, et eamque colligenter.

36. Hic erat mos antiquus in Israel, de quo cap. iv, 7, libri Ruth, ut qui juri suo cedebat solvet calceamentum suum, et daret proximo suo.

38. In Ms., innubaque, et nobis pascat.

metuens mortis pascat timore, non relinquens de-  
stitutam, et novos quievens.

39. Sicut ergo sponsus est Christus, qui nec sy-  
nagogae ipsi manipulos suos messis invideat. Ultimam  
se non ipsa excludere, habuit, quos per se colle-  
gisset, quia populus ejus mortuus est, quasi filio  
indigena defuncto per Ecclesiam manipulos, quibus  
viveret, diligebat, quos venientes in exultatione  
portabant, sicut scriptum est, *Venientes autem venient,  
et reliqua.*

40. Eleana pater venerabilis Samueoris, qui erat pos-  
sessio Dei; Eleana quippe in possessionem Dei  
transferitur; animi virtute vir dicitur, et non solus  
vir, verum etiam vir unus appellatur. Non enim in  
diversa vagabundus, velet mobilis, atque instabilis,  
serebatur, sed Armus, atque inconcessus persistens  
vel unus erat.

**B** 41. Idecirco in monte Eboraim frugifero  
meroratur, in alta solico contemplatione virtutum,  
ut a nullis subjacentibus et circumstantibus vicio-  
rum cogitationibus mentis ejus sublimitas deficeretur,  
vel unius sonderetur.

42. David cum sociis fugiens a facie Saul signabat  
Christum, qui cum apostolis principem mundi lateret,  
nisi tentum sacerdotibus, ut demonstraret sacerdo-  
talem cibam ad usum transitum esse proprietam.  
Sive quia omnes vitam sacerdotalem debeamus imi-  
tari, sive quia omnes filii Ecclesiae sacerdotes sunt,  
offerentes semetipsos Deo hostias spirituales.

43. Ergo intravit David domum sacerdos, nec  
sacerdos, periculo mortis proposito, hospitem recu-  
savit; ut sive moraliter hospitalitatis gratia libenter  
in nos aliena perfida transferamus, sive mystice  
nec presumptuosa mortis exitio Christum hospitio sus-  
cipientis excludat sacerdos.

44. Ubi Christus spiritualia nequitie manus sum-  
mens, illum Golam suis spolis armisque (spoliavit),  
ibi David panes petivit. Sed unumcepit, quia non  
quinq[ue] hibis Moysi, sed Christi corpore cibis fi-  
delibus parerat.

45. Doeg autem, camelorum infructuosi gregis  
custos, Iudea proditoris typos implet. Sed in domo  
Achimelech solus Abiathar princeps sacerdotum a  
persecutore Saul immunitus est, quia nemo potest  
bocere Christo, principi sacerdotum.

46. Quid enim? quia David, qui retribuenti mala  
non reddidit, cum Saul et Jonathas bello outumber-  
rent, Gelboe montibus maledicunt dicens: *Montes  
Gelboe, nec ros, nec pluvial veniat super nos, neque  
sunt agri primitorum, quia ibi abjectus est clypeus  
Saul, quasi non esset uncus oleo.* Quid ergo, Saul  
moriens, montes deliquerunt, quatenus in eis nec  
ros, nec pluvia caderet? Sed quia Gelboe interpreta-  
tur *de cursu*, per Saul uncium et mortuum mors  
mediatoris exprimitur; nou immerito per Gelboe  
montes superba Iudeorum corda signatur: que-  
dum in hujus mundi desideriis defluunt, in Christi,  
id est, uncii, se morte miscuerunt.

D 47. Et quod in eis unoties rex corporaliter moritur,  
ipsi ab omnibus gravis rore siecantur, de quibus et  
hunc dicitur ut agri primitorum esse non possint.  
Superbae quippe Hebreorum mentes primivos fractus  
non ferentes, quis in Redemptoris adventu ex parte  
maxima in perfidia remanentes, primordia fidei  
sequi non possint.

48. Sancta namque Ecclesia in primis multitudine

49. Hac referenda sunt ad lib. I Regum, cap. 1.

42. De fuga Davidis agitur lib. I Reg. xix. Men-  
dosus videtur hoc loco Codex, ac fortasse legendum  
prophetis pro prophetam.

44. In MSS. deerat spoliavit, aut simile aliquod ver-  
bum. Supra manus erat manuscripsit votari manu scri-  
psit. Prodihi reposui tibi, aut legead. Christi corpus.

45. Quae de Doeg, sive, ut in MSS. legitur, Doeg  
hic narratur, existat lib. I Regum, cap. xxxi. In

A gentium secunda 559 vix in mundi fine Judeos,  
quos invenerit, suscipit, extrema colligens, eos quasi  
reliquies frugem ponit; de quibus Ier. 31: *Si fuerit  
numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae  
sunt fiant (Isai. x, 22).*

49. Possunt denum idecirco Gelboe montes ex ore  
prophetarum maledici, ut dum fructus, exarescente  
terra, non oritur, possessores tamen sterilitatis  
damno ferantur, quatenus ipsi maledictionis sen-  
tentiā recipieren, quia apud se mortales regis sus-  
cipere, iniuncta sua exigente, merulissent.

50. Sic plerunque res quælibet per historiam vir-  
tus est, per significacionem culpa. Sic et aliando  
res gesta in factu causa damnationis, in scripto autem  
prophetia virtutis. Quod verum citius ostendimus, si  
David factum ad medium deducamus, in uno testi-  
monio ad utraque probando.

B 51. Quisnam autem non solum fidetsum, sed ipso-  
rum quoque infidelium, non detestatur, quod David  
in solario deambulans Bethsabee Uriæ concupiscit  
uxorem? quem tamen a præfato revertentem ire ad  
domum admonet pedes lavare. Qui protinus res-  
pondit, dicens: *Arca Dei sub petibus est, et ego in  
domo mea requiescam?*

52. Quem David ad mensam propriam suscepit,  
eique epistolas, per quas mori debeat tradidit. Cujus  
autem David in solario deambulans typum tenet,  
nisi ejus de quo scriptum est: *In sole posuit taber-  
naclum suum (Psal. xviii, 6)?* Et quid est Bethsabee  
ducere, nisi legem litterarum carnali populo conjunctam  
spirituali sibi intellectu sociare?

53. Bethsabee enim puteus septimus dicitur, quia  
nimis est per cognitum legis infusione spiritualis  
gratia perfecta nobis sapientia ministratur. Quem  
vero Urias, nisi Judaicum populum, significat? cuius  
nomen interpretatum dicitur *lux mea Dei*. Judaicus  
autem populus, quia de accepta legis scientia tolli-  
tur, quasi de Dei gloriarunt luce.

C 54. Sed hinc Urias David uxorem abstulit, sibiique  
conjunxit, quia videlicet manu fortis, qui David  
dicitur, in carne Redemptor apparet, dum de se  
spiritualiter loqui legem innovit, per hoc, quod  
juxta litteram tenebatur, hanc a Judaico populo ex-  
traneam demonstravit, sibiique coniunxit, qui se  
per illam prædicari declaravit.

55. Uriam tamen ad domum ire David admonet  
pedes lavare, quia incarnatus Dominus veniens Ju-  
daico populo præcepit ut ad conscientiam redeat,  
et sordes operum tergat, ut spiritualiter mandata  
legis intelligentia, et post tantam turritam præceptorum  
fontem baptismatis inveniens, ad aquam post labo-  
rem recurrat.

56. Sed Urias, qui arcum Dei esse sub pellibus  
meminit, respondit quod dominum suam intrare non  
possit. Ac si Iudaicus populus dicat: *Ego mandata  
Dei in sacrificiis carnalibus video, et redire ad con-  
scientiam per spiritualem intelligentiam non requireo.*  
Quasi enim arcum esse sub pellibus 560 dicit, qui  
præcepta Dei non nisi ad exhibendum ministeriu-  
s sacramenti carnalis intelligit.

57. Hunc tamen etiam redire ad domum nolentem  
David advocat. Quia quamvis Judaicus populus ad  
conscientiam reverti contemnat, tamen Redemptor  
veniens mandata spiritualia prædicat, dicens: *Si  
crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me  
enim ille scripsit (Joan. v, 46).*

D 58. Legem itaque Judaicus populus tenet, quia

Mss. scribitur Abimelech.

46. Forte, cur David? cum interrogatione. Pro  
occuparent in Ms. est accumperent.

47. Forte, sequi voluerunt.

48. Vulgata: *Si enim fuerit populus tuus Israel,  
quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo.*

51. Allegoria hæc de David, et Bersabee exposita  
etiam est in Allegoriis, num. 90, sed ita ut Urias  
typus sit diaboli.

ejus divinitatem loquitur, cui idem populus credere sed dignatur. Unde et Urias cum epistolis ad Joab, ex quibus occidi debebat, mititur, quia ideo ipse Iudaicus populus legem portat, qua convincente moriatur. Dum enim mandata legis retinens implere nititur, ipse nimis desertum judicium unde damnetur.

59. Gaza enim, et Ascalon, et Accaron diversa supplicia sustinebunt. Gaza interpretatur *fortitudo ejus*. Omnes ergo qui sibi applaudunt in fortitudine corporis, et potentia sæculari, et dicunt cum diabolo: Fortitudinem faciam, diripientur in die iræ Domini, et ad nihil redigentur.

60. Ascalon quippe, quæ (interpretatur) *pondera*, vel *ignis homicidae*, cum venerit dies iræ, sceleris sui mensuram sentiet, et eodem quo operatus est pondere deprimetur. Et quia arsit ad effundendum sanguinem, et multas scandalizavit animas, et imploatum est in ea: *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus*, non diripiatur, ut Gaza, sed in solitudinem redacta gehennæ ignibus concrenabatur usque ad pulverem.

61. Necnon et Azotus, quæ Hebraice dicitur *es David*, et in lingua nostra sonat *ignis generationis*, clara luce testabitur. Arsit enim libidine, et generationis incendio dissipata est; et quia omnes adulterantes, quasi cibanus, corda eorum, et sagittis ardentibus vulnerai sunt. Non in tenebris, non in occulto iudicio, sed in meridie, hoc est, quando sancti plenam recipient claritatem, projicientur in tenebras, et sanctorum consortium non habebunt in die iudicii.

62. Sed et Accaron, quæ interpretatur *sterilitas*, vel *eradicatio*, quia nullos fructus habuit, et perveritate doctrinæ sue eradicavit plurimos, ipsaque eradicabitur. Has omnes varietates intellige in animalium vitis atque peccatis. Et quod uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Idcirco infirmi dicunt saepè multa, quæ a fortibus dicuntur, quia ignorant quod in bubus calcitrantibus inclinata illa Testamenti arca, jamque casuram credens Levites erigere voluit, moxque sententiam damnationis accepit.

63. Quid est namque mens justi, nisi arca Testamenti? quæ gestata bubus calcitrantibus inclinatur, quia nonnunquam etiam qui bene præest, dum subjicietur, populorum confusione concitus, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permovet. Sed in hoc, quod dispensatore **561** agitur, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitis. Unde et nonnulli subditi contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed protinus ipsa vita merita deficiunt.

64. Recete Oza dicitur, qui videlicet *robustus Domini* interpretatur. Quoniam præsumptores quique, nisi audaci mente robustos se esse in Domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta velut infirma judicarent.

65. *Dabo tibi reges in furore meo*. Si ergo, irascente Deo, secundum nostra merita rectores accipimus, in illorum actione legimus, quia de sola estimatione pensamus, quamvis plerumque electi subjacent reprobis. Inde et David Saulem pertulit, quia dignus tunc fuit qui tanta præpositi asperitate premeretur.

59. In Ms., qui sibi applaudent.

60. Supplevi interpretatur, quod verbum exstat num. præc. In Ms. erat *concremetur*, et supra *concrematur*.

65. Videtur delendum de ante sola. Quæ hoc et seqq. numeris de rectoribus, sive præpositis et subditis dicuntur, uberior Isidorus pertractat lib. iii Sententiar., cap. 48 et seqq.

67. Videatur legendum a culpa alienus non fuit, vel a culpa alienos.

68. Hæc petuntur ex libro IV Regum, cap. vi.

69. Corruptum videtur *Ecce etenim Baal Bethsa-*

**A** Sic ergo, sicut merita subditorum, tribuuntur personæ regnantum, ut saepe qui videntur boni, accepto mox regimine permittentur, Scriptura dicens: *Qui cor cum dignitate mutavit*.

66. Unde scriptum est: *Ecce cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribus Israel*. Sic pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regnantum. Ut saepe pro malo gregis etiam vere boni delinquat vita pastoris. Ille enim, Deo attestante, laudatus, ille supernorum conscius David propheta, populum numerando peccavit. Et tamen vindictam populus, David peccante, suscepit.

67. Cur hoc? videlicet per meritum plebi disponitur ordo rectorum. Justus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipsa voluntate superbiens, a culpa alienus non suscipit, vindictam culpæ etiam ipse suscepit. Nam ira sæviens, quæ corporaliter populum perculit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit.

68. *Ibant autem in directum vacce per viam quæ decidunt Bethsames, pergentes, et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram*. Quid igitur vacce, nisi fidiles quoque in Ecclesia designant? Qui dum sacri eloquii præcepta considerant, quasi superimpositam Domini arcam portant.

69. De quibus hoc etiam prænotandum, quia suisette memorantur, quia sunt plerique, qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur, sed non declinant a recto itinere, qui arcam Domini portant. Ecce etenim Baal Bethsames, quippe dicit *domus solis*. Et Prophetæ ait: *Vobis autem, qui timetis nomen Domini, orientur sol justitiae* (*Malach. iv, 2*). Si igitur ad æterni solis habitationem tendimus, dignum profecto est ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus.

70. Tota enim virtute pensandum est, quod *vacce* Dei plastro suppositæ **562** pergunt, et gemunt; dant ab intimis rugitus, et tamen de itinere non declinant gressus. Sic nimis prædicatores Dei verbi, sic doctores, sic fideles quique esse intra sanctam Ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per charitatem, et tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.

71. Nix itaque nunc innocentiae uitor et gratiae, nunc hiems et frigus charitatis intelligi potest. Quod autem legimus in Regnorum libris, Banaiam quemdam de fortibus Israel descendisse in cisternam, et percussisse leonem in tempore nivis, indifferenter puto in locis illis positam nivem, quia et Christi gratia, quæ in hoc mundo resplenduit, et frigus charitatis Dei, quo refixerunt homines nivis nomine potuit Scriptura sacra significari.

72. Banaiam vero figuraliter intelligimus Salvatorem, quia juxta vim nominis sui ipse ædificator Dominus; de quo prophetæ vaticinaverat, quia per eum ædificandam Ecclesiam dixit: *Ædificans Jerusalem Dominus*. Itemque: *Ædificavit Sion*; quod verbum in factura Hevae, quæ Ecclesiae typum habuit, Scriptura propria significatione posuit, dicens: *Et ædificavit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem*. Et Paulus construi eam videns, ait: *Dei ædificatio estis*.

73. Samuel cur ter vocatur? quia et propheta mes. Pro dicit credere reponendum dicitur. Verba Malachiae in Vulgata sunt: *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae*.

74. Banaiæ factum enarratur lib. II Regum, cap. xxiii, 20 et seqq. In Ms. videtur esse quoniam inscripturn pro quo refixerunt.

72. Forte, qui per eum. In Ms., quia verbum; correxi quod verbum.

73. Ita confuso rerum et annorum ordine desinit hoc fragmentum, addita rubrica: *Incipiant capitula de libro Esdræ. De septuaginta annis captivitatis, etc., ut apud Isidorum. Sacerdotium Samue lis Isidorus*

fuit, sacerdos, et dux. David annis xl. primum ex tribu Juda regnavit. Roboam annis... Abia... Assa justus... Joram... Ochozias... Athelia... Jobas... Amasias... Azarias... Joatham... Achaz... Ezechias... Manasses... Ammon... Josias... Joas... Eliachim... Joachim... Ezechias... Astraph xv, iii

A annis, xli, vii annis, l annis, iv annis, xl annis, vi annis, xiv annis, xvi annis, xxix annis, lv annis.

## RUBRICA.

Incipiunt capitula de libro Esdrae.

De septuaginta annis captivitatis, etc.

alibi testatur; negant alii, ut dictum est in not. ad libr. Allegoriar., nunn. 86.

## VARIÆ LECTIONES.

## AD LIBRUM DIFFERENTIARUM RÉRUM.

**N**um. 1, ut in Dei; al. in *Dei*, omissio ut. Ib., intelligenter; al. intelligunt. N. 3, et color; al. et calor. N. 7, Spiritus sanctus... procedens; al. *Spiritus ex Patre, et Filio non genitus, sed procedens*. N. 9, nec genitus; alii addunt, *nec genitus, nec creatura esse videtur, sed increatus*. N. 11, relative tria; al. *relativa tria*. N. 14, gratia et veritatis; al. *gratia et veritate*. N. 30, facta, præcessit, etc.; al. *facta processit, quæ tamen res ex se facta non ceteritatem*. Ib., cantum; al. *cantu*. N. 32, receptionem; al. resurrectionem. N. 35, genus; al. *genus futuri sæculi*. N. 36, De rerum, etc.; al. om. titulos, hic, et alibi. N. 41, scripserunt; al. decreverunt. N. 43, singuli animo immortales; al. *singulari animo mortales*. Ib., impares; al. pares. Ib., ad voluntates... caduci; al. ad voluntatem *Dei vita caduci*. Ib., queruli; al. *quasi soli*. N. 53, confert decentiam; al. conferat dignosciam. N. 55, aggeribus; al. custodiaram aggeribus. Ib., aer ictus; al. *erectus*. N. 57, desfluendi; al. *desfuenti*. N. 61, partes sunt; al. arces sunt. N. 68, in circulorum, etc.; al. *in circulorum complexus ordinata sunt modo*. N. 70, admisisse; al. adivisse. N. 74, et actionem; al. et rationem, corporisque virtutem vicesimo. N. 75, quadragesimo; al. quadragesimo nono. N. 78, inducunt; al. induunt. N. 80, potestatem; al. possibilitem. Ib., pubertatem, etc.; al. *pubertatem autem egressi mox adolescentes*. N. 82, mollier; al. *mollior*. N. 83, virilitate; al. viriditate. N. 93, caro est, quæ proprie; al. *omnis caro est corpus, non omne corpus caro est, sed caro est, quia proprie*. Ib., non subjaceat; al. om. non. N. 95, sopiri; al. separari. N. 98, corporis; forte, corpori. N. 101, sive colore; al. *sine calore*. N. 103, Deus esset; al. *Deus non esset*. N. 104, dixerunt, etc.; al. dixerunt, rationabilem, per quam invisibilem rem concupiscit; trascibilem, per quam impetus iræ sunt, emenda et corrigit; concupisibilem, per quam, etc. N. 107, non concipiuntur; al. om. non. Ib., alteram propositionem destruit; al. alienæ propositioni deseruit. N. 109, procedens; al. descendens. N. 112, exaltat; al. exsultat. N. 113, lapsam; al. lassam. Ib., victores ultimo; al. *victores ultimus*. N. 115, efficiunt; al. affectum. Ib., volentem; al. *nolentem*. N. 116, peccandum; al. *prævaricandum*. N. 117, obsequientem; al. *subsequentem*. Ib., prædestinando; al. prædestinatos. N. 124, esus; al. *esca*. N. 127, omnes servos; al. *homines servos*. N. 131, transituri; al. transitoria. N. 136, ei qui; forte, *ejus qui*; vel ille qui. N. 138, destruunt; al. differunt. N. 140, speciationis; al. expectatione. Ib., cuius; al. *cuius charitati*. N. 146, ad boni; al. ad unum. N. 148, ex verbis. Sapientiam; al. *ex verbis sapientia ex sententiis; sed sapientia*. Ib., indiserta; apud Grialium indiscreta, quod mendum puto. N. 153, hac, etc.; al. *hac, ut quidam ait, sicut ferrum venenum, sic armat eloquium*. N. 156, referre; al. *deserre*, quod fortasse melius. N. 158, restinguunt; al. *restringit*. N. 160, studioque; al. studiisque boni. Ib., tenetur; al. terretur. N. 161, octo sunt; al. *septem sunt*. Ib., et harum, etc.; al. et earum regina ebrietas, et superbia. N. 165, dum quemlibet; al. dum quia non libet. N. 168, genus eorum; al. *genus superbie est eorum*. Ib., observatione;

al. *conversatione*. N. 169, reprimunt; al. *respuunt*. N. 170, et pereat. Jam superbiam; al. et per avaritiam. Superbiam.

## AD ALLEGORIAS.

**B** Num. 1, obteguntur; al. leguntur. Ib., annotata; al. mutata. Ib., brevis, etc., al. breviter stylo scribendi decrevi. N. 2, in ratione; al. in oratione. N. 5, pastor ovium; al. pastor, et rector fidelium. N. 6, æstate; al. fratre. N. 9, spe invocavit; al. primus cœpit invocare. N. 17, altitudinem; al. capita. N. 33, opera pariunt. Sic legendum. Grialius, opere pereunt; al. opere pariuntur. N. 36, stabili; al. stabiliores. N. 38, somno; al. somno quievit. N. 55, consolandi studium; al. consulendi negotium. N. 69, quem Christus, etc.; al. quem cum peccato dies judicij invenerit. N. 70, qui Israeliticum, etc.; al. a quibus *Israeliticus populus colligatur, ne cum gratia confiderent*. N. 80, reperti; al. præcepti. N. 81, Dalila. Grialius mendose, *Dalida*. N. 87, sacerdotes; al. sacerdotis, quod non displicet. N. 88, æmulationem; al. *imaginem*. N. 94, elevationis; al. elationis. N. 95, ita Christus... assumptus est; al. ita Christus carnem suam, in qua natus est, et passus, et resurrexit, assumpsit. N. 99, auctoritatem; al. austeritatem. N. 104, acquirendam; al. exsequandam. N. 110, in otio; al. in vita. N. 113, in gentibus; al. in cantibus. N. 116, constitutus; al. elevatus. N. 120, patet ingressus; al. fuit regressus, vel suisse regressus comprobatur. N. 123, Judaicæ hirundines; al. *Judaici passeræ*. Ib., dum eos... obsecrant; al. dum ejus luminis sacramentum male obscurant. N. 127, devictam; al. devinctam. N. 131, comparat; al. orsus. N. 137, peragit; al. spargitur. N. 159, parit; al. parturit. N. 142, populos... cognituros; al. populos, qui fidei luce cognita prædicaverunt. N. 151, detraxit; al. detrusit; forte, retraxit. N. 160, laborabat, figuram; al. add. laborabat, et curata est, filia quidem archisynagogi *Judeorum typum tenuit, hæc autem, quæ profluvio sanguinis laborabat, et curata est, figuram*. N. 170, recreatur; al. sanatur. N. 174, a diaboli laqueis abstractam; al. diaboli laqueis astrictam. N. 175, preceptorum, sed sicut; al. preceptorum sunt fenerati, sed tamen. N. 182, venerunt; al. convertuntur. N. 183, emundat; al. emendat. Ib., exercuit; al. expressit. N. 188, perdit; al. perdet; forte, perdidit. N. 189, vocaverunt; al. provocaverunt, vel prædicaverunt. N. 191, homo autem, etc.; al. hominem autem non habentem. Quod sustineri potest, ut urbem quam statuo, vesra est. Nun. 196, discedunt; al. decidunt. N. 200, eaque morali; al. atque moraliter. Grialius edidit ea quæ mortali. N. 202, corporis acceptos; al. operis accipiturn. N. 209, postulabat ab amico; al. postulat amicum. N. 210, auferrunt; al. repetunt. Sic Vulgata, Luc. xii, 20. N. 211, humanum... schismatis; al. humanam fidem, et religionem invicem separatum in dissensionem schismatis. N. 213, humilitatis; al. per gratiam humilitatis. Ib., commutabitur; al. renovabitur. N. 214, curata: al. erecta est. Ib., quibus... accipimus; al. quibus curata erat, erigitur, accipiens. N. 216, conversione; al. confessione. N. 221, ad sacerdotes; al. ad sacramentum. Ib., varietate; al. vanitate. N. 229, accepta gratia; al. acceptam gratiam. Scilicet utor cum accusativo, ut

alibi. N. 231, quod laboravit; al. qui inde plus labo-  
ravit. N. 233, mutatur; al. misit. N. 234, per Jesum  
deductum; al. per *Jesum* *Evangelio* priori de *Egypto*  
inductum. N. 239, angelus; al. *piscina illa*. N. 240,  
vitiatum; al. *venundatum*. N. 241, quadriduanum; al.  
triduanum. Ib., propago mortis; al. pro *plaga mortis*.  
Ib., contemptus; al. *tempus*. N. 242, servus; al. si-  
milis. N. 244, Barabbas; Cod. Flor. *Barabbas* cum  
hac nota: « Si legitur per duo rr interpretatur filius  
magistri, quia rabbi dicitur magister; si vero per  
unum r, interpretatur filius patris, quia Hebraice  
barabas dicitur pater. » N. 246, peregrinus; al. du-  
ctor. N. 250, per quam; al. in qua.

## DE ORTU ET OBITU PATRUM.

Num. 1, sententiali brevitate; al. *sententia*, et  
libri novitate. Ib., notata; al. *sociata*. Ib., leguntur;  
al. leguntur, qui in *Scriptura laudibus praefuerunt*. N. 2,  
dominandi; al. *dominatus*. N. 3, florentis; al. *fluentis*.  
Ib., secunda... vere; al. *secundabatur perpetuo virore*.  
N. 4, exsulet, etc.; al. *expulsam se e paradise gauditis*  
*mortisque labore subactam ingenuit*. N. 6, non silens;  
al. *nobilis*. N. 7, angustias; al. *insaniam*. Ib., con-  
tractibus; al. contactibus, quod geminum puto pro  
contagionibus. Ib., expulsus; al. *exclusus*; scilicet in  
iisque habitationem beatæ vitæ. Ib., restituet, etc.;  
al. *restiturus cum Elia ad mortalis vitæ conditionem*;  
quod verum arbitror, ut restiturus sit pro restituendus  
more Iidoriano. Num. 8, iste jussus; al. iste justus.  
Ib., nec horruit; al. nec horruit turbulentum diluvii  
fletum. N. 9, edocetur; al. educitur. Ib., ac latus;  
al. electusque; al. electisque. Forte, *electasque*. N. 10,  
versis; al. *aversis*. N. 11, vere; al. *jure*. N. 12, Isaac  
annum; al. *Abrahæ annum*. N. 13, peregrinatione;  
al. peregrinis. Ib., *victoria*; al. *victoria preda*. Num.  
14, in mysterio veneraretur; al. in ministerio de-  
monstrare. Ib., genere; al. *germine*. Ib., devotus; al.  
dilectus. N. 13, septimo; al. sexto. Ib., marmore; al.  
marmore, et opere elegantissimo. N. 15, qui fuit amici-  
cus Abrahæ; al. que fuit curia Abrahæ. Ib., *venera-*  
*tione*; al. *consecratione*; vel *sacratione*; vel *sacramentis*.  
N. 17, amorem; al. timorem. N. 18, et innocentem  
habitans domum; al. et innocentem abiciens domum,  
qui peregre prospectus, dum consortium exigeret (sorte,  
effugeret) hominum, constitutum meruit angelorum. *Hic*  
autem; al. innocentem habitans domum, nec hispidus,  
ut frater, nec sanguinarius, ut Edon. *Hic autem*. Ib.,  
pertulit; al. precipuit. Ib., dum consortium; al. dum  
consortium, ut accusativus sit pro ablativo. Num. 19,  
cum patribus suis; al. cum patribus suis, et a filiis  
reductus est in terram Chanaan, et sepultus iuxta pa-  
trem. N. 21, possessionis; al. *successionis*. N. 22,  
sit... futuro; al. fit interpretatione sapientis in concilio  
futuro. Ib., ad reddendam, etc.; al. ad reddenda bona  
pro malis, et ad retributionem gratiae. Ib., fame de-  
pulsa necessitatibus; al. famis depulsa necessitate. N.  
23, centum, et decem annis; al. cxx annis. Ib., quam  
nunc, etc.; al. que nunc tam *Latine*, quam *Græce* *Si-*  
*chima* vocatur. Num. 25, primogenitus; al. primitivus.  
N. 27, junctas; al. *unctus*. Ib., sortibus; al. *sceptris*;  
vel *sceptis*. N. 29, de benedictionibus, etc.; al. de  
benedictionibus *fructus donans*, porrigens regibus.  
N. 31, pro fratribus; al. pro *filiis Israël*. Ib., hostes  
gentesque; al. hostes gentis. N. 32, repletus deliciis  
principes; al. repletus deliciis principum. N. 33, abun-  
dans; al. abundantior. N. 34, escaes principibus; al.  
suo mystico robore possidet tribuens principibus. N. 36,  
una cum Joseph, etc.; al. una cum fratre possedit  
Joseph tribum. Num. 37, clarus; al. stabilis. Ib., ex-  
templo; al. exemplo. Ib., fidei lorica armatur; al.  
fidei religionis armans. Ib., doluit; al. non doluit.  
Ib., inter supplicia; al. super dira supplicia. Ib., male  
studenter; al. malesudam. Ib., duplēcēm claritatem;  
al. multiplici claritate. N. 38, in accentu; al. in ac-  
cinctu. Ib., quadrangula; al. septuaginta; al. septua-  
ginta octo. Ib., quadrangula octo; al. sexaginta qua-  
tuor. Ib., notatur; al. notatur, inquiens: *Amram*

A mater, cuius *suit Tocabet, ex tribu*. N. 39, firmaret;  
al. formaret. Ib., insinuatam; al. in situ; vel in si-  
num positam. Ib., caloris; al. coloris. Ib., exquirendo;  
al. exsequendo. Ib., interposuit; al. interposuit irasci-  
enti, conculentique opposuit modum irascendi. Num.  
40, oppugnatores Israel; al. oppugnatū *Israel*; vel  
oppugnatores sine *Israel*. Ib., corumque; al. ad ultimum.  
N. 42, pertulit; al. adimplevit. N. 43, non contigit;  
al. omni non. Ib., superavit; al. separavit. Ib., Neho;  
al. Thabor. N. 45, Moysi; al. *Moyai uterinus*. Ib.;  
electa; al. *electa*. N. 46, qua percusa Moyses; al.  
qua peroussa a *Moysē*. N. 47, expediret victoriam;  
al. *expediret* *victoria*. Ib., resistere. al. stare; vel  
sistere. Ib., inexpugnables; al. inestimabiles. N. 49,  
percussit; al. percutit; vel transficit. Ib., præsum-  
que... ineruit; al. primum *eternæ memorie nomen*  
*Israel* meruit. Ib., placavit; al. accepit. Num. 50, ex-  
plorans; al. exploratus. N. 51, Galaadites; al. *filii*  
meretricis mulieris *Galaaditis*; al. *ortus ex tribu Gad*.  
Ib., exsuperans; al. *spornens*. N. 52, rugientes; al.  
fugientem. Ib., mortui; al. leonis mortui. Ib., viuens;  
al. *juncis*. Ib., rescissis; al. resinctis. N. 53, viginti;  
al. xxii. N. 54, communeras Moysi; al. cognominatus  
cuni *Moysē*. N. 55, in Bethlehem; al. secus Beth-  
leem. N. 57, innocuum non tantum; al. non nocit,  
nec tantum. Ib., quadragesimo; al. quadragesimo,  
atque tercio. N. 58, in Hebron; al. contra Hebron.  
Num. 59, dispositionem; al. disputationem. Ib., cogi-  
tationes; al. iras bestiarum, et cogitationes. N. 61,  
Elias; al. Elias, qui interpretatur dominus Deus. Ib.,  
disciplinæ structus in sancta; al. districtus in disci-  
plina sancus. N. 62, vel qui cum eo; al. si Enoch,  
qui cum ipso. Ib., jacebunt; al. ubi diebus, et sea  
horis jacebunt. N. 63, suscitati; al. suscitata. Id est,  
cadavera. N. 65, personavit; al. personus. N. 66,  
vasculo; al. solis vasculo. Ib., iniquitantes sibi; al.  
insultantes se. Ib., plebe relecta; al. ubertata facie.  
Num. 67, lavacro; al. *rapha* *lauacio*. Ib., missus;  
al. missus resistit. Ib., fecit; al. cepit. Ib., pre-  
dictum; al. predicavit. N. 68, cadaveri. Sie Mass. Gria-  
lius, *cadaveria*. Ib., satis dignum, etc.; al. satis dignus  
mortuus est, sepultusque in Samaria digna habita non  
narratio. N. 69, ex numero; al. ex genere. Ib., que-  
que... abjecta; al. quamque... abiit; al. sorte, abjecta.  
et N. 70, tempestatis; al. potestates. N. 71, ascer-  
dente; al. recedente; vel redientem, pro reden-  
tem. Ib., descedere; al. ascendere. Ib., secuit; al.  
serra, secuit. Cod. Florent. sancti Marci sic exhibet  
hanc periodum: *Ultimo a Manasse genero suo a ver-*  
*tice per medium sactus sic peribolus occidens*. Num. 72,  
non poteris, etc.; al. nam potest videre faciem meam,  
et uelut. Ib., narraverat al. nouerat. Ib., ex media,  
etc.; al. ex medium tantum ejus uidiisse speciem,  
omissis propheta scribat. Pro medium, al. nudam. Ib.,  
exposuerat; al. operuerat. N. 74, colunt, etc.; al.  
colerunt, cuius sepulcrum insigni cultura hactenus  
uidam *Egypti* venerantur. N. 76, Chaldæorum; al.  
Chaldæorum sacerdotum. Ib., *Juda* poet; al. *Juda* *filio*  
*Jonas* post. Ib., iostantia; al. *consentia*. N. 77, gen-  
tis; al. parentis. Ib., mercidacionis; al. *judicium*. Ib.,  
aspirationis; al. inspirationis. Num. 78, subvertit; al.  
cum Cyro destruxit. Ib., montes a Bore; al. mon-  
tis arbores. Ib., ad partem, etc.; al. ad Partianum  
non destruxit. N. 79, efficerit; al. efficerit. Et ita  
accidit. N. 80; hic fuit, etc.; al. *filius Phatuel* de  
tribu. N. 81, ruborum mora distingens; al. *sycomorus*  
vellicans; vel roborum mora distribuens. Ib., ad  
Australi plaga; al. ab australi plaga. Ib., occisi;  
al. in eremo. Ib., usque ad mare, etc.; Cod. Alton.  
usque mari Rubrum, atque a mari Rubro usque ad In-  
dorum fines. Num. 83, prophetavit; al. prophetarum  
annis quinque. N. 84, de Golb, que est in Opfer; al.  
de Geth civitate. Ib., sed magister; al. sed sors. N. 85,  
in poenitentia; al. in presentia. Ib., et satuit; al. et  
salutem. Ib., umbraculo; al. *umbram*. N. 86, ma-  
gno projectus; al. *valde porrecto jacante*. N. 92,

aggressionem; al. regressionem. Ib., predicebat; al. A prædicabat. N. 93, esset; al. esset. Ib., prævaricans; ad. prædicens. N. 94, genitus; al. gentium alienigenarum. Num. 95, sepultusque, etc.; al. sepultusque est in Bethel, et propheta ille, qui. N. 97, sacerdos, qui, etc., al. sacerdotis cxxi annos agens, congratulatus... populus... extinctus est. N. 98, tunc; al. exortatus lumen inservit. N. 99, immotus; al. immotus. N. 100, restituatur; al. exsuffixerunt quaque remittunt fragilitate intendit. N. 101, tecum Jerusalenum; al. fecit templum in Jeruzalem. N. 102, ius quoque sacerdotum; al. ejusque sacerdotes. Num. 103, Simeon; al. Simeon, quod verum puto, ut Simeon sit velut indeclinabile. N. 104, cruci tradidens; al. trucidans. N. 104, vita; al. mortuus. Quod vero displaceat. Ib., principem; al. principem verum. N. 108, rex Verbi; al. rex Verbi. N. 109, Herodi prohiberet; al. Herodem prohiberet. Ib., pteindum; al. promissum. N. 110, sermone; al. nomine. N. 111, clara stirps; al. clara ex stirpe; Cod. Verou, stella clara, sermone Syro Domina, stirps David. N. 112, crudeli necis; al. corporalis necis. Ib., pertransibit; al. pertransiet. Ib., an pro verbo, etc.; al. an per verbum validum, et acutum omni. Ib., reperitur; al. nec reperitur. N. 113, Petrus; al. Petrus obediens, vel agnoscens. Ib., principatus, et caput; al. firmamentum. N. 115; harum virtutum signis; al. his virtutibus magnus. Ib., mortuos animavit; al. infirmos sanos. Ib., referavit. al. redintegravit. N. 116, fiduciam. H. sicut. Num. 117, sexto; al. septimo. Ib., deorum vero capite. Ib., crucifixus est; al. add. eo die, quo et Paulus apostolus decollatus est. Ib., tertio... plagam; Cod. Palat. om. N. 118, ovis; al. uirum. Ib., Tharsus; al. Judæa. Ib., gentes; al. gentes destruxit. N. 119, verbi; al. verbi Dei. N. 121, Pythonis, etc.; al. Pythonis discendere impetravit, ut discenderet summum. N. 122, nuditatem, etc.; al. nuditatem, die ac nocte profundi mari naufragii, mille pertuta seruorum, verbera, etc. N. 123, sexto; al. septimo. Ib., occidentalem; al. orientalem. N. 124, decors; al. viriles, ut decors. Ib., Patris; al. Patris, scilicet, ut indeclinabile. Num. 125, Jacobus; al. Jacobus, qui interpretatur suppluator. Ib., in Marmarica; al. in Achaea Marmarica; vel in Marmarica Achaea. Vide Iasidoriana, cap. 61. N. 126, Joannes; al. Joannes qui interpretatur gratia. N. 127, metallo; al. exilio. N. 128, fuit; Cod. Phil. sech. Ib., littoreaque... fragmina; al. littoreaque saza in gemmarum fragmina. N. 129, sexagesimo septimo; al. LXXVII, vel LXXVIII. Ib., velutatis; al. velusto; forie, retustus. N. 131, Philippus; al. Philippus, qui interpretatur os. Ib., unde et Petrus; al. Androe, et Petri. Ib., Gallie; al. Galatæ, vel Galliæ. Ib., crucifixus... erit; al. crucifixus est, lapidatusque oppedit. Ib., requiescit; al. add. cuius natalis est Kalendas Maias. Num. 132, Thomas, etc.; al. Thomas, qui interpretatur abysmus Christi. Dædymas Graece nominatus. N. 133, ex Syria lingua suscipiens; al. Syria lingua suscepit, interpretatur filius suspenditus aquas. Ib., in sorte; al. in sortem. Ib., conditari; al. conditus est, cuius natalium octavo Kalendas Septembrie creditur. N. 134, Matthæus; al. Matthæus, qui interpretatur donatio. Ib., electus, etc.; al. electus est, et in apostolatum translatus. N. 136, in Jeruzalem; al. add. tria duodecim tribus, que sunt in dispersione gentium, epistolam scribit, qui dum in Jeruzalem. Num. 137, frater; al. add. qui interpretatur confessor. Ib., urbe; al. urbe et Kalendas Novembrie. N. 138, septuaginta; al. septuaginta dnobus. N. 139, Zeletes; al. add. qui interpretatur zelus. Ib., Jerosolymorum; al. pontificem in Jeruzalem. N. 141, septuagesimo; al. octogenimo. N. 143, discipulus; al. secundus discipulus. N. 147, sejunctus, al. derelictus. N. 148, episcopus; al. episcopus sanctus. Ib., Litrensum; al. Tharensum; vel Taliensum. Ib., ethnico; al. Athenense. N. 149, spiritualis; al. apostoli. Ib., proprie; al. proprie; vel proprio; forte, proprius. N. 150 a Paulo apostolo; al. a populo. Ib., instruendas Cretæ Ecclesiæ; al. insinuendas Cretæ Ecclesiæ.

## AD PROGEMIA.

Num. 1. Testimenti, etc.; al. Testimenti in corone catholice Ecclesia tam quæta prorum eorum traditio- nes, quam posteriorum. N. 6, considerent; al. societates. N. 7, cauerant; al. commemorant. N. 13, aposto- lorum; al. apostolorum a Luca concipiæ. N. 20, ver- dinantur; al. ordinantes discendorum. N. 21, signantur; al. add. profectores quoque eorum usque in docere in quoque eorum est Moyse. N. 23, quoddam legis medi- torum; al. quendam legis mediatorum. Ib., existit; al. omnia quasi iterando continet. N. 26, commemora- rint; al. memoriatur. N. 28, ab eis; al. apud dicitos. Ib., in dubius, etc.; al. in duas discussus est partes. N. 30, testut; al. tempore. Num. 32, preferunt; al. prophetaverunt. N. 33, existimantur; al. existimant. N. 36, Salomon tria; al. Salomon nomina tria et tria. N. 38, in Canticis; al. In Cantica. N. 39, descri- pio; al. significatio. N. 44, solitudinem amari; al. so- liditudines ejus, onus maris. Ib., ministrari; al. ministrat. N. 45, eversione; al. conuersione. Ib., conuersio, etc.; al. tentationes declarantur, que scientia os ostenduntur. N. 46, per valles; al. per excidium collis. Ib., ut excul- pi; al. quod vestimenta. Ib., conseruantur; al. conser- vatur. Num. 47, lxx; al. lxx. N. 50, porrigit; al. tra- didit eum Jeruzalem. N. 51, increpat; al. increpat. N. 52, queque... vidit; al. quoque non tantum præannun- ciavit, sed etiam presentemedit. Ib., per quatenus, etc.; al. super quatenus regna ostendit. N. 53, conuenerit; al. constituit. N. 57, reticunt; al. recipient. N. 59, mani- festior; al. manifestatio. N. 62, operiosior; al. opio- sior. N. 63, qui preceptorum, etc.; al. qui precepta Dei custodie se mantinebantur. Num. 65, date, etc.; al. dñe tego non obedientiæ Dei preceptio. Ib., ignem; al. ignem veni mittere. Ib., judicis; al. suppicio. N. 66, tonitruum; al. celos. N. 67, Christum, etc.; al. Christum non timuit occidere. Ib., sub Josie; al. sub Je- zeph; al. sub Osia. N. 68, qui salutem, etc.; al. qui ad salutem gentium non dantum Christum advenire. N. 69, Uria; al. Socia. N. 70, Sophomias; al. Isaïas. N. 76, roseum, etc.; al. eis mortem passientis eum. Num. 77, sorribus caeni; al. sorribus, vestimentis, id est, carne. Ib., positis, etc.; al. positis quæ... significant. N. 79, mundi; al. in Evangelio. N. 80, desolacionis, etc.; al. quo solutionem et captivitatem populi prædictæ. N. 81, intendunt; al. intendunt Jeruzalem. Num. 86, proponit; al. egregatione. N. 88, intelligentia; al. ad operandam. N. 92, Apostolus, etc.; al. Apostolus Epistolas prædicationis Grecos perastis siglo. N. 95, canonice; al. catholicæ. N. 104, ardorebus; al. do- vibebus. N. 105, ab aliis; al. ab omnibus. N. 108, cum draconem; al. contra draconem. N. 109, cautionem; al. adificationem.

## AD GENESIN.

PATR. Num. 5, et occulta; al. veloculta et obscura. Ib., ut præcedente, etc.; al. ut præcedentis historie fundamento.

CAP. I. N. 2, et carnales; al. terram, id est, carnales. N. 4, conversione; al. confessione. N. 9, eripiendum; al. diripiendum. N. 10, sapientie ministrantes; al. scientie demonstrantes. N. 15, gradibus, al. sacra- mentis. N. 17, mandati; al. mandati, experimentum per- ter veritatem et erroris.

CAP. II. N. 1, insigniunt; al. insinuant. N. 6, specie; al. plebem. Quod fortasse vestigium est verba lectionis latentes adhuc. N. 15, prophetam. Græcius in textu prophetam. Ib., invisibilium; Albornoz. Cod., visibiliem. N. 16, marcescentium; al. arecentem.

CAP. III. N. 2, huic... verbo; al. Aventis, a quo origo est omnium rerum, qui sicutem Ecclesiam suam unicus irrigat verbo. N. 7, ait: Speciosus; al. ait: Quis simius erit Deo inter filios Dei. Et iterum: Speciosus.

CAP. IV. N. 2, qua media est; al. qua in Ecclesia est. N. 4, oblectetur illa; al. delectetur illius. N. 7,

eupiditas ; al. *calliditas*. N. 9, obscuretur ; al. *excæcatur*.

**CAP. v.** N. 1, arantur ; al. urantur. Ib., mendaciorum ; al. *mandatorum*. N. 2, vivit ; al. se convertit. N. 8, leonem, etc. ; al. draconem diabolum, nec occulit insidianem leonem Antichristum in ultimo aperie sœvientem. Ib., voluntas, al. voluptas. Ib., cum aliquam malam ; al. quæ cum dolore reluctaverat, ut faceret consuetudinem bonam, cum aliquam malam.

**CAP. vi.** N. 7, vox sanguinis ; al. vox sanguinis Christi. N. 8, in confessione ; al. in confusione. N. 16, dispersionem ; al. *subjectionem*. Ib., meruerint ; ai. meruerunt, qui superbo regno dominum interfec- runt.

**CAP. vii.** N. 1, donantur ; al. dominantur. N. 3, jubetur, undique ; al. jubetur, sic Ecclesia de sanctis construitur, quadratum enim lignorum undique. N. 4, compage firmeatur unitatis significatur ; Grialius, compage unitatis significatur. N. 5, litteræ T numerus ; Grialius om. T. N. 7, legis autem cor, in Alborn. notatur, ex originali, lex autem cur. Ib., tricenis ; al. triginta ; al. trecentis. N. 17, quingentis... significatur. Alborn., quingentis transit usque ad sexcentos significant, id est, anni istius aetatis. N. 26, tetricinos ; al. improbos, et peccatis tetricimos. N. 34, in diluvio ; al. in diluvio separati ab Ecclesia.

**CAP. viii.** N. 4, intuentes ; al. intrantes. N. 5, præteriorum ; al. peccatorum. Ib., prospectat ; al. expectat. N. 7, assertionis ; al. assensionis, vel ascensionis. N. 11, impatiens ; al. insipientia.

**CAP. ix.** N. 3, confusione ; al. et confessione.

**CAP. xi.** N. 2, quos ille ; al. nisi quoq; ille. N. 6, nasciturum, etc. ; Alborn. quod nasciturum Ecclesia habentis præputium benedicere in Abraham circumcisus sacerdotium, signatum est.

**CAP. xii.** N. 9, considens ; al. consideribus, quod melius videtur.

**CAP. xiii.** N. 4, parentum mutantur nomina ; al. ubi parentes mutantur, et nomina.

**CAP. xiv.** N. 4, habitaverunt ; al. prædicaverunt. N. 11, angore ; al. rancore, vel languore.

**CAP. xv.** N. 3, concremandi ; al. concrematuri.

**CAP. xvi.** N. 2, scire volo ; al. om., et forte melius. N. 3, pulchritudinis ; al. pulchritudini, quod magis placet. N. 7, omnes sancti ; al. addunt sicut ipse dixit, ita dici. Ib., effabilius ; al. affabilius.

**CAP. xvii.** N. 3, veterascerent ; al. vesceretur. N. 4, Judaica, etc. ; Alborn. Judaicam purificationem significabatur defecturam, sive doctrinam eorum carnalem... clausam... damnatam.

**CAP. xviii.** N. 2, et cum jam ; al. et cum percuteret, et jam. N. 4, quæ senectute ; al. qua senectute. N. 6, humilitatem ; al. humanitatem. N. 7, impietas ; al. pietatis. N. 13, gemina, etc. ; al. geminam vitæ requietus suscipit.

**CAP. xix.** N. 4, subter femur meum ; al. super se more meo.

**CAP. xxi.** N. 3, imo quid, etc. ; al. imo quid convenienter accommodatum est Abraham, et Isaac, sic propheta, etc.

**CAP. xxii.** N. 3, Paulus ; al. Paulus, et cæteri apostoli, vel doctores. N. 6, ingerunt ; al. demergunt.

**CAP. xxiii.** N. 5, excellentissimæ ; al. clementissimæ. Ib., et religionis, etc. ; al. et relicto lumine unitatis Deum neglectum significat. N. 11, ex ore, etc. ; al. ex ea populi parte ignorantis benedicitur. Ib., ecce, etc. ; al. ecce benedictione promissa, repente major venit : expavit. Quod fortasse genuinum est.

**CAP. xxiv.** N. 5, sublimiter ; al. humiliiter. N. 7, mundati ; al. inundati.

**CAP. xxv.** N. 2, quarum ; al. quare, quod fortasse melius. N. 4, delectationem ; Alborn., ex Isidoro, dilectionem. N. 8, furaberis ; al. perjurabis. N. 11, tendendum ; al. contradendum. N. 14, agendi ; Alborn., ex Isidoro, angi. N. 16, concitantur ; al. coquuntur. N. 21, incerta ; al. certamina. N. 28, latius,

A etc. ; al. ratio non infametur, sed potius glorificetur. N. 30, gravida. Alborn. infirma.

**CAP. xxviii.** N. 4, obruator ; al. obsideatur ; vel absorbeatur.

**CAP. xxix.** N. 5, moror ; al. memor ; vel terror. N. 17, pervenire ; al. pervenire cupiens.

**CAP. xxx.** N. 7, decoratum ; al. deauratum. N. 18, exprimitur, induiturque ; al. imprimitur, induitque. N. 25, lavat faciem, etc. ; Alborn. lavat faciem suam post fletum, lavit et Christus, ubi baptizatus est.

**CAP. xxxi.** N. 4, dicente ; al. benedicente. N. 5, ferre ; al. ostendisse. N. 8, gesta, ipso ; Alborn. gesta, et ideo in præteritum non est referendum, ipso. N. 21, veniant, quæ deposita sunt ei ; al. veniat, qui mittendus est. N. 27, austoritatem ; al. auctoritatem. N. 28, comminuendo ; al. comedendo. N. 40, contingere ; al. constringere. N. 55, ex cuius ore ; Alborn. ex cuius semore. N. 64, convertere ; al. cum vene- rent.

## IN EXODUM.

**CAP. ii.** N. 1, attulisset ; al. sustulisset.

**CAP. iv.** N. 4, prævaleat ; al. prævuleret. In Grialii textu manduum prævalat.

**CAP. vi.** N. 1, ab Aegyptio injuriam ; al. ab Aegypto liberavit, injuriam.

**CAP. viii.** N. 4, volvitur ; al. moveretur.

**CAP. xi.** N. 1, proficiaci ; al. producere. N. 3, placentre procurant ; al. placare curant.

**CAP. xii.** N. 3, mortem carnis ; al. mortem crucis.

**CAP. xiv.** N. 1, erratica ; al. haeretica. N. 3, importunis ; al. inopportunitis. N. 5, cessaverunt ; al. ces- serunt ; vel accesserunt. N. 13, et ignem ; al. et ignem, quo debebat depasci spinas et tribulos.

**CAP. xv.** N. 3, efferrri ; al. offerri. Ib., quæ... uni- tate ; al. qui... veritate.

**CAP. xvii.** N. 2, versemur ; al. vescimur. N. 3, prioribus ; al. pecoribus.

**CAP. xx.** N. 3, perfruentes, etc. ; al. frumenta pro- missam patriam.

**CAP. xxiii.** N. 4, prædicationes d. missæ ; al. prædicatores d. missi. N. 3, corruptibiles ; al. incor- ruptibile.

**CAP. xxiv.** N. 2, est scripta ; al. scripta occidit.

**CAP. xxv.** N. 1, extendit ; al. extollit ; vel os- tentat.

**CAP. xxvi.** N. 2, eo suggerente ; al. Evangelio suggerente.

**CAP. xxviii.** N. 4, dixit ; Alborn. texit.

**CAP. xxix.** N. 4, innocentia ; al. ignorantia. N. 4, diebus, etc. ; al. diebus non est nuntiata operum sanctificatio. N. 9, quibus parcere ; al. quomodo atq; præstare.

**CAP. xxxi.** N. 1, insensibilitatem ; al. insensua- litatem.

**CAP. xxxiv.** N. 1, inseparabilem ; al. inseparabilem.

**CAP. xxxvi.** N. 4, signacula ; al. singula.

**CAP. xxxvii.** N. 2, et perfectionis percipimus ; al. et bona perfectionis donatur.

**CAP. xl.** N. 1, ad instar priorum iteratim ; al. in- star priorum rursus.

**CAP. xlii.** N. 2, proficiat ; al. perferatur ; vel proferatur. Ib., indefessa ; al. indivisa.

**CAP. xlvi.** N. 1, jam porro, etc. ; al. erat porro propitiatorium... positum, id est, ipse Christus, etc.

**CAP. xl ix.** N. 1, ramorum ; al. calamorum. N. 3, accenditur ; al. ostenditur.

**CAP. liii.** N. 1, et legis Decalogum significant ; al. significantque fideles populos per complementum manda- torum legis Decalogo servientes.

**CAP. liv.** N. 1, sanctos.... ostenderat ; al. perse- cutionem legis tenentes imaginati sunt.

**CAP. lv.** N. 2, habere sancta, etc. ; al. sunt, id est, sancta conversatio esse potest.

**CAP. lvi.** N. 1, tum præterea ; Alborn. thus præterea. N. 3, quod vero, etc. ; al. quod vero in orna-

mento tabernaculi quæ. N. 7, carnis; al. *charitatis*. A

N. 9, crateres; al. *cathedræ*.

CAP. LIX. N. 3, induitur, castitatem corporis; al. induit, castitatem carnis, N. 4, muniantur; al. tenet. N. 10, aereo colore; Alborn. *aerea claritate*. N. 14, eruditur; al. enutritur. Ib., humilitatem; al. humilitatem et castitatem.

## IN LEVITICUM.

CAP. I. N. 2, damnaret: Alborn. *dominaret*. N. 3, retinemus; al. ostendimus.

CAP. II. N. 1, regnum; al. *Testamentum et regnum*.

CAP. VI. N. 2, perdomuit; al. *perdotavit*. N. 4, tertium; al. *tertium ex persona Patris*. Ib., sociatam; al. *sociatam ex persona Patris*.

CAP. IX. N. 7, suem; al. *porcum suemque*. N. 8, mentium; al. *corruptionis*.

CAP. XI. N. 12, macram; al. *tetram*; vel *acrem*.

CAP. XII. N. 1, consecratæ; al. *unctæ*. N. 8, legis, al. *infidelitatis legis*.

CAP. XIII. N. 1, insignes; al. *debiles*.

CAP. XVI. N. 6, desectum, etc.; al. *desectis*, vel *despatatis testiculis*.

## IN NUMEROS.

CAP. II. N. 1, ulteriora; al. *interiora*.

CAP. XI. N. 1, dissolutio; al. *desolatio*. N. 2, immunitio; al. *immutatio*.

CAP. XIII. N. 5, colluvie; al. *passione*. N. 9, exprimitur; al. *reprimitur*.

CAP. XIII. N. 3, omnes donum; al. *eos bonum*.

CAP. XIV. N. 2, Christo, etc.; Alborn. *Christi Salvatoris Ecclesia congregata ex gentibus*.

CAP. XV. N. 1, calens; al. *candens*. N. 3, impetu; al. *populum*. N. 4, florem profert, etc.; al. *flores praefert, et folium*. N. 13, formaliter; al. *figuraliter*. N. 16, venitque; al. *venitque inter vivos et mortuos*. N. 18, ipsum florem; al. *ipsum florentem*. N. 24, baptismus; al. *martyrium*. N. 29, combustæ; al. *combustæ, et hyssopi*.

CAP. XXV. N. 4, in Methica; al. in *Methca*, in excessu patris admiratus est.

CAP. XXXII. N. 4, non ponuntur; al. *componuntur*.

CAP. XXXIII. N. 4, effecta est vita; al. *effusa est, vitam*. N. 5, habemus, etc.; al. *amenus enim de hac re præclaram vitam, et fidelissimam vocem*. N. 6, in cruce, al. in carne.

CAP. XXXIV. N. 2, Israel et in locum; al. *Jesus in locum*.

CAP. XXXVI. N. 3, humilitatem; al. *humanitatem*.

CAP. XLII. N. 4, prohibuit; al. *redarguit*. N. 15, reprobationis; al. *remissionis*. Ib., quia quos, etc.; al. *quia post mundi implicamenta occupati*.

## IN JOSUE.

CAP. XI. N. 1, ministrant; al. *ministrant, et serviant, et aliiquid veritatis impendunt ad ornatum Ecclesie*, etc.

B CAP. XVIII. N. 3, retinentur; al. *nos relinent*. Ib., elatio; al. *elevatio*.

## IN LIBRUM JUDICUM.

CAP. II. N. 3, et brevi; al. et suo. N. 4, Dominus, etc.; al. *Dominus Deus Israel : Et tu ascende*. N. 5, palo; al. *clavo vel palo*.

CAP. III. N. 1, duceret; al. *reduceret*. N. 3, exureret; al. *exueret*.

CAP. IV. N. 3, in manifestatione, etc.; cum *manifestationem Christi totus orbis habeat, illa vacuata est*.

CAP. V. N. 5, circuiens; al. *circumiens*. N. 9, a bellica intentione; al. *ad bella interdictione*. N. 14, prosternerent; al. *praeservarent*.

CAP. VI. N. 1, utrum; al. si. N. 8, posuit legem; Alborn. *plantavit vineam*. N. 9, vitem autem, etc.; Alborn. *vitis autem Salvatoris nostri typum figurat, ut Evangelium dicit*.

CAP. VIII. N. 5, reges ipsi; al. *leges ipsæ*.

CAP. IX. N. 2, ad Dominum; al. a *Domino*.

## ORDO RERUM QUÆ IN TOMO QUINTO CONTINENTUR.

DIFFERENTIARUM LIBRI DUO.—*Præfatio*.

9

*Liber primus*. — De differentiis verborum.

*Ibid.*

*Liber secundus*. — De differentiis rerum.

*Ibid.*ALLEGORIE SACRE SCRIPTURÆ.—*Præfatio*.

98

Ex Veteri Testamento.

99

Ex Novo Testamento.

115

DE ORTU ET OBITU PATRUM, etc.—*Præfatio*.

129

Ex Veteri Testamento.

*Ibid.*

Ex Novo Testamento.

147

## IN LIBROS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI

PROLOGIA.

153

De Genesi, de Exodo, de Levitico.

159

De Numeris, de Deuteronomio.

160

De Josue, de libro Judicum, de libro Ruth., de libro Regum.

161

De Paralipomenon.

162

De Psalterio.

163

De libris Salomonis.

164

De libro Sapientiae, de Ecclesiastico.

165

De Isaya.

166

De Jeremias.

167

De Ezechiele.

168

De Daniele, de Osee.

169

De Joele, de Amos.

170

De Abdia, de Jona.

171

De Michæa, de Nahum, de Habacuc, de Sophonia.

172

De Aggeo, de Zacharia.

172

De Malachia, de Esdra, de Machabeis.

174

De quatuor Evangelis.

175

De Epistolis Pauli

176

De Epistolis beati Petri.

177

De Epistola beati Jacobi, de Epistolis beati Joannis;

178

de Epistoli sancti Judæ apostoli, de Actibus apostolorum, de Apocalypsi.

LIBER NUMERORUM IN SANCTIS SCRIPTURIS OCCURRENTIUM. 179. — CAPUT PRIMUM. Quid sit numerus.

*Ibid.*

— II. De unitate. *Ibid.* — III. De binario numero,

181. — IV. De ternario numero. *Ibid.* — V. De quartario numero. 183. — VI. De quinario numero. 184. — VII. De senario numero. *Ibid.* — VIII. De septenario numero. 186. — IX. De octonario numero. 189. — X. De novenario numero. 190. — XI. De denario numero. *Ibid.*

— XII. De undenario numero. 191. — XIII. De duodenario numero. 192. — XIV. De denario ternario numero. 193.

— XV. De denario quaternario numero. *Ibid.* — XVI. De quindenario numero. 194. — XVII. De denario senario numero. 193. — XVIII. De duodecimesimo numero. *Ibid.*

— XIX. De undevicesimo numero. 196. — XX. De vicedario numero. *Ibid.* — XXI. De vicesimo quarto numero.

*Ibid.* — XXII. De tricenario numero. 197. — XXIII. De quadrageuario numero. *Ibid.* XXIV. — De quadragesimo sexto numero. 198. — XXV. De quinquagenario numero. 199. — XXVI. De sexagenario numero. *Ibid.* — XXVII. Statio de sancta Pentecoste. 200.

## DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO QUÆSTIONES.

201

## QUÆSTIONES IN VETUS TESTAMENTUM.

207

IN GENESIM. — *Præfatio*. — *Ibid.* — CAPUT PRIMUM. Praemissio operis usque ad expulsionem hominis de paradiso.

209. — II. De operibus sex dierum. 213. — III. De paradisi conditione, vel hominis. 215. — IV. De præceptis Dei, et consensione serpentis. 218. — V. De peccato primorum hominum sive supplicio. 220. — VI. De Cain et Abel, eorumque progenie. 223. — VII. De arca Noe et diluvio. 229.

— VIII. De Noe et benedictionibus ejus, maximo minimoque collatis liliis. 233. — IX. De Nemrod gigante et confusione linguarum. 237. — X. De egressu Abraham a Chaldaeis. 238. — XI. De victoria Abraham et Melchisedech. 239.

— XII. De sacrificio Abraham et promissione Dei. 240.

XIII. De Agar et circumcisione Abraham. 242. — XIV. De tribus viris qui venerunt ad illicetum Mambræ. 245. — XV. De Sodomis et Lot, et filiis ejus. 245. — XVI. De Abimelech et Sara. 246. — XVII. De Isaac et Agar. 248. — XVIII. De eo, quod obtulit Abraham filium suum. 249. — XIX. De

*Isaac et Rebetta.* 232. — *XX.* De Cethura, sive de morte Abrahe. 233. — *XXI.* Quod Isaac cum Rebecca fecit. *Ibid.* — *XXII.* De potis quæ fecit Isaac. 234. — *XXIII.* De Esau et Jacob. 235. — *XXIV.* De Sisera quam in visione vidit Jacob. 236. — *XXV.* De Iacob et Rachel, et de duabus familiis. 237. — *XXVI.* De fuga Jacob et Rachel, quæ furata est deos patris sui. 238. — *XXVII.* De lucta Jacob cum Angelo. 239. — *XXVIII.* De Dina, et partu Rachel, et incestu Ruben. *Ibid.* — *XXIX.* De Iuda, quando dormivit cum sororu sua. 240. — *XXX.* De historia Joseph. 271. — *XXXI.* De benedictionibus patrarcharum. 276.

*In Ezechielem.* — *Præfatio.* 287. — *CAPUT PRIMUM.* De septuaginta animis. *Ibid.* — *II.* De morte Joseph. *Ibid.* — *III.* De afflictione populi. 288. — *IV.* De masculorum neca. *Ibid.* — *V.* De inventione Moysi. *Ibid.* — *VI.* De occiso Egyptio. 289. — *VII.* De igne in regno. *Ibid.* — *VIII.* De virga in serpente versa. 290. — *IX.* De manu Moy-sis leprosa. *Ibid.* — *X.* De aqua conversa in sanguinem. 291. — *XI.* De virga in arcu Moysis ad Pharaonem. *Ibid.* — *XII.* De virga in draconem versa. 292. — *XIII.* De obdoratione Pharaonis. *Ibid.* — *XIV.* De decem plagiis. *Ibid.* — *XV.* De pascha. 293. — *XVI.* De thesauris Egyptorum. 294. — *XVII.* De aryzmis. *Ibid.* — *XVIII.* De columna ignis, et nube. 295. — *XIX.* De divisione marii. *Ibid.* — *XX.* De canticu. *Ibid.* — *XXI.* De aquis amaria. *Ibid.* — *XXII.* De duodecim fontibus. *Ibid.* — *XXIII.* De cibis alium et ianua. *Ibid.* — *XXIV.* De nostra virga paucoua. 296. — *XXV.* De pugna Amalech. *Ibid.* — *XXVI.* — *De cognato Moy-su.* *Ibid.* — *XXVII.* De ascensione Moysis in mortem. 300. — *XXVIII.* De tonitruis et fulguribus. *Ibid.* — *XXIX.* De decem verbis. 301. — *XXX.* De dusbus tabulis. 303. — *XXXI.* De lapideis tabulis. *Ibid.* — *XXXII.* De altari de terra. 304. — *XXXIII.* De non secundo ad hi per gradus. *Ibid.* — *XXXV.* De diebus sex annis serviente. *Ibid.* — *XXXVI.* De italione. 306. — *XXXVII.* De decimis et primis offerendis. *Ibid.* — *XXXVIII.* De vitulo combusto igni. 306. — *XXXIX.* De interfectis tribus milibus. 307. — *XL.* De confractione tabularum. *Ibid.* — *XL.* De quadraginta diebus quos jejunavit Moyses. 308. — *XLII.* Quod Dominus Deus dixit ad Moysem: Posteriora mea videbis. *Ibid.* — *XLIII.* De gloriacione Moysis. 309. — *XLIV.* De iudicatione arcis. 310. — *XLV.* De una aurea, et tabulis, et virga. 311. — *XLVI.* De agnitione et cherubim. *Ibid.* — *XLVII.* De altari. 312. — *XLVIII.* De mensa. *Ibid.* — *XLIX.* De lampadario et oleo. *Ibid.* — *L.* De tabernaculo. 315. — *Ll.* De columnis et earum basibus. *Ibid.* — *LII.* De tabulis deauratis. *Ibid.* — *LIII.* De decem virtutis. 314. — *LIV.* De misteriis vestis cœlestis. *Ibid.* — *LV.* De oppenso velo in medio tabernaculi. 315. — *LVII.* De diversis deorsim et constructionem tabernaculi. 316. — *LVIII.* De unguento quo perungitur tabernaculum. 318. — *LVIII.* De incenso compósito. *Ibid.* — *LIX.* De ueste pontificis. *Ibid.*

*In leviticum.* — *Præfatio.* 321. — *CAPUT PRIMUM.* De figuris hostiarum. *Ibid.* — *II.* De igne sacrificiorum. 322. — *III.* Quod mel ipsi Dei sacrificio non esset. *Ibid.* — *IV.* Quod sal in omnibus sacrificiis admixetur. *Ibid.* — *V.* Quod in sacrificiis oleum esset. *Ibid.* — *VI.* — *De quatuor generibus principium oblationum.* 323. — *VII.* — *De sacrificio ejus qui sacra omnia protulit, et obliuione transcendent.* 324. — *VIII.* De aliis aaronianis. 325. — *IX.* De discrezione ciborum. *Ibid.* — *X.* De impundicato pastuum. 327. — *XI.* De lepris. *Ibid.* — *XII.* De excedente angufo, et cultu ejus. 330. — *XIII.* De sacerdotibus qui non colligerunt sacrificium. 332. — *XIV.* De oblatione Aeron et filiorum ejus. 333. — *XV.* De oblatione pro sacerdotibus delicto. *Ibid.* — *XVI.* De pecoribus quæ non offenduntur in sacrificio. 334. — *XVII.* De ceteris cæseribus. 335.

*In numeros.* — *Præfatio.* 339.

*In DEUTERONOMIUM.* 339. — *CAPUT PRIMUM.* Cur Deuteronomium undecim diesbus scriptum. *Ibid.* — *II.* De quadraginta annis decessi et vestitus non arietis. *Ibid.* — *III.* De non plantando ligno juxta saltus. 360. — *IV.* De anteferenda preparatio ligii ponitri. *Ibid.* — *V.* De non operando in hunc præmogenito. 361. — *VI.* De auctorando in bove et asino. *Ibid.* — *VII.* De sum colligendo esse theoris trahantibus. 362.

— *VIII.* De nos coquendo fratre in fratre matris. *Ibid.* — *IX.* De non induenda ueste ex tana et lino. 364. — *X.* De non sciplendo hoc pigmento superiore et inferiore nuda. 365. — *XL.* De non abducendo aliquem. *Ibid.* — *XLI.* De non habendo diversis possideribus. 364. — *XLII.* De ambiibus. *Ibid.* — *XIV.* De uxore fratris accipienda. 365. — *XV.* De formidoloso et pavido. *Ibid.* — *XVI.* De septem gentium interemptione. 366. — *XVII.* Cur Abrahe loquens deceum gentes, non septem, dummeraturit Deus. 367. — *XVIII.* De muliere decorca capta in bello. *Ibid.* — *XIX.* De secundi manus fugienti. 369. — *XX.* De pollutione sonici nocturni. *Ibid.* — *XXI.* De paxillo egridientis ad requisita. 370. — *XXII.* De quadraginta flagenti. *Ibid.*

*In Iosue.* 371. — *CAPUT PRIMUM.* De morte Moy-si et principatu Iesu Nave. *Ibid.* — *II.* De duobus exploratoribus, et non meretrici. *Ibid.* — *III.* De transita arcu et divisione Jordani. *Ibid.* — *IV.* — *De duabus sunt tribibus precedentibus.* 372. — *V.* De duodecim lapidibus. 373. — *VI.* De circumflexa secunda. *Ibid.* — *VII.* De exilio Jericho, et Raab salvatione. 374. — *VIII.* De fune Achæa. *Ibid.* — *IX.* De constructione allaria. 375. — *X.* De benedictionibus, et maledictionibus. 376. — *XI.* De Gabaonitis. *Ibid.* — *XII.* De prælio in Gabao. 377. — *XIII.* De extincione gentibus et terra divisione. *Ibid.* — *XIV.* De divisione terræ. *Ibid.* — *XV.* Quod iudee non acceptant habitationem. 378. — *XVI.* Quod habitacula leviter permaneant, et tribus decernuntur. *Ibid.* — *XVII.* Quod quadraginta duas urbes accipiunt levite. 379. — *XVIII.* De Chananeo populo non extincto. *Ibid.*

*In Iacob.* — *Præfatio.* 380. — *CAPUT PRIMUM.* De servitute populi et liberazione. *Ibid.* — *II.* De Gathoriam et diebus. 380. — *III.* De Gedonat ejus exercitu. 381. — *IV.* De bellere et arcu. 382. — *V.* De prælio Gedonam transire. 383. — *VI.* De Abimelech. 386. — *VII.* De Japhite et illa. 388. — *VIII.* De Samson. 389. — *IX.* De Ruth. 390.

*In REGUM PRIMUM.* 391. — *CAPUT PRIMUM.* De maiestate Samuelis. *Ibid.* — *II.* De propheta ad Heli designato. 393. — *III.* De aroce capititate. 395. — *IV.* De sacrificio Samuelis, et lapide adjutorii. 396. — *V.* — *De mortione Sauli.* 397. — *VI.* De jejuno indicto a Saulo. *Ibid.* — *VII.* De Agag rege servato. *Ibid.* — *VIII.* De abreptione Saulis a spiritu nequam. 398. — *IX.* De uincione David. *Ibid.* — *X.* De certamine David cum Goliat. 399. — *XI.* De coniunctio Michol illia Saul. 400. — *XII.* De David repellente ciuitate spiritum. 401. — *XIII.* De insidis Israhel contra David. *Ibid.* — *XIV.* De insidiatoribus prophetantibus. 403. — *XV.* De David et Achimelech. 405. — *XVI.* De David et rege Achia. *Ibid.* — *XVII.* De chlamyde Saulis praecisa a David. 404. — *XVIII.* De hebreo aliata Sauli a David. 406. — *XIX.* De pugna David cum Amalechitis. *Ibid.* — *XX.* De Sauli pythonissam consulente. 407. — *XXI.* De morte Saulis ut Jo-nathas. 410.

*In REGUM TERTIUM.* *Ibid.* — *CAPUT PRIMUM.* De David templum edificet. *Ibid.* — *II.* De pacatio David in Bethshebae. 411. — *III.* De Absalom. *Ibid.* — *IV.* Quod David siens noluit bibere de aqua cisterna Bethlehem. 415. — *V.* De postumo. 414. — *VI.* De catalogo miransortium. *Ibid.*

*In REGUM TERTIUM.* *Ibid.* — *CAPUT PRIMUM.* De Salomonem. *Ibid.* — *II.* — *De templi edificatione.* 415. — *III.* De sapientia Salomonis. *Ibid.* — *IV.* De iudicio Salomonis. *Ibid.* — *V.* De regina Austræ. 417. — *VI.* De ceteris opibus Salomonis. *Ibid.* — *VII.* De divisione decum tabubum. 418. — *VIII.* De Elia et virtutibus ejus. *Ibid.*

*In regnum quattuor.* 419. — *CAPUT PRIMUM.* De duobus quinqueagenaris combustis. *Ibid.* — *II.* De Eliseo, et aquis canatis. *Ibid.* — *III.* De parvulis malodictis. *Ibid.* — *IV.* De mortuo resuscitato. 420. — *V.* De seruo exsiliente e lumine. *Ibid.* — *VI.* De additione ex annorum Kœchis. *Ibid.* — *VII.* De ciuitatis Chaldæa extensis. 422.

*In ESDRAM.* *Ibid.* — *CAPUT PRIMUM.* De LX anni capti-tatis. *Ibid.* — *II.* De vasis Babyloniam deportatis. 423. — *III.* De reditu populi in Jerusalem. 424.

*DE MACHABÆIS.*  
Appendix ad libros regum.  
Variae lectiones. *Ibid.* 425  
433

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# OPERA OMNIA

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSEA

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA EDITAS,  
QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT,

NOVA NUNC ET ACCURATORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSAE,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAS ECCLESIASTICAS RAMOS EDITORE.

---

## TOMUS SEXTUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1850

# ELENCHUS OPERUM

QUE IN SEXTO S. ISIDORI OPERUM TOMO CONTINENTUR.

---

De fide catholica libri duo.	Col.	449
Sententiarum libri tres.		537
De ecclesiasticis officiis.		737
Synonyma.		825
Regula monachorum.		867
Epistole.		893
De ordine creatorarum.		913

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE FIDE CATHOLICA EX VETERI ET NOVO TESTAMENTO CONTRA JUDAEOS

AD FLORENTINAM SOROREM SUAM.

### Epistola dedicatoria.

*Sanctæ sorori Florentinæ Isidorus.*

1. *Quædam, quæ diversis temporibus in veteris Testimenti libris prænuntiata sunt de nativitate Domini et Salvatoris nostri secundum divinitatem, vel de incorporatione ejus, de passione quoque, et morte, sive de resurrectione, regno atque judicio, pro viribus scientiæ ex innumerabilibus pauca proferenda putavi, & ut prophetarum auctoritas fidei gratiam firmet, et infidelium Judæorum imperitiam probet. Hæc ergo, sancta soror, te petente, ob ædificationem studii tui tibi dicavi, ut qua consorte perfruor sanguinis, cohæredem faciam et mei laboris.*

PRÆFAT. Inscriptio hujus operis desumpta est ex A pitum summas ab Isidoro præfixas, sed posteriori tempore adjectas fuisse, et in Codice Tarracounensi minori, cui in primis sibeamus, penitus desiderari. Quocirca in eis quædam ex nostro sensu in meliorum formam mutata esse, lector animadverteret. MAR.

*Ibid. Cum in Isidorianis ea omnia congesserimus,*

*qua ad singula sancti Isidori opera quoquo modo referri possunt, supervacaneum esset hic repetere quæ de his duobus libris contra Judæos, cap. 66, explanavimus. Error ridiculus est in Cod. Ms. Florentino in-folio, quem primum appellabo, ut ab altero in 4° distinguam, quod hæc epigraphe ponatur: Sanctæ Flerentinæ Isidorus episcopus Toletanus, cum in ipsa operis inscriptione, quæ proxime præcesserat, Isidorus dicatur Episcopus Hispalensis. Ideo error in nonnullis aliis Ms. hujus operis reperitur. Marianæ notis nostras more nostro subjiciemus, variis nonnullis lectionibus, et quibusdam fragmentis intermixtis. Pro secundum divinitatem alii habent secundum deitatem. Et in fine prefationis, ut quam consortem perfruor, quæ phrasis ab Isidori stilo nou abhorret, ut utor cum accusativo. AREVALUS.*

## LIBER PRIMUS.

### CAPUT I.

*Quod Christus a Deo Patre genitus est.*

1. Judæi nefaria incredulitate Christum Dei Filium abuegantes, impii, duricordes, prophetis veteribus: increduli, novis obstrusi, adventum Christi malunt ignorare, quam nosse; negare, quam credere. Quem enim venturum accipiunt, venisse jam nolunt. Quem resurrectum legunt, resurrexisse non credunt.

2. Sed ideo ista non intelligere se fingunt, quia sacrilegio suo hæc impleta cognoscunt. Ad quorum C

CAP. I. N. 1. Al.: *Duri cordis, vel duri corde.*  
MAR.

*Ibid. Duricordes. Hoc eodem verbo usus Isidorus est comment. in Genesim, cap. 25, num. 9, et in*

refellendam perfidiam quædam ex Veteri Testamento aggregavimus testimonia, quibus Christum gentium ab omnipotente Patre cognoscant, ipso testante: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. (Psal. cix, 3.) Ex utero itaque, id est, ex illa intima et incomprehensibili Patris substantia, sive ex illo divino atque immenso paterni pectoris arcano, quo l'ater genitor de corde bonum eructat verbū.*

3. Sicut et ipse alias ait: *Eructavit cor meum ver*

*Exodus, cap. 55, num. 2. Itaque eam vocem reliquendam esse, facile quisque perspicit. AREV.*

2. Al.: *Quo genitor, omisso pater. MAR.*

dum bonum (Psal. XLIV, 2). Atque alibi ipse Pater A dicit : *Filius meus es tu, ego hodie genui te* (Psal. II, 7). **3.** Quod non est dictum David, neque ulli sequentium regum. Nam ibi additur : *Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*. Quod neque David, neque scripti Hebreorum concessum est, nisi tandem modo Christo, cuius nomen est per omnes gentes diffusum, cui et reges obediunt, et gentes serviant, sicut et alibi de eo scriptum est : *Adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei* (Psal. LXXI, 11).

**4.** Item Salomon, dum Patris nomen mysticum que nativitatis Christi secundum deitatem vellet agnoscere, his verbis intonat in Proverbio dicens : *Quis ascendit in caelum, atque descendit? quis colligavit aquas, quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terrae? quod nomen est ejus, aut quod nomen filii ejus, si nosti?* (Prov. XXX, 4).

**5.** Hunc Filium Dei in Daniele rex ille impius aspirans, dixit : *Ecce ego video viros quatuor solutos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis erit, et species quarti similitus Filio Dei* (Dan. III, 92); quem fideliter credimus, nec ultatenus dubitamus Dominum Salvatorem esse. Sed objicitur quod in Daniele iste Filius Dei supradictus, etiam angelus nominatur (Dan. III, 49). Assentio. Nam et Christus Filius Dei angelus dicitur. Sic enim ait propheta de ipso : *Veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, et angelos Testamenti, quem vos desideratis* (Malach. III, 1).

**6.** Christus enim in eo, quod a Patre genitus est, C Filius Dei vocatur; in eo vero, quod semper a Patre missus ad ammentandum patribus legitor, angelus nominatur. De quo alias ipse Pater ad legislatores Isa protestatur, dicens : *Ecce misso angelum meum, qui procedat, et custodiat te in via, et introducat in locum quem parati; observa eum, et audi vocem ejus, nec contumendum putas, quia non dimittet, cum pacem venias, et ecce nomen meum in illo* (Ezech. XXIII, 20).

**5.** *Quom vos desideratis.* (Locutus est Malachias III, 1. Ceterum in XI. Igata legitur : *Quem vos vultis, et Septuaginta dixerunt : Omnes vultis. Commodiū autem, et significantius, γένος verbi Hebraici vis desiderandi voce exprimitur, et patres non volebant modo, sed oppido quam ardenter Christi redemptoris adventum cupiebant; ab eo verbo nomen γένος deductum non voluntatem absolute significat, sed beneplacitum, cupiditatem, desiderium. Quod Graci τὸν τύπον; voce significare consueverunt. Atque Isaiae: εγώ, διαβριδην ποιησμόν est, et nos legimus : Ecce in die jejunii vestri inveniatur cedulas vestra, Mozarabes legunt : Ecce in die jejunii vestri inveniatur voluntas. MAR.*

**5.** Inveniatur post Salvatorem alias Msc. omittere esse. ARXV.

**6.** Al. *Præparavi, pro paravi. Et Peccaveritis, pro peccaveris.* MAR.

**7.** *Ipsa est enim Filius, qui, semper a Patre missus, visibiliter apparabat hominibus. Nimirum leidors in ea sententia est, quæ antiquorum Patrum communis fuit, ad ipso mundi exordio, quoties se Deus humana effigie videbundum præbuit hominibus, non Patrem, non Spiritum sanctum, sed Dei Filium apparuisse. Sic sentiunt Tertull., lib. II contra Marcionem; Cle-*

A 47. Quis est ergo iste angelus cui Deus et potest datus est nomen? Quod si dicitur: aliquis alia est potest angelica, hoc nefas est eredere. *Quis enim in nubibus aequaliter Domini, aut quis similis erit Deo inter filios Dei* (Psal. LXXXVIII, 7)? Qui enim non aequaliter auctor, non potest aequaliter et nomine. Ipsi est enim filius, qui conperit a Patre missus visibiliter apparebat hominibus. Ex ipsa ergo missione recte angelus nuncupatur. Isaias autem apertius Filium a Deo genitum confirmans, ita annuntiat: *Yux Domini reddentis retributionem inimicis suis* (Isai. LXVI, 6), iipso videlicet, qui non credunt, Iudeis: *Antequam parturiret, peperit; et antequam veniret partus ejus, peperit masculum* (Ibid., 7).

**8.** Quasi aperte diceret: antequam Christum Virgo parturiret in carne, generavit filium in divinitate Pater, et antequam tempus Virginis parturiendi veniret, genuit omni sine tempore Pater. Unde inferius ait: *Quis audiret unquam tale? aut quis natus ait, simile (Isai. LXVI, 8)? Revera, quia nihil tale in hominibus accidit, aut quidpiam simile, et post haec subiungit: Nunquid qui alias parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus; et qui generationem euteris tribuo, sterilis ero? ait Dominus (Isai. LXVI, 9).* Quibus omnibus testimonialis cogendum est infidelis, ut eligat sibi de duabus, aut Christum Filium Dei credere, aut mendacem pulchram prophetam, qui ista ceciderunt.

## 5. CAPUT II.

*Quod Christus ante saecula ineffabiliter a Patre genitus est.*

**1.** Quod si queritur, quando, vel quomodo, Pater Filium generavit, respondetur: *Cur queritur tempus, quando sit Dei Filius genitus, dum sit sua maiestate æternus? sicut scriptum est de eo: Egressus ejus a principio a diebus æternitatis (Micah. V, 2).* Et item: *Ante eodam permanet nomen ejus, et ante humanos oculos ejus* (Psal. LXXI, 17).

mens Alexandrinus, lib. I Pædag., cap. 7; frenaus, lib. IV contra heres Valentini, c. 17; Euseb., Historia Ecclesiastica initio; Hilarius, XII de Trinit.; Basilius, I contra Eunomium. Itaque Dei Filius Adamo locutus est, quod Thargum etiam Jerosolymitanum, cum Genesis III ait: זֶה בְּנֵי אֱלֹהִים הַזֶּה hoc est, vocavit vocem Dei Deus Adam. Ipse Cain increpavit, Abraham apparuit, cum Jacob luctatus est. Quod Syriensis congregatio, c. 13, his verbis procedendum præcipit: *Si quis contra Jacob non Filius tanquam barinum luculentum suum, non ingenitus, aut Patrem ejus dixerit, anathema sit. Proterea cum Mose et rubo locutus est, filio Israel eduxit ex Ægypto, eiusque leges dedit in eremo. Quod ipsius Cassianus, lib. IV de Incarnatione, duebus testimoniis confirmat: numerum Iudæ 1, 5: Scilicet et omnia, quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit, angelos vero, etc. Et Pauli, I Cor. X, 9: Negare tentavimus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a servis perierunt. MAR.*

**8.** Al., uspiam pro quidpiam. MAR.

CAP. II. N. 1. *Dum pro cum.* MAR.

*Ibid. Ante solem permanet nomen ejus, et ante hu-*

9. Sed et Pater omnino ante luciferum, id est, ante omnia tempora genitio testatur, quod et ipse Filius Dei, verbum, virtus et sapientia, de sua beatitudine confirmat, dicens : *Nesciis enim ab opere, et ego iam conceperas eum, nesciis fontes aquarum aruperunt, nesciis montes gravi mole concidovant, ante certos opus parturier; adhuc terram non fecerat, et flumina, et certos orbis terras : quando prparabat certos, adorans; quando certa lege et gyro valuerat obiectos; quando appositorum fundamento terres, cum se erunt, exireta compentes* (Proverb. viii, 24).

¶ 3. Talis igitur auctoritate ante omnia secunda Filius a Patre genitus esse declaratur, quando a Profe per illum cuncta creatura esse necessatur. Nam dicens queritur, quomodo idem sit genitus, dum sacra uocatio eius arcana nec Apostolus dicit, nec propheta comparat, nec angelus scivit, nec creatura cognovit, Isaia testem, qui dicit : *Generatione ejus quis emerit?* (Isai. lxx, 8)? Miserere si ejus nativitas a propheta non potuit evanesci, quis proficiebat nosce quomodo Filius potuit a Patre generari?

4. Hinc est illud in libro Job : *Sapientiam (Dei Patris) nesciis invenies?* *Iacob enim ab oculis hominum, et a manusibus omnis electio est* (Job. xxviii, 29); id est, etiam ipsa angelus incognita. Item ibi : *Radix sapientie cui respondeat est* (Eccl. i, 7)? ergo sciens Eum Dei. Ideoque quod etiam super angelorum intelligentiam atque scientiam est, quis hominem potest narrare?

5. Scire autem manifestum est solum Patrem quomodo generuit Filium, et Filium, quomodo sit genitus a Patre. Siquidem et gignendi Filii queritur

*nomen sedes ejus.* Locus est desumptus ex psalmo. lxxvii, 17, et priore quidem verba juxta Editionem Vulgatae; posteriora autem ex Psalterio Romano desumpta sunt, que frequenter utimur Isidoros. Erat enim Gotiorum tempore in omnibus Hispania Ecclesie ejus Psalterii usus, ut breviariu[m] Mozarabicu[m] argumento est, non passis tamen immutatis, ab ipso, ut arbitror, Isidore. Nam in ejus Vita a Braudione scripta (duobus certa vetustate Codicibus) scriptum invasio quartum cum Psalterii translatione edidisse, nimis post tres illas famosas, quas divus Hieronymus admodum, auctore Sigiberto. Hoc Isidori Psalterius, que Mozarabes uentur, nos deinde Hispaniam Romanum et Gallici comparatione vocabimus. Ex his omniis Psalmis tota hoc opere ab Isidoro testimonia adducuntur, prout commodius erat, aut presumptius memoria suggerebat. Sed et reliqua divinarum Scripturarum libris premiobus Hieronymi versione, et antiqua Vulgata Latina Editione uitetur; utraque enim ejus zetate circumferebatur, ut Gregorius docet initio Moralium, et ipse net Isidorus indicat lib. vi Etymologiarum, c. 4. Sepe etiam, ut hunc loco fecit, ex varie interpretationibus unum testimonium contexit. Mar.

*Ibid.* *Sua natiuitate aeternas.* Ia reposui ex Editione Hegemoniae, et aliis, et ex Msc., cum apud Gratiolum omni sua natiuitate aeternas, quod errore typographicis accidisse credendum est. Verba psalmi in Vulgata hanc tandemmodo sunt : *Ante sollem permanebat nomen ejus.* In antiquis versionibus : *Ante sollem permanebat nomen ejus in saecula, et ante lumem aetates ejus.* An Isidorus quartam Psalterii translationem, ut Mariana opinatur, edidit, ad exponere zetocervinum

A ratio, ea quod Filius non nisi ex duabus nascatur ; habeat, inquam, sibi hujusmodi generis ortum conditio caducia mortalium ; Christus enim ex Patre ita emerit, ut splendor a lumine, ut virtus ab ore, ut sapientia ex corda.

### CAPUT III.

*Quia Christus Deus et Dominus est.*

4. Post declaratum Christi divinae nativitatis mysterium, deinde, quia idem Deus et Dominus est, exemplis sanctorum Scripturarum 7 adhibitis demonstramus. Si Christus Deus non est, cum dicatur in Psalmis : *Sedes tua, Deus, in aeternum aetandi, virgo aquilonis, virgo regni tuus;* dilectissimi iuris, et odior iniquitatem, propterea uenit te, Deus, Deus tuus uenit iuris, per concordia trius (Psal. xlv, 7)?

2. Quis est igitur iste Deus uictus a Deo Respondet nobis > Judas. Ecce Deus uictus a Deo dicitur, et unicus Christus ipsa uincione monstratur, cum Deus uictus insinuat. Dum enim audie Deus uictus, intellige Christum; Christus enim a christo nato, id est, ab uincione vocatur. Hunc Christum sub persona Cyri regis Persarum per Iesum Patrem Deum et Dominum esse testatur, dicens : *Hoc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi destram, ut subiectum ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vestrum, et operium ante eum januas, et portas non claudentur. Ego ante te ibo, et gloriosos terrae humiliabo.* Postea orres conderam, et uoces ferreas confingam, et dabo tibi theocracy abecondas, et arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus, qui uoce nomine tuum, Deus Israel (Isai. xlv, 1).

3. In persona enim Cyri Christus est prophetatus;

Isidorianis, cap. 87. Aavv.

2. *Quod et. Al., sicut. Mar.*

*Ibid. Al., Conceptus, pro conceptus. Mar.*

*Ibid. Conceptus, Iesu[m] masculinogenere fortasse dixit, ut de Filio Dei intelligeretur. Alioquin conceptus esset retinendum etiam cum nostris Msc., et Editionibus antiquioribus. Aavv.*

3. *Al., Dicit, pro dicit. Mar.*

*Ibid. Idem sit genitus. Estem hoc loco mendax, irreprobat apud Christianum idem sit genus, quod ex sensu et Editio ac Msc. correxi. Aavv.*

Cap. III. N. 4. *Al., directionis, pro aquilatia. Msc.*

*Ibid. Propter uocem te Deus, Deus tuus etes latifrons per concordias tuas. Quis est igitur iste Deus uictus a Deo. Vides argumentum viae positum in genuinazione D veris Deus, ut prior loco sit in vocative, et referatur ad Christum; posteriori in nominative, et referatur ad Patrem. Mar.*

*Ibid.* Jure Mariana reprehendit in tractatu pro Editione Vulgata, cap. 25, Paginam, quondam ha verborum hec locum : *Proprietas uenit te Dominus Deus tuus etes latifrons;* atque ha debilitatis argumentum quo Patrem, qui magis distinctum esse a Filio, qui unigener, sanctissimi Patres confirmavit, Ambrosius, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus hoc loco, et alii. Aavv.

3. *In persona Cyri Christus est prophetatus.* Continet Isidorus verba Iesu. xlvi, 1 : *Mar dicit Dominus christo meo Cyro, nunc de Cyro intelligenda esec, sed sub Cyri nomine de Christo tentum, cum absurdum videatur Cyrom, superstitioni dei cum servientem, Christum Dominum et Deum nuncupari.* Nam

ubi ei suorum sunt gentes in fide, et regna. Præterea, quia nullus in regno Israel Cyrus est dictus. Quod si de Cyro Persarum rege quis hoc crediderit prophetatum, absurdum et profanum esse cognoscat. **8** ut homo impius et idololatris deditus, Christus, et Deus, et Dominus nuncupetur. Unde et in translatione LXX non habetur *Christo meo Cyrus*. Sed *Hæc dicit Dominus Christo meo Domino*. Quod in persona specialiter Christi Domini nostri accipitur.

\* 4. Si Christus Deus non est, dicant Judæi nobis quem sit affatus Deus in Genesi, cum diceret: *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram?* Sic enim subjungitur: *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum* (*Gen. i, 26*). Quærant ergo quis Deus creavit, aut ad cuius Dei imaginem condidit hominem quem creavit?

5. Quod si respondeant, ad angelorum. Num angelus æqualem cum Deo habet imaginem, dum nullum distet imago creaturæ ab eo qui creavit? aut nunquid angelus cum Deo potuit facere hominem? quod ita existimare magnæ dementiæ est. Cui ergo dicitur? aut ad cuius imaginem conditus homo creditur, nisi ad ejus, cui una imago cum Deo est, et unicum nomen divinitatis est?

**9** 6. Item si Christus Dominus non est, quis Dominus pluit in Sodomis ignem a Domino? Sic enim ait in Genesi: *Et pluit Dominus super Sodomam, et Gomorram sulphur, et ignem a Domino* (*Gen. xix, 24*). In qua sententia nemo dubitat secundam esse personam. Nam quis est ille Dominus a Domino, nisi

verba illa, quæ sequuntur, qui voco nomen tuum Deus Israel, ad ipsum, de quo proxime locutus erat, et quem Christum vocaverat, referenda, ipse euidem Isidorus judicabat. Deinde quod in translatione Septuaginta interpretum non legatur, *hæc dicit Dominus Christo meo Cyrus*, sed *hæc dicit Dominus Christo meo Domino*. Quo modo Lactantius, lib. iv divin. Institut., cap. 12, hoc testimonium citavit. Veruni Hieronymus, commentariis ad eum Isaiae locum, censet eam lectionem, quam Isidorus ait in Septuaginta fuisse, vicio amisse, legendunque Graece, ut modo legitur οὗτος λέγει κύρος ὁ Θεός τῷ κυρίῳ μου κύρῳ, unius autem adjectio littera pro κύρῳ, id est, Cyro non nullus legisse κύρῳ, id est, Domino. Itaque tum Hieronymus, tum plerique alii expositores, id Isaiae vaticinium, non nisi de Cyro intelligendum putant. Quin etiam Josephus, lib. xi Antiquit., cap. 1, Cyrum eo vaticinio adductum affirmat Judæos in patriam remisisse. Isidoro favent Hebraici expositores antiqui, qui locum hunc de vero Messia intelligendum esse judicarunt. Ego vero de utroque locum intelligi posse contendō; de Cyro juxta historiam, de Christo allegorice. MAR.

Ibid. *Quod in persona specialiter Christi Domini nostri accipitur*. Fortassis spiritualiter pro specialiter legendum est. Nam eodem litterarum compendio utrumque adverbium scribi solet. Sequebantur autem in Tarracensi majori hæc verba: *Legamus Xenophontis octo librorum Cyri maioris historiam, et prophetiam cernemus expletam*. Quæ enim civitas illi non patuit? quæ non regum terga sulcavit? etc. Quæ quoniam in aliis Codicibus non erant, et Isidori proposito contraria sunt, tanquam ex Hieronymi commentariis ad eum locum ab alio quopiam translata, manifesto prætermittenda esse duximus. MAR.

\* Ibid. In Codice Palat. 278 clare et sine nexu legi-

A procul dubio Filius a Patre, qui semper ab eodem Patre missus descendere solitus est et ascendere? Quo testimonio et deitas, et distinctio personarum Patri et Filii luce clarius demonstratur.

7. Item si Christus Dominus non est, de quo dixit David in psalmo: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (*Psal. cix, 1*)? Qui dum idem Christus secundum carnem sit filius David, in spiritu tamen dominus ejus, et Deus est. Si Christus Dominus non est, de quo ait David in libris Regum: *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dœi Jacob, egregius psalmista Israel: Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam* (*1 Reg. xxiii, 1*)?

8. Item si Christus Dominus non est, quis est ille Dominus exercituum, qui a Domino exercituum mititur, ipso dicente in Zacharia: *Hæc dicit Dominus Deus exercituum, post gloriam misit me ad gentes, quæ expoliaverunt vos. Qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi ejus. Quia ecce levabo manum meam super eos, et erunt præda ius qui serviebant sibi, et cognoscetis quia Dominus exercituum misit me.* (Zach. ii, 8)?

9. Vide nunc cuius sit hæc vox, nisi Salvatoris, quia omnipotens Deus a Patre omnipotente missus esse esse testatur. Missus est autem ad gentes, post gloriam Deitatis, quam habuit apud Patrem, quando exinanivit semelipoum, et formam servi accipiens factus est obediens usque ad mortem (*Philipp. ii, 7*).

Qui etiam in sequentibus loquitur, dicens: *Lauda, et lætare, filia Sion, quia ecce ego venio*, **10** et habitur specialiter, quod Marianæ videbatur in spiritu litter commutandum. AREV.

5. Ad cuius imaginem conditus homo creditur. Imaginem hoc loco Isidorus personaliter sumit, intelligitque hominem suisse conditum ad exemplarum Dei, et imaginem, quæ est Filius, secutus in eo Ambros., lib. vi Hexameron, c. 7; Euseb. xi Preparation. evangel., c. 12; Procopium, ad c. n de Genes. ad litteram, cap. 49, impugnandam suscepit. Cyrilus etiam, lib. i contra Julianum nugatoriam vocare non dubitavit. Fortassis eo tempore ea expositione Ariani ad erroris praesidium seprandasque Trinitatis personas abutebantur; aliquo nihil periculi est. Theologoi quidem certe recentiores hominem ad imaginem totius Trinitatis conditum esse intelligunt, atque imaginis vocem ius verbis non imaginem in Deo, sed potius in nobis impressam significare contendunt, ut perinde sit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, ac si diceret, qui sit imago nostri, ad nostram essentiæ exemplar expressa et conformata*. Quod vero ad lectionem spectat, proximiis verbis, ubi nos posuimus: nisi ad ejus, cui una imago cum Deo est, tres Codices legebant: cuius una imago cum Deo est. Et Tarracon. major: *Cujus imago cum Deo est*. MAR.

6. In qua sententia nemo dubitat secundam esse personam. In verbis illis Genes. xix, 24: *Pluit Dominus super Sodomam, et Gomorram ignem, et sulphur a Domino*, vocis Domini geminationem Isidorus ad primam et secundam Trinitatis personas refert, quod ante eum fecerant Euseb., lib. i ecclesiast. Hist. cap. 4. Ireneus, lib. iii, cap. 6; Basil., v contra Eunonium; Marcellinus Pontifex, ad Salomonem episcopum; Hieron., ad Osee i. MAR.

9. Al. age nunc, videamus. MAR.

Ibid. Al. effectus est obediens. MAR.

tabo in medio tui, dicit Dominus, et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt mihi in populum, et habitabo in medio tui, et scies quia Dominus exercitum misit me ad te (Zach. ii, 10).

10. Quis est igitur iste Dominus exercitum a Domino exercitum missus, nisi idem Dominus Jesus Christus? Superest de Spiritu sancto, de cuius deitate sic ait Jacob : *Et quia spiritus Dei est, spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotens vivificavit me, ecce et me, sicut et te, fecit Deus* (Job. xxxiii, 4). De quo enim dixerat : *Spiritus Domini fecit me, de eo rursus adjecit : Ecce et me, sicut et te, fecit Deus*, ut eundem Spiritum ostenderet esse Deum.

#### CAPUT IV. De Trinitatis significantia.

1. Patet Veteris Testamenti apicibus, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum esse Deum. Sed hinc isti Filium, et Spiritum sanctum non reputant esse Deum, eo quod in monte Sina vocem Dei intonantis audierunt : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est* (Deut. vi, 4); ignorantes in Trinitate unum esse Deum, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, nec tres deos, sed in tribus personis unum nomen individuae majestatis.

2. Quaramus ergo in Scripturis Veteris Testimenti eamdem Trinitatem. In libro quippe secundo Regum ita scriptum est : *Dixit David filius Isai. Dicit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psalmista Israel : Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguis meam. Quis autem esset, adjecit : Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel, dominator hominum justus* (II Reg. xxii, 1).

3. Dicendo enim Christum Dei Jacob, et Filium, et Patrem ostendit. Item dicendo : *Spiritus Domini locutus est per me*, Spiritum sanctum evidenter apernit. Idem quoque in Psalmis : *Verbo, inquit, Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eo-*

10. *Ut eundem Spiritum ostenderet esse Deum. Post hanc verba in Hispalensi Codice sequebantur illa, sed hinc isti Christum non putant esse Deum. Et cætera multa; quæ quoniam lacuna intercisa atque depravata erant, deerantque in aliis Codicibus, et proximi capititis initio ferme ad verbum repetuntur, tanquam addititia loco movimus. Quintum tamen caput, in Excusiis Codicibus positum, nos Hispalensem Codicem secuti ad finem 3 cap. subjunximus, cum quo coamodiis cohædere visum est, idque sine nova capituli distinctione. Tametsi in aliis Codicibus ea omnia desiderabantur penitus, ac propterea suspecta esse videri poterant.* MAR.

*Ibid.* Verba quæ Mariana in Cod. Hispalensi reperit exstant etiam in Cod. Florent. 1, et in Barberino sæculi prope octavi, et in multis aliis MSS., quæ propterea omnino prætermitti non debent. Ea sunt hujusmodi : .... *Ostenderet esse Deum. Sed hinc isti Christum non putant esse Deum, eo quod in monte Sinai audierint vocem Dei intonantis : Audi, inquit, Israel : Dominus Deus tuus unus est ; et iterum : Ego sum Deus, et præter me non est aliud. Et illud : Ego sum Deus, et non mutor, et gloriam meam alteri non dabo. Dum hac ergo legunt, perfidie errore cœcati, Christum Deum esse non credunt. Ergo agnoscant proinde, illis eo tempore hac prædicta fuisse, ne forte ab unitate fidei recedentes, in multis factos deos trans-*

*A rum (Psal. xxxii, 6) ; in persona enim Domini Patrem accipimus ; in Verbo Filium credimus ; in spiritu oris ejus Spiritum sanctum intelligimus. Quo testimonio et Trinitatis numerus, et communio cooperationis ostenditur.*

4. Sic et in consequentibus idem propheta ait : *Mittere verbum suum, et liquefaciet ea; flabit Spiritus ejus, et fluenter aquæ* (Psal. cxlvii, 18). Ecce tria, Pater qui mittit, et Verbum quod militatur, et Spiritus ejus qui flat. Nam et cum dicitur in Genesi : *In principio fecit Deus cœlum et terram*, et spiritus Dei ferebatur super aquas (Gen. i, 1, 2), ibi in Dei vocabulo Pater intelligitur ; in principio Filius agnoscitur, qui dicit : *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam* (Psal. xxxix, 8, 9) ; quia dixit Deus, et fecit Deus ; in eo vero qui superferebatur aquis, Spiritus sanctus significatur.

5. Nam et cum ibi dicit Deus : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. i, 26), per pluralitatem personarum patens significatio Trinitatis est. Ubi tamen, ut unitatem deitatis ostenderet, confessim admonet, dicens : *Fecit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Et cum dicit idem Deus : Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ipsa pluralitas personarum Trinitatis demonstrat mysterium.*

6. Cujus Trinitatis sacramentum et Aggæus propheta ita aperuit, ex persona Domini dicens : *Spiritus meus erit in medio vestri* (Agg. ii, 6, 8). Ecce Deus qui loquitur, ecce Spiritus ejus ; post hæc de tertia persona, id est, de Filio, ita subjecit : *Quia ecce ego commovebo cœlum et terram, et veniet desideratus cunctis gentibus.*

7. In Isaia quoque sub propria persona cujusque distinctio Trinitatis, dicente eodem Filio, ita ostenditur : *Ego primus, et ego novissimus; manus quoque mea fundavit terram, et dextra mea mensa est cœlos*

*irent, atque idola gentilitatis colerent, quod et fecerunt, cum specialiter Christum testimoniis prophetarum reputant esse Deum. Pro prædicta fuisse alii habent prædicata fuisse, et spiritualiter pro specialiter. Quæ duo adverbia passim in MSS. confunduntur. AREV.*

CAP. IV. N. 1. AL., unum esse Deum bis pro esse Deum. MAR.

2. In libro quippe secundo Regum. In Hispalensi, et Tarragonensi minori legebatur, in libro quoque primo Regum. Quæ fortassis germana Isidori lectione est. Nam, ut Junilius docet, lib. de Partibus divinæ legis, cap. 12, et Hieronym. in prologo galeato, Hebrei duos tantum libros Regum computant, nempe Samuelis librum, quo primus et secundus comprehenditur, et librum Regum, qui continet tertium et quartum ; atque hanc computandi rationem Isidorus ipse secutus est, lib. vi Elymolog., cap. 1. Verum quoniam alii Codices discrepant, et Isidorus ipse in libro Proæmiorum quatuor libros Regum facit, diversam lectionem præferendam judicavimus, tanquam Vulgate Editioni, et communius magis consuetaneam. MAR.

4. AL., Domini ferebatur. Ibi tamen. MAR.

6. De tertia persona. Hoc est, una ex tribus personis; de qua loquendi formula erudita est Grallionota ad cap. xlvi in Exodum, Num. 3. AREV.

(Isai. XLVIII, 12, 13, 16). Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram; et consequenter adjecit: *Et nunc Dominus Deus meus misit me, et Spiritus ejus.* Ecco duæ personæ, Dominus et Spiritus ejus, qui mittunt, et tercia persona ejusdem Domini, qui mittitur.

8. Item alibi per eundem prophetam Trinitatis sic demonstratur significantia. *Ecce, inquit, puer meus, suscepimus eum, dilectus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedit spiritum meum super eum* (Isai. XLII, 1). Pater Filium dilectum puerum vocat, super quem dedit spiritum suum. De quo Dominus Jesus Christus propria voce testatur: *Spiritus Domini super me.*

9. Allo quoque in loco idem Isaías totam Trinitatem in digitorum numero comprehendens, sic prædictat, dicens: *Quis mensus est pugillo aquas, et caelos palmo quis ponderavit? quis appendit tribus digitis motem terræ* (Isai. XL, 12)? In tribus quippe dñigilis propheta trinam divinæ omnipotentiae æquilitatem sub quadam mysteriū lance libravit, et ex parilitate virtutis cooperationem potentiae, et unitatem substantiae, quæ una eademque in Trinitate est, in tribus digitis declaravit.

10. Enjus Trinitatis mysterium alias se cognovisse testatur idem propheta, dicens: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, Seraphim stabant super illud, sex alici uni, et sex alici alteri, 13 duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant* (Isai. VI, 1); quem ut trium in personis ostenderet, et unum in divinitate monstraret, sequenter ait: *Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum; plena est omnis terra gloria ejus.*

11. Ecce trinam sanctificationem sub una confessione coelestis persoluta exercitus: unam gloriam Trinitatis Seraphim trina repetitione proclamant. Nam quid ter Sanctus indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentiae gloria demonstrata est in deitate trium personarum significatio? Non autem sicut tres personæ, ita et tres dñi credendi sunt, sed in eis personis

11. *Nam quid ter Sanctus indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentiae gloria demonstrata est in deitate trium personarum significatio?* Hoc loco maxime variabili exemplaria. Hispalense legit: *Nisi ejusdem trinæ Omnipotentiae gloria, qua demonstrata est in deitate trium personarum sanctificationem.* Tarracensem minus: *Nisi ejusdem Trinæ Omnipotentiae gloria demonstrata est, in Dei tamen trium personarum significacionem.* In alt. ro. Excluso legitur: *Nisi ejusdem trinæ Omnipotentiae gloriam, qua demonstrata est in deitate trium personarum sanctificationem.* Ex Parisiensi et Tarracensi majori lectio, quam posuimus, desumpta est. Suspectus legendum: *Nam quid ter sanctus indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentiae gloria demonstrata est, in deitate trium personarum significata?* MAR.

Ibid. Codex Flor. 1 et alii omissunt hunc et sequentem numerum, vel potius eos præmittunt, et hoc loco addunt: *Ut enim personarum Trinitas monstratur, tertio Sanctus dicatur.* Sed ut unam esse Trinitatis substantiam appareat, non Domini Sabaoth, sed Dominus esse perhibetur. David quoque dicit: *Benedic nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.* Qui

A una divinitas prædicanda est secundum Moysi sententiam dicentis: *Asudi, Israel, Deus, Deus tuus, Deus unus est* (Deut. VI, 4). Et iterum: *Ego sum Deus, et præter me non est aliud* (Isai. XLV, 21).

12. Sed contra hæc obiect perniciosa Judæorum perfidia, dicens: *Si Pater Deus est, et Filius Deus est; ergo duo dñi sunt, et non unus Deus.* Pro me ergo audiant Isaiam, ultramque personam unum Deum dicentem: *Tu es Deus, et in te est Deus.* In eo enim quod dicit: *Tu es Deus, Patrem ostendit; in eo vero quod subiect: In te est Deus, Filium declaravit.*

13. Sed tamen, ut eundem Patrem et Filium unum Deum ostenderet, subiect: *Non est aboquo te Deus, vero tu es absconsus Deus, Deus Israel.* Alias quoque uniuersum nomen Patris et Filii comprobatur, ipso Patre ad legislatorem Moysen his testante: *Auden illi, et ne inobedient ei fueris; est enim nomen meum in illo.*

#### 14. CAPUT V.

*Quia Filius Dei, Deus, homo factus est.*

1. Hucusque mysterium colestis nativitatis in Christo, et significantiam divinæ Trinitatis ostendimus. Deline Scriptura auctoritate eundem Filium Dei natum in carne monstramus, manifestantes primum, quia idem Filius Dei propter salutem incarnatus, et homo factus est. Sic enim de eo prædictus Isaías: *Puroratus, inquit, natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus ejus; super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus admirabilis, consuetus, Deus fortis, pater futuri sæculi, paterceps pacis; multiplicabitur ejus imperium, et pacis ejus non erit finis* (Isai. IX, 6).

2. Parvulus enim Christus, quia homo; et natus est nobis, non sibi; quod enim homo factus est; nobis proficit, et ideo nobis natus est. Filius autem datus est nobis: cuius, nisi Dei Filius? prædictus ejus super humerum ejus: sive quia crucem propriæ humeris ipse portavit: sive quia titulum regni super humeros et caput ejus Pilatus scripsit.

3. Erubescant itaque impi Judei, et agnoscent vocari Christum Filium Dei vivi natum, et per as-

cum tertio dixisset Deum, ut unum hunc esse ostenderet, subdidit: *Et metuant eum omnes fines terre.* Hæc quidem pauci de Trinitate brevitatis causa notarimus, dum copiosissime plurima in voluminibus Scripturarum panduntur. AR.V.

CAP. V. N. 4. AL., humeros pro humeram. MAR.

5. AL., invocare pro vocari. MAR.

Ibid. Minus: *eum paulo minus ab angelis.* Tarracensis maior: *Minuisti eum paulo minus a Deo.* Ministrum in Hebreo Psalmo VIII, 6, legitur: *Minuisti eum paulo minus ab El-ahim.* Quia dictio saepè Deum, aliquando et. am ange. os significat, unde intricè interpretationi locus. Septuaginta dixerunt: *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Quod Paulus sciens est ad Hebr. II, 7. Hieronym. autem in sua interpretatione dixit: *Minuisti eum paulo minus a Deo.* MAR.

Ibid. *Rursum futuram ejus in carne nativitatem ostendens, subiect, dicens: Et quasi de vulva orientur tibi ros adolescentia tuae.* Locus est ex Psalm. CIV, 5. In quo minor Isidorum, cum adduxisset illa verba: *Ex uero ante luciferum genu te, adjeccisse, tanquam sequentia, et quasi de vulva orientur tibi ros adolescentie tuae,* cum sit potius ejusdem loci diversa interpreta-

sampionem corporis parvulum factum, de quo Deus videt: *Ministrasti eum paulo minus ab angelis, quia, dum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu*s* est esse s<sup>e</sup>cundum Deo, sed someti*p*um exinan*t*u*s*, formam servi accipiens (Philipp. ii, 6).*

**15** Ad quem dum Pater in Psalmis de illa aeterna nativitate dicit: *Ex utero ante Luciferum genui te (Psalm. cix, 5), rursum futuram ejus in carne nativitatem ostendens, subi*ce*tit, dicens: Et quasi de vultu erector iheros adolescentiae tuae.*

**4.** Hanc incorporationem Filii Dei et Spiritus sanctus in Psalmis ita prænuntiavit, dicens: *Ad Sion autem dicatur, vir et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus. Ecce qui nascitur in Sion, et qui in ipsa civitate factus est humiliorus, ipse est qui fundavit eam Excelsus; et quia idem est Dominus, sequitur: Dominus numeravit, scribens populis, iste natus est ibi. Quis est iste? vir scilicet, et excelsus, et Dominus. Vir, quia homo factus est. Excelsus, quia cum supra se oculi et angeli suscipiant. Dominus, quia cunctæ coeli terraque creature*m* illi deseruunt.*

**5.** Verum quoties inimici Christi omnem hanc prophetiam nativitatis ejus audient, conclusi, dama non habeant quod proponant, argumentantur, dicentes neendum venisse Christum, de quo haec omnia ora prophetarum præsaga cecinerunt. Quæramus ergo tempus nativitatis Christi, utrum jam adveniret, an venturus adhuc expectetur? In Daniele igitur tempus adventus ejus certissime ostenditur, et anni numerantur, et manifesta signa ejus pronuntiantur, et post adventum ejus et mortem futura Iudaorum excidia ibi certissime manifestantur.

**6.** Sic enim ait ad eum angelus: *Daniel, adverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomadas abbreviata sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniq*ui*itas, et adducatur justitia sempiterra, et impleatur visio, et propria, 16 et urgatur sanctorum sanctorum (Dan. ix, 25). Quaz scilicet septuaginta hebdomadas si a tempore Danielis enumerentur, procul dubio Sanctius sanctorum Dominus Jesus Christus olim venisse cognoscitur.*

**7.** Hebdomada namque in sacris eloquii septem annis terminatur, dicit deo Dominus ad Moysen: *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum (Levit. xxv, 8) id est septies septem, qui simul faciunt annos quadraginta novem.* Similiter septies septuaginta

*tio ex versione Hieronymi. Eodem memoria*re* lapidierius, cap. 40, utramque interpretationem coniunxit, ubi ait: *Ante luciferum genui te, et quasi de vultu erector iheros adolescentiae tuae. MAR.**

**4.** Ad Sion autem dicatur, *Vir et vir natus est in ea, etc.* Locus est ex Psalm. lxxxvii, 5, juxta versionem Hieronymini. Codices Gothici, Romani Psalterii interpretationem secuti, legunt: *Mater Sion dicit, Homo et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus. Et fortassis haec erat Isidori germana lectio. MAR.*

*Ibid. Al. Altissimus pro Excelsus, et populos pro populis. MAR.*

*Ibid. In versione sancti Hieronymi ex Hebreo ita dicitur: Dominus numeravit scribens populos; iste*

*fluit quadriginta nonagesima. Ideo tot annos fuisse credendum est a Daniele usque ad Christum. A tempore itaque Danielis prophetæ usque ad præsens tempus plus quam centum quadraginta hebdomadas ennumerantur. Ideoque jam advenit Christus, quem annuntiabat sermo propheticus:*

**8.** Post septuaginta enim hebdomadas et natus et passus ostenditur Christus, et civitatem Jerusalēm in exterminationem fuisse, et sacrificium, unctionemque cessasse. Sic enim subiecti idem propheta: *Et occidetur Christus, et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Post passionem igitur Christi venit Titus, et debellavit Iudeos, et destruxit urbem, et templum, et cessaverunt libanina et sacrificia. Quæ ultra illuc celebrari non potuerunt. Ut impleretur quod fuerat ante a propheta prædictum.*

**9.** Sed, o duritia cordis Judaici! quia ipsi Christum interemerunt, inde eum adhuc venisse non credant. Probavimus Dominum nostrum Jesum Christum secundum carnem jam natum fuisse. Sed adjicit incredulus cur in carne venit? Audi ergo causam. Deus cum hominem fecisset, summa beatitudine prædictum, et divinæ imaginis decore ornatum, posuit eum in paradiſo, ut esset Deo subjectus, et ceteris creaturis prælatus.

**10.** Ille autem rebellis effectus, contempta divinitate, interdictum violavit præceptum: quem projectum ob superbiam Deus non occidit, sed exsileni paradise fecit, exspectans ut per poenitentiam reparari posset ad veniam; et cum ille non revocaretur ad viam virtutis, dedit legem per Moysen, ut vel per ipsam reverteretur ad amorem Dei, et operationem justitiae. Sed cum ne hanc quidem contumaciam et incredulus custodiret, venit tandem **17** Filius Dei, et corpus humanum assumpsit, ut dum videretur, crederetur; omissisque mundus dæmonum simulacris reconciliaretur gratia Conditoris.

**11.** Haec est causa nativitatis Christi, quem Iudei, eti scilicet patiuntur natum, scandalizantur tamē crucifixum et mortuum: non intelligentes quia sic ut propter redemtionem mundi illam docevit nasci, ita et pati oportuit, cuius passionem et mortem in sud loco Scripturarum testimoniis approbabimus. Nunc vero sequamur debitum ordinem, et ejus demonstrata D est post gloriam deitatis humana nativitas, demonstretur et genos, et patria incipientes primum de nomine ejus loqui.

*natus est tibi. Itaque restitui posset populus ex multis MSS. I-dori. AREV.*

**6.** De septuaginta Danielis hebdomadibus passim ecclesiastici scriptores. Adiutor Cotelarium, Pair. apostolic. tom. I, pag. 49. Calmetus dissertationem de hoc arguento edidit ante commentarium in Danieliem; et in Bibliotheca sacra præmissa Dictionario biblico præciosos auctores veteres recontosque indicat qui in hac questione versati sunt. AREV.

**9.** Al. decore honoratum, pro decore ornatum, MAR.

**10.** Al. corpus humanum cum anima assumpsit, MAR.

**11.** Incipientes. Refertur ad sequentes. In Editione Haganoensi omittitur incipientes... loqui. AREV.

## CAPUT VI.

*De nomine Jesu.*

1. Prima enim appellatio nominis Jesu invenitur in figura Domini nostri Jesu Christi antea prædicata. Nam Auses quidam, qui Nave filius nominabatur, a Moyse Jesus cognominatur (*Num. XIII, 17*). Hic post obitum Moysi dux effectus principatum obtinuit, et terram promissionis hæreditate distribuit. Mutatio nominis quid significabat, nisi quia defuncto Moyse, id est, defuncta lege, et legali præcepto cessante, dux nobis Dominus Jesus Christus erat futurus, qui nos per Jordanis fluente, id est, per gratiam baptissimi sanctificatos, et omnibus vitiorum generibus expulsis, vel angelorum malorum hostibus effugatis, perduceret ad terram coelestis **18** recompensationis, melle, et lacte manantem, id est, vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcior?

2. Ideo enim vir ille hujus sacramenti imaginem suscepit, ut Jesus nominaretur, ad significandum illum verum Jesum, de quo in Psalmis scriptum est: *Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari* **XCV, 1.** (*Psalm. extit., 4*), id est, Jesu patri nostro. Ubi ostenditur Dominum et Deum esse Jesum, de quo et alibi in Psalmis: *Quia placet sibi Dominus in populo suo, et exaltabit mansuetos in Jesu.* **Hæc enim in Hebreo:** sic habentur. **¶ De quo apertius Habacuc intonat di-**  
**cens:** *Ego gaudebo in Domino, et exultabo in Deo Jesu meo* (*Habac. III, 18*).

## CAPUT VII.

*Christus ex semine Abrahæ secundum carnem fuit.*

1. Quod autem ex semine Abrahæ futurus esset Dominus Jesus Christus, Genesis ostendit, dicente Abraham ad puerum suum: *Pone manum tuam sub*

**CAP. VI. N. 4. Al., prædicta pro prædicata. MAR.**  
*Ibid.* Nam Auses quidam, qui Nave filius nominabatur. Tarragonensis major, et excusi legunt: *Nam Josue quidam, etc.* Nostra lectio in Hispalensi erat, et Tarragonensi minor; et Numer. XIII, 17, ubi nos legimus: *Vocavitque Ossee γυρὶ filium Nun Josue;* Septuaginta dixerunt: *Ἐπωνύμος Μουσῆς τὸν Αὐτὸν γιον Νανὸν ἴσχον.* Ilanc Septuaginta interpretationem secutus est Isidorus. Totus vero locus, ac magna cap. 6 pars desumpta est ex Tertulliano, libro contra Judæos, ubi ait: *Dum Moysi successor destinaret Auses filius Nave, transferunt certe de pristino nomine, incipit vocari Jesus, etc.* Unde colligimus eiam paulo inferius legendum, *Qua nihil dulcior, potiusquam. Qua nihil est dulcior.* Tametsi hæc lectio in Tarragonensi minori et Hispalensi erat. **MAR.**

*Ibid. Al., terram promissæ hæreditatis. MAR.*

2. *Deo salutari, id est, Jesu Patri nostro.* Vocem Latinam per Hebraicam reddidit, id tantum indicare volens, ubi in Latina versione vox salutare, vel salus invenitur, in Hebraico respontere nomen Jesu. Atque hoc ipsum secutus proximo testimonio, quod ex Psalm. XLIX, 4 desumptum est, ubi nos legimus: *Exaltavit mansuetos in salutem,* ipse Hieronymi interpretationem secutus, dixit: *Et exaltavit mansuetos in Jesu.* Sequens denique testimonium ex Habacuc III, 18, *Ego gaudebo in Domino, et exultabo in Deo Jesu meo,* quoniam ad rem in primis facit, adiociamus; obelo tamen notatum, quoniam in Hispalensi tantum invenimus. **MAR.**

**A** *temore meo, et jura per Deum cœli* (*Gen. XXIV, 2*). Quo verbo Christum Deum cœli de genere suo testabatur in carne esse venturum. Per seūrū enim genus intelligitur; significabatur enim de semine Abrahæ futurum in carne Deum cœli: de quo semine per Isaac facta fuerat ei a Domino recompensatio. *In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes* (*Gen. XXII, 18*), id est, **19** in Christo, de quo Psalmista ait: *Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum* (*Psalm. LXXI, 17*).

2. De hoc semine, et per eundem Isaiam vox Domini loquitur: *Educam, inquit, de Jacob semen, et de Juda possidentes montes meos* (*Isai. LXV, 9*). De quo alibi idem propheta: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, et quasi Gomorrah similes facti essemus* (*Isai. I, 9*).

## CAPUT VIII.

*De tribu Juda ortus est Christus.*

1. Et quia de tribu Juda secundum carnem Christus exspectandus esset, Jacob patriarcha significat, dicens: *Non deficit princeps ex Juda, nec dux de seminibus ejus, donec veniat qui mittendus est.* **Et ipse erit exspectatio gentium** (*Gen. XLIX, 10*). Certum est enim, usque ad ortum Christi non defuisse principes populi Judæorum ex genere Juda, nec duces de seminibus ejus usque ad Herodem alienigenam regem, qui per ambitionem regni irrepererat potestatem.

2. Statim enim ut hoc factum est, et defecit dux ex semine Judæ, advenit ille qui mittendus erat, quem gentes et populi exspectabant. Judæi autem **C** pervicacia impudicæ frontis dicunt nondum esse id tempus expletum, mentientes nescio quem regem **20** ex genere Juda in extremis Orientis partibus regnum tenere.

**CAP. VII. N. 1. De quo semine per Isaac facta fuerat ei a Domino recompensatio.** Quinque Codices constant pro Isaac legebant *Isaiam.* in Gothicis nihil erat, tantum in Tarragonensi majori Isaie nomen subobscuræ in Isaac mutari videbatur, quam nos lectinem, ut veram, secun*dum sumus.* Tametsi paulo inferioris legebatur: *de hoc semine et per eundem Isaiam,* etc. Nam vocem *eundem* redundare judicavimus, eamque obelo jugulavimus, prorsus prætermittere sine exemplari non ausi. **MAR.**

**D** *Ibid.* Crialius edidit per *Isaiam Isaac contra mentem annotatoris Marianæ,* qui tantum volebat per *Isaac.* Neque utraque vox retineri potest; aut enim solum legendum, per *Isaiam,* aut per *Isaac.* **AREV.**

**CAP. VIII. N. 1. Nec dux de seminibus ejus.** Sic quinque Codices. Julianus, contra Judæos, Hilarius in Psalmum LIX. Nempe Septuaginta dixerunt *ἐξ τῶν παρῶν αὐτῶν,* id est, *ex seminibus ejus;* quam lectio nein secuti sumus. Licit Hispalensis, et Tarragonensis minor, ut est in nostra Vulgata, legebant: *Nec dux de seminibus ejus.* Tertull. et ipse contra Judæos de seminibus legit. **MAR.**

*Ibid. Forte irrepererat potestati. AREV.*

2. *Mentientes nescio quem regem ex genere Judæ in extremis Orientis partibus.* Hunc locum ferme totidem verbis translitu*Julianus Toletanus archiepiscopus* in suum opus contra Judæos, ubi libro primo sic ait: *An forte adhuc in impudicæ frontis pertinacia perduantes illud objicitis, quod parentes vestri solent mentiones proponere, esse hodie nescio quem regem ex ge-*

3. Nec attendunt, mente cœcati, simulationis suæ mendacium detegi, quia jam sicut nullum templum, nullum altare, nullum sacrificium, ita nullus rex, nullus sacerdos remansit Judæis; neque enim mendax esse potest Osee propheta, qui dicit: *Sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus* (*Ose. iii, 4*). Quæ omnia quis non videat nunc in ipsis esse completa?

## CAPUT IX.

*Quia de stirpe David natus est Christus.*

1. Ecce ex qua tribu nasciturus est Christus doceatur. Ex David autem stirpe secundum caruem futurus esse per Spiritum sanctum ita prænuntiatus est in Psalmiss: *Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur cum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam* (*Psal. cxxxii, 11*). > Et iterum: *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus, sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et tenuis in calo fidelis* (*Psal. lxxxviii, 36° seq.*).

2. Item in libro Paralipomenon: *Et factum est verbum Domini ad Nathan, dicens: Vade, et dic servo meo David: Hæc dicit Dominus: Annuntio tibi quod ædificaturus sit dominum tibi Dominus, cumque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabiliam regnum ejus, ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium, et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit, et statuam eum in domo mea, et in regno meo usque in sempiternum: et thronus ejus erit firmissimus in perpetuum* (*II Reg. vii, 4; I Paral. xvii, 3*).

213. Hæc omnia quisquis in Salomone putat suisse impleta, multum errare videtur. Nam qualiter in Salomone intelligendum est, quod dictum est: *Postquam dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabiliam regnum illius?* Nunquid de illo Salomone creditur prophetatum? Minime. Ille enim patre suo vivente cœpit regnare. Nam hic dicitur quia cum completi fuerint dies vitæ tuae, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum. Ex quo intelligitur alius esse promissus, qui non ante mortem David, sed post mortem ejus prænuntiatus fuerat suscitandus.

nere Judæ, qui in extremis Orientis partibus videatur regnum tenere? Et alia multa in eamdem sententiam. Et quidem Judæos magno in numero in Oriente intra montes Caspios inclusos contineri, non ipsi soli subulantur (nam existat de hac re liber Hebraice, qui Baldad Suhites nuncupatur), sed etiam Prospero fuit persuasum, lib. de Prædictionibus, parte ultima, cap. 9, ubi ait: *Hic ostenditur quod ex Judæis de tribu Dan, quæ hodie quoque in Perside est, veniet Antichristus.* Hanc Judæorum opinionem Porchetus tangit prima part. Vict. contr. Judæos, cap. 2. MAR.

\*Cap. ix. N. 1. Al., futurum esse... prænuntiatum est. MAR.

Ibid. *Juravit Dominus. Psalm. cxxxii, 11, in Gothicis: Juravit Dominus David in veritate, et non frustravit*

A 4. Qui ædificaret dominum Domini, non de partibus manufactis, sed de lapidibus vivis et pretiosis, id est, sanctis et fidelibus. Nam et illud, quod subjet: *Fidelis erit domus ejus, et regnum ejus usque in sempiternum coram me* (*II Reg. vii, 16*), attendat et aspiciat quisquam non de Salomone esse prænuntiatum. Salomon quippe dominum plenam suisse mulieribus alienigenis colentibus idola, et ipse ab eis rex idolatria seductus, atque dejectus, dum bonus suisset in initio, malos exitus habuit.

B 5. Ergo quis est iste cuius dominus est fidelis in perpetuum, et qui post mortem David promittitur suscitandus? Ille utique est de quo ipse David exæstuans clamat, dicens in Psalmo octogesimo octavo: *Tu vero distulisti Christum tuum* (*Psal. lxxxviii, 39*). Non est ergo ille Salomon, sed nec iste David dilatus est Christus. Ecce apparuerunt promissiones prædictæ, non in Salomone, sed in Christo Domino nostro, qui ex David genere ortus est, suisse completæ.

C 6. De quo per Jeremiam ipse Dominus dicit: *Ecco dies venient, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster* (*Jerem. xxiii, 5, 6*).

D 7. Iste est qui per Nathan ex semine David promittitur (*I Paral. xvii; II Reg. vii*), qui etiam 22 per Isaiam prophetam ita prænuntiat: *Egrediebor, inquit, virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet* (*Isai. xi, 1*). Hæc virga de radice Jesse virgo est Maria, de David radice exorta, quæ genuit florem Dominum Salvatorem, de quo etiam sequitur: *Et requiescerit super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.*

E 8. Ideo autem tanta dona spiritus super eum prædicantur, quia in eo non ad mensuram Spiritus inhabitat sanctus (*Joan. iii, 34*), sicut in nobis, sed tota inest ei plenitudo divinitatis et gratiarum (*Colos. ii, 9*). Iste est qui non secundum visionem oculorum et auditum aurium judicat, sed est justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus (*Isai. xi, 3*). In cuius Ecclesia habitat lupus cum agno: ille unicus qui solebat ab ea rapere prædam, dum ad eam convertitur, cum innocentibus commoratur.

eum: *De fructu ventris tui ponam super sedem meam, quomodo in Psalterio Hispanico legitur. Et fortassis ita etiæ in legit Isidorus. MAR.*

Ibid. Al., eum, de fructu. Et, in æternum manebit. MAR.

3. Al., dies vita tui. MAR.

4. Qui ædificaret dominum Domini. Totus hic locus obelo rotatus in Excusis tantum erat, nobis suspectus visus est, neque satis cohærente; reliquimus tamen intactum, nisi quod ubi legebatur qui dum bonus suisset, ut ratio Grammaticæ constaret, relativum qui temere positum expunximus. MAR.

Ibid. Fortassis habuit pro suisse. MAR.

Ibid. Fortassis legendu... Salomonis quippe... suisse, subincollecto constat, ut alibi passim. AREV.

9. In omnes oculi parvas cum fratre accubat permisit scilicet amboli cum simplicibus, ibi etiam natus de circumcisione, leo de exercitu potestate, evit de populari ordine, simul exorans, quia in fide communis est conditionis nostrum. Puer autem parvulus natus est ille est utique, qui se humiliavit pro nobis, ut parvulus. Bos autem et leo ibi comedent populus, quia principes cum subiectis plebis communione habent doctrinam.

10. Delectatur quoque infans ab ubere super foramina aspidis, dum gentes, que solebant venena aliquando praedicare, conversi etiam parvuli Christi fidem delectantur audire. Caverna autem reguli corda sunt infidelium, in quibus ille serpens tortuosus requiescebat, quem ablatius comprehensum exinde captivum traxit, ut in monte sancto eius, quod est Ecclesia, non noceret.

11. Adhuc ideo Isaia de Christo, quia ex semine David nasciturus esset secundum carnem, sic in consequentibus dicit: *In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes 23 deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum (Isai. xi, 10).* In signum populorum stat radix Jesse, quando Christus signaculum crucis exprimit in frontibus eorum. Ipsum gentes deprecabuntur, quod jam hoc totum carnitum suisse compleatum. Sepulcrum autem ejus in tantum est gloriosum, ut excepto quod redempti per mortem ejus gloriam ei exhibemus, etiam locus ipse conrepans miraculis, glorie sue causa ad se omnem contrahat magnitudinem.

12. Hic locus in Hebreo sic habet: *Ei enim reges ejus gloriosa. Utique quia moriens caro ejus non vidit corruptionem secundum Psalmi sententiam: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec das sanctum tuum sidere corruptionem (Psalm. xv, 10).* Jam vero quia ore prophetico de Moab nascienti Christo prohibetur testimoniun, idem Isaia testatur: *Ponam enim super his qui fugerint de Moab leonem, et reliquias terras. Emissus agnum, Domine, dominatorem terrae de petra deserti ad montem filie Sion (Isai. xv, 9; xvi, 1).*

13. De hac enim gente Moabitarum egressus est Agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi, qui dominatur in orbem terrarum. Petra autem deserti Ruth significat, quae, destituta morte mariti, de Booz

9. Ali., peccatoribus pro simplicibus. MAR.

10. Reguli, hoc est, basilisci. AREV.

11. Ali., natus est pro nasciturus esset. MAR.

*Ibid.* Signaculum crucis exprimit in frontibus eorum. Hoc refertur sive ad sacramentum confirmationis, cum puerorum frontes christis signantur, seu ad consuetudinem quasingulii fideles consueverunt frontes signo crucis munire. *De qua Tertull., lib. ii ad uxorem. Cyprian., lib. ii contra Judaeos, cap. 21, dixit quod in hoc signo salus sit omnibus, qui in frontibus notantur. MAR.*

12. Vulgata: *Ponam enim super Dibon additamenta: hi qui fugerint de Moab leonem, et reliquias terras. AREV.*

13. *Petra autem deserti Ruth significat. Hic locus ex Hieronym. desumptus est, ad cap. xvi Isaiae initio, ubi ait: De petra deserti, hoc est, Ruth, quae,*

A genit Obed, et de Obed Jesse, et de Jesse David, et de David stirpe Christum. Modestum autem filie Sion aut historialiter ipsam urbem Ierosolymam dicit, aut juxta tropologiam Ecclesiam in specula, id est, in virtutum sublimitate locatam.

#### CAPUT X.

*Quia Christus de virgine sine virili coitu genitus est.*

1. Ilactenus de nomine, et gente, et genere Domini nostri Iesu Christi Testamenti Veteris fidem perstrinximus: dehinc generationes ejus secundum carnem de Virgine ostendamus. Isaia enim 24 sancto Spiritu plenus futura incarnationis Filii Dei sic praeannuntiat sacramentum, sic enim dicit: *Et adiicit loqui ad Achaz Domini, dicens: Pele tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra (Isai. vii, 10).* Et subiecit: *Admete itaque, domus David, id est, genus David.*

2. Nam bene ad dominum David loquenter, id est, ad stirpem regiam, de qua stirpe descendit Maria, et adiicit: *Propterea hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo in utero concipiet, et partus filium, et vocabit nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus. Quia ergo ille, quem in utero Virgo concepit, et parerit, Nobiscum Deus vocatur, Deus in iudeo et in utero virginis conceptus naturaque cognoscitur. Enescant itaque Iudei increduli, et Christi gratiae sua colla submittant.*

3. Ecce enim quem Virgo parerit nobiscum Deus appellatur. Quo loco argumentantur Iudei quod in Hebreo non virginem, sed juvenculam ostendat sermo propheticus paritaram. Adversus quos respondetur non esse signum, si juvencula pariat, quod est aetatis. Sed hoc esse signum ad rei novitatem, si Virgo pariat, quod est integratatis. Dum enim dicit: *Dominus dabit vobis signum, insinuat quoddam insigne miraculum, virginem videlicet paritaram, quod procul dulio signum non esset, nisi novum existaret. Oportebat enim Christum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de virginine.*

4. Sequitur de eo: *Butyrum et mel comedet. Butyrum fructus est Ecclesiae venientis ex circumcisione, quasi bovis sub jugo, id est, sub lege positum; mel vero Ecclesiae venientis ex gentibus, 25 cuius sua-*

D mariti morte viduata, de Booz genuit Obed, et de Obed Jesse, et de Jesse David, et de David Christum. Isidorus dixit de David stirpe Christum. Quam lectio propter auctoritatem Hieronymi, diverse lectio priuilegium. Nam tres Codices legebant, *Et de David stirpe natus est Christus. MAR.*

CAP. x. N. 2. Ali., vocabit, pro vocabitur. MAR.

3. *In Hebreo non virginem, sed juvenculam, etc. Non constitui hoc loco de voce Halma, qua utitur Isaia vii cap., disputare, cum licet Hieronymum ad eum locum videre, atque Galat., lib. vii de arcana catholica veritatis cap. 15. MAR.*

*Ibid.* Granius perperam interponerat, *dum enim dicit Dominus: Dabit vobis signum. AREV.*

4. Sequitur, et dicit: *Priusquam cognoscat puer, etc. Isidorus, sive memoria hallucinante, sive data opera, a vii cap. Isaiam repente ad viii transiit, explicatque*

vitate, et dulcedine operis, et fidei pascitur Christus. Sequitur, et dicit : *Et priusquam cognoscet puer vocare patrem aut matrem.* Quod enim dixit priusquam cognoscet, id est, priusquam cognoscere faciat divinitate Deum habere se patrem, et carnis susceptione virginem matrem, juxta illud quod in Genesi scribitur, dicente Domino ad Abram : *Nunc cognori quod timeas Deum* (Gen. xxu, 42), id est, nunc cognoscere te feci. Absit enim apud Deum esse ignorantiam, ut tunc cognosceret quod ante nesciret.

5. Quantae autem protestatis existat idem Eumanuel, praedictus propheta frequenter auctoritat, dicens : *Et erit extensio alarum ejus, implexus latitudinem terrae, o Emmanuel* (Isai. viii, 8); quem quia de virginie natum credimus, Patrem in Psalmis dicentem audiamus. Nam cum dixisset Propheta de Christo : *Dixit Dominus Dominus meo : Sede a dextris meis, confestim vox Patris consecuta est, dicentis ad Filium : Ante luciferum genui te, et quasi de vulva orientur tibi ros adolescentiae tuae.* Juravit Dominus, et non paenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Dominus a dextris tuis confregit in die ire sue reges (Psal. cix, 1). Et iterum : *Ubi inhabitet, inquit, gloria in terra nostra, misericordia et veritas occurrerunt sibi, justitia et pax completa sunt ei.* Veritas de terra orta est, et justitia de celo prospexit (Psal. lxxxiv, 10 seq.).

6. Quae est veritas de terra orta, nisi Christus de semina natus, Filius Dei de carne procedens? Nam caro terra est; quando enim natus est Christus, justitia de celo prospexit. Non enim daretur a celo justificatio, nisi Christus in carne nasceretur, et ut ostenderet quod ipsa veritas de terra orta homo esset, sequester adiunxit : *Justitia ante eum praebit, et poset in via gressus omnes.* Item idem David : *Terra, inquit, dabit fructum suum* (Psal. lxvi, 7, 8). Terra, Maria, dedit fructum suum Christum; sed quis eal iuste fructus? *Benedic nos Deus, Deus noster, benedic nos Deus.*

7. Hunc terrae fructum praedictus Isaias propheta alibi manifestius annuntiat, dicens : *Rorata, acri, de-duper, et nubes pluviant justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem, et justitia ortatur simul;* ego Dominus creavi eum (Isai. xlv, 8). Caeli ipsi qui et nubes, id est, prophetae, per quos Christus adveniens prophetabatur; terra Maria, 26 quae, fide aperta, non corruptione, genit Salvatorem, quia solus Do-

illud verbum : *Priusquam cognoscet puer,* id est, priusquam cognoscere faciat se habere patrem Deum, matrem virginem. Subtiliter sane, neque abhorrens a divinarum litterarum usu. Hieronym., ad ea verba, et August., de tempore, serm. 32, facile se expedient explicantes : Aute quam puer sciit vocare patrem et matrem, id est, antequam homo fiat. MAR.

6. Al., nostra caro, pro nam caro. MAR.

7. Al., commixtione, pro commixtio. MAR.

8. Sine manibus abscessus, implens omnem terram. Hispalensis interponit quedam verba, sic enim ait : *Sine manibus complectentium concusse,* id est, de Virgine solo Spiritu sancto cooperante, sine virilis commixtione sensim ortus, implens omnem terram. MAR.

9. Al., ingressurum, pro ingressus. MAR.

minus eum creavit, non virilis commixtio seminis.

8. Uude et Isaias ait : *Generationem ejus quis engrabit* (Isai. lxx, 8)? Nullus enim hominum nativitas Christi in conceptu conscient fuit: solo enim verbo Dei virgo prægnans apparuit. Quod etiam Daniel propheta figuraliter prædixerat, dicens : *Vidi lapidem de monte abscissum sine manibus præcedit eum, et cum venisset in terram, replevit orbem terræ* (Dan. ii, 34): lapis iste Christus est sine manibus abscissus, iuplens omnem terram, quia in omnibus gentibus regnum ejus est.

9. De quo lapide per Isaiam Deus loquitur : *Ecco millo in fundamentis Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, et qui credideris in eum non confundetur* (Isai. xxviii, 16). Huic enim vidit Daniel abscissum de monte, id est, de populo Iudeorum, sine manibus, hoc est, sine operatione virili, ex Maria virginie natum, quam sine dubio virginem suisse credimus ante partum, virginem permanuisse post partum. Ezechiele propheta testante : *Converte me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciens ad Orientem, et erat clausa.* Et dixit Dominus ad me : *Porta hæc clausa erit, non aperietur, et vir non transierit per eam, quoniam Dominus Deus ingressus est per eam, eritque clausa* (Ezech. xliv, 1).

10. Quo testimonio sanctam Mariam et virginem concepiisse et virginem permanuisse constet. Generationia namque feminæ, pro eo quod clausura partus aperiunt, portæ dicuntur, sicut ait Job : *Quia non clausis portas ventris, qui portasti me* (Job. iii, 10). Domine enim noster Jesus Christus mirabiliter et potentiter natus, tanquam sponsus processit de thalamo suo (Psal. xviii, 6), id est, ex Virginis utero, post ejus ortum nullum eum Maria convenisse, nullum ex ejus utero genitum existuisse possumus.

## CAPUT XI.

*In Bethlehem natus est Christus.*

1. Prædictimus nativitatem Domini nostri ex Virginie, locum quoque 27 originis sue ostendamus. Nam in Bethlehem natus est, ad quem dicitur per Michæam prophetam : *Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, nunquid parvula es in milibus Iuda?* es te mihi egreditur qui sit dominator in Israel, et egressus ejus a diebus aeternitatis. Prop' hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet (Mich. v, 2).

CAP. XI. N. 1. Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, nunquid parvula es in milibus Iuda? Sic legibant duo Codices Gothici, sic etiam Julianus, lib. 1 contra Iudeos, præterquam quod genere masculino dixit : *Nunquid parentus es.* Hieronym., in ipsa versione Septuaginta habet : *Nequaquam minima es, ut sis in milibus Iuda.* Cyprian., in contr. Iudeos, cap. 11, emendat Michæam loquuntur sic refert : *Non exigua es, ut constitutaris in milibus Iuda.* Ipsemet Isidor., lib. II, cap. 5 : *Et tu, inquit, Bethlehem, domus Ephrata, non es minima in milibus Iuda.* In quam lectionem eo sane loco omnes Codices conspirabant, cum in hoc, de quo agimus, plerique affirmative legit : *Parvula es, sive parvulus es.* Tarragonen. minor tantum habebat : *Parvulus non es.* Libet autem suspicere.

2. Sicque postquam locum originis ejus prædictit, A deinde regnum ejus futurum in toto orbe subjecit, dicens : *Sabit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Dei sui erunt, quoniam nunc magnificatur usque ad terminos terræ, et erit iste pax.*

3. De hoc loco nativitatis Christi et Habacuc propheta sic ait : *Deus ab Africo veniet. Bethlehem enim regio, ubi natus est Christus, de Jerusalem ad meridianam respicit plagam. Merito ergo ab Africo venisse scribitur, quia a Bethlehem venturus esse prævidebatur.*

#### CAPUT XII.

*Stellæ indicio Christi nativitas monstratur.*

1. Quia stellæ indicio nativitas ejus claruit, in Numeris divinus ille 28 Balaam sic cecinit, dicens : *Orietur stella ex Jacob, consurget homo de Israel. Magi enim ab Orientis partibus venientes, primi Christi nativitatem stella indice nuntiaverunt, scilicet, ut quem olim princeps artis eorum prædixerat, illi inspecto sidere demonstrarent.*

#### CAPUT XIII.

*Munera magi obtulerunt.*

4. Quia ei munera obtulerunt magi, et hoc prophetæ nobis narrant; sic enim Isaïas ait : *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo diffuso, et dilacerato, a populo terribili, post quem non fuit alius (Isai. xviii, 7).* Hoc autem dicit propheta propter Persarum robustissimam gentem, ad cuius tunc potentiam nullus populus comparabatur, de quibus magi venientes, Christo munera detulerunt.

2. Et iterum ipse : *Omnes, inquit, de Saba venient,*

cari, Hebraicos Michææ Codices a Judæis esse vi-tiatos, et Septuaginta olim atque veteres locum eum ut est in Matthæo, cum negatione legisse, tametsi quidam nostra ætate ita conantur Matthæi verba cum Michææ loco conciliare, ut dicant hoc modo Hebraica interpretanda : *Et tu, Bethlehem Ephrata, pa-rum (supple est tibi) ut sis in millibus Juda. Nimi-rum vocem Zahir Hebraicam, pro qua alii parvula, seu parvulus reddiderunt, hi neutro genere sumi malunt ; quod si recipiatur, facile Matthæus cum Mi-chæa conciliabitur. Hebraica propter eos, qui eam linguam callent, subjicimus להוֹת בְּאָלִי יְהוּדָה וְאֶתְנָה אֶפְרַתָּחֵעַר MAR.*

3. *Deus ab Africo veniet.* Locus est Habacuc III, 3; sic August., lib. de Pastor., cap. 15 et 16, dixit : *Deus ab Africo veniet, et Dominus de monte umbroso. Quæ lectio in omnibus Isidori Codicibus erat, præterquam in Hispalensi, qui legit, ut est in Editione Vulgata : Deus ab Austro veniet. Nos aliorum Codicium auctoritatem secuti sumus. MAR.*

CAP. XII. N. 1. *Divinus ille Balaam.* Vox divinus anceps est ; Josephus, lib. IV Antiq., cap. 6, Balaam in magnorum et divinorum vatum numero ponere non dubitat, cui tam frequenter Deus loquebatur, per quem Israelitis benedicit, et qui futura tam aperte vaticinatus est. Antiquorum Patrum opinio resistit, Justini, q. 2; Chrysos., homil. 21 in Genesi; Basilii, epistola 80: Augustin., serm. 103. His accedit divinarum Litterarum auctoritas, cum Joseue XIII, 22, vocetur ariolus in Hebreaco. MAR.

CAP. XIII. N. 1. *De quibus magi venientes.* Remigius, in Matth. II, varias de magis fuisse opiniones ait, a quibusdam Chaldaeos putari, ab aliis Persas, a non-

A aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntian-tes. De his muneribus et David prædicavit, dicens : *Et dabitur ei de auro Arabie (Psalm. LXXI, 11).* Et 29 rursus : *Reges Tharsis, et insulæ munera offerent, reges Arubum, et Saba dona adducent. Nam et magos re-ges habuit Oriens.*

#### CAPUT XIV.

*A Deo Patre unctus est.*

1. Et quia non oleo isto humano unctus est Christus, sicut cæteri reges et pontifices Hebræorum, sed a paterno Spiritu unctus est, Isaïas ex persona ejusdem Christi sic cecinit, dicens : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelisare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, et cæcis vi-sum (Isai. LXI, 1).*

B 2. Simili modo et Psalmographus, divino afflatus Spi-ritu, ita ad eundem Christum loquitur, dicens : *Sedes tua, Deus, in aeternum aetuli, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae, præ consortibus tuis (Psalm. XLIV, 7).* In qua sententia primo propheta divinitatem Christi ac perpetuitatem demonstrat.

3. Sequenter per æquitatis virgam sceptrum po-testatis ejus regnumque denuntiat. Postremo quod idem Deus a Deo unctus sit, indicat, non quidem oleo communi, sicut cæteri participes sui, id est, principes, qui imaginario præcesserant, sed oleo lætitiae, quo mystice demonstratur Spiritus sanctus, cujus coelesti infusione, et virtute Christus est consecratus.

#### CAPUT XV.

*Quod pauper et abjectus primo adventu venit.*

1. Quia pauper et abjectus in primo adventu suo

nullis Balaam nepotes, quosdam ex ultimis terræ fi-nibus veniisse affirmare. Isidorus hoc capite magos Persas facit. Nempe eæ gentes astrorum cognitioni in primis deditæ erant, unde Geneithiaci Chaldaei vulgo dicebantur, ut ex Geilio constat, lib. XIV, cap. 1. Ab Helimaide prima Persidia regione magi Helimæi vocabantur. Unde illud Actorum XIII, 8 : *Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim inter-pretabatur nomen ejus. An vero hi reges magi dicti fuerint a sapientia, ut Origenes judicat, tract. 5 in Matthæum, et eo nomine reprehenditur a Theophil., ii lib. Paschali, an vero a damnatis artibus, ut Justinus contra Triphonem, et Basilius de Christi ortu arbitratur, magna questio est, neque institutæ brevitatibus. Hieronym., Dan. II, cum in illa verba : Precepit rex ut convocarentur arioli, ait magos esse, qui de singulis philosphantur; indicat ea voce non semper damnatas artes significari. Quod vero adjecit : Nam et magos reges habuit Oriens, ea verba ex Ter-tullian. desumpta sunt, libro contra Judæos, et ut contra Marcionem. Cicer., i de Divinat. : Nec quisquam, ait, rex Persarum potest esse qui non ante magorum disciplinam scientiamque perceperit. Magos autem, qui ad Christum venerunt fuisse reges, Cyprian., serm. de baptism. Christi, Athanas., q. 2, Hieronym., in Psalm. VII, August. serm. 43, ad fratres in erem., Christianus Druth., ad cap. 11 Matthæi docent. MAR.*

2. Al., personal, vel præcinit, pro prædicavit. MAR. CAP. XIV. N. 2. Al. directionis, pro æquitatis. MAR. 3. Al., imaginarie præcesserant. MAR.

CAP. XV. N. 1. *Sanctus Isaïas sic indicat dicens : Dicite filiæ Sion. Illa verba, Dicite filiæ Sion, sunt quidem in Isaia, cap. LXII, 11; quæ sequuntur, Ecce rex tuus venit tibi, ex Zech. IX, 9, desumpta sunt.*

venerit, sanctus Isaia sic indicat, dicens : *Dicite filiae Sion : Ecce rex tuus 30 venit tibi justus, et salvator, pauper, sedens super asinum indomitum* (Isai. lxi, 43). Item apud eundem ex persona Dei Patris : *Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde ; sicut obstupuerunt super te multi, sic ingloriosus erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum.*

2. *Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, contemplati sunt. Quis credidit auditui nostro ? Et brachium Domini cui revelatum est (Isai. lxi, 1) ? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sidenti. Non est species ei neque decor, et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum despiciunt, et novissimum virorum ; virum dolorum, et scientem ferre infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus, et despectus, unde nec reputavimus eum.*

3. *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprorum, et percussum a Deo, et humiliatum, ipso autem humiliatus est propter iniquitates nostras, et atritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus sanati sumus. Omnes nos, quasi oves, erravimus.*

4. *Unusquisque in viam suam declinavit, et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum ; sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus 31 coram tondente se obmutescet, et non aperuit os suum. De angustia, et de judicio sublatus est, generationem ejus quis enarrabit ? quia abscessus est de terra viventium, propter scelus populi mei percussi eum, et dabit impios pro sepultura, et divites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus, et Dominus voluit couterere eum in infirmitate ; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaeum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.*

5. *Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit, et saturabitur, in scientia sua justificabit ipse justus servos meos multos, et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam et plurimos, et fortium dividet spolia, pro*

*laeliorum autem utraque tanquam Isaiae adduxit. Neque mirum, quando, Marci i, 2, Isaiae nomine citatur testimonium, cuius prima pars, *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*, etc., ex Malachiæ, iii, 1, desumpta est. Tamei (quod Porphyrius reprehendit, ut refert Hieronym. ad Matth. iii, et quidam alii ansi sunt communisci, memoria fuisse lapsos evangelistas, agnoscere nefas est. Cyprianus, ii contra Judæos, cap. 28, totum hunc locum, tanquam Zchariar, citat his verbis : *Quod ipse sit rex in æternum regnaturus, apud Zachariam (supple habetur) : Dicte filiae Sion : Ecce rex tuus venit tibi, justus et salvans, muis, sedens super asinum domitum. Unde tria suspicabar : primum, Isidorum non Isaiam, sed Zachariam posuisse, et a librariorum locum fuisse mutatum ; deinde legendum justus et salvans, ubi Ilispalensis, et Tarragonensis minor, ut est in nostra Vulgata, legunt justus et salvator ; demum, non asinum indomitum legendum, sed domitum, ut dixit Cyprianus, tempe ὑποχριόν, quæ vox est in Septuaginta inter-**

*eo quod tradidit in mortem animam suam, et cum scleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus oravit.*

6. In qua lectione non solum, quia abjectus apparuit Christus, sed etiam ibi ejus generatio coelestis exprimitur, infirmitas quoque suscepta carnis ejus manifestatur, contumelia quoque passionis ejus, crux, mors, sepultura ibi monstratur, et quod innocens damnatur, et tacens ibi patitur.

7. Deus enim suscipiens in carne pauperis formam se humiliare dignatus est, nostrique causa, ut salus perditis redderetur, etiam usque ad mortem obediens factus est, quod alibi idem Isaia præfatus est : *Non clamabit, neque audiet quis in plateis vocem ejus ; colum quassatum non conteret, et linum sumigans non extinguet ; sed in veritate proferet judicium, quoque ponam in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt (Isai. xlII, 2).*

8. Et Jeremias, quod veniret Deus in carne abjectus, et humiliis, ita prædixit : *Domine, sic propter nomen tuum, quia multæ sunt aversiones nostræ. Tibi peccavimus, expectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra ? et quasi viator declinans ad manendum ? Quare futurus es, quasi vir vagus, et fortis, qui non potest salvare ? Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos (Jerem. xiv, 7).*

9. Dum enim dicit, *tibi peccavimus, exprimit Iudeorum personam, 32 qui in Deum peccaverunt, quando venientem eum in forma hominis crucifixi erunt ; obtulit enim se aspectibus hominum, tanquam vagum hominem, et inquinatum ; illi autem putantes hoc tantum esse quod videbatur, occiderunt hominem, quasi qui non posset salvare.*

#### CAPUT XVI.

*Quia signa et virtutes fecit.*

1. Genera quoque et virtutes curationum tanto ante præscripta sunt per Isaiam prophetam, dicentem : *Ecce Deus noster, ipse veniet, et salvabit nos. Tunc aperiuntur oculi cœrorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet claudus, quasi cervus, et plana erit lingua mutorum (Isai. xxxv, 4).* Et iterum : *Spi-*

*pretibus. Antiqui subjugalem dixerunt, nisi forte Isidorus ad verba sequentia respexit, *pullum novum, vel filium asinarum*, ut *asinum indomitum* diceret. MAR.*

*Ibid. Quod unius prophetæ nouen pro altero ali quando excidat, evenit etiam in aliis scriptoribus. AREV.*

2. Al., *ascendit, sicut virgultum. Et consideravimus pro desideravimus. MAR.*

3. Al., *vulneratus pro humiliatus. MAR.*

4. Al., *ducitur pro ducetur. MAR.*

6. Al., *ejus manifestatur pro monstratur. MAR.*

7. Al., *carnem pauperis forma. MAR.*

8. Al., *tibi enim peccavimus. Et potest salvari. MAR.*

9. Al., *salvari pro salvare. MAR.*

*CAP. XVI. N. 4. Al., patebunt, pro audient. Et clara pro plana. Et unxit pro unxerit. Et prædicandum pro annuntiandum. Et remissionem pro redemptionem. MAR.*

situs Domini super me, eo quod unxit me, ad an-nuntiandum manus eius misit me, ut mederer contribu-latis corde, praedicare captiuis redemtionem, et cæcis viuum (Isai. LXI, 1; Luc. IV, 18).

2. Hæc omnia sanitatum signa in adventu Christi facta sunt. Statim enim ut nubes essent, precedente stella adoraverunt eum magi, et obulerunt monera. Deinde varia adventus ejus representavit miracula. Cæcis, enim, ut Deum cognoscerent, profundæ noctis caligo detergiverat. Defunctis redivivæ lucis gratia redi-derat, ut animæ vivificarentur.

3. Smerti, ut auditum fidei suscipierent, audire con-perciverunt. Clandi, ut ad Deum currerent, incessu alacri vegetantur. Muti, ut Deum confiterentur, claris ve-tibus clamaverunt. Leprosi pro abolendis contagiosis animæ turida membra deposuerunt; effectu enim maiestatis sue multa fecit, que præterunda sunt, dum cuncta legantur.

4. Nam excellentiæ suæ virtute pendulis gressibus tumentes æquoris fluctus calcavit, et maris magni procellas suo imperio mitigavit. **33** Jam vero pas-sionis ejus obitum etiam elementa tremuerunt, dum sol fugit, dum tellus concutitur, saxaque sese illi-dentia dissolvuntur, siquidem et ipsa mors eum tenere non potuit.

5. Nam resurgens die tertia, ad sedem paternam revolavit, ministerisque angelorum reducitur a terris ad cœlum. Plura quoque, et his similia ejus omnipotentia facta sunt. Sed dicit incredulus quod et prophetæ miracula multa fecerunt. Verum est; nul-lus tamen eorum mortuus surrexit, et in cœlum ascendit.

#### CAPUT XVII.

In corpore videndus erat.

1. Quia idem Deus in corpore ab hominibus esset videndus, per Isalam testatur dicens: Propter hoc scilicet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum (Isai. LN, 6). Et David: Ambulabunt de virtute in virtutem, et videbitur Deus Deorum in Sion (Psal. LXXXIII, 8). Et iterum: Vidi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis (Psal. LXVII, 25): utique quibus venit in mundum, et quibus iterum ascendit in cœlum, tunc enim ma-nifestatus est, et revelatus occursus adventus ejus, p

2. Al., detergitur pro detergitur. MAR.

3. Al., abluendis pro abolendis. MAR.

*Ibid.* In nota Editionis Græcianæ erat abluendas, quod ex texto mutavi in abluendis. AREV.

4. Al., obitu pro obitum. MAR.

*Ibid.* Alii, etiam elementa timuerunt. AREV.

5. Cod. Flor. hoc loco addit aliud caput: Quia tentandus erat a diabolo. Quod vero tentandus esset a diabolo, et vincere diabolum, sanctus Zacharias pro-phe-ta dicit: Vidi Jesum sacerdotem s'antem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris ejus, ut ad-versaret ei, etc. Hæc desumpta sunt ex cap. in Zacharie, 1 seqq.: Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem, etc. Quæ verba proferuntur etiam in Etymologis, lib. VI, cap. 19, n. 55. Sed ubi Vulgata habet elegit Jerusalem, Cod. ms. Isidori hoc loco

A quem Judæi, si cognovissent, nunquam Domini-num glorie crucifixissent (I Cor. XI, 8).

2. De cuius etiam corporali visione supradictus Isaías ita annuntiavit: Ingloriosus, inquit, erit inter vires aspectus ejus, et forma ejus **34** inter filios ho-minum, quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, contemplati sunt. Et Jeremias, in libro Baruch: Hic est Deus noster, et non exti-mabitur alius ab eo qui innenit omnem viam prudentiarum, et ostendit eam Jacob pueru suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris vius est, et cum hominibus con-versatus est.

3. Et Habacuc: Domine, inquit, audiri auditum tuum, et timui; consideravi opera tua, et exponi, in medio duorum animalium cognosceris; dum appro-pinquaverint anni, innotescoris, dum aduenierit tempus, ostenderis (Habac. II, 10). Neū ipse: Videbunt te gentes, et dolebunt populi, id est, Judæi.

4. Siquidem et prædictus Isaías de ipso sic cecinit: Propter Sion non facebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediantur, ut splendor, justus ejus, et Sal-vator ejus, ut lampas, accendatur, et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum. Et iterum: Vox speculatorum tuorum levaverunt vocem, simul lauda-bunt, quia oculi ad oculum videbunt. Et infra: Parabit Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri (Isai. LXII, 1; LII, 8, 10).

#### CAPUT XVIII.

Judæi non erant eum agniti.

1. Et quia eum non erant agniti Judæi, sic præ-dixerat Jeremias ex persona Domini: Prævaricatione prævaricata est in me domus Israel, et domus Juda, ait Dominus; negaverunt me, et dixerunt, Non est ipse (Jerem. V, 11). Hoc etiam nuuc usque Judæi de Christo dicunt, Non est ipse, exspectantes alium, qui est Antichristus.

2. Et Isaías: Non est species ei, neque decor, et vi-dimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despectum, et novissimum virorum virum dolorum, scientem ferre infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus, et despectus. Unde nec reputavimus eum (Isai. LIII, 2). Quibus verbis incredulitatem Judæorum significat, quibus visus est Christus non habere spe-ciem, neque decorum, unde nec reputatus est esse Deus.

refert redemit Israel. AREV.

CAP. XVII. N. 1. Al., occultus pro oecurus. MAR.

2. Et Jeremias, in libro Baruch. Cum Baruch fuerit amanuensis Jeremias, passim ejus vaticinio tanquam Jeremias citatur. Sic Augustinus, oratione contra Judæos, Paginos et Arianos, cap. 43; illa ve-ba Baruch III, 38: Post hæc in terra vius est, Jeremias nomine adducit; idem facit lib. XVII de Civitate Dei, cap. 35. Sic Clemens Alexandrinus, lib. I Paedag., cap. 10; Basilius, IV contra Eunomium; Cassiodorus, in Psalm. LXXXI. Sexta synodus, act. 8, similes ex Baruch locis tanquam Jeremias citant, quam unam causam fuisse pro eum in catalogo diuinarum Scripturarum a Patribus olim et consiliiis nulla de Baruch vaticinio propria mentio existet. MAR.

**3.** Quem tamen, quia non essent agniti, neque A  
recepinti, idem **35** Isaia alias approbat, dicens :  
*Audite, oculi, et auribus percipite, terra, quia Dominus  
locutus est : Filios enarravi, et exaltavi, ipsi autem  
sprecerunt me. Cognovit vos possessorem suum, et  
avinas presepe Domini sui. Israel autem me non  
cognovit, populus autem meus me non intellexit* (Isai.  
1, 2). Et iterum : *Auditione audietis, et non intelligetis,  
et cernentes videbitis, et non scietis; incrassatum  
est enim cor populi hujus* (Isai. vi, 9; Matth.  
xi, 14).

**4.** Unde et Ezechiel : *Factus est sermo Domini ad  
me dicens : Filii hominis, in medio domus exasperantis  
tu habitas, qui oculos habent ad videndum, et non vi-  
dent, et aures ad audiendum, et non audiunt* (Ezech.  
xxi, 2). Sic enim excætati sunt, ut Salvatorem nec  
agnoceant, nec suscipiant. Et cujus dies Abraham  
vidit, et latens est, et cujus adventum prophete-  
ta magno cum desiderio exspectaverunt (Joan. viii,  
56), isti et viderunt, et non cognoverunt, insuper et  
blasphemaverunt clamantes : *Non habemus regem,  
nisi Caesarem, et ciuita quæ sequuntur. Cujus po-  
puli duritia sic nos multatur, quomodo nec Ethiopia  
color, aut pardi varietas, Jeremiah testante : Si mu-  
tare potest Ethiopia pellem suam, aut pardus varietates  
suas* (Jerem. xii, 23).

#### CAPUT XIX.

*Quis eum non agnoscens Judæi, congregati  
sunt adversus eum.*

**1.** Sed quia eum Judæi non agnoscentes, congre-  
gati sunt ad interficiendum eum, et universalem  
assensum in passione ejus præbuerunt, ita legitur :  
*Quare tremuerunt gentes, id est, Romani, et populi  
meditati sunt inania, hoc est, Judæi. Astiterunt reges  
terra, hoc est, Herodes et Pilatus; et principes con-  
venierunt in unum, scilicet principes sacerdotum, et  
seniores Iudeorum : adversus Dominum, et adversus  
Christum ejus* (Psal. ii, 1).

CAP. XVIII. (col. præced.) N. 4. Al., *dementia pro-  
duritia*. MAR.

CAP. xix. N. 2, *Omnis canes cæci*. Hispalensis et  
Tarragonensis minor legebant : *Omnis canes multi,*  
ut est in vulgata Editione Isaiae lvi, 10. Nos priorem  
lectionem seculi sumus, quod inferius dicat : *At vero  
isti cæci canes, pastorem suum non videntes, etc.* Que  
autem ex Hilario verba subjiciuntur nullibi sunt,  
quod sciám, in ejus operibus. MAR.

*Ibid.* *Facti sunt mihi in sagittam reciprocum.* Hæc  
verba non inveniuntur in sacris libris, quibus hoc  
equidem tempore Ecclesia uisit. Nimirum Isidorus  
Editione Latina ntebat diversa a nostra, unaque  
ex illis, quas innumeratas fuisse, August., ii de Doc-  
trina Christian., cap. 41, assertat. Unde multi di-  
vinarum Scripturarum loci in communis usu, et anti-  
quorum Patrum scriptio reliqui sunt, qui modo non  
inveniuntur, iisdem certo verbis, quale est illud :  
*Super quem requiescat spiritus meus, nisi super haumi-  
tem, et quietem, et trementi sermones meos?* Alique  
illud : *Non edificabis mihi domum, quia vir sanguinis  
es. Tentatio est vita hominis super terram. Maledictus  
qui opus Dei facit negligenter.* Et Ambrosius, i de  
Officiis, c. 31, ex Proverb. xxi, 1, adducit illa verba :  
*Quia talia te oportet preparare, quæ in nostra  
Vulgata non sunt. Aliaque innumerata alia, quorum  
pars maxima, ne in Græcis quidem septuaginta In-*

**A** **2.** *Et iterum ex ejusdem Domini persona : Circum-  
daderunt me **36** canes multi, concilium malignantium  
obedit me (Psal. xxi, 17). Canum autem nomen in  
ens est etiam per prophetam alterum constitutum. In  
Isaia enim scriptum est : *Omnis canes cæci, nescien-  
tes latrare. Canum enim nōs est, ut ait noster Hilari-  
anus, Parti alludere, gregem nosse, insidiantes feras  
persequi. At vero isti cæci canes, pastorem suum  
non videntes, officium non intelligentes, latratus  
eos a feris ad gregem, a suribus ad Dominum re-  
torserunt. Unde et aliud propheta de his ita dicit :*  
*Facti sunt mihi in sagittam reciprocum.**

#### CAPUT XX.

*Venundatus est.*

**B** **1.** *Quia triginta argenti appretiatus, et venundatus*  
est, per Zacharium ita ipso præannulavit : *Si bonus  
est, inquit, in conspectu vestro, date mercedem meam,*  
et appendens mercedem meam triginta argenteos. *Et*  
*dicit Dominus ad me : Projice illud ad statuarium, de-  
orum pretium, quod appretiatus sum ab eis.*

**B** **2.** *Hæc enim nota omnibus causa est. Judas*  
enim, ponitentia motus, pecuniam reportavit, et  
projecit in templum, et abiit, et laqueo se suspendit  
(Matth. xxvii, 4). Ut impleretur, quod dixerat  
Isaia : *Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod*  
*vendidit argento Iustum* (Prov. xix, 5; Amos. ii, 6).

**C** **3.** *Quam pecuniam bene Dominus mercedem suam*  
dixit ; multa enim opera apud eos fecerat, reddens  
vitam mortalis, lucem exercia, surdis auditum, gres-  
sum claudis ; pro quibus omnibus Judæi nefanda  
estimatione mortem triginta argenterum mercedeum  
illi resuiterunt.

#### CAPUT XXI.

*Quia a discipulo suo traditus est.*

**1.** *Nam et quia Dominus traditorem suum per*  
panem porrectum ostendit apostolis, etiam in Psal-  
mis commemoravit in se impletum dicens : *Qui ede-  
bat panes meos, ampliavit adversum me supplantatio-*

*terpretum Codicibus exstant. Verum, ut ad Isidorum*  
redeamus, suspicor ea verba ex Osee vii, 16, desumpta,  
ubi dicitur : *Reversi sunt, ut essent absque iuglo : faci-  
sunt quasi arcus dolosus.* MAR.

*Ibid.* Ad lib. xviii *Etymolog.*, cap. 7, Num. 7,  
potavi sagittam reciprocum vocalam suisse cateiam :  
quam, ex Servii explicatione, in hostem jaculantes  
lineis, quibus eam adnexuerunt, reciprocum faciebant.  
Vide eam notam, ei Isidoriana, cap. 87, n. 25, sed  
quæ in Isidorianis ex Nic. Antonio de sagitta recip-  
roca tradita sunt, reformanda potius sunt ex Servio,  
ut sagitta reciproca intelligatur, non ea quæ percutit  
eum qui tetendit arcum, sed quæ ab eodem ad se  
retrahatur. Iterum, cap. 47 hujus libri, locus Osee  
occurrit. Versio antiqua ita exhibet : *Conversi sunt in  
nihilum ; facti sunt quasi arcus intentus.* AREV.

**C** **2.** *Quod dicerat Isaia. Cur ita? Verba quæ allegan-  
tur sunt Proverbiorum, et Amos prophetæ. Ergo hoc*  
etiam loco nomen Isaiae importune intrusum fuit, quod  
intra Marian., ad cap. 26, num. 2, admonuit. AREV.

**3.** **Al.**, mercede illi restituerunt. MAR.

nem. Et iterum : *Tu vero homo unanimis, dux meus, et notus meus, qui simus tecum dulces capiebas cibos* (Psal. XL, 40; LIV, 14).

2. De ipso autem Iuda proditore Jeremias praescius ita ante praedixit : *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino* (Jerem. XVII, 1), quod sive ad Judam, sive ad Judæos non incongrue convenit, qui sic peccaverunt in Christum, ut non sit peccatum eorum atramento conscriptum, quod deleri forsitan potest, sed stylo ferreo in ungue adamantino exaratum, id est, quod deleri non possit præduritia cordis eorum, nisi crediderint.

#### CAPUT XXII.

*A semelipsa traditus est.*

1. Nam, quia et ipse sponte pro nobis semelipsum tradidit, **38** Isaïas dicit : *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et infra : *Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, videbit semen longærum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur* (Isai. LIII, 7). Et ipse per Jeremiam prophetam sic loquitur : *Reliquum domum meam, dimisi hereditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus* (Jerem. XII, 7), hoc est, in manus Judæorum, qui eum interfecerunt.

#### CAPUT XXIII.

*Comprehensus est.*

1. Quia comprehendendus erat, Jeremias propheta longe ante ita praedixit : *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris* (Thren. IV, 20). Quo vaticinio demonstravit aperte et Christum Dominum esse, et traditum pro peccatis nostris fuisse.

2. Item Sapientia liber dicit : *Dixerunt inter se impii : Comprehendamus Justum, quia inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris : promittit scientiam Dei se habere, et Filium Dei se nominat.* Et infra : *Si est verus Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum* (Sap. II, 12, 18). Et infra : *Ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ejus, morte turpissima condemnemus eum ; id est, affixione crucis*

#### CAPUT XXIV.

*Judicatus est.*

4. Quia judicandus erat, clamat David sub figura populi peccantis in Deum : *Tibi soli peccavi, et ma-*

**CAP. XXI.** (col. praeced.) N. 2. Al., traditore pro proditore. Et posset pro potest. MAR.

**CAP. XXII.** N. 1. Al., morte pro mortem. Et manu pro manu. MAR.

**CAP. XXIV.** N. 2. Al., servitutis pro servientium. MAR.

**CAP. XXV.** N. 4. *In passione a discipulis.* Hoc caput 25 in Gothicis tantum erat, ideoque oheho signatum est, et in postremis verbis videtur legendum : *Tunc enim discipuli configurerunt.* MAR.

**CAP. XXVI.** N. 4. Al., aversi pro reversi. MAR.

2. *Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento justum.* Hujus testimonii prior pars sumpta est ex Proverb. XIX, 5. Posterior ex Amos II, 6. Utramque Isidorus Isaiae tribuit, nisi omnes Codices sunt vitiati, quod non videtur, cum cap. 20 eadem verba eodem Isaiae nomine referantur. Ubi etiam verba illa : *Si invaluerunt super me verba vestra, dicit Dominus, etc., quae sunt ex Malachio III, 13, Zacharias nomine per errorem adducuntur.* Simili memoriae

*A lum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris* (Psal. I, 6). Veniens enim Christus in corpore, tanquam reum se constituit, et *judex hominum hominibus judicandum se prebuit, siveque mitis, et patiens, dum judicatus est, vicit, quia nihil in eo dignum, quod judicaretur, populus persecutor invenit.*

2. Unde et propheta, adventum judicii ejus annuntians, sic communatur contra eundem populum, dicens : *Audite quæ Dominus **39** loquitur : Surge, et contendere judicio adversus montes, et audiant colles vocem tuam. Audiant montes judicium Domini, et fortia fundamenta terræ* (Mich. VI, 1 seq.). Quia iudiciuin Domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur, dicens : *Popule meus, quid feci tibi ? et quid molestus fui ? responde mihi, quia eduxi te de terra Ægypti, et de domo servientium liberavi te, et misi ante faciem tuam Moyen, et Aaron, et Mariam ? Ubi ostendit beneficia Domini praestita in populum suum, et contra hæc adversus eum mala eorum. Et quid juxta hæc eidem populo venturum sit, deinde subiungit : Audite, tribus, quis approbat illud ? adhuc ignis in domo impii, thesauri iniquitatis.*

B *¶ In passione a discipulis deseritur.*

1. Quia in passione sua a suis discipulis desolans esset, per David prophetam idem Dominus loquitur : *Omnes amici mei obliti sunt me, longe fecisti nos to meos a me* (Psal. LXXXVII, 9). Et Zacharias : *Percute pastorem, et dispergentur oves* (Zach. XIII, 7; Matth. XXVI, 31). Tunc discipuli configurerunt.

#### CAPUT XXVI.

*A falsis testibus accusatus est.*

1. Quia a falsis testibus accusandus erat, per Osee prophetam idem Dominus sic dicit : *Væ, inquit, eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur, quia prævaricati sunt in me. Ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia ; et ego erudiui eos, et confortavi brachia eorum, et ipsi in me cogitaverunt malitiam, reversi sunt, ut essent absque jugo ; facti sunt quasi arcus dolosus* (Ose. VII, 13).

2. Et Zacharias : *Si invaluerunt super me verba vestra, dicit **40** Dominus, et dixistis : Quid locuti*

lapsu cap. 29 hujus libri tanquam Jeremias citat illa verba : *Posui scapulas meas ad flagella, et maxillas meas ad palmas.* Qui locus ex Isaiae I, 6, desumptus est. Nam ubi in Vulgata legitimus : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus, quæ verba jam Isidorus citaverat, Septuaginta legebant : Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad olapæ.* A Cypriano sane II, contra Judæos, cap. 12, et Laetant., lib. IV divinarum Inst., cap. 18, Isaiae nomine adducuntur. Jam quod capite 51 hujus libri Isidorus illa verba : *Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic, tanquam Jeremias adducit, eorum vestigium nullibi potui invenire, quemadmodum quod a Lactantio ejusdem Jeremias nomine adducitur de Christo, lib. IV, cap. 8 : Beatus qui erat antequam nascetur.* Et cap. 12, illud ex Salomonone : *Infirmatus est uterus virginis, et accepit sortem, et gravata est, et facta est in multa miseratione mater virgo, ubi invenias?* MAR.

*sumus contra te?* Et in Psalmis dicit : *Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi* (Psal. xxvi, 12). Et Isaías de Iuda dicit : *Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento justum.*

#### CAPUT XXVII.

*Clamaverunt Judæi ut crucifigeretur.*

1. Quia clamaverunt Pilato ut crucifigeretur, hoc jam per Jeremiam Christus de Synagoga prædixerat, dicens : *Reliqui domum meam, facta est mihi haereditas mea, quasi leo in silva, dedit contra me vocem suam* (Ierem. XII, 7); blasphemans utique, et dicens : *Crucifige, crucifige* (Luc. XXIII, 21; Joan. XI, 6).

2. Et alibi ipse dicit : *Super quem aperuistis os destrum? et adversus quem laxastis linguas vestras* (Isai. LVII, 4)? Et Isaías : *Ruit, inquit, Jerusalem, et Judas concidit, quia lingua eorum contra Dominum* (Isai. III, 8). Item ipse : *Exspectavi ut facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem* (Isai. V, 7).

#### 41 CAPUT XXVIII.

*Judæi posteritatem suam damnaverunt.*

1. Nam quia peccantes Judæi etiam in Christo posteritatem suam damnaverunt, dicentes : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* (Math. XXVII, 25), olim cum objurgatione Isaías illis prædixerat, dicens : *Semen pessimum, præparate filios vestros occasio in iniquitate patrum suorum* (Isai. XIV, 20). Venientibus enim in Judæam gentibus, pro scelere patrum etiam filii trucidati sunt.

2. Sub quorum persona et Jeremias interitum eorum ita deplorat, dicens : *Patres nostri peccaverunt, et non sunt, nos autem iniquitates eorum exsolvimus* (Thren. V, 7). Item Jeremias : *Sacerdotes non dixerunt, Ubi est Dominus? et tenentes legem, nescierunt me, et pastores prævaricati sunt in me. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo.*

3. & Item ipse : *Quare ergo est factus in prædam? super eum rugierunt leones, et dederunt vocem suam, posuerunt terram ejus in solitudinem, et civitates ejus exsisterunt, et non est qui habitat in eis* (Jerem. II, 8, 14).

#### CAPUT XXIX.

*Flagellatus, et palmis cæsus est.*

1. Quia flagellatus est, et palmarum sustinuit D ictus, Job de eo sic dicit : *Exprobantes, et conspuentes, percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis* (Job. XVI, 11). Et in Psalmis ipse dicit : *Ego ad flagella paratus sum* (Psalm. XXXVII, 18). Et item

CAP. XXVIII. N. 1. Al., restrorum pro suorum. MAR. 2. Al., portamus pro exsolvimus. MAR.

CAP. XXIX. N. 1. Al., ignoraverunt pro ignoravi. MAR.

CAP. XXX. N. 1. Et linum sumigans, etc. Haec omnia usque ad finem capituli erant in uno tantum Tarragonensi majore, quæ obolo notata sunt, quoniam non satis placebant, nec erat tamen unde vera lectio restitueretur. Neque satis intelligebam quæ essent supra dicta opuscula, in quibus Isidorus de his rebus disseruisse se dicit. MAR.

A rum : *Congregata sunt in me flagella, et ignoravi* (Psal. XXXIV, 15).

2. Similiter et per Isaïam : *Non sum, inquit, contumax, neque contradico : corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus : faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me* (Isai. L, 6). Et per Jeremiam dicit : *Posui scapulas meas ad flagella, et maxillas meas ad palmas* (Thren. III, 30). Item de ipso idem Jeremias : *Dabit, inquit, persecuti se maxillam, saturabitur opprobriis.*

#### 42 CAPUT XXX.

*Arundine Christi caput percussum est.*

1. Quia arundine caput ejus percussum est, et sustinuit patienter, Isaías prædixerat, dicens : *Arundinem quassatam non conteret, ne et linum sumigans* B *non extinguet, calatum quassatum, sive confractum non conteret, cunctis enim placabilis erit, et veniam dabit peccatoribus, dicens : Confide, filia, dimittunt tibi peccata* (Isai. XLII, 4 seq.). Et linum sumigans, sive, ut cæteri transtulerunt obscurum atque tenebrosum non extinguet.

2. Qui vicini erant extinctioni, Domini clementia servabuntur. Quæ super Judæis, et nationibus, in supradictis opusculis disseruimus; sed cum veritate omnia judicabit, nequaquam metuens Scribas et Pharisæos, quos confidenter hypocritas appellabat (Math. XXIII, 13).

#### CAPUT XXXI.

*Spinis coronatus est.*

1. Et quia spinea corona capiti ejus imposita est, scribitur hoc in Canticis canticorum ex persona Patris, de contumeliis Filii iniquitatem Jerusalem mirantis, atque dicentis : *Exite, et videte, filiae Jerusalem, regem in corona, qua coronavit eum mater ejus* (Cant. III, 11), id est, corona spinea, quam capiti ejus imposuit Synagoga.

2. Sed et per Jeremiam idem Filius sic dicit : *Spinis peccatorum suorum circumdedidit me populus hic.* Et apud Isaïam : *Plantavi, inquit, vineam elecam, et exspectavi, ut faceret uvas, fecit autem spinas* (Isai. V, 2); 43 utique quia degenerans a patriarcharum fructu, non fructus justitiae, sed spinas mortis et crucis attulit suo Creatori.

#### CAPUT XXXII.

*Veste coccinea induitus est.*

1. Nam et quod milites illudentes veste coccinea induerunt eum, prænuntiavit hoc Isaías propheta dicens : *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* quare rubrum est vestimentum tuum, et in-

Ibid. Pro et linum, usque ad hypocritas appellabat. Flor. 1 huc tantum babel : *Et David ait : Qxonium quem percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. AREV.*

CAP. XXXI. N. 1. Al., diademate, quo coronavit. MAR.

2. Per Jeremiam. Jam advertit Marijanus, ad cap. 26, n. 2, nullum se apud Jeremiam invenire posuisse vestigium horum verborum : *Spinis peccatorum suorum.* AREV.

dum tantum fuisse, antiquum calcantum in tunculari (*Isai. lxiii, 4*)? At ille respondens: Tuncular, inquit, cal-  
cavi solus. Calcar enim tuncular solum se dixit, quia  
solus propter mundi peccatum passionem suscepit,  
solasque delicta omnium sanguine suo lavit.

## CAPUT XXXIII.

Dum pateretur, tacuit.

1. Nam quia dum pateretur, tacuisse scribitur, hoc prophetae voces testantur. Isaías enim sic de illo ait: *Tanquam ovis ad occasionem ductus est, et sicut agnus coram tendente se, sic non aperuit os suum* (*Isai. lxi, 7*). Hic enim in passione Pilato interroganti nihil loetus est; sed in humilitate judicium ejus sublatum est; de quo et ipse alibi: *Non clamabit, nec audiet quis in plateis vocem ejus* (*Isai. xlii, 2*).

2. Item idem Christus per eundem prophetam: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Corpus meum dedi persecuentibus* (*Isai. l, 5*). Et ipse alibi: *Tacui, illi, nunquid semper tacebo* (*Isai. xl, 14*)? Primo enim tacuit, ut judicaretur, quando sicut agnus coram tendente se fuit sine voce, nec aperuit os suum, suamque compescuit potestatem.

In novissimo autem sic de eo scribitur: *Deus manifeste veniet. Deus noster, et non silebit* (*Psal. xlix, 3*). Taculi enim ut judicaretur, quando venit occulus; nequaquam autem tacebit quando venerit manifestus ut judicet.

## 44 CAPUT XXXIV.

Crucem portavit.

1. Quia crucem suam ipse portavit, Iesuas praedicit: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humeras ejus* (*Isai. ix, 6*). Quis enim regnum potestatis insignia in humero pos-

CAP. XXXIII. N. 4. Al., tendente se, obmutescet, sic non ap. o. s. MAR.

CAP. XXXIV. N. 1. Al., humerum ejus. MAR.

*Ibid.* *Quis enim regnum potestatis insignia, etc.* Haec Tertullianus contra Judaeos sic ait: *Quis omniu[m] regum, insigni potestatis sue in humero praesert[em] et non aut in capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliqua proprietate nuda nova?* Fortissime legendum in Tertulliano Isidoro, aut aliqua proprietate vestis nova. MAR.

*Ibid.* Al., super humeros pr. in humero. MAR.

2. *Ligna ipse sibi portavit.* Tarragonensis major, *Ligna ipse portavit.* Tertullianus *lxxviii* contra Judaeos sic ait: *Itaque in primis Isaac, cum a Patre hostia duceretur, lignumque ipse sibi portans, etc.* Itaque ea lectio placuit. MAR.

CAP. XXXV. N. 1. *Mittamus lignum in panem ejus.* Locus est Jeremias xi, 19, in quo omnium Ecclesiarum consensus est, ut Hieronymi verbis utar, sub persona Jeremiae de Christo haec dici. Cyprianus, lib. ii contra Judaeos, c. 14. Lactant., lib. iv, cap. 18. Tertullianus, contra Judaeos, nisi quod legit: *Mittamus panem ejus in lignam.* Omnes sine ad Christum referunt, in cuius corpus, quod vere panis et vita est, lignum est missum, cum cruci affixus est. Justinus, contra Tryphonem, a Judaeis olim hunc locum de ipsorum Codicibus expunctum affirmat in odium Christi. MAR.

*Ibid.* *Jeremias propheta.* Cod. Barber. omittit. ANEX.

2. Al., carnis in lignum. MAR.

*Ibid.* Al., in vespera, vel ante vesperam, pro ad-

A tot, et non aut in capite coronam, sive aliquam penitentia vestis ornamenta?

2. Sed solus Rex saeculorum Christus gloriam patentatis suae et sublimitatis in humeris extulit, cum etiam Isaac figuravit, qui cum a patre hostia ducatur, ligna ipse sibi portavit (*Gen. xxii, 6*), Christi eximiam tuos praesigurauit passionem, lignum passionis sua gestantis.

## CAPUT XXXV.

Crucis affixus est.

1. Quia ligno crucis suspensus est, atque affixus, Jeremias propheta ex persona Christi predixerat, dicens: *Ego, quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, et non cognovi, quia super me cogitaverunt consilia, dicentes: Mittamus lignum in patrem ejus,* B 45 *et eradamus eum de terra viventium.* Hac enim quae passurus erat Dominus a Judaeis, quasi si iam facta fuissent, propheta communicat.

2. Nam quid est lignum in pane nisu[m], nisi Christi affixio carnis in ligno? Panem enim corpus ejus agnoscimus; lignum in pane esse, fides nostra crucem agnoscit in corpore. Quia vita corporis sui panis est. Scriptum est enim: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes vita tua* (*Deut. xxviii, 66*). Sed et in Psalmis iterum, quia extendit manus suas in cruce, sic dicit: *Elevalio manuum mearum sacrificium vespertinum* (*Psal. cxl, 2*). Sive quod veniente quasi mundi vespera, sive quod declinante jam sole ad vesperam, Dominus in cruce animam posuit, elevans manus suas in eodem crucis ligno, atque offerens se ipsum Deo pro nobis sacrificium, ut per illud sacrificium delerentur peccata nostra.

3. Apud Isaiam quoque de crucis ejus praedicatione ita scribitur: *Et erit principatus ejus super hume-*

vesperam. MAR.

3. *Dominus regnavit a ligno.* Locus est ex Psalmo xcv, 10. Nam ubi in modo legitur: *Dicite in gentibus quia Dominus regnavit, omnia legebatur:* *Dominus regnavit a ligno.* Judei autem hunc locum, sicut superiorem, abulerunt, ut Justinus ait contra Tryphonem, quoniam maxime omnium premebat. Existique in Psalterio Romano et Hispanico locus integer hoc modo: *Dicite in nationibus quia Dominus regnarit a ligno.* Unde Fortunatus episcopus, in hymno de cruce dixit:

*Imperia sunt, quae concinit  
David filieli caru[n] ne,  
Dicens: In nationibus  
Regnavit a ligno Deus.*

Simili audacia, idem Justinus ait, *Judeos ex sacris libris abstulisse illa verba: Hoc pascha Salvator noster est et resurgimus nostrum; et gitare, et ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno, et post haec sperabimus in eum, ne dereliquerit hic locus in aeternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum.* Que verba a Lactantio quidem adducuntur, lib. iv, cap. 18. In sacris libris ne vestigium quidem sororum existat, ac ne ab Isidoro quidem toto hoc opere citantur. MAR.

*Ibid.* In Editione Graeci erat et post haec supradictus in verbis a Justino laudatis, *Hoc pascha, etc.*, que ex libro Esdrae sublata esse dicuntur. Vide ipsum Marianam latius de his dissenserent, cap. 7, pro Editione Vulgata: ANEX

*ros ejus (Isai. ix, 6), id est, vexillum suæ crucis, quod suis prætulit humeris, juxta vaticinium David prophetæ, qui dicit : Dominus regnabit a ligno. Hanc acutem passionem crucis Christi haec prænuntiavit, dicens : Cornua in manibus ejus sunt (Habac. iii, 4). Quod quid est aliud, nisi tropæum crucis ? Item ipse de ascensione crucis, in qua exaltatus omnia traxit ad seipsum, ita dicit : Dominus, fortitudo mea, constituit pedes meos in consummationem. Super excelsa imponet me, ut vincam in claritate ejus (Habac. iii, 19).*

## 46 CAPUT XXXVI.

*Clavis manus ejus, et pedes affixi sunt.*

1. Quia crucifixus est, et manus ejus, ac pedes clavis affixi sunt, per David ipse loquitur, dicens : Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, ipsi vero considerarerunt et conspergerent me. Quibus utique verbis in cruce corpus significat extensem, manibus pedibusque confixis, et clavorum transverberatione confossis. Quod David passus non est, qui sine ulla corporis passione legitur in pace quiescere.

2. Sed hoc de Christi prædictum est passione, qui a populo Judæorum clavis in ligno confixus est; manus enim et pedes non confiduntur, nisi ejus qui in signo suspenditur. Item in Canticis canticorum : Manus meæ distillaverant myrrham, et digitæ mei pleni myrrha probatissima (Cant. v, 3). Quod specialiter dixit propter fixuras clavorum.

3. Et per Malachiam, quia crucifigendus erat, ita præmisit idem de semelipso Dominus, dicens : Si affiget, inquit, homo Deum, quia vos configitis me, et dixistis : In quo confiximus te (Malach. iii, 8) ? Et subiecit Deus post hæc illis : Me. vos configitis genitata, quod pertinet ad mysterium dominicæ passionis, in qua Judæi Christum crucifixerunt, quando sceleratas manus injecerunt in eum.

4. Quod etiam per Zachariam iterum Deus sic memorat, dicens : Et aspiciens ad me, quem confixerunt, et plangent eum planctu, quasi super unigenitum, et dolentes super eum, ut doleri solet in morte primoge-

Cap. xxxvi. N. 1. Foderunt manus meas et pedes meos Psal. xxi, 18, ubi Christi Redemptoris crucifixus sigillatio recensentur. Verum hunc etiam locum Judæorum perfidia depravavit. Et pro foderunt manus meas legunt ipsi Hebreæ : Sicut leo manus meas. Sane Isaac, quamvis Judæus genere, eo libello, in quo pro Hebreorum Codicem fide disputat, hunc locum esse depravatum conditetur. MAR.

Ibid. Al., iniuria legitur. MAR.

Cap. xxxviii. N. 1. Erat enim tunica inconsutilis, id est, ex omni parte contexta. Locus est Joan. xix, 23, et quidem in Tarragonensi minori tantum vox illa inconsutilis legebatur, in aliis omnibus deerat. Quo circa obelo signata est. In Editione vulgata legimus : Erat enim tunica inconsutilis, et super contexta per totum : neque Graeci discepant ἦν δὲ ὁ χειρὸς ἄρρενος ἐκ τῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει δὲ οὐλον. Isidorus, ubi Vulgata dicit per totum, omni ex parte posuit. Genius autem vestimenti de quo ibi mentio fit a Festo Pompei, vocatur tunica recta, ubi ait : Recta appellatur vestimenta irritia, que patres liberis suis conficienda erant omnis causa, ita surpata, quod a stantibus et in afflictionem temeratur. Hanc Graeci ὅρθοτάδον

A niti (Zach. xii, 10). Hoc enim factum deprehendimus in Jesu, quem confixerunt Judæi in cruce, quem dolebunt a se crucifixum in iudicij die, cum viderint eum in Patris ac sua maiestate regnante (Luc. ix, 26).

## 47 CAPUT XXXVII.

*Inter duos latrones crucifixus est.*

1. Nam quod inter duos latrones crucifigendus esset, longe ante per Issiam prædictum est : Et inter iniquos deputatus est (Isai. xiii, 10). Et Hanc acutem prophetæ : In medio, inquit, duorum animantium cognosceris (Habac. iii, 2), id est, in medio duorum latronum.

## CAPUT XXXVIII.

*Quia divisa sunt vestimenta ejus.*

B. 1. Post crucis sententiam sequitur rerum divisio, et sors super vestem ; quam per David idem Dominus ante prædixerat, dicens : Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Psal. xxi, 29). Quæ prophætia, quemadmodum sit expleta, evangelica narrat historia. Nam dum vestimenta alia a milibus suissunt divisa, pro tunica autem dicunt : Non scindamus eam, sed mittamus sortem, cuius sit (Joan. xix, 24). Erat enim tunica ex inconsutili, id est, ex omni parte contexta.

## 48 CAPUT XXXIX.

*Felle et aceto potatus est.*

1. Quod autem pendent in cruce acetum cum felle mixtum dederunt, hoc iam fuerat in Psalmis prædictum a Domino : Dederunt, inquit, in escam meum fel, et in siti mea potaverunt me aceto, quod quidem et alias ad Jerusalem ipse sic proclamat, dicens : Ego te plantavi vineam electam ; quomodo facta est in amaritudinem vitis aliena (Jerem. ii, 21) ?

2. Deus enim bonam plantaverat vineam, hoc est, Judæorum gentem : illa autem vito suo depravata Conditorem amaritudine potavit. Pro quo et Moyses : Ura, inquit, eorum, uva sellis, et botrus amaritudinis ipsa (Deut. xxxii, 32). Unde et supernus alijurgans eis, dicit : Sic plebs fatus, et non sapient, hoc Deum retributisti (Deut. xxxii, 6) ?

χειρῶν vocavit. Cuius formam Nomius explicat in eam Evangelii locum, his duobus versibus :

Οστις ὁλος καὶ ὑπέρθιν ὁροῦ καὶ ἔργος πορπὸς  
Ἄρρεφος τὴν ψῆφον ἀπὸ τῶν χειρῶν εἰς τρυπὰ λύγου.

Isidorus, lib. xix Etymologiarum, cap. 22 : Recta, inquit, dicitur vestis, quam sursum versus stanques tegunt. Itaque Isidorus et Festus sursum versus loci rectam tunicam dicunt : Evangelium et Nomius a superiori parte inchoat, nimirum deorsum versus. Et fortassis utroque modo iugum vestimentum tenetur. MAR.

Ibid. Lib. xix Etymolog., cap. 22, n. 18 : Recta dicitur vestis, quam sursum versus stanques tegunt. Confer votum ad eum locum. ABIV.

Cap. xxxix. N. 1. Psalm. lxviii, 22, esca mea. MAR.

Ibid. Al., alienæ pro aliena. MAR.

Ibid. Maria fortasse voluit indicare variam electionem esca mea pro escam meam. Ac re vera in Psalterio Corbeiensi apud Sabatierum legitur : Et dederunt in esca mea fel. ABIV.

## CAPUT XL.

*Quia hyssopo circumdederunt spongiam acetō plenam.*

1. Nam quod hyssopo circumdederunt spongiam acetō plenam, in Psalmis dictum fuerat: *Asperges me hyssopo, et mundabor* (*Psal. L, 9*). Unde et in lege per hyssopi fasciculum aspergebantur agni sanguine, qui mundari solebant (*Exod. XII, 22*), quo significaretur per passionem Domini peccata ablui mundi.

## 49 CAPUT XLI.

*Quia titulus crucis ejus corruptus non est.*

1. De titulo crucis dixerunt Iudei: *Noli scribere Rex Iudeorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudeorum.* ¶ Et respondit Pilatus: *Quod scripsi, scripsi* (*Iean. XIX, 21*). Jam enim in Psalmo LVI fuerat prophetatum: *Ne corrumpas tituli inscriptionem, in cuius psalmi serie non solum passio, vel mors, sed etiam resurrectio et ascensio Domini praedicatur.*

## CAPUT XLII.

*In cruce pendens, Patrem pro inimicis suis deprecatus est.*

1. Quia in cruce pendens Patrem pro inimicis suis deprecatus est, Isaías dicit: *Ipse peccata multorum facti, et pro transgressoribus oravit* (*Isai. LIII, 12*). Et in Psalmis sic: *Pro eo, inquit, quod eos diligebam, adversabantur mihi; ego autem orabam pro eis* (*Psal. CVIII, 4*).

2. Item Habacuc cum dixisset de eo: *In medio duorum animalium cognoscetis, subiecit: Cum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiae tuae memor eris* (*Habac. III, 2*). Præfiguravit enim propheta sub hac sententia in semetipsa Iudeorum personam, qui Christum 50 commoti ira crucifixerunt. Ubi tamen ille, memor misericordiae suæ dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc. XXIII, 34*).

## CAPUT XLIII.

*Pro nostris peccatis crucifixus est.*

1. Et quia non pro suis, sed pro nostris peccatis

CAP. XLI. N. 1. *Ne corrumpas tituli inscriptionem.* Titulus est Psalm. LVI, neque in Graeco tamen, ac ne in Editione quidem Vulgata, sed in uno tantum Psalterio Hispanico hæc verba reperio: *In finem, ne corrumpas David in tituli inscriptione.* Augustinus, comment. ad eum Psalmum: *Ne corrumpas ipsi David in tituli inscriptionem.* Commentariis quæ Hieronymi nomine circumferantur: *Ipsi David in tituli inscriptionem, ne disperdas, hoc est, ne corrumpas tituli inscriptionem;* quæ sunt verba Isidori. Hebraica sic habent: *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַזֶּה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל* hoc est, ne corrumpas David Michtam, quæ dictio a nonnullis in aureolæ significatione sumitur. Septuaginta et antiqui Patres tituli inscriptionem significare putarunt, et ad Christi crucem retulerunt. Pagninus in sua versione intactam reliquit, opinionum varietatem veritus. MAR.

*Ibid.* Allegat Sabatierius Psalterium c. Ms. Vatic. apud Hilarium, ne disperdas; sed ita ut Hilarius ne corrumpas præferre videatur. AREV.

CAP. XLII. N. 2. Al., dum dixisset. MAR.

*Ibid.* Al., memoratus misericordiae suæ. MAR.

CAP. XLIII. N. 1. *Id est sacrificium pro peccatis nostris.* Hæc verba in uno tantum Tarragonensi minori erant. Quod vero sequitur: *Quare autem pro nobis passus est, existimo adversativam pro illativa sumi, quod vitium Hispanis familiare est.* MAR.

A crucifixus est, Isaías dicit: *Pro iniquitatibus populi sui ductus est ad mortem, dabo impios pro sepultura ejus.* Et iterum: *Vulneratus est propter iniquitates nostras, et attritus est propter scelera nostra; livore ejus sanati sumus.* Et iterum: *Omnes nos, quasi oves, erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum* (*Isai. LIII, 5 seq.*). Juxta Apostolum, qui dicit: *Quia cum peccatum non cognovissem, ipse pro nobis peccatum faciens est* (*II Cor. V, 21*), id est, sacrificium pro peccatis nostris. Quare autem pro nobis passus est, hæc est causa.

## CAPUT XLIV.

*Quia mortuus est.*

B 1. Post flagella et crucem, fellisque et aceti potionem, deinde sequitur mors ejus. Quam lex ipse non siluit, dicens: *Recubans dormivit, ut leo, et ut catus leonis; quis suscitabil eum* (*Gen. XLIX, 9*)? Clamat etiam eamdem mortem ejus et LXVII Psalmus: *Deus noster, Deus salvos faciet nos, et Domini mors, et Domini exitus mortis.*

2. Quid apertius diceretur? Dominus enim Jesus, qui interpretatur *Salvator*, ipse est Deus noster, salvos faciens nos, quem 51 quia oportuit nasci, et a vita exire per mortem, ideo subjunctum est: *Domini mors, et Domini exitus.* Item per Isaiam: *Tanquam ovis ad occasionem ductus est, et sicut agnus coram tendente se sine voce, sic non aperuit os suum.* Pro peccatis populi sui ductus est ad mortem (*Isai. LIII, 7*).

3. Iudei autem Christum, quem sperant venturum, moritum non sperant. Ideoque respondeant: *Quis est iste quem propheta annuntiat?* Item apud Jeremiam sic dicit: *Inebriavi animam lassam, et omnem animam esurientem saturavi, ideo quasi de somno suscitatus sum, et vidi, et somnus meus dulcis mihi* (*Jerem. XXXI, 25*).

CAP. XLIV. N. 1. *Deus noster, Deus salvos faciet nos, et Domini mors, et Domini exitus mortis.* Ex Psalm. LXVII, vers. 21, voce mortis ex Tarragonensi minori adjecta, in quo tantum erat. Cujus testimonii priora quidem verba: *Deus noster, Deus salvos faciet nos,* in uno Psalterio Hispanico inveni, posteriora hoc modo in eodem Psalterio legebantur, et Domini Dei exitus mortis. Et fortassis ita legenduni erat in Isidorio, sed Codices omnes discrepabant. MAR.

D 2. Al., et ad vitam exire. MAR.

3. Al., est mihi, pro dulcis mihi. MAR.

*Ibid.* Post verba somnus meus dulcis est mihi in Cod. 2 Flor. est satis longum fragmentum, quod hic repräsento: *Et quidem dulcis somnus, quoniam ex illa provenit inebriatione, de qua ibi scribitur: Inebriamini, charissimi. Quia inebriatione inebriatus fuit Joseph cum fratribus suis in meridie: hic, Christi tenens figuram, animam lassam inebriavit, et esurientem saturavit, ideoque de somno suscitatus. Et ipse quidem somnus sibi et nobis pariter dulcis, quoniam quidem in Joanne scribitur quod Dominus loquens discipulis volebat gaudium ipsius in eis esse, et gaudiorum impleri debere, quod fit in eis qui post gratiam Christi quieverunt sopore mortis, eadem gratia in gloria resurrexerunt. Illorum scilicet intelligentium [Forte supplendum gaudium], qui corda sua direxerunt in viam rectam, in qua videlicet ambularunt,*

**52** 4. Danieli quoque angelus de occisione et morte Christi sic loquitur, dicens : *Scito et animadverte, ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdomadæ septem et hebdomadæ LXII erunt, et post hebdomadas LXII occidetur Christus;* id est, post quadringentos nonaginta annos, *et non erit ejus populus qui eum negaturus est.* Unde et ibi sequitur clades Judæorum, quæ postea completa est : *Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo* (*Dan. ix, 25*), id est, Romanus exercitus cum Vespasiano.

5. Item in Sapientia sic legitur de morte ejus : *Centumelii et tormentis interrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ipsius, morte turpissima condemnemus eum* (*Sap. ii, 19*).

#### CAPUT XLV.

*Quia in passione ejus tenebrae factæ sunt.*

1. Quod vero media die in passione ejus tenebrae factæ sunt, et sol ipse resurgit, hoc etiam divini libri loquuntur, Amos propheta testante : *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet vobis sol meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis* (*Amos viii, 9*).

2. Et Jeremias : *Exterrita est, inquit, quæ parturit, id est, Jerusalem, et afflita est anima ejus : occidit ei sol, cum adhuc medius dies esset; confusa est et maledicta; reliquias eorum in gladium dabo* (*Jerem. xv, 9*). Quod factum est per Vespasianum.

#### CAPUT XLVI.

*Non fregerunt ejus crura.*

1. Porro, quia non fregerunt ejus crura, nisi tantum latronum, jam prædictum fuerat : *Os ejus non comminuetis* (*Exod. xii, 46*; *Num. ix, 12*; *Joan. xix, 36*); præceptum enim fuerat eis celebrare pascha in

qui mentes suas in cœlesti via justitiæ, qua in baptismo ambulaturos se promiserunt, et secundum doctrinam Scripturarum pergere decreverunt, nec devia [*Forte*, nec per viam] erroris, nec per luxus sæculi declinare, ventura vitiorum certamina ex alta prænoscentes consideratione. Quod tunc apertissime designatur, cum sibi mens electi amaritudines ponit præ oculis cordis, quando etiam in virtutum pace constituta, dum mala insidiania conspicit, secura quiescere non consentit.

¶ Primo namque statuere intra se firmo proposito habet [*Forte*, debet], ne mala quælibet agat. Secundo vero considerat ne bona incaute faciat; et postquam prava egerit, ipsa etiam recta sibi subjecere contendit, ne si mentis dominium transeat, et in elationis culpam veniant, ex ipsis bonis incuria vitio (*aliquantulum obscura hac erant in Codice*) mala nascantur, ex doctrina arrogantia, ex justitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor, et hujusmodi.

¶ Attendantque ad illud prophetæ singulare documentum, dicentes : *Dirige, inquit, cor tuum in viam rectam;* quæ quidem est semita mandatorum Dei, in qua ambulandum, neque ad sinistram declinandum; sique de somno tædi et tristitia divina revelatione suscitali, somnum quietis et pacis prædictum suscipere possimus, quod divinis præmissionibus consolatis dabitur invenire. Unde illud convenienter venit per experientiam, quod promittitur, quemadmodum tenent et illi qui nos præcesserunt. Quod in sacris (Scripturis) scribitur : *Si dormieris, non timebis; quiesces, et suavis erit somnus tuus.* Juxta illud hic securus dormit, et vigilat, quiescit, et ambulat, qui

#### PATROL. LXXXIII.

A ovis similitudine; in qua Dominicæ passionis **53** umbra præcesserat, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est (*Isai. liii, 7*). Illa enim figura agni Christi passionem significabat.

#### CAPUT XLVII.

*Lancea percussus est.*

1. Et quia lancea latus ejus percussum est, sic prænuntiatum est ab ipso per Job : *Confregit me, et posuit me quasi in signum; circumdedit me lanceis suis; convulneravit lumbos meos, concidit me vulnere super vulnus* (*Job. xvi, 13*), id est, vulnere lanceæ super vulnus clavorum. Unde etiam et per David : *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt* (*Psal. lxviii, 27*), sic est ab eo prænuntiatum.

2. Et per Jeremiam : *Tetendit arcum suum, et posuit me, quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ sue* (*Thren. iii, 12*). Et iterum ab ipso populo sic ait idem Dominus per prophetam : *Facti sunt mihi in sagittam reciprocum* (*Osee vii, 16*). Et Zacharias : *Videbunt, in quem confixerunt. Utique hominem quem crucifixerunt. Quo etiam testimonio promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne venturus.*

#### CAPUT XLVIII.

*De latere manavit sanguis et aqua.*

1. Nam quia ex latere ejus sanguis et aqua manavit, Zacharias dicit : *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vincos tuos de lacu, in quo non est aqua* (*Zach. ix, 11*). Et iterum : *Cum egredetur vir ab Oriente, ecce aquæ redundantes a latere dextro* (*Ezech. xlvi, 3*), scilicet, Christi.

2. Item de eadem aqua, quæ ex latere ejus profluit, propheta **54** alias sic dicit : *Flumina aquæ viventis scilicet innocenter apud Deum et juste vivere meminit. Sed et justus cum in morte dormierit, non solum potentias malignorum spirituum non metuit, sed etiam in pace quiescit, et securus dormit, et diem resurrectionis expectat. Si tam dulcis creaturæ hæc agentibus, quam dulcior [*Forte*, dulcior] illi, a quo ista, quæ dicta sunt agi donantur?*

Hacenus Codex 2 Flor., qui tamen omittit Danieli quoque usque ad finem capituli *condemnamus eum*. AREV.

CAP. XLV. N. 2. Per Vespasianum. Alii per Vespasianum et Titum. AREV.

CAP. XLVII. N. 2. Videbunt in quem confixerunt. Zachar. xii, 10, ubi Septuaginta dixerunt : *Aspiciunt ad me pro eo quod insultaverunt.* Joannes evang., xix, 37, dixit : *Videbunt in quem transfixerunt.* Porro in consequentibus verbis, ubi nos possumus *Utique hominem quem crucifixerunt, uterque Tarragonensis legit: Utique hominem, quem crucifixerunt. Hispanensis: Utique hominem quem confixerunt, et non Deum.* Verum illam vocem, *Et non Deum, ut addititum expunimus, quia in aliis exemplaribus deerat, et ne favere videretur iis qui communicationem idiomatum negabant, in quo numero fuit Theodoreetus, ut constat ex ejus dialogis.* MAR.

CAP. XLVIII. N. 2. Al., quæ a latere ejus profluit. MAR.

Ibid. *Flumina aquæ viventis egredientur de ventre illius.* Joan. vii, 38, sic legimus : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus, etc.* Quo tamen ex loco Scripturæ divinae hoc testimonium desumptum sit, non satis constat. Hieronymus prologis in Pentateuchum et Paralipom., absque loci designatione, in Hebreo tantum inveniri ait. Quidam

*Egredientur de ventre illius, aquæ scilicet baptismatis, A quæ credentes viviscent, et quæ sipientibus largiuntur, quando impletur quod scriptum est : Laramini, mundi estote (Isai. 1, 16); et : Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. L, 9).*

#### CAPUT XLIX.

*Sepultus est.*

1. Quia sepulture traditus est, et humatus, in Psalmis dicitur : *Collocaverunt me in obscuris, sicut mortuos seculi.* Quasi diceret : *Sicut homines, utique quia ipse Deus erat.* Item Isaias : *Et erit Dominus nominatus, in signum æternum, quod non auferetur. Et erit sepulcrum ejus gloriosum.* Et alibi : *Dabo impios pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus* (Isai. LV, 13; XI, 10; LIII, 9).

#### CAPUT L.

*Lapis ad ostium monumenti positus est.*

1. Quia postquam sepultus est, lapis ad ostium monumenti positus est, per Jeremiain idem ait : *Lapsa est in lacum vita mea, 55 et posuerunt lapidem super me.* Et iterum : *Conclusit vias meas lapidibus quadris, circumdificavit adversum me, ut non egrediar.*

#### CAPUT LI.

*Descendit ad inferos.*

1. Quia in infernum descendit, sic idem Dominus in Ecclesiastico dicit : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo sperantes in Deum* (Eccli. XXIV, 45). Item in Psalmis : *Vita mea inferno appropinquavit, astimatus sum cum descendantibus in lacum, factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber* (Psal. LXXXVII, 4). Descendit enim, sicut homo, in infernum, sed solus inter mortuos liber fuit, quia mors illum tenere non potuit.

#### CAPUT LII.

*Descendens de morte quos volvis liberavisti.*

1. Quia in infernum descendens eos qui captivi ppterant desumptum ex Proverb. v, 16, ubi dicitur : *Deriventur fontes tui foras.* Verum eo loco Codices Septuaginta ab Hebreis non discrepant. Chrysostomus ad eum Joann. locum censem nullibi existare in Veteri Testamento, sed citari ex libro aliquo qui non exsistat. MAR.

*Ibid. Al., egredientur de latere, vel de ventre illius.* MAR.

CAP. XLIX. N. 1. *Collocaverunt me in obscuris;* psal. CXLII, 5. *Cæterum in Psalteriis omnibus singulari numero legiuntur : Collocavit me in obscuris.* Isidorus, ut puto, cum hos numeros alternari saepe videbat, locum legit numero multitudinis, quo modo instituto magis favebat. MAR.

*Ibid. Al., dabit impios.* MAR.

CAP. L. N. 1. Al., *laboravit in lacu,* Thren. III, 53. MAR.

*Ibid. Al., concluserunt pro conclusit.* Ibid., vers. 7, 9. MAR.

*Ibid. Cod. Flor. 2, post ut non egrediar ita pergit : Hoc totum in carne, quam dum diabolus impelli, quæ [Forte, quia] palebat, quasi hamo divinitatis ejus captus est, qui [Forte, quæ] latebat. Est enim in Christo Dominus hamus divinitas, etc. (ut lib. I Sentent., cap. 14, usque ad revertere ad celos). Qui gloriae splendoribus redimisti non poterunt car triste gerere de damnatis. Non faciet in futurum iustorum cor miserum compassionem damnatorum condolendi affectio, ubi tantum*

A erant a diabolo eruit, et sic iterum ad cœlestia remeavit, idem per Osee ita ante prænuntiavit : *Ego, inquit, ego capiam, et vadam; tollam, et non est qui eruat; vadens revertar ad locum meum;* id est, ad cœleste solium. Et infra : *De manu, inquit, mortis liberabo eos, de morte redimam illos. Ero mors tua, o mors, ero mors tuus, inferne* (Ose. V, 14; XIII, 14).

#### 56 CAPUT LIII.

*Corpus Christi in sepulcro non vidit corruptionem.*

1. Quod corpus Christi in sepulcro corruptionem non vidit, sed statim, devicta morte, resurrexens, ab inferis remeavit, et hoc per prophetam idem in Psalmis prædictis : *Caro mea requiescit in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* De qua resurrectione et in psalmo septimo ita cantatur : *Ego dormivi, et requievi, et resurrexi, quia Dominus suscitat me.*

2. Ubi quid aliud indicat propheta, quod dormierit, et resurrexit, nisi quod somnus latè mors esset, et evigilatio resurrectio? quod in quadragesimo psalmo manifestius ostenditur, ubi dicit : *Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuameis* (Psal. XL, 11). Et iterum : *Nunquid qui dormit, non adjicit ut resurgat* (Psal. XI, 9)? Item in psalmo quarto : *In pace dormiam, et requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe constitueristi me.* Singulariter, quia solus ipse sic requievit, ut confessum post mortem resureret.

3. Item per Isaiam de eadem resurrectione sua sic clamat : *Nunc exsurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, et nunc sublevarbor* (Isai. XXXIII, 10). Ubi aperte testimonium resurrectionis et ascensionis ejus ostenditur. Unde et ibi zelum Iudeorum subjecit, dicens : *Concipietis errorem et parietis. Spiritus vester, ut ignis, vorabit vos.*

erit sanctorum de Deo in contemplatione gaudium, ut tristitia nullus tribuatur introitus. Sicut comparatus color candidus nigro colori fit pulchrior, ita et sanctorum requies comparata damnationi malorum gloriocior erit. Sic justitia, etc. Ita prosequitur Codex, ut lib. I Sententiar., cap. 50, usque ad ascensuri sumus. Quod cum planum sit, non alius deduco testimoniis. Atque ita idem Codex concludit opus Isidori de Passione dominica. AREV.

CAP. LI. N. 1. Al. *Illuminati omnes sperantes.* MAR. *Ibid. Al. Appropiari pro appropinquavit.* MAR.

CAP. LII. N. 1. Al., *cælestem sedem remeavit.* MAR.

CAP. LIII. N. 1. *Quoniam non derelinques animam meum in inferno,* Psalm. XV, 10. Quæ verba a Petro, Act. II, 31, de Christi resurrectione citantur. MAR.

*Ibid. Ego dormivi, et requievi, et resurrexi, quia Dominus suscitat me.* Ex Psalm. III, 6, juxta Psalterium Hispanicum, quod saepe non a Gallicano tantum, sed etiam Romano discrepat, ut superius dictum est. MAR.

*Ibid. Mariana etiam in tract. pro Editione Vulgata, cap. 19, observat discrepantiam inter Psalterium Gothicum et Romanum nonnullis in locis; et ex Psalterio Romano ita allegat hunc locum : *Ego dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.* Confer Isidoriana, cap. 87, num. 15 et 16. AREV.*

2. Al., *in idipsum dormiam.* MAR.

3. Al., *sublimabor pro sublevarbor.* MAR.

## 57 CAPUT LIV.

*Resurrexit ab inferis.*

1. Quia ab inferis tertia die resurrexit, Osee propheta predixerat, dicens : *Venite, et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos, vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus* (*Osa. vi, 4*). Omnia haec in Christo ita completa sunt. Quinta enim feria traditus, Parasceve passus, Dominica circa diluculum resurgens, ab inferis remeavit.

2. Unde et subiunxit propheta : *Quasi diluculo preparatus est egressus ejus. Quod autem dixit resurgentis et vivens in conspectu ejus, hoc propheta de sua persona, vel sanctorum, eloquitur, qui in inferno erant, et cum illo tertia die resurrexerunt.*

## CAPUT LV.

*Apostoli ad praedicandum missi.*

1. Quia post resurrectionem suam Christus piscatoribus appauuit, et prædicare eas gestibus misit, per Jeremiam ante sic meminit, dicens : *Ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos* (*Jerem. xvi, 16*). Denique secundum Matthei Evangelium legitur quod Jesus veniens juxta mare Galilee, vidi Petrum et Andream, fratrem ejus,mittentes retia in mare, quibus dixit : *Venite post me, et faciam vos fieri piscautores hominum* (*Matth. iv, 18*).

2. Similiter et duos alios fratres Jacobum Zebdei, et Joannem fratrem ejus, dum vidisset in navicula eum patre Zebedaeo tercates retia, provocans eos, de piscatoribus piscium piscautores **58** reddidit hominum, scilicet, ut prædicationis reti cunctos ergentes de profundo aëculi hujus extraherent. Post hos piscautores sequitur : *Et mittam venatores et venabuntur eos de montibus, et de collibus, et de cavernis patraru[m]* (*Jerem. xvi, 16*); quod specialiter ad conversionem pertinet gentium, quas undique apostoli coperunt, qui super assumptionem constituti sunt animarum.

3. Quia quia post gloriam resurrectionis sue Dominus ad prædicandum in gentibus mitteret, et per Isaiam sic prælocutus est, dicens : *Venio, inquit, us congregabo eum omnibus gentibus et linguis, et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum, utique crucis; et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam, et Lybiam, tenentes sagittam, id est, velocem prædicationis sermonem, in Itiam quippe et Græciam, et ad insulas*

**CAP. LIV. N. 2.** *Quasi diluculo præparatus est,* Osee vi, 3. Hieronym. et Vulgata, *quasi diluculum dixerunt.* Isidorus autem, ut his verbis comprobaret, Christum multum tempore in vitam rediisse (quæ multorum opinio est, tametsi alii magno numero et auctoritate de media nocte potaverunt) casum mutavit. Et quidem Hebraici Isidori lectionem ferre possint, dictione, ἦν, adverbii loco sumpta. Nam Græca vox, ὅπερον, id non recipit, cum ab adverbio τῷ διῃ distinguitur. MAR.

**CAP. LV. N. 2.** Al., spiritualiter, pro specialiter. MAR.

3. Al., *veni, vel veniam, pro venio. Et spiritualiter,*

*A longe, et ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam* (*Istal. lxvi, 18, 19*); in qua sententia specialiter missi apostoli prophetantur.

4. Similque et quod per totum mundum prædictaverunt Evangelium, id ipsum prophetæ non tacuerunt; de quibus etiam in Psalmis ante prædictum est : *Non sunt loquæ, neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.* (*Psal. xviii, 4*).

## CAPUT LVI.

*In cœlum ascendit.*

1. Jam vero quia post resurrectionem suam in hominis forma Christus in cœlum usque ad Patrem ascendit, Daniel dicit : *Aspiciebam in visu noctis, et ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit; id est, usque ad Patrem. Post hæc adjectit : Et in conspectu ejus obliterari sunt omnes, et dedit ei potestatem, et regnum, et omnis populus, tribus et lingue ipsi servient, potestas ejus potestas æterna quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur* (*Dan. vii, 13*).

**C** 59 2. Hujus ascensionem in cœlis rursus Psalmista sic indicat : *Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo; exultavit, ut gigas, ad currēdam viam, a summo cœlo egressio ejus, et occurritus ejus usque ad summum ejus* (*Psal. xvin, 6*). Veniens enim de cœlo, usque ad inferos descendit; regressusque, repetit mansiōnem suam, ascendens et sedens ad dexteram Patris, de quo antea solus exivit.

3. Cuius ascensus in cœlum, vel intritus, quibus gaudiis declaretur, Psalmographus indica. Videntes enim potestates æthereæ carnem Christi ascendentem in nubibus, et portas cœli ingredientem, dixerunt : *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ aternales, et introibit Rex gloriae. Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio* (*Psal. xxiii, 7*).

4. Hunc ascensum ejus et alihi commemorans David dicit : *Ascendit super cherubim, et volavit, volavit super pennis ventorum* (*Psal. xvii, 11*). Et iterum : *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (*Psal. lxvii, 19*). Qui utique nisi fuisse in terra, non diceretur ascedere. Sed quid est captivam duxit captivitatem, nisi quia, de vita morte, ipsam carnem, quam e terris assumpsit, quasi captivam in cœlum ducebatur?

5. Unde et post hæc propheta hortatur omnes

*pro specialiter. MAR.*

*Ibid.* In Vulgata : *In Africam et Lydiam, tendentes sagittam.* Idem testimonium iterum lib. ii, cap. 1, num. 9. AREV.

**CAP. LVI. N. 2.** Al., *sedem, pro dexteram. MAR.*

5. Al., *Christi, pro Dei.* [Et ejus, pro Christi.] MAR.

*Ibid.* Idem locus in Orientis partibus est. Non tantum locus, unde Christus ascendit, in Orientis partibus est, sed etiam facile ad Orientem conversa in cœlum ascendit, ut vestigia pedum indicant, quæ ad hunc usque diem loco impressa cernuntur. De quibus Severus Sulpicius, lib. ii Histor., et Paulinus,

gentes, provocans eas ad laudem Dei, eumdemque ascensum Christi eisdem iterum sic prænuntians, ait : *Regna terræ, cantate Deo, psalite Domino, psalite Deo, qui ascendit super cœlos cœlorum ad Orientem.* Et bene adjecit, *ad Orientem*, quia idem locus in Orientis partibus est, ubi Christus resurrexit, et unde in cœlum ascendit. Et post hæc subdidit : *Visi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis* (*Psalm. LXVII, 25*). Videntibus enim omnibus apostolis atque quingentis viris, sic ascendit in cœlum.

**60** 6. Hujus ascensionem et Salomon in Canticis canticorum prædicat : *Ecce hic venit, saliens supra montes, transiliens supra colles* (*Cant. II, 8*). Et Amos dicit : *Ædificavit Dominus in cœlo ascensum suum, et pollicitationem in terra firmavit* (*Amos IX, 6*). Sed et illud, quod per Isaïam Dominus dicit : *Nunc exsurgam, nunc exaltabor, nunc sublimabor* (*Isai. XXXIII, 10*), testimonium resurrectionis et ascensionis Christi declarat, quasi aperte diceret : *Nunc exsurgam a mortuis, nunc exaltabor in cœlum, nunc sublimabor in regno.* Unde et alibi ipse Isaïas : *Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde* (*Isai. LII, 13*). Quod utique ad ascensionem cœli et ad gloriam pertinet regni.

#### CAPUT LVII.

*Sedet ad dexteram Patris.*

1. Quia sedet ad dexteram Patris, in Psalmis scriptum est : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (*Psalm. CIX, 1*). Inquirant ergo Judæi cui dictum est a Domino *Sede a dextris meis*. Nunquid archangelo? non opinor, neque angelo, neque prophetæ. Nam nullus eorum in ea gloria est, sed ille quem dignum consensu suo invisibilis Deus habet, hic sedet ad dexteram Patris.

2. Qui sicut consensu Dei dignus est, ita et natura dignus est, et nomine. De quo dicit et psalmus : *Regnabit Dominus super omnes gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam* (*Psalm. XLVI, 9*). Et iterum : *Dominus in cœlo paravit sedem suam, et regnum ejus omnibus dominabitur* (*Psalm. CII, 19*).

#### CAPUT LVIII.

*Regnum Christi perpetuum erit.*

1. Quia regnum ejus in cœlo, et in terra æternum, ac perpetuum permanebit, Daniel dicit : « Videbam in visione noctis, et ecce **61** in nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, et usque ad Vetustum dictrum pervenit, et in conspectu ejus perlatus est, et ipsis datus est principatus, et honor, et regnum, et omnis populus, tribus et linguae ipsi servient, pot-

epist. 10, scribunt; unde traditio ad orientalem cœli partem conversa facie orandi atque templo ædificandi, ut docet Basilius, lib. de Spiritu sancto, cap. 27. Contra in cruce pendens, faciem ad occasionem conversam habuit, ut Sedulius, lib. v Carminalium, auctor est, ubi ait :

Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.

MAR.

6. Al., in cœlo, vel in cœlis, pro in cœlum. Et puer, pro servus. MAR.

CAP. LVIII. N. 2. Al., omnium, pro omnibus. MAR.

A stas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur » (*Dan. VII, 13*).

2. Quo testimonio ostenditur ita accepisse Christum ab omnipotente Deo dominationem et regnum, ut potestas ejus æterna sit, et regnum ejus sine ullo corruptionis fine permaneat. Et iterum idem Daniel : « In diebus illis suscitabit Dominus cœli regem, qui in æternum non commovebitur, et regnum ejus populo alteri non tradetur. Percutiet et conteret universa regna, et ipsum stabit in æternum» (*Dan. XI, 44*).

3. Et Isaïas propheta de eodem : *Multiplicabitur, inquit, ejus imperium, et pacis non erit finis* (*Isai. IX, 7*). Et in psalmis sic legitur : *Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec extollatur huma* (*Psalm. LXXI, 7*); id est, usque ad consummationem sæculi.

#### CAPUT LIX.

*Christus post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit.*

1. Quia post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit, David ita dicit : *Ascendit in altum, cepit captivitatem, dedit dona hominibus* (*Psalm. LXVII, 19*). Post ascensionem enim suam misit Spiritum sanctum, in quo omnium est plenitudo donorum.

2. De quo et per Joelem prophetam annuntiavit dicens : « Erit, inquit, post hæc effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filii vestrae, senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt, sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam de spiritu meo» (*Joel. II, 28*). Et Zacharias : *Effundam, inquit, super domum David et super habitantes Ierusalem spiritum gratiae et precum* (*Zach. XIII, 10*).

#### 62 CAPUT LX.

*Apostoli variis linguis locuti sunt.*

1. Quia apostoli Spiritu sancto repleti, linguis universalium gentium locuti sunt magnalia Dei, et hoc ante prænuntiatum est, dicente Psalmista : « Non sunt loquæ, neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum» (*Psalm. XVIII, 4*).

#### CAPUT LXI.

*Venturus est ad judicandum.*

1. Quod autem venturum Christum de cœlis judicem speramus, et quod ei omne judicium dedit Pater, per Ezechielem ita annuntiatur : « Hæc dicit Dominus Deus : Aufer cidorim, tolle coronam, nonne

CAP. LVIII. N. 1. Vulgata : *Et usque ad antiquum dierum peruenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum, et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, etc.* AREV.

5. Al., *pacis ejus non erit finis.* MAR.

CAP. LXI. N. 1. Nonne hic est qui humiles sublevavit, Ezech. xxi, 26; nisi quod in linguis omnibus generi feminino legitur : *Nonne hæc est quæ humiles sublevavit.* Verum Hieronym., comment. ad eum locum, ea verba nihilominus de extremo judicio explicat. MAR.

hic est qui humiles sublevavit, et sublimes humiliavit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam; et hoc non factum est, donec veniat cuius est judicium, et tradam ei. »

2. De quo Isaías: « Dominus, sicut fortis, egredietur, et, sicut vir prælator, suscitabit zelum, vociferabitur, et clamabit, et super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut paries, loquar, dissipabo, et absorbo simus » (*Isai. xlvi, 43*). Hoc ad secundum adventum attinet, in quo non humili, ut judicetur, sed ut judex fortis egreditur; neque tacebit, quod in priori adventu fecit, aut patiens erit, sicut fuit in passione carnis, sed judicans vociferabitur, loquetur ut paries, quia repente, quasi paries corruens, suos hostes est oppresurus.

**63** 3. Hoc etiam et testimonio Psalmistæ docetur, ubi dicit: *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit* (*Psal. xlix, 3*); utique quia etsi in primo humiliatis suæ adventu tacuit judicatus, in secundo, dum manifestus venerit, ut judicet, non tacebit, sed clamabit, ut reddat singulis secundum opera eorum.

4. Sequitur: *Ignis ante eum ardebit*, quia, ut ligna, fenum, stipula, delinquentium consumpturus est opera, ac, sicut aurum, argentum lapidesque pretiosos, justorum probaturus est gesta (*I Cor. iii, 12*). Qui dicturi sunt: *Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. Advocabit cælum desursum et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia, et annuntiabunt cœli justitiam ejus, quoniam Deus judex est* (*Psal. lxxv, 12; xlix, 4*).

5. Et Isaías, *Auditam, inquit, faciet Dominus gloriam vocis suæ, et terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris, et flamma ignis devourantis. Allidet in turbine et in lapide grandinis* (*Isai. xxx, 30*). Brachium enim Dei Christus est, qui in flamma et terrore tempestatis ad judicandum venturus est. De cuius iterum judicio idem propheta sic dicit: *Consurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?* (*Isai. li, 9*.)

6. Hic secundus Christi prædicatur adventus, ut ea virtute consurgat ad judicium, ad separationem bonorum atque malorum, qua virtute surrexit in generationibus sæculorum. Hoc est in principio, quando percussit superbum, id est, diabolum, separando eum a bonorum consortio angelorum. De quo Christi judicio et Michæas propheta sic loquitur,

2. *Sicut paries loquar*, *Isai. xlvi, 13*. Hispalensis legit *Parturiens loquar*. Tarraconen. minor, *Pariens loquar*. Quæ vera lectio est. Nos autem vitiosam lectionem necessario reliquimus, quoniam inferius, ubi hoc testimonium explicatur, Isidorus ipse ait: *Judicans vociferabitur, loquetur ut paries, quia repente, quasi paries corruens, suos hostes est oppressurus*. MAR.

*Ibid. Al., judicet, pro iudex.* MAR.

4. *Al., sursum, et terram, ut discerneret populum*. MAR.

A dicens: *Audite, colles, judicium Domini, et fortia fundamenta terræ, quia judicium Domini cum populo suo et cum Israel dijudicabitur*, dicens: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi* (*Mich. vi, 4*).

7. Tunc enim, juxta Zachariam, Videbunt, in quem confixerunt, et plangent eum planctu, quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti (*Zach. xii, 10*). Dolebant enim **64** a se crucifixum, cum viderint judicantem, et in Patris ac sua maiestate regnante, Job quoque, ante legem evangelicis virtutibus clarus, redimendum se, et resuscitandum, et Deo judici, qui venturus est judicare vivos et mortuos, præsentandum, prophætica auctoritate pronuntiat dicens: *Credo enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra resurrectus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea video Deum et Salvatorem meum. Quem Deum, nisi qui videndus est in judicio? sicut legimus: Videbunt in quem confixerunt* (*Zach. xii, 10*).

8. Quem quidam dicunt in eo loco judicaturum impios, ubi ipse est judicatus, Joele propheta testante: *Exsurgent, inquit, et ascendant omnes gentes in valle Josaphat, ibi sedebo, ut judicem omnes gentes in circuitu* (*Joel. iii, 12*). Nam plerique ibi asserunt futurum judicium, ubi passus est Dominus, Isaia probante: *Consummationem, et abbreviationem Dominus Deus exercitum facit in medio orbis terræ* (*Isai. x, 23*).

C 9. Quæ consummatio et abbreviatio præcessura potest esse, nisi judicii futuri? Sed ubi sit medium terræ illud, fidele de passione Domini testimonium David ostendit, qui dicit: *Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ* (*Psal. lxxxiii, 12*). Nulla enim alia est salus nostra, nisi redemptio Domini nostri Salvatoris et judicis, quæ in medio terræ orta est.

## CAPUT LXII.

### Epilogus operis.

D 1. Ecce novi testimonii judicem et regem de prophetis, ecce Christum ex lege omnium Dominum ostendimus. Tenent ista omnia libri Hebreorum, legunt cuncta Judæi, sed non intelligunt. Quia omnia signata sunt illis, propheta testante: *Et erunt sermones libri hujus, sicut sermones libri signati, quem si quis dederit homini nescienti litteras, et dicat Lege, respondeat Nescio litteras, et **65** rursum dei alteri scienti litteras, et dicat Lege; ille vero respondeat Non possum, signatus est enim liber* (*Isai. xxix, 11*).

5. Al., *lapidibus grandinis*. MAR.

6. Al., *principibus, quando*. MAR.

7. *Credo enim quod Redemptor meus vivit*. Locus est Job, xix, 25, quo Hieronym. ad Pamphilium affirmat nullum apertius in Veteri Testamento existare ad futuram corporum resurrectionem comprobandum. MAR.

8. Al., *elevationem, pro abbreviationem*. MAR.

*Ibid. Interdum in Editione Grialii occurrit consummatio et consummationem, pro consummatio et consummationem, quæ recta est scriptura. ARGV.*

**2.** *Hec sunt Testimenti Veteris signacula, quæ A et genus; patriam, nativitatem, virtutes et curiosities et haeres resignavit, cordis nostri oculos illuminans, sicut scriptum est: *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.* Habemus enim; ad intelligendum Christum, ducem legem, testes prophetas, ex quibus divinitatem ejus et nomen, gentem quoque,*

**CAP. LXII. N. 2.** *Comprehensiones, palmas, flagella, computationes.* Hac declarant in Hispalensi, et nobis videbantur addititia; reliquias tamen obelu hotata admonendi lectoris causa. MAR.

et comprehensions, palmas, flagella; computations, sellis et aceli positionem, mortem, sagittam, sepulcrum, infernum, incorruptionem corporis, resurrectionem carnis, ascensionem ejus in celum, regnum atque judicium declaravimus.

*Ibid. Al., cælis pro cælum. MAR.*

*Ibid. Totum hoc caput in multis Mss. non epilogus, sed superdictio vocatur. AREV.*

## LIBER SECUNDUS.

### 68 PROCÉMIUM.

**4.** *Quia Breviarium præcedens libri quadam ex parte Domini, et Salvatoris nostri nativitatem, passionem, resurrectionem, cœlique ascensionem explicavit, sequens opusculum utriusque populi prophetiam, id est, Judæorum ac gentium demonstrabit. Id quo opere, sancta soror, poteris ex pœnitis animadvertere, quanta prophetarum voces in abiectione Judaica plebis et ceremoniarum cecinerunt, quantoque in laude populi Novi Testamenti intonuerunt.*

### CAPUT PRIMUM.

#### *De gentium vocatione.*

**1.** *In principio autem opusculi hujus de gentium credulitate loquendum est, ut facilius reliqua contueantur, dum ipsa fides Ecclesiæ antea declaratur. Denique cum pro adoratio vitulo Dominum precaretur Moyses, ut pareceret populo peccatori, respondit Dominus: *Propitius ero illis; verumtamen vivo ego, et vivit nomen meum, quia implebitur gloria mea omnia terra* (Num. xiv, 21).*

**2.** *Proinde quia omnes gentes ad unius Dei veri cultum essent vocandæ, David propheta testatur, dicens: *Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus omnes patriæ gentium, quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium* (Psal. xxii, 28). Et rursum: *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Notum ficit Dominus salutare suum, ante conspectum gentium revelavit justitiam suam* (Psal. xcvi, 1).*

**3.** *Quâni pluralitatem gentium ita declamat adunari ad unius Dei **67** cultum: *In conveniendo, inquit, D. populos in unum, et regna, ut serviant Domino* (Psal. et, 25). In unum utique, id est, in unum regem, ut qui diversorum ritu simulacrorum regna multa, et populi multi dicebantur, in unam conveniendo fidem, unus Dei populus, unumque regnum vocetur.*

**4.** *Hujus populi congregatio ex gentibus ipsa est Ecclesia, cui in Psalmis voce prophetica dicitur: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et oblitiscere**

**PROCEN. N. 1.** *Al., ascensem, pro ascensionem. MAR.*

**CAP. I. N. 1.** *Al., reliqua contineantur, pro reliqua contineantur. MAR.*

**3.** *Al., gregem, pro regem. MAR.*

**6.** *Al. omnes (forte omnis) fines terræ. MAR.*

**1b.** *Erubescant Judæi quidem. Hispalensi legit;*

*B. populum tuum, et domum patris tui, quia concupivit rex speciem tuam (Psal. XLIV, 11). Provocat enim propheta plebem gentium oblivisci populum suum, id est, infidelium cœstum et domum patris sui, Babyloniam scilicet, quæ diaboli et domus, et conjux est, et Christo fidei conjugio copulari.*

**5.** *Ad eujus populos Isaïas clamat, dicens: Congregamini, et venite, et accedite simul, quia salvati estis ex gentibus; nescierunt enim, qui levant signum sculpturæ suæ, et rogam Deum non salvantem (Isai. XLV, 20). Qui sunt isti salvati ex gentibus, nisi qui crediderunt ex gentibus? Quod vero dicit: *Congregamini et audite simul, ostendit in unam debere gentes fidem, communionemque congregari.**

**C** *6. Item ipsæ: Convertimini ad me et sati eritis; omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est aliud. In memetipso juravi, expredictur verbum de ore meo, et non revertetur, quia mihi curvabuntur omnia gena, et jurabit omnis lingua in Domino. Hoe jam contuemur suis completem, quando in omnibus terre finibus Dei dilatatur Ecclesia. Quia prophetia erubescant Judæi quidem, Deum sibi peculiariter defendant, dum audiunt: *Jurabit omnis lingua in Domino, id est, non tantum Hebreorum jam populus, sed et omnis gentium multitudo.**

**D** *7. Adhuc idem Isaïas, posteaquam Christi, quem in carne pertulit, humilitatem digessit, denuo laudem Ecclesiæ gentium, pro qua talia pertulit, ita predicavit, simulque quod per universum mundum sit ipsa una, sic prophetando aperuit dicens: *Lauda, steriles, quæ non paris, decanta laudem, et hinni, quæ non pariebas: 68 quoniam familiæ multi filii desertere magis quam ejus quæ habebat virum, dicit Dominus: Dilata locum tentorii tui, et pettes tabernaculorum tuorum extende, ne parcas; longos fac funiculos tuos, et clausos tuos consolida. Ad dexteram enim et laevam penetrabis, et semen tuum gentes hereditabit, et civitates desertas inhabitabit (Isai. LIV, 1).**

*Erubescant Judæi quædam in Deum; Erubescant Judæi, qui dum Deum sibi Terraconensis, Erubescant Judæi quidem, Deum sibi peculiariter defendantes. Hanc nos lectionem amplexi sumus. MAR:*

**7.** *Al. ad hæc idem Isaïas. MAR.*

*Ib. Isidorus sequitur Vulgatam: sed hæc exhibet, quæ habet virum. AREV.*

8. Et iterum : *Creati fructum labiorum pacem : pacem ei qui longe est, et ei qui prope (Isai. LVII, 19).* Hoc et Apostolus exponit, ubi dicit pro Ecclesia ex circumcisione et ex præputio veniente : *Evangelizavit pacem his qui longe, et pacem his qui prope (Ephes. II, 17);* et iterum : *Quæsierunt me qui ante non interrogabant; invenerunt qui non quæsierunt me. Dixi : Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non invocabat nomen meum, expandi manus meas tota die ad populum incredulum (Isai. LXV, 1).*

9. Item idem ipse : *Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus (Isai. LVI, 7).* Ad ultimum autem sic ait : *Venio ut congregem cum omnibus gentibus, et linguis; et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, in mare, in Africam, in Libyam tenentes sagittam (Isai. LXVI, 18).* Haec Isaia.

10. Jeremias autem gentium compromissionem sic ostendit : **69** *Et congregabuntur omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post prævitatem cordis sui (Jerem. III, 17).* Et post paululum : *Juravit Dominus in veritate, et in judicio, et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt (Jerem. IV, 2).* Item idem ipse de vocatione gentium : *Domine, inquit, fortitudo mea, ad te gentes venient ab extremis terrarum, et dicent : Vere mendacium possederunt patres nostri (Jerem. XVI, 19).* Item idem Jeremias ad populum Israeliticum : *Audite vocem tubæ, et dixerunt : Non audiemus. Propter hoc audire gentes (Jerem. VI, 17).*

11. Item in Osee : *Et miserebor ejus, qui fuit sine misericordia, et dicam non populo meo : Populus meus es tu, et ipse dicet : Deus meus es tu; et erit, in loco ubi dictum est ei, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi (Ose. n, 23).* Item in Sophonia : *Quia*

**8. Al., tuum, pro meum. MAR.**

*Ibid.* In nonnullis MSS., ut in Flor. I, et in Lentensi post verba, tota die ad populum incredulum, alia adduntur, scilicet : *Quæsierunt enim nunc gentes, quæ non interrogabant, quia ad eos prophetæ non veniebant, et invenerunt, quando illis Christum nuntiaverunt. Quid vero Iudea plebs, nisi quod sequitur : Expandi manus meas tota die ad populum incredulum?* Et iterum de eadem reprobatione gentium : *Et erunt campestria in caulis gregum, et vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui quæsivit me. Et vos, qui reliquistis Dominum, numerabo gladio, et omnes in eade corrueris. Cujus ergo populi sunt istas compromissiones, nisi gentium, quæ requisierunt Dominum? De quibus superiorius ait : Quæsierunt me, qui ante non interrogabant. Et qui sunt qui relinquunt Deum, et corrumpunt cœde, nisi Iudeorum populus? De quo ait : Expandi manus meas ad populum incredulum. Contra hanc sunt et quæ sequuntur. Ecce servi mei comedunt, et vos esuriatis, quia vescente pane verbi Dei vocato ex gentibus populo, Iudea arexit jejuniu. Item idem ipse ait, *Domus mea, etc.* Conferenda hæc sunt cum fine cap. 6 hujus libri; sed animadvertisendum Isidorum cum in hoc opere sæpe, tum in aliis identidem eadem repetere, ut non propter ea existimemus, additilia esse illæ omnia, de quibus alibi Isidorus aut überius, aut contractius disserit. AREV.*

9. *In mare in Africam, in Libyam. Hispalens., in Mare, in Africam, in Lydiam, quæ lectio commodior erat, nam ita Hebraica, Graeca, et Vulgata Editio habent, Isai. LXVI, 19. Verum quoniam hoc loco alii*

**A** tunc reddam populi latitatem electum, ut vocent omnes in nomine Domini, et serviant ei numero uno (Soph. II, 9). Et post haec : *Adorabit eum vir de loco suo, omnes insulae gentium (Soph. II, 14).* In quo etiam loco vocatio gentium prophetatur; nec jam locum orationis unum, in quo carnalis populus Deum quodammodo videbatur includere, sed pro uno omnem locum esse orationis ostendit, dum dicit : *Adorabit eum vir de loco suo.*

12. Michæas quoque congregari omnes gentes prænuntiat, ut fidei disciplinam percipiant; ita : *Et erit, inquit, in novissimo dierum mons domus Domini, præparatus in vertice montium, et elevabitur super collas; et fluent ad eum populi, et properabunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus, quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem, et **70** judicabit populos multos, et corripiet gentes fortes, usque in longinquum (Mich. IV, 1).*

13. Novissimi dies hi sunt, in quibus Salvatoris resplenduit fides. Præparatus autem mons super vetucem montium Christus est, quia ipse est caput apostolorum et prophetarum. Domus vero Domini ecclesia Christi est, super eundem stabilitatem, ad quam gentium congregatur diversitas. Lex autem de Sion exiit, et verbum Domini de Jerusalem, sive ut veniret in gentes, relictis ob incredulitatem Iudeis, sive quia in eadem plebe positus Jesus dixit discipulis suis : *Ite, docete omnes gentes (Math. XXVIII, 19).*

**C** 14. Item Zacharias de Ecclesia gentium sic dicit : *Lauda, et lætare, filia Sion : quia ecce venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus, et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo, et erunt*

omnes Codices discrepabant, et lib. I, c. 55, ubi idem testimonium assertur, omnes Codices constanter Libyam legebant, eam vocem in textu reliquius. MAR.

10. **Al., reprobationem pro compromissionem. MAR.**  
*Ibid.* In nota Marianæ erat reprobatione, quod in reprobationem mutavi; nam id, ut puto, voluit Marianna, et id nostri Codices mss. exhibent, qui magna ex parte cum Marianæ exemplaribus consentiunt. AREV.

11. **Al., adorabunt eum viri de loco suo. Et, sed D per omnem mundum locum esse orationis. MAR.**

12. **Al., recipiant, pro percipient. Et prophetabunt, pro properabunt. Et ambulabimus, pro ibimus. MAR.**

*Ibid.* Corripiet gentes fortes usque in longinquum. Locus est Michæas IV, 3. Verum Isidorus inferior, cap. 19; Isaiae nomine (certe II, 4) illa verba adducit : *Judicabit gentes et arguet populos multos, usque in longinquum. Quod simili errore facit Julianus, Isidorum imitatus, lib. I contra Iudeos; dictio enim, usque in longinquum, Isaiae verbis adjuncta esse non debet, et in Michæa, ubi ea dictio additur, dici non debuit, usque in longinquum, sed usque in longinquum, ut est in omnibus versionibus, et ratio grammaticæ postulabat. MAR.*

13. **Al., gentibus, relictis, etc. MAR.**  
*Ibid.* Alii, in gentes Iudeis in sterilitate remanentibus. AREV.

14. **Al., habitabunt, pro habitabo. Et populus, pro in populum. Et ut scias, pro et scies. MAR.**

michi in populum, et habitabo in medio tui : et scies quia Dominus exercitum misit me ad te» (*Zach. ii, 10*). Item ibi : « Hæc dicit Dominus exercitum, usquequo venient populi, ut habitent in civitatibus multis, et vadant habitatores unus ad alterum, dicentes : Eamus et deprecemur faciem Domini, et queramus Deum exercitum, vadam etiam et ego, et venient populi multi, et gentes robustæ ad querendum Dominum exercitum in Jerusalem » (*Zach. viii, 20*)?

15. His ergo tot tantisque testimonii erubescant Judæi gentium conversarum æmulatores, tandemque convicti cognoscant atque audiant in Deuteronomio Dominum proclamantem : *Eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam* (*Deut. xxviii, 44*).

## CAPUT II.

*Cunctis gentibus in Christum credere jussum est.*

1. Quia in Christo Filio Dei credere cunctis gentibus jussum est, Jacob in benedictionibus patriarcharum dixit : *Non 71 deficiet princeps ex Iuda, nec dux de seminib. ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium* (*Gen. xl ix, 10*). Et David ex persona ejusdem Christi in Psalmis : « Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te ; pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ » (*Psalm. ii, 7*). Et iterum : *Constitues me in caput gentium, populus, quem non cognovi, servivit mihi, obaudiret auris obaudivit mihi.*

2. Similiter et alibi de eodem Psalmographus idem sic dicit : *Ante solem permanet nomen ejus, et ante lunam sedes ejus, et benedicuntur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes servient ei* (*Psalm. lxxi, 17, 18*). De cuius dominatione etiam superius (*Vers. 8*) sic fuerat prælocutus : *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ.*

3. Quod testimonium nec Salomoni congruit, nec David. Notum est enim quibus terminis regnum conclusum exstitit Salomonis. Sed hoc in Christo videmus fuisse completum. Cujus ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen ejus in gentibus. Hic et a flumine dominandi sumpsit exordium, ubi baptizatus est a Joanne, et pervenit per fidem in gentibus usque ad terminos terræ.

4. Item in eisdem Psalmis de ejus æterna nativitate et potestate in gentibus, Dominus loquitur : « Ante luciferum, inquit, genui te; tu es sacer-

15. Erubescant, etc. Cod. Palatin. 278 sic habet : *Erubescant Judæi; æmulamur eadem quæ vici cognoscant atque audiant, in Deuteronomio Domino proclamante : Eritis gentes, etc.* AREV.

CAP. II. N. 1. *Obauditu auris obaudivit mihi*, psalm. xvii, 45. Hispal., in *auditu auris obediuit mihi*, ut est in Psalterio Gallico. Nos lectionem quæ erat in excusis, præstulimus, quoniam erat in psalterio Hispanico, quo frequens Isidorus toto hoc opere utitur. MAR.

2. Al., *sacrificabunt eum, pro servient ei.* MAR.

4. Et post alia : *Levabit signum in nationibus procul, et sibilabit. Verba, quæ præcesserant, nimirum, in die illa erit radix Jesse, etc., leguntur Isai xi, 10. Quæ consequuntur, levabit signum in nationibus, etc.*

A dos in æternum secundum ordinem Melchisedech; judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum » (*Psalm. cix, 3*). Et Isaïas : *In die illa erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur* (*Isai. xi, 10*). Et post alia : *Levabit signum in nationibus procul, et sibilabit ad eum de finibus terræ.*

5. Item idem Isaïas, de Christo Domino nostro in gentibus **72** regnatur : « Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, et extendens eos, firmans terram et quæ germinant ex ea, dans flatum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam, ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendi manum tuam, et servavi te, et dedi te in foedus populi in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres

**B** de conclusione vincum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen meum » (*Isai. xlii, 5 seq.*). Hoc jam contuemur esse completum per Christum, qui lux factus est in carne ignorantiae gentium positarum.

6. De quibus et alibi ipse dixit : *Et ducam cæcos in viam quam nesciunt, et in semitis quæ ignoraverunt, ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in lucem, ut impleretur quod per eumdem prophetam fuerat dictum : Gentium populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis* (*Isai. ix, 2*). Item de gentium vocatione ad Christum sic ait : « Attendite ad me populus meus, et tribus mea me audite, quia lex a me exiet, et judicium meum in luce populorum requiescat, prope est justus meus, egressus est Salvator meus (*Isai. li, 4*).

7. Et post hæc : « Gaudete et laudate simul deserta Jerusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem, paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri » (*Isai. lii, 9*). Ad hæc per prædictum Isaïam vox divina Christum in carne judicem gentium ita annuntiat : « Ecce, inquit, servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet, non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox ejus, calamum quassabit, tum non conteret, et linuræ fumigans non extinguet. In veritate educet judicium, non est tristis, nec tur-

ex cap. v, 26, desumpta sunt. Isidorus memoriae lapsu, et loci similitudine deceptus, quæ priora erant quasi posteriora et consequentia citavit. Tarragon., pro sibilabit, legit sibilabunt, sed corrupte, ut alii Codices declarant, Vulgatae in hac parte et Editioni Septuaginta consentientes. MAR.

5. Al., *calcanitum, pro calcantibus.* Et, hoc enim contuemur. MAR.

*Ibid.* Flor. 4, in carcere ignorantiae, pro in carne ignorantiae, quod est in Editione Grialii. Sed magis placet in carcere. AREV.

6. Al., *educam, pro et ducam.* MAR.

*Ibid.* Al., *ambulat, pro sedebat.* Et exiuit, vel exiit, pro exiet. MAR.

7. Al., *adduc, pro ad hæc.* MAR.

bulentus, donec ponat in terra judicium, et legem ejus insulæ exspectabunt » (*Isai. xlII, 4*).

8. Servus quippe, sed ex susceptione hominis, Christus, qui quoniam prius ad Judæos veniens non est receptus, judicium in gentibus protulit : quale judicium, nisi ut ex fide justificarentur? **73** Ejus vox non audietur foris, hoc est, in hæresibus, et Judæis extra Dei Ecclesiam positis. Item de ipso in Isaia : « Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super te multi, sic ingloriosus erit inter viros asperitus ejus, et forma ejus inter filios hominum, iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo, viderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt » (*Isai. lII, 13*).

9. Item qui supra de eo : *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus, ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes, quæ non cognoverunt te, ad te current, propter Dominum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glorificavit te* (*Isai. LV, 4*). Quæ prophætia omnis de vocatione gentium manifesta est, quia in Christo essent credituræ.

10. Et Habacuc ita inquit : *Dominus loquitur : Scribe visum aperie, et explana eum super tabulas, ut percurral qui legerit eum, quia adhuc vires procul apparabit in finem, et non mentietur ; si moram fecerit, expecta illum, quid veniens veniet, et non tardabit.* De incredulis autem Judæis ita sequitur : *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso* (*Habac. II, 2, 4*).

11. Siquidem et per Aggæum de Christo in gentibus regnaturō sic cecinit idem Dominus, dicens : *Spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere, quia haec dicit Dominus : Adhuc modicum, et ego commovebo caelum et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes, et venient desideratus cunctis gentibus* (*Aggæ. II, 6*). Quod si de Antichristo hanc prophetiam infidelis intelligat, mendacium est procul dubio. Illum enim non gentes desiderant, sed soli Judæi exspectant.

### CAPUT III.

#### *Judæi et gentes ad Christum vocantur.*

1. Quia uteque populus Judæorum et gentium sub Christi **74** regimine valiciniis prophetarum vocantur, Isaia dicit : *Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum, et duas oves, et præ ubertate lactis comedet butyrum* (*Isai. VII, 21*). Vacca boum plebs est Judææ veniens de semine patriarcharum. Oves duæ Ecclesia veniens de gentibus, et idcirco duæ oves, et una vacca, quia auctior est ex gentibus Ecclesia numerus, quam ex Judæis.

2. Homo autem, qui nutriet eas, ipse est Christus

10. Al., *tabulis*, pro *tabulas*. Et *fine*, pro *finem*. MAR.

11. Al., *vestri*, pro *vestrum*. Et *monebo*, pro *commovebo*. MAR.

CAP. III. N. 1. Al., *Judæa*, pro *Judæis*. MAR.

3. Al., *In terra*, pro *super terram*. MAR.

4. *Commemorabo superbiæ, et Babylonis scientium*

A qui per Jeremiam dicit : *Convertimini, filii revertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester, et assumam vos, unum de civitate, et duos de cognatione, et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina* (*Jerem. III, 14*). Superbis namque dixerat per Isaiam : *Nutriet homo vaccam unam et duas oves ; quem hominem Deus nunc semetipsum esse ostendit, qui assumet duos de cognatione, et unum de civitate, quia minor est numerus credentium ex circumcisione, quam ex præputio.*

3. Hanc autem civitatem Judæam dicit, sive Jerusalem ; cognationem vero gentes ; pastores autem apostolos, vel Ecclesiæ doctores, Christi gratiam prædicantes. Sic et alio loco idem ipse Jeremias Judæos servire Christo proclamat : *Et erit in die illa, ait*

B *Dominus exercituum, conteram jugum meum de collo tuo, et vincula ejus disrumpam, et non dominabuntur eis amplius alieni, sed servient Domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabit eis* (*Jerem. xxx, 8*). De quo Jeremias : « Ecce dies venient, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam super terram. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster » (*Jerem. xxIII, 5*).

4. Cujus ortum propter utramque gentem vox patris per Psalmistam ita annuntiat : « Commemorabo superbiæ et Babylonis scientium me. Ecce Palæstina, et Tyrus cum Æthiopia, iste natus est ibi. Ad Sion autem dicetur : Vir et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus. Dominus narrabit scribens populos. Iste natus est ibi. » In Babylone, Palæstina, Tyro, Æthiopia gentes significantur. **75** In Sion vero Hebreorum populus, quia pro utrarumque salute gentium natus est Christus.

C 5. Item Ezechiel Christum sub persona David super utramque gentem sic predictat regnaturum : « Rex, inquit, unus erit omnibus imperans, et non erunt ultra duas gentes, nec dividentur amplius in duo regna, nec polluentur ultra in diis suis, et abominationibus, et in cunctis iniquitatibus suis, et salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt ; et mundabo eos, et erunt mibi populus, et ego ero eis Deus, et servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnibus eorum (*Ezech. xxvII, 22*).

D 6. Quia Christus rex Judæorum est, Isaia indicat dicens : *Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi justus, et salvans, pauper, sedens super asinum indomitus.* Daniel autem propheta potestatem Christi, non solum super gentes, sed etiam super Judæos a Patre datam, scribens, sic ait : « Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli, quasi Filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit,

me. Excusi, superbiæ Babylonis scientibus me. Tarracon., superbiæ et Babylonis scientibus me. Nos Hispaniensis lectionem seculi sumus, quoniam erat in Hieronymi versione, nisi quod pro *commemorabo* legitur *commemorabor*. MAR.

E 6. Al., *in visu*, pro *in visione*. MAR.

et in conspectu ejus obtulerunt eum (*Dan.* vii, 13). A

7. Nam postea quam dixit assumptum eum in cœlum, et perductum usque ad Patrem, adjecit: *Et data est ei potestas, et honor, et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient.* Quæ tribus, nisi Hebreorum populus? Quæ linguae, nisi gentium nationes? Amos quoque propheta ad Christi regnum Judeos a Deo sic provocat dicens: « Præpara te in occursum Domini Dei tui, Israel, quia ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum suum » (*Amos.* iv, 12).

8. Sic et Isaías: *Domus Jacob, venite, et ambulemus in lumine Domini* (*Isai.* ii, 5). De quo David ait: *In lumine tuo videbimus lumen* (*Psalm.* xxxv, 10). Inter hæc et Michæas propheta, dum locum originis Christi declararet, ita eum super Israel dominaturum subjunxit: *Et tu, inquit, Bethlehem domus Ephrata, non es minima in milibus Iuda, ex te mihi prodiet Dominator in Israel* (*Mich.* v, 2).

**76** 9. Quo loco ostendit Christum dominum esse Judeorum, ejusque regimine eundem populum subjugandum, ubi et potestatem ejus per universum mundum ita prænuntiavit: « Stabit, inquit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Dei sui erunt, quoniam nunc magnificatur usque ad terminos terræ, et erit iste pax. »

10. Cujus adventum Judæis prædicandum Isaiae sic Dominus loquitur: « Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem; dic civitatibus Judæ: Noli timere. Ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur. Ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram eo, sicut pastor gregem suum pascit, in brachio suo congregabit agnos » (*Isai.* xl, 9).

11. Zacharias autem propheta de Christi regno in Judæis et gentibus ita proclamat: *Exulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem, ecce rex tuus veniet tibi, justus et salvator, ipse panper et ascendens super asinum et super pullum asinæ, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines terræ* (*Zach.* ix, 9). Quæ propheta quomodo fuisse completa in Christo, Evangelia ipsa testantur.

7. In textu Grialii erat *Domini Dei tu Israel*. Quæ sequuntur a Vulgata multum discrepant. AREV.

8. Observat Mariana, in tract. pro Edit. Vulg., cap. 6, in Biblio Gothicis, quæ in Toletano templo servantur, ita legi locum Michæae, ut ab Isidoro legitur cap. 41 libri i contra Judeos, et simili fere modo a Juliano Toletano, lib. i contra Judeos, scilicet cum interrogacione. Cæterum cum negatione, ut hoc loco Isidorus, legunt etiam Hieronymus, Cyprianus et Origenes. Alii contendunt locum Michææ affirmative esse legendum. AREV.

10. *Dic civitatibus Judæ: Noli timere.* Excusi et Tarragoni, *nolite timere*, quæ lectio commodior erat, nisi ordo esse præposterus. In vulgata enim legitur, *Isai.* xl, 9: *Noli timere, dic civitatibus Judæ.* Itaque *noli timere* ad prophetam referri debet, non ad civitates.

11. Al., quando fuisse in Christo impleta, Evangelista testatur. MAR.

#### CAPUT IV.

*De vocacione gentium ad fidem ante Hebreos.*

1. Jam et quia prius gentes credere poterant in Christum, et postea Judæi, David propheta ostendit; videns enim quod ad Judæam redimendam tenisset Dominus, sed ante gentilitas crederet, et postmodum Judæa sequeretur, dicit: *Ethiopia præveniet manus ejus Deo* (*Psalm.* lxxvi, 32), id est, priusquam Judæa credat, salvandam se offert **77** omnipotenti Deo peccatis nigra gentilitas. Sicut et Isaías ait: *Donec plenitudo gentium introeat, et sic omnis Israel salvus fiat;* et in Deuteronomio: *Eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam* (*Deut.* xxviii, 44), quasi in novissimo conversurus.

#### CAPUT V.

*Quia in fine mundi in Christum credituri sunt Judæi.*

1. *Transcenibus quidem ietis carnalibus Judæis,* postea in novissimis temporibus filii eorum in Christo credituri sunt, Osee propheta testantur: *Quoniam diebus multis sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus* (*Osee.* iii, 4, 5). Utique quemadmodum nunc esse videntur; deinde sequenter adjunxit: *Et postea revertentur filii Israel, et inquirient Dominum Deum suum, et David regem suum, et stupescerent in Domino, et in bonis suis, in novissimis diebus.*

2. Quæ omnis prophétia procul dubio de Christo est, qui in David nomine significatur. De cuius semine secundum carnem est genitus, de quo Jeremias dicit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, ei suscitabo David germinem justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam in terra.* In diebus illis salvabitur Iuda, et Israel habilitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, *Dominus justus noster* (*Jerem.* xxxiii, 5).

3. Malachias quoque ante finem mundi Eliam sic dicit esse mittendum ad conversionem Judeorum: « Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis, et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum » (*Malach.* iv, 5). Ante adventum enim iudicij mittet Dominus Eliam ad convertendum cor filiorum, ad cor patriarcharum et prophetarum, **78** ut credat

**CAP. IV. N. 1.** *Sicut et Isaías ait: Donec plenitudo, etc.* Illa equidem verba, *Donec plenitudo gentium introeat,* Pauli sunt ad *Rom.* xi, 25, quæ sententia cum *Isai.* lxx, 20, iis verbis continetur: *veniat ex Sidon, etc.,* Isidorus Isaiae verba in Pauli communavit. MAR.

*Ibid. Quasi in novissimo conversurus.* Id est, convertendus. Isidorus enim suo more activis utilit pro pastoris, qui de causa Hispalensis lectionem repudiavimus, qui habebat, quasi in novissimo conversus, latentes commodior videbatur. Rursus cap. 5, extremo, ubi Excusi et Hispalensis legebant, in novissimis conversurus: nos ex Tarraconen, diximus, in novissimis convertendus; et paulo post, ubi idem Codices legebant conversuri sunt, ex eodem Tarraconensi, cui potissimum fidebamus, conversi fuerint posimus. Quam varietatem noluimus lectorum ignorare. MAR.

**CAP. V. N. 2.** *Al., venient, pro venient. MAR.*

posterioris eorum in Bonino Iesu Christo, quem illi prophetantes expectaverunt.

4. Nam si hactenus Judæi recte creditunt, quid est, in quo per Eliam converti eos in novissimo propheta testatur? Nunc enim mente cœcati sunt, nec possunt intelligere Salvatorem, qui audiunt, nisi in fine mundi, dum facta consummatio æculi; pronuntiat enim hoc Dominus per Isaiam prophetam dicens: « Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem; et nolite cognoscere; exæcta cor populi hujus, et aures ejus aggravatae, et oculos ejus claudae; ne forte videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde sub intelligent, et convertantur, et sanem Mios » (*Isai. vi. 9*).

5. Et dixit propheta: « Usquequo, Domine? » et dixit Dominus: « Donec desolentur civitates absque habitatore, et dominus sine hominè, terra relinquetur deserta, et longe faciet Dominus homines; tunc converteretur, et erit in ostensione; sicut terebinthus; et sicut quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit, quod steterit in ea. » Ecce apparet eos nunc a lumine fidei et veritatis esse alienos; audiunt enim Christum, et non intelligent; vident, et non cognoscunt.

6. Sed quandiu ita erunt? Quousque subvertantur urbes, et terra pene redeat in desertum; tunc enim conversi videbunt, credituri in Christo, atque intelligentes sanabuntur, et cognoscet omnia. Juxta quod et Jeremias eis dicit: *In novissimo dierum cognoscetis me* (*Jerem. xxx. 24*). De hac novissima credulitate Judæorum et Sophonias sic dicit: « In tempore illo salvabo claudicantem, et eam quæ oœcta fuerat congregabo; et ponam eos in laudem, et in nomen in omni terra confusionis eorum, in tempore illo quo adducam vos, et in tempore, quo congregabo vos. Dabo enim vos in nomen et in laudem in omnibus populis terræ, cum convertero captivitatem vestram eorum oculis vestris, dicit Dominus » (*Soph. iii. 19*).

7. Claudiante plebem Judæam dixit, quæ nunc à semitis fidel claudicat, sicut psalmus testatur dilectus: *Claudicaverunt a semitis suis* (*Psal. xvii. 46*); et hanc se salvaturum in novissimo Dens prouuntat, dum dicit: *Salvabo claudiante*. Et per Ezechielem: *Post dies, inquit, multos visitaberis, et in novissimo annorum venies* (*Ezech. xxxviii. 8*); et paulo superius quia baptizandi sunt: « Tollam, inquit, vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram, et effun-

4. Al., *Quod per Eliam converti eos in novis*. MAR.  
*Ibid.* Aures ejus aggravatae, et oculos ejus claudae. In Tarragon. deest relatum ejus, in Excusis illud ejus claudae non ponitur, quæ forte vera falso. Lectio est, nam in Juliano, i contr. Judæos ea duo verba eliam desiderantur. Nos Hispanensis lectionem prætulimus, quoniam erat in Vulgata; porro locus est *Isaiæ vi. 10*. MAR.

*Ibid.* Al., convertantur ad me, et. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii nota est quod pro in quo. Fortasse Mariana voluit quid est quod. AREV.

5. Al., dissolvantur pro desolentur. MAR.

6. Al., tandem, pro quandiu. Et salvabuntur pro

A dam super vos aquam mundam, et mundabitini ab omnibus iniquitatem vestris et ab universis idolis vestris mundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri, et auferam eorū lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini, et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum, et salvabo vos ex universis inquinamentis vestris» (*Ezech. xxxvi. 24*)

8. Hie est enim populus in novissimis convertendus, quem Jacob patriarcha sub figura Benjamin impunitane comedentem prædam, et vespere spolia dividentem prophetat (*Gen. xlxi. 27*). Unique quia initio mundi idem populus quasi in manu legem accepit, in vespere astem mundi, dum fuerit credituras, dividet inter Novum Testamentum et Vetus. Nam de his quæ ad Israel in futurum promittuntur, ad eamdem partem dicitur, quæ creditura est in Christo quando in novissimis temporibus conversi fuerint, quale est illud apud eundem Osee: *Et erit in loco ubi dicitur ei: Non populus meus, dicitur ei Filii Dei viventis, et congregabuntur filii Juda, et filii Israel pariter, ponent sibi met caput unum* (*Osee. i. 10*).

9. Hoc in novissimis erit temporibus, quando, Elia prædicente, convertetur Juda ad Christum, ut sit unum cum Israel spiritualiter, hoc est, cum populo gentium, jam Deum ex fide videntiū, ponentes sibi met caput unum, quod est Christus, ascendentibusque de terra, ut hoc est *¶* a carnali terrenaque spe ad promissa coelestia.

## ¶ CAPUT VI.

*Plurimi ex Judæorum populo non erant credituri.*

1. Sed quia plurimi ex Judæorum populo non essent credituri in Christum, Moyses legislator eamdem eorum incredulitatem ante præveniavit: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die a nocte, et non credes vita tua* (*Deut. xxviii. 68*). Unde et Isaias: *Dominus, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revalatum est?* *Et vidimus eum, et non erat aspectus* (*Isai. lxxii. 1*). Quibus verbis incredulitatem Judæorum designat, qui Christum videntes non receperunt, quem quia nec credere, nec cognoscere poterunt, illico excidium habituiri.

2. Sic Jeremias prædixit: *Ascendite muros ejus, et dissipate, auferite propagines ejus, quia non sunt Domini. Prævaricatione prævaricata est in me domus*

*sanabuntur*. MAR.

*Ibid.* In texu Grialii, mendose, crudelitate, pro credulitate. AREV.

7. Al., *meum ponam, pro novum ponam*. Et novum, pro carneum. MAR.

8. Al., *finem autem, pro vespere autem*. Et futuris, pro futurum. MAR.

9. Al., *ponent autem, pro ponentes*. MAR.

*CAP. vi. N. 1. Al., non erat ei aspectus*. MAR.

*Ibid.* Alii, excidium habituros sic Jeremias prædisit. AREV.

2. Al., *non est Dominus*. MAR.

Juda, ait Dominus, negaverunt me et dixerunt: Non **A** est ipse (Jerem. v, 10). Hoc nunc usque Judæi pro Christo dicunt: Non est ipse, expectantes alium, qui est Antichristus. Unde et Dominus: Ego, inquit, *veni in nomine Patris moi, et non receperisti me, alias venies in nomine suo, et recipies eum* (Joan. v, 43).

3. Item apud eundem Jeremiam: Ecce sermo Domini factus est eis in opprobrium, et non suscipiunt illud (Jerem. vi, 40). Adbuc quidem quia, gentibus obedientibus Christo, Judæi eum non essent recepturi, in Psalmis ostenditur. Nam cum per prophetam diceret idem Christus: Constitues me in caput gentium, et populus, quem non cognovi, servivit mihi, continuo subjunxit incredulitatem Judaicam, dicens: Filii mentiti alieni sunt mihi, filii alieni inveteraverunt, et claudicaverunt a semitis suis (Psal. xvii, 44). Qui sunt alieni, nisi Judæi? qui recte alieni nuncupantur, pro eo quod in persidia permanentes, ab aeternæ vite premiis abdicati sunt, quæ nobis secundum fidem a Dei Filio promittuntur.

4. Hæc quoque in Christo Judæorum prava incredulitas etiam per Isaïam est annotata, dicente Domino illis: Audite audientes, **81** et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere; excœa cor populi hujus, et aures ejus agrava, et oculos ejus clade, ne forte videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde suo intelligent, et convertantur, et sanem illos (Isai. vi, 9). Et alio loco: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem, qui ambulant vias non bonas (Isai. lxv, 2).

5. Quibus Jeremias: Audi hæc, popule stulte et sine corde, oculi sunt illis, et non vident, aures sunt illis, et non audiunt; aut me non timebitis, dicit Dominus, aut a facie mea non formidabitis? qui constitui terminum maris arenam, imperium aeternum, et non transgredietur illud, et turbabitur, et non poterit, et intumescent fluctus ejus, et non transgredietur illud; populo autem huic factum est cor inobedientia et incredulum (Jerem. v, 21).

6. Et alibi idem ipse: Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est (Jerem. viii, 8)? Vere mendacium operatus est stylus mendax Scribarum, confusi sunt sapientes, et perterriti, et capti sunt. Verbum enim Domini projecerunt, et sapientia nulla est in eis. De quibus Isaïas: Qui peccare, inquit, faciebat homines in verbo, et declinaverunt frustra a justo (Isai. xxix, 21). Pro quo eos idem propheta ita increpat dicens: Audite me duro corde, qui longe estis a justitia, prope feci justitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Jerusalem gloriam meam.

7. Ipse autem propheta et credulitatem gentium et incredulitatem Judæorum in Christo ita annuntiat:

3. Forte, illum pro illud. In Vulg. est illud, quia precedit verbū pro sermo. AREV.

4. Al., ambulant, pro ambulabat. MAR.

5. Al., resonabunt, pro intumescent. MAR.

Ibid. Fortassis, an me non timebitis, etc. In Vulgata deest aut. AREV.

**B** « Quæsierunt me, qui antea non interrogabant, invenerunt me, qui non inquisierunt me; dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem, quæ non invocabat nomen meum, expandi manus tota die ad populum incredulum» (Isai. LXV, 1, 2). Quæsierunt enim nunc gentes quæ ante non interrogabant, quia ad eos prophetæ non veniebant, et invenerunt, quando illis Christum nuntiaverunt.

8. Quid vero Judæa plebs, nisi quod sequitur? Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Et iterum de eadem reprimisso gentium: Et erunt campestria in caulas gregum, et vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requiaierunt me, **82** et vos, qui reliquistis Deum, numerabo vos gladio, et omnes in cæde (corruetis) (Isai. LXX, 10 seq.).

9. Cujus ergo populi sunt istæ reprimisso, nisi gentium, qui requisierunt Deum? de quibus superius ait: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant. Et qui sunt qui reliquerunt Deum, et corrue-  
runt in cæde, nisi Judæorum populus? de quo jam ait: Expandi manus meas ad populum incredulum. Contra bunc sunt et quæ sequuntur: Ecce servi mei comedent, et vos esurietis, quia, vescente pane verbi Dei vocato ex gentibus populo, Judæa arescit jejuna.

## CAPUT VII.

Ob incredulitatem Judæorum Christus ad gentes erat transiit.

1. Et quia ob incredulitatem Judæorum Christus C Judæam desereret, transiretque ad gentes, Jeremias propheta prædixerat, dicens: Tibi peccavimus, expectatio Israel, Salvator ejus. Quare sicut colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? quare futurus es quasi vir vagus et qui non potest salvari (Jerem. XIV, 8)? Quid enim in hac sententia intelligitur, nisi quia videbat propheta in spiritu quod veniens Christus relicturus esset Judæam, et iret per fidem in gentibus? Idcirco dicebat: Quare sicut colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? Hoc est, venisti in terram, cito recessurus a Judæis.

2. Sicut et alibi ex persona Domini idem propheta dicit: Quis dabit mihi in solitudine diversorum viatorum? et derelinquam populum meum, et **D** recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, coetus prævaricatorum, et extendunt linguam suam, quasi arcum mendacii, et non veritatis (Jerem. ix, 2). Vox enim ista Christi est, qui in solitudine gentium diversorum, id est, Ecclesiam constituit, in qua convertentur errantes, derelinquens populum Judæorum. Quibus per Malachiam dicit: Non est ultra mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra; ab ortu cuim

6. Al., est justitia mea, pro feci justitiam meam. MAR.

9. Al., corruent, pro corruerunt. Et jejunio, pro jejuna. MAR.

CAP. VII. N. 1. Al., sicut viator. Et potest salvare. MAR.

solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus » (*Malach.* 1, 10).

**83.** Cum illis enim ante fuit Deus, sed postquam pro peccato suo abjecti sunt, Redemptor mundi in populo gentium transiit. Cujus universitas nunc per totum orbem terrarum exultans dicit: *Magnificavit Dominus facere cum illis, magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus laetantes* (*Psal. cxxv, 3*). Ad populum enim Israel prius venit Christus, sed quod non essent credituri, propheta non tacuit, dicens: *Prius ad Sion dicet: Ecce adsum, et Jerusalēm evangelistam dabo, et vidi, et non erat neque existens quisquam, qui iniret consilium, et interrogatus responderet verbum* (*Isai. xli, 27*). Sed quia ad gentes transiit, sequitur: « Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet » (*Isai. xlii, 1*).

#### CAPUT VIII.

*Quia, projectis Judæis, gentes introierunt.*

1. Ecce ostensum est Judæos pro scelere, quo in Christo peccaverunt, abjectos, dispersosque fuisse. Sed quia, projectis illis, gentes in eorum sedibus per fidem erant successuræ, non siluerunt et hæc prophetæ. Isaïas enim sic dicit: « Educ foras populum cæcum, et oculos habentem, surdum, et aures ei sunt. Omnes gentes congregatae sunt simul, et collectæ sunt tribus. Quis in vobis annuntiet istud? et quæ prima sunt, audire nos faciet » (*Isai. xlvi, 8*)? Ecce foras educitur Israel, habens oculos et aures, ad terrenas promissiones; et colligitur in unum diversitas gentium, ut, ubi illi vocati sunt, isti ingrediantur, et ad istos pertineat hæreditas quæ illis fuerat repromissa.

2. Adhuc quia exdem gentes in sedibus Judæorum successuræ erant, idem propheta alio loco approbat, dicens: « In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda. Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea, murus, et antemurale; aperite portas, et ingredietur gens justa, et custodiens veritatem, vetus error abiit. Servabis pacem, quia in te speravimus, incurvabit habitantes in excelsø, civitatem sublimem humiliabit: » humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulvrem, et conculcabit eam pes pauperis, gressus ege-

3. Al., esset crediturus, pro essent credituri. Et ad Jerusalem. Et exiit quisquam, pro ex ipsis quisquam. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii, gentibus profert, quod mendosum puto. A.R.V.

CAP. VIII. N. 1. Al., vos faciet, pro nos faciet. MAR.

2. Al., et egressus egenorum. MAR.

3. Quia posuisti civitatem in tumulum. Sic lego, quamvis omnibus Codicibus discrepantibus, legentibusque partim in cumulum, partim in tumulum. Vulgata sane lectionem præferendam judicavimus *Isai. xxv, 1, 2*, præsertim cum inferius, cap. 12, ubi idem testimonium ab Isidoro repetitur, omnes Codices legit tumulum, præter Hispalensem, qui legit tumulum, vitiōse, haud dubium. MAR.

4. Al., itaque jurat, pro qui jurat. MAR.

A norum » (*Isai. xxvi, 4*). Quo vaticinio ostenditur iustum humilemque gentium populum successisse in locum quem superba plebs Judæorum perdiderat.

3. Talia et alibi idem propheta sub gratiarum actione Domino dicit: « Domine, Deus meus es tu, et exaltabo te; constitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia et cogitationes antiquas fideles. Amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur, super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te » (*Isai. xxv, 4*).

4. Alio quoque in loco ad eosdem Judæos sub exprobatione ita loquitur, dicens: « Et dimittetur nomen vestrum in juramentum electis meis; vos autem interficiet Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram benedicetur a Domino, amen, et qui jurat in terra, jurabit in Deo. Amen » (*Isai. lxv, 15*). In terra qui jurat, id est, in carne a Christo accepta, in qua qui-cunque jurat, vere in Deo jurat.

#### CAPUT IX.

*Judæi propter peccatum in Christum debellati atque dispersi sunt.*

1. Quia propter peccatum quod in Christo prævaricati sunt Judæi debellati atque dispersi sunt, Isaïas prænuntiavit, dicens: « Ipse redemit eos, et portavit eos, et levavit eos cunctis diebus sæculi, ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum sancti ejus, et conversus est eis in inimicum, 85 et ipse debellavit eos » (*Isai. LXIII, 9*). Item per Osœe prophetam: « Væ, inquit, eis, quia recesserunt a me, vastabuntur, quia prævaricati sunt in me. Ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, et recesserunt a me, et ego erudiui eos, et confortavi brachia eorum. Et ipsi in me cogitaverunt malitiam, reversi sunt, ut essent absque jugo. Facti sunt quasi arcus dolosus, abjecit eos Deus meus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus » (*Ose. vii, 13; ix, 16*).

2. Et Isaïas posteaquam prædicaverat de Christo dicens: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est* (*Isai. LIII, 7*), subiecit statim: *Propter scelus populi mei percussi eum; et dabo impios pro sepultura ejus, et dives pro morte ejus, et reliqua.* Et per Jereñiam idem

CAP. IX N. 1. Al., pronuntiarit, vel pronuntiat, pro prænuntiat. Et sanctum ejus, pro sancti ejus. Et quia oderunt eum, pro quia non audierunt, eum. MAR.

2. Nunquid avis tincta per totum, Jeremias xii, 9. Hispalensis legit, nunquid avis distincta per totum? quæ lectio commodissima videbatur; nam eamdem discolorum prioribus verbis vocarat, et Hebraica consentiebant. נְלָדוּ לַיְהוָה בְּבֵבָב עַל־הַחֲעִיט בְּצִיּוֹת, hoc est, nunquid avis discolor hæreditas mea mihi, nunquid avis circuitu super eam, subaudi, discolor, sive distincta. Hieronymus pavonem putat intelligi, eique Hierosolymam comparari propter insignem plumarum varietatem. Sed neque ipse, neque Vulgata, ac ne alii quidem Isidori Codices Hispalensi consentiebant. Quocirca alteram lectionem præstulimus. MAR.

**Filius pro sua passione Iudeorum sic infert suis** A **et in scandalum. Effunde super eos iram tuam, et perditionem;** dicit enim : *Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in silva, dedit contra me vocem, ideo odior eam. Nunquid avis diaclor hereditas mea mihi? nunquid avis tincta per totum? Venite, congregamini, omnes bestiae terrae, properate ad devorandum* (Jerem. xii, 8). Congregamini dixit; venerunt enim bestiae agri, hoc est, ferocees principes gentium, et traditi sunt illis ad devorandum populi Iudeorum.

3. Propterea quod contra Dominum vocem dede-  
runt, unde ei subjungit : *Propter me exterminata est exterminio omnis terra. Hæc enim Christi vox est. Multa enim peccata prius fecerant filii Israel, sed nunquam sic traditi sunt tam longæ perditioni et captivitati; quando autem compleverunt mensuram patrum suorum, et post prophetarum necem Christum interfecerunt, iudee, peccata peccatis cumulantibus, traditi sunt in longam exterminationem. Idcirco nunc dicitur : Propter me exterminatione exterminata est omnis terra.*

4. Quod, quia non intelligunt, proinde se traditos direptioni, Isaías propheta hoc ante prænuntiavit, dicens : *Effudit Dominus 86 super populum suum indignationem furoris sui, et forte bellum; et combusit eum in circuitu, et non cognovit, et succendit eum, et non intellexit* (Isai. xlii, 25). Quorum interium moerens Jeremias propheta ita deplorat : *Facti sumi, inquit, filii mei perditi, quoniam invulni inimicus* (Thren. i, 16). Et iterum : *Quos educavi et nutriti, inimicus meus consumpsit eos* (Thren. ii, 22).

#### CAPUT X.

##### De ruina Jerusalem.

1. Quia propter quod negaverunt Christum Iudei, subversa est Jerusalem, per Jeremiam sic prædicat idem Dominus, dicens : « Ascendite muros ejus, et dissipate, auerte propagines ejus, quia non sunt Domini, prævaricatione enim prævaricata est in me dominus Iuda, ait Dominus, negaverunt me et dixerunt : Non est ipse» (Jerem. v, 10). Item Isaías : *Ruit Jerusalem, et Judas concidit, quia lingua eorum et adiunctiones eorum contra Dominum* (Isai. iii, 8).

2. Quo testimonio demonstratur urbem Jerusalem et provinciam Iudeæ pariter concidisse, causumque ostendit sceleris eorum, quia contra Dominum blasphemaverunt, dicentes : *Tolle, tolle, crucifige. Nos non habemus regem, nisi Casarem* (Ioaq. xix, 15). Siquidem et David propheta proprie Christi passionem futuram urbis, ac Iudeorum calamitatem ex persona ejusdem Christi, ita prædicti : quando illi, sicut Evangelium loquitur, dederunt fel atque acetum : « Dederunt, inquit, in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aesto. Fiat mena eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem,

3. In Vulgata ita id profertur : *Posuerunt eam in dissipationem, luxuriantem super me; desolatione desolata pat omnis terra.* AREV.

4. Al., ædificabi pro educari. MAR.

CAP. x. N. 2. Al., crucifige tales. MAR.

4. Al., eamdem in Daniele, pro item in D. Et

A **et in scandalum. Effunde super eos iram tuam, et indignatio iræ tuæ apprehendat eos. Fiat habitatione eorum deserta, et in tabernaculo eorum non sit, qui inhabitet** (Psal. lxviii, 22).

3. Hoc enim postea expletum est, quod fuerat ante prædictum; factum est enim in hac ipsa urbe Jerusalem; nam postquam Christum amaritudine potaverunt, et postquam clamaverunt adversus Filium Dei, ut occideretur, successit deinde vindicta a Domino, debellata est civitas, expugnati Iudei, multaque milia interfecta; nullusque illuc modo permittitur accedere Iudeorum, ubi Christum crucigendum acclamaverunt.

37 4. Hem in Daniele angelus ille, posquam occisionem Christi prædictis, subsecutam protinus subversionem Jerusalem pronuntiavit, dicens : *Ei civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo* (Dan. ix, 26), id est, Romanus exercitus cum Vespasiano. Cujus vastationis Isaías propheta lamentabile carmen composit, in quo eadem Jerusalem plangitur, et ruina illius perpetua sermone propheticō decantatur sub similitudine vineæ, in qua planterat Deus turrem, et torcular, templum scilicet et altare (Isai. v, 2).

5. Hæc igitur vinea, quondiu, uberrimos attulit fructus, habuit custodem Deum, de quo scribitur : *Non dormit abneget obdormiet, qui custodit Israel* (Psal. cxx, 4); postquam vero spinas attulit Creatori suo, reliquit eam Deus, et statim vastavit eam aper de silva (Psal. lxxxix, 14), et vindemiaverunt eam omnes transeuntes viam, ita dicente Domino : *Et nunc ostendam vobis quid facturus sum vinea mea; auferam maceriam ejus* (Isai. v, 5), hoc est, tollam angelorum auxilium (de quibus in Psalmis scriptum est : « Emitte angelum Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos [Psal. xxxiii 8]»). Et diripitur ab adversariis, destruxam muros ejus, ut inimicis gentibus pateat, et nubibus mandabo desuper, ne pluant super eam pluviam» (Isai. v, 6).

6. Quod non de priore captivitate prophetatum est; illo enim tempore post captam urbem et Jeremias prophetavit, et Daniel, et Aggeus, et Zacharias futura dixerunt. Sed hoc de novissima captivitate prædictum est, quia post passionem Domini nec prophetas, nec apostolos habuerunt Iudei, qui imbrez præberent virtutum, sed e contrario illud eis accidit quod in Levitico peccantibus eis promisit Dominus : *Ponam cælum vobis æreum, et terram ferream* (Levit. xxvi, 19).

7. Et in Deuteronomio : *Erit cælum super te æreum, et terra subter te ferrea* (Deut. xxviii, 23). Et rursum : *Dabit Dominus pluviam terræ tue, pluvrem, et cinis de cælo descendet super te, dones tradat te venturus, pro venturo. Et vastitati, pro vastationis. Et quam plantaverat, pro in qua p. MAR.*

5. Al., pateant, pro pateci. MAR.

6. Al., pluerent, pro præberent. MAR.

7. Al.; quo vociferatum est, pro quo vociferata sunt. MAR.

*delect* (*Ibid.*, 24). Sed quare ista acciderunt illis? **A** quia expectavit Deus ut facerent justitiam, et largitorem tantorum munera susciperent. Illi autem fecerunt spinas, quibus Christum coronaverunt, feceruntque **¶** clamorem, quo vociferati sunt contra Dominum, **¶** id est, contra Christum **¶**, ut crucifigeretur.

### CAPUT XI.

#### *De spiritis Judæis et Synagogæ reprobatione.*

1. **¶** De qua civitate **¶** per Isaiam sic Dominus loquitur, dicens: « Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram (*Isai. I.*, 1). » Similiter et per Osee: *Judicate matrem vestram, judicate, quoniam ipsa non est uxor mea, nec ego vir ejus* (*Ose. II.*, 2). De cuius populi reprobatione, et per Jeremiam **¶** sic loquitur Dominus dicens: « Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in silva, dedit super me vocem suam; propter ea odivi eam » (*Jerem. XII.*, 7).

2. Isaias autem Judæorum captivitatem æternam sic exprimit, dicens: « Terra vestra deserta, civitates vestras successæ igni, regionem vestram in conspectu vestro alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili » (*Isai. I.*, 7). Quæ captivitas, **¶** et **¶** licet sub Babylonis tempore ex parte completa sit, plenius tamen sub Romana captivitate impleta est, quando universam Judæam Romanus vastavit exercitus, atque urbe Jerusalem eversa atque successa est.

### CAPUT XII.

#### *De perpetua ruina Jerusalem.*

1. Isaias ait: *Desolabitur, sicut in vastitate hostili, et derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea* (*Isai. I.*, 7). Ita enim everga est Jerusalem, et destituta, manifestatis sacramentis Christianæ veritatis, quemadmodum deserunt tabernacula vinearum, expletis viuemiis. **B** Nam sicut tabernaculum non sui causa, sed vindemia fit, ita et uetus populus, non sua causa salutis, sed Christianæ exstitit veritatis.

2. Item ipse: *Super humum, inquit, populi mei spinæ, et vepres ascenderunt* (*Isai. XXXII.*, 13). Quanto magis super omnes domos gaudii, civitatis exultationis! **C** Domus enim, inquit, dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebrae et palatio factæ sunt super speluncas usque in æternum.

3. Item idem Isaias perpetuam ruinam terrenæ Jerusalem, et vocationem gentium ita pronuntiat,

**CAP. XI. N. 2.** Al., devorabunt, pro devorant. Et post hostiles alii addunt, derelinquetur filia Sion, sicutum umbraculum in vinea. MAR.

*Ibid.* Indicat Mariana redundare et ante licet. Sed fortasse pro et licet legendum est. Verba quæ alii addunt post hostiles occurrent cap. seqq., n. 1. AREV.

**CAP. XII. N. 2.** Al., orbis, pro urbis. MAR.

*Ibid.* In Vulgata: Vepres ascendentes... gaudii civitatis exultantis. AREV.

**A** diceis: « Dominus Deus meus es tu, et exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideli. Amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas, et in sempiternum non edificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. Spes a turbine, umbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem; sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis; et quasi calore sub aube torrente, propagines fortium marcescere facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium medullatorum, vindemias defæcatae; (*Isai. XXV.*, 1).

4. Et Ezechiel: *Porro cum dedero, inquit Dominus, gloriam in terra viventium* (*Ezech. XVI.*, 20, 21). Hoc verbo demonstrans futuram Ecclesiam ex gentibus charitatem, ad terrenam Jerusalem vertit sententiam oraculi, dicens: *In nihilum redigam te, et non eris, et quæsita non invenieris ultra in sempiternum.* De hujus quoque urbis ruina perpetua sic etiam dicit Dominus ad Jeremiam: « Et conteres lagunculam in oculis eorum, qui ibant tecum, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas luguli, quod non poterit ultra restaurari (*Jerem. VI.*, 10).

**C** 5. Sophonias autem æternam desertionem ipsius civitatis sic prædicat: « Hæc est, inquit, civitas gloria, habitans in confidentia; **D** nam dicebat in corde suo: Ego sum, et extra me non est alia amplius; quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam sibilabit, et movebit manus suam. Vix provocatrix et redempta civitas, columba non audivit vocem, et non suscepit disciplinam» (*Soph. II.*, 15; III., 1).

6. Ad ultimum quoque Daniel Jerusalem destruptionem ita significat usque ad consummationem mundi perseverare: « Post hebdomadas, inquit, septuaginta duas occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est, et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio, et deficiet hostia, et sanctuarium, et in templo erit abominationis desolatio, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio» (*Dan. IX.*, 26).

3. Al., operiis, pro posuisti. Et superhorum, pro alienorum. Et densitate, pro defæcata.

4. Al., hæc verba demonstrant, futuram. Et bibunt, pro ibunt. MAR.

5. Al., draconum, pro bestiæ. Et caput, pro manus. Et vere, pro uox. MAR.

6. Al., dissolutionis, pro desolacionis. Et dissolutione, pro desolatio. MAR.

*Ibid.* Vulgata, septuaginta duas. AREV.

## CAPUT XIII.

*De irreparabili desolatione Judæorum.*

1. Quia Judæi juxta spem suam nunquam reparationebuntur, Jeremias dicit : *Civitates Austri clausæ sunt, translata est omnis Judæa transmigratione perfecta* (Jerem. xiii, 19); id est, irrevocabili captivitate. Item ipse : « Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingentes in viis suis, et in secessu Israhel, ut ambularent per eas in itinere non ictito ; ut fieret terra eorum in desolationem et in sibilum sempiternum. Omnis qui præterierit per eam obstupescet, et movebit caput suum, sicut ventus urens dispergam eos » (Jerem. xviii, 15).

2. Hanc etiam sempiternam carnalis Israhel desolationem idem propheta alibi proclamat, dicens : *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projicit illos* (Jerem. vi, 30). Et post paululum : *Et derelinquam populum meum, et recedam ab eis* (Jerem. ix, 2). Et alio loco : « Et derelinquam vos, et civitatem vestram, quam dedi vobis et patribus vestris. Et dabo vos in opprobrium sempiternum et in ignominiam æternam, quæ nonquam oblivione delebitur » (Jerem. xxxii, 39).

3. Amos quoque propheta de his plenissime prædicat, atque 91 ita aversatum Deum dicit ab Israhel, ne illis unquam misereatur, sed inseparabiliter in æterna desolatione permaneant. Sic enim ait : « Audite verbum hoc, quod ego levo super vos planctum. Dominus Israhel cecidit, non adjiciet ut resurgat. Virgo Israhel projecta est in terram suam, non est, qui suscitet eam (Amos. v, 1). » Ecce ubi sic cecidit plebs illa, ut non resurgat. Siquidem et ceremonias carnales ejusdem plebis sic cadendo evacuat veniente veritate, ne aliquando queant resuscitari, cum dicit : *Projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.*

4. Quod veraciter de ipsa terrena accipitur Judæorum spe ; sequiturque in eodem propheta : « Venit fluis super populum meum Israhel, non adjiciam ultra ut pertransem per eum, et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus. Multi morientur, in omni loco projicietur silentium (Amos viii, 2). » In cuius prophetico textu tertio reperit sic se aversatum fuisse ab Israhel Dominum, ne illis, ut prædixi, juxta spem ipsorum unquam misereatur. In prioribus enim dicit : *Cecidit, non adjiciet ut resurgat virgo Israhel.* In secundo dixit : *Ecce ego ponam*

*CAP. XIII. N. 4. Al., perpetua pro perfecta. Et tuto, pro trito. Et disperdam, pro dispergam. MAR.*

2. Al., Jerusalem, pro Israhel. MAR.

3. Al., Jerusalem, ne illis. MAR.

*Ibid. Forte, sed irreparabiliter. AREV.*

4. Al., ipsa æterna captivitate Judæorum accipitur... projiciunt scelerati. In cuius prophetæ contextu. Et ponam tribulationem in medio. MAR.

5. Al., reparaciones pro reparationis. Et credituri, pro redimendi. MAR.

*CAP. XIV. N. 4. Al., quæ nunc, pro et nunc. MAR.*

3. Al., venient. Et Christi a nativitate, pro Christiana ætate. MAR.

*Ibid. Dubium est an Mariana diversam lectionem venientia dæcoris pro evenerunt, an pro orientur. Vul-*

*A trullam in medio populi Israhel, non adjiciam ultra superinducere sum. Tertio quoque dicit : Venit finis super populum meum Israhel, non adjiciam ultra ut pertransem per eum (Amos. vii, 8).*

5. Quæ omnia pertinent ad carnale ipsius populi regnum, vel observantiam, quia ultra irreparabilia erunt. Nam illæ reprimissoes reparations, quas eorum prophetarum sermo complectitur, illi parti promittuntur quæ ex Judeis in Deum creditura est ; nam neque omnes Judæi redimendi sunt, neque omnes salvi erunt. Sed sceleratis, et peccatoribus contritiisque consumptis, hi qui sibi electi fuerint salvabuntur. Dicimus de populo et de urbe : dicamus quid prophetæ tenuerunt de Novo Testamento.

## CAPUT XIV.

*B Quod, Veteri Testamento evacuato, Novum futurum erat.*

1. Sed quia, evacuato carnali eodem Veteri Testamento, novum 92 Testamentum datus esset Deus, clarissime per Isaiam prophetam Dominus annuntiat, dicens : Ne memineritis, inquit, priorum, et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nova, et nunc orientur. Utique cognoscetis ea : ponam in deserto viam, et in invio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, et struthiones, quia dedi in deserto viam, flumina in invio (Isai. XLIII, 18, 22). »

2. Talibus enim vaticiniis legem Veteris Testamenti commendat obliisci, et novi facit mentionem, dicendo : *Ne memineritis priorum, ecce facio nova ; et ut demonstraret quæ essent nova, tum adjicit : Ponam in deserto viam, et in invio flumina. Quo significaret in gentibus suam dedisse doctrinam, ubi glorificat eum bestia agri, dum ipsum credentes collaudant, et regna mundi, quem populum sibi acquisitum dicit. Cæterum contra Israhel quæ sequuntur adjungit : Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israhel.*

3. De cuius quidem Novi Testamenti promissione sequenter idem Dominus per eundem prophetam ita annuntiat : *Quæ prima fuerunt, ecce evenerunt ; nova quoque ego annuntio, antequam orientur, audita vobis faciam* (Isai. XLII, 9). Quibus verbis et Vetus Testamentum venisse declarat, et novum annuntiat, quod Christiana ætate completum est. Prima enim sunt, vetera novorum, sed ordine, non dignitate ; unde et pacta quæ tempore posteriora sunt, evanescunt anterioribus, majora priorum habentur.

4. Per Jeremiam quoque prophetam, Testamen-

*gata venerunt, pro evenerunt. AREV.*

4. *Fædus novum, non secundum pactum, etc. Jeremiæ xxxi, 31, ut Hieronymus vertit, et ut est in Editione vulgata. Multo autem commodius LXX. Disponam, inquit, domui Israhel, et domui Iuda Testamentum Novum, non secundum testamentum ; id Hebreæ dictio Berith significat. Sic antiqui Patres hunc locum retulerunt. Cyprianus, i contra Judæos cap. 41. Augustinus, lib. xviii de Civitate Dei, cap. 33. Sic Paulus ad Hebreos viii, 8. Quin potius ex propria Testamenti ratione colligit, Christum, qui Novum Testamentum nuncupavit, necessario, ut esset validum, fore moriturum, cap. ix, 16 : *Testamentum, inquit, in mortuis confirmatum est ; alioqui nondum valet, dum vivit, qui testatus est.* MAR.*

um Novum se daturum, evanescato priore, sic Dominus pollicetur: « Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel, et domui Iuda foedus novum, **93** non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc est pactum quod feriam cum domo Israel, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.

**5.** In quo loco vaticiniis prophetarum Testamenti Novi est facta commemoratione, quod quia dispare potuit a Veteri Testamento, inde adjungit: *Non secundum Testamentum, quod dedi patribus eorum.* Est enim in utroque mirabilis differentia praeceptorum. In illo, exceptis sacramentis, quae umbræ erant futurorum, cætera promissa temporalia sunt, Sabbathum scilicet, et circumcisio, et multiplex sacrificiorum ritus, ciboruinque observantia, ac dierum cæremoniae: quae omnia carnali congruunt vetusti. At contra Testamento Novo cordis bonum promittitur; vitæ æternæ felicitas pollicetur. ► Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis. ¶

**6.** Unde et ita subjungit: *Quia hoc est Testamentum quod ordinabo domui Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in cordibus eorum, et in mente eorum scribam eam* (*Jerem. xxxi, 33*). Quo significaret eam spiritualiter in cordibus nostris operari debere secundum interiori hominem, vetustate carnis operationis mutata. Intus enim circumcisio, non præcisione carnis, sed cordis purgatione. Intus Sabbathum, non per abstinentiam servilium operum, sed per absidentiam peccatorum.

**94** **7.** Quam legem etiam gentibus clarissime revelari, per Isaiam sic Dominus protestatur, dicens: *Lex a me exiit, et judicium meum in lucem gentium requiescat* (*Isai. li, 4*); per quod ostenditur commune esse foedus Testamenti Novi Iudeis et gentibus, Osee etiam propheta testante: « In die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus, non vocabit me ultra Baalim, et referam nomina Baalim de ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam eis foedus in die illa cum bestiis agri, et cum volu-

*Ibid.* Al., quando apprehendi, pro qua apprehendi. MAR.

5. Al., raticinii, vel vocationis, pro raticinis. Et pacium, quod pepigi cum patribus. Et corde bonis vite aeternæ, etc. MAR.

*Ibid.* ► Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis. ¶ Hac omnia verba deerant in Hispanensi Codice, et quia suspecta videbantur, obolo signata sunt. Erant autem διπτυχα propriæ tabulæ ecclesiasticae, quibus episcoporum votina scribabantur, ut constat ex divi Gregorii Vita, lib. iv. cap. 22, et Theodor., lib. v Historiæ, cap. 34, 35. Erantque geminae, ut nomen ipsum declarat, in altera vivorum nomina erant, defunctorum in altera, cuius rei in Missali Mozarabum et Græcorum liturgiis expressa vestigia existant. Dum enim sacris operantur, duo catalogi referuntur vivorum, et defunctorum pontificum, id διπτυχα significant. Isidorus

A cribus coeli, et cum reptili terræ, et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter, et sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in justitia, et judicio, et misericordia, et miseratione, et sponsabo te mihi in fide, et scies quia ego Dominus (*Ose. ii, 16*). »

#### CAPUT XV.

##### *De cessatione Sabbati.*

**1.** Merito Sabbathum carnaliter Iudei custodirent, si quid sit Sabbathum noscent. Nomen quidem Sabbathi usurpat, sed quid ipsum valeat ignorant. Legem carnaliter custodiare delectantur, dum tota spiritualiter intelligatur, dicente Domino per prophetam: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio sæculi* (*Psal. LXXVII, 2*). Ergo si lex et prophetæ in parabolis et in ænigmatibus constat, non est accipienda Sabbathi observatio, nisi spiritualiter.

**2.** Nam carnalia ejus otia a Domino et a Patribus dissoluta sunt. Nam si crimen est Sabbathi otium non observare, cur Deus operatur in Sabbatho? Sic enim scriptum est in Genesi: *Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat* (*Gen. ii, 2*); ergo in principio Sabbathum dissolutum est, dum Deus operatur in ipso, explens cuncta in eo, et benedicens ipsi diei, quia universa in illo complevit. Item si crimen est Sabbathi otia non observare, cur Jesus Nave, discipulus ac successor Moysi, præcipiente Domino, septem **95** diebus continuis, inter quos utique et Sabbathum erat, exercitum, et arma produxit, atque circumeunte arca, tubisque clangentibus, Jericho muros subvertit (*Josue vi, 15*)?

**3.** Quid item de Machabœis eloquar? de quibus scriptum est: *Et noblebat Iudei in die Sabbathi vindicare sc de alienigenis* (*I Machab. ii, 41*). Postea consilio accepio, pugnaverunt die Sabbathi, et triumphaverunt de hostibus. Quibus testimonii edocemur non pertinere ad fidem istum Sabbathi elementarium diem servare, sed alium spiritualem; nam hoc carnale Sabbathum non est datum propter purificationem, sed propter tentationem, dicente in lege Domino. *Ut tentem eos, utrum ambulent in lege mea, an non. Sex diebus colligetis manna, septimo non colligetis* (*Exod. xvi, 4, 26*).

**4.** Itaque dum dicit: *Ut tentem eos, appareat Sab-*

**D** tamén hoc loco vocem traduxit ad legis mandata significanda, quoniam duabus etiam tabulis descripta, et a Moyse veteri populo tradita sunt. MAR.

*Ibid.* De varia diptychi significatione plura Rosweydius, in Onomastico, post Vitas Patronum, ubi etiam hunc Isidori locum allegat. AREV.

6. Al., vetusta carnis operatione mutata. MAR.

*Cap. xv. N. 1.* Al., non custodirent, pro custodi- rent. MAR.

*Ibid.* Si quid sit Sabbathum noscent, etc. Flor. 1: Si otium Sabbathi cur datum esset scirent, et non etiam nomen quidem Sabbathi usurparent. Sed quid ipsum valeat ignorant, dum legem carnaliter custodiare, etc. AREV.

2. Al., itidem pro item. MAR.

3. Al., viis meis, pro lege mea. Et purificationem, pro justificationem. MAR.

**A**mbulate in omnia, quæ mandavi vobis, et bene sit A immundorum, rectius derivantur in moribus hominum.

Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus, et pravitate cordis sui mali. » In qua sententia subaudijendum est : Non præcepi eis de verbo holocaustatum, quasi illa per seipsa diligenter, sed ut eorum fidei obedientiam approbarem (Jeremi. vii, 21).

5. Item ipse qui supra : Scribam, inquit, multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatae sunt. Hostias afferent, immolabunt carnes, et comedent, et Dominus non suscipiet eas. Et post hæc detestans eorum sacrificia : Non libabunt, inquit, Domino vimnum, nec placebunt ei sacrificia eorum, quasi panis lugentium ; omnes, qui comedent eum contaminabuntur, non intrabunt in domum Domini (Osee ix, 4).

6. Et Joel : Interit de domo Dei vestri sacrificium et libatio (Joel. i, 13). Item Malachias : Nou est mihi voluntas in vobis, ait Domiuus, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magna est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, 101 et offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in gentibus, ait Dominus. (Malach. i, 13) Quo testimonio patet sacrificia Judæorum immenda esse, et reprobata, et solam oblationem gentium Domino esse acceptam.

#### CAPUT XVIII.

##### De escis.

1. In Regum libro sic dicit : Factus est sermo Domini ad Eliam, dicens : Surge, et vade in Sarepta Sidoniorum, et manebis ibi. Præcepi enim ibi mulieri viduae ut pascat te. Et surrexit, et abiit in Sarepta Sidoniorum ; cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, et accepit ab ea escam, et manducavit (III Reg. xvii, 8). Tunc Elias juseu Dei vasa ejus replevit, et apud ipsam alienigenam hospitatus escis gentilibus vixit, quod fieri non licet, nisi lex spiritualiter data fuisset.

2. Dum enim quædam in lege, quasi non munda, in cibo damuantur, mores hominum procul dubio significantur, quia non admittit Deus in sanctis suis, qui ad æternam vitam prædestinantur, quidquid per illa immunda animalia in moribus hominum comparatur. Omnia enim quæcunque a Deo in ipsis primordiis mundi creata sunt, sive vocis auctoritate non tantum bona, sed etiam valde bona probantur. Ideoque quæcunque in genere significantur animalium

5. Item ipse qui supra. Etiam hoc libro, hallucinante memoria, alii pro aliis libris citantur, uti hoc loco testimonium Osee viii, 42, Jeremiæ nomine. Inferius, cap. 22, extremo, illud : Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo justitiam tuam, ex Isai. LVII, 12, ejusdem Jeremiæ nomine adducitur. MAR. CAP. XVIII. N. 4. Forte, sic dicitur : Factus. AREV.

2. Al.. suis ad æternam vitam prædestinatis. MAR.

CAP. XIX. N. 4. In Cod. Flor. 1 ita effertur titulus hujus capituli : Quia Testamentum Vetus non solum propter Judæos datum est, sed propter gentes. Passim hujusmodi inscriptiones in MSS. discrepant ab Editis. AREV.

#### CAPUT XIX.

##### De sacramentis fidei Christianæ.

1. Hactenus ritus Judaicos et celebrationes divinis testimentiis confutavimus ; dehinc sacramenta nostræ fidei perstringamus, manifestentes primum quia non solum propter Judæos Testamentum legis datum est, sed etiam propter omnes gentes. Hæc enī propheta David 102 testatur, dicens : Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt cœli justitias ejus populo qui nascerit, quem fecit Dominus (Psal. xxi, 32). Et iterum ipse : Donec annuntiari brachium tuum generationi omni quæ ventura est, potestiam tuam, et justitiam tuam Deus (Psal. LXX, 18).

B 2. Et Isaïas : De Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem ; et judicabit gentes, et arguet populos multos usque in longinquum (Isaï. II, 3). David etiam in Psalmis : Tunc dicent inter gentes : Magnificavit Dominus facere eum illis ; magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sunius letantes (Psal. cxxv, 2). Quibus testimoniis manifestatur, prius Judæis Testamentum legis esse concessum, postea vero gentibus ; quod propterea collatum est illis, quia in eo cognoscere poterant Christum, quem Judæi mente cœcati nequaquam intellegunt.

#### CAPUT XX.

##### Scriptura non solum historialiter, sed etiam mystice intelligenda est.

C 1. Quod legis scriptura non solum historialiter, sed etiam mystico sensu, id est, spiritualiter sentienda est, docet Dominus in Psalmis : Attende, populi mei, legem meam ; inclinate aurem vestram in verba oris mei, aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio (Psal. LXXVII, 1). Quod etiam propheta in alio psalmo confirmat, dicens : Inclinabo ad similitudinem aurem meam, appetam in psalterio ænigmata mea (Psal. XLVIII, 5).

2. In similitudine enim, et ænigmate sentiuntur omnia legis ; ænigma enim est obscura similitudo, per quam monetur homo ut cor suum acuat, et ad interiora intelligenda configuat. Sic quoque Sapientia per Salomonem dicit : Scribe legem duplicer, et tripliciter in corde tuo. Dupliciter enim sentitur lex, ut prius secundum historiam, 103 deinde secundum sacramentorum intelligentiam sentiatur. Tripliciter autem scribitur, dum non solum historialiter,

##### 2. Al., postea, propterea. MAR.

CAP. XX. N. 4. Al., accipienda, pro sentienda. MAR.

2. Scribe legem duplicer et tripliciter in corde tuo. Proverb. xxii, 20 : Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, et scientia. Septuaginta : Descripe eam tibi ipsi tripliciter, in consilium, et cogitationem, quod nisi ex hoc loco, nescio unde ea verba desunni potuerunt. Nam rursum Isidorus diversa Editione uis est. Quod, præter ea quæ dicta sunt, declarat locus Habacuc III, vers. ultimo, ab Isidoro adductus superiori lib., cap. 35 ; nam ubi alii omnes legunt ut vineam in Canticō ejus, sive victor in psalmis canente, Isidorus legit ut vineam in claritate ejus. MAR.

vel mystice, sed etiam moraliter, quid in unumquodque gerere debeat edocetur.

3. Unde et arca, quæ construebatur a Noe, bicameralis et tricameralis sacerdoti jubetur quod intra Ecclesiam omnis legis materia, et historia locum habeat, et mysticum sensum recipiat, et informationem morum contineat. In parabolis enim et ænigmatibus scripta est lex, et ipsæ parabolæ et propositiones. Hinc est quod Judæis obiecta et clausa sunt omnia; qui nisi crediderint, ad eorum intelligentiam pervenire non possunt.

#### CAPUT XXI.

*Quia Testamentum legis Judæi non intelligunt.*

1. Signata enim habent ista omnia sacramenta Scripturarum, et ignorant quod legunt: legunt quippe omnia, et non intelligunt, sicut de eis cœcini B Dominus ad prophetam: « Dic, » inquit, « populo huic, auditione audietis, et non intelligetis; et cernentes videbitis, et non scietis; incrassatum est enim cor populi hujus (Isai. vi, 9). » Et iterum: « Auseveret Dominus a Juda, et a Jerusalem validum, et fortis, judicem, et prophetam, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici (Isai. iii, 1). »

2. Hæc quippe cuncta abstulit ab eis Deus, et signavit illis omnia sacramenta juxta duritiam cordis eorum, ne forte intelligent, eodem Isaia testante de ipsis: « Et erit, » inquit, « vobis visio, sicut verba libri signati, quem cum dederint scient litteras, dicent: Lege istud, et respondebit: Non possum, signatum est enim (Isai. xxix, 11). » Sed quid adjectit de gentibus? In illa, inquit, die audient surdi verba libri hujus, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt (Ibid., 18). » Patefacta sunt enim legis mysteria.

3. Judæis vero clausa sunt, sicut et Daniel dicit: *Clausæ sunt, signaque sermones usq. ad tempus consummationis, quo usque addiscant 104 multi, et implearur visio, et cognoscant omnia hæc* (Dan. xii, 9). Nam quod et Moysi facies velamine tegebatur, dum descendenter de monte cum tabulis, id significabat, quia præ cæcitatibus caligine Judaicus populus legem ipsam non posset agnoscere, dum enim legitur Moses, velamen est positum super cor eorum.

#### CAPUT XXII.

*Quod Judæi, nisi credant in Christum, non intelligent Scripturas.*

1. Neque enim possunt legem et prophetas intelligere, nisi ante in Christum crediderint, loquente Isaia: Si non credideritis, non intelligetis; justus enim ex fide mea vivet, ait Dominus per prophetam (Habac. ii, 4). Unde et Abraham pater gentium factus

3. Al., constituebatur, pro construebatur. Et omnia legis mysteria, et historia. MAR.

CAP. XXI. N. 1. Al., visionem cernentes. Et mox sentientes, pro sciatis. MAR.

2. Al., equidem, vel et quidem pro hæc quippe. Et scientibus, vel legentibus, pro gentibus. MAR.

3. Fortassis, clausi sunt, signaque, ut in Vulgata. MAR.

A est, quia credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam (Gen. xv, 6). Isti autem quamvis legem et prophetas teneant, tamen non est indulgendum eis, Jeremia testante: « Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum; ejice illos a facie mea, et egrediantur (Jerem. xv, 4). »

2. Per Moysen quippe lex, per Sæmuel prophetæ intelliguntur. Quos quamvis Judæi habeant, propter erroris tamen impietatem projecti sunt. Opera enim eorum et justitia sine fide Christi nihil eis prodest, testante Domino per Jeremiam: *Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi* (Isai. LVII, 12).

#### CAPUT XXIII.

*Quod duo Testamenta a Deo sunt tradita.*

1. Sed quoniam duo Testamenta, Novum & scilicet **I**, et Vetus ab omnipotente Deo sunt tradita, Salomon in Canticis cantorum 105 declarat: *In januis nostris omnia poma nova et vetera, frater meus, servi tibi* (Cant. VII, 13). De quibus et Dominus in Evangelio dixit: *Simile est regnum caelorum patris amitas, qui profert de thesauro suo nova et vetera* (Matth. XIII, 52). Et alio Scripturæ loco ita repromittit Deus: *Dabo, inquit, vobis pluviam temporaneam, et serotinam, Vetus scilicet Testamentum, et Novum, et utroque imbre vos irrigabo* (Deut. XI, 14). Imber enim doctrina accipitur Testementorum, unde est illud: *Exspectetur, sicut pluvia, sermo meus, et effundet super terram imbum.*

#### CAPUT XXIV.

*Quod peccatorum remissio futura erat per baptismum.*

1. Quod per baptismum erat purgatio peccatorum futura, non per circumcisione, quæ baptismi fuerat forma, Scripturarum voces id ipsum aperte declarant. Isaia enim futurum baptismi mysterium sic præcinebat futuris creditibus, dicens: *Hæcristus aquam cum gaudio de fontibus Salvatoris* (Isai. xii, 3). Quibus verbis etiam ipsum Salvatorem ostendit propheta, de cuius fontibus aquas purificationis prædicat haurientes, id est, de fontibus Jesu. Hoc enim nomine Hebræorum lingua Salvator exprimitur.

2. Unde et ipse clamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* (Joan. VII, 37). Ad quod baptismi sacramentum idem Isaia Judæos et gentes ita provocat, dicens: *Omnès sitientes venite ad aquas* (Isai. LV, 1). Has aquas et hunc fontem et per Ioselem prænuntiabat Spiritus sanctus, dicens: *Distillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquæ, et fons de domo Domini egredietur, et irrigubil orbem terrarum* (Joel. III, 18), id est, universitatem omnium gentium.

CAP. XXII. N. 1 Al., Christo, pro in Christum. Et si non credideritis mihi, non intelligetis. MAR.

2. Al., non proderunt mihi. MAR.

CAP. XXIII. N. 1. Al., dilecte mi, pro frater meus. MAR.

CAP. XXIV. N. 2. Al., lac et mel, pro lacte. Et fluent, pro ibunt. MAR.

3. De hoc fonte et Zecharias, In die, inquit, illa A erit fons patens domus David, ut habitantibus Jerusalem in ablationem peccatorum, et menstruorum (Zach. xiii, 1). Dic, queso, quia est iste fons patens, nisi in quo omnes renascimur, per quem peccatorum purificantur delicia, et cordes menstruatae, hoc est, immundae animae salutari lavacro abluantur? De cuius aquis et alibi idem propheta testatur: 106 Et erit, inquit, in die illa, exibunt aquas viva de Jerusalem, medium eartum ad mare orientale, et medium earum ad mare novissimum. In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum, et revertetur omnis terra usque ad desertum (Zach. xiv, 8).

4. Quae sunt igitur istae aquae vivae, nisi baptismus, quod hominem sancti Spiritus infusione vivificat? Sed cur de Jerusalem exire annountiantur, nisi quia Dominus in populo eodem consistens, ait discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (Math. xxviii, 19)? Sed earum pars media vadit ad mare orientale, id est, ad populum circumisionis; et media ad mare novissimum, quod est ad populum gentium, sicut postremum, ut omnibus sitiensibus largiatur tam Iudeis, quam gentibus, qui in Domino credunt.

5. De iis aquis adduc et per eundem prophetam dicitur, quod egrediantur de domo Domini, et erescant in fluvium, et pergant ad solitudinem, sive ad mare Mortuum, et omnia ad quaecunque venerint, vivificentur atque sanentur. Sic enim idem propheta dicit: « Converti me ad portam domus Domini, et ecce aqua egrediebatur subter limen domus ad Orientem. Facies enim domus respiciebat ad Orientem, aquae autem descendebant in latus templi destrum ad meridiem altaris. Et converti me ad viam foras portam exteriorem, quae respiciebat ad Orientem, et ecce aquae redundantes a latere dextro (Ezech. xlvi, 1 seq.), id est, a Christi latere.

6. Deinde dicit: « Et tradidit me per aquas, et ait ad me: Aquae istae, quae egrediuntur ad orientales, et descendunt ad plena deserti, usque ad gentes, intrabunt morte, et exhibent, et sanabuntur aquae; et omnis anima vivens, quae respicit, quocunque venient torrens, vivet; et erunt pisces multi satis, id est, regenerantur. Et adjecti: « Postquam venerint aquae istae, et sanabuntur, et vivent omnia, ad quaecunque venerint torrens. Et stabant super illa piscatores, hoc est, apostoli, atque doctores, plurimae species erunt piscium ejus.

7. 107 Hoc dicit ad significandam varietatem gentium ad undam lavaci ventientium; unde et adjecti: « Sicut pisces maris magni, multitudinis nimis in ripis

3. Al., orientale vadit, etc. MAR.

4. Al., caelitus spiritus infusiona. Et largiantur, pro largiatur. MAR.

5. Al., respondebat, pro respiciebat. Et foris portam, pro foras portam. MAR.

Ibid. Idem propheta. Propheta proxime laudatus est Zacharias; sed verba sunt Ezechielis. In Vulgata his est convertit me pro converti me. Sed fortasse apud Isidorum quoque legendum convertit me. Quod ali-

A ejus, ex utraque parte omne lignum pomiferum, non deficit folium ex eo, et non deficit fructus ejus, per singulos menses afferre primitiva; quae aquae de sanctuario egredientur, et erunt fructus ejus in cibum, et folia ejus ad medicamina.

8. Michæas quoque propriae ejusdem baptismi sacramenta sub figura transitus maris ita revelat, dicens: « Sectundum diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam eis mirabilia, videbunt gentes, et confundentur in fortitudine sua, manus suas ponent super os suum, aures suæ surdæ erunt. Dominum Deum nostrum desiderabunt, et timebunt te. Quis Deus similis tibi? qui auferis iniquitatem, et transfers peccatum reliquiarum Israel? Quia misericors est, convertetur, et miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra (Mich. vii, 15, 19).

9. In qua sententia lector animadverteret manifestissime revelari ▷ sacrosanctum ▷ mysterium baptismi. Secundum, inquit, diem egressionis tuæ de Ægypto ostendam eis mirabilia, deinde hostes sequentes. Id est, delicia nostrâ præterita, sicut Ægyptios in mare projectos, ita in baptismio deleta atque extincta, ita pronuntiat, dicens: Quoniam misericors est, convertetur, et miserebitur nostri. ▷ Deimerget delicia nostra, ▷ et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

10. Quid enim clarius hoc testimonio? quidve apertius? omnis enim per fidem verus Israel exit ab Ægypto, dum renuntiat sæculo; ingrediturque mare Rubrum, baptismum, scilicet, Christi cruce signatum. Tunc hostes insequentes intereunt, quia statim delicia moriuntur, ubi animæ regeneratorum resurgunt. Legimus quoque Aaron in præfiguratione baptismi aquis ablutum, cuius filii sacerdotio paterno participes faticis etiam sanctificatione purificantur. (Exod. xxx, 18; Levit. viii, 6). Jam tunc quidem purgatio illa baptismi formam gerebat, cuius nunc lavaci sacramento abluitur omnis populus Ecclesiae, quod est corpus veri et magni sacerdotis, in remissionem peccatorum, et, lotis sordibus, in sanctificationem divino cultui consecrantur.

11. 108 Isaïas namque propheta inter cetera ostendit nequam posse delicta Iudeorum dimitti, nisi abluti baptismu fuerint. Dicit enim per eundem prophetam Spiritus sanctus: Laboravi sustinens, si multiplicaveritis orationes, non exaudiem; manus enim ▷ vestrae sanguine plene sunt. Lavamini, mundi estote (Isai. 1, 14). Pro omnibus quippe victimis, quas memoraverat idem propheta, pro cunctis neomeniis, et Sabbatis, atque solemnitatibus solam baptismi pu-

quando unius prophetae nomen pro alio ab Isidoro et aliis antiquis memorie errore positum fuerit, non semel supra jam notatum est. AREV.

6. Al., sanctificantur aqua. Et illas piscatores. MAR.

7. Al., ejus existent ex utraque. MAR.

Ibid. Quae aquæ; forte, quia aquæ, cum Vulg.

8. Al., sanctificabunt, pro desiderabunt. MAR.

9. Al., animaduertit, pro animadvertis. MAR,

ificationem præcepit, pro cunctis quoque iniquis-  
mentis peccatorum solum regenerationis lavacrum,  
quo tantum peccata abluuntur.

42. Quod quia Judæi respuunt, audiant Dominum  
per prophetam Ezechiel sibi comminantem : « Et fa-  
ctus est, » inquit, sermo Domini ad me, dicens : Fili  
hominis, noīas fac Jerusalem abominationes suas, et  
dices : Hæc dicit Dominus : Jerusalem, radix tua, et  
generatio tua de terra Chanaan; pater tuus Amor-  
rhæus, et mater tua Cethæa, et quando nata es in die  
ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, et aqua  
non es lota in salutem (Ezech. xvi, 1, 3). » Ubi  
ostenditur quod in peccatis gravibus sit Jerusalem,  
et inde peritura esset, quod non sit lota aqua in salu-  
tem, quod est plena significatio baptismi. Ad eos autem  
qui convertuntur ad Christum, et baptizantur,  
sic ibi sermo Domini sequitur : *Et ingressus sum pa-  
ctum tecum, ait Dominus, et lavi te aqua, et emundavi  
sanguinem tuum ex te, et unxi te oleo, significans per  
pactum Testamentum Novum, per aquam et oleum  
baptismum et chrisma.*

43. Cujus baptismi purificationem sic Spiritus  
sanctus per eumdem prophetam illis futuram pro-  
mittit, dicens : « Tollam quippe vos de gentibus,  
et congregabo vos de universis terris, et adducam  
vos in terram vestram, et effundam super vos  
aquam mundam, et mundabimini ab omnibus in-  
quinamentis vestris. » Et, ut Novum Testamentum  
suscipiant, sic sequitur : « Et dabo vobis cor novum,  
et spiritum novum ponam in medio vestri, et aufer-  
am cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis  
cor carneum, et spiritum meum ponam in medio ve-  
stri et faciam ut in præceptiis meis ambuletis, et ju-  
dicia mea custodiatis, et operemini (Ezech. xxvi, 24). »

## 109 CAPUT XXV.

*Quod christmate gentes sanctificari debant.*

1. Quia christmate omnes gentes *et* sanctifi-  
ficarentur, loquitur Dominus ad Moysen, dicens :  
« Sume tibi aromata prima, et oleum de olivetis,  
faciesque unctionis oleum sanctum, unguentum  
compositum, et unges ex eo tabernaculum testi-  
monii, et arcum Testamenti, mensamque cum va-  
sis suis, candelabrum, et utensilia ejus, altaria  
thymiamatis, et holocausti, et universa quæ ad  
cultum eorum pertinent, sanctificabisque omnia, et

12. Al., despiciunt, pro respunt. Et Chanaa, pro Chanaam. Et sanctificatio, pro significatio. Et cre-  
dunt in Christo, pro convertantur ad Christum. MAR.

*Ibid.* In Editione Gratiæ, ingressus sum pastum.  
ABEV.

13. Al., spiritum novum, pro spiritum meum.  
MAR.

Cap. xlv. N. Al., Prima myrra, et oleum. Et  
cultum tabernaculi pertinent. Et erunt omnia sancta  
sanctorum. MAR.

2. Al., universitate, pro universitatem. Et gra-  
tiam, pro gloriam. MAR.

CAP. xxvi. N. 1. Al., demonstrantem, pro de-  
monstrata. Et simul, pro senem. Et parvulum, pro  
parvum. MAR.

2. *Thau* quippe littera speciem crucis demonstrat.  
Intellige de veteribus Hebræorum characteribus,

A erunt sancta sanctorum ; qui tetigeris ea, sanctifi-  
cabitur. Aaron, et filios ejus unges ; sanctificabisque  
eos, ut sacerdotio fungantur mibi, filiis quoque  
Israel dices : Hoc oleum unctionis sanctum erit mibi  
in generationes vestras (Exod. xxx, 23). »

2. Figura enim hujus prioris tabernaculi ad typum  
Ecclesiæ ducitur, cuius omnis diversitas populorum  
in testimonio sanctitatis perungitur, quo: per illam  
universitatem operum figurabatur, ut sacri chri-  
smatis unctione delibuti omnes sanctificantur, atque  
sanctificati in Dei gloriam præparentur.

## CAPUT XXVI.

*Quia per signum crucis credentes salvarentur.*

1. Crucis autem figura, quæ fidelium frontes ad  
lutelam salutis præsignat, per Ezechielem proph-  
etam legitur demonstrata : « Et vocavit, » inquit, « vi-  
rum qui induitus erat lineis, et atramentarium scri-  
ptoris habebat in lumbis suis, et dicit ad eum : «  
Transi per medium civitatem, in medio Jerusalem  
signa Thau in frontes virorum gementium, et do-  
lentium super cunctis abominationibus quæ sunt in  
medio ejus (Ezech. ix, 3). » Et post hæc adjecit :  
« Transite per civitatem, et percute ; non parcat  
oculus vester, neque misereamini senem, adolescen-  
tium, 110 et virginem, parvulum, et mulieres  
interflicite usque ad internectionem. Omnem autem  
super quem videritis Thau, ne occidatis (Ibid., 5). »

2. Intelligere ergo nos oportet hanc sententiam.  
Thau quippe littera speciem crucis demonstrat, cu-  
jus signaculo prænotati sunt quicunque ab exitu  
hujus sæculi liberantur ; ejusdem typum præfigu-  
rabat in Ægypto sanguis ille agni caudidi et imma-  
culati, quo imaginarie signantur postes corporis  
nostræ, ut merito loquamur dicentes : *Signatum est  
super nos lumen vultus tui, Domine (Psalm. iv, 7).*

3. De hoc signo dicit Isaïas ex persona Domini :  
*Ecce venio, ut congregem cum omnibus gentibus, et  
linguis, et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam  
in eis signum (Isai. LXVI, 18), utique crucis. Et ali-  
bi : Et erit, inquit, Dominus nominatus in signum  
æternum, quod non auferetur (Isai. LV, 13). Quod  
etiam et alibi idem propheta significare voluit de  
Christo, dicens : Et levabit signum in nationibus (Isai.  
v, 26). Ubi ostendit quod, elevato signo crucis, gen-  
tes ad eum venirent, atque crederent.*

4. Cujus sacræ crucis gloria ita est et in Psalmis  
D nunc enim alia forma est. Hieronymus ad ea verba,  
quæ hoc loco ab Isidoro adducuntur ex Ezechielis  
ix : *Et ut ad nostra, inquit, veniamus, antiquis He-  
bræorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samari-  
tani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem,  
quæ in Christianorum frontibus pingitur, etc. Porro  
ab Esdra veteres characteres Hebræorum suisse im-  
mutatos, Hieronymus ipse testis est in prologo Ga-  
leate. MAR.*

*Ibid.* Al., habet, pro demonstrat. Et prænotantur,  
pro prænotati sunt. Et partes, pro postes. MAR.

3. Al., ostenditur, quod elevatione crucis gentes ad  
eum veniunt, quæ crediderunt. MAR.

4. *Dominus regnavit a ligno.* Post hæc verba in  
Hispalensi suscepitur illud : *Ei alibi : Ecce ponam  
nomen meum in gentibus, quæ verba, ut male as-  
suta, in hunc modum reprobanda judicavimus. MAR.*

praedicta : *Dicite in nationibus, Dominus regnabit a ligno.* De qua cruce Domini Jesu Christi per Ezechielem ita Dominus loquitur : « Gladius exacus est, et limatus, ut cædat victimas. Exacus es, qui moves sceptrum Filii mei, sucedisti lignum, et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manus (Ezech. xxii, 9). » Quo testimonio et Filius Dei crucifixus ostenditur, et crucis ejus signum suscipiendum ab omnibus voce divina prænuntiatur.

3. Cujus crucis figuram de duobus lignis compositam idem Ezechiel ita figuraliter prænotat, dicens : « Factus est sermo Domini ad me, dicens : Et tu, fili hominis, sume tibi lignum unum, et scribe **¶¶¶** super illud Iudeæ, et filiorum Israel sociorum ejus, et tolle lignum alterum, et scribe super illud Joseph lignum Ephraim, et cunctæ domus Israel, sociorumque ejus, et adjunge illa unum ad alterum tibi in lignum unum, et erunt in unionem in manu tua (Ezech. xxxviii, 16). »

6. Ubi ostenditur Judam et Jerusalem in unum converti debere, et crucis signum suscipere, quod per duo ligna significatum est. Hæc sunt duo ligna quæ illa vidua alienigena, ad quam mittitur pascendus Elias, volebat colligere, priusquam moreretur. Ubi non solum ligni nomine, sed etiam et numero lignorum signum crucis expressum est.

#### CAPUT XXVII.

*Quomodo sacramentum Eucharistiae præfiguratum est.*

1. Et quia panis et calix sacramentum Deo placitum esset in holocausto, Scripturarum testimoniis non tacetur. Illius enim sacrificii præfiguratio in sacerdotio Melchisedech antea fuit expressa. Iste enim sacerdos Dei excelsi, cum benedicet Abram, ob mysterium futuri holocausti panem et vinum in sacrificio Domino obtulit. Hoc enim ille primum in typo Filii Dei expressit : ad quem Psalmista ex persona Patris sic dicit : *Ante luciferum genui te. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (Psalm. cix, 3). Hoc est juxta ritum hujusmodi sacrificii, quod et in passione sua perficiens Christus implevit, quodque etiam apostolis in commemorationem suam siceri jussit.

2. Non ergo jam victimas Judaicas, quales sacerdos Aaron obtulit, credentes offerunt; sed quales idem Melchisedech rex Salem immolavit, id est, panem et vinum, quod est corporis et sanguinis Domini verissimum sacramentum. De quo idem Dominus dicit : *Qui manducaverit carnem meam, et bibet sanguinem meum, **¶¶** in me manet, et ego in eo* (Joan. iv, 56). Cujus quidem sacrificii sacramentum et in Salomone per immolationem panis ac vini ita monstratur : « Sapientia ædificavit sibi domum,

6. Al., non solo ligni nomine. MAR.

CAP. XXVII. N. 1. Al., *Deo esset holocaustum, et holocaustum. Et sacerdote, pro sacerdotio.* MAR.

Ibid. In holocausto. Simili modo loquendi in Breviario Isidoriano, seu Mozarabico in festo apostolorum Simonis et Judæ, in oratione *Post pridie* dicitur : *Panis ac vini ab unigenito tuo Domino nostro holocausta instituta proponimus. Quem locum cum*

A exedit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum suum, proposuit mensam suam, misit servos suos, dicens : Si quis est parvulus, veniat ad me; et insipientibus loquitur : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis; derelinquite insipientiam, et vivetis, et ambulate per vias prudentie (Proverb. ix, 4). »

3. Dei ergo sapientia Christus constituit sibi domini sacrosanctam Ecclesiam, in qua mactavit sui corporis hostias, in qua miscuit vinum sui sanguinis in calice sacramenti divini, et præparavit mensam, hoc est, altare Domini, mittens servos suos apostolos atque doctores ad insipientes, id est, ad omnes gentes verum Deum ignorantibus, dicens eis : *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis;* id est, sancti corporis escam sumite; **B** *et bibite vinum quod miscui vobis,* id est, poculum sanguinis sacri percipite.

4. Cujus quidem gratiam quia gentes sumunt, et Iudei non meruerunt, declarat hoc propheta Isaïas dicens : « Hæc dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, et vos esuriatis; ecce servi mei bibent, et vos sitiatis; ecce servi mei latabuntur, et vos confundemini. Ecce servi mei latabuntur præ exultatione cordis, et vos clamabis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabis, et dimittitis nomen vestrum in juramentum electis meis, et interficiet te Dominus Deus, et servos, et id est, christianos, et vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram benedicetur in Deo. Amen (Isai. lxxv, 13). »

5. Interficitur enim Israel, succedit ex gentibus populus. Tollitur illis Vetus Testamentum, redditur nobis Novum; conceditur nobis salutaris cibi gratia, et poculum sanguinis Christi, illis fame et siti arenibus. Mutatur et novo populo nomen aliud, scilicet Christianum; et omnia quæ sunt gesta novitatem gratiæ resonant.

#### 113 CAPUT XXVIII.

*Recapitulatio operis.*

1. O infelictum Iudaeorum deflenda dementia! Ecce Salvatoris adventum nec Testamenti Veteris auctoritate intelligunt, nec eum venisse accipiunt. Gentium conversionem legunt, et de sua reprobatione minime confunduntur. Sabbati observationem suscipiunt, quam reprobatae Scripturæ testificatione cognoscunt. Circumcisionem carnis venerantur, qui cordis mundiam perdiderunt.

2. Nos autem, sub gratia positi, omnia hæc facta et celebrations, quæ futurorum erant indicia, jam cognoscimus esse completa. Quidquid enim hujusmodi sacramenti prophetabatur jam Christus imple-

Isidoro confert Lesleus in notis ad Breviarium Mozarabicum. AREV.

4. Al., *cordis, pro spiritu.* Et servos suos vocabitis nomine alio, id est, Christiano. MAR.

5. Al., *mittatur, pro mutatur.* Et aliud datur, acticet. MAR.

CAP. XXVIII. N. 2. Al., *vitæ, pro quietis.* MAR.

*vit, quia non venit solvere legem, sed adimplere (Matth. v, 17).* Aveniente ergo veritate, umbra cessavit, ideoque jam carnaliter non circumcidimur, quia in circumcisionis typo promissi baptismatis sacramento mundamur. Sabbati otium supervacuum ducimus, quia revelatam spem quietis æternæ tenemus.

3. *Sacrificia veteris legis non immolamus, quia per eadem sacrificia aut Christi passionem, aut carnalium vitiorum mortificationem insinuatam cognoscimus. Azyma non observamus, quia, expurgata veteris vitæ malitia, in nova fidei gratia ambulamus. Differentias ciborum non custodimus, quia cuncta*

*3. Al., insinuari, pro insinuatam. Et in novam fidem gratiam ambulamus. Et immundorum significabatur diversitas. MAR.*

4. In nonnullis MSS. hoc loco post ultimum caput apponitur dedicatio Isidori ad Florentinam, tanquam epilogus, quæ rectius in reliquis, tanquam prologus, precedit. Editiones antiquæ, Haganensis, Bignæana et Breuliana, post verba, *habitat in æternum*, addunt alia, in Editione Grialiana omnino prætermissa, quæ hoc loco a nobis adjiciuntur. *C. Vicias* formulas spiritualis intelligentiæ componeendas, tibiique mittendas pro studio paternæ erga te sollicitudinis æstimavi, quibus perceptis, in omni Scriptura divina facile se ad intellectum sensus intenderet. Nam cum littera occidat, Christus autem vivilaret, necesse est ad illa spiritualium interiora sermonum, spiritu vivificantे, penetrari. Universam porro Scripturam tam Veteris Instrumenti, quam Novi, ad intellectum allegoricum esse sumendam, admonet nos vel illud, quod in Veteri Testamento legimus: *Aperiāt in parabolis os meum, loquar enigmata antiqua;* vel illud item (quod) in Novo Testamento scribitur, *hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis.* Nec mirandum quod sermo divinus, prophetarum, apostolorumque ore prolatus, ab usitato illo hominibus scribendi modo multum recesserit, facilius in promptu habens, magna interioribus suis continens, quia et revera fuit congruum ut sacra Dei dicta, sicut a ceteris scriptis merito, ita et specie discernerentur, nec illa coelestium arcanorum dignitas passim, atque indiscreta

A illa spiritualiter discernimus in moribus homicium quæ immundorum significabat diversitas animalium.

4. De agni esu pascha non celebramus, quia *pascha nostrum 114 iam immolatus est Christus,* qui per illum agnum figurabatur, qui *tanquam ovis ad occasionem duxus est, et quasi agnus coram tendente se, sic non aperuit os suum (I Cor. v, 7).* Neomenias novæ lunæ non custodimus, quia jäm in Christo nova creatura, vetera transierunt, et ecce facta sunt nova. Scenopegias, id est, solemnitates tabernaculorum non observamus, quia tabernaculum Dei sancti ejus sunt, in quibus habitat in æternum.

cunctis pateret, sanctumque canibus, et margaritas porcis exponeret, ut vere est illud columba deargentata medium, cuius posteriora specie auri splendentis irradient. Ita Scripturæ divinæ prima quoque

B argento fulgerent, auro occultiora rutilarent. Recite itaque procuratum est ut illa eloquiorum castitas promiscue cunctorum oculis abditu suo, quasi quodam velamine pudicitæ, contegeretur. Hac divina optime dispensatione provisum est, ut scripta ipsa ita tegenterent celestibus obumbrata mysteriis, sicut secreto suo ipsi Divinitas operibatur. Igitur cum in libris sanctis oculi Domini, uterus Domini, pedes, arna etiam Domini scripta reperiantur, longeque absit a catholica Ecclesiarum fide, Deum corpore determinari, qui sit invisibilis, incomprehensibilis, infinitus, requirendum est qualiter ista per Spiritum sanctum figurali expositione reserentur. Hinc enim inveniuntur Dominicæ interiora templi: hic illa sancta sanctorum. Corpus ergo Scripturæ sacræ, sicut traditur, in littera est. C. Hoc fragmentum Isidori non videri dixi in Isidorianis, cap. 86, num 11. In Editione Bignæana, et Haganensi legebatur, mendose, in omni Scriptura divina sed ad intellectum se, qua sensus intenderet. Aliquis correxerat, facile se ad intellectum spiritualem sensus intenderet. Pro columbae deargentata medium erat in eisdem Editionibus columbae deargentata modum. Breulius sic reformavit, exoneret; ut sicut penitus columbae deargentata apparent, et ejus posteriora specie auri, etc. Locus est psalmi LXVII. AREY.

# SANCTI ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI • SENTENTIARUM LIBRI TRES.

## LIBER PRIMUS.

### 115 CAPUT PRIMUM.

*Quod Deus summus et incommutabilis sit.*

4. *Summum bonum Deus est, quia incommutabilis*

*CAP. I. N. 1. Hinc ortum habuit ut hic liber de Summo Bono a quibusdam appellaretur, a prima voce titulum libro imponentibus, more Hebreorum, cum latine a beato Isidoro inscriptus sit Sententiarum liber, ut*

D est, et corrumpi omnino non potest. *Creatura vero bonum, sed non summum est 116,* quia mutabilis est; et dum sit quidem bonum non tamen esse potest et summum.

*author est Braulio Cæsarangustanus antistes, consensientibus etiam omnibus Cod. mss. et Gratiano, Ivone Carnotensi, aliquis decretorum collectoribus. In Concil. etiam Tolet. VIII sic scriptum est: Nostræ sæ-*

2. Quid est Dei immortalitas, nisi ejus incommutabilitas? Nam et angeli et animæ immortales sunt, sed immutabiles non sunt; ideoque solus Deus dicitur immortalis, quia solus incommutabilis est. Nam anima moritur, dum, deserente Deo, de bono in malum mutatur, sic et angelus, dum, deserente Deo, est lapsus.

3. Quod materiam habet, unde existat, mutabile est, quia de informi ad formam transit. Quod vero non habet materiam, immutabile est, sicut Deus utique est. Bene, ac substantialiter sunt ista in Deo, id est, incorruption, immortalitas, incommutabilitas. Unde et merito cunctæ præponitur creaturæ.

4. Opus non consilium, apud Deum (credimus) mutari; nec 117 variari eum, quia per varia tempora diversa præcipit, sed manens idem incommutabilis,

A et aeternus, quid cuique congruum esset temporis, ab ipsa tamen aeternitate in ejus mansit dispositione consilii.

5. Non usa nostro aliud Deum putare, aliud pulchritudinem ejus, atque aliud magnitudinem ipsius (debemus) sicut aliud est homo, aliud pulchritudo; quia, desistente pulchritudine, homo manet. Ac per hoc, qui ita intelligit Deum, corporeum esse credit, dum pulchritudo et magnitudo Dei ipso Deus sit.

6. Ideo Deus dicitur simplex, sive non amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipse, et aliud quod in ipso est. Inordinate dici seu conferri virtus ea quæ ordinata sunt in Deo (patet) utpote simplicitas, quæ aliquando dicitur pro stultitia, et non est. Apud Deum vero summa simplicitas est. Juxta hanc regulam, et cætera malimanda sunt.

cuius doctor egregius, Ecclesiæ catholicae novissimum mecus, præcedentibus aetate postremus, doctrinæ comparatione non insimus, atque quod majus est, jam scilicet sententiarum doctissimum, cum reverentia nominandus Isidorus, in libro Sententiarum. Quo in loco Petrus Crabbe, et Joverius pro sententiarum finitorum, legunt in aetorum fine. Sententia autem Isidori quæ illic citatur, est lib. II, cap. 31, de Juramento, et habetur apud Gr. 23, q. 4, cap. Non est observandum. LOAISA.

Ibid. Creatura vero. Fnlg., de Fid. ad Petr., cap. 3, 21, 22, et Aug., de Nat. boni in princip. LOAISA.

Ibid. In Isidorianis duo sunt capita de hoc opere. Alterum 67, sic inscriptum: Libri tres Sententiarum sancti Isidori, sive de summo bono. Editiones et mss. Codices hujus operis. Versio Hispana. Julianus Tolestanus, Taizs, Petrus Lombardus, et alii post Isidorum Sententiarum scriptores. Quartus Sententiarum liber num Isidoro suppositus? Eruditus Bayerii animadversiones de hoc libro. Alterum caput 68 sic inscribitur: Præfationes in libris Sententiarum Editionis anni 1538, et Garello Loaisæ in suam Editionem. Excerpta ex libris Sententiarum. Præfationes in Excerpta Sententiarum, scilicet in librum de Conversis, et in alium de Prælatis inscriptum. Loaisæ notis doctissimis: quidem, sed interdum prolixioribus quam par sit, meas adjungam, et ex allorum annotationibus, uti Vezzosi, qui fere in notis cum Loaisa consentit, nisi quod textum Breulianæ Editionis sequitur, et nonnullas Editionum aliarum varietates indicat, Constantini Cajetani in fragmentum de Conversis, et Goldasti in fragmentum de Prælatis, summam colligam. In Taizonis Sententii caput primum inscribitur: Quod Deus incommutabilis, summus et aeternus existat. AREV.

2. Ex divo Gregorio, quem in his Sententiis potissimum sequitur Isidorus, cum propter admirabilem theo sanctissimo viro morum doctrinam (quæ in ejus scriptis præter cæteras quam plurimas maximisque virtutes mire elucet) tun propter anorem et mutua familiaritate fratris Leandri et Gregorii conceptum, ut ex lib. I Epist. Greg., indict. 9, epist. ad Leandrum, liquidum constat. Inde ejus scripta velut augustissima colit ac veneratur. Greg. itaque, lib. Moral. xxv, cap. 4: Quid enim, inquit, mutabilitas, nisi mors quedam est? etc. Totius sententiae explicationem vide apud August., lib. III contra Maximum cap. 12. LOAISA.

Ibid. Omnes mss. Cod. coniunctionem priorem reji- ciunt: Nam angelii et animæ; sed retinente, ut in Editis. Locus est apud Gregor., lib. Moral. 25, cap. 4. LOAISA.

Ibid. August., lib. de duabus Animabus, cap. 8, mortem animæ aversionem esse a Deo dicit, et lib. IV de Trinitate, cap. 3: Sicut anima Deo deficiebit, etc. LOAISA.

Ibid. Alii, sic et angelus in malum mutatur de bono, dum, deserito Deo, est lapsus. AREV.

3. August., VIII sup. Gen. ad litt., cap. 20, 23. Omnis variatio et permutatio rerum a materia ortum habet, se quod materia habet concretam privationem; ex privatione autem nascitur appetitus, et ex appetitu impulsus ad aliam formam, ut Aristoteles docuit lib. I Physic. Deus vero aliquis est ab omni materia, ut præclare docet D. Thom. lib. I contra Gentes, cap. 16 et 17. LOAISA.

Ibid. Bene ac substantialiter. August., lib. V de Trinitate, cap. 4, probat quod aliquis sicut quæ proprio praedicentur de Deo, ut est illud: Ego sum qui sum, et quod sit immortalis. LOAISA.

Ibid. Ex Greg., lib. Moral. XVI, cap. 4. Et hoc est, quod eleganter assertus Aug., lib. I de Civit. Dei, cap. 13: Novit quiescere agere, et agens quiescere, et potest ad opus novum, non novum, sed compiternum adhibere consilium. Divus Ambros., lib. II Offic., cap. 10, probat Deum frequenter mutare sententiam, reprehendens juramentum Herodis, et impium Jephie facinus. Est de hac re longa disputatio in concil. Tolet. VIII. LOAISA.

Ibid. Credimus. Debet id in Mss. plerisque, et alibi dicimus, constat, ac similis verba, quæ ab Editoribus addita sunt, ut sensus clarior reddatur. Ceterum semper per verbum inlinatum Isidorus loquitur sine alio expresso verbo, a quo regatur. Atque ita in Editis quoque interdum accedit. AREV.

5. Divus Greg., lib. XVIII Moral., cap. 28, Aug. lib. VI de Trin., cap. 6, et lib. V, cap. 8. LOAISA.

6. Ex Eucherio, de Formul. LOAISA.

Ibid. Dici, etc. Est apud Magistrum Sententiarum lib. I, dist. 3, ex Greg., lib. XVI Moral., cap. 20. LOAISA.

Ibid. Simplicitas. Hieronymus, in Hbello de his quæ Deo in Scripturis attribuuntur. Et Midorus ipse fuse explicat hanc sententiam lib. VII Etymol., cap. 1, de Deo. Quem locum sumpsit ex Greg., lib. XXXI Moral., cap. 6, dum interpretatur illud Jobi: Communisti me adversus eum. Ibi enim inquirit an sit in Deo commotio. LOAISA.

Ibid. Pro stultitia. Gregorius, epist. 78, ad Mauritium Augustum: Simplicitatis vocabulo, inquit, me satum appellat. Et simplex sumitur pro non malo, non versuto. Matth. I: Esto prudenter sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Et Proverb. X: Benedicta omnis anima simplex. Et: Qui simpliciter ambulat in fiducia ambulat. LOAISA.

Ibid. Animadvertisit Vezzosi, eamdem sententiam de simplicitate Dei ab Isidoro explicari, lib. VII Etymolog. cap. 1, atque ita ut plura addat quæ ram clariorem reddant. Pro non est aliqui exhibent non est in Deo. AREV.

## CAPUT II.

*Quod immensus et omnipotens sit Deus.*

4. Non ideo oculum et terram implet Deus, ut continent eum; sed ut ipsa potius continetur ab eo. Nec particulatum Deus **118** implet omnia, sed eum sit idem unus, ubique tamen est totus. Non ita tantus est esse in omnibus Deus, ut unaquaque res pro magnitudine portionis sua capiat eum, id est, maxima majus, et minima minus, dum sit potius ipso totus in omnibus, sive omnia in ipso (*Ephes.* iv, 6.)

2. Omnipotentiae divinae majestas cuncta potestatis sue immensitate concludit nec evadendi potentiam ejus quisquam aditum invenire poterit, quia illae omnia circumquaque constringit. Cuncta enim intra divini iudicij omnipotentiam coarctantur, sive que continenda sunt, ut salva sint, sive que amputanda sunt, ut perirent. Nullatenus ergo (dicitur) posse effugere Deum quompiam. Qui enim eum non habet placatum, nequaquam evadere potest iratum.

3. Immensitas divinae magnitudinis ita est, ut intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum. Et ideo interiorem, ut omnia continet; ideo exteriorem, ut incircumscripta magnitudinis sue immensitate omnia concludat. Per id ergo, quod exterior est, ostenditur esse creator; per id vero quod interior, gubernare omnia demonstratur. Ac ne ea quae creata sunt sine Deo essent, Deus intra omnia est. Verum ne extra Deum essent, Deus exterior est, ut omnia concludantur ab eo.

CAP. II. N. 1. Interpretatur locum Jerem. xxv : *Cælum et terram ego impleo, dicit Dominus.* Quem locum sic fere ad verbum explicat auctor Specul., apud Aug., cap. 21 et 22; Greg., hom. 8 super Ezech.; et Chrys., in hom. de sancto et adorando Spiritu, tom. III. LOAISA.

*Ibid.* Nec particulatum. Phrasis est auctoris Spec., cap. 1 et 3. Vide Hilar., ii de Trinitate. LOAISA.

*Ibid.* Apud Talorem titulus bujus capituli est : *De immensitate, vel omnipotencia Dei.* AREV.

2. Ex auctore Spec., cap. 22. LOAISA.

*Ibid.* Omnipotentiae divinae majestas. Al. omnipotentia divinae majestatis. *Ibid.* evadere poterit. Al. eradet. AREV.

3. Ex auctore Spec., cap. 23, et de Essent. Divin., cap. 1; et Gregor., II Moral., cap. 16. LOAISA.

*Ibid.* Petavius, tom. I, lib. III, cap. 9, n. 7, similia verba : *Et ideo interior es, etc.* Ex veteri auctore libri de Speculo inter appendices sancti Augustini allegat, et ab Isidoro, Alcuino et Petro Damiani descripta esse observat. Plures alios Patres more suo Petavius in eamdem sententiam excitat. Auctorem Speculam jam indicat Loisa. AREV.

4. Ex auct. Spec., cap. 7. LOAISA.

*Ibid.* In opere August., super Joann., tract. 13, eleganter hoc dixit : *Omnia, inquit, possunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo; sed nihil latius hac inopia, quæ congruum nomine non invenit.* LOAISA.

5. Ex lib. de Cognit. ver. vitæ, apud Aug., cap. 29, et de Ess. divin., cap. 1. Et August., epist. 28, ad Hieronym., de Origine animæ, ostendit quo pacto Deus in suis ambulet sanctis. LOAISA.

6. Locus Pauli ad Ephes. III, in Spec., cap. 13 et 14, et in epist. ad Paulinum **112**, cap. 13, et a Greg., lib. Moral. x, cap. 7, sicut ab Isidoro explicatur. LOAISA.

*Ibid.* Taio, lib. II, cap. 15, hoc ipsum exprimit, sed pro *juxta æquitatem* habet *juxta æquitatem*. Alii etiam apud Isidorum *infernus juxta æquitatem*. AREV.

CAP. III. N. 1. Ex Greg., lib. xvii Moral., cap. 4,

A 4. Consummatio alienus facti dicitur perfectio; Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hunc sermonem de tua nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba, quatenus id quod ineffabile est, nuncunque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit.

5. Dum localis non sit Deus, localiter tamen in suis ambulat **119** sanctis, dum de loco in locum prædicatur ab eis. Nam Deus, qui nec loco movetur, nec tempore, in servis tamen suis et tempore et loco moveretur, quoties ab eisdem localiter prædicatur.

6. Dum de Deo nec secundum quantitatem, nec secundum qualitatem, nec secundum situm, nec secundum habitum aut motum aliquid digne dicatur, inest tamen ei quodammodo latitudo (*Ephes.* in, 18) charitatis, qua nos et ab errore colligit, et continet in veritate. Inest ei et longitudo, qua nos longanimenter portat, donec emendatos patriæ future restituat. Inest ei et altitudo, per quam omnem sensum sue scientiae immensitate exsuperat. Inest ei et profundum, quo damnandos inferius justa æquitate disponens præordinat.

## CAPUT III.

*Quod invisibilis sit Deus.*

1. Dum de Deo loquens Scriptura plerumque dicit : *Ecce Deus, non quasi visibilem ostendit, sed ubique esse presentem significat.* **120** Per id quod dicit : *Ecce Dominus, vel quod magnitudinem divinitatis ejus nullus possit sensus attingere, etiam nec angelicus,*

C ubi exponit illud : *Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram.*

*Ibid.* Pax. Locus est Pauli ad Philip. iv. Aug., in Enchir., ad Laur., cap. 63 : *Pax Dei, inquit, que præcellit omnem intellectum, ut in eo quod dicit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exemplum, sed Dei solius.* LOAISA.

*Ibid.* Sola, etc. Videtur respexisse ad Incarnationis mysterium, aut etiam ad illud missionis genus, quo Verbum a Patre et Spiritu sancto mitti perhibetur, qua ratione Christus tertia dicitur ab eodem.

Isidoro persona, lib. I advers. Jud., cap. 4 : *Cujus Trinitatis sacramentum et Aggaeus propheta ita aperuit, ex persona Domini dicens : Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus, qui loquitur, ecce Spiritus ejus.* Post haec de tertia persona, id est, de Filio ita subiecit. Et mox ex Isai. : *Et nunc Dominus meus misit me, et Spiritus ejus; ecce duas personas, Dominus et Spiritus ejus, qui mittunt, et tertia persona ejusdem Domini, qui mittuntur.* Mitti autem Filium non tantum a Patre, sed etiam a Spiritu sancto idem confirmat hoc lib., cap. 45, ex eod. Isai. loco : *Et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus.* Voluit fortasse Isid. hoc generi locutionis Arianorum et Nestorianorum heresiem refellere, quorum illi secundum Divinitatis personam impie negabant, hi quartam quoque (ut Maxentius aduersus eosdem ait) nefario addebunt. LOAISA.

D *Ibid.* Taio, in titulo : *De id (pro de eo) quod invisiibilis, vel incircumscripus sit Deus.* Notat Veracostus, non dici Divinitatem, sed magnitudinem Divinitatis, ut locum accipiamus, non de visione simplici, sed de comprehensiva, ut theologi dicunt, qua res tota, quanta est, comprehenditur. Quia Dei comprehensio in creaturam non cadit. Quo autem sensu humanitas a Christo suscepta dicitur tertia in Trinitate persona, Grialius abunde explicat in not. ad Exod. cap. 42, num. 3, videlicet quod Verbum sit una ex tribus personis Trinitatis. ANGV.

quamvis usque ad parilitatem angelicam humana post resurrectionem natura proficiat, et ad contemplandum Deum indefessa consurgat, videre tamen ejus essentiam plene non valet, quam nec ipsa perfectio angelica in totum attingit scire, secundum Apostolum, qui ait: *Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum* (*Philipp. iv, 7*), ut subaudias, etiam angelorum. Sola enim Trinitas sibi integre nota est, et humanitas a Christo suscepta, quæ tertia est in Trinitate persona:

2. Intelligibiliter quodam miro modo Dei essentia sciri potest, dum esse creditur. Opus vero ejus, quod utique æquari ei non potest, atque judicia a nullo penitus sciuntur. Dei secreta judicia non posse sensu penetrari, vel angelico, vel humano (constat). Et ideo quia occulta, sed justa sunt, tantumdem venerari ea opus est, et timere, non discutere, aut inquirere, secundum Apostolum, qui ait: *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* (*I Cor. ii, 16*)?

#### CAPUT IV.

*Quod ex creaturæ pulchritudine agnoscatur creator:*

1. Sæpe ad incorpoream Creatoris magnitudinem creaturarum corporea magnitudo componitur, ut magna considerentur ex parvis, et ex visibilibus invisibilia testiminentur, atque ex pulchritudine 121 factorum effector operum agnoscatur, non tamen parilitate consimili, sed ex quadam subdita et creata specie boni.

2. Sicut ars in artificem retorquet laudem, ita rerum Creator per creaturam suam laudatur; et quanto sit excellentior, ex ipsa operis conditione monstratur. Ex pulchritudine circumscriptæ creaturæ pulchritudinem suam, quæ circumscribi nequit, facit Deus intelligi, ut ipsis vestigiis revertatur homo ad Deum, quibus aversus est, ut qui per amorem pulchritudinis creaturæ, a Creatoris forma se abstulit, rursum per creaturæ decorem ad Creatoris revertatur pulchritudinem.

2. Greg., lib. Moral. v, cap. 20, et lib. Moral. xxvii, cap. 2. LOAISA.

*Ibid. Opus. Ex Greg., lib. ii Dialog., cap. 15. LOAISA.*

*Ibid. Et ideo. Greg., lib. xxxii Moral., cap. 5, unde locus Isidori desumptus: Superna, inquit, sententia, eti non est cognita, non tamen credatur injusta, sed eo saltem justum credatur omne quod patitur, quo nimirum constat quod Deo auctore patitur. LOAISA.*

CAP. IV. N. 4. Ex Gregor., lib. Moral. xxvi, cap. 8. LOAISA.

*Ibid. Ab hoc capite Taio diversum ordinem sentiarum servat, et de hac agit, cap. 9: Pro creaturam... componitur, alii creaturæ... comparatur. AREV.*

2. Similis est sententia in August. lib. ii de libero Arbit., cap. 7. LOAISA.

*Ibid. Al., Sicut opus, et ars... ut quia per amorem. AREV.*

3. Ex Aug., psalm. CXLVII: *Ipsa quidem per se (loquitur de irrationalibus) voce sua et corde suo non laudant Deum, sed ab intelligentibus considerantur, per ipsa laudatur Deus.* LOAISA.

*Ibid. Al., quia eamdem laudem. AREV.*

4. Antiquos philosophos vocat, qui de Dei natura varie scripserunt, et senserunt, ut Cicero in libris de Natura deorum docuit, et inter alia esse Deum animalium per omnes mundi partes undique diffusum, et per omnem naturam commeantein, a quo cuncta quæ

A 5. Quibusdam gradibus intelligentiae per creaturam progreditur homo ad intelligendum Deum creatorem, id est, ab insensibilibus surgens ad sensibilia; a sensibilibus surgens ad rationabilia; a rationabilibus surgens ad Creatorem. Intelligibilia per se collaudant Deum, irrationalia et insensibilia non per se, sed per nos, dum ea considerantes Deum laudamus. Sed ideo dicuntur laudare ipsa, quia eadem laudem eorum parturit causa.

4. Dixerunt antiqui, quod nihil tam habes sit, quod non sensum habeat in Deum. Hinc est illud quod ex silice duro scintilla excutitur. Et si ignis in saxo, utique ibi sentitur sensus, ubi se vita non sentit.

#### 122 CAPUT V.

B *Quod ex usu nostro quædam species ad Deum referuntur.*

1. Nostro usu zelare Deus dicitur, vel dolere. Horum enim motuum apud Deum perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est. Non ita est præcipitanda mentis sententia, ut credamus posse Deo furoris vel mutationis accidere perturbationem; sed ipsam æquitatem justitiae, qua reos punit, iram sacra lectio nominavit, quoniam quod judicantis æquum est, furor est, et indignatio patientis.

2. Ita ergo intelligere opus est et alias passiones, quæ de affectione humana ducit Scriptura ad Deum, ut et juxta se incommutabilis sit credendus, et tamen pro causarum effectibus, ut facilius intelligatur, nostræ locutionis et mutabilitatis genere appelletur.

3. Tam clementer Deus humanæ consultit infirmati? Ut quia eum sicut est non possumus agnoscere, nostræ locutionis more se ipsum nobis insinuet. Unde et membrorum nostrorum qualitatem habere describitur, et passionum indigna dici de se voluit, 123 quatenus ad sua, per nostra nos traheret, et dum condescendit nobis, consurgeremus ei.

4. Multis modis Deus ad significandum se hominibus de inferioribus rebus species ad se trahit; quem nascuntur animalia vitam et spiritum capiant, quam sentientiam Virgilius mire expressit.

Principio celum, ac terras, campisque liquentes. Lucentemque globum lunæ, Tantaque astra. Spiritus intus alit, totamque infusa per artus. Meus agitat molem, et magno se corpore miscet.

Vide Salvianum, lib. de Providentia. LOAISA.

CAP. V. N. 1. Ex D. Greg., lib. xx Moral., cap. 23, et Aug., lib. Quæst. ad Simplic., q. 2. De nominibus quæ Deo attribuuntur divinus Hieronymus librum scripsit. Est etiam apud August. liber de Essentia Divinitatis, qui de spiritualibus formulis apud Eucherium appellatur, a quibus Isidorus h̄c frequenter sententias accipit. LOAISA.

*Ibid. Iram. August., lib. i contra adversarium legis et prophet., cap. 20: Ira Dei non habet perturbati animi ardorem. E psalm. LXXXVIII: Ira, et zelus, non sunt perturbationes Dei. Duo Cod. mss.: Iram sacra lectio nominavit, unus Ms. consentit cum Excuso. Iram et iracundiam promiscue in divinis litteris invenio Deo attribui. De ira Job. ix: Deus, cuius iræ nemo resistere potest. Et psalm. ii: Loquerur ad eos in ira sua. Paulus: revelabitur ira Dei. Et: Thesaurizas tibi iram in die iræ; et alia. De iracundia apud Isa. i et xxx: Me ad iracundiam provocasti. Et Jerem. iv; et Apocalyp. xv, plena iracundia Dei LOAISA.*

*Ibid. Confer Taionem, cap. 10, de hoc codem argu-*

re vera juxta propriam substantiam invisibilem esse et incorporeum constat. Plerumque de corporibus ad Deum sumuntur qualitatum species, quae tamen in Deo non sunt, quia in propria natura incorporeus est, et incircumscriplus, sed pro efficientiis causarum in ipso species rerum scribuntur, ut quia omnia videt, dicatur oculus; et propter quod audit omnia, dicatur auris; pro eo autem quod avertitur, ambulat; pro eo quod expectat stat.

5. Sic et in ceteris horum similibus ab humanis motibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens, et memorans. **124** Hinc est quod propheta dicit: *Juravit Dominus exercituum per animam suam* (*Jerem. li, 14*). Non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Et alibi simili figura et vermis et scarabeus intelligitur (*Psalm. xxi, 7*).

6. Nec mirum si vilibus significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum passionum seu cornis contumelias descendisse cognoscitur. Nam et Christus agnus, non pro natura, sed pro innocentia; et leo, pro fortitudine, non pro natura; et serpens, pro morte et sapientia, non pro natura scribitur. Nam et in propheta plaustrum portantis fenum species ducitur ad Deum (*Amos ii, 13*). Et haec omnia

mentio. Petavius, t. I, lib. iii, cap. 3 n. 17 et seqq. ex his Isidori sententiis, quas ex Augustino Isidorum sumpsisse advertit, contra hereticum Vorstium disputat, qui voluntate Deum immutabilem esse negare ausus est. Apud Isidorum alii legunt vel turbationi accedere permutationem. Et mox, iracundiam pro iram, quo speciat nota Loaisa. AREV.

3. Tam clementer Deus. Ex Auctore Spec., cap. 12. LOAISA.

4. Locum mutilum in Excus. ex fide omnium ms. restituí, et lib. de Speculo apud August., cap. 15, ex quo tota sententia Isidori desumpta est: *Multis siquidem modis, inquit, ad significandum te hominibus, de rebus inferioribus ad te species ducis, quem revera, juxta propriam naturam, invisibilem constat esse et in locum incomprehensibilem et incircumscripum.* LOAISA.

*Ibid.* Eucherius, de Spiritualibus formul. dupliciter explicat significationem hujus vocis in Deo: *Ambulare dicitur Deus*, inquit, *non de loco ad locum transiendo, quod impium est ita credere, sed deambulatio ejus est in cordibus sanctorum delectari, sicut scriptum est: Et inhabitarib[us] in eis, et in ambulab[us], et ero illorum Deus.* Vel certe ambulare Dei est in sanctis prædictoribus suis de loco in locum transire. Hic Aug. Hujus posterioris conceptionis Isidorus meminit supra, cap. 2, sententia 5: *Dum localis, inquit, non sit Deus, localiter tamen in suis ambulat sanctis, dum de loco ad locum prædicatur ab eis.* Alter vero deambulare Dei interpretatur ab Augustino, sermone 3 de Verbis Apostoli, super illud: *Spiritu ambulat, et desideria carnis ne perficitur.* *Deambulat*, inquit, *in nobis præsentia maiestatis, si latitudinem invenerit charitatem.* LOAISA.

5. Locus est apud Hieronymum, ibidem, cap. 51: *Juravit Dominus exercituum per animam suam.* Jurare Dei, Augustino auctore, promissionis est firmamentum. Sic super illud psalm. cix: *Juravit Dominus, et sermone 17, de Adventu Domini in carne, et lib. de Civit. Dei xvi, cap. 32.* LOAISA.

*Ibid.* Vermis dicitur psalm. xxi. *Ego sum vermis, et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis.* Et Osee v: *Ego quasi linea Ephraim, et quasi putredo domini Jacob.* Et Job 23: *Homo putredo, et filius hominis vermis.* Exponuntur haec ab Augustino, super Iann., tom. II. Vermis significatur abjectus, et contemptus, et sine specie, et decoro, ls. xxxiii, et psalm.

A ideo per figuram Christus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiae ejus.

7. Falluntur quidam stultorum, dum legunt, ad imaginem Dei factum esse hominem (*Gen. ii*), arbitantes Deum esse corporeum, dum non caro, **125** quod est corpus, sed anima, quod est spiritus, Dei imaginem habeat. Non ergo esse corporis formam in Deo credamus, qui hominem ad imaginem suam fecit, quia mentem, non carnem, ad similitudinem suam creavit. Cogita igitur quale corpus habeat veritas, et dum non inveneris, hoc est Deus.

8. Facies Dei in Scripturis sacris, non caro, sed divina cognitio intelligitur, ea quidem ratione, qua per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione Deo dicitur: *Ostende nobis faciem tuam, ac si dicatur: Da nobis cognitionem tuam.*

9. Os Dei Unigenitus ejus est. Nam sicut pro verbis, quae per linguam sunt, saepe dicimus illa et illa lingua, ita pro Dei verbo os ponitur, quia mos est ut verba ore formentur. Et si volueris genero locutionis illo demonstrare, quo is qui efficit per id quod efficit nominatur, bene os pro verbo ponis, sicut linguam pro verbis, sicut manum pro litteris.

cviii. *Et non homo*, id est, non vir fortis et robustus, quam emphasis Chaldaeus paraphrastes expressit: *Ego autem sum vermis, et debilis, et non fortis, portans vituperationes hominum.* Greg., lib. xxx Moralium, cap. 29, sic inquit, exponens illud Job xxxix: *Quis dimisit onagrum liberum? Nec indignum quis judicet, per tale animal Dominum posse figurari, dum constat omnibus quia per significationem quandam in Scriptura sacra, at vermis, et scarabeus ponuntur. Sicut scriptum est: Ego autem sum vermis, et non homo.* Et sicut apud Septuaginta Interpretes dicitur: *Scarabeus de ligno clamabit.* Haec Gregorius. Est autem locus, quem innuit apud Habacuc. ii: *Lapis de pariete clamabit.* Pro quo Septuaginta posuerunt: καὶ Κάνθαρος ἐξ ἄλιον φῆγεται ταῦτα. Id est: *Scarabeus de ligno loquetur ea.* Synnachus aliter: *Junctura ædificii lignea loquetur ea.* Vide divum Hieronymum. LOAISA.

C 6. De divinis nominibus prolixa et varia est disputatio. Nam alia essentialiter dicuntur de Deo, ut sunt affirmativa, quae perfectionem significant; alia de Deo Patre, alia de Spiritu sancto per appropriationem; alia similitudine sumpta ex passionibus et perturbationibus creaturarum; alia vero per figuram qualia sunt agnus, leo, vermis. De his omnibus Dionysius Areopagita primus occulite et laconice disseruit, postea Hieronymus et Eucherius, ultimo divus Thomas via et ratione animum informavit. Neoterici aliqui non indecne in eodem arguento versantur, quoniam dum a Thoma recedunt, nec sibi, nec aliis sunt adjumenta. LOAISA.

*Ibid.* Loaisa in nota fortasse Ludovicum Legionensem innuere voluit, cuius liber de civinis Nominibus passim magnis laudibus extollitur, sed ita ut quædam in eo reprehendantur. AREV.

D 7. Pessima distinctione locus erat corruptus in aliquibus Excusis. Frequens autem est in divinis litteris mortem, et sapientiam serpentem appellari. August., lib. iii de Trinitate, cap. 10: *Per serpentem enim intelligitur more, quæ facta est a serpente in paradise, modo locutionis per efficientem id quod efficit demonstrante.* LOAISA.

*Ibid.* In propheta. Ex Greg., xxxii, Moral., cap. 6. LOAISA.

*Ibid.* Substantia ejus. Nonnulli addunt quem rerum juxta propriam substantiam invisibiliter esse et

10. Vestigia Dei sunt, quibus nunc Deus per spectrum agnoscitur. Ad perfectam vero omnipotens reperitur, dum in futuro facie ad faciem quibusque electis praesentabitur, ut ipsam speciem contemplatur, cuius nunc vestigia comprehendere conantur; et hoc est quod per speculum videri Deus dicitur (*I Cor. xiii. 12*). Sic et cetera.

### 126 CAPUT VI.

*Quod Deo nulla temporum successio ascribatur.*

1. Omnia tempora praecedit divina aeternitas, nec in Deo praeteritum, praesens, futurumve aliquod creditur, sed omnia praesentia in eo dieuntur, quia aeternitate sua cuncta complectitur. Alioquin mutabilis est Deus credendus, si ei successiones temporum ascribuntur. Si semper aliqua essent cum Deo tempora, non esset tempus, sed aeternitas; nec mutantur tempora, sed starent.

2. Praesens, praeteritum et futurum nostrum cat habere, non Dei. Verbi causa, dicimus pro praesenti, *teneo Codicem*; pro praeterito, *tenui*; pro futuro, *tenebo*. Universitatem vero Deus tenet; et pro *tenuit*, et *tenebit*, *tinet* dicitur.

3. Sed nec ipsis angelis decessio accessiove est temporum. Nam duas esse in creaturis res, quibus vicissitudo temporum non valet, angelis scilicet, propter quod incommutabili inharentur Creatori; sive materiae illi informi, priusquam ex ea omnia ista quae temporaliter jam volvuntur formarentur, nec ipsi utique valebat tempus. Tempus igitur non ad

incorporeum constat, quod jam praecessit. Hanc pessimam distinctionem Loaisa appellat. Codex vetustior Bibliotheca Sancti - Marchi Florentiae plura interserit, videlicet, *substantia ejus*. Non secundum scientiam, sed secundum similitudinem species ducuntur ad *D. eum*, neque pro substantia proprietate, sed pro efficiencia causarum; unde et apparetur hominibus non legitur, nisi per assumptionem creaturarum species. Falluntur, etc. AREV.

7. Ex auctore Speculi, cap. 13. Falluntur, inquit, *Anthropomorphitarum heresis sectatores*, qui dum legunt *hominem ad imaginem*, etc. Idem Greg., lib. Moral. xxxii, cap. 6. Cassianus, de Origine hujus heresis disserit collat. 10; Nicheph. lib. xi, cap. 14, et Cyrilus ad episcopum Calosirtum. LOAISA.

8. Locus est apud Hieronymum et Euch. de Formul., et Gregor., lib. Moral. xxiv, cap. 3; et adducti illud Gen. xxxii: *Et postquam Jacob cum angelo locutus est, ait: Vidi Dominum facies ad faciem; ac si dicat: Cognovi Dominum, quis me cognoscere ipse dignatus est.* LOAISA.

*Ibid.* In oratione. Ut nunc in orationibus Ecclesiasticis preponuntur hi versus: *Ostende nobis faciem tuam. Et salutare tuum da nobis*, ex psalm. lxxix. Et August., vel Eucherius, lib. de Essentia Divinitatis: *Ostende nobis, Domine faciem tuam, et salvi erimus*, hoc est, inquit, da nobis cognitionem tuam. LOAISA.

9. *Os Dei*, ex Euch. et Greg., xxvi Mor., cap. 10. LOAISA.

*Ibid.* *Quo is qui.* Hujus figura usum agnoscit Augustinus, lib. iii de Trinitate, cap. 10, explicans locum illum Joannis iii: *Sicut exaltavit Moyses serpentinum in deserto*, etc. *Sic*, inquit, per serpentinum intelligitur mors, quae facta est in paradiso, modo locutionis per efficientem, id quod efficitur, demonstrante. Et rursus, eodem lib., cap. 11, sic exponit locum illum Genes. xxii: *Nunc cognovi quia timeas Deum.* LOAISA.

*Ibid.* Al., ita et pro verbo *os Dei* ponitur. AREV.

10. Interpretatur locum Pauli I ad Corinth. xiii:

A eas creatureas, quae supra celos sunt, sed ad eas quae sub celo sunt pertinere (cognoscitur). Non enim angelis accedunt tempora, vel sucedunt, sed nobis, qui sub celo versamus in hoc ultimo mundo.

### 127 CAPUT VII.

*De temporibus.*

1. Nulla ante principium mundi fuisse tempora manifestum est, quia, dum sit ipsum tempus creatura, in principio tamen mundi factum esse credendum est. Ideo ergo principium dicitur, quod ex ipso coepit rerum universarum exordium.

2. Nullum spatium corporaliter habent tempora, quia ante abscedunt pene quam veniant. Ideoque in rebus nullus status est temporum, quia colori creaturæ motu mutantur. Nec contum acutum tempus est; nec unus annus unum tempus est; nec unus mensis unum tempus est; nec dies, nec hora, quia, dum haec omnia particulis accedunt suis, et decedunt, quomodo unum dicendum est quod non simul est?

3. Utrum sit praeteritum, futurumve tempus, sicvis praesens; et si est, scire oportet ubi est; sed adverbe quod cuncta, et futura et praeterita et praesentia, in animo sunt potius requirenda.

4. Tria ista, praeterita, praesentia et futura in animo tantum inveniri constat, praeterita reminiscendo, praesentia contuendo, futura expectando. Speramus igitur advenientia, intuemur praesentia, recollimus transeuntia. Haec non ita sibi Deo sunt, cui simul omnia adiunt.

C Videmus nunc per speculum in enigmate, ut Augustinus, ultimo de Trinitate, cap. 8 et 9. Gregorius vestigia Dei, quibus ad speciem supernam tendimus, multipliciter interpretatur, lib. Moral. x, cap. 6. LOAISA. CAP. vi. N. 1. Ex August., in Dialog. ad Oros., et Gregor., lib. xx Moral., cap. 23. LOAISA.

Ibid. Si semper Aug., lib. de Civ. Dei xi, cap. 6. LOAISA.

Ibid. Haec sententia apud Taionem existat lib. i, cap. 8. Petavius, t. I, lib. iii, cap. 4, cum Isidoro nostro plures alios Graecos, Latinosque Patres de hoc argumento agentes describit. AREV.

3. Ex Augustino, lib. xii Confess., cap. 12. Duo reperio, inquit, quae fecisti, etc. ubi interpretatur locum Genes. i: *In principio creavit Deus celum et terram.* Et per celum intelligit naturam intellectivam; per terram, primam materiam informem. Terra enim erat inanis et vacua. Est quippe materia prima, auctore Aristotele, i Physicorum, ab omni expoliata et denudata forma ac specie. LOAISA.

*Ibid.* Al. Sed nec ipsorum angelorum discessio. AREV.

CAP. vii. N. 1. Ex August., lib. i super Genes. ad litt., cap. 5. Genesis primo dicitur: *In principio creavit Deus celum et terram.* Ex multis hujus loci interpretationibus, quia a Basilio, Hilario, Hieronymo et Ambroso traduntur, illam amplectuntur, ut in principio significet in exordio temporis formatum celum et terram fuisse. LOAISA.

2. Ex Augustino, lib. xi Confess., cap. 12, et sequentibus, ubi dissolvit hanc questionem, quod praeteritum, et futurum, et praesens, non est spatium in rebus, sed cognoscuntur in animo, qui spectat futurum, attendit praesens, praeteritorum meminit. Philosophi mire se torquent in intelligentia illius sententiae Aristotelis, iv Phys.: *Tempus non est sine anima.* Vide Gregor., lib. Moral. iv, cap. 2. LOAISA.

3. Ex August., lib. xi Confess., cap. 20. Sunt eniū haec in anima tria querenda. LOAISA.

4. Ex Augustino; in eodem loco. LOAISA.

## 128 CAPUT VIII.

*De mundo.*

1. Mundus ex rebus visibilibus, sed tamen investigabilibus constat. Homo autem ex rerum universitate compositus, alter in brevi quodam modo creatus est mundus.

2. Ratio mundi de uno consideranda est hominē. Nam sicut per dimensiones ætatum ad finem homo vergit, ita et mundus per hoc quod distenditur tempore, deficit, quia unde homo atque mundus crescere videtur, inde uterque minuitur.

3. Frustra dicitur per tanta retro tempora Deo vacanti novam pro mundo faciendo ortam suis cogitationem, quando in suo æterno maneret consilio hujus mundi constructio; nec tempus ante principium, sed æternitas. Tempus vero a substitutione creaturæ, non creatura cœpit a tempore.

4. Quidam aiunt: Quid faciebat Deus antequam cœlos ficeret? Cur nova voluntas in Deo ut mundum conderet orta est? Sed nova voluntas in Deo exorta non est, quia etsi in re mundus non erat, in æterna tamen ratione et consilio semper erat.

5. Dicunt quidam: Quid subito voluit Deus facere mundum, quem ante non facit? Voluntatem Dei immutari arbitrantes, qui aliquando voluit quod aliquando non voluit. Quibus respondendum est: Voluntas Dei Deus est, quia non ipse aliud est, aliud voluntas **129** ejus, sed hoc est illi velle quod ipse est et quod ipse est, utique æternum et incommutabile est. Hæc est ergo voluntas ejus.

6. Materies ex qua formatus est mundus (*Gen. I*), origine, non tempore, res a se factas præcessit, ut sonus cantum. Prior enim est sonus canto, quia suavitatis cantilenæ ad sonum vocis, non sonus pertinet ad suavitatem; ac per hoc nimirumque simul sunt, sed

**CAP. VIII. N. 4.** *Totius de hoc argumento, cap. 16 libri I, ubi quoddam ex Isidoro sumit. AREV.*

2. Unde a Paulo appellatur creatura mundi, ad Rom. I: *Invisibilia Dei a creatura mundi, eo quod sua natura complectatur omnia.* Quamvis hunc locum aliter interpretatur Hieronymus, et Theophil.: *a creatura mundi, inquit, id est, a creatione et constitutione,* id enim etiam significat vox Græca *xrioi*: sed prima expositione faverit illud: *Quod continet omnia, sciemtiam habet vocis;* et Gregorius, lib. Moral. VI, cap. 7, dum de homine interpretatur Marci locum cap. 6: *Predicate Evangelium omni creaturæ, id est, homini, qui commune aliquid habet cum omnibus creaturis; eae, augeri, sentiendo vivere, et intellegere.* LOAISA.

3. Augustin., de Civit. Dei lib. XI, cap. 6, et lib. V super Genes., cap. 5. LOAISA.

4. Augustin., lib. III contra Maxim., cap. 2. LOAISA.

5. Augustin., lib. de Genes. contra Manich., cap. 2. LOAISA.

6. August., lib. XII Confess. cap. 22, et lib. I. LOAISA.

7. *Nondum ea. Al., Nondum ex ea.* AREV.

9. Ex Augustino, lib. XI de Civit. Dei, cap. 9, et August., lib. de Genes. ad lit., cap. 3. LOAISA.

11. Ex August. lib. III Confess. cap. 9. LOAISA.

15. Querit beatus Athanasius in Question. ad Antiochum principem, quæstione prima, unde facit sum angelii. Creatos vero angelos ante mundi constitutionem censuere multū ex antiquis Patribus, Dionysius Areopagita, lib. de Coelesti Hierarchia,

A ille ad quem pertinet cantus prior est, id est, sonus.

7. Materia ex qua cœlum terraque formata est, ideo informis vocata est, quia nondum ea formata erant quæ formari restabant, verum ipsa materia ex nihilo facta erat.

8. Aliud est aliquid fieri posse, aliud fieri necesse esse. Fieri necesse est, quod Deus naturis inservit; fieri autem posse est, quod extra cursum inditum naturarum Creator, ut faceret, quando voluit, reservavit.

9. Non ex hoc substantiam babere credenda sunt tenebræ, quia dicit Dominus per prophetam: *Ego Dominus formans lucem, et creans tenebras* (*Isa. XLV. 6, 7*); sed quia angelica natura, quæ non est prævaricata, lux dicitur; illa autem quæ prævaricata est tenebrarum nomine nuncupatur. Unde et in principio lux a tenebris dividitur. Sed quia et hos et illos Deus creavit, inde dicitur: *Formans lucem et creans tenebras.* Veruntamen bonos angelos non tantum creans, sed etiam formans; malos vero tantum creans, non formans. Hoc et de hominibus bonis malisque accipientium est.

10. Post annumeratam cœli terraque creaturam, ideo nominatur in Genesi Spiritus sanctus, ut quia superferri eum dici oportebat, ante illa nominarentur quorum creator Spiritus sanctus superferri dicetur. Quod et Apostolus indicat (*Ephes. III*), dum supereminentem viam charitatis demonstrat.

11. Ideo superferri aquis sanctus dicitur Spiritus, quia donum est Dei in quo subsistentes requiescimus, C atque protegendo nos superferunt nobis.

12. Unaquæque natura suo pondere nisit. Ignis autem et **130** oleum merito superiora semper appetunt, quia per ipsum figuram superferri universæ creaturæ Spiritus sanctus probatur.

13. Dies prior factus angelii sunt, quorum procap. 10, et divus Maximus in prima Centuria theolog., et Constitut. apostolorum; Clemens, lib. VIII, et Gregor. Nazianz., in sermone de Natali Christi, et in secundo de Pascha; et Damascenus, lib. II orthodoxa. Fidei; et Epiphanius, adversus haereses, disputans contra haeresim Pauli Samosatensis, et in synodica epistola Sophronii patriarcha Jerosolymitanus missa ad Honorium principem. Quæ epistola recitata fuit in sexta synode, actione undecima, Versat questionem hanc Augustinus, lib. I super Genesim ad literam, cap. 2, et concludit rem esse secretissimam, et humanis conjecturis impenetrabilem. Atque hi omnes in eo consentiunt, quod affirmant angelos creatos ante mundi formationem. LOAISA.

*Ibid.* *Creaturarum apud Luc., pro creaturæ.* LOAISA.

*Ibid.* *Vesperascebant.* Hæc ex Augustino. Nam, ut Ancor est divus Thomas, in p. I, q. 58, art. 6, hoc quod dicitur de cognitione matutina et vespertina angelorum, introductum est ab Augustino, lib. IV super Genesim, cap. 22, et lib. V, cap. 4, et lib. XI de Civitate Dei, cap. 9. Quia de re subtiliter et docilissime disseruit Joannes Picus Mirandula in Heptaplo. Divus Thomas sic explicat sententiam Augustini, ut hic Isidorus: *Sicut in die consuetudo (inquit) manus est principium diei, vespere autem terminus; ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitione matutina. Et hæc est secundum quod res sunt in verbo. Cognitione autem ipsius esse rei creatæ, secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitione vespertina.* LOAISA.

pter unitatem insinuandam non dies primus, sed dies dictus est unus; et idcirco ipse repetitur semper in execuzione creaturæ. Qui dies, hoc est, natura angelorum, quando creaturam ipsam contemplabantur, quodammodo vesperascebant; non autem permanendo in ejus creaturæ contiuu, sed laudem ejus ad Deum referens, eamque melius in divina ratione conspiciens, continuo mane siebat. Si vero permaneret, neglectio Creatore, in creaturæ aspectu iam non vespera, sed nox utique fieret.

14. Dum se creatura melius in Deo quam in se ipsa noverit, ipsa sui cognitio, quæ major in Deo est, dies et lux dicitur. Cognitio vero sua in seipsa, ad compensationem cognitionis illius, quæ est in Deo, quia longe inferior est, vespera nominatur. Ideoque post vesperam mane siebat (*Gen. i*). Quia dum suam in se cognitionem sibi satisfacere non agnosceret, ut se plenius nosse potuisset, ad Deum esse referebat creatura, in quo dies se agnoscendo melius fieret.

**131** 15. Non sic quemadmodum nos transitorie dicimus, fiat aliquid, sic Deus dixit *Fiat cœlum* in principio. Illud enim semperne in verbo unico dictum est. Si transitorie dictum est a Deo *Fiat*, erat utique creatura aliqua, unde jam talis fieret vox. Sed quia antequam diceret *Fiat*, nulla exstitit creatura, ipsum *Fiat* quod dictum est, in æternitate Verbi, non in vocis sono, enuntiatum est.

16. Non septies a Deo visa, septiesque laudata est creatura, quæ antequam fieret perfecte ab illo est visa; sed dum nos singula videntes laudamus, fit tanquam ipse videat, laudetque per nos, sicut est illud: *Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (*Matth. x., 20*). Proinde sicut ipse et per nos loquitur, ita videt et laudat per nos; sed per se perenniter ac semperne videt, per nos vero temporaliter.

17. Attende universaliter creaturam in principio valde bonam vocari, singulariter vero tantum bonam, quia et membra corporis, cum sint singula bona, majus tamen bonum faciunt, dum singula omnia valde bonum corpus efficiunt.

18. Decor elementorum omnium in pulchro et apto consistit; sed pulchrum ei quod se ipsum est pulchrum, ut homo ex anima et membris omnibus constans. Aptum vero est, ut vestimentum et virtus. Ideoque hominem dici pulchrum ad se, quia non vestimento et virtui est homo necessarius, sed ista

14. August., lib xi de Civit. Dei, cap. 9, et lib. iv super Gen. ad lit. LOAISA.

15. Legebatur antea *Nam sic, verum male, consentientibus omnibus vet.* Cod. et sequenti sententia, et Augustino, lib. i super Genes. ad litteram, cap. 2, et cap. 9, ubi de hac re accurate agit. LOAISA.

*Ibid.* Transitorie. Pro quo divus Augustinus dicit utrum temporaliter, an in verbi æternitate, lib. i super Genesim ad litteram, cap. 2 et 9. LOAISA.

18. Pulchrum ei, quod. Al., pulchrum est, quod. AREV.

CAP. IX. N. 4. In Codice Goth. secunda sententia est: *Creditur ab hereticis mentem a Deo, vitia a diabolo fuisse creata;* unde ab ipsis duas naturæ, bona

A homini; ideo autem illa apta, quia non sibi, sicut homo, pulchra, aut ad se, sed ad aliud, id est, ad hominem accommodata, non sibimet necessaria. Hoc et de cæteris elementorum naturis dicendum est.

19. Cuncta quæ sunt, et facta sunt, mira valde sunt, sed consuetudine viluerunt. Ideoque sic divina scrutare opera, ut semper ea cogites immensa.

### 132 CAPUT IX.

*Unde malum.*

1. Malum a diabolo non est creatum, sed inventum; et ideo nihil est malum, quia sine Deo factum est nihil, Deus autem malum non fecit. Non quia alicubi aut aliquando erat malum, unde fieret diabolus malus, sed quia vitio suo, dum esset angelus bonus, superbiendo effectus est malus; et ideo recte dicitur ab eo inventum malum.

2. Nullam esse naturam mali constat, quia natura omnis aut incommutabilis ut Deus est, aut commutabilis ut creatura est. Malum vero ideo natura nulla est, quia accedendo in bonam naturam efficit eam vitiosam, quod cum discedit, natura manet, et malum quod inerat nusquam est. Ex eo quod vitium nocet naturæ, agnoscurit vitium naturæ non esse, quia nihil quod naturale est nocet.

3. Dum natura bona damnatur propter voluntatem malam, ipsa voluntas mala testis est naturæ bonæ, quæ in tantum testatur eam esse bonam, ut illam Deus pro malo non relinquat inultam.

4. Creditur ab hereticis mentem a Deo, vitia a diabolo fuisse creata. Unde et ab ipsis duas naturæ bona et mala putantur. Sed vitium natura non est; et dum vere a diabolo sit, non tamen creatum est.

5. Quam ob causam permiserit Deus mali oboriri statum, nisi ut ex contrariis malis bonæ naturæ decor emineret? Modus iste etiam in verbis esse comparatur. Qui modus antitheton Graece dicitur, quod Latine oppositum, vel contrapositum nominatur **133**, et fit pulchra locutio, quando mox contraria positis proferuntur. Ita et in rebus permistum est malum, ut naturæ bonum ad comparisonem excelleret mali.

6. Fecit Deus omnia valde bona. Nihil ergo natura malum, quando et ipsa quæ in creaturis videntur esse penalia, si bene utantur, et bona, et prospera sunt, si male utantur, nocent. Ita ergo perpendenda est creatura ex nostro usu non bona, nam ex sua natura valde bona.

7. Si radas supercilium hominis, parvam rem et mala putantur. Sed vitium natura non est, et dum vere a diabolo sit, non tamen creatum est, non quia alicubi, aut aliquando. Verum hæc sententia est quarta infra. Augustinus, tract. 2 expositionis in Joannem interpretatur illud: *Sine ipso factum est nihil*, de peccato, et malo, quod nihil est. Et lib. de Natura boni. LOAISA.

*Ibid.* Taio, undenam sit malum. Inquirit cap. 15. lib. 1, ex Isidoro proficiens. Theologi in eadem questione versantur cum sancto Thoma, part. 1, q. 49. AREV.

2. Ex Augustino, in Enchir. ad Laur., cap. 12, et lib. de Natura boni. LOAISA.

demos, sed totius corporis ingeris fooditatem; ita et A in universitate creaturæ est: si extremum vermiculum natura malum dixeris, universæ creaturæ injuriæ facis.

8. Cuncta mala per peccatum primi hominis pro pena sunt translata in universum genus humanum. Proinde quæcunque videntur mala, partim nobis sœviunt origine, partim culpa.

9. Mala dicunt multa in creaturis perversi, ut ignem, quia urit; ut ferrum, quia occidit; ut feram, quia mordet, sed commoda ipsorum non intendens homo, accusat in illis quod sibi debet potius imputare; cuius pro peccato ista effecta sunt noxia, quæ illi omni ex parte fuerunt ante peccatum subjecta. Nostro vitio, non sua natura, nobis mala sunt ea quæ nobis nocent. Nam lux, dum sit bona, infirmis oculis B nexia est, et tunc oculorum vitium, non lucis est; sic et cætera.

10. Cum creaturarum stimulis et elementorum adversitatibus homo verberatur, peccati hoc exigere penam, ut Deo superbiens homo ea quæ infra ipsum sunt patiatur adversa. Unde et in Sapientia legitur pro Deo: *Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos*. Merito ergo peccatorum hoc actum est, ut naturaliter prospera mutentur homini in adversa. Unde et Salomon: *Creatura exardescit in tormentum, adversus injustos, et lenior est ad benefaciendum his qui in Deo confidunt*.

**134** 11. Non erit caro subjecta animæ, nec vitium rationi, si animus non est subditus Conditori. Tunc autem recte subjiciuntur nobis omnia quæ sub nobis sunt, si nos subjicimus ei a quo nobis illa subjecta sunt. Nam et quæ videntur esse subjecta ei qui Deo subjectus hon est, ille potius subjicitur eis, qui suam voluntatem subjugat amori eorum quæ sibi subjecta existimat.

6. Si bene utantur. Scilicet creaturæ, vel potius passivo more Isidorus uer adhibet. AREV.

10. Creaturæ. Locus est Sapientia xvi: *Creatura (inquit) tibi factori deseruens exardescit in tormentum adversus injustos, etc.* Pro exardescit autem in aliquibus mss. est excandescit. LOAISA.

Ibid. Exigere pñnam. Al. extigit pñna. Vetus Editio exigente pñna. I'ro pugnabit cum eo, meus Cod. ms. pugnabit pro eo. Deinde pro lenior alii levior. AREV.

CAP. X. — N. 1. Nomen. Ex Greg., hom. 34 in Evang. LOAISA.

Ibid. De angelis agit Taio, cap. 12, 13, 14, lib. 1. In Isidorianis, cap. 72, n. 20 et seqq., observavi totum hoc caput in nonnullis MSS. exhiberi sub titulo sermonis sancti Isidori, nonnullis ex sancto Gregorio Magno additis. Monitum quod Constantinus Cajetanus ad hunc sermonem præmisit, loc. cit. repræsentavi. AREV.

2. Mutabilis. Gregor., lib. v Moral., cap. 29, et lib. xv, cap. 4, et Fulg., de Fid. ad Pet., cap. 23. L.

Ibid. Charitas. In aliquibus mss. Cod. est claritas semipicta; verum legendum, ut in Editiis, charitas; sic enim habet Gregor., lib. Moral. v, cap. 29. Unde sententia hæc desumpta est: *Quia ergo ipsa quoque natura angelica est in semetipsa mutabilis, quam videlicet mutabilitatem vicit per hoc quod ei qui semper idem est vinculis amoris alligatur, etc.* LOAISA.

Ibid. Apostata. Gregorius, lib. Moral. iv, cap. 13, de apostata angelo interpretatur illud Apoc. xx: *Vidi Angelum descendenter de cælo, et habentem clavem*

PATROL. LXXXIII.

## CAPUT X.

### De angelis.

1. Angelorum nomen officii est, non naturæ; nam secundum naturam spiritus nuncupantur. Quando enim de cœlis ad annuntiandum hominibus mittuntur, ex ipsa annuntiatione angeli nominantur; natura enim spiritus sunt. Tunc autem angeli vocantur quando mittuntur.

2. Natura angelorum mutabilis est, quia inest illi: mutabilitas in natura; sed facit eos incorruptos charitas semipicta. Gratia dicimus, non natura esse incommutabiles angelos. Nam si natura incommutabiles essent, diabolus non utique cecidisset. Mutabilitatem itaque naturæ suffragatur in illis contemplatio Creatoris; inde et privatus est **135** apostata angelus, dum fortitudinem suam, non a Deo sed a se voluit custodiri.

3. Ante omnem creaturam angeli facti sunt, dum dictum est *Fiat lux*; de ipsis enim dicit Scriptura: *Prior omnium creata est sapientia*. Lux enim dicuntur participando luci æternæ. Sapientia enim dicuntur ingenitæ inhærendo Sapientie. Et dum sunt mutabiles natura, non tamen sinit eos contemplatio mutari divina.

4. Ante omnem creationem mundi creati sunt angelii, et ante omnem creationem angelorum diabolus conditus est, sicut scriptum est: *Ipse est principium viarum Dei*. Unde et ad comparationem angelorum archangelus appellatus est. Prius enim creatus exstitit ordinis prælatione, non temporis quantitate.

5. Primatum habuisse inter angelos diabolum, ex qua fiducia cecidit, ita ut sine reparatione laberetur. Cujus prælationis excellentiam propheta his verbis annuntiat: « Cedri non fuerunt altiores illo, in para-

abyssi, et catenam magnam in manu sua, et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanás, et ligavit eum per annos milles, et misit eum in abyssum. Et illud quod est infra: *Cum completi fuerint milles anni, solvetur Satanás; ubi sic inquit: Ille enim apostata angelus, qui ita conditus fuerat, ut angelorum ceteris legionibus emineret, ita superbendo succubuit, ut tunc stantium angelorum ditioni substratus sit. Quatenus, vel nunc ad utilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram, eis relaxantibus, totis se suis contra nos viribus solitus exercat.* LOAISA.

D 4. Ante omnem. Gregor., lib. Moral. xxxii, cap. 18. LOAISA.

Ibid. Isæus, in not. ad Lactantium, lib. ii de Institutio, cap. 9, agit de tempore creationis angelorum, quam multis ante hunc mundum saeculis perfectam Isidorum hoc loco docere ait cum multis aliis; ac notat nonnullos ex schola sancti Thomæ male asseruisse hunc errorem esse in fide. Certe antiquissimi quique Patres, presertim Græci, ante cœlum corporaque omnia angelos conditos iuuisse docent. Verum Isidori mentem ambiguam videri Petavius asserit lib. i de Angelis, cap. 15, num. 5. Isidorus, ut ego arbitror, sententiam Gregorii Magni tenet, lib. xxviii Moral., cap. 14, qui angelos inutinata astra vocari ait, quia primi in tempore conditi creduntur, neque tamen prima die una cum luce, sed ante hanc productos indicat. AREV.

5. Ex qua fiducia cecidit. Forte, ex quo fiducia

diso Dei , abietes non adæquaverunt summitem illius : Omne lignum paradisi non est assimilatum illi ; quoniam speciosiorem fecit eum Deus.

6. Distat conditio angeli a conditione hominis ; homo enim ad Dei similitudinem conditus est, archangelus vero qui lapsus est signaculum Dei similitudinis appellatus est, testante Domino per Ezechiem : *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decor, in deliciis paradisi Dei fuisti.* Quanto enim subtilior est 136 ejus natura, tanto plenius exstitit ad similitudinem divinæ veritatis expressa.

7. Prius de cœlo cecidisse diabolum (creditur) quam homo conderetur. Nam mox ut factus est, in superbiam erupit, et præcipitatus est de cœlo. Nam juxta veritatis testimoniū ab initio mendax fuit, et in veritate non stetit, quia statim ut factus est, cecidit. Fuit quidem in veritate conditus, sed non stando confessum a veritate est lapsus.

8. Uno superbis lapsu, dum Deo per tumorem se conferunt, et homo cecidit, et diabolus; sed homo reversus ad penitentiam Deo se inferiorem esse cognoscit. Diabolus vero non solum hoc contentus, quod se Deo æqualem existimans cecidit, insuper etiam superiorem Deo se dicit, secundum Apostoli dictum, qui ait de antichristo : *Qui aduersatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.*

9. Diabolus ideo jam non petet veniam, quia non compungitur ad penitentiam; membra vero ejus per hypocrisim deprecantur, quod tamen pro mala conscientia ad ipsi non merentur.

10. Discat humana miseria quod ea causa citius provocetur Deus prestare veniam, dum infirmo compatitur homini, quia ipse traxit ex parte inferiori peccandi infirmitatem, hoc est, ex carne, qua inclusa anima detinetur.

11. Apostates angelii ideo veniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate gravati sunt, ut peccarent; homines autem post peccatum idcirco revertantur ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis : ideoque pro infirma carnis conditione reditus patet homini ad salutem, sicut et Psalmus dicit : *Ipse scit flagitium nostrum. Memento, Domine, quod terra sumus.* Et iterum : *Memorare, inquit, quæ mea substantia.*

12. Postquam apostatae angeli ceciderunt, cæteri perseverantia æternæ beatitudinis solidati sunt. Unde et post cœli creationem in principio repetitur *Fiat*

*cedidit.* Nonnulli inserunt, inter angelos diabolum constat excellentia prælationis, ex qua fiducia, etc. Quali superbis genere, aut qua cogitatione diabolus tumuerit, inquirunt theologi. Vide comment. ad Prudentium, Hamartig., vers. 169 :

*Inflatur, dum grande tumens, sese altius effert,  
Orientaque suo licito jactantius ignes.*

AREV.

6. *Distat.* Ex Gregor., ibid. LOAISA.

*Ibid. Veritatis.* In Editis erat virtutis, verum posti veritatis, consentientibus omni. mss. C. Et quamvis locus sit deducitus ex Gregor., hanc vocem Isidoras ad-

A firmamentum, et vocatum est firmamentum cœlum. Nimirum ostendens quod post angelorum ruinam 137 bi qui permanserunt firmitatem meruerunt æterna perseverantie et beatitudinis quam antea minus acceperant. Unde oportet agnosciri quod malorum iniqüitas sanctorum servat utilitati, quia unde male corruunt, inde boni proficiunt.

13. Bonorum angelorum numerus, qui post ruinam angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum hominum supplebitur, qui numerus soli Deus est cognitus.

14. Inter angelos distantia postestatum est, et pro graduum dignitate ministeria eisdem sunt distributa; aliisque alii præferuntur, tam culmine potestatis quam scientia virtutis; subministrant igitur alii aliorum præceptis, atque obediunt iussis. Unde et ad prophetam Zachariam Angelus angelum mittit, et quæcumque annuntiare debeat præcipit.

15. Novem esse distinctiones vel ordines angelorum sacræ Scripturæ testantur, id est : angelos, archangeli, thronos, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim et seraphim. Horum ordinum numeruti etiam Ezechielem propheta describit, sub totidem nominibus lapidum, cum de primatu apostatae angeli loqueretur. Omnis, inquit, lapis pretiosus operimentum tuum : sardius, topazius, et jaspis, chrysolithus, et onyx, berylius, sapphirus, et carbunculus, et amaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt angelorum, quos apostata angelus ante lapsum, quasi in vestimento ornamenti sui, affixos habuit, ad quorum comparationem, dum se clariorum cunctis aspexit, confessim intumuit, et cor suum ad superbiam elevarit.

16. Angeli semper in Deo gaudent, non in se. Malus vero ideo est diabolus, quia non quæ Dei, sed quæ sua sunt requisivit. Nulla autem major iniqüitas quam non in Deo, sed in se velle quæpiam gloriari.

17. Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia, antequam in re sunt; et quæ apud homines adhuc futura sunt, angeli jam, revelante Deo, noverunt. Prævaricatores angeli, etiam sanctitate amissa, non tamen amiserunt vivacem creaturæ angelicæ sensum. Tríplici enim modo præscientiae acumine vigent, id est, subtilitate naturæ, 138 experientia temporum, revelatione superiorum potestatum.

18. Quoties Deus quocunque flagello huic mundi irascitur, ad ministerium vindictæ apostatae angeli militantur: qui tamen divina potestate coercentur, ne

dit sententia Gregor.; sic enim est apud eum, lib. xxxii Moral., cap. 18 : *Et quo subtilior est ejus natura, eo in illo similitudo Dei plenius creditur expressa.* L.

7. *Prius de cœlo.* August., xi de Gen. ad litteram. L.

10. *Discat.* Ex Gregor., lib. Moral. xxii, cap. 3. L.

11. *Memento.* Locus est psalm. cii. In Vulgata habetur : *Recordatus est quoniam pulvis sumus.* L.

15. *Nomen.* Ex Gregor., homil. 34 in Evang., et lib. xxxii Moral., cap. 18. LOAISA.

*Ibid.* De ordinibus angelorum Vezzosids plurim hotaverat ad cap. 58 Enchiridil Augustiniani, part II, pag. 443 et seqq. AREV.

17. *Angeli.* Augustin. idem, lib. xii de Civit., c. 1. L.

tantum noceant quantum cupiunt. Boni tamen angelii A ad ministerium salutis humanæ deputati sunt, ut cūras administrant mundi, et regant omnia iusso Dei, testante Apóstolo: *Nonne omnes, inquit, sunt administratōs spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem captiūt salutis?*

19. Angelii corpora in quibus hominibus appārent, de superno aere sumunt, solidamque speciem ex coelesti elemēto induunt, per quam humanis obtutibus manifestas dēmonstrantur.

20. Singulæ gentes praepositos angelos habere creduntur, quod ostendit testimonio angeli Danieli loquentis: *Ego (inquit) veni ut nuntiarem tibi, sed princeps regum Persarum restituīt mihi. Et post allā: Non est qui me adjuvet, nisi Michael princeps vester.*

21. Nec omnes homines angelos habere probantur, loquente Domino in Evāngelio: *Amen dico vobis quia angelii eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in celo. Unde et Petrus, in Actibus apostolorum; cithi putabat Januāri, dixerunt intus apostoli: Non est Petrus, sed angelus ejus est.*

22. Si Deum angelii contuentur et vident, cur Petrus apóstolus dixit: *In quem desiderant angelii Dei conspicere? Iterum, si eum non cohaerentur, nec vident, quomodo, juxta sententiam Daniellai, angelii eorum semper vident faciem Patris, qui in celo est?* Sed bene ultraquam est. Nam veraciter credimus quod Deum angelii et vident et videre desiderant, et habent et habere festinant, et amant et amare hincuntur.

23. Si enim sic videre desiderant, ut effectu desiderii illa perficiantur, desiderium hoc necessitatē habet, necessitas ista penalis est; 139 sed a beatis angelis unica pena longe est, quia nunquam simul pœna et beatitudine conveniuntur. Rursum si eos dicimus Dei visione saeculi, saetas fastidium habere solet, et scimus illos Dei visionem, quam et desiderant, fastidire non possē.

24. *Angeli. August., lib. xv de Civilit., cap. 23, et lib. de Mirab. sacræ Scripturæ, lib. iii; et Gregor., lib. xviii Morál., cap. 2; lib. xvii, cap. 8. LOAISA.*

25. *Angelos habere. August., serm. 68, ad fratres in etern. Matth. xviii. LOAISA.*

Ibid. Quod singulæ gentes, et omnes homines angelos tutelares habeant, ostendit Petavius, lib. ii de Angelis, cap. 8, hisdem Scripturæ locis quibus inuitatur Isidorus, ejusdemque Isidori et aliorum Patrum affectitate. AREV.

26. *Si Deum. Ex Gregor. tota sententia, lib. xviii Moral., cap. 28. LOAISA.*

27. *Sanctus Julianus Toletanus, lib. ii Antikenmon, interrog. 78, eodem modo hanc difficultatem solvit; sed ubi Isidorus habet necessitatem, necessitas, etc., Julianus anxietatem, anxietas, etc., semper repetit; quod fortasse melius est. AREV.*

28. *Ubicumque, etc. August., lib. ii de Trinit. L.*

29. *Arte Dom., etc Greg., lib. xxvii Mor., cap. 8. L.*

30. In sermone quem Isidori nomine editum a Cajetano dixi, post et angelis redditam haec adduntur ex sancto Gregorio deprompta, ut adverti in Isidorianis, cap. 72, n. 20. « Nonnunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, ut ipse quoque angelus mentis obtutibus præsentetur. Verbita namque per angelum loquitur Deus, cum nihil in imagine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur; sicut dicente Domino (Joan. x): Pater, clarifice Filium tuum, ut filius tuus clarifice

24. Quid ergo est nisi ut mīro modo simul utrumque credamus, quia et desiderant, et satiantur? Sed desiderant sine labore, et satiantur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderantes satiscantur. Et iterum, nō sit in satietate fastidium, satiscantur desiderant. Vident ergo angelii faciem Patris per satietatem; sed quia satietas ista fastidium nescit, angelii desiderant in eum prospicere semper.

25. Ubicunque in Scripturis sanctis, pro Deo angelus ponitur, non Pater, non Spiritus sanctus, sed pro incarnationis dispensatione solus Filius intelligitur.

26. Ante dominicas incarnationis adventum discordia inter angelos et homines fuit. Veniens autem Christus pacem in eis; et angelis, et hominibus fecit. Eo quippe nato, clamaverunt angeli: *In terra pax hominibus bona voluntatis.* Per incarnationem igitur Christi non eolum Dōb reconciliatus est homo, verum etiam pax inter homines et angelos reformata est.

27. Discordia igitur ante adventum Christi hominum et angelorum fuisse per id maximè agnoscat, quod salutari in Veteri Testamento ab hominibus angelii, despiciunt se salutari ab eis. Qued in Novo Testamento a Joanne factum non solum reverenter angelus suscipit, verum etiam nō faciat interdicit.

28. Ob hoc homo in Veteri Testamento despiciatur, nec resalutatur ab angelo, et quod homo adhuc nondum transisset in Deum.

29. Suscipitur autem homo a Deo; et reverenter salutatur ab angelo. 140 Nam et Mariam angelus Gabriel legitur salutasse, et Joanni angelum salutanti ab eodem angelo dicitur: *Vide ne faceris, conservans enim tuus sum, et fratum tuorum.* Per quod agnoscitur 141 per incarnationem dominicam pacem hominibus fuisse et angelis redditam.

C te; protinus respondet: *Clarificabi, et iterum clarificabo.* Neque enim Deus, qui sine tempore impulsione intimæ clamat, in tempore per suam substantialiam illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit. Sed nimur de coelestibus loquens, verba sua, quæ audiri ab hominibus voluit, rationali creatura administrante formavit. Aliquando rebus per angelos loquitur Deus, cum nihil verbo dicitur; sed ei quæ futuræ sunt, assumpta de elementis Imagine nuntiantur. Sicut Ezechiel nil verborum audiens (cap. i) electri speciem in medio ignis vidi, ut videlicet, dum solam speciem aspicet, quæ essent in novissimis ventura, sentiret. Velut ad Danielen angelus Gabriel loquitur, ipso dicente: *Factum est antem, cum viderem ego Daniel visionem, etc.* (Hic multa referuntur ad verbum ex Danielis cap. viii, x, xi.) Aliquando per angelos verbi simul et rebus loquitur Deus: cum quibusdam motibus insinuat hoc, quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia videre Deum potuit, sed increpationis verba per angelum audivit. Aliquando imaginibus cordis oculis ostensis per angelos loquitur Deus, sicut Jacob (Gen. xxviii) subnixam cœlo scalam dormiens vidi, et sicut Petrus huncum reptilibus et quadrapedibus plenum (Act. x) in extasi raptus aspexit; qui nisi incorporeis hæc oculis cetereret, in extasi non fasset; sicut Paulo in visione noctis vir Macedo apparuit (Act. xvi), qui transire eum

## CAPUT XI.

*De homine.*

1. Omnia sub celo propter hominem facta sunt, homo autem propter se ipsum; inde et omnia per figuram ad ejus similitudinem referuntur. Communia homini omnia naturalia esse cum omnibus quae constant, et in homine omnia contineri, atque in eo omnium rerum naturam consistere (patet). Universitatis creaturae homo magna quedam portio est; tantoque gradu est ceteris excellentior, quanto imaginis divinis vicinior. Quantum ceteris creaturis praestat homo dignitate virtutis, ex ipsa reverentia

Macedoniam rogavit. Aliquando imaginibus, et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per angelos loquitur Deus, sicut Abraham non solum tres viros videre potuit (*Gen. xviii*), sed etiam terreno habitaculo suscipere; et non solum suscipere, sed eorum usibus etiam cibos adhibere. Nisi enim angeli quedam nobis in terra manifestantes, ad tempus ex aere corpora sumerent; exterioribus profecto nostris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex coelesti elemento gestarent. Nec mirum, quod illic ipsi, qui suscepti sunt, modo angelii, modo Dominus vocantur, quia angelorum vocabulo exprimitur, qui exterius ministrabant; et appellatione Domini ostenditur, qui eis interius praerat, ut per hoc praesidentis imperium, et per illud claresceret officium ministrantium. Aliquando coelestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut baptizato Domino scriptum est (*Matt. iii, xvii*): *Quia de nube vox sonui dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Aliquando terrenis substantiis per angelos loquitur Deus; sicut cum Balaam corripuit (*Nun. xxii*), in ore asinæ humana verba formavit. Aliquando simul terrenis et coelestibus substantiis per angelos loquitur Deus; sicut ad Moysen in monte (*Exod. iii*) cum jussionis suæ verba dedit, ignem rubrumque sociavit; atque aliud superius, aliud inferius junxit: quod tamen tunc solum agitur, cum ex ipso aliquid conjunctione signatur. Nam per succensum rubrum Moysen alloquens, quid aliud ostendit, nisi quod ejus populi ductor fieret, qui et legis flammatum perciperet, et tamen peccati poenam nequaquam vitaret? Vel quod ex illo populo exiret, qui igne deitatis, carnis nostræ peccata, quasi rubi spinas absumeret, et inconsuptom humanitatem nostram substantiam, etiam in ipsis divinitatis flamma servaret? Nonnunquam vero humanis cordibus etiam per angelos Deus secreta eorum præsentia virtutem suæ aspirationis infundit. Unde Zacharias ait (*Zach. i*): *Dicit ad me angelus qui loquebatur in me. Dum ad se quidem, sed tamen in se loqui angelum dicit, liquido ostendit quod is qui ad ipsum verba fecerat per corpoream speciem, extra non esset.* Unde et paulo post subdit: *Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur.* Sapientia enim non exterius apparent, sed sicut angelici spiritus voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt, atque ita eos ad sublimia sublevant, et quæque in rebus futurs sunt, in causis originalibus præsentia demonstrant. Humanum namque cor ipsum carnis corruptibilis pondere gravatum, hanc ipsam corpulentiam suam quasi obicem sustinens, interna non penetrat, et grave exterius jacet, quia levitatem manum interius non habet. Unde si, sicut dictum est, ut prophetarum sensibus ipsa, ut est, subtilitas angelicæ virtutis apparet, eorumque mens quo subtili spiritu tangitur levetur, et non iam pigra, torpensque in ima jaceat, sed repleta intimis afflatibus, ad superna condescendat, atque inde quasi de quodam rerum vertice, quæ infra se ventura sunt, videat. Per Dominum nostrum Jesum

A discitur creationis, dum per omnia dixit Deus: *Fiat et facta sunt*, creare vero hominem cum quadam æterni consilii deliberatione voluerit, dicens: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

2. Quia enim boni sumus naturaliter conditi, culpas quodam modo merito contra naturam mali sumus effecti.

3. Sicut præscivit Deus hominem peccatum, ita et præscivit **I&#232;** qualiter illum per suam gratiam repararet, qui suo arbitrio desperare potuisset.

4. Originaliter Adam et Eva simul creati sunt, specialiter vero postea mulier de latere viri for-

Christum, qui cum Patre, et Spiritu sancto, vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. *Explicit. A.R.E.V.*

**B** CAP. XI.—N. 4. *Communia.* Ita Sancti interpretantur illud Sapientiae: *Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* Et illud Matth. ultimo: *Prædictæ Evangelium omni creaturæ, ut nomine omnis creaturæ homo intelligatur; præsertim Gregorius, homil. 29, in Ascensione Domini, et lib. vi Moral., cap. 7. De hac re supra, cap. 10. Loaisa.*

*Ibid. Ceteris. Gregor., lib. Moral. ix, cap. 36, et August. super Gen., in lib. Imperfecto. Loaisa.*

*Ibid. Vezziosus celebrem esse animadvertisit sententiam sancti Gregorii, hominem commune aliud habere cum omnibus creaturis. A.R.E.V.*

4. *Simul creati sunt.* Id patet ex illo Genes. i: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Homo enim utrumque sexum comprehendit. Unde Eva vocatur virago, et imago viri, homo vero imago et gloria Dei, a Paulo, I Cor. xi. Ita interpretatur August., lib. de Trinit. xii, cap. 7; et Gen. v dicitur: *Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum, masculum et feminam creavit eos.* Et Paulus, I ad Cor. xi, cum dicat: *Sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem, concludit: Omnia autem ex Deo.* Ambros., ibi: *Ambo unum sunt in natura.* Id vocat Isidorus originaliter esse unum, specialiter vero postea mulier de latere viri formata est. Hanc Sententiam probat Gregorius lib. xxxiii Moral., cap. 10: *Rerum quippe, inquit, substantia simul creata est; sed simul species formata non est, etc.* Observa obiter Augustinum et Gregorium in rerum formatione dissentire, cum Augustinus multis in locis super Genesim probet omnia esse facta simul secundum substantiam, et secundum speciem, præsertim lib. iv super Genes. ad litteram, cap. 54. Gregorius vero dicit, in substantia esse facta simul, sed non in specie. In qua sententia est Isidorus hic, et lib. ii Differentiarum, cap. 10. *In creatione, inquit, mundi et formatione, in qua hoc est difference, quod originaliter secundum materię subsistit, simul simul cuncta creata sunt, secundum distinctionem vero rerum per sex dierum alternationem formata sunt.* Philo, lib. i legis Allegoriarum, rusticæ simplicitatis esse inquit putare sex diebus, aut utique certo tempore, mundum conditum. Refellit hic Isidorus sententiam eorum qui dicunt androgynos creatos Adam et Eam, id est, hominem in quo duo sint corpora maris scilicet et feminæ circa dorsum copulatos, ita ut esset homo a principio geminus, ut Plato, in Convivio, seu de Amore, asserit, postea vero sectus, ut ex adverso ad prolis procreationem conjungerentur; et latere enim protoplasti, non e costa mulierem formatam affirmant, voce Hebreæ, zela, latus et costam significante. In hac sententia fuit Franciscus Georgius. Verum divus August. Platonicos insectatur, lib. iii de Genes. ad lit., cap. 22, inquiens: *Rursus, ne in homine ullaque sexus esse putaretur, sicut in his quos Androgynos vocant, plurilater subjecta masculum et feminam creavit eos.* L.

mata est. Pariter ergo conditi sunt uterque, rationis A ordine, non pariter temporis unitate.

5. Vir ad imaginem Dei factus est, mulier ad imaginem viri formata est; unde et illi lege naturae subjecta est.

6. Item vir propter semetipsum factus est, mulier ob adjutorium viri creata est.

7. Homo propter peccatum tunc traditus est diabolo, quando 143 audivit: *Terra es, et in terram ibis*. Tunc enim dictum est et diabolo: *Terram manducabis*. Unde et propheta ait: *Serpenti pulvis panis ejus*. Serpens enim diabolus est; pulvis, impii; et ipsi sunt cibus diaboli.

8. Quia prava voluntate ad ima collabimur, recte ad bene agendum cum labore consurgimus: quod non ita esset, si delectatio flagitium primorum hominum non persuasisset quibus ad bene vivendum tantum velle sufficeret, et sine difficultate statim actio obtemperaret.

9. Divisio et pugna, ut sit in hominis animo, poena peccati est, ex primo homine in omnes ejus filios propagata, ut qui noluit cum Deo esse unitus, esset in semetipso divisus, et qui imperanti Domino noluit esse subjectus, fieret sibimetipsi rebellis atque contrarius. Unde nec sibi poterit subjugari, si prius Deo non fuerit subjugatus, sibique serviet nolens, qui Deo noluit volens.

10. Quam varie per diversa humanum defluxit genus, dum se ab una stabili semperque manente divinitatis soliditate subtraxit! Nam dum opus quodlibet appetit, quasi ibi iam requiem mentis infigit. Sed

*Ibid.* Mendum erat in nota Editionis Grialii: *In die, qua creavit. AREV.*

5. Ex Paul., I Cor. xi: *Vir imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri*. Mulier dicitur gloria viri, sicut opificium ex viro. August., de Catechiz. rudibus, explicat quo pacto vir potissimum dicatur imago Dei per subjectionem, unde Actorum xvii: *Fecit ex uno omne genus hominum. LOAISA.*

7. *Terram manducabis*. Ita interpretatur Gregorius, in Euarrazione in septem psalmos penitentiales, psalm. iv, exponens illud: *Et terra ejus miserebitur: Per terram, inquit, accipiuntus peccatores; unde serpenti a Domino dictum est: Terram comedes omnibus diebus vite tuae*. Idem, lib. ii Moral., cap. 50. Idem et Ambros., lib. de Poenitentia, cap. 13, et August., lib. de Agone Christ., cap. 1. LOAISA.

*Ibid. Propheta.* Hieronymus interpretatur locum eodem modo. LOAISA.

10. *In labore miser*, etc. Aureus Isidori locus (ait Vezzosius) Magni Gregorii ingenium redolens. AREV. D. CAP. XII.—N. 1. *Vita corporis*. Ex August. de Spiritu et Anima. LOAISA.

*Ibid.* De hoc arguento Taio, cap. 24 lib. i. AREV.

2. *Anima... non est homo*. Isidorus vocis Etymologiam consideravit in hac sententia, ut homo dicatur ab humo quod est corpus, et non ab anima. Id explicat lib. Etymolog. xi, cap. 1: *Homo proprie ab humo dicitur, abusive vero pronuntiatur ex ultraque substantia totus homo, id est, ex societate animae et corporis. Nam proprie homo ab humo*. Idem, lib. ii Differentiarum, cap. 1; divus Greg., lib. xii Moral., cap. 16: *Eo enim, inquit, quod dicitur homo, terrenus exprimitur, et infirmus; homo enim ab humo appellatus est*. Cicero de Natura Deorum: *Deus hominem, inquit, humo excitatum, celsum et erectum constituit*. Verum Aug., lib. xix de Civitate Dei, cap. 3, diluit hanc questionem ex sen-

dum ei non sufficit, mutata intentione, ad alias atque alias actiones transit; dumque per diversa requiem solidam querit, nec invenit, in labore miser et varietate vivit, et vacuus a requie manet. Quamvis eadem mutabilitas non sit homini concreta, sed pro merito primae prævaricationis illi accesserit, jam tamen naturalis facta est, quia originaliter, a primo homine, sicut et mors, in omnes homines transit.

## 144 CAPUT XII.

*De anima cæterisque sensibus.*

1. *Vita corporis anima*, vita animæ Deus est. Et sicut corpus mortuum est sine anima, ita anima mortua est sine Deo.

2. *Anima hominis non est homo*, sed corpus, quod ex humo factum est, id tantum homo est. Inhabitando autem in corpore anima, ex ipso participio carnis hominis nomen accepit, sicut Apostolus interiorum hominem dicit animam, non carnem, conditam esse ad Dei imaginem. Male ergo a quibusdam creditur animam hominis esse corpoream, quæ propter id ad Dei imaginem facta est, ut si non incomutabilis ut Deus esset, tamen incorporea ut Deus existeret.

145 3. *Sicut angeli, ita et animæ*; habent enim initium, finem vero nullum. Nam quædam in rebus temporalia sunt, quædam perpetua, quædam vero sempiterna. Temporalia sunt quibus inest ortus et obitus; perpetua quibus ortus, non terminus; sempiterna, quibus nec ortus, nec terminus.

4. *Animam non esse partem divinæ substantiae*, vel naturæ; nec esse eam priusquam corpori misceatur,

tentia Varronis, qui hominem dici putat proprie ex ultraque substantia cōpositum, anima et corpore; et lib. de Moribus Eccles., cap. 4, difficile dicit esse hanc controversiam dijudicare; aut si ratione facile, oratione longum est. Idem Hieronymus ad Daminum, in explanatione Symboli, et Magister Sententiarum, in ui, dist. 2, errare eos affirmat qui dicunt hominem non a substantia, sed a proprietate dici. Verum noster Isidorus vocis etymon explicat, non hominis naturam. Et de homine-exteriori disserit, de quo Paulus, II ad Cor.: *Licet is qui foris est noster homo corrumperit, tamen is qui intus est renovatur de die in diem*. L.

*Ibid. Male ergo.* Id divus August., lib. de Haeres. cap. 86, attribuit Tertulliano. Et refellit lib. de Quantitate animæ. De Tertulliano autem Africæ provinciæ presbytero, qui primo illic illustris habitus est, postea vero in turpem hæresim Montani impostoris et aliorum prolapsum est, Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem; Niceph., lib. iv, cap. 34; Vincentius Liricensis; et Hilarius, in commentariis ad Matthæum. L.

*Ibid. Ex humo factum.* Observat Vezzosius quod etsi non impugnandum est, quod Isidorus cum sancto Gregorio docet, tamen conscient hominem dici superpositum, sive personam ex duabus naturis, anima et corpore constantem. Etsi homo ab humo vocatus est, quod in Genesi dicitur *formatus de limo terra*, certe quod idem homo dicitur factus ad imaginem et similitudinem Dei, non dicitur, eodem fatente Isidoro, quia de humo est, sed quia et anima constat, quæ de humo non est. Verum his pro Isidoro jam occurrerat Loaisa in sua nota, si recte perpendatur. AREV.

4. *Non esse partem*. August., de spiritu et anima. Et idem Isid., lib. ii Different., cap. 27, et Concil. Bracarens. 1, can. 5. LOAISA.

*Ibid. Philosophorum*, etc. *Animam esse corporis*

constat; sed tunc eam creari, quando et corpus creatur, cui admisceri videtur. Philosophorum sententiae dicunt esse animam, priusquam nascator in corpore. Quod verum esse nullis approbatur indicie. Nam utrum antea suissemus, nec ipsi novimus, nec quis hominum dicat habemus. Non est ergo quarendum quod querendo magis est irridendum.

5. Gentiles et heretici de anima disputare conantur, sed quomodo de illa aliquid recte sentire possunt, qui auctorem ad cuius imaginem facta est non neverunt? Et ideo multa errore digna dixerunt.

6. Mutabilis est anima, non localiter, sed temporaliter, suis affectionibus. Corpus autem, et loco, et tempore mutabile est, quia et tempore mutatur, et loco variatur. Quod est ad corpus mutatio locorum, hoc est ad animam mutabilitas cogitationum. Quae varietas malae motionis tunc menti inhabesit, quando ab aeternorum contemplatione primus homo recedens in illo stare noluit, a quo male recessit, et justa damnatione inconstans, per rerum raptus variationem defluxit.

7. Multum ex sua natura splendorem possidet anima, sed fuscatur commissione carnis, qua retinetur inclusa. Ex ejus enim 148 parte veritur ad peccandi infirmitatem, Salomonē docente: *Corpus corruptibile aggraves animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.*

#### CAPUT XIII.

##### *De sensibus carnis.*

1. *Non virtute, non sensu corporis, sed ratione mentis excellimus animalibus ceteris.*

2. Pro rebus corporeis utendis sufficit sensus carnis, non pro spiritualibus capienda. Illecti autem homines usu corporearum rerum nihil pulant aliter esse praeterquam quod carnis sensu concipiunt. Sic ut præcellunt sibi corporei sensus diversitate locorum, ita sibimet virtute sentiendi præcellunt; nam sicut præstantior est odoratus sapore, et positione formam probavit oono. Vienn., sub Clem. V. et conc. Lateran. sess. 8, sub Julio II et Leone X. August., lib. de encles. Dog., cap. 13, et Greg., lib. vii epist. Regist., cap. 33. Secundino. Omnes fore bareses de anima in hac sententia Isidorus complexus est, quas neoterici copiose refellunt. LOAISA.

6. *Mutabilitas.* Gregor., lib. xxv Moral., cap. 3; et Aug., de vere vita Cognitione, cap. 5. LOAISA.

7. *Ali, quod corrumpitur, pro corruptibili, et habitatio, pro inhabitatio.* AREV.

CAP. XIII. — N. 4. Codex Lucensis, omisso titulo, sic caput continuat: *Per sensu carnis mortuis irreptis mentis, etc.* ut cap. 28 lib. ii. AREV.

2. Ex August., lib. Confess. x, cap. 35. LOAISA.

Ibid. *Sicut præcellunt. De varia humanorum sensuum positione et preminentia inter se Galenus, de Usu partium; Cicero in libris de Natura deorum; Basilius, et Ambr., in Hexameron, et Gregor., lib. Moral. xi, cap. 3.* LOAISA.

3. *Excellit.* Id Aristoteles probat lib. ii de Anima, cap. viii. *Vicus, inquit, maxime est sensus.* LOAISA.

Ibid. *Inde, etc. Integra sententia est ex August., lib. Epistolarum, epist. 112.* LOAISA.

8. August., Confess. ii, cap. 8. LOAISA.

Ibid. *Memoriaque mente, etc. Ali, memoriaque mentis ibi eas figente. Egregie de his Augustinus loc. cit. Confess., cap. 8 et 9.* AREV.

A loci, et sentiendi longinquitate, sic auris odoratu. Longius enim audimus quam odoramus; et sic cœti auribus: longius enim videmus quam audimus.

3. *Animus autem et loco, et merito his universis sensibus superfertur.* In arce enim capitilis constitutus, quod illi corporaliter non attingunt, iste intellectualiter contuetur. Amplius excellit oculorum sensus cœtoris sensibus, quandoquidem quæ ad alios pertinent sensus inde dicamus, veluti cum dicimus: *Vide quomodo sonat, vide quomodo sapit, etc.*

4. *Quemadmodum oculus, ita et animus cetera videt, sese non intuetur.* Aliarum enim rerum origines, species, et magnitudines perspicit; de se autem tanta veri ignorantia insicitur, ut in his omnibus nihil incertius contempletur.

5. *Homo, qui miraris siderum altitudinem, et maris profunditatem, animi sui abyssum intra, et mirare, si potes.* Multa cogitantes 147 sine sensu carnis, et sine imaginibus vivis, animo tantum cornue intuemur, memoriaque mente sibi eas figente, tenemus. Multa quoque intelligimus sensu quæ lingua explore non possumus.

6. *Innoxios esse infantes opere, non esse innocios cogitatione, quia motum quem gerunt mente nondum possunt explore opere, ac per hoc in illis metas est imbecillis, non animus.* Ad nutum enim voluntatis nondum obtemperat illis fragilitas corporis; nec aedes opere nocere possunt, sicut cogitatione moventur.

7. *Ex causa vocabulum sortita est cogitatio.* Cogendo enim animum reminisci quod memorias commendatum est, dicitur cogitatio. Rerum omnium thesaurus memoria est. Ipsa est enim custos rebus inventis, ipsa cogitatis; de qua ad liquidum difficile est aliquem disputare, quia grandis ejus perplexitas est, et animus ipsa est.

8. *Imago a sensibus corporis remota, sua speciesi similitudinem relinquit in memoria; beatitudinem autem non per imagines sicut cetera, sed sicut*

7. *Cogitatio a cogendo dicta, ut August. docet lib. x Confess., cap. 11. Lactantius, lib. vi de vero Cultu: Cogitatio nihil aliud est quam mentis agitatio. dicitur ab Aristotele vocatur, in bruitu testimonia, et inter sensus communes reponitur.* LOAISA.

Ibid. *Rerum omnium. De memoria acutissime scripsit August., lib. x Confess. cap. 8, a quo hæc omnia fere deprumpta sunt, ibidem, cap. 14, quod sit ventus animi; et lib. iv de Trinitate, cap. 11, quod non solum sit præteriorum, sed etiam præsentium; idem Isidorus, lib. ii Different., cap. 21. Aristoteles, quod sit præteriorum (lib de Memoria et reminiscencia) resumptio alicuius apprehensi sensu vel intellectu.* L.

Ibid. *Et animus.* August. id probat lib. x Confess., cap. 14. LOAISA.

8. Aristoteles, lib. de Memoria et reminiscencia, cap. 4, *Imaginem naturam exprimens, sic inquit: Ut enim animal pictum in tabula animal est, et imago, et cum unum idemque sit, utraque est; sed tamen ratio diversa existit considerarique potest ut animal est, et ut imago. Sic de phantasmate, quod in nobis est, censere oportet, et ipsum quidpiam in se et alterius simulacrum esse. Nam quatenus in se seorsumque spectatur, spectrum ac visum est; quatenus vero ad aliud referuntur imago et monumentum.* Hinc de imaginis natura ex Aristotelis sententia maxime ad hujus loci intelligentiam conducunt, et ad questionem de imaginum

gaudium sine imagine reuiniscitur. Duci oblivio-  
nem memoramus, non per seipsam adest. Quod si  
per seipsam adesset, utique non oblitisceremur.

**148** 9. Commixtum hominis animaliumque essa  
memoriam, nullum autem animalibus irrationalibus  
intellectum inesse, nisi homini tantum praedito ra-  
tione. Cæteris enim in ipsa qualitate considerationis  
suae sensus carnis, non intelligentia mentis est.

CAPUT XIV.  
*De Christo,*

1. Filii Dei perfecta nativitas, nec cœpit esse,  
nec desiit, ne præterita sit, si desiit, et ne imper-  
fecta sit, si adhuc sit; sed sicut æterna, sic et per-  
fecta, quatenus in ea nativitate æternitas et per-  
fector habeatur.

2. Ex utero Virginis minor dicitur Patre Christus, B  
videlicet juxta humanam assumptionem, non juxta  
divinitatem.

3. Christus et in forma servi servus, et in  
forma servi non servus. In forma quippe servi Do-  
mini servus; in forma servi omnium Dominus.  
Christus in forma servi, propter conceptionis excel-  
lentiam, Dominus est omnium, quia etsi suscepit  
carnem, non tamen ex carnis libidinosa contagione.

4. Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus  
nequaquam alter in humanitate, alter in deitate est,  
sed in utraque natura **149** idem unus est. Nec purus  
homo conceptus est, nec purus homo editus est, nec  
postea meritum ut Deus esset, accepit; sed Deus  
Verbum, manente incomparabili essentia, quæ illi  
cum Patre, et Spiritu sancto, est coæterna, assumpsit  
carnem pro salute humana, in qua et impassibilis pati,  
immortalis mori, et æternus ante sæcula temporalis  
posset ostendit.

5. Mediator Dei et hominem homo Christus Je-  
sus, quamvis alius sit ex Patre, alius ex Virgine;  
non tamen alius ex Patre, alius ex Virgine; sed ipse  
æternus ex Patre, ipse temporalis ex matre; ipse qui

adoratione endocrinam adversus haereses nostri tem-  
poris, et tandem divi Thomæ veram sententiam  
explicandam. LOAISA.

*Ibid.* Beatisudinem. In Editio est similitudinem, sed  
Gothicus Beatisudinem habet, et alii mss. Cod.; quam  
lectionem posui, ductus auctoritate August., lib. Confess. x, cap. 21, unde locus iste desumptus est. Ibi  
enim probat quod meminimus eorum quorum nun-  
quam speciem habuimus, ut beatitudinis et gaudi. Et  
infra, cap. 25, inquirens in quo memorie gradu repe-  
nitetur Deus, sic inquit: *Quia sicut non est imago cor-  
poralis, nec affectio viventis, qualis cum latet, contri-  
statur, cupimus, merimur, meminimus, oblitiscimur.*  
LOAISA.

*Ibid.* Memoramus. Al., rememoramus. In nota erat  
in beatitudinis, pro ut b. AREV.

9. Communem. Aristoteles id probat lib. de Meimo-  
ria et reminisci.

**Cap. XIV.—N. 1.** Tota sententia est ex Greg., Mo-  
ral. xxix, cap. 1. Verum de duplice Christi Nativitate,  
Laetant., lib. iv, de vera Sapientia eleganter disserit,  
cap. 8. Et Damasc., lib. inde orthodox. Fide, cap. 7. L.

*Ibid.* Tao de his disserit, cap. 8 lib. 1, atque ita  
fere in inverso flect ordine eadem sententiarum argu-  
menta, quæ in Isidoro existant, persequitur. AREV.

3. Et in forma, etc. Al. et in servi, hominum domi-

A facit, ipse qui factus est; ipse de Patre sine matre,  
ipse de matre sine Patre; ipse conditor templi,  
ipse conditor templi; ipse auctor operis, ipse opus  
Auctoris; manens unus de utroque, et in utraque na-  
tura, nec naturarum copulatione confusus, nec natu-  
rarum distinctione geminatus.

6. Ideo Deus in homine venit, quia per seipsum  
ab hominibus cognosci non potuit. Sed unde nobis  
consuluit, inde despectionem tulit, quia infirmitatem  
quam pro nobis suscepit, homo su. erbis desperit. Ob  
hoc infirma et stulta mundi elegit, ut fortiora et sa-  
pientiora per quæ non cognoscebat confunderet.

7. Sicut cibum fortis invalidus infans capere non  
potest, nisi a matre prius editus, in lacte suecum  
vertatur, ut quod in cibo non potuit uti, sugendo po-  
tetur in lacte per carnem; ita et nos, dum essemus  
infirmi ad conspiciendam Verbi æternitatem, factum  
est ipsum Verbum caro, ut enutriti per carnem, for-  
tioreisque effecti, cibum solidum, id est, verbum Do-  
mini cum Patre sempiternum contemplando, ut an-  
geli satiemur.

8. Prima Dei dona esse, quibus nos nobis reges esse  
ostendit. Qui dum jacoremus sub reatu culpe, justos  
nos esse credebamus. Vanit medicus, patefecit vul-  
nus, composuit semetipsum, et de sua morte **150**  
nobis medicinam aptavit, ut non esset ostensor lan-  
tum vulneris, sed et sanator.

9. Primum ad Israel venit Christus, sicut et ait:  
*Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt dominus Is-  
rael.* Ad populum enim Israel prius venit, sed quod  
non essent credituri, propheta non tacuit dicens:  
*Primus ad Sion dico: Adsum, et Jerusalem evan-  
gelistam dabo.* Et vidi, et non erat, neque existit quis-  
quam qui iniret consilium, et interrogatus responderet  
verbum. Sed quia ad gentes transiit sequitur: *Ecce  
servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit  
sibi in illo anima mea; dedi spiritum meum super  
eum, iudicet gentibus preferet.*

nus. *Christus in forma servi propter conceptionis excel-  
lentiam dominus est, etc.* AREV.

4. Mediator. Ex Greg., lib. Moral. xviii, cap. 27.  
Aug., lib. Medit., cap. 16. LOAISA.

*Ibid.* Sed in utraque natura. Hoc Christianorum  
dogma quibus verbis Damascenus hoc, cit. a Loaisa  
explicuerit, omitti noluit Vezzosius. Ea autem sunt  
Injusinodi: *Quocirca etiam post humanitatem assum-  
ptam unum Dei filium ipsum confitemur, eundemque  
filium hominis, unum Christum, unum Dominum,  
unum unigenitum filium, ac Det Verbum, Jesum do-  
minum nostrum.* AREV.

5. Mediator. Ex Greg., ubi supra. LOAISA.

*Ibid.* Nec naturarum. Al., nec naturæ; et similiter  
pauci post. AREV.

7. Editum in aliquibus MSS. Similitudo hæc desum-  
pta est ex Paul., I Cor. iii, et Hebr. v, et I Pet. ii.  
LOAISA.

*Ibid.* Post hanc sententiam Cod. Luc. addit: sa-  
tiemur. *Contra superbiam diaboli succurrat humilitas  
Christi.* Sed qui imitati sunt diabolum, contempserunt  
humilem Deum. Deus vero humilia elegit, et abjecta  
per quæ confundet forta, ut quia superbi non con-  
vertebantur per humilitatem Dei, virtus miraculorum  
cresceret, quam superbi videntes obstupuerunt, et con-  
fusi converti sunt, *Prima Dei dona esse,* etc. AREV.

10. Quamvis ordinem nostræ liberationis nescierit diabolus, scivit tamen quod pro salutatione hominum Christus advenit, sed quod sua idem nos morte redimeret ignoravit; unde et eum occidit. Nam si ille Christum per mortem redimere humanum genus scisset, non eum utique peremisset.

11. Quoniam noverit diabolus pro salute humani generis Christum venisse, Evangelii testimonio docetur; quem ut vidit, cognoscendo pertinuit, dicens: « Quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus perdere nos. »

12. Christus, sicut peccatum, quod poena dignum est, non admisit; ita penam peccati nostri suscepit, ut per indebitam penam suam debitam aboleret culparum nostrarum, ut per hoc amitteret diabolus quos reos tenebat, dum unum interfecit, qui nihil peccati admiserat. Ideoque quos quasi juste tenuit amisit, quia injuste Redemptorem nostrum occidit.

13. Illusus est diabolus morte Domini, quasi avis. Nam ostensa Christus suæ carnis mortalitate, quam interimendam ille appetebat, abercondit divinitatem, ut laqueum quo eum, velut avem improvidam, prudenter irretiret decipula. Nam si innox Christus non occideretur, homo diabolo addictus per prævaricationem non absolveretur.

**151** 14. Diabolus dum in Christo carnem humanitatis impedit, quæ patebat, quasi homo divinitatem ejus captus est, quæ latebat. Est enim in Christo humanus divinitas, esca autem caro, linea genealogia, quæ ex Evangelio recitat. Tenens vero hanc lineam Deus Pater est, de quo Apostolus: *Caput Christi Deus.* Et Lucas lineam generationis Christi ab imis ad summa contexens inchoat a Joseph, et consummat

10. Ex Greg., lib. Moral. xxxiii, cap. 7 et 9. LOAISA.  
12. Greg., lib. iii Moral., cap. 11. LOAISA.

13. Innox. Eodem modo inf., cap. 27: *Consumitur a Deo innox, etc.*; et paulo post: *Consumitur innox, et impius.* Et Etymolog. lib. x: *Innox, quod non nocet.* Et Gloss., Innox, ἀδλαθῆς. LOAISA.

Ibid. Innox. Nonnulli styli Isidoriani ignari substituerunt innoxius, quod alibi quoque factum. AREV.

14. Ex Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 7. LOAISA.

Ibid. Quasi homo, ita in mss. omnibus. Quam lectio nem amplior testimonio Gregor. ductus, lib. xxxiii Moral., c. 10: *Quasi hamus quisque fauces glutentibus tenuit; dum in illo et esca carnis pulsit, quam devorator appeteret, et divinitas passionis tempore latuit, quæ nocet.* LOAISA.

Ibid. Est enim in Christo. Ex eodem Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 42, ubi exponit illud Job: *An extrahere poteris Leviathanum?* hamo? Quod etiam Ezechiel, cap. 32, futurum prædixerat: *Extraham te in hamo meo, et extendam te super terram.* Et Habac. i: *Totum in humo sublevavit; traxit illum in sagena sua.* LOAISA.

15. Refutat hæresim eorum qui dicebant Dominum in infernum descendisse, et omnes ibi eum confitentes extrahisse et salvasse. Quam Greg. improbat lib. vi Epistolarum, epist. 479. LOAISA.

Ibid. Non penaliter. Clarius num. seqq. explicat Isidorus quosnam Christus liberavit, cum ad inferos descendit. AREV.

16. Totus sententiae sensus et ordo est apud Greg., lib. iv Moral., cap. 32. LOAISA.

Ibid. De duplice inferno ita Greg., lib. Moral. xn, cap. 7: *Nec tamen ita justorum animas ad infernum dicimus descendisse ut in locis penalibus teneantur. Sed*

A in Deum, dicens: *Qui fuit Helic et perficiens lineam generis, ait: Qui fuit Dei.*

15. Idcirco Dominus in inferno descendit, ut his qui ab eo non penaliter detinebantur viam aperiret revertendi ad cœlos, secundum testimonium Isaiae dicentis: *Possisti profundum maris viam, ut transirent liberati.* Viam quippe Christus in profundum maris posuit, quando, in infernum descendens, sanctis iter ad cœlos revertendi monstravit.

16. Sancti ex tempore resurrectionis Christi, statim ut de corpore exerunt, mox ad cœlestem habitationem ascendunt, quod antiquis Patribus non dabatur. Nam ante adventum Salvatoris, quanquam sine pena supplicii, tamen non in cœlo, sed in inferno sanctorum animas tenebantur, pro quibus absolvens B dominus in infernum descendit.

17. Christus in cœlum ascensens discessit quidem carne, **152** sed præsens est in aestate, secundum illud quod ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.*

18. Seden Christus ad dexteram Patris, non ut dexteram corpoream habeat Pater; sed dextera Patris beatitudo est, sicut sinistra miseria.

#### CAPUT XV. *De sancto Spiritu.*

1. Spiritus sanctus creator est, sicut Pater et Verbum, testante propheta: *Spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me.*

2. Spiritus sanctus Patris et Filii est; et inde unum sunt Pater et Filius, quia nihil habet Pater quod non habet Filius. Non enim res una et duorum consubstantialis poterit simul ab eis procedere et simul inesse, nisi unum fuerit, a quibus procedit.

esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt, ut et in superioribus justi requiescerent, et in inferioribus injusti cruciarentur. Unde et Psalmista, psalm. LXXXV, propter præventionem se Dei gratiam dicit: *Eruisti animam meam ex inferno interiori.* L.

17. Ad consummationem sæculi. Bignæus alia addit, parenthesi inclusa, quæ notat deesse in vulgata Editione, haberi tamen in antigraphis MSS. Ea ita se habent: *Ubi forsitan percunctatur quispiam quid sit quod legitur: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo?* Quomodo promittitur hominibus cœlorum ascensio, et magis, dum ipse dicit: *Pater, volo ut ubi sum ego, et D ipsi sint mecum, si tamen ipse solus ascendit in cœlum?* Sed si membra conjunxeris capiti, unus in se et in nobis Christus. *Recte ergo et ipse ascendit solus, quia et nos in ipso ascensuri sumus.* Exstant certe hæc verba in Codice vetusto Florentino sancti Marci, qui sæculo xi antiquior est. AREV.

18. Greg., lib. ii Moral., cap. 21: *Dextera Dei angelorum pars electa, sinistra autem Dei pars angelorum reproba designatur.* Idem Isidorus, lib. Oficiorum ii. LOAISA.

Ibid. De dextera Patris in divinis agit etiam Fulgentius apud Vezzouium, qui quædam in hanc rem autonavit pag. 265 tom. IV Institut. theologic., ex sancto Augustino, cap. 7 de fide et symbolo. AREV.

CAP. XV. — N. 1. Ex August., in Epist. ad Dominatum 106. LOAISA.

Ibid. Taio sententias de Spiritu sancto collegit lib. i, cap. 6. Theodulfus, qui in opere de Spiritu sancto sæpe Isidori auctoritatem allegat, hunc etiam locum profert, et pro spiraculum legit inspiraculum. AREV.

Spiritum sanctum pignus accepit Ecclesia, ut per eum in uno corpore unum fierent credentes, per quem Pater et Filius unum essentialiter sunt, ipso Salvatore ad Patrem dicente : *Ut sint unum, sicut et nos unum sumus.*

3. Christus non tantum a Patre sed etiam a Spiritu sancto **153** se missum testatur, dicente propheta : *Accedite ad me, et audite hoc : Non a principio in abscondito locutus sum : ex tempore, antequam fieret, ibi eram ; et nunc Dominus misit me, et spiritus ejus.*

4. Spiritus sanctus, pro eo quod consolator sit, Paracletus nuncupatur. Nam latine *paraclesis* consolatione dicitur. Et re vera, dum dona sacramentorum distribuit, consolationem animae praebet. Credo equidem quod magnam laetitiam sentit, qui aliquid, revelante spiritu Dei, dicit.

5. Donum sancti Spiritus in membris Ecclesiae singillatim dividitur, et in singulis singula dona tribuuntur. Christus autem omnem plenitudinem gratiarum habuit, de quo ita legitur : *Plenus gratia et veritate. In Christo ergo omnis plenitudo gratiarum est. Nam singulis electis singula dona tribuuntur.*

6. In Spiritu sancto omnis gratia donorum consistit. Ipse enim, prout vult, gratiam donorum largitur, aliis dans sermonem sapientiae, aliis scientiae, aliis fidem, atque ita unicuique virtute Spiritus sancti divisio gratiarum tribuitur, et in omnibus idem unus

3. Locus est apud Isaiam **XLVIII**. Hieronym. in **C** eodem loco : *Brevi versiculo, inquit, Trinitatis nobis ostendit mysterium.* LOAISA.

4. Idem Cyprianus, in libello de Spiritu sancto : *Adesto, inquit, Sancte Spiritus, et paraclesim tuam exspectantibus illucere cœlitus.* Idem Isidor., Eym. lib. vii, cap. 3. LOAISA.

*Ibid.* Gothis unus habet : *Revelante Spiritu sancto.* Alii Cod. consentiunt cum Edito. LOAISA.

5. Ex August., super Joan. tract., et Greg. lib. **XXIV**, Moral., cap. 40. LOAISA.

*Ibid.* Joann. i. cap. **Plenus gratia et veritate. Vulgata Editio, plenum gratiae et veritatis.** Sunt qui legant *τέλεσθαι*, id est, *plena* (scilicet) *gratiae et veritatis.* L.

6. Paul., I Cor. xii, ad Galat. LOAISA.

7. Ex Tertull. deductum puto, lib. de Trinitate. Sic, inquit, *unus ergo et idem Spiritus, qui in prophetis et in apostolis, nisi quoniam ibi ad momentum, hic semper. Ceterum ibi, non ut semper illis inesset : hic, ut in illis semper maneret ; et ibi mediocriter distributus, hic totus effusus, et assert Joelis prophetae test monium ut in Isid. LOAISA.*

*Ibid.* Joel. ii; et habetur Actorum ii, ubi dicitur a Pro ro : *Et erit in novissimis diebus. Effundam, etc.* Apud Joelem est : *Et erit, post haec effundam.* Hieronymus. in Comment. in Joel, adducens locum Actorum ii, legit : *Et erit post haec, καὶ ἔτοι μετὰ τοῦτο, sicut est apud Joelem, Isaías clarius eandem sententiam expressit, cap. XLIV : Effundam aquas super silentem, et flumina super aridam ; effundam spiritum meum super semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam, et germinabunt inter herbas quasi salices, juxta præterfluentes aquas.* Hic Isaías. Quod vero dicitur apud Joelem antequam veniat dies Domini magnus et horribilis dicitur Act. ii : *Antequam veniat dies Domini magnus, et manifestus. Sic Graeca complutensis Editio Bibliorum, εντη μηγάλων καὶ ἐπαρά, vertit magnus et illustris.* Theophilacti interpres in Act. apostolorum : *Antequam veniat dies Do-*

**A** habetur. Ipse enim etiam ineffabilia docet, quæ proferre humanus sermo non potest.

7. Ante adventum Domini tantum prophetæ, et pauci ex omni populo justi, donum sancti Spiritus merebantur; post adventum autem Domini Spiritus sanctus cunctis est credentibus distributus, juxta quod per prophetam Dominus loquitur, dicens : **154** *Et erit in novissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae.* Cunctis enim nunc gentibus gratia sancti Spiritus tradita est, neque in paucis, ut in populo Israel, sed in omni credentium multitudine Spiritus sancti gratia manet.

8. Aliquando non dignis et reprobis dona Spiritus sancti conferuntur, sicut Sauli data est prophetia, et Balaam. Unde et multi in fine dicturi sunt : *Domine, virtutes in tuo nomine fecimus ; quibus dicturus est Dominus : Nescio vos unde sitis.*

9. Christi adventum non tantum plebis Judeæ sancti prophetantes exspectaverunt, sed fuisse etiam in nationibus plerosque sanctos viros prophetæ donum habentes, quibus per Spiritum sanctum Christus revelabatur, et a quibus ejus exspectabatur aduentus, sicut Job, sicut Balaam, qui Christi utique prædicaverunt adventum.

**155** 10. Conversio gentium veteri populo latebat, sed tamen in consilio Dei erat ut fieret ; et tunc a sanctis prophetis occulte per Spiritum sanctum

**C** mini ille magnus et illustris. In Hebraica veritate, dicitur horribilis. In versione LXX, illustris. Hieronym. diem hunc, aut resurrectionem putat esse, aut certe multa post tempora diem judicij, qui vere magnus et horribilis erit. LOAISA.

8. Sic est apud Tertull. lib. de Anima : *Denique, Saulem, inquit, tam Dei spiritus postea vertit in alium virum, id est, in prophetem, cum dictum est : Quid hoc filio Cis : An Saul et in Prophecis ? Quem et malus spiritus postea vertit in alium virum ; scilicet, id constat, l. Reg. x. Causæ damnationis Saul sunt apud Gregorium, lib. Moral. xxxiv, cap. 45. Nempe, quia fastu suspectæ potestatis intumuit, ut constat ex divina interpretatione. Reg. I, xv. Nec vere a Judæis excusat vocabuli ambiguitate, ut in Bibliotheca Sixtus Senens. adnotavit, lib. iii, et alii super lib. I Regum. August. lib. xvii. Civitatis Dei elegantissime interpretatur disputationem regni Israelis in persona Saulis. I.*

**D** 9. *Ibid. Et Balaam.* Tertull. lib. iv adversus Marcionem, et Gregor., lib. i super Ezech., homil. 10; Origenes, homil. 13 in Numeros, affirmat libros Divinationum suarum reliquisse. Ejus doctrinam recenset Apocalyps., cap. x. LOAISA.

*Ibid. Dicturi sunt Domino habent.* Cod. mss. Locus est Matth. vii : *In nomine tuo virtutes multas fecimus.* Illud quod sequitur : *Nescio vos unde sitis,* est apud Luc. xiii : *Quoquo sitis. Habent cod. mss. sicut ipse Lucas.* LOAISA.

*Ibid. In nota Loaisæ forte legendum tunc Dei spiritus, rejecto uno inquit. AREV.*

9. *Sicut Job.* Quod probat Gregor., lib. xiv Moral., cap. 29, ex illis verbis : *Scio enim quod Redemptor meus vivit.* LOAISA.

*Ibid. Sicut Balaam.* Numerorum xxiv : *Oritur stella ex Jacob, et consurgent virginis de Israel.* Quem locum ita exponit Cyprianus in lib. adversus Judæos et in libello de Stella et Magis, in principio. LOAISA

10. Ut haber Paulus ad Ephes. iii. *Quod alii gen-*

prædicabatur adventus Christi, sicut dicit propheta : **Cum appropinquaverunt anni, cognosceris; dum advenit tempus, ostenderis.** Nunc vero revelatum patet, quod tunc carnalibus latebat, spiritualibus vero notum erat, nondum tamen manifeste dicebatur, eo quid tempus ostensionis non esse.

## CAPUT XVI.

*De Ecclesia et heresibus.*

1. **Gemina** est Ecclesiae pulchritudo : una quam  
bene vivendo consequitur ; altera, per quam il-  
licet retribuzione glorificabitur.

2. Ecclesiae propter Christum gemine tribula-  
tiones existunt, id est, sive quas a paginis pertulit  
in martyribus, sive quas ab hereticis perfert in di-  
versis concertationibus. Utrasque autem per gra-  
tiam Dei exsuperat, partim ferendo, partim resi-  
stendo.

3. Sancta Ecclesia catholica, sicut male viventes  
ip se patienter tolerat, ita male credentes a se re-  
pellit.

4. Sancta Ecclesia contra gentilium atque her-  
eticorum pervicaciam summopere sapientiam et  
patientiam opponere studet ; sed exercetur ejus se-

ibus, inquit, non est agnitus filii hominum, sicut  
nunc revelatum est, gentes esse coheredes, et concorpara-  
tes, et cōparticipes promissionis ejus in Christo Iesu  
per Evangelium. Et Act. x, dicitur in conversione  
Cornelii centurionis cohortis Italice, quod stupue-  
runt ex circummissione fideles, qui venerant cum Petro,  
quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusus est.  
Et cap. 11, dictum est Petru : Quare introisti ad vires  
præputium habentes ? Et, audita Petro, tacuerunt omnes,  
et glorificabant Deum dicentes : Erga et gentibus paenitentiam  
dedit Deus ad vitam. Greg., lib. x, Moral.,  
cap. 38, probat quod vocatio gentium ab antiquo in  
Dei consilio abscondita sit. De gentium vocatione vi-  
de Isidori elegantem libellum. LOAISA.

*Ibid.* Verba Habacuc longe diverso modo referun-  
tur in Vulgata. Confer cap. 17 libri i contra Judæos,  
AREV.

CAP. XVI. — N. 1. Ex divo Greg. Moral. lib. ix,  
cap. 9. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

3. Error est, quoslibet peccatores extra Eccle-  
siam esse. Vide Turrecrematan, de Ecclesia; Mel-  
chiorem Canum, Bellarminum, etc. AREV.

4. Apud Greg., lib. xviii Moral., cap. 3 et 49, c. 8. L.

*Ibid.* Nunc enim. Haec in nullo nisi existant. Verum  
retinenda puto, eo quod sunt in antiquo editio, et apud  
Gregorium, qui lib. xviii Moral., cap. 4: *Sancta, inquit,*  
*Ecclesia summopere habere sapientiam et patientiam stu-  
dei ; sed exercetur ejus sapientia, cum tentatur gladiis.*  
*Nunc vero ea persecutione loquitur in qua non gladiis,*  
*sed falsis assertionibus facessitur.* Hactenus Grego-  
rius. LOAISA.

5. Idem Gregorius, lib. vii Epistolarum , epistola  
ad Anastasium , iudicet. 1. Leander Hispanensis  
episcopus sanctissimus, Isidori frater, in homilia ha-  
bita in tertio concilio Toletano in conversione gentis  
Gothorum , quam apud me habeo nondum typis ex-  
cusam, elegantissime propagationem Ecclesiæ depin-  
xit, dum ab hereticis infestatur. LOAISA.

*Ibid.* Clarius. Augustinus, tract. in cons. Matth. et  
Lucæ : *Utiles sunt, inquit, heretici ad inveniendam  
veritatem, dum calumniantur ad seducendum in erro-  
rem ; negligenter enim veritas queretur, si mendaces  
adversarios non haberet.* LOAISA.

*Ibid.* Homilia sancti Leandri quam merito Loaisa  
laudat, ab ipso in Concilis Hispanie edita fuit, re-

A pientia, cum tentatur verbis ; exercetur patientia,  
**156** cum tentatur gladiis. Nunc enim persecutioni-  
bus appetitur, nunc falsis assertionibus laceratur.

5. Causa pravitatis hereticæ doctrinis est pro-  
pagata Ecclesia ; nam antea simplici tantum fide vi-  
gebat. Hæretorum igitur occasione propagati sunt  
doctores in fide, et per acuminia hæresum Ecclesie  
magistri creverunt. Nam tunc clarius manifestatur  
veritatis assertio , quando patuerit quelibet dis-  
sensio.

6. Sancta Ecclesia ideo dicitur catholica, pro eo  
quod universaliter per omnia sit mundum diffusa.  
Nam hæretorum Ecclesie in partibus mundi coar-  
ctantur, haec vero in toto orbe diffusa expanditur, Paulo  
attestante apostolo : *Gratias (inquit) ago Deo meo,*  
pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in uni-  
verso mundo. Hæreses autem in aliquo angulo mundi,  
aut in una gente **157** inveniuntur versari. Eccle-  
sia vero catholica, sicut per totum mundum exten-  
ditur, ita et omnium gentilium societate construitur.

7. Qui sunt hæretici, nisi qui, relicta Dei Ec-  
clesia, privatas elegant societas ? De quibus Do-  
minus dicit : *Duo mala fecit populus meus, me der-  
e*

cusa postmodum in plerisque aliis collectionibus  
cœnciliorum. AREV.

6. Quid vox *catholica* significat, docuit Paclanus in  
epist. 1 ad Sempronianum, et Vincentius Lirinensis  
Gallus in illo libello aureo adversus hæreses. Cle-  
mens Alexandrinus, libro Strom. vii, unam esse ca-  
tholicam Ecclesiam ; hæretorum vero Ecclesiam,  
seu potius conciliabula, non esse unam, neque ca-  
tholicam. Nam hæreses haec unitatem in multitudi-  
ne scindunt. Unde aliae appellantur ex nomine, ut  
ex Valentino, Marcione et Basilide ; aliae ex loco, ut  
Peratici ; aliae autem ex gente, ut Phrygum hæresis ;  
aliae autem ex operatione, ut Encratitarum ; aliae  
autem ex propriis dogmatibus, ut Docitarum et Hæ-  
matitarum, etc. In quo loco ad vivum aspicere licet  
nostri temporis hæresum nomina varia, et ancipes  
repugnantesque sectas, in quas insanum vulgus et in-  
dictum scinditur. LOAISA.

*Ibid.* Ad Rom. 1 : *Gratias ago Deo meo per Jesum  
Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annun-  
tiatur in universo mundo.* Cyprianus vocat Ecclesiam  
Romanam fortem in fide, eo quod in cathedra Petri  
sit fundata, et in ejus unitate, lib. de Unitate Ec-  
clesie. Notas vero Ecclesie catholicæ Augustinus esso  
in Romana Ecclesia docuit libro contra Epistolam  
Manichæi, cap. 4. *Multa sunt, inquit, quæ me in Ec-  
clesia gremi justissime tenent. Tenet me consensio po-  
pulorum atque gentium ; tenet auctoritas miraculis in-  
choata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata ;*  
**D***Tenet me ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves  
suas post resurrectionem suam Dominus commandavit,*  
*usque ad præsentem episcopatum successio sacerdotum ;*  
*tenet postremo ipsum catholicæ nomen, quod non sine  
causa inter tam multas hæreses sola obtinuit.* Hæc Au-  
gustinus. LOAISA.

7. Hæresis ab electione dicitur, teste Hieronymo, in  
epistolam ad Galat. v. Et Clemens Alexandrinus, lib.  
Strom. vii : *Hæresis, inquit, electio est.* Et Tertullianus,  
lib. de Prescript. adversus hæreticos. Elegans  
descriptio hæretorum est apud Cyprianum, lib. de  
Unitate Ecclesie. Et inter alia : *Hi sunt, inquit, qui  
se ultra apud temerarios convenas sine divina disposi-  
tione præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinatio-  
nis lega constituant, qui, nemine episcopatum dante,  
episcopi sibi nomen assumunt.* Et intra : *Hos eodem  
denou Domini designat et denotat, dicens : Me dere-*

*liquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatae, quæ continere non valent aquas.*

8. Causa hæresis ob quam reum sit? Ad exercitationem fidei, Via vero per quam sit obscuritas est divinarum Scripturarum, in qua caligantes hæretici aliud quam se res habeat intelligent; nec esse possunt, quia id ipsum quod existunt hæreses, jam non sunt. **158** Male enim sentiendo scientiam non acquirunt, ad nihilum enim tendunt.

9. Hæretici ingenti studio mendacia sua discunt, et labore vehementi, ne ad unitatem Ecclesiæ veniant, decertant: de quibus per prophetam congrue dicitur: *Bocuerunt linguam suam loqui mendacium, et ut iniuste agerent, laboraverunt.*

10. Dum vicissim hæretici mutuo se iacerant, quando alterutrum sese in proprias sectas inducunt, sic tamen invicem sese collidunt, ut contra Ecclesiam pari erroris spiritu decerten. Et qui invicem divisi sunt, in adversitate Ecclesiæ simul existunt uni; eiusque qui pro eo quod tantum valeant hæreses videntur habere veritatem, hoc respondendum est: Non ideo saluti præponendi sunt morbi, quia plerumque ita generaliter mundum occupant, ut parum saluti loci relinquant.

11. Non posse hæreticos habere veniam, nisi per Ecclesiam catholicam (constat), sicut et amici Job don per se placare sibi Deum potuerunt, nisi pro eis Job sacrificium obtulisset.

12. Opera bona, quæ hæretici faciunt, et justitia eorum, nihil eis prodest, testante Domino per Isaïam: *Quia mei oblius es, ecce ego annuntiabo justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi.*

13. Hæretici, quamvis legem et prophetas admiment, ex eo tamen quod catholici non sunt, non est Deus in eorum conventibus; ipso Domine testante: *Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima*

*liquerunt fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare. Augustinus, lib. de Utilitate credendi, ad Honorium, cap. 4: Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, et maxime vanæ gloriæ, principatusque gratia, falsas ac novas opiniones, vel gignit, vel sequitur. Vivam hujus rei his calamitosis temporibus habemus imaginem. LOAISA.*

8. Sic Paulus, I Cor. xi: *Oportet hæreses esse, ut et qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Tertullianus, lib. Adversus hæreses, in principio: *Hæreses, inquit, ad languorem et interitum fidei productas. LOAISA.*

*Ibid.* A veritate obscuritate ortas esse hæreses docet elegantissime Clemens Alexandrinus, lib. Strom. vii, et Tertull., lib. Prescript. adversus hæreticos. Augustinus originam et progressum hæreses variè tradit; nam lib. de Genesi contra Manichæos, hæreses ortas dicit a superbis: *Mater, inquit, omnium hereticorum est superbìa;* lib. lxxxiii Quæst., quod manent a falsa scripture intelligentia. *Non posset,* inquit, *error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de Scripturis non intellectis.* Vide Hieronymum, ad Galat. v, et habetur q. 3, c. Hæresis. Hæreticum appellat eum qui eliter Scripturam intelligit quam sensus spiritus efflagitat; et Hilarius: *De intelligentia, inquit, hæresis, non de scriptura est; sensus, et non sermo, facit crimen.* Tertull., de Prescript. adversus hæreticos a philosophia esso natas hæreses tradit: *Ipsæ dentique hæreses, inquit, a philoso-*

*mea ad populum locum. Ejice eos a facie mea, et egreditur.* Per Moysem quippe et Samuelem legem accipe, et prophetas, quos quamvis hæretici opere implere contendunt, propter erroris iamen impietatem a vuln̄ Dei projiciuntur, et a justorum cunctis separantur.

14. Paganus et hæreticus; ille qui unquam fuit cum Dei populo; **159** iste, qui recessit a Dei populo; uterque recedentes a Christo, ad diaboli pertinet corpus.

15. Qui ab idolatria ad Judaismum vel hæresim transeunt, juxta prophetam, de male ad malum egressi sunt, et Dominum non cognoverunt, quia de infidelitatis errore in errorem alium transierunt,

16. Cujus doctrinam quisque sequitur, hujus et filii nuncupatur, sicut et per prophetam Amorissem patrem, et Gethæam matrem esse Israel Dominus dicit, non utique nascendo, sed imitando. Sia et in meliorem partem Filii Dei nuncupantur, qui praecpta Dei custodiunt. Unde et nos, non natura, sed adoptione clamamus Deo dicentes: *Pater noster, qui es in celis.*

17. Non solum nativitate, sed etiam imitatione filios posse alieius vocari. Nam Judæi, secundum carnem, filii Abrahæ; secundum conuersationem, filii diaboli nuncupantur; ac per hos illi sunt semen Abrahæ, qui ejus imitantur fidem, non qui ex ejus generati sunt carne.

18. De erroris auctore trahitur a quibusdam et nomen, et culpa, ut Ipsius vocabulo censeatur cuius et errorum insequitur, sicut Ecclesiæ Pergami in Apocalypsi dicitur: *Habes tenentes doctrinam Balaam, et Jezabel;* doctrinam igitur Balaam dicitur habere Thyatiris, propter imitationem, non propter præsentiam corporalem.

#### *phæ subornantur. LOAISA.*

*Ibid.* *Nec esse possunt, etc.* Obscura hære sunt, et fortasse aliqua verba desiderantur. ANEV.

19. Innocentius III eleganter hoc idem dixit, facies quidem diversas habere, sed caudas ad invicem colligatas, quin de unitate convenienter in Id. ipsum Habetur de Heros, lib. v, e. *Ecclesiæ Balaam.* L.

*Ibid.* Existens uni. Al., existens unius, quod clarus videtur. ANEV.

20. In Ecclesiæ legebat per Jeremiam, verum emendavi Isaïam, consentientibus omnibus Mss. et versione. Locus est Isaïæ cap. LVII. Ex divo Greg., lib. xxxv Moral., cap. 7. LOAISA.

*Ibid.* Similis confusio nominum, ut unus propheta pro alio ponatur, non semel notatur in Nibris contra Judæos, quod ex Marianæ annotationibus facile est colligere. ANEV.

21. Cyprian., de Unitate Eccles., Aug., lib. xviii de Civitate Dei, cap. 8. LOAISA.

22. Justorum varia sunt in divinis litteris appellations. Vocantur Filii Dei, et Joann., viii, filios dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Joann. i: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Rom. vi: *In spiritu gloria filiorum Dei;* et viii: *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.* Et Genes. vi vocantur Filii Dei qui in Ade unius Del. Alissimi et ejus cultu, virtute, pietate, et observantia mortalibus reliquis ventri deditis, qui vitam ducent impletam, et exegem, et idolatria longe ex-

## 160 CAPUT XVII.

*De gentibus.*

1. Philosophi gentium non, sicut oportet, Deum quærentes, in angelos inciderunt prævaricatores; factusque est illis mediator diabolus ad mortem, sicut nobis Christus ad vitam.

2. Multum mundi philosophi prædicantur in dimensione temporum, cursuque siderum, ac discussione elementorum; et tamen hoc non nisi a Deo habuerunt. Volando enim superbe, ut aves, aere; et demergentes se in profundum, ut pisces, mare; et ut pecora gradientes, terram descripserunt, verumtamen tota mente Auctorem eorum intelligere noluerunt.

3. Quare non possunt animalia bruta interrogare? Quia nesciunt ratiocinari. Ideo non dissimiles gentiles homines animalibus extiterunt; qui talia non considerantes, et ipsa amplius diligentes usque ad eorum cultum evanuerunt.

4. Via Christus est; si quis in ea non graditur, non est quoniam veniat ad Deum. Philosophi autem mundi utique Deum cognoverunt, sed quia displicuit illis humilitas Christi, in invio transierunt, et non in via. Ideoque evanescentes, gloriam Dei in mendacium mutaverunt, et rectitudinem viæ relinquentes, in affractus inciderunt errorum.

5. Primum unicuique est scire quid appetat; secundum vero est ut id quod appetit apprehendat. Imperfetta quippe sapientia est, quo tendas scire, et nescire iter per quod expediat ire. Quid enim prodest si quis famis tempore ubertatis regionem videat, et viam per quam ad illam perget ignorat? Ecce patriam quisque querit, sed qui viam perdidit errando

cellunt; unde et per excellentiam sunt appellati Filii Dei. Vocatur enim Christus D. N. Filius Dei Altissimi, per naturam; justi autem per gratiam adoptionis. Aliis etiam nominibus justi appellantur, ut filii resurrectionis, Lucas xx; et filii regni, Marc. xiii; filii nuptiarum, Marc. ii; filii sponsi, Luc. v; filii pacis, Luc. x; filii lucis, Luc. xvi, et Joann. xx. Justinus martyr, Josephus Hebreus, Tertullianus, et Lactanius Firmianus angelos, Genes. vi, filios Dei appellatos existimant. Quam sententiam gravissime refellit Theodoreetus, Quæst. in Genes., quæst. 47, et sic interpretatur illud de Enos, Genes. iv: *Iste caput invoca nomen Domini, ex versione Aquilæ: Tunc exorsus est appellatione in nomine Domini, quæ verba significare videntur quod hic sua pietate primus divinum nomen adeptus est, ut a consanguineis deus appellaretur, a quo deinceps posteri filii dei, perinde ac nos a Christo Christiani. Hæc Theodoreetus. LOAISA.*

CAP. XVII.—N. 1. Gregor. lib. Moral. xxv, cap. 12. LOAISA.

3. Ad Rom. i: *Evanuerunt in cogitationibus. L.*

5. *Ignorat, fortasse legendum, ignoret. AREV.*

CAP. XVIII.—N. 1. Post hanc sententiam Luc. Cod. addit: *Via, per quam ad Deum itur, lectio est scripturarum Scripturarum. Ergo qui vult Deum scire, appellat viam Scripturæ sacræ, per quam possit sapientiam invenire. Per ipsam enim Deus intelligitur, per ipsam queritur, per ipsam quoque ad contemplationis ejus participium pervenitur. AREV.*

2. Est apud Gregorium, lib. xxx Moral., cap. 15, dum interpretatur locum illum Job. xxxix: *Circum-*

**A** graditur, non profiendo; quantoque plus ambulat, tanto magis ab eo quod querit elongatur.

6. Qui viam regiam, hoc est, Christum, deserit, etiæ videat veritatem, a longe videt, quia nisi per viam non est quoniam ad eam 161 appropinquet. Quod si gradiens per desertum leonem incurrit, semel ipsum redarguat, dum in diaboli faucibus haeserit.

## CAPUT XVIII.

*De lege.*

1. *Via, per quam itur ad Christum lex est, per quam yadunt ad Deum hi qui ut est intelligunt eam.*

2. *Sanctorum Scripturarum altitudo quasi montes pascuae sunt (Psal. vi), ad quos dum quisque iustorum descendit, pascuae indeficientis refectionem invenisse se congaudet.*

**B** 3. In scripturis sanctis, quasi in montibus excelsis, et viri perfecti habent sublimia intelligentiae, quibus gressus contemplationis quasi cervi erigant, et simplices quasi parva animalia inveniunt modicos intellectus, ad quos humiles ipsi refugiant.

4. *Scriptura sacra infirmis et sensu parvulis, secundum historiam humilis videtur in verbis, cum excellentioribus autem viris altius incedit, dum eis sua mysteria pandit, ac per hoc utrisque, manet communis, et parvulis, et perfectis.*

5. *Scriptura sacra pro uniuscujusque lectoria intelligentia variatur, 162 sicut manna, quod populo veteri pro singulorum delectatione varium dabat saporem. Juxta sensuum capacitatem singulis sermo dominicus congruit. Et dum sit pro uniuscujusque intellectu diversus, in se tamen permanet unus.*

6. Ideo in libris sanctis quædam obscura, quædam aperta reperiuntur, ut intellectus lectoris et su-

*spicit montes pascuae suæ, et virentia quæque perquirit. LOAISA.*

3. *Sensus est apud Augustinum, dum exponit locum illum Psalm. cii: Montes excelsi cernis, petra refugium herinacis. Ubi Augustin. legit: Petra refugium hircis et leporibus. Perpendit hunc locum divus Hieronymus, super Ezechiel. lib. xiii, cap. 43: Hircus, inquiens, animal est semper ad excelsa festinans, et nihil periculi skatinens in precipitiis; et ibi inventa viam, ubi carceris animantibus interitus est; unde et Greco sermone caprarum et hircorum grec sublimium conversatione dicitur, hoc est, ἀκρότον, quasi ἀκροπόλον, si quidem εύοι excessum, πόλου conversationem significat. Idem ad Demetriadem: Sic, inquit, statui supra petram pedes meos, et petra refugium leporibus, pro quo multi herinacis legunt, animal parvum ac sugax, et spinarum sentibus prægravatum. Et ad Suniam, sephanum animal esse ait, non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, et in Palestina ἀπτόν dicit, magnamque illorum in ea regione esse abundantium, ac semper in cavernis petrarum et terræ foveis habitare. Hæc ex Hieronymo. Ati cuiuscumlo. LOAISA.*

5. *Gregor., lib. Moral., cap. 21, et August., lib. i super Genes. ad litteram, cap. ultimum. LOAISA.*

*Ibid. Justa sensum. Gregorius probat homil. 10 super Ezechiel., lib. i, et homil. 6: Quid autem rota, inquit, nisi sacram Scripturam designat, quæ ex omni parte ad auditorum mentes volvit?* LOAISA.

*Ibid. Gregor., lib. i super Ezechiel., homil. 6, et lib. xxxi Moral., cap. 12. LOAISA.*

6. *Greg., lib. i Moral., cap. 21. LOAISA.*

dium augeatur. Nam si cuncta patarent, statim intellecta vilescerent. Rursus si cuncta clausa existent, confessum disidentiam gignerent. Ne ergo de obscuris desperatio fiat, ea quæ manifesta sunt satiant; et ne de intellectis fastidium existat, ea quæ clausa sunt desiderium excitant. Nam pleraque quanto magis latent, tanto magis exercitium præbent.

7. In Scripturis sanctis sœpe ea quæ futura sunt quasi facta narrantur, sicut est illud : *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me acetum.* Sed eur futura quasi præterita scribuntur, nisi quia ea, quæ adhuc facienda sunt in opere jam facta sunt in divina predestinatione? Nobis igitur temporaliter accident, quæ conditori omnium sine tempore prævidentur.

### 8. Propterea prophetia rerum futurarum gesta

*Ibid. Exercitum præbent. Al., desiderium præbent.* A.R.E.V.

7. De usu præteriti et futuri disserit Gregorius, lib. xxxiv Moral., cap. 3; et Augustinus, lib. de Verbis apostoli, serm. 2, et lib. iv super Num., et in enarratione psalm. cii; et Tertull., lib. iii adversus Marcionem. Quam temporis enallagam frequenter esse in divinis litteris, ut futurum pro præterito ponatur, probat psalm. vi : *Lavabo per singulas noctes lectum meum, pro lavi. Et psalm. LXV : In flumine pertransibunt pede.* Et Isai. xxxviii : *Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, et meditabor ut columba, pro meditatus sum, et clamavi.* Præteritum ponitur aliquando pro futuro, ut psalm. liv : *Ego autem ad Deum clamari, et Dominus salvavit me; hoc est, salvabit me.* Sequitur enim : *Et exaudiens vocem meam. Futurum pro præsenti psalm. cxlv : Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur.* LOAISA.

8. Id frequens est in divinis litteris, ut constat ex Gregorio, in Cant. vi, et Hieronymo, super Ezech. vii, et ex Augustino lib. xvii de Civitate Dei, cap. 3 : *Tripartita, inquit, reperiuntur eloquia prophetarum, siquidem aliqua sunt ad terrenam Jerusalem spectantia, aliqua ad caelestem, nonnulla ad utramque.* Hieronymus, super Ezech. vii : *Quod quatuor modis dicitur Jerusalem, exempla nos ponemus : primo modo dicitur, juxta Iudeos, illa civitas terrestris, quam planxit Christus. Matth. xxxii : Jerusalem, Jerusalem, quæ occidit prophetas, et lapidat eos, qui ad te missi sunt. Secundo, sanctorum est congregatio. Psalm. 36 : Fundamenta ejus in montibus sanctis : diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Tertio, est multitudine angelorum, dominationum, potestatum, et caelestis paradisi. Paulus ad Galatas iv : Quæ autem sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrorum. Ad Hebreos x : Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et hæc est quæ describitur Apocalyp. xii. Quarto, pro Ecclesia militante et triumphante. Apocalyp. xi : Vidi civitatem sanctam Jerusalem. Hieronymus etiam, in Ezech. xxii, affirmit quod quidquid de Jerusalem reportat dicitur, ad animam referri possit.* LOAISA.

*Ibid. Osee iv : Particeps Ephraim idolorum dimittit eum. Et cap. v : Calumniam patiens Ephraim, fractus iudicio, quia cœpit abire post sordes.* Et illud : *Ero linea Ephraim, et putredo Jacob.* Tinea enim totum vestimentum consumit. Job xiii : *Sicut vestimentum, inquit, quod comedimus a linea. Putredo non ita. Sic enim heresis est linea Ephraim, peccatum vero putredo Jacob.* LOAISA.

9. Psalm. xxxii. Dicere enim jussionem importat multoties in divinis litteris, ut est illud Pauli ad Rom. xii : *Dico autem per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere.* Græce λέγω, ut Latini dicunt : *Jubeo salvare,*

A præsentibus miscet 163 rebus, ut ita credantur illa futura, quemadmodum ista cernuntur esse completa. More enim suo per præsentia de futuris loquitur, sicut in persona Jerusalem de Ecclesia, et sicut in persona Ephraim de hereticis.

9. Pro factis divinis plerumque et dicta ponuntur; idcirco, quia non operatione manuum Deus, sed dicens imperio operatur, sicut scriptum est : *Dixit, ei facta sunt; mandavit, et creata sunt.*

10. Quod in Scripturis sacris una 164 repetitur sententia, aut confirmationis causa est, aut mysterii, sicut lex et gratia, sicut initium et perfectio, sicut bonum et melius.

11. Lex divina in tribus distinguitur partibus : in historia, 164 in præceptis, et in prophetia. Historia est in his quæ gesta sunt, præcepta in his quæ jussa

B et dico salutem. Et illud : *Dic ut lapides isti panes fiant, id est, jube ut lapides, etc.* LOAISA.

10. Hieronymus, super Ezech. xxxiii, adnot. vit in Scripturis sacris hoc observari debet : ubi videtur aliqua similitudo esse sententiae, non in omnibus eadem dici, sed vel subtrahi plerumque, vel addi, et singulorum inter se verborum discrepantium haberi rationem. LOAISA.

11. Lex a detecta dicta : *jubet siquidem quæ eligenda, facienda sunt, ut Cicero, lib. i de Legibus docuit. Unde Paulus, ad Rom. iii : Per legem, inquit, cognitus peccati. Lex accipitur pro Veteris Testamenti libris. Isai. ii : De Sion exhibet lex.* Et apud Paulum ad Rom. i : *Si autem Iudeus cognoninarius, et repuges in lege, et gloriari in Deo, et nosti voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem.* Et cap. vii : *Lex sancta.* Et liber Psalmorum lex a Christo D. N. appellatur Joann. x : *In lege vestra scriptum : Quia ego dixi : Dii estis.* Ut August., ibid., tract. 48, annotavit. Et Amalaricus Tauriens., lib. de Osticlo Missæ. Distinguuntur etiam lex a psalmis et prophetis. Matth. xi : *Lex et prophetæ usque ad Joannem.* Et illud : *Oportet impleri quæ scripta sunt in lege, et prophetæ, et psalmis de me.* Matth. xxii. LOAISA.

*Ibid. Distinguitur. De partitionibus Veteris et Novi Testamenti vide Epiphanius, lib. de Mensuris ei Ponderibus, et Joannem Damascenum, lib. iv de Orthodoxia, et Gregor. Nazianz. in Carminibus, et Hieron. in præfatione lib. Regum, et Isidor. lib. vi Etymolog., cap. 4. Obiter annolandum duxi, non aliter hic Isidorum de partibus divinarum legis disserere, quam in lib. vi Etymolog. Nam ibi post Veteris Testamenti partitionem in legalia, prophetica et hagiographa, sic inquit : *Summa utriusque Testimenti trisarie distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria.* Hæc ille, ut intelligas præcepta ad mores, prophetas ad allegoriam pertinere. Nam divisio illa celebris, ac pervagata, in tres explanationis species, seu partes, allegoricam, tropologicam, anagogicam, juxta tripli- D centrum præteriti, præsens ac futuri differentiam, ab antiquis Patribus traditur, ita ut allegorica expositio præteriorum in veteri lege unibrarum ac figurarum præmonitiones et prodigia manifestet, unde prophetæ ad allegoricam exponendi rationem pertineant. Adde etiam merito prophetis tribui dicendi genus allegoricum, propter tropos, verborum ænigmata et translationes, ut Tertullianus annotavit aduersus Marcionem, lib. iii. LOAISA.*

*Ibid. In historia.* Ita habent omnes Cod. mss. I..

*Ibid. Laudatur a Loisa Amalaricus Tauriensis, qui videtur esse Amalaricus Trevirensis, cui a multis ascribitur opus de ecclesiasticis officiis, ab aliis Amalario Metensi, ab aliis Amalario Lugdunensi attributum. Vide Fabric., Bibl. med., cum notis Mansi. A.R.E.V.*

sunt, propheta in his quæ futura prænuntiata sunt.

12. Læx divina tripli s̄entienda est modo. Primo, ut historicæ : **165** secundo ut tropologice, tertio ut mystice intelligatur. Historice namque juxta literam, tropologice juxta moralem scientiam, mystice juxta spiritalem intelligentiam. Ergo sic historicæ oportet fidem tñnere, ut eam et moraliter debeamus interpretari et spiritualiter intelligere.

13. Tria et septem decem præcepta sunt; sed tria ad amorem Del **166** pertinent, septem ad homines. Illa tria quæ ad Deum pertinent in una tabula

12. *Augustinus*, lib. unico super Genesim ad literam, cap. ii : *Quatuor modi*, inquit, a quibusdam Scripturarum tractatoribus traduntur legi exponendæ, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum etymologiam. *Historia* est, cum sit divinitus, sive humilitus, res gesta commemoratur. *Allegoria*, cum figurata dicta intelliguntur. *Analogia*, cum Veteris et Novi Testamenti congruentia demonstratur. *Etymologia*, cum dictorum factotumque causa reduntur. Idem, de Utilitate credendi, ad Honoratum, cap. 3, dividit Scripturam secundum historiam, etymologiam, analogiam et allegoriam. **LOAISA.**

*Ibid.* *Historice*. *Sensus historicus Scripturæ*, qui litteralis est, inter omnes est potentissimus, et efficacissimus, et ad probandum fidei auctoritatem reliquis multo illustrior; ostiisque fundamentum et basis omnium expositionum divinæ Scripturæ, ejus difficultatem annutavit Hieronymus in præfatione commentariorum in *Abdiam*, et *Augustinus* lib. i *Retractionum*. Verum si sola historia, et nuda legatur, non intellectus litteræ spiritus, modicam habet utilitatem, et ita appellatur ab Hieronymo, *Ezech. iv*, viii*h* *h* *intelligentia*; et *Augustinus* lib. 15 de *Civitate Dei*, cap. 27 non esse illis consentendum asserit qui solam historiam recipiunt sine allegorica significacione, nec illis qui solas figuræ defendunt repudiant historiæ veritatem. *Sensus enim utilis Scripturæ* ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, et ad justa erudiendum, ut perfectus sit homo Dei, ex litera, et spiritu constat; littera enim sola occidit, spiritus autem vivificat, animumque in omne opus bonum instruit. Unde *Gregorius*, lib. xvi *Moral.*, cap. 10: *Ut, inquit, modo nos nuda pasti historia, modo sub textu litteræ rotata mentalitus nos reficiat spiritualis allegoria*. **L.**

*Ibid.* *Tropologica*. *Tropologica expositio* idem est quod moralis. Exemplum ponamus aquæ ex illo *Genesio* 1: *Congregate aquæ in locum unum*, significat aquam elementalem, verum tropologice tribulationes significat, ut in illo psalm. LXV : *Transivimus per aquam, et ignem, et eduxit nos in refrigerium*. Et *Isai xlii* : *Gum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te*. Et illud : *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*. Significat etiam tropologice sapientiam. *Proverb. xviii* : *Aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans, sors sapientie*. Et illud : *Fieri ei sors aquæ salientis in vitam eternam*. *Eccles.* : *Aqua sapientie salutaris potabit eos*. Significat etiam hereses, *Proverb. ix* : *Aqua fertur dulciores sunt*. Et humanas prosperitates, *Joann. iv* : *Omnis qui bibet ex hac aqua sit agnus eternus*. Spiritus sancti infusionem, *Joann. vii* : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina aquæ vive de venire ejus fluent*. Evangelista id interpretatur : *Hoc autem, inquit, dixit de spiritu quem acceptaverant, eridentes in eum*. Significat etiam populos, *Apocul. xvii* : *Aqua vero populi sunt*. De sensu tropologico Hieronymus sic scribit in *Ezech. iv* : *Eisdem litteris historia currit, et tropologia, sed illa humilior est, ista subtilior; illa haeret terræ, ista ad caelos sublebat*. **LOAISA.**

*Ibid.* *Mystice*. *Mysticum sensum hic Isidorus vocat*

*scripta fuerunt, reliqua septem in secunda*. In prima tabula trium mandatorum hoc primum est : *Diliges Dominum Deum tuum*. In secunda : *Honora patrem tuum et matrem*.

14. Hinc est, quod Salvator scribæ interroganti quod præceptum est primum in lege? ait : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est, hoc primum est*. Secundum vero simile est huic : *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*. Unum namque præceptum de prima tabula dixit, quod ad Dei pertinet amorem; alterum vero de alia tabula, quod ad hominis pertinet dilectionem.

*spiritualem intelligentiam*. Hieronymus, cuius divinæ Scripturæ partitionem Isidorus sequitur, sic habet in 12 quæst. in *Abdiam* : *Triplex in corde nostro deseriptio, et regula Scripturarum est: prima ut intelligamus eas juxta historiam; secunda juxta tropologiam; tertia juxta intelligentiam spiritualēm*. In *historia eorum* quæ scripta sunt ordo servatur. In *tropologia de littera* ad *mijora consurgimus*, et qui quid in priori populo carnaliter factum est, juxta moralem interpretatur locum, et ad animalia nostra emulmenta converimus. In *spirituali operi* ad *sublimiora transimus*, terreno dimicimus, de futurorum beatitudine et celestialibus disputamus, ut præsente vīce meditatio umbra future beatitudinis sit. *Quarens Hieronymus*, *Divus Eucherius*, in libro *spiritualium formularium*, quatuor ponit divinatum *Expositionum genera*, *historicum*, *tropologicum*, *allegoricum*, *anagogicum*. De *historica*, *tropologica*, et *allegorica expositio*, jam ex mente Augustini disputavimus. Nunc de *anagogica expositio*, quam Eucherius vocat, quæ ad *sacra* *littera* *celestium figurarum secretæ perducit*, ut si aquam exponamus de alterna beatitudine, ut in *Jeremias* ii : *Me dereliquerunt fontem aquæ vīce*. Et de angelis, *psalm. cxlviii* : *Aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini*. Poteris sub *mystica* et *spirituali intelligentia* *allegorica* et *anagogica* colligere. Ita Eucherius, Hieronymus, Augustinus et Isidorus consentiunt in multiplici et varia Scripturarum partitione. **LOAISA.**

15. *Tria et septem decem præcepta* habent omnes Cod. mss., quam lectionem maxime probo. Sic enim est apud Aug., lib. de Decem Chordis, cap. 5 (ondë sententiam desumpsit Isid.), et hb. xv contra Fausum, cap. 4. **LOAISA.**

*Ibid.* *In una tabula*. Hanc partitionem præceptorum in tabulis, neque quod fuerint tria in una, et septem in alta scripta, sequuntur plurimi Latinorum sanctorum, ut August. in locis citatis; et lib. de decem Chordis, cap. 5, probat sicut sententiam ex illo Pauli : *Primum mandatum in reprobatione*. Verum in hac sententia non est cohæsus, cum lib. Quæstionum Veteris Testamenti, q. 7, quatuor verba affirmit esse exarata

D in prima tabula, quordam primum statuit: *Non sint tibi dii alieni praeter me*; secundum: *Non facies tibi ullam similitudinem*; tertium: *Non stimes nomen Dei tuum in vanum*; quartum: *Sabbatum Domini Dei tui servabis, et non facies in eo ultum opus servile*. Refrigua in secunda, ita ut primum verbū secundæ tabulae sit: *Honora patrem tuum et matrem tuam*, ex illo Apostoli ad Ephes. vi: *Honora patrem tuum et matrem, quod est mandatum primum in reprobatione*. Quomodo, inquit, esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso creperet? In reprobatione autem ideo dicitur, quid statim subjicitur: *Ut sis longævus super terram, et bene sit tibi*. Hæc est promissio facta illa qui mandata custodiunt. Josephi, lib. iii *Antiq.*, cap. 6, et Philos., in lib. *Quis rerum divinatum habet sit*, in utraque tabula quinque esse præcepta tradita affirmant. Sunt qui dicunt has tabulas tempore ultimi Jerosolymitani excidiæ sub Romanis imperatoribus

## CAPUT XIX.

*De septem regulis.*

1. *Septem esse, inter ceteras, regulas locutionum sanctorum Scripturarum quidam sapientes dixerunt.*

**107** 2. Prima regula est de Domino et ejus corpore, quæ de uno aut ad unum loquitur, atque in una persona, modo caput, modo corpus ostendit, sicut Isaia ait : *Iuduit me vestimenta salutari, quasi sponsus decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus auro.* In una enim persona duplice vocabulo nominata caput, id est, sponsum, et Ecclesiam, id est, sponsam, manifestavit.

3. Profunde notandum in Scripturis quando specialiter spiritus describitur, quando et caput, et corpus; aut quando ex unoque transcat ad unumque, aut ab altero ad alterum, siue quid capit, quid corpori conveniat, prudens lector intelligat.

4. Secunda regula est de Domini corpore vero et permisso. Nam videndum quædam unius convenire persone, quæ tamen non sunt unus, ut est illud : *Puer meus es tu, Israel, ecce delevi, ut nudem, iniquitatis tuas, et sicut nebulam peccata tua; convertere 108 ad me, et redimam te.* Hoc ad unum non congruit.

in templo Dei fuisse, indeque a Tito Augusto inter cetera capitæ urbis spolia in triumphum allatas.

*Ibid.* Quod ex quorundam opinione Loaisa refert, tabulas legis a Tito in triumphum Romam fuisse allatas, falsum esse alii putant, cum Josephus referat nihil a Tito inventum in sanctuario templi. Vide Comment. ad Prudent., pag. 694 et 1234, et dissertationem Calmeti de arca foederis praefixam libris Machabæorum. *AREV.*

CAP. XIX.—N. 1. Has septem regulas veluti claves aperiendi sensus divinae Scripturæ reconditos extinguit Ticonius. August., lib. iii de Doctrina Christiana, c. 30 : *Ticonius, inquit, quidam, qui contra Donatistas invictissime scripsit, cum fuerit Donatista; et lib. ii Contra epistol. Patmeniani, cap. 28, vocat eum magistrum, ejusque interpretandi divinam Scripturam, leges et formidas, tantum fecit, ut Cypriani expositionibus præstulerit, ut constat lib. ii Retractat., et lib. iii de Doctrina Christiana, cap. 30, ubi de harum regularium utilitate sic inquit : Necessarium duxi ante omnia quæ mihi videntur, libellum Regularum scribere, et secretorum leges, veluti claves et lumina, fabricare; sunt enim quædam regulæ mistæ, quæ universæ legi recessus obtinent, et veritatis thesauros aliquibus visibiles faciunt. Quarum si ratio regularum, sine invidia, et communicamus, accepta fuerit, clausa quæque patet, et obscura dilucidobuntur, ut quisque propter illa quæ sciri Donatista hereticus loquitur.* Meminit et Cassiodorus harum regularium in Præfat. comment. in Psalm. Scripsit idem Ticonius expositiones in Apocalyp. Joannis, ut auctor est Gennadius et Beda in Apoc. Exstat nunc liber Regularum editus in Bibliotheca Sanctorum a Margarino theologo Patiensensi compilata, tom. VI. Floruit Theodosio et filiis ejus imperantibus anno Domini 590. *LOAISA.*

*Ibid.* Ticonium Afrum auctorem hardum regulardum non solum Donatistam, sed etiam Chiliasmum fuisse adserit Vezziosius. Multi scribunt Ticonius. Loaisa, sive Grialius maluit Ticonius, quod alli etiam sequuntur; nonnulli Tychonius. De eo Fabricius in Biblioth. med. xvi. *ANGV.*

A 5. Nam altera pars est cui peccata delevit, et cui dicit : *Puer meus es tu.* Et altera cui dixit : *Convertere ad me, et redimam te.* Qui si convertantur, eorum peccata delectantur. Per hanc enim regulam sic ad omnes loquitur Scriptura, ut et boni redarguantur cum malis, et mali laudentur pro bonis. Sed quid ad quem pertinet, qui prudenter legerit dicat.

6. Tertia regula est de littera, et spiritu, id est, de lege et gratia : lege, per quam præcepta facienda admittemur; gratia, per quam ut operemur juvamur. Vel quod lex non tantum historice, sed etiam spiritualiter sentienda sit. Namque et historice oportet fidem tenere, et spiritualiter legem intelligere.

7. Quarta regula est de specie et genere, per quam pars pro toto, et totum pro parte accipitur, veluti si uni genti vel civitati loquatur Deus, et tamen intelligatur omnem contingere mundum, sicut in Psalmis : *Et adorabunt, inquit, eum filii Tyri in munib[us]. Filii Tyri, filii gentium, ab specie ad genus; per Tyrum enim vicinam tune huius terræ ubi propheta erat significabat omnes gentes credituras Christo.*

8. Unde et bene sequitur : *Vultum tuum depre-  
cabuntur omnes divites terre;* Sic et per Isæam pro-

2. *Quæ de uno ad unum loquitur, in Excus. est.* Quam lectionem non probo. Nam sensus ita est, ut sola ratione discernatur, cum in una persona duo distinguuntur ratione et cogitatione officia. Unde sola ratione complectentur quando a capite ad corpus transitum sit. *LOAISA.*

*Ibid. Isaias.* Est hoc exemplum Isai. cap. Lxi, apud Ticonium et Augustinum, quanvis LXX utuntur versione : *Sicut sponso imposuit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornata :* Ως νυμφία περιβόηται με μπροστα, καὶ ὡς νύμφη ρετέσθρονται με κάθουσα. Isidorus Vulgatus semper ampliavit versionem. *LOAISA.*

4. Ticonius dixit de Domini corpore bipartito: quam vocem Augustinus correxit, affirmans quod non debuit ita appellari, sed potius de Domini corpore vero atque mixto, aut vero atque similitato, vel de permista Ecclesia. *LOAISA.*

6. August., lib. iii de Doctrina Christiana ita sentit, quod potius sit magno quæstio quam regula. Ticonius appellat hanc regulam tertiam de Promissis et lege. August. de Spiritu et littera, vel de Gratia et mandato. *LOAISA.*

7. Tota hæc regula corrupte legitur in Excus. Eam restituimus ex cod. Coth. ms. antiquo. Ejus meminuit Greg., lib. iii Moral., et homil. 26 in Evang., super illud : *Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* *LOAISA.*

*Ibid. Psalm. XLIV : Adorabunt eum filii Tyri in munib[us], vultum tuum depreocabuntur omnes divites plebis.* Sic Aug. super psalmos legit : *Adorabunt eum filii Tyri, ita ut sententie periodus non claudatur in adorabunt eum, ut in in multis Codicibus interpunctum inveniatur.* Idem : *Filiæ Tyri, filii gentium; a parte resurferunt ad totum. Tigris, vicina huic loco ubi prophætia erat, significabat gentes crediturus Christo.* Theod., super Psalm. sic legit : *Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum, et filii Tyri in munib[us].* Et affect interpretum diversas sententias, et per filias Tyri totam impietatem significari afflunt. *Mos est,* inquit, *sacerd[es] Scripturæ a parte totum demonstrare.* Sic alibi per Libanum omnem superstitionis cessationem prædicti; nam Libanus, inquit, cum ecclesia cadet. Sic etiam divus Basilius, a quo Theodoretus scholia in Psalmos sere collegit. *LOAISA.*

8. Isaias, cap. xiv, ubi Hieronymus : *Hoc loco quidam artifices generalem esse colligunt omnem orbem prophæ-*

phetam dnm adversus Assyrium **169** Dominus A comminatur, dicens : *Ut conteram Assyrium in terra mea, et in montibus meis conculcem eum. Et erit Babylon illa gloriosa, et regnis inclita, sicut subvertit Dominus Sodomam et Gomorrhām.* Nam licet aduersus unam civitatem Babylōnēm per Isaiam præfatum Dominus comminetur, tamen dum contra eam loquitur, transit ad genus de specie, et convertit generaliter contra totum mundum sermonem.

**9.** Certe si non diceret aduersus universum orbem, non adderet infra generaliter : *Et disperdam omnem terram, et visitabo super orbem mala, et cætera quæ sequuntur ad internacionem mundi pertinentia;* unde et adjecit : *Hoc est consilium, quod cogitavi super omnem terram, et hæc est manus ejus extenta super universas gentes.*

**10.** Item, dum sub persona Babylonīæ arguit universum mundum, dicens : *Disperdam omnem terram, et visitabo super orbis mala, et cætera quæ sequuntur, ad internacionem mundi pertinentia;* rursus ad eamdem quasi de genere ad speciem revertitur, dicens quæ eidem civitati specialiter contigerunt : *Ecce ego suscitabo super eos Medos.* Nam regnante Balthasar, a Medis est obtenta Babylonīa.

**11.** Sic et onus Ægypti ex persona ejusdem totum vult intelligere mundum, dicendo : *Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios, regnum aduersus regnum,* cum Ægyptus non multa regna, sed unum habuisse scribatur regnum.

*tiam. Quibus nequaquam contradicimus, dum sciamus hic omnem terram Assyriorum proprie significari. L.*

*Ibid. Et erit. Locus est apud eumdem Isai., cap. XIII. LOAISA.*

**12.** Duobus modis dicit Ticonius hanc vigore regulam, aut per synecdochē, aut per legitimos numeros. Vocat legitimos numeros eos quos eminentius Scriptura commendat, ut est septenarius, denarius, duodenarius. Vide ipsu[m] Ticoniūs, et Augusti. LOAISA.

*Ibid. De triduo. August., lib. III de Doctrina, et lib. IV de Trinit., cap. 6, et Ticonius, in regulis, hunc locum late versant. LOAISA.*

**13.** *Et erunt dies vitæ hominis cxx, dum tantum centum usque ad diluvium inveniantur ex quo hæc a Domino statuta sunt.* Vell sicut illud quadringentis, etc. Est vero locus illi Genes. VI : *Dixitque Deus : Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum.* Quem locum Lactantius Firmianus, lib. II divinarum Institutione, cap. 14, ita exponit, ut dicat Deum iratum breviori spatio vitam hominum circumscripti[us] e[st], et abrogata vivendi longitudine, quam ante diluvium habuerant, intra centum et viginti annorum spatium coercuisse. Idque ex Josepho accipit Firmianus, lib. I Antiquit. Verum aliter interpretatur locum Hieronymus, lib. Quæst. Hebraic. : *Hoc est, inquit : Babo centum viginti annos ad pænitentiam. Non igitur humana vita, ut multi errant, in centum viginti annos contracta est, sed generationi illi centum viginti anni ad pænitentiam dati sunt.* Quia vero pænitentiam agere contemporant, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatiis amputatis, induxit diluvium anno centesimo agendæ pænitentiae destinato. Quam etiam expositionem Chrysostomus est amplexus, homil. 22 in Genes. Verum eam improbat Gennadius veluti absurdam, et a Deo penitus alienam, cum semper Deus ad vindictam tardio ingrediatur passu. Vide catenam Græcorum

**12.** Quinta regula est de temporibus, per quani aut pars major temporis per partem minorem, aut pars minor temporis per partem majorem induetur, sicut est de triduo Dominicæ sepulturæ, dum nec tribus plenis diebus ac noctibus jacuerit in sepulcro, sed tamen a parte totum triduum accipitur.

**13.** Item pars a toto, ut est illud : *Et erunt dies vitæ hominis 170 anni centum viginti, dum tantum centum usque ad diluvium inveniantur, ex quo hæc a Domino statuta sunt;* vel sicut illud, quod quadringentos annos prædixerat Deus filiis Israel in Ægypto servituros, et sic inde egressuros : qui tamen quadringtones annos non servierunt, quia, dominante Joseph, Ægypto dominati sunt; ubi iterum a parte totum subiungitur, quia non statim post quadringtones annos egressi sunt, ut fuerat repromissum, sed, quadringtonis triginta peractis, ab Ægypto recesserunt.

**14.** Ad hanc temporum regulam pertinent et illa quæ dum adhuc futura sunt quasi jam gesta narrantur, ut est illud : *Foderant 171 manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea; et divisorum sibi vestimenta mea, et his similia.* In quibus quæ adhuc facienda erant jam facta narrantur.

**15.** Sed quando aliquid faciendum esse pronuntiatur, secundum nos dicitur; quando vero quæ futura sunt jam facta dicuntur, secundum Dei æternitatem accipienda sunt, quia quæ nobis adhuc futura sunt, apud Dei prædestinationem jam facta sunt, apud quem omnia facta sunt quæ futura sunt.

**C**Patrum in Pentateuchum. Quod vero Deus, ut censet Hieronymus, viginti annos amputavit ex decreto tempore liquevit. Nam Genes. V dicitur : *Quingentorum annorum erat Noe cum genuit Sem, Cham et Japhet.* Cap. VI dicitur : *Eruunt dies vitæ illius centum viginti annorum.* Deinde cap. VII : *Sexcentorum annorum erat Noe, cum aquæ diluvii inundaverunt super terram.* LOAISA.

*Ibid. Vel sicut.* Genes. XV dicitur quod quarta generatione reverterentur in terram promissionis, quod etiam ita impletum est. Nam primus Jacob cum filiis ingressus est Ægyptum, Moyses vero quartus a Jacob populum eduxit. De computatione horum annorum, legę scholium nostrum in Chronicon Isidori. LOAISA.

**14.** In Excusis legitur : *est et alia de temporibus figura per quam quædam quæ futura sunt quasi jam gesta, etc.* Verum MSS. lectionem probo. Omniaque supra cap. 18. de lege numer. 7. posita sunt, ibique adnotatum sententiam esse ab Augustino desumptam, lib. de verb. Apostoli. LOAISA.

*Ibid. In quibus, etc.* Alii sic hæc reformat : *In quibus futura, tanquam jam facta, ita dicuntur. Sed cur quæ adhuc facienda erant jam facta narrantur?* Quia quæ nobis adhuc futura sunt, apud Dei æternitatem jam facta sunt. Quapropter quando aliquid faciendum esse pronuntiatur, secundum nos dicitur; quando vero quæ futura sunt jam facta dicuntur, secundum Dei æternitatem accipienda sunt, apud quem jam omnia facta sunt, quæ futura sunt. In omnibus his regulis describendis magna est mss. exemplarium discrepantia. AREV.

**15.** Gothus et alii duo Cod. antiqui sic habent : *In quibus quæ adhuc facienda erant jam facta narrantur. Sed quando aliquid faciendum pronuntiatur, secundum nos dicitur, etc.* Reliqua verba quæ in Editis et aliis MSS. reperiuntur in his duobus non exstant. LOAISA.

**16.** August. de hac regula sic scribit : *Sextam regulam Ticonius recapitulationem vocat in obscuritate*

16. Sexta regula est de recapitulatione. Recapitulatio enim est, dum Scriptura redit ad illud cuius narratio jam transierat, sicut cum filios filiorum Noe Scriptura commemorasset, dixit illos fuisse in linguis et gentibus suis, et tamen postea, quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur: *Et erat, inquit, omnis terra labium unum, et vox una omnibus erat* (*Gen. xi, 1*). Quomodo ergo secundum suas gentes et suas linguas erant, si una lingua erat omnibus, nisi quia ad illud quod jam transierat recapitulando est reversa narratio?

17. Recapitulatio enim est, dum rerum præteriorum causæ futuris miscentur gestis, sicut et in Genesi, dum sexto die hominem dicit factum fuisse, denuo recapitulat formatum dicens: *Formavit Deus hominem ad imaginem suam* (*Gen. ii, 7*). Nec non et ubi expletis omnibus operibus, dum Deum dicit septimo die requievisse, recapitulando subjungit: *Ista generationes cœli et terræ, quando creatae sunt, in die quo creavit Deus cœlum, et terram, et omne virgultum agri, an lequam oriretur super terram. Nondum enim pluerat* **172** *Dominus Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram; sed fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ. Hæc omnia recapitulando in serie narrationis rebus futuris nectuntur; cum intra sex dies etiam hæc patrata videantur.*

18. Septima regula est de diabolo et ejus corpore, quia sæpe dicuntur ipsius capitis, quæ suo magis convenienti corpori; sæpe vero ejus videntur dicta membrorum, et nonnisi capiti congruent. Sicut in Isaia, ubi dum contra Babyloniam, hoc est, contra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad diabolum, oraculi sententiam derivat, dicens: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris* (*Isai, xiv, 12*)?

19. Ex nomine quippe corporis intelligitur caput, ut est illud in Evangelio de zizaniis tritico admistis, dicente Domino: *Inimicus homo hoc fecit* (*Matth. XIII,*

*scripturarum satis vigilanter inventam. Sic enim dicuntur quædam, quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatione narrantur, cum ad priora que pretermissa fuerant, latenter narratio revocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur.* LOAISA.

*Ibid. Sicut cum. Codex Guadal. sic habet: Sicut in Isaia, ubi dum contra Babylonem, hoc est, contra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad diabolum, oraculi sententia derivatur, dicens: Quomodo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris? Sicut cum filios filiorum Noe Scriptura commemorasset, etc. Hæc habentur Isaï. XIV. Verum ad hanc regulam non pertinent, sed ad septimum de diabolo et ejus corpore, ut patet ex Augustino.* LOAISA.

17. Hæc omnia in nullo existant Cod. ms. eorum quos nactus sum ad hujus operis correctionem, inter quos duo erant membranæ antiquissimi litteris Gothicis scripti, unus Ecclesiæ Toletanae, æra 953 exaratus; alijs ex insigni collegio Ovetensi apud Salmanticam eo antiquior, ut ex litteris miram vetustatem præ se ferentibus colligere licet. Quapropter omnia, velut aliena, a germana lectione rejici. LOAISA.

*Ibid. Recapitulatio enim est... hæc patrata videantur. Bignæus hæc ait a se reperta in MSS. exemplaribus, in quibus docent præcedentia: Recapitulatio enim est... reversa narratio. Hæc quidem ultima existant in Editionibus antiquioribus. Alia deesse in suis MSS. Loaisa testatur, neque in nostris quidem*

### PATROL. LXXXIII.

A 28), hominem ipsum diabolum vocans, et ex nomine capitis significatur corpus, sicut in Evangelio dicitur: *Duodecim vos elegi, sed unus ex vobis diabolus es* (*Joan. vi, 71*); Judam utique indicans, quia diaboli corpus fuit. Apostata quippe angelus omnium caput est iniquorum, et bujus capitum corpus sunt omnes iniqui. Sieque cum membris suis unus est, ut sæpe, quod corpori ejus dicitur, ad eum potius referatur; rursum quod illi, ad membra iterum ipsius derivetur.

### 173 CAPUT XX.

#### *De differentiâ Testamentorum.*

1. Quidam ideo non recipiunt Vetus Testamentum, pro eo quod aliud in tempore prisco, aliud agatur in novo. Non intelligentes quod Deus quid cuique congruerit tempori magna quadam distributione concesserit: sicut in lege imperat nuptias (*Deuter. xxv*), in Evangelio virginitatem commendat (*Matth. xix*); in lege oculum pro oculo auferre (*Deuter. xix*), in Evangelio alternam præbere percutienti maxillam (*Matth. v*).

2. Sed illa pro tempore fragili populo, ista vero perfectio, utrique tamen pro tempore sua quæque convenientia commodans. Et tamen pro ista mutatione non est credendus Deus mutabilis, sed potius inde admirabilis prædicandus est, quia manens incommutabilis, quid cuique (ut diximus) tempori commodum fuit, magna cum distributione concessit.

3. Sub Veteri Testamento minoris culpæ erant peccata, quia in eo non ipsa veritas, sed umbra veritatis aderat. Nam in Testamento Novo præceptis altioribus manifesta facta quædam, quæ in illo populo umbrae veritatis deservierant, deserenda nobis præcipiuntur. Illic enim fornicatio et retributio injuria permitta sunt, nec nocebant; in Testamento autem Novo gravi animadversione damnantur, si admittantur.

### CAPUT XXI.

#### *De symbolo et oratione.*

1. Fidei symbolum et dominica oratio pro tota

apparent, nisi quod ita ordo capitum et rerum in multis MSS. turbatus est, ut non mirum videri debet si in aliquo existent. AREV.

18. Quæ in parenthesis includuntur in Gothicò tantum Cud. Ecclesiæ Toletanae in margine addita inveni. Locus est Isaïe, cap. xiv, et apud divum August., in exempla septima regulæ, et apud Tichonium. LOAISA.

19. Angelus apostola est Lucifer de quo Isaï. XIV: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer?* Idem vocatur et draco, et serpens antiquus, diabolus, et Satanæ, Apoc. XII. LOAISA.

CAP. XX. N. 1. Quidam Al., quidam heretici. Et mox, incognita quædam pro magna quædam. AREV.

3. Manifesta. Al., veritate manifesta. AREV.

CAP. XXI. N. 1. Symbolum et dominicam orationem continere fidem, spem, charitatem, docet August. in Euchir., cap. 6 et 7. Symbolum autem illud ab ipsis (Apostolis) editum magna cum cura et Spiritu sancti instinctu, apertum est ex Russino in Expositione Symboli, et August., in sermone secundo Dominicæ Palmarum, ubi quam singuli Apostoli partem contulerint docet in hunc modum: *Quod Graece Symbolum dicitur, Latine Collatio nominatur. Collatio ideo dicitur, quia collata in unum totius Catholicæ legis fides symboli colligitur brevitate, cuius textum vobis modo, Deo annuente, dicemus. Petrus dixit: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Joannes dixit: Creatorem cœli et terræ. Jacobus dixit: Credo et in Jesum Christum Filium ejus*

lege parvulis Ecclesiae ad celorum regna sufficit causa pessenda. Omnis enim latitudo **174** Scripturarum in eadem oratione dominica et symboli brevitatem concluditur. Unde et propheta Isaia dicit: *Abbreviationem audiui a domino Deo exercituum, super universam terram. Attende, et audite eloquium meum* (*Isai. v. 23.*)

2. Sed haec abbreviatio, aut illud intelligitur, quod Dominus dicit: *Omnem legem et prophetas in duobus praecipitis dilectionis Dei et proximi pendere: aut propter ipsam Orationem dominicam, vel symboli brevitatem, in quibus (ut predictum est) omnem Scripturam coarctari (cernimus) latitudinem.*

### 175 CAPUT XXII.

#### *De baptismo et communione.*

1. Solam Ecclesiam catholicam habere baptismum ad salutem Zacharias propheta testatur: *In die, inquit, illa, erit fons patens domui David et habitantibus in Ierusalem, in ablutionem peccatorum et menstrualium (Zach. unicum, Dominum nostrum. Andreas dixit: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus ait: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. Thomas ait: Descendit ad infernum, tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus dixit: Ascendit ad celos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotens. Mattheus dixit: Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Jacobus Alphæi: Credo et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam. Simon Zeleotes dixit: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Judas Jacobi: Carnis resurrectionem. Matthæus complevit: Vitam aeternam. Amen. Ambrosius et alii, sermone 38, de jejuniis et quadragesim, Symbolum appellat fidei clavem duodecim artificum operatione conflatam: Irenæus, lib. 1, cap. 2, tesseram fidei unanimem; et Leo, in epistola ad Pulcheriam Augustinum. Ambrosius lib. iii de Virginitate vocat signaculum cordis, et esse antelucanis horis quotidie recitandum. Pro fidei autem Symbolo Apostolorum intelligitur, ut in concil. Laod. cap. 46: *Baptizatos oportet fidei Symbolum dicere, et cap. 47. Similiter in concilio Agathensi, can. 9, in concilio Moguntino, sub Carolo Magno, cap. 48. De Symbolo Apostolorum, lego Hieronymum in epistola ad Pamphilium, et August., lib. ad Catech., et Clementem Romanum, in epist. ad Jacobum fratrem Domini. LOAISA.**

*Ibid. Dominicæ oratio.* A Patribus quotidiana oratio dicitur, ut Cypriano in ejus expositione, et Augustino, lib. xxi Civit., cap. 27, et concilio Toletano iv, cap. 9, quia quotidie dicitur, et quia delet minima et quotidiana peccata. LOAISA.

*Ibid. Isaia, etc.* Locus est apud Isaiam, cap. x, ubi Hieronymus sic inquit: *Pro cunctis luculentis legis ceremoniis dedit præceptum brevissimum dilectionis et fidei.* Cyprianus, in Expositione orationis dominicae locum interpretatur de Symbolo fidei, et August., lib. de Perfectione justitiae hominis, respons. 11; et contra Faustum, lib. xv, cap. 4, diplichium Ecclesiae appellat duplo dilectionis præcepta. LOAISA.

*Ibid. In Editione Grialii erat capescenda pro capessenda; et in nota ab ipsis editum; supplevi apostolis. AREV.*

CAP. XXII. N. 1. Isidorus non damnat baptismum haereticorum, ut Cyprianus cum episcopis Africae, de quo Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos sic inquit: *Cyprianus laetus contritas fugere, nec bibere de aqua aliena voluit; idecirco haereticorum baptismus reprobans ad Stephanum tunc Romane urbis episcopum, qui a bruto Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit; sed cognitus eius frustra fuit.* Verum hic Isidorus loquitur de baptismis adultis collatis ab haereticis cum invocatione sanctissimæ Trinitatis, qui licet sit sacramentum, characteremque in animo obsignat, nihil

A XIII, 1). Domus quippe David, et Jerusalem, Christi Ecclesia est in qua manat fons in ablutionem peccatorum Haeretici autem id solum imaginaria ostentatione faciunt; ideoque illis baptismus non ad remissionem peccatorum, sed ad supplicii testimonium datur.

2. Pro solo originali reatu hunc in inferno nuper natili infantuli **176** poenas, si renovati per lavacrum non fuerint. Proinde cum causa nuper natus damnatur infans, si non regeneratur, quia originis noxietate perimitur.

3. Cur parvuli peccato originali carentes per baptismum, et nequam proprium habentes delictum, a bestiis paenitentia cæteris lanjantur? Haec igitur causa est: baptismus enim a poena aeterna, non a presenti vita supplicio liberat. Quid si a poena presenti homines liberarentur per baptismum, ipsum putarent baptismi premium, non illud aeternum. Ergo, soluto reatu peccati, manet tamen quedam temporalis pena, tamen illis ad salutem remissionemque peccatorum protest, quousque ab Ecclesia suscipiantur. Non enim illis ad remissionem peccatorum, inquit, sed ad supplicii testimonium datur. Quam sententiam probat Augustinus, lib. iii contra Donatistas, cap. 14, et lib. de Baptismo, cap. 12, et habeatur de Consecrat. d. 4, c. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum fictio de veraci confessione recessit. Id in Gregorius ad Quiriacum, Epistola 61, lib. 12, Registrum, et Nicolaus pontifex ad consulta Bulgarorum, cap. 5. Quid vero de baptismis ab haereticis collato senserit Isidorus, hinc lib. ii de Officiis, cap. 24, dum inquit: *Haeretici autem si tamen in Patribus et Filii et Spiritus sancti attestacione doceantur baptismus suscipere, non iterum sunt baptizandi, sed solo chrismatem et manus impositione purgandis.* Baptismus enim non est hominis meritum, sed Christi. Ideoque nihil interest haereticus an fidelis baptizet; quod sacramentum tam sanctum est, ut nec hominida ministrante polluantur. Habet enim haereticus baptismum Christi; sed quia extra fidei unitatem est, nihil protest. At ubi ingressus fuerit, statim baptismus, quod habuerat foris ad perniciem, incipit illi jam prodesse ad salutem. Quod enim accipitur approbo, sed quia foris accipiatur improbo; dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscatur. Character est enim regis mei, non error sacrificatus: recordigo desertorem, non muto characterem. Hac Isidorus. Novissime sacra Tridentina synodus, sess. 7, can. 4, verum esse baptismia, inquit, quod datur in forma Ecclesie ab haereticis. LOAISA.

*Ibid. In nota Loaisæ erat quod datur in canone forma, etc. AREV.*

2. Infernus multiplex est, ut adnotavit doctissime, sicut omnia, divus Thomas Aquinas: *Infernus.* inquit, quadruplex: scilicet damnatorum, puerorum, purgatorium, et sanctorum Patronum. In primo sunt tria, tenebrae gratia, tenebrae gloriae, et poena sensus. A quo aeterno supplicio utinam liberemur. In secundo sola duo prima, tenebrae gratia et gloria. In tertio tantum secundum et tertium, tenebrae gloriae et poena sensus. In quarto tantum secundum, tenebrae gloriae, vocalurque hic sinus Abrahæ. De quo Terullianus adversus Marcionem, lib. iv. Divus Gregor., lib. vii Epistolarium, epist. 53, ad Secundinum, de receptaculo agit animarum parvulorum qui sine baptismis discidunt. LOAISA.

*Ibid. Proinde, etc.* Ita Codex Goth. et alii MSS. Locus manifestus ad prohandom originis maculam esse in pueris a parentibus contractam, et esse omnes natura procreatos filios ire. LOAISA.

*Ibid. Proinde, etc.* Al., proinde *Ad eam nuper natu, insigne, si non regeneratur, damnatur, quia, etc.* De baptismis non solum *civ. loc. de Officiis eccles.* agit Isidorus. sed etiam lib. ii contra Judæos. cap. 54. AREV.

ut illa vita ferventius requiratur quæ erit a pœnis omnibus aliena.

4. Nullus negat fidelium etiam post baptismum quo peccata delentur, quotidie, quandiu in isto saeculo sumus, ad Deum nos debere converti. Quod quamvis sine intermissione sit quotidie agendum, nunquam tamen fecisse sufficiet.

5. Qui in maternis uteris sunt ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, renaci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit quem generatio non præcessit.

6. Qui intra Ecclesiam non ex dignitate Ecclesiæ vivunt, sed fidem, quam **177** verbo tenent, operibus destruunt, de ipsis legitur: *Multiplicati sunt super numerum* (*Ps. xxxix*, 6), ut subaudias, in regno prædestinorum.

7. Qui scelerate vivunt in Ecclesia, et communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi,

5. Habetur hæc sententia in collectaneis Gratiani de Cons. d. 4, et apud Ixon., p. 1, cap. 183, et apud Magistrum, lib. iv Sent., dist. 6. LOAISA.

*Ibid.* Id non obstat quoniam probabilis aut vera sit opinio quorundam recentiorum, qui docent conserui posse baptismum in casu necessitatis pueris qui in uteris maternis sunt, si ad eos pervenire possit aqua baptismi. AREV.

6. Psalm. **xxxix.** Ita interpretatur et Augustinus. Verum Basilius et Theodosius aliter locum interpretantur in scholiis Psalmorum. LOAISA.

*Ibid.* Prædestinorum. Sic habent omnes Cod. mss. et editus antiquus, quam lectionem posui et delevi in regno reproborum, ex Gregorio et Augustini expositione, unde Gregorius subiungit de illis qui sunt super numerum: *Hic enim fidelibus per confessionem admisi sunt, sed propter vitam reprobum istic numerari in sorte fidelium non merentur.* LOAISA.

*Ibid.* Vezzosius asserit Loaisam et Breuliam animadvertere legendum potius esse in regno reproborum; quam dictiōnēm adiopiat Bigauus. Verum Breulius nihil habet præter Loaisę notam; et Loaisa aperte docet præferendum in regno prædestinorum, quod allata sancti Gregorii verba confirmant, ut mitum sit Vezzosium in tam perspicua re ballucinatum suisse. AREV.

7. Habetur tota sententia de Consecr., d. 2, cap. Qui scelerat vivunt; fragmentum vero ejus de Cons. d. 4, cap. Qui in maternis uteris, in fine capit. LOAISA.

CAP. xxiii. N. 2. Isidorus martyris nomen hoc capite non tantum illi tribuit qui extremam mortem gloriose pro Christo passi sunt, sed illi etiam qui a confessione hominis Christi nulla tormentorum atrocitate abduci potuerunt. Idem facit ubique Cyprianus, martyrum extimus laudator. Tertullianus autem hos designatos martyres appellat, illos vero absolute martyres. LOAISA.

3. Vet. Cod. ad unum omnes legunt: Vir sanctus ultra se in agone pro certamine debet offerre justitiae. Tollunt enim negationem non, verum ita sensus non convenit iis quæ sequuntur: sed tamen agonis fructum videns uberrimum, non debet declinare laboris periculum. Quapropter existimo negationem, ut in Editis est, relinquendam. Thomas, 2—2, quæst. 124: *Martyrium, inquit, oblatum debet tolerari patienter, sed non debet queri, quia non debet dari occasio agendi injustice.* Hæc ille. Unde Cyprianus fugit martyrium, ut constat ex primo lib. Epistol., et Athanasius, ut patet ex homilia super Mattheum cap. x, et ex apologia de fuga sua, prope medium. Ille eleganter Cyprianus ait,

A dicente propheta: *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas* (*Jer. xi, 15*)? Et Apostolus: *Probet, inquit, se homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat* (*I ad Cor. xi, 28*).

#### CAPUT XXXIII.

De martyrio.

1. Dei servus adversitate ulla non frangitur, sed pro veritatis defensione ultro se certaminis offert, nec unquam pro veritate diffidit.

2. Sæpe ex discipulis ad martyrium eliguntur, qui suos doctores ad coronam præcedunt; et qui sunt ordine postremi, sunt nonquaque in certamine primi.

3. Vir sanctus ultro se pro agone certaminis debet offerre justitiae; sed tamen agonis fructum videns

B uberrimum, non debet **178** declinare laboris periculum. Quod si major est labor quam animarum lucrum, declinandus est labor, quem minime comitatur augmentum. Utrumque enim fecit Apostolus qui et periculis se ultro dedit, ubi maximum animarum lucrum

Epist. 83: *Dominus confiteri nos magis voluit quam prefigeri.* Verum quid de virginibus illis dicemus quae ob castitatem et pudicitiam amorem, ne turpiter violarentur, mortem sibi aqua, vel ferro, vel laqueo consicerent? Quas *etiam* sancta Ecclesia inter divas martyres connumerat, ut constat ex divo Ambrosio, lib. iii de Virginibus, ad Marcellinam sororem, de Petagia et filiarum morte, et Eusebio Cæsariense, lib. viii Eccles. Histor., de virginibus Antiochiae, et Sophronia, quæ se occidit, ne vim a Maxentio patetur? Hieronymus, super Jonam, exponens illud cap. 1: *Tollite me ei mittite me in mare, sic inquit; Non est nostrum mortem arripere, sed illa amabitis libenter accipere, unde in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas pericitatur, sed percutienti colla submittitur.* Augustinus vero lib. i de Civit. Dei, multis capitibus probat nulla prorsus causa fas esse sibi mortem inferre. Quod si dixeris id licere ne virginitatis integritas onnitatur, respondet corporis sanctitatem, animi sanitatem manente, non amitti. Verum eod in lib. velut de sententiis suis iugore non nihil remittens, questionem hanc sic concludit: *Sed quædam, inquit, sanctæ feminæ tempore persecutoris, ut insectatores suæ pudicitiae deitarent, in rapturam atque necaturum se flumen projecerunt, eoque modo defunctæ sunt; eorumque martyria in Ecclesia catholica veneratione celebrissima frequentantur.* De his nihil temere audeo judicare. Utrum enim Ecclesia aliquibus fide dignis testificationibus, ut eorum memoriam sic honore, divina persuasus auctoritas, nescio. Et fieri potest ut ita sit. Quid si hoc fecerunt non humanitas deinceps, sed divinitus iussæ, nec errantes, sed obedientes? Sicut de Samson aliud nobis sic non est credere. Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagiis intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obsequium pietatis accuset? Hæc Augustinus, ex cuius verbis illud aduersus haereticos nostri temporis obliter notandum, Ecclesiam sanctos suos divina persuasione actam honore. Hic etiam in questionem factum Razia (de quo Machabæorum ii, 14), solet vocari. Quod divus Augustinus improbat l. ii cont. a secundam epist. Gaudenii, cap. 23, et epist. 61 ad Dulcitium, ubi eum laudari ait, non quia seipsum interfecit, sed quod esset vir strenuus, civitati que ac patriæ amator. Nam aliqui turpe est et animi in patientis sibi manus inferre, ut docet Arist., in Ethicorum, cap. 10. Unde labitur Cicero, Offic. i, dum, Catouis mortem laudans, honestum ac licitum esse asserit virum fortem, ubi res postulaverit, se violenta manu perire. LOAISA.

vidit; et sapienter se périculo abstulit, in quo potiorem laborem quam lucrum esse perspexit. Ultero se Paulus apud Ephesum periculis obtulit, quia **179** potius pericula lucrum vidit. Damasci autem ideo pericula subtraxit semetipsum, quia nullum periculi ipsius arbitratuſ est fructum.

4. Disce quomodo ad martyrium se offerat quisque ultra, vel quomodo juxta sententiam Dei cingatur ab altero, et, quo non vult ipse, ducatur, nisi quod et propter gloriam futuram de certamine justus gaudet, et propter passionis violentiam refugit subire quod dolet.

5. Accipe exemplum adeundi sub trepidatione martyrii de usu bellandi, in quo exercitatus quisque in prælio et per audaciam certamen aggreditur, et per timorem cunctatione movetur.

6. Item accipe exemplum martyrii de reparatione humani corporis ad salutem; dum quisque et de spe reparationis gaudet, et de incisionibus ceu amarissimis poculis moeret.

#### CAPUT XXIV.

##### *De sanctorum miraculis.*

4. Etsi apostolis virtus data est signorum propter fidem gentium nutriendam, Ecclesiæ tamen data est virtus operum propter eamdem **180** fidem ornundam. Et tamen in ipsis apostolis plus erat mirabilis virtus operum quam virtus signorum. Ita et nunc in Ecclesia plus est bene vivere quam signa facere.

2. Quod nunc Ecclesia non ea miracula faciat quæ

*Ibid. Paulus, etc.* Id liquet ex Actorum xix. Paulo enim volente exredi ad populum, non permiserunt discipuli ejus. LOAISA.

*Ibid.* Vezzosius non probat rationem Loaisæ, quod, si tollatur negotio, sensus non convenit illi quæ sequuntur, sed tamen agnoscit fructum videns, etc. In nota Loaisæ mendum erat, sed tamen si agonis fructum videns, fortasse inde ortum, quod in nonnullis Editis legitur sed tamen si agonis fructum videt, etc. In eadem etiam nota correxi de sententiæ suæ rigore pro de sententiæ vigore. Cæterum negari nequit, quod commodior sensus eruitur, si apponatur negotio. Florezius, tom. X Hisp. sacr., c. 10, apologiam texit martyrum Cordubensem in persecutione Saracenica, qui se ultra pro veritatis defensione certaminis obtulerunt, quos defendit etiam glorioſissimus ipse Christi martyr sanctus Eulogius Cordubensis. Advertit Florezius verba sancti Thomæ a Loaisa citata non reperiri ea quæst. 124, 2—2, qui potius art. 3, ad 1, ait: *ex zelo fidei et charitate fraternali multoties leguntur sancti martyres sponte se obtulisse martyrio.* An et quandom licita sit spontanea oblatio ad martyrium, magna eruditonis copia explicat Benedictus XIV de Beatif. sanctor. lib. iii, cap. 16. AREV.

6. Alii, de incisionibus malorum. AREV.

CAP. XXIV. N. 1. *Ex Gregor. homil. 29.* LOAISA.

*Ibid.* plus erat, etc. Id constat ex Lucæ x: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit.* Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur. Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Quod docte etiam probat venerabilis et sanctus Beda, super Joann. I. LOAISA.

*Ibid.* Plus est bene, etc. Id eleganter probat Cyprianus in oratione de Unitate Ecclesiæ ex illo Matth. vii: *Multi enim dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in*

A sub apostolis faciebat, ea causa est, quia tunc oportebat mundum miraculis credere, nunc vero jam credentem oportet bonis operibus coruscare. Nam ideo tunc siga siebant exterius, ut interius fides roboraretur.

3. Jam in fide miracula quicunque requirit, vanam gloriam, ut laudetur, quererit. Scriptum est enim: *Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus* (1 Cor. xiv, 22). Ecce signum non est fidelibus necessarium, qui jam crediderunt, sed infidelibus, ut convertantur. Nam Paulus pro non credentium infidelitate patrem Publum de infirmitate febrium virtutibus curat (Act. xxviii, 8), infirmantem vero Timothéum fidelem, non oratione, sed medicinaliter temperat, ut uoveris, miracula pro incredulis, non pro B fidelibus fieri.

4. Antequam Antichristus appareat, virtutes ab Ecclesia, et signa cessabunt, quatenus eam quasi abjectiorem persecutur audacius. Ob hanc utilitatem cessabunt sub Antichristo ab Ecclesia miracula et virtutes, ut per hoc et sanctorum claret patientia, et reproborum, qui scandalizabuntur, levitas ostendatur, et consequentium audacia ferocior efficiatur.

#### 181 CAPUT XXV.

##### *De Antichristo et ejus signis.*

1. Omnis qui secundum Christianæ professionis normam aut non vivit, aut aliter docet, Antichristus est.

2. Plerique autem Antichristi tempora non visuri

*nomine tuo daemonia ejecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquam vos cognovi, recedite a me, qui operamini iniquitatem.* Sic enim legitur apud Cyprianum, pro quibus in Editione Vulgata est: *Multi dicent in illa die, etc.* Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. *Dicestate a me.* Idem probat divus Ambrosius in comment. epist. I ad Corinth., xii, exponens illud: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* LOAISA.

*Ibid.* In nota Loaisæ erat: *Ecce dedit vobis, quod ex Evangelio correxi.* AREV.

2. Quare miracula in Ecclesia nunc cessaverint causas etiam reddit August. lib. I Retract., cap. 13, et I. de Vera religione, cap. 25, et Ambros. super primam Epistolam ad Corinth., xii, in fine. Divus Gregorius, lib. xxvi Moralium docet etiam Ecclesiam olim adminiculus miraculorum indiguisse, nunc vero non item: *Paulus, inquit, egregius prædicator Mile-tum veniens, plenam infidelibus, sciens patrem Publum dysenteria febribusque vexatum, orando salvavit;* et tamen agerant Timothœo præcepit dicens: *Modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates.* LOAISA.

3. Ex Gregor., lib. xxvi Moral., c. 14. LOAISA.

*Ibid.* Medicinaliter temperat. Al., medicinaliter reparat. AREV.

4. Ex Gregor., lib. xxxiv Moral., cap. 2. LOAISA.

*Ibid.* Ferocior. Vetus Editio, sortior. AREV.

CAP. XXV. N. 1. Antichristus Latine dicitur contrarius Christo, ut auctor est Augustinus in primam canonican Joann. tract. 3, et in libello de Antichristo, si modo ejus est, et Gregor., lib. xxix Moral., c. 6. Rebellis Christio vocatur a Tertull., lib. de Præscript. adversus haeret. A Joann. I, ii, meudax dicitur. *Quis est, inquit, mendax, nisi qui nō est, quoniam Jesus non est Christus?* hic est Antichristus. Apoc. xiii Bestia nominatur. Homo peccati, et filius perditionis a Paulo II Thess. II. Hæc aliaque multa

sunt, et tamen in membris Antichristi inveniendi sunt.

3. Antequam veniat Antichristus, multa ejus membra præcesserunt, et pravæ actionis merito caput proprium prævenerunt, secundum Apostoli sententiam, qui jam iniquitatis mysterium operari illum affirmat, etiam antequam reveletur (II Thess. ii, 7).

4. Magnitudine signorum faciet sub Antichristo ut electi, si fieri potest, in errorem mittantur (Math. xxiv, 24). Sed si electi, quomodo sunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in errorem titubationis ad modicum præ multitudine prodigiorum, non tamen dejiciendi sunt a stabilitate sua terrorum impulsu atque signorum. Unde et ideo ponitur si fieri potest, quia electi perire non possunt, sed cito resipescentes cordis errorem religione coercentur: scientes prædictum **182** a Domino esse, ut dum hoc fecerint B adversarii, non conturbentur sancti.

5. Tam mira facturus est prodigia et signa, dum venerit Antichristus, ut etiam electis quidam cordis signatur scrupulus, quod tamen cito exsuperet in illis ratio, per quam scient in deceptionem reprobrum et electorum probationem eadem fieri signa. In quo tempore per patientiam gloriosi erunt sancti, non per miracula, sicut martyres fuerunt priores. Illi enim et persecutores sustinebunt, et facientes prodigia. Proinde et durius bellum sustinebunt, quia non solum contra persequentes, sed etiam contra miraculis coruscantes dimicaturi sunt.

6. Gravius sub Antichristi temporibus contra Ecclesiam desævet Synagoga, quam in ipso adventu Salvatoris Christianos est persecuta.

7. Dum in martyres diabolus jam exercuerit magnam crudelitatem etiam ligatus, crudelior erit tamen sub Antichristi temporibus, quando etiam erit solvendus. Nam si tanta ligatus, quanta solitus faciet?

8. Quanto propinquius finem mundi diabolus videt,

nomina illi per translationem et allegoriam in divinis litteris tribuuntur. **LOAISA.**

*Ibid.* De Antichristo notum est opus doctissimi Malvenda, ut alios omittam. **AREV.**

3. Membra Antichristi sunt heretici et improbi Christiani; qui ore Christum confitentur, factis autem negant, ex August., tract. 3 super primam Epist. Joann. *Quisquis factis, inquit, negat Christum, Antichristus est.* Quotquot enim habet Ecclesia perjuro, fraudatores, adulatores, ebriosos, feneratores, aliasque id genus sceleratos homines, antichristos, hoc est, adversarios Christi esse, idem recte asserit. Quod ipsum etiam de hereticis censem, ex illo ejusdem loci: *Antichristus est qui negat Patrem et Filium. Omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus.* **LOAISA.**

*Ibid.* Locus Pauli est II Thess. ii. *Nam mysterium jam operatur iniquitatis.* In quem locum divus Thomas Aquinas sic ait: *Sicut omnia bona sanctorum ante Christum fuerunt figura Christi, sic in omni persecutione Ecclesiæ tyranni fuerunt, quasi figura Antichristi.* Græci hunc Pauli locum de Nerone dictum accipiunt, in qua sententia etiam divus Ambros. est in hunc locum. **LOAISA.**

5. Num vera futura sint miracula ac prodigia Antichristi, vide Augustin., lib. xx de Civit. Dei, cap. 49. **LOAISA.**

*Ibid.* *Durius bellum.* Quam atrox Antichristi bellum futurum sit patet ex illo Isai. xiv: *Hic homo, qui*

A tanto crudelius persecutions exercet, ut quia se continuo damnandum conspicit, socios sibi multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur.

9. Quanto breve tempus videt sibi restare diabolus, ut damnetur, tanto in magna persecutions ira moveret, divina justitia permittente, ut glorificentur electi, sordideretur iniqui, et ut diabolo durior crescat damnationis sententia.

### 183 CAPUT XXVI.

*De resurrectione.*

1. Inchoatio pacis sanctorum est in hac vita, non perfectio. Tunc autem erit plenitudo pacis, dum ad Dei contemplationem absorpta carnis infirmitate convaluerint.

2. Resurrectio mortuorum, ut Apostolus ait, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi futura est (Ephes. 17, 13); in ætate scilicet juventutis, quæ profectu non indiget, et absque inclinatione defectus in perfectione ex utraque parte et plena est, et robusta.

3. Quamvis nunc filiorum Dei nomine homines fideles vocentur (Rom. viii, 14), tamen ex eo quod hanc servitutem corruptionis patiuntur adhuc jugo servitutis addicti, sunt accepturi plenam filiorum Dei libertatem, *Dum corruptibile hoc induerit incorruptionem* (I Cor. xv, 53).

4. Nunc Deus per speculum agnoscitur, in futuro autem quisque electus facie ad faciem præsentabitur (I Cor. xiii, 12), ut ipsam speciem contempletur, C quam nunc per speculum videre conatur.

5. In hac vita electorum numero ad dexteram pertinentium, et reproborum, qui ad sinistram ituri sunt, Ecclesiam Dei compleri (dicitur); in fine autem sæculi sicut zizania a frumento disjungi.

*concitat terram, commovet reges, qui ponit orbem terræ totum desertum.* Sic enim legit Cyprianus, interpretaturque de Antichristo, lib. iii Testimoniorum ad Quirinum. Vulgata Editio ita habet: *Nunquid iste est vir qui turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit?* **LOAISA.**

*Ibid.* *Scrupulus, quod tamen.* Melius videretur *scrupulus quem tamen.* **AREV.**

7. *Crudelior erit*, etc. Al., *crudelior erit tamen sub Antichristi, etc., ligatus facere potuit, quanta, etc.* **AREV.**

9. Ita in MSS. et in Editione veteri. De tempore adventus Antichristi vide piam ac prudentem sententiam August., lib. xviii de Civit. Dei, cap. 93, et Greg., xxxiv Moral., cap. 10. **LOAISA.**

*Ibid.* Al., *quanto brevius.* Codex meus, *videt se regnare diabolus.* **AREV.**

CAP. xxvi. N. 1. Ex Gregor., lib. iv Moral., cap. 22 et 23. **LOAISA.**

2. August., lib. 22 de Civit., cap. 14 et 15. **LOAISA.**

*Ibid.* Sanctus Augustinus Pauli ad Ephesios locum interpretatur, et de ætate disserit qua resurrecturi sumus. **AREV.**

3. Fideles vocantur filii Dei per adoptionem Epist. I. Joann. iii. *Videte, inquit, quam charitatem dedidit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus.* Et statim: *Nunc filii Dei sumus (per gratiam videlicet), et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus quoniam, sicuti est.* **LOAISA.**

## CAPUT XXVII.

## De iudicio.

1. Judicii diem novit Christus, sed in Evangelio dicere et scire **184** discipulos noluit. Nam dum dicit idem Dominus per prophetam : *Diei ultiōnis in corde meo* (*Ios. lxiii, 4*), indicat se non nescire, sed nolle indicare.

2. De domo Domini, sicut scriptum est (*I Pet. iv, 17*), incipit iudicium, quando electi, id est, dominus Dei, hic per flagella judicantur. Impii vero illuc ad damnationem judicandi sunt. Unde et sequitur : *Si autem primum a nobis, quis filius eorum qui non crediderunt?*

3. Ad districti exactiū iudicis nec justitia iusti secura est, nisi pietate divina, ut et ipsa justitia, qua quisque Iesus est, Deo iustificante, justificetur.

Alioquin apud Beum et ipsa peccatum est. Inde est quod ait Job : *Innocentem et impium ipse consumit. Consumitur quippe a Deo innox*, quando ipsa innocentia liquidios requisita, et divinæ innocentiae comparata nihil efficitur, nisi et ibi per divinæ misericordiæ plenitatem homo justificetur. Consumitur item **185** a Deo impius, quando exactiū divini subtilitate requiritur, ejusque detecta impietas judicata dominatur.

4. Consumitor innot et impius simul sine carnis, non poena damnationis.

5. Doctus patiter et indoctus moriuntur, sed morte carnis, non poena damnationis. Omnia autem pergunt ad unum locum, dum morte corporali in ter-

CAP. XXVII. N. 1. Sed in Evangelio dicere se scire discipulis noluit. *Mss.* legunt nonnulli. Cæterum Gothus Tolètensis omnibus fidelissimam eam Editio consentit. *Lucus* vero est *Marc.* xii, his verbis : *De die autem illa vel hora nemo scit, neque angeli in celo, neque Filius, nisi solus Pater. Et Matth. xxiv : De die autem illa et hora nemo scit, neque Filius hominis. Quorum locorum interpretationem vide apud August. lxxxvii Quæst., q. 6; et Hieron., in Matth.; Ambros., lib. v de Fide, cap. 8; Theophil., super Marenum, cap. 15; Gregor., lib. iii super I Reg. iii. Qui omnes Patres ideo dicunt Filium iudicii diem nescire, quia eum indicare noluit hominibus. Alii doctores neoterici dicunt Christum, quatenus homo erat, diem iudicii non cognovisse naturali notitia. Nam solus Deus novit ex sua naturali notitia tempora et momenta quæ Pater posuit in sua potestate. Unde auct. Matth., cap. xxiv, additur, neque *Filius hominis*. Nam, quatenus Verbum, novit, sicut Pater. Quam interpretat onem videtur etiam sequi Basilius, in epistola ad Amphiphilium, dum Matthæi et Merci hæc loca interpretatur. Cæteris vero omnibus occultum esse, multis sacrarum litterarum testimoniis confirmatur. Matth. xxiv : *Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Luc. xvi : Sicut in diebus Lot, etc. Et I Thess. v : Cum dixerint homines Pax et securitas, veniet repentinus interitus. Et ibidem. Dies Domini sicut sur in nocte, et Luc xii : Quando non putatis Filius hominis veniet. Et alibi : Vigilate, quia nescis diem, neque horam. Apoc. iii : Veniam ad te tanquam sur, et nescies qua hora venias ad te.* LOAISA.*

*Ibid.* De genere cognitionis quo Christus diem iudicii novit, consulendus etiam Vezzosius, in not. ad Epiphani c. 21 Ancorati, part. ii Institut. Theolog. AREV.

2. *I Pet. iv : Quoniam tempus est ut incipiat iudicium*

Aram et justus et implius revertuntur (*Eccle. ii, 16*; iii, 20). Retributio autem dissimilis, scilicet per eternam Salomonem dicitur : *Quid plus habet sapientia a studio, nisi quod illuc pergit ubi vita est* (*Eccle. vi, 8*)! Ergo omnes in terram pariter redeunt. Nam ubi vita est, non pariter pergunt.

6. Gemina punitur sententia impius, dum aut hic pro suis meritis mentis exaltate percutitur, ne veritatem videat; aut dum in sine daturabit, ut debitas poenas exsolvat.

7. Gemitus est divinum iudicium : unum quo et hic judicantur homines, et in futuro; alterum, quo propterea hic judicantur, ne illic judicentur. Ideoque quibusdam ad purgationem temporalis proficit poena; quibusdami vero hic inchoat damnatio, et illic perfecta speratur perditio.

8. In iudicio reptabilis humanitatem Christi, in qua iudicatus est, videbunt, ut doleant, divinitatem vero ejus non videbunt, ne gaudeant. Quibus enim divinitas ostenditur, utique ad gaudium demonstratur.

9. Pro diversitate conscientiarum et misis appetebit in iudicio **186** Christus electis, et terribilis reprobis. Nam quemque conscientiam tulerit, tale et iudicium habebit; ut, manente in sua tranquillitate Christo, iis solis terribilis appareat, quos conscientia in malis accusat.

10. Duæ sunt differentiae vel ordines hominum in iudicio, id est, electorum et reproborum; qui tamen dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unus est, qui cum Domino iudicat, et aliis, qui iudicatur.

C de domo Dei, unde iudicium Graecæ xp̄pia pro afflictionibus accipientem. LOAISA.

3. Ex Gregor., lib. ix Moral., c. 11 et 12. LOAISA. *Ibid. Ut et ipse, etc. Pulchre differentiam justitiae, qua Deus et homo iusti dicantur, expressit adversus vesana hereticorum hujus temporis dogmata, de qua sic etiam in Conc. Trid., sess. 6, c. 7, scriptum est : Demum unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed quia nos justos facit; quia vel delice a Deo donata, renovatur spiritus mentis nostræ, et non modo reputamur, sed vere justi nominamur, et sumus, justitiam in nobis recipientes.* LOAISA.

7. Nec illic iudicentur. Ita est in omnibus *Mss.*; quæ lectio videtur cum illo Pauli quadrare *I Cor. xi : Si nos metipos iudicaremus, non utique iudicaremus*. Et cum illo Sapient. Ante justitiam præpara iudicium. LOAISA. *Ibid. Ad purgationem. Ioan. xv : Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, et omnem qui ert, purgabit eum. Greg. : Palms fructuosus purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur ad ubiorem gratiam.* LOAISA.

*Ibid.* Nonnulli impressi, nec illi damnentur, quod recte rejicitur. AREV.

8. Gothus, in qua iudicatus est videbunt; non male : sententia hæc est apud Augustinum, super Ioan., tract. 23, et de Trinit., lib. i, cap. 3, 16 et 17. Est etiam in Magistro Sentent., lib. iv, dist. 48. LOAISA.

*Ibid.* Divinitatem. Ex illo *Iosai. xxvi : Tollatur ini-* pius ne videat gloriam Dei. LOAISA.

9. Gregor., lib. xxv Moral., cap. 5 et 6. Desumitur autem sententia ex illo Pauli, *Hom. ii : Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se in vicem cognitionum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabili Deus occulta hominum. Quæcum locum ita trax Ambrosius interpretatur.* LOAISA.

10. Ex Gregor., lib. xxvi Moral., c. 24, et Magistr. in iv, dist. 97. LOAISA.

utriusque tamen etiam Christo regnabunt. Similiter A ordo reproborum partitur in dubibus, dum hi qui intra Ecclesiam sunt nisi judicandi sunt et damnandi; qui vero extra Ecclesiam inveniendi sunt, non sunt judicandi, sed tantum damnandi.

41. Primus igitur ordo eorum qui judicantur et pereant opponitur illi ordini honorum de quo sunt qui judicantur et regnant. Secundus ordo eorum qui non judicantur et pereant opponitur illi ordini justorum. In quo sunt hi qui non judicantur et regnant. Tertius ordo eorum qui judicantur et regnant illi ordini est cohereditas de quo sunt qui judicantur et pereant. Quartus ordo eorum qui non judicantur et regnant opponitur illi contrario ordini in quo illi sunt qui non judicantur et pereant.

#### CAPUT XXVIII. De gehenna.

1. Duplex damnatorum pena est in gehenna, quorum et mentem 187 urit tristitia, et corpus flammam iusta vicissitudinem, ut qui mente tractaverunt quod periclerent corpore, simul et animo puniantur et corpore.

2. Ignem gehennae ad aliquid lumen habere, ad aliquid non habere; hoc est, habere lumen ad damnationem, ut videant impii unde doleant; et non habere ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

3. Aptæ sit comparatio de cathino tritum puerorum ad exemplum ignis gehennæ. Nam sicut ille ignis non arsit ad trium puerorum supplicium, et arsit ad comburendam ligaminam vinculorum, ita ignis gehennæ et lucebit miseris ad augentum poenarum, ui videant unde doleant, et non lucebit ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

4. Inter hujus vitæ et futuræ infelicitatis miseriæ inulta discretio est. Illic enim et miseria est propter cruciationem dolorum, et tenebræ propter lucis aversionem: quorum unum in hac vita, id est, miseria est, aliud non est; in inferno autem utrumque est.

*Ibid.* Non sunt judicandi: Secundum illud Joann. iii: Qui non credit, jam judicatus est; et illud Pauli, Rom. ii: Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. LOAISA.

*Ibid.* Discriri inter impios, sive interedulos, et peccatores Christianos, agnoscunt multi alii Patres, qui dicunt peccatores judicandos esse, impios jam esse judicatos. Vide Prudentiana, pag. 153, num. 179. AREV.

CAP. xxviii. N. 1. Theophylactus, super Matth. x exponens illud: Timote autem magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Gehennam, inquit, cum dixit, significat perpetuanam penam; Gehenna enim dicitur a semper nascente. Illic est ille vermis de quo ait Isaías: Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Cui convenit illud Tityi (ut est in fabulis):

.... Rostrisque immobile voltur obuncus,  
Immortale jecur tundens, secundaque penes  
Viscera, rintaturque epulis, habitataque sub alto  
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.

LOAISA.

2. Ex Gregor., lib. ix Moral., c. 39. LOAISA.

*Ibid.* Petavius, lib. iii de Angelis, c. 5, ignem interiorum esse corporeum probat præsertim testimoniis Augustini et Gregorii, quibus Isidorum quoque

#### CAPUT XXIX.

##### De paenit. impiorum.

1. Sicut fasciculi lignorum ad combustionem de similibus colligantur (*Math.* xiii, 50), ita in judicio die similis culpa rei suis similibus jungentur; ut ex sequo pena constringat quasi in fasciculum quos actio similes fecit in malum.

2. Sicut unusquisque sanctus in futuro judicio pro quantitate 188 virtutum glorificabitur, ita et unusquisque impius pro quantitate facinorum condemnabitur; nec deerit in supplicio futuro damnationis ordo, sed juxta qualitatem criminum, Propheta affirmante, discrecio erit poenarum.

3. De charorum quoque suorum suppliciis additur etiam pena defunctis, sicut apud inferos diviti ser-

Bmo prædicat evangelicus (*Luc.* xvi, 19); sicut pro augendo Judæ supplicio dicit etiam psalmus: Commotione moveantur filii ejus, et mendicent (*Psal.* cxviii, 9).

4. Impii ex hoc durius in judicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt justos gloriæ beatitudinem meruisse.

5. Cunctis videntibus est præcipitandus diabolus, quando sub aspectu omnium honorum angelorum et hominum enim eis qui de parte ejus erunt in ignem aeternum mittendus est.

6. Dum sublatus fuerit diabolus, ut damnetur, multi electi, qui in corpore sunt inveniendi, Domino ad judicium veniente, metu concutiendi sunt, videntes tali sententia impium esse punitum: quod terrore purgandi sunt, quia, si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit, metu ipso quo diabolum damnari conspicuum purgabuntur. Hinc est quod ait Job: Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, et exterriti purgabuntur (*Job.* xli, 16).

7. Multos posse perire ex eis in die judicii, qui nunc electi esse videntur, et sancti, dicente propheta: Vocabit Dominus judicium ad ignem; et devorabit aby-

adjungit; sed advertit nullum de eo igne corporeo existare decretum fidei. AREV.

3. Gregor., ibid. LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. ix Moral., cap. 38. LOAISA.

CAP. xxix. N. 1. Ex Gregor., lib. ix Moral., cap. 39. LOAISA.

*Ibid.* Fasciculi lignorum. Vide a me notata ad Vers. 681 lib. iii Dracontii:

Et grates exceptus agam de fæco malorum:

AREV.

2. Ex Gregorio, ibid. LOAISA.

*Ibid.* Nec deerit, etc. Ita in Goth. et alijs miss., in uno vero per antiquo sic legitur, nec deerit in suppliciis die futurus damnationis ordo. LOAISA.

3. Psal. cviii: legiturque in Editione Vulgata: Nutantes transferantur filii, et mendicent. Ilebraeus sermo habet: Oberrent liberi ejus. Nutantes autem est instabiles vagentur, errantes mendicent, sicut vagi et errantes. LOAISA.

5. Apoc. xx ponitur ordo judicii, et apud Paulum, I Cor. xv. LOAISA.

6. Qui in corpore sunt inveniendi. Vide sanctum Gregorium, lib. xxxiv Moral., c. 7, et sanctum Augustinum, de Civit. Dei, cap. 20, cum nota Vezzosi, part. in Instit. Theolog., pag. 283 et seq. AREV.

7. Locus est Amos vi: Ecce vocabit judicium ea

*sum multam, et comedet partem domus.* Pars quippe dominus devorabit, quia illos etiam infernus absorbebit, qui nunc se esse in præceptis cœlestibus gloriantur; de quibus Dominus dicit: « Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, 189 nonne in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine dæmonia ejecimus, et virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, nescio qui estis (Matth. vii, 22, 23). »

### CAPUT XXX.

#### *De gloria sanctorum.*

1. Non faciet in futurum cor miserum justorum compassionem damnatorum condolendi affectio, ubi

*ignem Dominus Deus, et devorabit abyssum multam, et comedet simul partem.* Vox autem *domus*, quæ apud Isidorum est, in nullo Bibliorum exemplari legitur, neque in versione LXX, cuius hæc sunt verba: καὶ ἐκάλεσαν τὸν δίκην τὸν πνεύματος καὶ κατέρρεψαν τὸν μεριδια, ubi Hieronymus: *Comedit partem, inquit, hoc est, ad sanctos illius pervenit, qui in peculio Domini, et in ejus parte reputantur.* Theodoretus in euendum locum: *Partem, inquit, appellat Israel.* Sic enim etiam Moses inquit:

A tantum erit sanctorum de Dei contemplatione gaudium, ut tristitia nullus tribuatur introitus.

2. Sicut comparatus color candidus nigro colori fit pulchrior, ita et sanctorum requies comparata damnationi malorum gloriior erit.

3. Sic justitia injustitiae, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum crescat gloria, dum debita damnatur impii poena.

4. Post resurrectionem sanctis in carne promissa est cœlorum ascensio, dicente ad Patrem Christo: *Volo ut ubi sum ego, et ipsi sint mecum (Joan. xvii, 24).* Si enim membra capitis sumus, et unus in se, et in nobis est Christus, utique ubi ipse ascendit, et nos ascensuri sumus.

B Et facta est pars Domini populus ejus Jacob. LOAISA: CAP. xxx. N. 1. Ex Gregorio, homilia 40. Est apud Magistrum, in iv, dist. 50. LOAISA.

3. In Excuso erat sicut; verum Gothus legit: *Sic justitia injustitiae, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum excedit gloria, ut sit superioris sententiae redditio;* similiter est in oionibus fere vet. Cod. LOAISA.

Ibid. Alii, *sic virtus vitio. Crescit ergo sanctorum gloria, dum. AREV.*

## LIBER SECUNDUS.

### 190 CAPUT I.

#### *De sapientia.*

1. Omnis qui secundum Deum sapiens est beatus est. Beata vita cognitio divinitatis est. Cognitio divinitatis virtus boni operis est. Virtus boni operis fructus aeternitatis est.

2. Qui secundum sacerdolum sapiens est, secundum Deum stultus est. Unde et propheta: *Stultus, inquit, factus est omnis homo a scientia sua (Jerem. x, 14).*

3. Primum est scientia studium quererere Deum, deinde honestatem vitae cum innocentiae opere.

4. Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum cura contendit. Unde et scriptum est: *Sapientia scribæ in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam (Eccli. xxxviii, 25).*

5. Non ad parvæ intelligentiae arcem pervenit, qui scit secreta Dei se penetrare non posse. Tunc autem Deum recte cognoscitur, 191 quando eum perfecte scire nos denegamus.

CAP. I. N. 2. Jeremias, x: *Stultus factus est omnis homo a scientia;* in Editione Vulgata non est sua, neque apud Septuagint. : Εμωράκην πᾶς ἀνθρώπος ἀπὸ γνῶστως. Verum apud Hebreos est a scientia sua, et ita verit divus Hieronym., Jerem. x, quamvis cap. 51, a scientia tantum. LOAISA.

3. Ex divo Gregor., fere ad verbum, hæc sententia et sequens lib. xviii Moral., cap. 25. LOAISA.

4. Locus est Eccl. xxxviii, ubi in Editione Vulgata sic est: *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu sapientiam percipiet.* Dictio scribæ non est verbum imperandi, sed genitivus, ut constat ex Græcis: Σοφία γραμμάτως ἐν τύπαιοι σχολῆς. Et Complut. Editio ita habet: *Sapientia scribæ in opportunitate otii, scilicet consistit, aut comparatur.* Sunt

6. Interdum quædam nescire convenit. Nullus autem in culpa major est quam ille qui Deum nescit.

7. Investigationem veri multorum est querere, sed paucorum est invenire. Ea autem quæ supra hominis intelligentiam sunt, scrutanda non sunt. Quidquid supra hominis intellectum est querendum non est. Consilio autem divino reservandum est, ut hoc credatur esse justitia, quod divinæ placuerit voluntati. Non enim poterit esse injustum quod justo compleat judici.

8. Omnis sapientia ex scientia et opinione consistit. Melior est autem ex scientia veniens quam ex opinione sententia. Nam illa vera est, ista dubia.

9. Ad majoris culpæ cumulum pertinet sciæ quemquam quod sequi debet, et sequi nolle quod sciat. Unde et Dominus: *Servus, inquit, sciens voluntatem Domini sui, et non faciens, digne plagiis vapulabit multis (Luc. xii, 47).* Et Jacobus: *Scienti bonum et non facienti, peccatum est (Jac. iv, 17).*

10. Simplicitatem cum ignavia vocari stultitiam,

D qui sapientiam legant, et tunc scribæ est nominatus, ita ut sit sensus: scribæ, hoc est, legis doctores, sapientiam percipient in tempore quo vacui et liberi sunt ab operibus serviliibus et illiberalibus, totos se veritatis speculationi tradentes. Sed hæc interpretatione, licet a doctis probetur, Græca Editioni non convenit. Isidorus locum desumpsit ex divo Gregor., lib. xviii Moral., cap. 25: *Nullus quippe, inquit, eam plane recipiet, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit; unde et alias dicitur: Sapientia scribæ in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam.* LOAISA.

9. Sensus de Scriptura sumit, et non verba. Locus est Lucæ xii: *Ille autem servus, etc.* LOAISA.  
Ibid. Peccatum est. Al., *veccatum est illi.* AREV.

simplicitatem vero cum prudentia vocari sapien-  
tiam.

11. Utile est multa scire et recte vivere. Quod si  
utrumque non valemus, melius est ut bene vivendi  
studium quam multa sciendi sequamur.

12. Non pertinere ad beatitudinem consequendam  
scientiam rerum, nec esse beatum multa scire, sed  
esse magnuni beate vivere.

13. Nihil prodesse omnem scire prudentiam cum  
ignorantia Dei, et nihil obesse scientibus Deum igno-  
rantiam mundi. Perfecte autem scit, qui potius D̄eum  
et istū non pro se, sed pro Deo scit.

14. Nihil obesse cuiquam si per simplicitatem an-  
quam de elementis indigne sentiat, dummodo de Deo  
vera pronuntiet. Nam quamvis de incorporeis corpo-  
reisque naturis nequeat quisque disputare, beatum  
laudem illum facit vita recta cum fide.

## 192 CAPUT II.

### *De fide.*

1. Non posse ad veram beatitudinem pervenire,  
nisi per fidem; beatum autem esse, qui et recte  
credendo bene vivit, et bene vivendo, fidem rectam  
custodit.

2. Deus, si creditur, merito invocatur et quæri-  
tur; ac per hoc tunc perfecte laudatur, quando invo-  
catur et creditur.

3. Non tantum id credendum est, quod sensu carnis  
dignoscimus, sed magis etiam quod intellectus mentis  
conspicimus, id est, Deum. Sine fide nemo potest  
placere Deo (*Hebr. xi, 6*) : *Omne enim quod non est  
ex fide peccatum est* (*Rom. xiv, 23*).

4. Fides nequaquam vi extorquetur, sed ratione  
aque exemplis suadetur. A quibus autem exigitur  
violenter, perseverare in eis non potest: exemplo,  
ut quidam ait, novella arboris, cuius si quis cacumen  
violenter impresserit, denuo, dum laxatur, in id quod  
faerat, confessim revertitur.

5. Sicut homo, libero arbitrio conditus, sua sponte  
divertit a Deo, ita ex propria mentis conversione  
credendo, recurrit ad Deum, ut et libertas agnosca-  
tur arbitrii per propriam voluntatem, et beneficium  
gratiae per acceptam fidei veritatem.

6. In corde respicit Deus fidem, ubi se non pos-  
sunt homines excusare, qui ore simulant veritatis  
professionem et corde retentant erroris impieta-  
tem.

7. Sicut nihil proficit fides quae ore retinetur, et  
corde non creditur, ita nihil profutura fides, quae

13. Prodesse omnem. Al., prodest homini. AREV.  
CAP. II. N. 5 : *Fidei veritatem. Al., fidei firmitatem.*  
AREV.

7. In omnibus Editio erat confessionis oris, male :  
sed in omnibus Mss., confessione oris, quam lectionem  
probo; sic est apud Paul., Rom. x : *Corde creditur ad  
justitiam, ore autem confessio fit.* LOAISA.

Ibid. Proferatur. Al., profitetur. AREV.

9. Gregorius, lib. VIII Moral., cap. 26. LOAISA.

10. Gregor., lib. xxv Moral., cap. 10, ad verbum.  
LOAISA

11. Joann. vi. Est etiam apud Greg., lib. xxiii  
Moral., cap. 17. LOAISA.

A corde tenetur, si ore non proferatur. De tali enim  
fide propheta ita quosdam objurgat, dicens : *Perit  
fides, ablata est de ore eorum* (*Jerem. vii, 28*). Fides  
enim quæ corde creditur, confessione oris ad salutem  
profertur (*Rom. x, 10*).

8. Vacuam esse sine operibus fidem, et frustra  
sibi de sola fide 193 blanditur, qui bonis operibus  
non ornatur.

9. Qui crucem portat debet et mundo mori. Nam  
ferre crucem, et mori, mortificare seipsum est;  
ferre, et non mori, simulatio hypocritarum est.

10. Qui per fidem cognitionem Dei habent, et  
operibus obscurantur, exemplum Balaam sequuntur;  
qui cadens opere, apertos oculos habuit per contemplationis fidem.

B 11. Carnales fidem non pro virtute animi, sed pro  
commodo querere temporali. Unde et Dominus dicit:  
*Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducatis de panibus* (*Joan. vi, 26*).

12. Christianus malus, dum secundum Evangelii  
doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem, quam verbo  
colit, oborta tentatione, facile perdit.

13. Multi fide tantum Christiani sunt, opere vero  
a Christiana doctrina dissentunt. Multi quoque fidem  
Christi ex corde non amant, sed humano terrore  
eamdem per hypocrism tenere se simulant. Et qui  
esse non possunt aperte mali, per terrorem fidei boni  
noscuntur.

C 14. Amatores mundi pugnant aliquando pro fide,  
et aliis quidem proficiunt; ipsi vero, amore terreno  
implicati, cœlestia non requirunt, sed verbo tantum  
fidem defendunt.

15. Quidam pro fide etiam hæreticos insequuntur,  
sed per arrogantiam eos qui intra Ecclesiam sunt  
contemnunt. Adversarios quidem fidei consulunt pro  
infidelitate, sed fideles premunt fasce superbiaz.

## CAPUT III.

### *De charitate.*

1. Quamvis nonnulli fide atque operibus sanctis  
videantur esse particeps, tamen, quia privantur  
charitate fraternali dilectionis, 194 nullum habent  
incrementum virtutis. Nam sicut ait Apostolus : *Si  
tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem non  
habuero, nihil mihi prodest* (*I Cor. XIII, 3*).

D 2. Sine amore charitatis, quamvis quisque recte  
credat, ad beatitudinem pervenire non potest, quia  
tanta est charitatis virtus, ut etiam prophetia et  
martyrium sine illa nihil esse credantur.

Ibid. Carnales fidem. Al., carnalium est fidem. Sed  
nihil mutes, quamvis hoc clarius videatur. AREV.

13. Greg., lib. XXI, cap. 10, et lib. XXVII, cap. 6  
Moral. LOAISA.

15. Fasce superbiaz. Meus Codex ms. fastu super-  
biæ, quod fortasse melius. AREV.

CAP. III. N. 4. Ex Greg., lib. XVIII Moral., cap. 14;  
affterique id testimonium Pauli, I Cor. XIII. LOAISA.

Ibid. Si tradidero. Sic omnes Codd. mss., et Cy-  
prianus, de unitate Eccl., et Cassianus, collat.,  
de Monach. destin., cap. 6. Locus est apud Paul. I  
Cor. XIII. Graece, ια καυθητοπαι. LOAISA.

3. Nullum præmium charitate pensatur. Charitas **A** enim virtutum omnium obtinet principatum. Unde et vinculum perfectionis charitas ab Apostolo dicitur (*Coloss. iii, 14*), eo quod universæ virtutes ejus vinculo religentur.

4. Dilectio Dei morti comparatur dicente Salomonem: *Valida est ut mors dilectio* (*Cant. viii, 6*); idcirco, quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita et dilectio Dei violenter segregat hominem a mundano et carnali amore.

5. Qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus habemus.

6. Tenenda est cum sanctis viris unitas charitatis; et quanto se quisque subtrahit mundo, tanto opus est ut se associet honorum consortio.

7. Charitas in dilectione Dei et proximi constat. Servat autem in se dilectionem Dei, qui a charitate non dividitur proximi. Qui a fraterna societate secesserit, a divinæ charitatis participatione privatur. Nec poterit Deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare. Christus Deus et homo est. Totum ergo Christum non diligit, qui hominem odit.

8. Bonorum discretionis est, non odire personas, sed culpas; et recte dieta pro falsis non spernere, sed probare.

9. Qui imperfecti sunt in Dei amore, saepe vitia superare disponunt; sed pondero vitiorum gravati, tursas ad ea vitia quæ optant relinquent revolutuntur.

#### 195 CAPUT IV.

*De spe.*

1. Qui male agere non desistunt, vana spe indulgentiam de Dei pietate requirunt; quam recte quærerent, si ab acilone præva cessarent.

2. Metuendum valde est ut neque per spem veniae, quam promittit Deus, perseveranter peccemus; neque quia justa peccata flagrant, veniam desperemus; sed utroque periculo evitato, et a malo declinemus, et de pietate Dei veniam speremus. Omnis quippe justus spe et formidine nitet, quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinem terror gehenæ addicit.

3. Ex Gregor., lib. xxviii Moral., cap. 9. **LOAISA.** **D**

4. Ex Greg., lib. x Moral., cap. 12, afferique illud Cantic. viii: *valida. LOAISA.*

9. Greg., lib. xi Moral., c. 5. **LOAISA.**

*Ibid.* Alii Editi et MSS.: *Sæpe se a vitiis separare disponunt.* **AREV.**

**CAP. IV. N. 2.** Ex Greg., lib. xx Moral., c. 7, et ex lib. xxxix, c. 11. **LOAISA.**

*Ibid.* Alii, adducit pro addicit; sed addicit genuinum est ex notatis ad Deut., xix, 3. **AREV.**

**CAP. V. N. 2.** Ex Greg., lib. xviii Moral., cap. 23. **LOAISA.**

4. *Usc. xiii.* Vulgata Editio sic habet: *Perditio tua, Israel; tantummodo in me auxilium tuum.* In Septuaginta est: *Corruptioni tuae, Israel, quis auxiliabitur?* quem sensum divus Hieron. in Oseeam interpretatur. **LOAISA.**

*Ibid. Nihil posse.* Al., nihil posse homines. *Infra*

#### CAPUT V.

*De gratia.*

1. Interdum peccantibus nobis sua Deus dona non retrahit, ut ad spem divinæ propitiationis mens humana consurgat. Nam non potest conversum sperhere, quem peccantem suis beneficiis provocat ad se redire.

2. Confessionem hominis non esse humanae virtutis. Nam si confessionem boni operis hon in nobis Deus operatur, cur per prophetam dicitur: *Confessio et magnificientia opus ejus* (*Psal. cx, 3*)? Ab illo enim nobis omnia bona, gratia præveniente, donantur. Nam nihil boni operis dedimus, per quod confessionem fidei accipere mereamur.

3. Profectus hominis donum **B** **Dei** est. Nec a se potest quisquam, sed a Domino corrigi. Non enim quidquam boni habet proprium homo, cuius via non est ejus, testante propheta: *Sed, Domine, quia non est hominis via ejus; nec riri est ut ambulet et dirigat gressus suos* (*Jerem. x, 23*).

**196 4.** Sciat liberi arbitrii defensores nihil posse in bonum sua prevalere virtute, hisi divinae gratiae sustententur juvamine. Unde et per prophetam Dominus dicit: *Perditio ex te tua, Israel, tantum in me auxilium tuum* (*Usc. xiii, 9*). Quasi diceret: *Ut pereat, tuo merito; ut salveris, meo auxilio.*

5. Homiis meritorum superna gratia non ut veniat invenit, sed postquam veherit facti; atque ad indigneantem thentem venientis, facti in ea meritum, quod remuneret qui solum invenerat quod punieret. Quid enim ex se ille latro meruit; qui de fauibus diaboli etiæm ascendit, de cruce paradisum adiit? Reus quidem ille, et fraternali sanguine venit cruentus, sed divina gratia in cruce est mutatus. Sciendum quod et nostra sit justitia in his quæ recte agimus; et Dei gratia, eo quod eam mereamur: Haec enim et dantis Dei, et recipientis est hominis. Sicut et panem hostiium dicimus; quem tamen a Deo accipere postulamus:

6. Spiritualis gratia non omnibus distributur; sed tantummodo electis donatur. Non enim omnium est fides, quam quidem etsi plurimi suscipiunt; opus tamen fideli non consequuntur.

7. In divisione donorum diversi percipiunt diversa

vetus Editio cum Vulgata facit, exceptio tantum pro tantummodo. **AREV.**

5. Ex divo Greg., lib. Moral., xviii, c. 23, ferè ad verbum; illud autem de latrone additum, propter fratricidium fuisse in supplicium actum. **LOAISA.**

*Ibid.* Latronis, qui in cruce Salvatorem confessus et expertus est, etiam fratricidium fuisse, desumptum, opinor, est ex libris apocryphis et pseudopigraphis qui magna copia primis Ecclesiæ saculis consuliunt. **AREV.**

6. Loquitur de Gratia perseverantie; nam de justificante concil. Trid., sess. 6, cap. 17. **LOAISA.**

*Ibid.* Opus fidei pro dono perseverantie Isidorus accipere videtur. **AREV.**

7. Greg., lib. xxiv Moral., esp. 6, et homil. 10 in Ezech. **LOAISA.**

*Ibid.* Nam quod, etc. Ezech. 1. Ita interpretatur Gregor., homil. 3 in Ezech. **LOAISA.**

Dei munera; non tamē conceduntur nisi omnia, ut A sit prō būnūtatis studio quod alter admiretur in altero. Nāti quod in Ezechiele animalium alia altera ad alteram percutiuntur (*Ezech.* 1), virtutes designantur sanctorum mutuo sese affectu provocantur atque alterno exemplo invicem sese erudiantur.

8. **Munera gratiarum** alii ista, alii vero donantur illa. Nec dantur ita habere uni, ut non egest alterius.

**197** 9. Posse fieri non est dubium ut hi quos quidam virtutum excellentia antecedunt, Dei repentina præventi gratia, quosdam cotempcio sanctitatis præveniant; et dum sint conversione postremi, subito efficiuntur virtutis culmine primi.

10. **Dum quisque aliquod donum accipit, non appetat amplius quam quod meruit,** ne, dum alterius membra officium arripere tentat, id quod meruit perdat. Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contentus officio subripit alienum.

11. **Mali dona ideo ad damnationem accipiunt, quia non ad Dei laudem, sed ad suam vanitatem utuntur.** Bonis male utuntur qui ea quae a Deo illis donata sunt in malos usus assumunt, sicut ingenium, sicut et cetera Dei dona.

12. **Multis Dei donis gaudemus, quae nos ab eo perceperisse cognoscimus.** Nam quod sapientes sumus, quod potentes existimus, non alterius, sed potius divino munere sumus. Utamur ergo optime divinis beveriis, quatenus et Deum non pœnitentia dedisse, et nobis accepisse sit utile.

13. **Außerre Deus dicitur homini donum aliquod, quod homo non habuit, id est, quod accipere non meruit.** Sicut et obdurare dicitur Deus hominem, non ejus faciendo duritiam, sed non auferendo eam quam sibi ipse nutrit. Non aliter et obsecare dicitur quosdam Deus, non ut in eis eamdem ipse cætatem faciat, sed quod pro eorum inutilibus meritis cætitatem eorum ab eis ipse non auferat.

14. **Plerisque Dei dona dantur, perseverantia vero doni non datur.** Et inde est, quod quidam principia habent conversionis bonæ, sine vero malo clauduntur. Electi vero accipiunt et conversionis donum, et perseverantiam doni. Ea ergo causa est, quod quidam et bene incipiunt, et bene finiunt.

9. **Efficiuntur. Fortasse legendum erit efficiuntur.** AREV.

11. **Quia non ad Dei laudem.** At, quia illis non ad Dei latudem. AREV.

12. **Alii, quid sapientes sumus, quod diriles, quod potentes.** AREV.

13. **Exod. iv, ad Mosen dicitur de Pharaone:** Ego obdurabo cor ejus. Gregor., Moral. xi, cap. 5: **Obdurare, inquit, quippe per justitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit;** et homil. 11, in Ezech. expounens illud: Ego indurabo cor Phardonis: Non enim cor peccantis Dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obdurate non liberat. LOAISA.

CAP. VI. N. 1. Ex Greg., lib. xxviii Moral., cap. 20. LOAISA.

Ibid. Alii, semperque reprobos infima et exteriora, deserendo, scindri permittat. Codices mss. plerique, semperque reprobos, ut infima et exteriora delectentur, deserendo, permittat; ut dubitari possit an Isidoriani sæculi propria sit hæc locutio, infima et exteriora

4. **Gemina est prædestinatione, sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem.** Utraque di- vino agitur judicio, ut semper electos superna et interiora sequi faciat, semperque reprobos ut infimis et exterioribus delectentur deserendo permittat.

2. **Sicut ignorat homo terminum lucis et tenebrarum, vel utriusque rei quis finis sit, ita plenus nescit quis ante suum finem luce justitiae præveniatur, vel quis peccatorum tenebris usque in suum terminum obscuretur, aut quis post lapsum tenebrarum conversus resurgat ad lucem.** Cuncta hæc Deo patent, homini vero latent.

3. **Quamvis justorum conversatio in hac vita probabilis sit, incertum tamen hominibus esse ad quem sint finem prædestinati, sed omnia reservari futuro examini**

4. **Mira dispositio est supernæ distributionis, per quam hic justus amplius justificatur, impius amplius sordidatur (Apoc. xxii); malus ad bonum aliquando convertitur, bonus ad malum aliquando reflectitur.** Vult quis esse bonus, et non valet; vult alter esse malus, et non permittitur interire. Datur ei qui vult esse bonus; alius nec vult, nec datur ei ut sit bonus. Iste nascitur in errore, et moritur; ille in bono quocepit, usque in finem perdurat. Tandiu iste stat, quousque cadat; ille diu male vivendo in fine salvatur, respectusque convertitur.

**C 199** 5. **Vult professe in bono justus, nec prævalet; vult nocere malus, et valet.** Iste vult Deo vacare, et seculo impeditur; ille negotiis implicari cupit, nec perlicit.

6. **Dominatur malus bone, bonus dominatur pro impiis, impius honoratur pro justo.** Et in hac tanta obscuritate non valet homo divinam persecutari dispositionem, et occultum prædestinationis perpendere ordinem.

1. **Non inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus, sicut scriptum est: Qui persevera-**

**delectari, pro infimis et exterioribus delectari.** Vide lib. II Synonymorum, num. 5, eum nota, et Isidoriana, cap. 43, n. 34, et cap. 84, num. 37, ubi ex Cod. Vatic. 657 notavi hanc varietatem; ut in infima et exteriora delectentur. Relegendum etiam in Isidoriana caput 30, in quo doctrina sancti Isidori de prædestinatione defenditur contra Hinemarum Rhemensem, qui etiam ipse apud Isidorum legebat: Ut infima et exteriora delectentur. AREV.

4. **Datur ei qui vult, etc.** Tota sententia desumitur ex divo Gregor., lib. xxix Moral., cap. 18. LOAISA. Ibid. Vito nonnulli datur ei, quod sit malus, qui vult esse bonus. Minus displicet quod alii exhibent: Tandiu in bono iuste stat, quousque, etc. AREV.

CAP. VII. N. 1. **Conversi in universum vocantur omnes qui in monastica vita Deo militant, ut est apud Paehomium, in regula, et apud Cass., l. iv de Institutis renuntiantiis, cap. 1. Renuntiantes vocantur conversi; nunc in monasticis ordinibus laici appellantur conversi.** LOAISA.

*verit usque in finem, hic salvo erit (Math. x, 22; xxiv, 13)*

2. Tunc enim placet Deo nostra conversio, quando bonum, quod inchoamus, perseveranti fine complemus Nam sicut scriptum est : *Vae his qui sustinentiam perdidunt, id est, opus bonum non consummaverunt (Eccle. ii, 16).*

3. Indulgentia peccatorum, sciendum, ubi, quando, vel qualibus datur. Ubi quippe? nisi intra Ecclesiam catholicam? Quando, nisi ante venturi exitus diem? *Quia ecce nunc tempus accepibile, ecce nunc dies salutis (II Cor. vi, 2).* Qualibus, nisi conversis, qui per humilitatem 200 ad parvorum transeunt imitationem? de quibus dicitur : *Taliū est enim regnum cælorum (Math. xix, 14).*

4. Nemo perpendere potest quanti sit ponderis in justitia, vel quanti fulgoris radio justitia clareat, nisi qui prius toto mentis nisu convertatur ad Deum, quatenus ipso lumine quo illustratur et suam fœditatem agnoscat, et lumen quod cæco corde non in tuebatur intelligat.

5. Tunc autem inattinabilem intelligi posse divinam justitiam, dum eam quisque sequi conversus tentaverit, quia lux non intelligitur, nisi cum videtur.

6. Judicium quod in hominis potestate consistit conversionis est gratia, per quam nosmetipsoe judicamus, quando flentes mala nostra punimus, et bono quod ex Deo nobis est solidius inhæremus.

7. Tripartitus describitur esse uniuscujusque conversi prospectus, id est, primus, corrigendi a malo; secundus, faciendi bonum, tertius, consequendi boni operis præmium. Nam quod ait propheta : *Solve fasciculos deprimentes (Isai. lviii, 6),* mali est emendatio: Quod vero adjectit : *Frange esurienti panem tuum, operis boni est actio. In eo vero quod subjunxit: Tunc erumpet matutinum lumen tuum, operis boni est retributio.* Ergo non proficit facere bonum, nisi correctum fuerit malum. Non poterit quisquam ad contemplationem Dei proficere, nisi se prius in bonis studuerit actibus exercere.

8. Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque exinde magis erubescant, quod

*Ibid. Non inchoantibus, etc. Ex veteribus impressis. Non inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus datur, mss. omnes. LOAISA.*

*Ibid. Alii omittunt non, alii addunt datur post perseverantibus. Meus Cod. : Non inchoantibus præmia promittuntur, sed perseverantibus dantur. De conversis alia etiam notavit Loaisa lib. iii, c. 15, n. 3. Excerptum ex his capitibus inscriptum De conversis quasi distinctum opus Isidori a nonnullis editum fuit, ut explicui in Isidorianis, cap. 68, num. 7 seqq., ubi etiam excripsi prefationes Canisii et Constantini Cajetani. Hic notas aliquas, seu varias lectiones e suo exemplari ms. adjectit, quarum nonnullæ a nobis indicabuntur: reliquas satius est omittere; nam corruptissimum erat illud exemplar. AREV.*

2. Eccle. ii. Greg., lib. vi, exposit. in prim. regulam, cap. 13, interpretatur locum: *Sustinentiam, inquit, perdunt qui bona qua inchoant non consummant.* LOAISA.

*Ibid. Perseveranti, etc. Al., perseverante fine conti-*

*tandis exspectati sunt ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam concutit, ut qui voluntate converti despiciunt, commoti terroribus corrigitur.*

9. Plerique ex sola mentis devotione convertuntur ad Deum; nonnulli vero coacti plagiis convertuntur, qui ex devotione non convertebantur, juxta capitulum psalmi dicentis: *In freno et camo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te (Psal. xxxi, 9).*

10. Plerique autem, dum devotione non convertuntur, plagiæ 201 stimulis feriuntur; qui tamen nec sub verbere sentiunt, ut aliquatenus corrigitur, sicut *Egyptus*, qui et poenas luit, et emendari nequit. De talibus enim ait propheta: *Percussisti eos, et non doluerunt; atrivisti eos, et renuerunt suscipere disciplinam (Jerem. v, 3).*

11. Nonnulli viri sæculares elatione mentis tumentes, postmodum conversi ad Deum, religiosa sequuntur obedientia Christum; et qui antea celsitudine mundiali tumebant, postea ipsam elationem in studio humilitatis communantur.

12. Quidam sunt qui jam secrete conversi sunt, quorum conversio, quia non procedit ad publicum, apud estimationem humanam, quales fuerunt, tales adhuc esse putantur; jam tamen in Dei oculis surrexerunt. Item quidam adhuc humano judicio stare cernuntur; jam tamen in Dei oculis ceciderunt.

13. Multi apud homines reprobri sunt, et apud Deum electi; atque item multi apud homines electi putantur, et apud Deum reprobri existunt, Salomone dicente: *Vidi, inquit, impios sepultos, qui cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum (Eccle. viii, 10).* Nullus ergo se putet electum, ne forte jam apud Deum sit reprobus.

#### CAPUT VIII.

##### *De primordiis conversorum.*

1. Trimodum genus est conversionis ad Deum, inchoationis cum dulcedine, medietatis cum labore, perfectionis cum requie. Sed tamen plerunque alii incipiunt a dulcedine, alii a temptationum anariduine.

*nenti non perdiderimus, id est, opus bonum, etc. AREV.*  
3. Id probat Gregor., lib. Moral. v, cap. 8, et lib. D ix, c. ult. LOAISA.

9. Locus est psal. xxxi, ubi ita legitur: *In camo et freno maxillas eorum constringe. Sic Septuag. legunt, et Basil., et Theod., per canum et frenum disciplinam intelligentes. Camus Græcis est genus vinculi, ζώνης. Sunt qui vertant lupato et freno, verum in Psalt. Isidor. est in freno et camo. LOAISA.*

*Ibid. Forte, Egyptus, quæ. AREV.*  
11. Greg., lib. ii Moral., cap. 19, et lib. xviii, cap. 12. LOAISA.

12. Ex Gregor., lib. xxv Moral., c. 7 et 10. LOAISA.  
*Ibid. Surrexerunt. Al., se correxerunt. AREV.* \*

13. Quasi justorum operum. Ita Goth. *Tolet.* Quasi justorum animæ, Salm. Goth. LOAISA.

*Ibid. Justorum operum. Al., justorum opera. AREV.*  
Cap. viii. N. 4. Ex Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 7. LOAISA.

**2.** Omnis conversus ante ex hieulo inchoet peccato-  
rum, et sic transeat ad desiderium supernorum.  
Prius enim lacrymis purganda sunt vitia quæ gessi-  
mus, et tunc munda mentis acie id quod **202** queri-  
mus contempletur, ut dum antea flendo peccata a nobis  
caligo detergitur, mundatis cordis oculis libere su-  
perna inspiciantur.

**3.** Ante necesse est timore converti ad Deum, ut  
metu futurorum pœnaruim carnales illecebæ devin-  
cantur. Deinde oportet, abjecto timore, ad amorem  
vitæ æternæ transire. *Perfecta enim charitas foras*  
*militat timorem (I John. iv, 18)*; qui autem timet, pœ-  
nam habet, et non est perfectus. Unde et Apostolus :  
*Non enim accepistis spiritum servitum iterum in ti-*  
*more, sed accepistis spiritum adoptionis (Rom. viii, 15)*;  
per quem scilicet jam non peccati pœna servos com-  
primit, sed amor justitiae liberos reddit.

**4.** Necesse est omni converso ut post timorem  
consurgere ad choritatem Dei debeat, quasi filius,  
nec semper sub timore jaceat, quasi servus. Tunc  
enim amorem nostræ conversionis ostendimus, si de-  
nuo ut patrem diligimus, quem prius servili mente  
vere ut Dominum formidabamus.

**5.** Primordia conversorum blandis resovenda sunt  
modis, ne si ab asperitate incipient, exterriti ad prior-  
es lapsus recurrant. Qui enim conversum sine le-  
nitate erudit, exasperare potius quam corrigerem novit.

**6.** Conversus quisque antea ab opere corrigendum  
est, postea vero a cogitatione, ut prius refrenet pra-  
vum actum, deinde appetitum delictum, ut quod jam  
in opere non apparet, in cogitatione nequaquam per-  
duret.

**7.** Omnis nova conversio adhuc pristinæ vitæ ha-  
bet commisionem : propterea nequaquam ea virtus  
procedere ad hominum oculos debet, donec conver-  
satio vetus funditus ab animo extirpetur.

**8.** Quisquis ex deteriore jam melior esse coepit,  
caveat de acceptis extollis virtutibus, ne gravius per  
vanam gloriam corruat, quam prius per lapsum vi-  
tiorum jacebat.

### 203 CAPUT IX.

#### *De conflictu conversorum.*

**1.** Quisque conversus si mox omnes carnis stimu-  
los calcare cupiat, et summa virtutum subire conten-  
dat, si forte adhuc aliqua adversa de carnis molestiis  
tolerat, non frangatur, quia dispensator bonorum  
novit adversitates reprimere vitiorum successione  
virtutum.

**2.** Tunc magis gravari se quisque impulsu vitio-

**2.** *Munda. Ita Salm. Goth. Mundata, Tolet. LOAISA.*  
5. Gregor., lib. Moral. ix, cap. 22. LOAISA.

5. Greg., lib. xxiv Moral., c. 7. LOAISA.

**6.** *Appetitum delictum. Al., appetitum ad delictum;*  
vel, *appetitum ac delictum.* AREV.

CAP. IX. N. 4. Greg., lib. Mor. xxiv, c. 7. LOAISA.

5. Tota hæc sententia desumpta est ex Greg., ho-  
mil. 2 in Evang. Luc. xviii, de cæco illuminato expo-  
nente illud mystice : *Et qui præbant increpabant eum,*  
*ut faceret.* LOAISA.

*Ibid.* *Insolentiam, etc. Al., insolentia nobis gignit*

**A**rum agnoscit, dum ad cognitionem Dei accesserit,  
sicut populus Israel graviori onere ab Ægyptiis pre-  
mitur, dum per Moysen divina illi cognitio aperitur  
(Exod. 7).

**3.** Vitia enim ante conversionem quasi pacem in  
homine habent, quando autem expelluntur, acriori  
virtute consurgunt. Fiunt autem inimica converso,  
quæ peccatori prospere blandiebantur; atque item  
sunt blanda converso, quæ peccatori adversa exti-  
terunt.

**4.** Multos habet conflictus Dei servus ex recorda-  
tione operum præteriorum; multique post conver-  
sionem etiam nolentes motum libidinis sustinent,  
quod tamen ad damnationem non tolerant, sed ad  
probationem, scilicet ut semper habeant pro execu-  
**B**tienda inertia hostem, cui resistant, dummodo non  
consentiant. Unde et noverint servi Dei se etiam a  
peccatis jam esse mundatos, sed tamen cogitationum  
turpium adhuc interpellatione pulsari.

**5.** Ante conversionem præcedit turba peccatorum,  
post conversionem sequitur turba tentationum. Illa  
se objiciunt, ne ad Deum convertamur; ista se inge-  
runt, ne liberis cordis oculis Deum cernamus : utri-  
usque tumultus insolentiam nobis gignit, intentio-  
nenque nostram sæpe fraude multimoda intercludit.

**6.** Utile est Dei servo post conversionem tentari,  
quatenus a torpore negligentiae, sollicitantibus vitiis,  
ad virtutes animum per exercitium præparet vitio-  
rum.

### 204 CAPUT X.

#### *De remissa conversione.*

**1.** Multos remissa conversio in pristinos errores  
reducit, ac vivendi tempore resolvit; horum ergo  
exempla quisque conversus evita, ne dum timorem  
Dei a torpore incipis, rursus mundanis erroribus im-  
mergaris.

**2.** Tepidus in conversione otiosa verba et vanas  
cogitationes noxias esse non conspici; quod si a  
torpore mentis evigilaverit, ea quæ levia existimat-  
bat confestim, quasi horrenda atque atrocia perli-  
mescit.

**3.** *Fraus et desidia in omni bono opere formidanda*  
est. *Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere*  
nostro nosmetipsos, non Deum laudamus. Desidiam  
vero agimus, quoties per torporem languide ea quæ  
Dei sunt operamur.

**4.** Omnis ars sæculi hujus strenuos amatores ha-  
bet, et ad exsequendum promptissimos; et hoc proinde  
fit, quia præsentem habet operis sui remunerationem.

*intentionem, quæ nostra sæpe fraude multimoda intra-  
concludit.* AREV.

CAP. x. N. 3. De desidia et fraude fuse disserit  
Greg., lib. Moral. ix, cap. 17, ex quo loco tota hæc  
sententia deducitur. LOAISA.

*Ibid. Quoties, etc. Al., quoties de ipsius donis et*  
*muneribus gloriam propriam et humanam laudem ap-*  
*petimus. et de bono opere, etc.* AREV.

**4.** *Divini timoris. Al., divini amoris.* Ibid. præpara-  
tur. Al. *prædicatur.* AREV.

Ars vero divini timoris plerosque habet sectatores languidos, tepidos, pigris inertia congelatos; sed hoc proinde, quod labor eorum non pro praesenti, sed pro futura remuneratione differtur. Ideoque dum eorum laborem mercedis retributio non statim consequitur, spe pene dissoluta languescunt. Unde et magna illorum gloria preparatur, qui bonae conversionis ritus principia augmendo solidiore consuminant, atque eo ad promerendam retributionem clariores praeparantur, quo armis duri itineris labores et inchoant et consumant.

5. Quidam primo conversionis calore ad virtutes sese accingunt, accedente vero progressu, dum immoderate terrenis rebus incumbunt, pulvere inslmi appetitus obsecrantur; unde et Dominus de bonis seminibus dicit: *Quod autem cecidit in spinis, hi sunt qui 203 audiunt verbum Dei* (*M. lth. xiiii*), et sollicitudine saeculi, vel fallacia divitiarum suffocant verbum, et sine fructu efficiunt.

6. Nuper conversi nequaquam debent in curis exterioribus provehi. Nam si implacentur, confessum, quasi plantata arbusecula, et necdum radice preflxa, conciuntur pariter et arescunt.

7. Valeat interdum conversis pro animae salute mutatio loci. Plerumque enim, dum mutatur locus, mutatur et mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter avelli, ubi quisque illecebris deservivit; nam locus ubi prave quisque vixit, hoc in aspectu mentis opponit quod semper ibi vel cogitavit, vel gessit.

#### CAPUT XI.

##### *De exemplis sanctorum.*

1. Ad conversionem seu correctionem mortaliuum multum prosunt exempla bonorum. Mores enim inchoantium non queunt proficer ad bene vivendum, nisi perfectorum informentur exemplis patrum.

2. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, quae imitantur ad melius; sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad suorum morum peruersitatem utantur in pejus.

3. Ob hanc utilitatem scribuntur sanctorum ruines et reparaciones, ut spem faciant salutis humanae, ne quisquam post lapsum 206 paenitendo desperet.

5. *Infimi. Iba Goth. Tolet. Infirmi. Salmant. Loisa.*  
*Ibid. Seminibus. Al., seminibus in spinis jactatis.*  
ABEV.

6. *Curis exterioribus. Al., curis et extorris rebus.*  
ABEV.

7. Est apud Gratianum, dist. 81. In Editis et in decreto Gregoriano est pro animae salute. In Gothicis omnibus ms. est pro animi salute. Loisa.

Cap. xi. N. 4. Gothus Cod. et multi ex ms. sic habent: *Nam cetera persecutorum exempla mores inchoantium non queunt perficere ad bene vivendum.* Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, etc. Unus Cod. legit: *Nam certa. Illud vero, nisi perfectorum informetur exemplis patrum, in nullo Cod. ms. est.* Verum rationi lectio excusi Cod. eo quod sensus est dilucidior, et auctoritate Gregorii mixus; in quo, lib. xxv Moral., cap. 7, sic est: *Nam quasi quendam summa igne dure est, in exercitatione charitatis, vel exempla patrum, vel precepta dominica ministrare. Loisa.*

A veniam, dum conspicit sanctorum reparationem fuisse etiam post ruinam.

4. Sciant flagitio dediti ad quam utilitatem eorum exempla proponantur sanctorum, scilicet, ut aut sint quos imitantur ad reparationem, aut certe ex eorum comparatione durius de inobedientia puniantur.

5. Propterea virtutes sanctorum ad exemplum nostrum Deus proposuit, ut quanto de imitatione eorum conferri possunt nobis iustitiae premia, tanto de perseverantia mali sint graviora tormenta.

6. Si enim ad boni incitamentum divina, quibus admonemur, precepta deessent, pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent. At contra, dum et nos Deus preceptis suis admoneant, et virtus sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla est jam de reatu excusatio, quia et lex Dei aures nostras quotidie pulsat, et factorum documenta bonorum cordis nostri intima provocant.

7. Et si pravorum saepe secuti sumus exempla, cur non imitemur sanctorum digna, et Deo placita facta? et si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari justos in bonum?

8. Orans est Deus, ut virtutes suas sanctis praeparavit ad coronam, nobis ad profectum sint positae, non ad pœnam. Proficient autem ad profectum nostrum, si tot exempla voluerimus imitari viri utrum. Certe si ea potius aversati quem imitati fuerimus, ad damnationem nostram erunt, qui ea legendo implere negleximus.

9. Multi vitam sanctorum imitantur, et de moribus alterius effigiem virtutis sumunt, tanquam si imago quaelibet intendatur, et de ejus similitudine species picta formetur; sicque fit ad imaginem similis ille qui ad similitudinem vivit imaginis.

10. Qui sanctum virum imitatur, quasi exemplar aliquod intuetur, seseque in illo, quasi in speculo, perspicit, ut adjiciat quod deesse virtutis agnoscit. Minus enim seipsum homo ex semetipso 207 considerat; sed dum alterum intendit, id quod minus est luminis adjicit.

11. Perfectorum est jam virorum non quaelibet sanctorum imitando, sed ipsam veritatem intuendo, ad cuius imaginem facti sunt, iustitiam operari. Hoc

Ibid. Bonorum, etc. Al., sanctorum. Nam ad cetera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt proficere ad bene vivendum. Reprobi autem, etc. In lexu Gratiil erat perficere, sed reprobi proficere, quod Loisa voluntate videtur, ac in ejus prima Editione Vezzosius reperit. Perficere locum habebit, si legatur, ut in meo Cod. Nam cetera... non queunt perficere, etc. ABEV.

3. Gregor., lib. ii, 25 in Evangel., in fine. Loisa.

5. Gregor., lib. ix Moral., cap. 55. Loisa.

8. Aliud sit illud Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 6: *Viva lectio ex vita bonorum. Loisa.*

9. *Iuvaginis. Luc. Cod. adiut: Quemadmodum imago homini, non homo imaginis similis dicitur, quia non homo ad picturem, sed pictura ad hominis speciem figuratur, ita non ille dicitur similis, ad cuius imaginem alter rivot, sed ille qui exemplum ex alterius virtutibus sumit. Iste enim ex praecedentie specie virtutis vivit; ille enim non est effigies virtutis plena, sed inventor, et magister. ABEV.*

indicat, quod scribitur : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. 1, 26), quia ipsam intelligende imitatur divinitatem, ad cuius factus est similis judicem. Iste ergo tantus est, ut non egeat homine demonstratore justitiae, sed ipsam contemplando imitetur justitiam.

12. Exempla sanctorum, quibus edificatur homo, varias (faciunt) consecrari virtutes : humilitatis ex Christo, devotionis ex Petro, charitatis ex Joanne, obedientiae ex Abram, patientiae ex Isaiae, tolerantiae ex Jacob, castitatem ex Joseph, mansuetudinis de Moyse, constantiae de Josue, benignitatis de Samuele, misericordiae de David, abstinentiae de Daniele; sic et cetera facta priorum quo labore, quo moderamine, quave intentione, vel compunctione gerantur, vir sanctus imitando considerat.

### CAPUT XII.

#### *De compunctione cordis.*

1. Compunctione cordis est humilitas mentis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati et timore iudicii.

2. Hila est conversis perfectior compunctionis affectio, quae omnes a se carnalium desideriorum affectus repellit, et intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplatione defigit.

3. Geminam esse compunctionem, qua propter Deum anima cujusque electi afficitur, id est, vel dum operum suorum mala considerat, vel dum desiderio ceterarum vitarum suspirat.

4. Quatuor esse qualitates affectionum, quibus mens justi tædio salubri compungitur : hoc est, memoria præteriorum facinorum, recordatio futurorum poenarum, consideratio peregrinationis suarum in huius vita longinquitate, desiderium super-

13. Gregor., lib. xxviii Moral., cap. 5. LOAISA.

Ibid. Ut haec sanctorum exempla imitemur, Isidorus suum de Ortu et Obitu Patrum librum adornavit. AREV.

CAP. XII. N. 1. Greg., lib. xxviii Moral., c. 13, et homil. 22 in Ezech. LOAISA.

3. Greg., homil. 22 in Ezech. et alibi. LOAISA.

4. Greg., lib. Moral. xxviii, c. 13. LOAISA.

5. Ex duobus psalmis, psalm. ciii : Qui respicit terram, et facit eam tremere ; et psalm. xvii : *Commota est, et contremuit terra ; et psalm. lxxvi : Illuxerunt corusciones tuae orbi terræ. Commota est, et contremuit terra.* In Psalterio Isidoriano, in hoc loco psalm. lxxvi, sic est : *Illuxerunt fulgura tua orbi terre ; vidit, et commota est terra.* LOAISA.

Ibid. Quisque peccatorum. Al., quisque dum peccatorum. Sed quisque accipi etiam solet pro quisquis. AREV.

8. Gregor., lib. Moral. xxviii, cap. 10, et lib. xxix, cap. 6. LOAISA.

CAP. XII. N. 1. Greg., xxviii Moral., c. 10 : et lib. xxiv Moral., cap. 6, circa finem. LOAISA.

2. Gothus et alii Mas. habent seipsum nosse homo. Obiter obseruandum est, ad intelligentiam divinæ Scripturaræ et hujus loci, quod vox homo in divinis litteris ipsius sumitur modis : aliquando pro natura, aliquando pro culpa, aliquando pro fragilitate. Pro natura humana, Genes. ii : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Pro culpa, psalm. lxxxi : *Vos autem sicut homines morti emini, hoc est,*

A næ patriæ, quatenus ad eam quantoq[ue] valerat pervenire.

5. Quisque peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei se sciat visitari præsentia, quando id, quod se admisisse recolit interius erubescit, suoque iudicio puniendo jam punit. Nam tunc Petrus flevit, quando in eum Christus respxit (Matth. xxv, 75). Unde et psalmus : *Respxit, inquit, et commota est, et contraxit terra* (Psal. xvii, 8).

6. Gressus Dei sunt in cor hominis interior vis, qua bona desideria surgunt, ut calcentur mala. Quando ergo ista in corde hominis sunt, sciendum est tunc esse Deum per gratiam cordi humano præsepiam ; unde se tunc magis homo acuere ad compunctionem debet, quando sentit et Deum interius operantem.

B 7. Quomodo piens hominis justi ex vera compunctione rapiatur, et qualiter i[n]firmitate revertatur degustatio lucis magnitudine, illum nosse posse qui jam aliquid exinde gustavit.

8. Sunt qui non ex vera cordis compunctione sibi accusatores sunt, sed tantum ad hoc esse se peccatores assignant, ut ex ficta humilitate confessionis locum inveniant sanctitatis.

### CAPUT XIII.

#### *De confessione peccatorum, et penitentia.*

1. Ex eo unusquisque justus esse incipit, ex quo sui accusator existenter. Multi autem a contra se metipos peccatores fatentur, et iam semelipos a peccato non subtrahunt.

2. Magna jam justitia pars est, seipsum nosse hominem, quod 209 pravus est, ut ex eo divinae virtutis subdatur humilius, ex quo suam infirmitatem agnoscit.

3. Bene se judicat justus in hac vita, ne judicetur sicut inobedientes peccatores. Et I Cor. iii : *Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* Pro fragilitate, Jerem. xvii : *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine;* ac si aperte dicat, in infirmitate et fragili fundamento innotuerit. Et Isai. xxxi : *Egyptus homo, et non Deus.* Homo etiam vocatur qui humana sapit, ut adnouavit Gregorius, lib. xxiv Moral., cap. 6, et adducit illud I Cor. iii : *Nonne homines estis?* Vocatur et qui carnis illecebris et concupiscentiae ardore vincitur, Ezech. xxiv : *Vos autem greci pascue meæ homines estis.* Et Isai. ii : *Incurvavit se homo, et humiliatus est vir.* Inde homines carnales iumenta vocantur, et affectus bestiarum illis trahuntur. Jel. i : *Computuerunt jumenta in stercore suo.* Et illud Jerem. Unusquisque ad uxorem proximi sui hinnebat, et Ezech. xxiii : *Ut carnes asinorum carnes eorum, et fluxus equorum fluxus eorum.* Ut Davidicum illud exprimatur psalm. xlviij : *Homo cum in honore esset, non intellectus, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* LOAISA.

D Ibid. In omnibus Excusis erat quod parvus est, verum consentientibus omnibus Codd. miss. posuit quod pravus est. LOAISA.

Ibid. Quod pravus est. Sensus erit, inquit Vezzius, magnum esse justitiae partem, hominem cognoscere se ad malum inclinatum esse. Cajetanus edidit nosse. Homo quid nisi cinis est? ut ex eo. AREV.

3. Ex illo Pauli : *Quod si normelipos dijudicaremus, non utique judicaremur ; dum judicamus autem,*

a Deo damnatione perpetua. Tunc autem judicium de se quisque sumit, quando per dignam poenitentiam sua prava facta condemnat.

4. Amaritudo poenitentiae facit animum, et sua facta subtilius discutere, et dona Dei, quæ contempsit, flenendo commemorare. Nihil autem pejus quam culpan agnoscere, nec deflere.

5. Duplicein habere debet fletum in poenitentia omnis peccator, sive quia per negligentiam bonum non fecit, seu quia malum per audaciam perpetravit. Quod enim oportuit non gessit; et gessit quod agere non oportuit.

6. Ille poenitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando, scilicet, ac deflendo quæ gessit, tanto in deplorando profusius, quanto exstitit in peccando proelivius.

7. Ille poenitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, **210** ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis laret laterem crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum fecit.

8. Quamvis quisque sit peccator, et impius, si ad poenitentiam convertatur, consequi posse veniam creditur.

9. Nullus de bonitate Dei dubitat, sed sola accipientium pravitas conferri sibi indulgentiam abnegat.

10. In hac vita tantumdem poenitentiae patet libertas; post mortem vero nullam correctionis esse licentiam (constat). Unde et Dominus dicit: *Me oportet operari opera ejus qui me misit, donec dies est; veniet autem nox, quando nemo potest operari* (Joan. ix, 4). Hinc et propheta: *Date, inquit, Domino Deo vestro gloriam, antequam tenebrescat* (Jerem. xiii, 16); id est, antequam mors æterna præveniat. In hac vita dum estis, Deum per poenitentiam glorificate.

11. Adhuc in hoc sæculo poenitentiam operantibus Dei misericordia subvenit. In futuro autem jam non operamur, sed rationem nostrorum operum ponimus.

12. Per id deteriorantur plerumque iniqui, per quod per patientiam Dei spatium accipiunt emendandi; qua illi mora vivendi non utuntur ad a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnamur. LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. viii Moral. cap. 44. LOAISA.

7. Est apud Magistr. sent. lib. iv, d. 14 et Smaragd., cap. 4 in Reg. sancti Benedicti. Et in decreto Gratiani, dist. 3, cap. 9, sic habetur: *Ille poenitentiam digne agit, qui quæ commisit, sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non committat; nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis laret laterem crudum, quia quanto magis laverit, tanto magis lutum facit.* Hujus canonis lectionem a viris doctissimis magno studio et accurata diligentia perspectam in summo loco habeo. Tamen ponam aliorum Codicum lectiones, ut doctus lector intellegat me quoque in emendatione hujus libri omnem eorum et studium adhibuisse. Sunt apud me duo Codd. verendæ antiquitatis, alter ex bibliotheca sanctæ et augustæ Ecclesiæ Toletanæ, scriptus æra 953; alter ex insigni collegio Ovetensi apud Salmanticam antiquior, uteisque litteris Longobardis in pergamente scriptus, qui sic habent: *Ille poenitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non*

**A** poenitentiam, sed ad peccandi usurpant audaciam. A malo autem in deterius vadit, qui tempus sibi ad poenitendum indultum, ad libertatem pravi operis vertit.

13. Festinare debet ad Deum poenitendo unusquisque dum **211** potest, ne, si dum potest noluerit, cum tarde voluerit, omnino non possit. Proinde propheta ait: *Quærite Dominum, dum inveniri potest, invoke eum, dum prope est* (Isai. lv, 6). Et ubi inveniri potest, nisi in hac vita, in qua etiam et prope est omnibus invocantibus se? Nam tunc jam longe erit, quando dixerit: *Ite in ignem æternum* (Math. xxv, 41). Modo enim non videtur, et prope est; tunc videbitur, et prope non erit, quia videri poterit, et non poterit inveniri.

14. Si quando quisque peccare potest, poenitet, vitamque suam vivens ab omni criminе corrigit, non dubium quod moriens ad æternam transeat requiem.

15. Qui autem prave vivendo poenitentiam in mortis agit periculo, sicut ejus damnatio incerta est, sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indolentia, sanus poeniteat, sanusque perpetrata facinora defeat.

16. Sunt qui poenitentibus securitatem cito pollicentur, quibus bene per prophetam dicitur: *Curant contritionem filii populi mei cum ignominia, dicentes paz, pax, et non est paz.* Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti et non legitime poenitenti promittit securitatem. Unde et sequitur: *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: id est, confusi sunt non poenitendo, sed pœnas luendo.*

17. Alter enim confunditur coram judge reus, dum plectitur, atque alter qui de malo opere erubescens corripitur. Ille enim, quia reprehensus est, confunditur; iste, quia se malum fecisse memoratur.

18. Quamvis per poenitentiam propitiatio peccatorum sit, sine metu tamen homo esse non debet, quia poenitentiae satisfactio divino tantum pensatur judicio, non humano. Proinde, quia miseratione Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Neque enim unquam oportet poenitentem habere de peccatis securitatem. Nam securitas negligentiam committat [alius, admittat], nam qui plangit peccatum, et iterum committit peccatum, quasi si quis laret laterem crudum, quem quanto magis abluerit, tanto amplius lutum facit. LOAISA.

D *Ibid. Alii, quasi laret lateres... quanto magis laverit.* Vide not. ad cap. 46, n. 3. AREV.

19. Paulo alter est in Editione Vulgata Joann. ix. LOAISA.

*Ibid. Date, etc.* Locus est Jerem. xiii, quem Hieronymus de captivitate Babylonica, aut de extremo iudicio interpretatur. LOAISA.

*Ibid. Tenebrescat.* Ita Vulgata. Alii, *contenebrescat.* In nota Loaisæ indicabatur cap. 42, pro quo posui 13. AREV.

20. *Rennissio dubia.* Quia dubium est, ait Vezzosi, an qui instantे mortis discriminē poenitet sincere poeniteat. AREV.

21. *Locus est Jerem. vi, et tota sententia videtur ex divo Hieronymo desumpta, ibid. LOAISA.*

*Ibid. Curant.* Alii, cum Vulgata, *curabant.* Ibi alii, non erat *pax pro non est pax.* AREV.

parit, negligentia autem saepe incautum ad vitia transacta reducit.

**212** 19. Dum per poenitentiam expusa fuerint ab homine vitia, si forte post hanc, intercedente securitate, quaelibet culpa subrepserit, confessim delectationes pristinæ vitiorum mentem avidius irrepunt, pulsantesque hominem in consuetis operibus gravius pertrahunt, ita ut sint *novissima illius pejora prioribus*.

#### CAPUT XIV.

##### *De desperatione peccantium.*

1. Non per locorum spatia, sed per affectum bonum, vel malum itur, receditur a Deo. Neque enim gressu pedum, sed gressu morum elongamus, vel propinquamus ad Deum.

2. Perperare flagitium aliquod mors animæ est; contempnere poenitentiam, et permanere in culpa, descendere in infernum post mortem est. Ergo pecare ad mortem pertinet, desperare vero in infernum descendere. Unde et Scriptura ait: *Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit* (*Proverb. xviii, 3*).

3. Sæpe diabolus eos quos converti ad poenitentiam aspicit, immanitate scelerum percusos ad desperationem ducit, ut, subtracta spe veniae, trahat in dissidentiam quos non potuit retinere perseveranter in culpa. Sed poenitens prævidere debet callidas contra se hostis insidias; sicque Dei justiam metuat, ut tamen, quamvis in magnis sceleribus, de misericordia ejus confidat.

4. Amplius lætatur Deus de anima desperata, et aliquando conversa, quam de ea quæ nunquam exstitit perdita. Sicut de prodigo filio, qui mortuus fuerat, et revixit, perierat, et inventus est, de cuius regressu magnum fit gaudium patris (*Luc. xv*).

5. Non aliter coram Deo et angelis copiosius est gaudium de eo qui a periculo liberatur quam de eo qui nunquam novit peccati periculum. Quanto enim contrastat res perdita, tanto magis, si fuerit inventa, lætitificat: sicut in Evangelio pastor ille exsultat qui perditam orem inventam humeris suis gaudens reportat (*Matth. xviii, 12; Luc. xv, 5*).

6. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ **213** ad poenitentiam convertatur. Unumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. Hoc quippe et legis testimonio edocetur, quod homo de suo extremo justificatur, quando Deus pro asini primogenito ovem jussit offerri, hoc est, immunditiam vita prioris mutandam in innocentiam boni finis. Unde et cauda jube-

19. *Illius. Alii cum Vulgata, hominis illius. Arev.*  
*Cap. xiv. N. 1. Alii, sed gressu operum vel morum.*  
*Forte, elongamur. Arev.*

6. In Excusis erat, pro innocentiam boni finis, pro quo posui in innocentiam, consentientibus omnibus MSS. et divo Greg., lib. xxvii Moral., cap. 11. Ex quo loco desumitur hæc sententia: *Asini ergo, inquit, primogenita ove mulare, est immunda vita primordia in innocentia simplicitate convertere.* Loaisa.

PATROL. LXXXIII.

A tur offerri in hostiam, id est, vitæ extrema in poenitentiam.

7. Multi superna respecti gratia in extremis suis ad Deum revertuntur per poenitentiam, et quæcumque mala gesserant, quotidianis fletibus purgant, atque in bonis factis mala gesta commutant; quibus juste totum quod deliquerant ignoscitur, quia ipsi, quod male gesserunt, poenitendo cognoscunt.

8. In vita hominis finis querendus est, quoniam Deus non respicit quales antea viximus, sed quales circa finem vitæ existimus.

#### CAPUT XV.

##### *De his qui a Deo deseruntur.*

B 1. Deo deserente, nullum penitire; Deo respiciente, sua mala unumquemque videre, et plangere, et unde ceciderit, cogitare. Nam nonnulli ita despiciunt a Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiam si velint.

2. Consilium immundorum spirituum hoc est, ut, quia ipsis negatum est post prævaricationem regredi ad justitiam, obserare aditum poenitentiae hominibus cupiant, ne vel ipsi revertantur ad Deum; eosque socios in perditione habere contendunt, quibusunque fraudibus insistentes, ut aut deserantur a Deo, aut flagelli immanitate desperant.

3. Ingemiscendum est jugiter, et, postposita securitate, lugendum, ne Dei secreto et justo judicio deseratur homo, et perdendus in potestate dæmonum relinquatur. Nam revera, quem Deus deserit dæmones suscipiunt.

C **214** 4. Dominici contempores præcepti, statim ut avertuntur a Deo, a malignis spiritibus occupantur, a quibus etiam, ut mala faciant, persuadentur. Hinc est illud propheticum: *Inimicos Dei persequuntur tenebrae* (*Nahum. i, 8*), qui intelliguntur dæmones. Unde et in psalmo legitur: *Immissiones per angelos malos* (*Psal. lxxvii, 49*).

5. Quidam reproborum in potestate dæmonum occulto Dei judicio et justissimo rediguntur, Isaia testante: *Ipse misit eis sortem, et manus ejus dirisit eis eam in mensura, usque in æternum possidebunt eam* (*Isai. xxxiv, 17*).

D 6. Quidam electorum dimittuntur divina justitia incidere in errorem peccati, sed tamen miseratione ejus reducti denuo convertuntur. De talibus enim prophetam Dominus loquitur: *Et dimisi eum, et reduxi eum, et reddidi ei consolationem* (*Isai. lvi, 18*).

7. Nonnunquam enim revertens Deus, hominem quem deseruerat rursus affligens visitat, et per lamenta lacrymarum ac poenitentie afflictionem a peccatis expurgat, dicente Job ad Deum: *Propter su-*

*CAP. xv. N. 1. Gregor., lib. xi Moral., cap. 5. Loaisa.*

2. Ex Gregor., lib. Moral. ix, cap. 25. *Contra bonos* (inquit) *consilium maligni spiritus ineunt.* Loaisa.

4. Greg., lib. xxv Moral., c. 9. Loaisa.

*Ibid. Qui intelliguntur dæmones.* Ita recte ex fide MSS. Vide notam Grialii ad *Exod. xlvi, 3*. Alii in epopea corrigerem voluerunt quæ pro qui. Arev.

7. Greg., lib. ix Moral., c. 34. Loaisa.

*peribam, inquit, quasi lacrimam capies me, reversusque A mirabiliter me crucias (Job x, 16).* Revertens enim Deus hominem cruciat, quando quem peccantem deseruerat flagellando iterum visitat.

8. Malis actibus contra nos amplius coelestem infundiam nequaquam provocare debemus; quin patiens, si penitendo digna Deo acta gressimur, servitatem ejus in clementiam commutabimus. Nam ille qui nos malos tolerat, non dubium est quod converas clementer ignorat. Nam quod servatur nobis tempus penitentiae, ut non simul morte obruamur precipiti, sed detur locus satisfactionis, hoc totum de Dei procedit clementia, ut nos non damnet crudeliter, sed exspectet ad penitentiam patienter.

#### CAPUT XVI.

*De his qui ad delictum post lacrymas revertuntur.*

1. Irrisor est, non penitens, qui adhuc agit quod penitet; **215** nec videtur Deum poscere subditus, sed subannare superbus.

2. Canis reversus ad vomitum est penitens ad peccatum. Multi enim lacrymas inde sinenter fundunt, et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrymas ad penitentiam, et effectum penitentiae non habere (equitat), quia inconstantia mentis, non recordatione peccati lacrymas fundunt, nam vero, reviviscente usu, ea quae leverant iterando coniunctiunt.

3. Qui et praeterita vult plangere, et actionibus secularibus incubare, iste mundationem non habet, quoniam adhuc agit quae penitendo deflere possit.

4. Isaias peccatoribus dicit: *Lavamini, mundi estote* (Isai. i, 16). Lavatur itaque et mundus est, qui et praeterita plangit, et flenda iterum non admittit. Lavatur itaque, et non est mundus qui plangit quae gessit, nec deserit, et post lacrymas ea quae leverat repeti. Sic denique et alibi animam penitentem atque iterum delinquentem sermo divinus increpat, dicens: *Quam vilis facta es nimis, iterum nra tuas* (Jerem. ii, 36)! Quisquis ergo culpas praetextas plorat, hunc decepsa est modum tenet, ut sit admissa deflere, ne iterum flenda coniuncti. Vnde prius misero Isidoro, qui et penitentia retro acta negligit, et adhuc penitenda committit.

#### CAPUT XVII.

*De peccato.*

1. Duplibus modis peccatum committitur, id est, aut vi cupiditatis, aut metu timoris, dum vel quisque D vult adipisci quod cupit, vel timet ne incurrit quod metuit.

2. Quatuor modis committitur peccatum in corde, quatuor perpetratur et opere. Corde: suggestione demonum, delectatione carnis, consensione mentis,

*Cap. xvi. N. 4. Ex August., homil. 41, habetur, apud Gratianum de penit. dist. 3, cap. 11, et apud Mag., in iv, dist. 14; tamen in utroque Cod. perantiquo Gallico est effectum penitentiae non habere, et flenda iterum non admittere.* Loaisa.

3. Deflere possit. Alii adducti, qui plangit peccatum, oīc., ut cap. 15, n. 7, sed in fine, quanto magis lavrat, tanto amplius lutum facit. Arev.

4. Gregor., lib. Pastor. curæ part. iii, admonit.

A defensione elationis. Opere: nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. Istis ergo **216** gradibus et corde delinquitur, et opere malitia perpetratur.

3. Trihus modis peccatum geritur, hoc est, ignorantia, infirmitate, industria; periculo autem poenitentia diverso. Ignorantia namque modo peccavit Eva in paradiiso (Gen. iii), sicut Apostolus ait: *Vir non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit* (I Tim. ii, 14). Ergo Eva peccavit ignorantia, Adam vero industria, quia non seductus, sed sciens prudensque peccavit. Qui vero seducitur, quid consentiat evidenter ignorat. De infirmitate autem Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillæ Christum negavit; unde et post peccatum amarissime flevit (Math. xxvi).

B 4. Gravius est infirmitate quam ignorantia quemquam delinquere; graviusque industria quam infirmitate peccare. Industria namque peccat qui studio ac deliberatione mentis malum agit; infirmitate autem qui casu vel præcipitatione delinquit. Nequins autem et de industria peccant qui non solum non bene vivunt, sed adhuc et bene viventes, si possunt, a veritate divergent.

5. Sunt enim qui ignorantem percant, et sunt qui scienter. Sunt etiam et qui pro ignorantia excusatione scire nolunt, ut minus culpables habeantur qui tamen seipso non manuant, sed magis decipiunt.

6. Necirque simpliciter ad ignorantiam pertinet; poluisse vero scire, ad contumaciam superbiam. Voluntatem quippe proprii domini velle nescire, quid aliud est quam velle dominum superbiamque contempnere? Nemus igitur se de ignorantia excusat, quia Deus non solum eos judicat qui a cognitione sua se avertunt, sed etiam illos qui nescierunt, testantur corde Domino per prophetam: *Disperdat, inquit, homines a facie terræ, et eos qui avertiuntur post iterum Dominum, et qui non quiescerunt Dominum, nec investigaverunt eum* (Soph. i, 5, 6). Et paulus: *Etsi sunt deinde, inquit, irani tuorum in genies quae te non vocaverunt* (Psa. lxxviii, 25).

#### 217 CAPUT XVIII.

*De levioribus peccatis.*

1. Multi vitam sine crimine habere possunt, sine peccato non possunt. Nam quavis in hoc seculo magna iustitia quisque claritate resplendet, nunquam tamen ad purum peccatorum sordibus caret, Joanne apostolo attestantur, qui ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi non seducimus, et veritas in nobis non est* (I Ioan. i).

31. *Estisque locus apud Ies. i. Loaisa.*

*Cap. xvi. N. 4. Apud Magistr. sentent., lib. ii, distinct. 42. Loaisa.*

2. *Gregor., lib. iv Moral., c. 25. Loaisa.*

3. *Ex Gregor., lib. xxv. Moral., c. 11, est apud Magistr. sentent., ii, dist. 22. Loaisa.*

6. *Gregor., libid. Loaisa.*

*Ibid. Se avertunt. Al., revertuntur. Arev.*

*Cap. xvii. N. 4. Ex Gregor., lib. Moral. xxx, cap. 9:*

2. Quædam sunt facta peccatis similia; sed si bano animo sunt, non sunt peccata, ut puta, potestas, si non se ulciscendi cupiditate, sed magis corrugandi studio ulciscatur in renum.

3. Item sunt peccata levia quæ ab incipientibus quotidiana satisfactione purgantur, quæ tamen a perfectis viris, velut magna crimina evitantur. Quid autem homines peccatores de magnis sceleribus agere debent, quando etiam perfecti levia quæque delicta, quasi gravissima, lugent?

4. Non solum gravia, sed et levia sunt cavenda peccata. **218** Multa enim levia unum grande efficiunt, sicut solent de parvis et minutis guttis immensa flumina crescere. Numerositas enim in unum coacta exundantem efficit copiam.

5. Peccata, quæ incipientibus levia sunt, perfectis viris gravia deputantur.

6. Tanto enim maius cognoscitur esse peccatum, quanto major qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus juxta ordinem meritorum, et æpe quod minoribus ignoratur, majoribus imputatur.

#### CAPUT XIX.

##### *De gravioribus peccatis.*

1. Experimento minorum peccatorum majora committi peccata, ut durius feriantur pro magnis sceleribus, qui de parvis corrigi noluerunt. Judicio autem divino in reatum nequorem labuntur qui distingere minora sua facta contemnunt.

2. Multi a crimen in crimen corrunt, qui Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt; et quem neverunt per scientiam, per actionem non venerantur. Ideoque cæcantur divino judicio punienda committere, et in poenam commissi facinoris facinus deterius addere.

3. Sæpe peccatum alterius causa est, quod committitur, cum aliud ex ipso quasi sua soboles oritur, sicut fieri solet, nasci libidinem ex nimia ventris ingluvie.

**P**roposito hic vocat quod non est capitale secundum; crimen vero, quod peccatum ad mortem dicitur. Sic Cassian. explicat collat. 11, cap. 10: *Omnis (inquit), qui natura est ex Deo, peccatum non facit, quia semper spes in eo est; et non potest peccare, quoniam ex Deo natura est.* Et iterum: *Scimus quia omnis, qui natura est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malitus non tangit eum.* Quod intelligendum est non de omni genere peccati, sed de capitalibus tantum criminibus dei, a quibus quisquis se abstrahere atque emundare noluerit, pro illo in alio loco prædictus Apostolus ne orari quidem debere pronuntiat: *Qui acit, inquietus, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabit ei vitium peccanti non ad mortem.* Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Exteram de illis quæ pronuntiantur non esse ad mortem, a quibus etiam hi qui fideliter Christo deserviunt, quantilibet semelipsos circumspunctione custodiunt, innimenes esse non possunt, ita dicitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.* Et iterum: *Si dixerimus quia non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis.* Impossibile namque est quantibet scelerorum non in istis minutis, quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per oblivionem, per necessitatem,

A 4. Poena peccati peccatum admittitur, quando pro merito cuiusque peccati, Deo deserente, in aliud peccatum daturus itur, de quo amplius qui admiserit sordideret. Ergo præcedens peccatum causa est sequentis peccati: sequens vero peccatum poena est præcedentis delicti. Præcedentia itaque peccata sequentium sunt criminariae cause, ut illa quæ sequuntur sint præcedentium poena.

**219** 5. Præcedentium peccatorum poena ipsa vocatur induratio venientia de divina justitia. Hinc est quod ait propheta: *Induratus cor nostrum, ne timeremus te* (Isai. LXII, 17); neque enim dum quisunque justi sunt, a Deo impelluntur, et mali sunt; sed dum mali jam sunt, indurantur, ut deteriores existant, sicut et Apostolus dicit: *Quoniam charitatem veritatis Dei non receperunt, ut salvi fuerint, inimicis illis Deus spiritum erroris* (II Thess. II, 10). Facit ergo Deus quasdam peccare, sed in quibus talia jam peccata præcesserint, ut justo judicio ejus mereantur in deterioris ire. Talia quippe peccata præcedentibus aliis peccatis prolaborunt in poenam quam peccata merentur.

6. Quædam de ira Dei venient peccata, quæ pro merito aliorum compensantur peccatorum. Unde et propheta: *Ecce, inquit, in iratum es, et nos peccavimus, in ipsis sumus semper* (Isai. LXIV, 5); tanquam si diceret: *Quia semper in peccatis sumus, inimicis es, ut deterioris peccaremus.*

7. Quid enim sit iram Dei mereri, quid vero provocare, prudens lector scire debet. Gravior est namque ira quæ provocatur quam ea quæ merentur. Nam meremur, quando ignorando peccamus; provocamus, quando scimus bonum facere, nec volvamus.

8. Nunc iram Dei, dum vivimus, vitare possumus. Timeamus ergo ne, veniente illo terrore judicii, sanitati possit, vitari non possit.

D per voluntatem, per obrepitionem, per somnum admittuntur, incurrire; que hoc ab illo peccato, quod ad mortem dicitur esse, aliena sint. *Ex parte latentes ac reprehensione non carent.* LOAISA.

2. In reum; alii Codd., in eum, qui delinquit. AREV.

4. Posui ex parvis et minutis guttis: ut est in Gorh. Ovet. Similitudo est apud Greg., I. iii. Past. cursus admonit. 34: *Altos quippe gurgites fluminum parvæ, sed innomine replet guttas pluviarum.* In Tolet., ex parvis et minutis. Intelligitur: dispositio levia disponit ad mortalita. LOAISA.

*Ibid.* Alii, solent ex parvissimis guttis. AREV.

6. Juvenal. *Omne animi vitium tanto conspicuum in se crimen habet, quanto major qui peccat habetur.* LOAISA.

CAP. XIX. N. 1. Gregor., lib. xxv Moral., cap. 9. Et est apud Magistr. sent., in 2, distinct. 36. LOAISA.

*Ibid.* *Experimento minorum.* Al., *experimento vel contemptu minorum.* AREV.

5. Locus est apud Paul., II Thess. II. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fuerint, ideo traxit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* LOAISA.

7. Greg., I. xxvi Moral., c. 28. LOAISA.

## CAPUT XX.

*De manifestis occultisque peccatis.*

1. Majoris est culpæ manifeste quam occulte peccare. Dupliciter enim rens est qui aperte delinquit, quia et agit et docet. De talibus Isaías dicit: *Et peccata sua, quasi Sodoma, prædicaverunt, nec absconderunt* (*Isai. iii, 9*).

2. Multi enim publice delinquentes, sine ullo pudore sua flagitia prædicant, nec ulla utuntur sceleris verecundia.

3. Quædam enim jam justitiae portio est iniquitatem suam **220** hominem abscondere, et in semetipso de peccatis propriis erubescere.

4. Peccatum perpetrare crimen est, peccatum prædicare clamor est, de quo etiam dicit Apostolus: *Et clamor auferatur a vobis cum omni malitia* (*Ephes. iv, 31*), id est, cum ipsis peccatis.

5. Ex eo ipso quo quisque peccatum quod agit abscondit, judicij jam est indicium, quia non erubescitur, nisi de conscientiæ reatu. Ergo ex hoc ipso quo quisque de facto suo erubescit, ipse sibi jam judex fit.

## CAPUT XXI.

*De peccati amore.*

1. Aliud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicii. Qui enim amore charitatis Dei non peccat, horrescit omne malum, amplectendo justitiae bonum; nec eum delectat peccatum, etiam si sceleris impunitas promittatur. Qui vero poena sola supplicii in se vitia reprimit, quamvis non expletat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi; doletque sibi illicitum, quod lex prohibere dignoscitur. Ille ergo mercedem boni operis percipit qui amando justitiam facit; non is qui eam solo metu poenarum invititus custodit.

2. Quidam et diligunt peccatum, et faciunt; quidam diligunt tantum, et non faciunt, plerique vero faciunt tantum, et non diligunt. Nonnulli peccatum non faciunt, et tamen justitiam odiunt. Gravius autem peccat qui non solum peccatum diligit, sed et facit, quam qui non facit, et diligit; graviusque interdum, qui diligit et non facit quam qui facit, et odit. Gravissimum est non solum facere, sed et diligere peccatum.

3. Nam sunt quidam qui confessim peracto flagitio confunduntur, et sunt qui non solum non dolent gesisse malum, sed etiam de ipso malo opere glorian-

CAP. xx. N. 1. Ex Greg., lib. iv Moral., c. 25, et alib. in cura Past. LOAISA.

4. De clamore vide Gregorium, in expositione secundi psalm. pœnit., in illud, *Quoniam tacui*, et psalm. vii, et iii lib. Pastor. curæ, admonit. 10, ibi: *Clamorem libertatem peccandi vocat.* LOAISA.

CAP. xxi. N. 2. *Est non solum.* Alii, minus bene, non est solum. AREV.

3. Greg., lib. vi Moral., c. 41. LOAISA.

CAP. xxii. N. 1. Loquitur Isidorus de necessitate, quæ non rejicit voluntarium, cum duplex sit peccatum: absolutum, et ex conditione. Magist., lib. ii dist. 36. LOAISA.

CAP. xxiii. N. 1. Ex Gregor., lib. iv Moral., cap.

A tur. Sicque ad comparationem mali fit deterins, dum de vitiis gratulantes, extolluntur in pejus. **221** De talibus ait Salomon: *Qui loquantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis* (*Proverb. xi, 14*).

## CAPUT XXII.

*De peccandi necessitate.*

1. Interdum mali quod sumus, necessitate potius, non voluntate existimus. Vertenda est autem necessitas mali in voluntatem boni. Plerique non voluntate, sed sola necessitate peccant, pertimescentes temporalem inopiam. Et dum præsentis sæculi necessitatem refugunt, a futuris bonis privantur.

2. Item nonnulli peccatum voluntate, non necessitate committunt, nullaque coacti inopia existunt iniqui; sed tantum gratis cupiunt esse mali. Neque enim ipsam rem amant, quam appetunt, sed ipsa tantum peccati malitia delectantur.

## CAPUT XXIII.

*De peccandi consuetudine.*

1. Melius est peccatum cavere quam emendare. Facilius enim resistimus hosti a quo nondum victi sumus, quam ei a quo jam superati ac devicti cognoscimur.

2. Omne peccatum, antequam admittatur, amplius pertimescitur. Quantumvis autem grave sit, dum in usu venerit, leve existimatur et sine ullo metu committitur.

C 3. Iстis somitibus, quasi quibusdam gradibus, coalescit omne peccatum. Cogitatio namque prava delectationem parit, delectatio consencionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Sicque his vinculis homo implicatus, quadam catena vitiorum tenetur astrictus, ita ut ab ea evelli nequaquam valeat, nisi divina gratia manum jacentis apprehendat.

**222** 4. Peccatum admittere cadere est in puerum; consuetudinem vero peccandi facere, os putei est angustare, ne is qui cecidit valeat exire. Sed interdum etiam tales Deus liberat, dum eorum desperationem ad conversionem libertatis commutat. Ipso enim miserante, peccata dimittuntur quo protegente sit ne in deterius peccando eatur.

5. Nequissimum est peccare, pejus est peccandi consuetudinem facere. Ab illo facile, ab hoc cum labore resurgitur, dum malæ consuetudini repugnat.

6. Male agendi consuetudinem recessum esse

## 25. LOAISA.

3. Alludit ad illud socrus Simonis febricitantis, Marc. i. Accedens, inquit, elevavit eam apprehensa manu ejus, et continuo dimisit eam febris. LOAISA.

4. Luc. xiv: *Cujus vestrum asinus aut bos in puerum caderet, et non continuo extrahet illum die Sabbati?* Vide August., de Quæst. evangel., lib. ii, q. 29. LOAISA.

5. Nequissimum. Al., malum. AREV.

6. Locus est Isaï. xxxi: *Convertimini, sicut in profundum recesseratis, filii Israel.* Ubi Symmachus: *Agite paenitentiam, qui profundo consilio atque peccato a Domino recessistis.* Ex Hieronymo. LOAISA.

propheta assertit (*Isai. xxxi, 6*), in profundum, cuius usus, quasi quadam lege, homo tenetur astriclus, ut etiam quando non vult, peccatum committat. A lapsu vero cito resurgere, non est in profundum ire.

7. Apostolus legem peccati dicit in membris nostris (*Rom. vii, 23*), quæ lex consuetudo est, quam peccando concipimus, et non ab ea, cum volumus, discedimus, quia jam necessitatis vinculo per consuetudinem retinemur.

8. Multum veri amor agit in homine, sed resultat caro malæ consuetudinis lege. Bene autem audacter pro bona conscientia exsultat, qui valenter in se reprimunt quod insolenter impugnat.

9. Frequenter peccare cavendum est; nam hoc ipsum, quod de malo nostro plerunque Deus nobis salutem operatur, quanto mirabile est, tanto perrum est. Propterea metuendum est considerare ita salvare, ne forte dum exspectamus a virtutis sanari, et virtus multiplicemus, et salutem non adipiscamur. Ergo studeamus aut non cadere, aut cito conversi a lapeu consurgere.

10. Omnino peccare cavendum est, quod si humana fragilitate peccatum subrepserit, confessim erit corrigendum, quod nequiter sentitur commissum. Cito enim corrigitur culpa quæ cito cognoscitur; tardius autem sanatur vulnus quod jam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibetur.

**223** 11. Iteratio peccati gravior est, sicut si morbus super morbum veniat, sicut si imber super imbreu occurrat.

12. Mora peccandi immanitatem facit sceleris, unde et Prophetæ: *Væ, inquit, qui trahitis iniqitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum (Isai. v, 18)*! Trahit enim iniqitatem ut funiculum, qui tardat converti ad Deum. Trahere enim iniqitatem est moram facere iniqitati. Unde et psalmus: *Prolongaverunt iniqitatem suam; Dominus justus concidet cervices peccatorum (Psal. cxxvii, 2, 4)*.

#### CAPUT XXIV.

##### De peccati recordatione.

1. Bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secundum psalmi sententiam: *Et peccatum meum ante me est semper (Psal. l, 5)*. Sicut

7. In membris nostris. Al., in membris suis. AREV.  
12. Ex Gregor., lib. Moral. xxxiii, c. 9. Isai. v. LOAISA.

*Ibid.* Al., trahit enim iniqitatem in funiculo. AREV.  
Cap. xxii N. 1. Alii, propria habere, tortasse melius. AREV.

3. Ex Greg., ibid., et Aug. LOAISA.  
Cap. xxv. N. 1. Sic Gregor., lib. Moral. x, cap. 11: Omne peccatum aut sola cogitatione committitur, aut cogitatione simul et opere perpetratur. Iniqitas ergo in manu est, culpa in opere. LOAISA.

Job xx. Occidet eum lingua viperæ, ubi Gregor., lib. xv Moral., c. 9. Viperæ autem cum conceperint, filii earum in ventre sanguinantes. Qui, rupis lateribus matrum, ex earum ventribus procedunt; unde et viperæ, eo quod vi pariat, nominatur. Vipera itaque sic nascitur,

A enim non oportet reminisci peccati affectum, sic semper necesse est unumquemque suum in flendo commemorare peccatum.

2. Apud justum recordatio peccati facit tedium animi. Qui autem luxuriae et cupiditati subditi sunt, contumaci superbia etiam de ipso peccati opere gloriantur.

3. Servo Dei tanta recordatio esse debet peccati, ut ea quæ gessit semper lacrymis confiteatur. Unde et psalmus dicit: *Conversus sum in arumna, dum configitur spina. Peccatum meum cognitum tibi feci. Dixi: Pronuntiabo adversum me injusticias meas Domino (Psal. xxxi, 4)*. Supra enim dixerat: *Quoniam tacui, hoc est, non sum confessus, inveteraverunt omnia ossa mea, dum clamarem tota die*. Quid ergo tacuisse se poenitet, nisi confessionem peccatorum? Quid clamasse se dolet, nisi defensionem malorum? Qui ergo peccatorum suorum defensor exstitit, necesse est ut poenitendo accuset quod superbiens prave admisit.

#### 224 CAPUT XXV.

##### De cogitatione.

1. Bipartita est causa peccandi, id est, operis et cogitationis, quorum unum iniqitas dicitur, quod opere geritur; aliud iniustitia, quod cogitatione admittitur.

2. Prius autem actio resecanda est, postea cogitatio; prius prava opera, postmodum desideria. Vicissim autem et a cogitatione opera procedunt, et ab operi cogitatio nascitur, quamvis etsi ab opere malo quisque vacet, pro solius tamen pravae cogitationis malitia non erit innocens. Unde et Dominus per Isaïam: *Aufepte, inquit, malum cogitationum vestrum ab oculis meis (Isai. i, 16)*.

3. Non enim solum factis, sed et cogitationibus delinquimus, si eis illicite occurribus delectemur.

4. Sicut viperæ a filiis in utero positis lacerata perimitur, ita nos cogitationes nostræ intra nos enutritæ occidunt, et conceptæ interius viperæ veneno consumunt, animamque nostram crudeli vulnere perimunt.

5. Non est arbitrii nostri cogitationis pravae suggestionibus præveniri; jacere autem in animo cogitationem nostræ attinet voluntati. Illud ergo ad culpam non redigitur, istud culpæ propriæ **225** imputatur. Nam cogitationes illicitas occurtere, dæ-

ut violenter exeat, et cum matris suæ extinctione producatur. Quod vero falsum sit viperarum fetus viscera parentis perforare docet Aristoteles, lib. v de Hist. animal., cap. 39: *Vipera, inquit, parit calulos obvolutos membranis, que tertia die rumpuntur, et singulis diebus singulos parit, plusquam viginti. Et evenit interdum quod qui in utero sunt, abrosis membranis, prorumpant*. Hæc Aristoteles, quod et annotavit Albertus Magn., lib. xxv, eo in loco. Plin., lib. x natur. Histor., cap. 62, eadem. Sed addit: *Itaque cæteræ tarditæ impatiens prærumpunt latera, occisa parente. LOAISA.*

*Ibid.* Al., et concepto interius. AREV.

5. Vetus Ediitio, cogitationes pravae suggestionis prævenire. Quod clarius est. Mox pro occurtere alii suggerere, quod etiam magis placere. AREV.

monum est; cogitationibus oblectari perversis, non strum est.

6. Plerumque fieri solet ut immundæ corporalium rerum species, quas didicimus, nostris mentibus opponantur, et nolentes eas cogitemus; quantumque ab eis aciem mentis avertere ntimur, tanto illæ se magis animo ingerunt, obscenisque in nobis motibus obrepunt. Sed sit hoc pro conditione mortali, quam meruit primus homo in poenam sui peccati.

7. Dum unusquisque divina illuminatione prævenitur, statim molestiis turpium cogitationum pulsatur. Sed Dei servus Judicio timoris Dei earum delectamenta a semetipso rejicit, bonisque contra objectis cogitationibus turpes a se repellit.

8. Magna observantia circa cordis est custodiam adhibenda, quia aut bonæ, aut malæ rei ibi consistit origo, nam, sicut scriptum est: *Ex corde exirent cogitationes malæ.* (*Matth. xv, 19*). Ideoque si prius pravæ cogitationi resistimus, in lapsum operis non incurrimus.

9. Non est timendum si bona malaque in cogitationem veniant; sed magis gloriandum, si mens mala a bonis intellectu rationis discernat.

10. Item nihil juvat quod inter bonum et malum sensu prudentiori discernimus, nisi opere aut mala cognita caveamus, aut bona intellecta faciamus.

#### CAPUT XXVI.

##### *De conscientia.*

1. Humana conditio, dum diversis vitiositatibus mentem conturbat, etiam ante poenas gehennæ per incognitum animæ appetitum jam poenas conscientiæ patitur. C

2. Omnia fugere poterit homo præter cor suum. Non enim potest a se quisque recedere. Ubiunque enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquit.

3. Quamvis humana judicia subterfugiat omnis qui male agit, **226** judicium tamen conscientiæ suæ effugere non potest. Nam etsi aliis celat quod egit, sibi tamen celare non potest, qui plene novit

7. *Sanctus Nicolaus martyr in Sententiis: Cogitationes pravæ aliis cogitationibus bonis depelle.* LOAISA.

*Ibid. Delectamenta. Al., tentamenta. AREV.*

•CAP. xxvi. N. 2. Ex Gregor., lib. xxvii Moral., cap. 16. LOAISA.

3. *Gregor., ibid. LOAISA.*

*Ibid. In Editione Grialii et Vezzosii scribitur cœlat, cœlare, quod non est ferendum. AREV.*

4. *Psal. xli, et ibi August. LOAISA.*

•CAP. xxvii. N. 4. Alludit ad illud *Matth. vi: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quem locum de cordis intentione interpretatur Gregor., lib. Moral. xxviii, cap. 6: *Unde bene in Evangelio Veritas dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus, etc.* Quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum præveniens cordis intentio? quæ priusquam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit contemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi unaquæque actio, quæ intentionem suam, quasi intentionem oculum, sequitur? *Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium merita illuminantur actionis.* Et si oculus tuus simplex fuerit, to-

A matum esse quod genuit. Duplex sit ergo in eo iudicium, quia et hic suæ conscientiam reatu punitur, et illuc perpetuali poena dominatur.

4. Hoc enim significat: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum* (*Psal. xli, 8*). Abyssum enim abyssum invocare est de judicio suæ conscientiae ire ad iudicium damnationis perpetuæ. In voce cataractarum, id est, in prædicatione sanctorum.

#### CAPUT XXVII.

##### *De intentione mentis.*

1. Oculus hominis intentionis operis ejus est. Si ergo intentionis ejus bona est, et opus intentionis ipsius bonum est. Alioquin male intentionis etiam si bonum in factis opus apparent, bonum tamen jam non est, quoniam ex sua intentione aut probatur bona, aut B reprobatur indignum. Bona est ergo intentionis, quæ propter Deum est; mala vero, quæ pro terreno lucro aut vana gloria est.

**227** 2. Qui opes bonum bona intentione non faciunt, per hoc magis cascatur opere per quod iteminari potuerant.

3. Unusquisque bonum opus, quod agit, intentione bona agat; quoniam pro mala intentione plerumque opus bonum, quod agimus, perdimus, et nimis a culpa vacamus.

4. Sepe quæ apud hominum iudicium bona apparent, apud examen diligentissimi et acutissimi iudicis reproba deteguntur. Ideoque omnis sanctus vereatur ne forte bonum quod agit, pro aliqua animi intentione in oculis Dei reprobatum sit.

#### CAPUT XXVIII.

##### *De sensibus carnis.*

1. *Per sensus carnis morbus irrepit mentis.* Unde et per prophetam Dominus dicit: *Omnes cognationes terræ ab Aquiloni venient, et ponet unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalæm* (*Jerem. 1, 15*). Regna Aquilonis vitia sunt, quæ sedes suas in portis ponunt, quando per sensus carnis labem animæ ingerrunt; ideoque in ipsis portis, id est, in ipsis sensibus regnant.

*tum corpus tuum lucidum erit, quia si recte intendimus, per simplicitatem cogitationis bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, quia cum pervera intentione quid vel rectum agitur, etsi splendore coram hominibus cernitur, apud examen tam interni iudicii obcuratur.* Ita etiam interpretatur Chrys., homil. 2 in *Matth.*, et August., de serm. Domini, et contra mendacium, cap. 7. Theologi discrimen statuunt inter finem, voluntatem, et intentionem; de quo Magist., lib. II, dist. 39. LOAISA.

*Ibid. Si ergo Ambrosius idem, sed paulo aliter, lib. I Ostio., cap. 30: Affectus tuus operi tuo nomen imponit.* LOAISA.

4. Supra, cap. 7 lib. II *Sentent.*, num. 43. LOAISA.

•CAP. xxviii. N. 1. In *Excusis cogitationes*, quod abstuli, et reposui *cognitiones*, ex *Jerem. 1: Ecce ego convoco omnes cognitiones regnum Aquilonis.* Atque ita constanter legunt Hieronym. et cæteri neoterici interpretes; Septuaginta autem non habent *cognitiones*, sed tantum: *Ecce ego convoco omnia regna ab Aquiloni: Ιδού ἦγε συγκέντως πάσας τὰς βασιλείας ἀπὸ βόρρα.* LOAISA.

2. Neque enim aliunde peccamus, nisi videndo, audiendo, atrectando, gustando, atque tangendo. Unde et alias dicitur: *Intravit mors per fenestras nostras. Et alibi: Extranei ingrediebantur per portas efas, et super Jerusalem mittebant sortem. Extraneos quippe immundos esse spiritus, qui tanquam per portas, ita per sensus carnis animam irrepunt, et eam illecebando devincunt.*

## 228 CAPUT XXIX.

*De sermonе.*

1. Dum quædam parva virtutum verba non evitamus, in magnum linguae prolabitum crimen; et dem facta quædam non gravia libere ac sine metu committimus, ad potiora stelera et horrenda peccandi consuetudine fabimur.

2. Sicut plerumque multiloquorum stultitia reprehenditur, ita parsus nimis tacentum virtutem denotantur. Illi enim satis laxando linguam in levitatis virtute defluunt, isti nimis reticendo ab utilitate torpescunt.

3. Imperiti, sicut loqui nesciunt, ita tacere non possunt. Mente enim inerudit, ore loquaces, verbis perstrepunt, sensu nihil dicunt.

4. Sicut fatigatio erimina a proficientibus pertimescant, ita otiosa verba a perfectis viris videntur. Nam siue ait quidam: *Sicut pro otioso verbo ratio ponit, ita pro sermone injusto pena exsolvit* (Math. xii, 36).

5. Vani sermones in ore Christiani esse non debent. Nam siue malos mores bona colloquia corrigunt, ita prava bonos mores corrumpunt (1 Cor. xv, 33).

6. Custodia ori ponitur (Psal. xl, 6), dum quis bee non se justum, sed, quod magis verum est, peccatorem fatetur.

7. Manum super os ponit, qui bonis operibus linguae excessus operit. Manum super os ponit, qui male locutionis culpas bonae actionis velamine legit.

8. Lequens quæ ad Deum pertinent, nec faciens, et si inutilis sibi est, audientibus tamen prodest.

9. Qui de sapientia se laudari affectant, loquentem

9. Greg., I. Moral. xxi, c. 2. LOAISA.

Ibid. Illecebando devincunt. Forte, illecebando devincunt. AREV:

Cap. xxix. N. 1. Ex Gregor., iii part. Curæ pastor., admonit. 45. LOAISA.

2. Gregor., Ibid. LOAISA.

4. Gregor., lib. Moral. xxxii, cap. 2. LOAISA.

6. Ex Gregor., part. iii Curæ pastor., admonit. 15. LOAISA.

7. Atq; fingit excessum corrigit. AREV.

8. Post prodest alii addunt: *Muli sunt vanti, qui in verbo doctrinae non humiles, sed arrogantes existunt; quique ipsa recta quæ praedican, non studio correctio- nis, sed vicio elationis annuntiant.* AREV.

10. Alludit ad illud Sapient. vii: *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia. Quem locutus Gregor. inter- pretatur lib. Moral. xxxii, cap. 10: Unde bene quidam sapientia erat: Mihi autem det Deus haec dicere ex sententia; sententia quippe ex sensu vocata est. Et recta quæ intelligit non est sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendi dicere, sed sentiendi desiderat experiri quod dicit.* LOAISA.

12. Atq; ac saepe, quod melius fortasse est. AREV.

13. Post sequuntur alii MSS. addunt: *Qui bonum*

*A prophetam 226 attendant: Vos qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes (Isai. v, 21).*

10. Recte ex sententia dicit, qui veram sapientiam gustu interni saporis sentit. A sentiendo enim sententia dicitur. Ac per hoc arrogantes, qui sine humilitate dicunt, de sola scientia dicunt, non de sententia.

11. Ille enim sapi, qui recte et secundum Deum sapit.

12. In suam dicunt contumeliam doctores, si dum sint ab eis dicta sapienter, nimium tamen eloquenter. Horret enim sapientia spumeum verborum ambitum ac fucum mundialis eloquentiae inflatis sermonibus perornatum.

13. Quidam curiosi delectantur audire quoslibet B sapientes, non ut veritatem ab eis querant, sed ut facundiam sermonis eorum agnoscant, more poetarum, qui magis compositionem verborum quam sententiam veritatis sequuntur.

14. Quadrivoda est dicendi ratio, quia prævidendum est quid, cui, quando, vel qualiter aliquid proficeratur.

15. Item quadrivoda est dicendi ratio, cum aut bene sentiendo quid bene profertur, aut nihil sentiendo nihil dicitur, aut parum sentiendo loquacitas sola ostentatur, aut optime sentiendo non eleganter profertur quod intelligitur.

16. Item quadripartita est loquendi ratio, qua vel bonus bene, 230 vel malum male, seu bonum male, vel malum bene profertur.

17. Bonum quippe bene loquitur, qui ea quæ recta sunt, humiliiter annuntiare videtur. Malum finale loquitur, qui quolibet flagitiū persuadere conatur. Bonum male loquitur, quid quocunque rectum arroganter prædicare sentitur. Malum bene loquitur, qui aliquod narrando vitium detestatur, ut ab eo homines avertantur.

18. Corde bene loquitur, qui charitatem non simulat. Ore bene loquitur, qui veritatem annuntiat.

*sine charitate dicit, tanquam æs aut cymbalum sonum facit alii, ipse tamen sibi manet insensibilis.* ARGV.

14. Ita est apud Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 13. Verum Hieronymus omnem loquendi rationem his terminis circumscripsit cap. iv ad Eusebios: *Quoties vero, inquit, loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut convenit audientibus, totus sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum quæ audierunt. Quæ sententia habetur 22, q. 5, cap. Quoties. LOAISA.*

15. In omnibus excusis erat sentiendi; sed non bene. Nam locus est apud Gregor., lib. Moral. viii, cap. 22: *Vis quippe summa loquentium quadrifaria qualitate distinguitur. Nam sunt nonnulli quos sentiendi simili ac dicendi ampliudine dilataat; et sunt nonnulli qui sentiendi simul et dicendi inopia angustat. Sunt nonnulli qui efficaciam dicendi habent, sed acumen sentiendi non habent. Et sunt nonnulli qui acumine sentiendi subnixi sunt, sed ex inopia locutionis obmutescunt.* LOAISA.

18. Alludit ad illud Lucae vi: *Bonus homo de bono tesauro cordis profert bonum; ex abundantia enim cordis os loquitur.* LOAISA.

Factis bene loquitur qui' alios bonis exemplis ædi- A  
ficat.

49. Corde male loquitur qui interius cogitationes noxias meditatur et cogitat. Lingua male loquitur qui pro eo quod male agit flagellatur, et murmurat. Factis male loquitur qui male vivendo exemplis suis alios ad prave agendum informat.

20. Semel bene loquitur (*Job. xxxiii, 14*) qui se poenitendo redarguit. Ris bene loquitur qui bene vivendo et alios instruit.

21. Semel male loquitur qui post vitium cito corrigitur. Bis male loquitur qui male vivit et male docet. Item bis male loquitur qui et male cogitat, et male refert cogitata. Item bis male loquitur qui et bonum quod debuit non egit, et malum quod non oportebat, admisit.

22. Mali mala respondent pro bonis, et adversa pro optimis. Boni bona respondent pro malis, et prospera pro adversis.

23. Adversus convictionem linguae fortitudo adhibenda est patientiae, ut tentatio verbi, quæ foris impugnat, tolerantiae virtute devicta discedat.

24. Non omnis qui patitur probra justus est; sed qui pro veritate innox patitur, ille tantummodo justus est.

25. Inter vituperationes linguae et opprobria hominum isto remedio mens justi se corroborat, ut tanto solidius in Deum sigatur interius, quanto exteriorius ab humanis spernitur sensibus.

26. Qui illatas sibi contumelias tranquillo animo prodit, dolorem cordis aperit, et virus quod fervet in animo facile rejicit.

**C** 231 27. Vulnera enim mentis aperla cito exhalant, clausa nimis exulerant.

28. Qui dolorem injuriæ clauso pectore tegit, quanto amplius silentio linguam premit, tanto acrimonem dolorem intrinsecus nutrit. Unde et vere quidam poetarum gentilium dixit: *Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.* Cæcus enim languor vehebens est ac nimius, quia tacitum vivit sub pectore vulnus.

20. Verba Jobi: *Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit.* AREV.

23. Alii, ut tentationis verba quæ foris impugnant, tolerantiae virtute devicta discedant. AREV.

28. Ex Ovid. Metamorph., lib. iv. Quæ sequuntur verba: *Cæcus enim languor vehemens est ac nimius, putamus versum quoquæ fuisse ex alio loco pentamerum ita fortasse conceptum:*

*Cæcus enim languor, vividus ah ! nimium.*

*Ibid.* Ultima capituli verba, *Tacitum vivit sub pectore vulnus*, sunt etiam hemisticchium ex Virgilii lib. iv Æn., 67, de quo vide Macrobius, lib. vi Saturval., cap. 6. AREV.

CAP. XXX. N. 4. Locus Hieronym., epist. ad Julian. Diac. *Antiquus sermo est: Mendaces faciunt ut nec vera dicentibus credatur.* LOAISA.

6. 22. Quæst. 1; et apud Magistr., in 3, dist. 39; et Polycarp., l. vi, tit. 12; Burch., l. xii, cap. 20; Ixon., p. xii, c. 7; Panorm., lib. lxxxviii. LOAISA.

7. Augustinus octo genera mendaciorum enumerat lib. de Mendac., cap. 14, septuagintaque esse ait quod nulli obest, et prodest alicui; veluti si nolens hominem

## CAPUT XXX.

### De mendacio.

1. Mendaces faciunt ut nec vera dicentibus credatur. Reddit enim saepe hominem multa falsitas etiam in veritate suspectum.

2. Sæpe vera præmit, qui falsa dicturus est, ut cum primum acquisierit fidem, ad reliqua mendacia audientes credulos faciat.

3. Multis videntur vera esse quæ falsa sunt, et ideo non ex Deo, sed ex suo mendacium loquuntur.

4. Nonnunquam falsitas veriloquio adjungitur, et plerumque a veritate incipit, qui falsa confingit.

5. Latent saepe venena circumlia melle verborum; et tandem deceptor veritatem simulat, quoque fallendo decipiat.

**B** 6. Nonnunquam pejus est mendacium meditari, quam loqui, nam interdum quisque incautus solet ex præcipitatione loqui mendacium; meditari autem non potest, nisi per studium. Gravius ergo ille ex studio mentiri perhibetur, quam is qui ex præcipitatione sola mentitur.

7. Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam **232** sit aliquod mendaciū genus culpæ levioris, si quisquam pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam* (*Sap. 1, 11*), et: *Perdes eos qui loquuntur mendacium* (*Psal. v, 7*); hoc quoque mendaciū genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suæ animæ noceant, dum præstare alienæ carni nituntur, quanquam hoc ipsum peccati genus facilissime credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti mercede purgatur, quanto magis hæc facile abstergitur, quam merces ipsa comitatur?

8. Multa mentiuntur multaque singunt homines propter hominum laudem; sicutque fit ut et isti mentiendo pereant, et eos quos laudant ad vanæ gloriae ruinam perducant.

9. Sicut bene sibi conscient non metuit alienæ

*ad mortem quæsitum prodere mentiatur.* Et concilio Toletano viii, c. 2, duo ponuntur genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen omnino non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut, ut proximis præmisimus, mentimur. LOAISA.

*Ibid.* *Præstare.* Ita quidem apud Greg., et in Goth. Codd., sed recte fortasse vox vitam ab Excusis abest. Ita enim saepe alias loquitur, ut *præstare* pro *prodesse* usurpet. LOAISA.

*Ibid.* *Sequenti, etc.* Verba Gregorii sensum hujus sententiae explicant., lib. Moral. xviii, cap. 4. *Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facilissime abstergitur, quam mater boni operis pietas comitatur?* LOAISA.

*Ibid.* *Præstare* pro *prodesse* apud alios etiam, et apud Isidorum ipsum alibi occurrit; et in veteri Editione ac meo Ms. abest vox vitam; itaque eam delevi, quamvis Loisa ediderit *præstare vitam alienæ carni.* Vide not. ad Dracontium in saïfact., vers. 64. AREV.

9. In lib. Grialii indicatur pro hac sententia annotatio, quæ excidit. Ac fortasse hoc solum deest: *Ex Gregor. lib. ix, epistola ad Theotistum Patrium.* AREV.

linguae convictionem, ita et qui laudatur ab alio non debet errorem alienae laudis attendere; sed magis unusquisque testimonium conscientiae suae querat, cui plus ipse praesens est, quam ille qui eum laudat.

10. Opus enim suum unusquisque probet, ut ait Apostolus. Et tunc in seipso tantum quisque gloriam habebit, id est, occulte in sua conscientia, non palam in aliena lingua.

11. Perfecti, qui alta radice fundati sunt, etsi flamine laudis ac vituperationis utcunque quasi ventorum interdum curventur impulsu, funditus tamen non dejiciuntur, sed protinus firmitate radicis ad se redeunt.

**233** 12. Bona mens ad malum nec premaii, nec terroribus vincitur. Nam iniqui terrorem blanditiis miscent, ut aut oblectatione quemquam decipient, aut terroribus frangant.

13. Qui laudatur in auditorum amore inseritur, sed si veraciter et non ficte laudetur, hoc est, si vera sunt que de illo dicuntur.

#### CAPUT XXXI.

##### *De iuramento.*

1. Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic perjurare non poterit qui jurare non appetit. Cauda est igitur juratio, nec ea utendum, nisi in sola necessitate.

2. Non est contra Dei præceptum jurare, sed dum usum jurandi facimus, perjurii crimen incurrimus. Nunquam ergo juret qui perjurare timet.

3. Multi, dum loquuntur, jurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore: *Est, est. Non, non.* Amplius enim quam *est*, et *non est*, a malo est (*Math. v. 37*).

4. Multi, ut fallant, perjurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verbi sive fallendo, dum perjurant et mentiuntur, hominem incautum decipiunt.

5. Interdum et falsis lacrymis seducti decipiuntur, et creditur, dum plorant, quibus credendum non erat.

6. Plerumque sine juramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dici-

10. Similitudo haec deducta est ex Paulo, Galat. vi: *Opus enim suum, inquit, probet unusquisque, et sic in semetipsa gloriam habebit, et non in alio.* LOAISA.

CAP. XXXI. N. 1. Etsi frequentius dicitur pejerare, tamen etiam perjurare apud optimos Latinitatis autores reperiatur. AREV.

2. 22, q. 4; et apud Magistr., in 3, d. 39; et Polycarp., lib. vi, tit. 42. Burch., lib. xii, cap. 20.: Ixon., p. xii, cap. 7; Panorm., lib. LXXXVIII. LOAISA.

3. Augustinus, in commentariis super epistolam ad Galat., cap. 4, sic hunc Matthæi locum interpretatur. *Quamvis, inquit, juramentum amplius sit quam Est, est; Non, non, et ideo a malo sit, non tamen a malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter moventur ad fidem.* LOAISA.

8. 22, q. 5; Magist. Sent., iii, d. 31. LOAISA.

A ius jurare compellimur, talique necessitate jurandi consuetudinem facimus.

7. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi. Graviter autem delinquunt qui sibi loquentes jurare cogunt.

**234** 8. Quacunque arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur intelligit. Dupliciter autem reus sit qui et Dei nomen in vanum assumit, et proximum dolo capit.

9. Non est conservandum sacramentum quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adulterer perpetuo cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio.

B 10. Jurare Dei est illa providentia, qua statuit non convellere statuta. Pœnitentia autem Dei rerum mutationis est; non pœniterc autem, statuta non revocare, ut illud: *Juravit Dominus, et non pœnitabit eum* (*Psal. cix, 4*), id est, que juravit non mutabit.

#### CAPUT XXXII.

##### *De vitiis.*

1. Recedens homo a Deo statim vitiorum traditur potestati, ut dum patitur infesta vicia, revertendo, unde cederat resipiscat.

2. Et si sancti toto nisu contendunt superare vicia, nec extingunt, quid agunt hi qui non solum non odiunt vicia, sed toto ea amore sectantur?

C 3. Satis delicate se palpant qui vult sine labore vicia superare, dum peccati legem, quam sibi deserviendo viciis fecit, sine violentia doloris resecare non possit.

4. Perfecte renuntiat vicio, qui occasionem evitat in perpetrando peccato. Nam si velis tantumdem non peccare, et data occasione peccaveris, tu tibi et reus, et judex es, quia et commissa dannas, et damnata committis. Se autem judice reus est, qui vicia et accusat et perpetrat.

**235** 5. Quædam vicia dum non perfecte vitantur, suos in se faciunt relabi autores. Nam si unum vitium districte vitetur, et alia negligantur, inanis labor est. Non enim potest in unius observatione virtutis fortiter perdurare, cuius alia vicia dominantur in corde.

D 6. Nonnunquam hominem sua vicia persecuntur,

9. 22, quæst. 4, et conc. Toletan. VIII, cap. 2 Magist., in iii, d. 39. LOAISA.

Ibid. Alio, non est observandum juramentum. Sed lectione genuina est, quam exhibemus, et tenuit concilium Tolet. VIII, ubi legitur quod male incaute, aut quod malum in caute, aut quod male et incaute. In eamdem sententiam allegantur a concilio verba similia ex Synonymis sancti Isidori. AREV.

10. Editi lib., *permutatio*, MSS. *mutatio*; quorum lectionem sequor. Nam sic habet Augustinus in psalmo cix: *Pœnitentia mutatio rerum significatur.* LOAISA.

CAP. XXXII. N. 3. Ex Gregor., lib. vii Moral., cap. 42. LOAISA.

5. Gregor., ibid. LOAISA.

6. Ex Gregor., lib. vi Moral., cap. 43. LOAISA.

quia nimis qui prius volendo ea sibi fecit socia, postea sentit etiam nolens stimulosa.

7. Nonnulli non antea in errorem vitiorum iubuntur, nisi prius interioris rationis perdiderint oculos, sicut Samson non antea ab Aliophylis ad erroris ligatus est machinam, nisi postquam ei sunt lumina oculorum extincta (*Judic. vi, 21*).

8. Quidam, vegetante mentis ratione, vitiorum superantur incursu, sive deinde intentionem bonorum operum perdant. Sicut rex Babylonis in oculis Sedeciae prius filios ipsius interfecit, et sic postea oculos ejus evulsit, ac per hoc post malorum operum consuetudinem et interemptionem honorum, petit quorundam et ratio.

#### CAPUT XXXIII.

*Quod ex vitiis virtus, et ex virtutibus virtutes oriuntur.*

1. Sic gignuntur ex peccato peccata, ut dum non evitentur parva, incidatur in maximis, et dum defendantur admissa, nec lamentantur, ex flagitio ad superbiam iter. Unde fit in duplicati sit criminis reus qui et admittit scelera per voluntatem, et defendit ea per contumaciam tumorem.

2. Sic vitio vitium gignitur, sicut virtus virtute concipitur. Ex **Vito** enim gignitor vitium. Sicut David qui, dum non evitavit adulterium, perpetravit et homicidium (*II Reg. xi, 6*).

3. Item virtus virtute concipitur, sicut per virtutem evangelicas prædicationis **238** virtutem martyrii apostoli mieruerunt.

4. In cordibus seculariter viventium invicem sibi succedunt vicia, ut dum unum abierit, succedat aliud, iuxta Joels prophetae testimonium, qui ait: *Residuum erucæ comedit locusta, et residuum locusta comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo* (*Joel. i, 4, 5*). Per id ergo ista sub vitiorum allegoria colliguntur, quia sequitur: *Expergescimini, ebrii, et flete.*

5. Aliquando utiliter peccatur in minimis vitiis, ut majora utilius caveantur. Lege Paulum apostolum minora permittentem peccata, ne majora perpetrentur. Veraciter autem sanantur vicia quæ virtutibus, non vitiis, excluduntur. Quorumdam autem quædam latencia vicia tunc apparent, quando ab aliis vitiis desinunt.

#### CAPUT XXXIV.

*De male usis virtutibus.*

1. Interdui et male usæ virtutes ex se vicia gi-

7. Ambros., lib. i Offic., cap. 29. Adversarios suos Hebrei Allophylos, id est, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palæstini, qui Phœnites & in π μιλα, auctore divo Hieronymo. LOAISA.

CAP. xxix. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. x, cap. 9. LOAISA.

Ibid. Taio, lib. iv, cap. 13, omnes hujus capituli sententias sumopsit. AREV.

4. Ex Gregor., lib. xxxiii Moral., c. 23; et in Ezech. homil. 12. LOAISA.

CAP. xxxiv. N. 2. Pro fratribus adventu, etc. Huc facit Regula Monachorum, c. 40. AREV.

3. Actorum xv. Nam Paulus gentiles ad Evangelii

giunt: quod fit per immoderatum animi appetitum, cui non sufficit donum quod meruit, nisi inde aut laudes aut lucra damnanda quæsierit.

2. Interdui virtutes **Vita** gignunt, dum aliquando pro tempore opportuno minime relaxantur. Siveque fit, ut quæ congruo loco virtutes sunt, incongruo vicia deputentur, veluti si pro fratribus adventu canonicum non solvatur jejunium.

3. Virtutum igitur discretionem a Paulo apostole sume, qui ad tempus egit, quod agendum esse omnino prohibuit.

4. Item quædam virtutes, dum discretioni bona servant, in vicia transeunt. Nam saepe justitia, dum suum modum excedit, crudelitatis saevitiam gignit; et nimia pietas dissolucionem disciplinæ partur, et **B** zeli studium, dum plus est quam oportet, in irascitudine vitium transit, et multa mansuetudo torporis segnitiam gignit.

237 5. Prudentis aulem viri discretio solerter prospicit, ne bonum intemperanter agat, et de virtute in vitium transeat.

6. Item apud quosdam ex virtute vilium gigantur, dum quisque de castitate et abstinentia meritis gloriatur. Nam et qui eleemosynam vanæ gloriæ causa impertit, ex virtute vitium facit. Sed et is qui de sapientia arrogantiam habet, et qui pro justitia præmium appetit, et qui aliquod donum Dei quod meruit in suam laudem convertit, aut in malos usus assumit, procul dubio virtutem in vitium transfert.

7. Homines de virtutibus vicia nutrunt, ex quibus C pereant. Iterum Deus erte potentissima ex nostro viro virtutes format, quibus nos ab iniunctate reformet.

#### CAPUT XXXV.

*De similitudinibus virtutibus.*

1. Quædam vicia species virtutum præferunt, ideoque perniciosius suos sectatores decipiunt, quia se sub velamine virtutum legunt. Nam vicia, quæ statim virtutibus contraria apparent, cito, dum palam venerint, emendantur, propter quod sequaces eorum de talibus criminibus erubescunt.

2. Carnales autem plerumque per insensibilitatem mentis non agnoscunt vitium esse culpabile, quod dignum videtur damnatione.

3. Item quædam vicia species virtutum esse videntur, sed tamen virtutes non sunt. Nam interdui sub praetextu justitiae crudelitas agitur, et putatur esse virtus quod nimis est vitium, sicut et remissa libertatem venientes circumcidit prohibuit, et tamen Lystram, et Iconium transiens, Timotheum, qui gentili patre natus fuerat, circumcidit. Gregor., lib. Moral. xxviii, c. 6. LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. xxxi Moralium, cap. 7, et xxxii, cap. 17. LOAISA.

Ibid. Alii, dum discretionem non servant. AREV.

CAP. xxxv. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. xxxii, cap. 17. LOAISA.

2. Alii, per insensibilem mentis cæcitatem non agnoscunt. AREV.

3. Ex Greg., ibid., et lib. pastor. Cur., part. iii, admonit. 17. LOAISA.

segnities mansuetudo esse creditur, et quod agit **A** latitia, fides cum perfidie, castitas cum luxuria. torpea negligentia petatur agere indulgentia pietatis. Nonnunquam etiam virtutem largitatis imitatur vitium prodigæ effusionis, et virtutem pareitatis tristis tenacitas imitatur, et vitium pertinacie absconditur sub virtute constantiae. Item timer sub specie obedientiae occultatur, et dicitur virtus humilitatis, quod tamen vitium est timoris. Sed et prœcitas vocis pro veritatis libertate accipitur, et vitium pigritiae quietis **238** virtutem imitatur. Porro vitium inquietudinis virtutem se vult vocari sollicitudinis, et præcipitationis facilitas fervor boni studii creditur, et bene agendi tarditas consilii mora esse videtur, dum tamen ista sit virtus, illa vitium. Tali igitur exemplo vicia species virtutum imitantur; et inde se nonnulli esse justos confidunt, unde maxime reprobantur.

4. Aptum exemplum vitiorum de latronis specie sumitur. Nam sicut ex insidiis latro prodit, sequitur iter agentibus jungit, singulis se socium, donec decipiatur improvism, et dum subito eruperit, ad exitium latro manifestus ostenditur: ita se miscent interdum periculose virtutibus vicia, quousque omnem boni operis efficaciam in suis usibus rapiant, et anima quæ sibi erat placens de virtutibus deceptam se conspiquit viciis damnabilibus.

#### CAPUT XXXVI.

##### *De appetitu virtutum.*

1. Ad virtutes difficile consurgimus, ad vicia sine labore dilabimur. Ista enim prona, illa ardua sunt. Grandes enim sudores perpetimur ut ad cœlum conscedere valeamus.

2. Quemadmodum ad virtutum tendentes culmen, non a summis inchoant, sed a modicis, ut sensim ad altiora perilingant, ita et qui dilabuntur ad vicia, non statim a magnis criminibus incipiunt, sed a modicis assuescunt, et sic in maximis proruunt.

3. Sicut paulatim homo a minimis viciis in maximis proruunt, ita a modicis virtutibus gradatim ad ea quæ sunt excelsa contendit.

4. Qui autem inordinate virtutes comprehendere nittitur, cito periclitatur. Hæc est causa in rerum natura, ut quæcumque velociter ad profectum tendunt, sine dubio celeriter finiantur; sicut herbae, quæ tanto festinius pereunt, quanto celerius crescunt. At vero contra arbores alta radice fundate ideo perdurant diutius, quia gradatim ad profectum perveniunt.

5. Nihil prodest, admisto malo, agere aliquod bonum; sed prius est cohibendum a malo, deinde exercendum bonum. Hoc enim indicat propheta, cum dicit: *Quiescite agere perverse, discite bene facere* (*Izai. 1, 16*).

**239** 6. Prius vicia extirpanda sunt in homine, deinde inserendæ virtutes. Nam cohærere et conjungi non potest veritas cum mendacio, pudor cum petu-

4. Greg., lib. Moral. ix, c. 13. LOAISA.

CAP. xxxvi. N. 2. De incremento virtutum Greg., lib. Moral. xxii, c. 14. LOAISA.

CAP. xxxvii. N. 4. Taio, qui lib. iv, cap. 25, de

**A** latitia, fides cum perfidie, castitas cum luxuria.

7. Quædam sunt sommæ virtutes, quædam vero medie. Fides, spes et charitas summe virtutes sunt. Nam a quibus habentur, utique veraciter habentur. Aliæ vero virtutes medie sunt, quia et ad utilitatem et ad perniciem possunt haberi, si de his arroganter quisque tumuerit, utpote doctrina, jejunium, castitas, scientia, sive temporales divitiae, de quibus scilicet et bene operari possumus, et male.

8. Quisquis ex deteriore jam melior esse coepit, caveat de acceptis extollи virtutibus, ne gravius per virtutes corruat, quam prius ex lapsu vitiorum jacebat.

**B** 9. Quem Deus justificat, ne iterum se de virtutibus erigit, quædam illi virtutum dona tribuit, quædam retrahit, ut dum mens de hoc quod habet erigitur, iterum de hoc quod nequaquam habere cognoscitur humilietur.

10. Quisquis dono coelestis gratia inspiratus ad virtutes erigitur, si forte moderantis Dei manu aliqua adversitate reprimitur, ne de acceptis virtutibus attollatur, frangiri non debet, quia et hoc ipsum, quod plagiis humiliatur, æquanimiter ferre procul dubio virtutis est magna.

#### CAPUT XXXVII.

##### *De pugna virtutum adversus vicia.*

1. Tunc se viri sancti veracius a vitiorum colluvione detergunt, dum ab eis contra singula vicia virtutes singulæ opponuntur. Interdum vicia cum virtutibus ad utilitatem configunt, ut ipso certamine vel mens exerceatur, vel ab elatione conversus animus restringatur.

2. Adversus impetus vitiorum contraria virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam enim cordis est adhibenda munditia, contra odium **240** dilectio preparanda, contra iracundiam patientia proponenda est. Porro contra timorem fiducia adhibenda est virtus, contra torporem zeli prærium; tristitia quoque gaudium, accidie fortitudo, avaritia largitas, superbie humilitas opponenda est. Sicque singulæ virtutes nascentia contra se vicia reprimunt, ac tentationum motus virtute divinæ charitatis extinguunt.

3. Libidinem abstinentia domat. Nam quantum corpus inedia frangitur, tantum mens ab illico appetitu revocatur.

**D** 4. Adversus iram tolerantia dimicat; ira autem semetipsam necat, sustinendo autem patientia victriam portat.

5. Tristitia mœrem spes æterni gaudii superat; et quem turbata mens de exterioribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit.

6. Adversus invidiam præparetur charitas, et adversus iram incendia mansuetudinis adhibeatur tranquillitas.

7. Superbiæ autem diaboli imitantur superbis, hac virtutum pugna agit, pro conversus habet con-cussus. Ita etiam meus Codex ms. Veteres Editiones ab elationis concursu. AREV.

adversus quam opponitur humilitas Christi, qua humiliantur elati.

8. Principalium septem vitiorum regina et mater superbia est, eademque septem principalia multa de se parturiunt vitia, quae ita sibinet quadam cognatione junguntur, ut ex altero alterum oriatur.

9. Sicut princeps septem vitiorum superbia nos eorum potestatis subdit, ita Christus septiformi gratia plenus a dominatu vitiorum nos eruit; et quos illa addicit septemplici vitio, iste liberat septiformis gratiae dono.

### CAPUT XXXVIII.

#### *De superbia.*

1. Omni vitio deteriorem esse superbiam, seu propter quod a summis personis et primis assomitor, seu quod de opere justitiae et virtutis exoritur, minusque culpa ejus sentitur. Luxuria vero carnis **241** ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se turpis est. Et tamen, pensante Deo, superbia minor est. Sed qui detinetur superbia, et non sentit, labitur in carnis luxuria: ut per hanc humiliatus, et a confusione surgat et a superbia.

2. Omnis peccans superbus est, eo quod faciendo velita contemptui habeat divina precepta. Recte ergo initium omnis peccati superbia (*Eccle. x, 18*), quia nisi præcesserit mandatorum Dei inobedientia, transgressionis non sequitur culpa.

3. Omnis superbia tanto in imo jacet, quanto in altum se erigit; tantoque profundius labitur, quanto excelsius elevatur. Qui enim per propriam superbiam attollitur, per Dei justitiam inclinatur.

4. Qui inflantur superbia, vento pascuntur. Unde et propheta: *Omnis, inquit, pastores tuos pascit ventus* (*Jerem. xxxi, 22*), hoc est, superbiae spiritus.

5. Qui de suis virtutibus superbunt, ex ipsis jucundandi sunt operibus quibus pro virtutibus utuntur, quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam revera sine humilitate virtus quælibet, et sine charitate in vitio deputatur.

6. Merito superbiae diabolus a superna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur, diabolum imitantur; et exinde gravius corrunt, quia de excelso labuntur.

7. Superbia, sicut origo est omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est enim in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. Hæc enim aut in exordio mente in peccatum prosternit, aut novissime de virtutibus dejicit. Inde et omnium peccatorum est maxima, quia tam per virtutes quam

8. Ex Gregor., lib. Moral. xxxi, c. 17. LOAISA.

CAP. xxxviii. N. 1. De superbia eleganter disserit Joannes Cassianus eremita, lib. xii, cap. 4, his verbis: *Octavum, quod et extremum, adversus spiritum superbie nobis certamen est. Qui morbus, licet ultimus sit in conflictu vitiorum atque in ordine ponatur extremus, origine tamen et tempore primus est; sævissima et superioribus cunctis immanior bestia, perfectos maxime tentans, et propinquum jam positos in consummativum virtutum morsu diriore depascens.* LOAISA.

Ibid. Pensante. Al., dispensante. Fortasse præstiterit legere, labitur in carnis luxuriam, aut, ut in

A per vitia humanam mentem exterminat.

8. Ibi cadere superbiam, ubi et nasci, ut non sit superbis aliud culpa, aliud poena, sed ipsa culpa sit illis et poena.

242 9. De superbia nasci arrogantiam, non de arrogantia nasci superbiam. Nam nisi præcesserit occulta elatio mentis, non sequitur aperta jactantia laudis. Ita ergo in culpa præponitur superbia arrogantiae, sicut præfertur origine.

10. Pleniusque ad elationis emendationem providentia Dei aliquo casu nonnulli cadunt, pro quo lapsu reprehensi a semelipsis humiliiter sapiunt, et de munieribus Dei laudari non appetunt, sed laudant Deum, a quo acceperunt, unde laudari se volunt.

11. Utilius est arrogantia in quocunque vitio labi, B et humilem post casum Deo fieri, quam per elationem superbire, gravioremque ruinæ damnationem per superbiam sumere.

### CAPUT XXXIX.

#### *De fornicatione.*

1. Ex culpa superbiae plerumque in abominandam carnis immunditiam itur. Nam alterum pendet ex altero; sed sicut per superbiam mentis itur in prostitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. Deus autem nonnunquam dejicit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam.

2. Libidinis nasci immunditiam de animi occulta constat superbia, exemplo primi hominis, qui mox ut per superbiam contra Deum tumuit, statim carnis libidinem sensit, et pudenda operuit. Quapropter unusquisque suæ deputet culpæ quod cecidit, quoties libidine vincitur, quia nisi præcessisset latens superbìa, non sequeretur libidinis manifesta ruina.

3. Nonnunquam gemino vitio Christianus a diabolo appetitur, et occulto per elationem, et publico per libidinem. Sed dum evitat quis libidinem, cadit in elationem. Item dum incante declinat elationem, cadit segniter in libidinem; sive ex occulto vitio elationis itur in apertum libidinis, et de aperto libidinis, itur in occultum elationis. Sed Dei servus discrete utrumque pensans, sic cavit libidinem, ut non incurrat elationem; et sic premit elationem, ut non resolvat animum ad libidinem.

D 243 4. Luxuriosis atque superbis dæmones plus fautores existunt, dumque in ceteris vitiis spiritus maligni deserviant, his tamen majori familiaritate junguntur, eisque amplius juxta desiderium famulantur.

vet. Edit., labitur carnis luxuria. AREV.

3. Ex Gregor., lib. Moral. xxxii, c. 7. LOAISA.

4. Glossa ordinaria: *pascet ventus, id est, inanis fiducia.* Quod in Excusis ad marginem est, *superbus spiritus;* id vero mss. nostri Codd. nou agnoscent. LOAISA.

CAP. xxxix. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. xxvi, cap. 13. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

3. Gregor., loco citato. LOAISA.

5. Principaliter his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur, id est, superbia mentis et luxuria carnis. Unde et Dominus in Job loquitur de diabolo dicens : *Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus* (Job xl, 16). Per calatum enim inanis superbia, per loca vero humecta carnis demonstratur luxuria. Per hæc enim duo vitia diabolus humanum possidet genus, vel dum mentem in superbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem corrumpit.

6. Multi luxuriæ subditi sunt, et contumaci superbìa de ipso luxuriæ opere gloriantur ; et inde magis elati sunt, unde humiliari debuerant.

7. Ad comparationem mali fit deterius, quando non solum flagitia committuntur, sed etiam de ipsis flagitiis vanitate laudis perdit extolluntur, sicut scriptum est : *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ* (Psal. ix, 24). Quid enim pejus quam in flagitiis miseros gaudere, de quibus jam debent copiosius plorare ?

8. Libido tunc magis queritur, dum videtur. Nam sicut quidam sapiens ait : *Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda verborum.* Sed qui non capit oculis, potest verbis resistere. Sufficit natura, ubi adhuc liber affectus est.

9. Qui delectationem libidinosæ refrenat suggestionis, non transit ad consensum libidinis. Cito enim resistit operi, qui titillanti se non accommodat delectationi.

10. Durius impugnatur qui usque ad consensionem, etsi non usque ad perpetrationem tentatur, quam is qui sola suggestione pro conditione carnis testamentis sollicitatur.

11. Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanae angelo, inerant (II Cor. xii), ex lege peccaverant, qui in membris hominum de necessitate libidinis 244 habitant. Quam reluctantem, dum in se expugnat, perficitur, et de infirmitate libidinosæ tillationis virtutem suscipit gloriösi certaminis.

12. Servis Dei multa certamina de sua carne moveruntur ; nam quamvis in amore Dei eorum sit inconcussa intentio, mens tamen in carne, quam exterius gestat, interna prælia tolerat. Deus autem, qui hæc ad probationem permittit, gratia protegente, suos non deserit.

13. Ideo nonnunquam electi lapsu carnali corrunt, ut a vicio superbiae, qua de virtutibus timent, sañentur ; et qui de virtutum affectibus existunt superbis, ut cadant, carnis vicio humilientur, ut surgant.

14. Antequam perficiatur adulterium in opere, jam adulterium exstat in cogitatione. Ex corde enim

A primum fornicationes sunt auferendæ, et non prouincient in opere. Hinc est quod per prophetam dicitur : *Accingite lumbos vestros super ubera vestra* (Isai. xxxii, 41) ; hoc est, in corde libidines re-ecate, quæ ad lumbos pertinent. Nam cor super ubera est, non in lumbis.

15. Libidinis immoderata licentia nescit habere modum. Nam dum se vitiosus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante, laxaverit, nihilominus ad alia nefanda scelera suadentibus dæmonibus transit ; dumque immoderate metas pudoris excesserit, crimen criminibus adjicit, paulatimque ad deteriora procedit.

16. Non ita suavis est amantium, imo amentium, inexperta carnis libido, sicut experta ; nec ita delebit fornicatio, dum primum committitur, nam repetita majorem delectationem ingerit. Jam vero si in usum venerit, tanto perdit dulcior fit, ut superare difficile sit. Unde et siepe ex consuetudine delinquendi quasi captivi ad peccandum cum quadam violentia trahimur, sensusque nostros contra rectam voluntatem in nobis rebellare sentimus.

17. Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat. Certe si amplius delectat pulchritudo intimæ castitatis, jam non regnat peccatum, sed regnat justitia. Nam non solum de commissa fornicatione 245 peccatum regnat in homine ; sed si adhuc delectatur, atque animum teneat, procul dubio regnat.

18. Fornicatio carnis adulterium est, fornicatio animæ servitus idolorum est. Est autem et spiritualis fornicatio, secundum quod Dominus ait : *Qui ruderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo* (Matth. v, 28).

19. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamvis quisque diversa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, et homo a Deo separatur.

20. Inter cætera septem vilia fornicatio maximi est sceleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, et tollens membra Christi, facit membra meretricis.

21. Magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quam per cætera vilia. Cum enim ille variis testamentis illectos homines conetur pervertere, magis tamen mœchandi desiderium suggerit, quia utrumque sexum in hoc vicio amplius ægrotare intendit.

meritorum fuit. LOAISA.

14. Locus Isaiae xxxii sic in Editione Vulgata est : *Accingite lumbos vestros, super ubera plangite. Septuaginta : Περιέστασθε σάκχονς ὀσφύας ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν κόπτεσθε. Id est, accingimini saccis lumbos vestros, et super ubera plangite, quem locum, ut instituto suo accommodaret, decurtavit.* LOAISA.

19. Augustin., lib. i de Serm. Domini in monte, cap. 11. LOAISA.

22. Dæmones scientes pulchritudinem esse animæ casitatem, et per hanc hominem angelicis meritis, e quibus illi lapsi sunt, coæquari, livore perculti invidiæ, injiciunt per sensus corporis opus desideriumque libidinis, quatenus a cœlestibꝫ deorsum dejectam animam pértrahant, secumque quos vice-rint gloriantes ad tertiaria ducent.

23. Quando impulsu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, divini judicii metus et æterni tormenta incendii ante oculos proponantur, quia nimis omnis poena gravioris supplicii formidine superatur. Sicut enim clavus clavum expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ ardorem removet luxuriæ.

24. Quidam in juventute luxuriose viventes, in senectute continentes fieri delectantur, et tunc eligunt servire casitati, quando eos libido servos babere contemnit.

25. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in juventute luxuriose vixerunt. Tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim exspectat gloria, in quibus fuerint laboriosa certamina.

## 246 CAPUT XL.

### *De continentia.*

1. A Deo datur continentia; sed *petite*, inquit, et *accipietis* (*Matth. vii, 7*). Tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulsatur.

2. Prælatam virginitatem esse nuptiis. Illud enim bonum, hoc optimum. Conjugium concessum est (*I Cor. vii*), virginitas admonita tantum, non jussa. Sed ideo tantum admonita, quia nimis excelsa.

3. Geminum est bonum virginitas, quia et in hoc mundo sollicitudinem sæculi amittit, et in futuro æternum castitatis præmium percipit.

4. Virgines feliores sunt in vita æterna, Isaia testante: *Hæc dicit Dominus eunuchis: Dabo eis in domo mea, et in muris meis locum; et nomen melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit* (*Isai. lvi, 4, 5*). Nec dubium quod qui casti perseverant, et virgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

5. Amanda est pulchritudo castitatis, cuius degu-

CAP. XL. N. 1. *Alii, appetite pro petite.* AREV.

2. *Paulus, I Cor. vii. Igitur qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non juvavit, metus facit.* Ambros., lib. i de Viduis. LOAISA.

*Ibid. Ibidem Paulus: Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.* Matth. xix, de Eunuchis propter regnum cœlorum castratis dixit: *Qui potest capere, capiat.* LOAISA.

*Ibid. Nuptiis. Al., nuptiarum conjugio.* AREV.

3. *Amitrii. Al., adimit, quod fortasse melius.* AREV.

4. *Gregor., lib. pastor. Curæ, admonit. 29, part. m. Locus Isai. lvi.* LOAISA.

*Ibid. Grialius indicabat Isai. xxxvi. AREV.*

5. *Triplex est castitas, conjugalis, viduialis, et virginalis.* Ambros., lib. i de Viduis. Idem, epistola ad Syagrium, castitatem in sacerdotibus in primis esse debere affirmat, lib. de Patriarch. LOAISA.

7. *Gregor., lib. vi Exposit. in I Reg.* LOAISA.

A stata delectatio dulcior invenitur quam carnis. Castitas enim fructus suavitatis est, et pulchritudo inviolata sanctorum. Castitas securitas mentis, sanitas corporis; unde et aliquos gentilium gynnacos (legimus) perpetuam Veneris abstinentiam exercuisse, ne virtutem libidine frangerent. Luxuriosa namque vita carnem cito debilitat, fractaque celeriter ducit ad senectutem.

6. Omne peccatum per poenitentiam recipit vulneris sanitatem; virginitas autem, si labitur, nullatenus reparatur. Nam quamvis poenitendo **247** venia fructum percipiatur, incorruptionem tamen nullatenus recipit pristinam.

7. Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in reprobatione. Unde et insipientibus virginibus Salvator in judicio veniens, dicit: *Amen, dico vobis, nescio vos* (*Matth. xxv, 12*). Ubi enim judicans mentem corruptam invenerit, carnis procul dubio incorruptionem damnabit.

8. Nihil prodest incorruptione carnis, ubi non est integritas mentis. Nihilque valet mundum esse corpore eum qui pollutus est mente.

9. Multi sunt reproborum, qui carnalis corruptio contagium nesciunt; qui sicut infecundi sunt corpore, ita steriles manent mente, operisque boni fecunditate; qui recte de virginitate gauderent, si alii pravis operibus non inservirent.

10. Quisque continentiam profitetur et ab aliis terrenis desideriis non subtrahitur, quamvis hunc luxuria carnis non polluat, diversa tamen mundanæ conversationis operatio maculat.

11. Virgines de suis meritis gloriantes hypocritis comparantur, qui gloriam boni operis foris appetunt, quam intra conscientiam humiles habere debuerunt. Tales igitur ad promissa cœlestia non perveniunt, quia ipsi sibi virginitatis præmium per elationis vitium auferunt. Hoc est enim in Evangelio non habere virgines in vasis oleum, id est, non servare intra conscientiam boni operis testimonium, sed in facie gloriari apud homines, non in corde apud Deum.

12. Ruina adulterii excipitur destinâ matrimonii; meliusque est **248** uxorem ducere quam per libidinis ardorem perire.

D 11. Greg., lib. Moral. xxiii, cap. 4, et lib. ix Epistolarum, epistola ad Theotisiam. LOAISA.

12. Expressit Augustinus sententiam, lib. ii, cap. 42, - de adulterinis conjugiis ad Pollentium. Cum itaque dicebat, *volo juniores rubore, hoc, inquam, moneret propter ruinam incontinentiae fulciendam.* Et ad Julianum, lib. v, c. ult.: *Non dicimus turpia esse conjugia, quandoquidem ne incontinentia in damnable cadat flagitium, fulcienda est honestate nuptiarum.* Et lib. i de Nupti. et Concipi. ad Valerium, cap. 16. *Ac sic infirmitas, atque incontinentia, ne cadat in ruinam flagitorum, excipiat honestate nuptiarum.* Nemum obscura verbi *destina*, quo usus est Isidorus, significatio (ita enim existat in mss. exemplaribus, Gothicis præsertim, quorum ut *velutatem colo*, sic scripturam et fidem lubens sequor); posteriorum temporum exscriptores viuu nominis *destina* non satis percipientes in errorem induxit, effectique ut

**43.** Quodam conjugale decus non pro gignendis A filii delectat, sed hoc pro turbulenta carnis et libidinosa consuetudine appetunt, sive bono male utuntur.

**44.** Vicia per se mala sunt, conjugia vero et potestates per se quidem bona sunt; per ea vero quae circa ea sunt, mala existunt. Conjugia enim per id mala sunt, per quod dicit Apostolus : **249** Qui autem cum uxore est cogitat quae mundi sunt (1 Cor. viii, 55). Et : Proprie fornicationem unusquisque quam uxorem habet (Ibid. viii, 2). Sic et potestates per elevationem, per oppressionem, per iustitiae quoque prævaricationem malæ existunt. Nocent enim divitiae, nocent et potestates, sed per id, quod ois iusta ponitur, non per se; exemplo itineris recti, iusta quæ spinæ nascentur, quæ surgentes a latere nocent eis qui recto itinere graduntur.

#### CAPUT XLI.

##### De cupiditate.

**1.** Non posse quæcumque spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomuerit cupiditates.

**2.** Non potest ad contemplandum Deum mens esse libera, quæ desideriæ hujus mundi et cupiditatibus inhibet. Neque enim alia concupiscentia poterit oculus quem patris claudit.

**3.** Omni peccato peior est avaritia et amor pecuniarum. Hoc et per Salomonem dicitur : Nihil est societas quam amare pecuniam (Eccles. i, 10); hic enim animam suam venalem facit, qualam in vita sua projectit intima sua.

pro destina alii causam, alii doctrinam matrimonii, alii contemptum, alii alia perperam substituent. Est autem destina falsorum, quod parieti ruinoso, ne cadat, supponitur; quod usus est Corippus Poeta Afer, de Laudibus Justinii Junioris :

Et Thomas Libyce nutantis destinam terræ.

Arnob., lib. ii. Quando, ait, siderum motus, aut ratio cœpta est genethlœa seiri? non post Atlantem (ut quidam ferunt) gestarem, bajulum, libicinem illum, ac destinam cœli? Cœli destiniam vocat Atlantem, quod eo, velut firmo præsidio, impendens cœli ruina (ut angebat antiquitas) sustineretur; quæ sensu Brœulio Caesarugstanus episcopus in Vita divi Isidori scribit, quem (scilicet Isidorum) Deus post tot defectus Hispanie novissim temporibus suscitans, eredo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usque quaque rusticitate veterasceremus, quasi quandam destinam apposuit. Sic enim restituenda littera ex vet. Cod. ms., cum anto non recte legeretur, quasi quandam lucem apposuit destinari. Ab hoc nomine destinæ destinari verbum, quod firmare et fulcire significat, fluxit. Vitruvius, de Portibus et Structuris in aqua faciendis, lib. v, cap. 12 : Portetur, inquit, pulcis a regionibus quæ sunt a Cunis continuatae ad promontorium Minerve, isque misceatur, us in mortario duo ad unum respondeant. Deinde tunc in eo loco qui definitus erit arcæ stipibus robustis et catenis inclusæ in aquam dimittenda destinandæque sunt. Hoc est destinæ fulciendæ et levigandæ. Nam statim subjungit : Sin autem propter fluctus, aut impetus aperti pelagi destinatæ arcæ non potuerint contineri, tunc ab ipsa terra, sive crepidine pulvis quam firmissime struantur. Philander in Cod. ms. legi scriptit, destinæ arcæ non potuerint continere, quod eo in loco ad Vitruvii mentem videtur proprius accedere. Sicut et in altero, qui sequitur : In quibus autem locis pulvis non nascitur, iis rationibus erit faciendum, ut nec

**4.** Cupiditas omnium criminum mater est. Unde et Apostolus ait : Radix omnium malorum cupiditas est; quam quidam appetentes erraverunt a fide (1 Tim. vi, 10). Si ergo succiditur radix criminum, non pullulans ostense soboles peccatorum.

**5.** Multi causa cupiditatis terrenæ etiam ipsam fidem renuntiaverunt. Cupiditas enim Christum venedit. Nam et plerisque tantum in rebus alienis est cupiditer, ut etiam homicidium perpetrare non vercantur, siue Achab, qui appetitum cupiditatis auctæ sanguinis expletivæ effusione (III Reg. xxi).

**6.** Super iniungi mala que concupiscunt asequuntur, quatenus de affectu malæ desiderii fortius puniantur. Electos autem suos Deus non dimittit ire in desideriorum malorum perfectionem, **250** sed in dolorem mentem convertit eprudi, pro eo quod in seculo nequiter appetunt, ut hac experientia resipiant reverti ad Deum, quod his mente recesserunt. Deum ergo sibi propitiæ noverit adversari, qui quod temporaliter concupisct non permittitur ad invipera. Secreto autem Dei iudicio fieri creditur ut diuersi parenti hi quorum cupiditatem effectus statim sequitur actionis.

**7.** Nunquam satiari posuit cupiditas. Semper enim avarus egit; quantoque magis acquirit, tanto amplius querit; nec solum desiderio, augendi excruciat, sed etiam amittendi metu afficitur.

**8.** Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus à vita. Si bona mundi hujus peritura credimus, cur peritura tanto amore cupimus?

**C** duplices relatis tabulis et ostensis colligimus, in eo loco qui finitus erit consinguuntur, et inter destinatas crea merantur ex alia palustris factis calcetur. In Ms. inter destinatas legi ait Philander, quod magis probarim. Pro destino in alio Cod. ms. legitur destinatione matronæ, relatione facta antiquæ formulae quæ uxores dicebantur destinari. Ulpian., in l. Tutor., ff. de ritu nupti. Tutor vel curator adulam uxorem ducere non potest, nisi a patre desponsa, destinatave testamento, nominata conditione, nuptias secundæ fuerit. Ibid. Quod pupillam, ff. ad Legem Jul. de adulteriis. : Niisi a patre desponsa, destinatave, testamento nominata, conditionem nuptiarum secundæ fuerit, quod frequenter usurpat in l. ultim., § ultim., ff. de divorciis, et in l. 7, § 4, ff. de jure dot., ut docet observavit Jacob. Cuiacius, lib. xvi Observat., cap. 33. LOAISA.

Ibid. Erudita Loaisa nota de voce *destina* Breulio a Vezzosio tribuitur non alia ratione, nisi quia Breulius notas Loaisæ ex Editione Grialii transcripsit. Vitam Isidori, quam Brœulio acripsit, vide in Isidorianis, cap. 3 et 4. AREV.

**14.** Hoc loco in Editione Grialii erat signum aliquo notæ, quæ desideratur. AREV.

CAP. xli. N. 2. Greg., lib. I Reg. 1. LOAISA.

3. Eccl. x. Greg., lib. xx Moral. cap. 12. LOAISA.

5. Renuntiaverunt. Al., abnegaverunt. AREV.

6. Alii, recipiunt et convertantur ad Deum, a quo mente recesserunt. AREV.

7. Gregor., lib. Moral. xv, cap. 12. Semper avarus egit, sunt verba Horatii, lib. i Epistolarum, epistola 2. LOAISA.

Ibid. Verba Horatii notæ prætermissa. Vezzosi-

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.  
Semper avarus egit : certum volo pote fiuum.

AREV.

9. Plerique potentes tanta cupiditatis rabie inflam-  
mantur, ut de confiniis suis pauperes excludant, nec  
habitare permittant. Quibus recte per Prophetam  
dicitur : *Vix qui conjugitis domum ad domum, et  
agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Nunquid  
soli vos habitabitis in medio terrae* (*Isai. v, 8, 14*) ?  
Tales quippe homines infernum, id est, diabolum  
rapere ad perditionem idem propheta sequenter an-  
nuntiat, dicens : *Propterea dilatavit infernus animam  
suam, et aperuit os suum abesse ullo termino, et  
descendent fortes ejus, et sublimes, gloriostque ejus ad  
eum.* Nec mirum, quod morientes inferni ignibus  
deputentur, qui viventes flammam cupiditatis suæ  
minime extinxerunt.

10. Qui desiderio cupiditatis exæstuant, flatu diabo-  
licæ inspirationis uruntur. Accedit enim mentem  
Evaæ superbia, ut de ligno vetito manducaret. Accen-  
dit Cain mentem invidia, ut fratrem occideret (*Gen.  
iii, 4*). Accedit Salomonem luxuriæ facibus, ut per  
amorem libidinis idola adoraret. Accedit Achab  
cupiditate, ut homicidium avaritiae annexeret (*III  
Reg. xxi*). His ergo inspirationibus diabolus corda  
dominum occultis depravat cupiditatibus.

## 251 CAPUT XLII.

*De gula.*

1. Prima concupiscentiæ suggestio panis est, cui  
si minime ceditur, diversa edacitatis desideria com-  
primuntur. Unde et Daniel : *Panem, inquit, desiderii  
non comedи* (*Dan. x, 3*), hoc est, ejus concupiscen-  
tiæ non implevi.

2. Prima est luxuriæ materies saturitas panis. Unde C  
et propheta Sodomam de panis satiate accusat,  
dicens : *Hæc fuit iniquitas Sodomorum, superbia, sa-  
turitas panis, et abundantia* (*Ezech. xvi, 49*). Panem  
quippe Sodomitas immoderate sumentes, in turpu-  
dinem defluxere flagitorum, atque inde meruerunt,  
comitate superbia, cœlestibus aduri incendiis, ex  
quo modum non tenuerunt edacitatem.

3. Utile est cavere gulam ciborumque concupi-  
scentiam. Quid enim tam noxiūm quam ut animus  
serviat ventri et escæ, quæ sunt destruenda, testante

9. Greg., iii part. pastor. Curæ, admonit. 21.  
*Isai. v. LOAISA.*

CAP. XLII. N. 2. Ex Greg., lib. Moral. xxx, cap. 13. D  
*LOAISA.*

3. Greg., iii part. pastor. Curæ, admonit. 20.  
*LOAISA.*

5. Leo papa, serm. 3 de jejunio. *LOAISA.*

Ibid. Alii, ut philosophi dixerunt, cibandus est ven-  
ter, ut contineat animam, non ut corrumptat. Clarius  
etiam esset, *Nam philosophi disserunt cibos, etc.*  
*AREV.*

6. Hinc illud Catonis Majoris apud Ciceronem, in  
libello de Senectute : *Tantum cibi et potionis adhi-  
bendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Alioqui,  
ut recte confirmat Theognis :

*Πολλὰ τοῦ πλέοντας λειμῶν ἀλεσσεν ιδη;  
Ἄνδρας ὅστι μοίρας πλειον ἔχειν ἔθελον.*

Quorum versuum hæc sere sententia est : longe plu-  
res nimia cibi potusque ingurgitatione quam fame per-  
lisse. Bene itidem Theopompus, lib. v Philipp. : *Τὸ  
ἰσθίειν πολλά, καὶ κρέα φαγεῖν τούς μὲν λογισμούς ἔξαι-*

A Apostolo, ac dicente : *Deus autem et hunc, et hanc  
destruet* (*I Cor. vi, 13*) ?

4. Proxima est ventri libido, sicut loco, ita vitio.  
Ubi enim ventris cura, ibi et eorum quæ circa ven-  
trem sunt proxima. In ordine namque membrorum  
genitalia ventri junguntur. Dumque unum ex his im-  
moderate reficitur, aliud ad luxuriam excitatur.

5. Non ad luxuriam, vel ad satietatem, sed tan-  
tummodo, ut corpus sustentetur, epulis est utendum.  
Nam, ut philosophi disserunt, cibos inventos esse ut  
contineant animam, non ut corrumpant.

6. Qui nimium cibis utuntur, quanto magis ven-  
trem pascunt, **252** tanto amplius sensum mentis  
obtundunt. Nam Græci dixerunt ex crasso ventre  
subtilem sensum gigni non posse. Nam gulæ saturitas  
nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque evanescere  
facit.

7. Libidinis ignes ciborum fomentis increscunt ;  
corpus autem quod abstinentia frangit, tentatio non  
exurit. Unde et tres pueros abstinentes flamma Ba-  
bylonii incendii, etsi tetigit, non combussit, quia ni-  
mirum etsi desideriorum carnalium ignis abstinen-  
tium mentes inflammat, usque ad consensum tamen  
concupiscentiæ vel operis non exurit.

8. Cui abundantia est epularum, ardoris divitis  
intendat supplicium, cujus tanta in inferno inter  
ignes erat inopia, quanta hic epularum fuerat copia.  
In hoc enim sæculo esurire et sitire noluit, propter-  
ea illic inter flamas sitiens, stillam aquæ quæsi-  
vit, nec meruit.

9. Considerandum quam vehementer arguatur  
comessatio, et sumptuosa convivia. Nam per propheta-  
tam comminatur Dominus se non hanc relaxare ini-  
quitatem his qui eam libenter ambient. Dicit enim  
per Isaiam : « Ecce gaudium et lætitia occidere vi-  
tulos, et jugulare arietes, comedere carnes et bibere  
viuum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec mo-  
riamini (*Isai. xxu, 13, 14*). »

10. Sicut omnes carnales cupiditates abstinentia  
resecantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio  
destruuntur. Inde est quod et princeps coquorum

*πεῖ, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας. Multa, inquit,  
edere et carnis resci, rationis vim tollit, animosque  
efficit tardiores. Merito itaque laudantur platonicæ  
illæ cœnæ apud Athenæum, lib. x, et apud Cicer.,  
lib. v Tusculan., propterea quod non tam præsentí,  
quam postero die jucundæ essent. LOAISA.*

*Ibid. Evanescere.* Hinc illud, quod ex Theopompo  
jam retuli. Porro locus hic esse videtur ex Hiero-  
nymo, epistola ad Nepotianum, de Vita clericorum ;  
is enim hoc pacto : *Pulchre dicitur apud Græcos, et  
nescio an apud nos ἄκει resonet : Pinguis venter  
non gignit mentem tenuem. Græcus senarius bujus-  
modi est :*

*Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.*

*LOAISA.* *Ibid. Evanescere. Al., hebescere. God. meus lab-  
sece ; forte labare. AREV.*

7. Greg., lib. Moral. xxx, c. 15. *LOAISA.*

8. Greg., homil. 40 in Evang. *LOAISA.*

10. Ex Greg., lib. iii past. Curæ, admonit. 20.  
*LOAISA.*

muros Jerusalem subvertit, quia et venter, cui servitur a coquis, virtutes animae destruit. Neque enim posse quempiam virtutum perfectionem attingere, nisi prius ventris edomuerit ingluvium.

11. Nemo potest dominari ceteris vitiis, nisi prius ingluvium ventris restrinxerit. Nec quisquam facile poterit a semetipso spiritus **253** immundos expellere, nisi per abstinentiam gulæ. Tunc enim hostes qui extra nos sunt a nobis fortius superantur, quando prius quæ intra nos sunt vicia extinguntur. Nam frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum.

12. Non qualitatem ciborum, sed eorum cupiditatem cavendam. Nam saepe accuratius preparata sine gulæ concupiscentia degostantur, et saepe abjecta et vicia edendi cupiditate sumuntur. Sieque sit ut non sit in culpa ciborum qualitas, sed illud reputetur in vitium, quod cum desiderio degustatur.

13. Quatuor sunt genera distinctionum in gulæ appetitu, id est: quid, quando, quantum, et quomodo appetatur. *Quid* ad rem ipsam pertinet quæ appetitur. *Quando*, si ante legitimum tempus quid appetatur. *Quantum* vero ad immoderationem refertur. *Quomodo* ad impatientiam festinationis ascribitur.

14. Nullus homini tam importunus exactor est quam venter, qui quotidiana refectionem quotidiana famis exactione adimplerit. Cum ceteris enim viciis etsi interdum nascimur, interdum tamen cum eis non morimur; cum isto autem et nascimur, cum isto et morimur.

15. Plerumque voluptas vescendi ita sub obtentu necessitatis subrepit, ut dum putatur serviiri necessitatibus, voluptatis desiderio serviatur; nec facile discernitur utrum quod accipitur, gulæ, an indigenitæ deputetur.

## 254 CAPUT XLIII.

### *De ebrietate.*

1. Esca crapulam, potus ebrietatem generali. Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis.

42. Greg., lib. Moral. xxx, c. 13. LOAISA.

15. Totius sententias summa deducta est ex Greg., lib. Moral. xxx, cap. 13. Verum is quintum genus addi: *Sciendum, inquit, præterea est quia quinque nos modis gulæ vitium tentat, etc.* Cassianus, lib. quinto, cap. 23, tria tantum genera enumerat: *Triplex, ait, natura est gastrimargia: una quæ canonican refectionis horam prævenire compellit; alia, quæ tantummodo ventris ingluvie et saturitate quarumlibet gaudet escarum; tertia, quæ accuratioribus epulis et esculentioribus oblectatur.* Vide eudem latius ibidem. LOAISA.

14. Pulchre Seneca in epistolis: *Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: parvo dimititur, si modo das illi quod debes.* LOAISA.

15. Hoc etiam loco indicatur nota Loaisæ, quæ non appareat. Ac fortasse ea exprimebat locum sancti Augustini, lib. x Confess., cap. 31: *Sæpe incertum fit utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptria cupiditatis fallacia ministerium suspetat.* AREV.

CAP. XLIII. N. 1. Sic intelligo illud Augustini, lib. Confess. x, cap. 31: *Ebrietas longe est a me; misereberis, ne appropinquet seruo tuo. Crapula vero non nunquam subrepit seruo tuo; misereberis, ut longe fiat*

2. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi sit neesciat. Unde etiam et malum non sentitur quod per ebrietatem committitur. Verum est quod juxta prophetam dicitur: *Fornicatio et ebrietas auferunt cor* (*Ose. iv, 11*). Fornicatio enim, sicut in Salomone (*III Reg. xi*), infatuat sapientem. Ebrietas, sicut in Lot (*Gen. xi*), sensum rationis captivat. Unde et in Proverbiis: *Potentes, inquit, iracundi sunt, vinum non bibant, ne cum biberint, obliviscantur sapientiam* (*Proverb. xxxi, 4*).

3. Plerisque laus est multum bibere vinum, et non ineibriari. Audiant hi adversum se dicentem prophetam: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscandam ebrietatem* (*Ism. v, 22*).

4. Vino multo deditos, et luxuriose viventes Isaías sic arguit, dicens: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperum, ut vino aestuatis* (*Ism. v, 11*). De talibus et alio loco dicitur: *Væ tibi, civitas cuius rex juvenis est, et cuius principes mane comedunt* (*Eccle. x, 16*).

5. Multi enim a mane usque ad solis occubitum ebriati et **255** gulæ voluptatibus serviant, nec intelligunt cur nati sunt; sed, consuetudine belluina detenti, luxuriae tantum tota die epulisque inseruent.

6. Clamat Joel propheta his qui ebrietati deserunt, dicens: *Experciscimi, ebrii; et flete, et ululate, omnes qui bibitis vinum in dulcedine* (*Joel. i, 5*). Quo testimonio non ait tantum: *Flete, omnes qui bibitis vinum*, ut bibere omnino non licet; sed adicit, in *dulcedine*, quod ad voluptuosam pertinet et prodigam effusionem. Nam quantum satis est necessitatis, edocet Timotheum bibere Apostolus, dicens: *Vine modico utere.*

7. Non solum ex vino inebriantur homines, sed etiam ex ceteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Unde et Nazareis, qui se sanctificabant Domino, præceptum est vinum et siceram non bibere. Utraque enim statum mentis evertunt, et ebrios faciunt. Aristoteles problem., sect. iii, text. 17, crapulam aperte ex vino esse testatur. Addit præterea: *Est enim crapula servus quidam, et desinens inflammatio, quæ plus conficit quam temulentia, quod mentem illa qualit et alienat; crapula autem, mente sibi constante, dolorem admovet.* LOAISA.

D 2. Ose. iv Fornicatio, et vinum, et ebrietas, auferunt cor. LOAISA.

Ibid. in Excusis est: *Sicut ait Salomon; verum male. Goth. : Fornicatio enim, sicut in Salomone, infatuat sapientem; ebrietas, sicut in Lot, sensum rationis captivat; unde in Proverbiis, etc. Est enim explicatio verborum Ose. : Fornicatio et ebrietas auferunt cor. Fornicatio nempe, ut in Salomone; ebrietas, ut in Lot. Præterea non existat in Proverbiis hæc sententia. LOAISA.*

4. Eccle. x, ubi Septuaginta hoc modo: *Οὐαὶ τοι, πόλεις, ἃς ὁ βασιλεὺς σου νοέτερος, καὶ οἱ ὄρχοντες σου ἐπρώια ἔσθιοντε. Id est, Væ tibi, civitas cuius rex tuus junior, et principes tui in hora matutina comedunt.* In vulgata Editione ita est: *Væ tibi, terra cuius rex puer est, et cuius principes mane comedunt.* Quam versionem etiam Gregorius sequitur lib. xvi Moral. cap. 13. LOAISA.

7. Nazareis. Sic rescripti, cum in Editione Grialii esset Nazareis. AREV.

clunt; luxuriam quoque carnis utraque aequaliter gignunt.

8. Quidam continentes, sicut panem cum pondere edunt, ita et aquam cum mensura sumunt, asserentes ad castimoniam carnis etiam aquæ abstinentiam convenire.

#### CAPUT XLIV.

##### *De abstinentia.*

1. Hoc est perfectum et rationabile jejunium, quando noster homo exterior jejunat, interior orat. Facilius per jejunium oratio penetrat cœlum. Tunc enim homo, spiritualis effectus, angelis conjungitur, Deoque liberius copulatur.

2. Per jejunium etiam occulta mysteriorum cœlestium revelantur, divinique sacramenti arcana panduntur. Sic namque Daniel, angelo revelante, mysteriorum sacramenta cognoscere meruit (*Dan.* x, 3). Hæc enim virtus et angelorum manifestaciones, et eorum annuntiationes ostendit.

3. Jejunia fortia tela sunt adversus tentamenta demoniorum. Cito enim per abstinentiam devincuntur. Unde etiam Dominus et Salvator noster eorum incursum jejuniis et orationibus præmonet superare, **256** dicens: *Hoc genus non ejicitur nisi per orationem et jejunium* (*Math.* xvii, 20). Immundi enim spiritus ibi se magis injiciunt ubi plus viderint escam et potum.

4. Sancti, quandiu in hujus saeculi vita habitant, desiderio superni roris corpus suum aridum portant. Unde et psalmus: *Sitivit, inquit, in te anima mea, quam multipliciter et caro mea* (*Psa.* lxii, 1). Caro enim tunc Deum sitit, quando per jejunium abstinet, et arescit. Abstinentia et vivificat, et occidit: vivificat animam, corpus necat.

5. Sæpe abstinentia simulate agitur, jejuniaque per hypocrisim exercentur. Quidam enim mira inedia corpus suum laniant, exterminantes, sicut ait Evangelium, *facies suas, ut appareant hominibus jejunantes* (*Math.* vi, 16). Ore namque pallescunt, corpore alterantur, cordis alta suspiria ducunt. Ante mortem quoque moriferis se suppliciis tradunt; tantumque miseri laboris exercitiū, non pro Dei amore, sed pro sola humanæ laudis admiratione sectantur.

6. Quidam incredibiliter abstinent, ut hominibus curiosis sancti apparent; sed hoc bonum abstinentia talibus non est virtus reputanda, sed vitium, quia bono male utuntur.

7. *Jejunium et eleemosyna in abscondito esse*

CAP. XLIV. N. 2. Gregor., lib. Moral. xxx, cap. 9. LOAISA.

4. Alii, tibi caro pro et caro. AREV.

5. Gregor., lib. Moral. viii, cap. 26. LOAISA.

7. Greg., lib. viii Moral. c. 24. LOAISA.

8. Pius PP.: *Nihil prodest homini jejunare, et orare, et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniuritate renoveretur*, de Punit., d. 3. LOAISA.

9. Leo PP., serm. 4 de quadrag. LOAISA.

10. Qui exsecrationis studio, etc. Illoc erat vitium Manicheorum, ut Vezzosius annotat. AREV.

A mant, ut solus Deus, qui insipit omnia, meritum operum bonorum rependit. Nam qui ea sub populari manifestatione faciunt, nequaquam a Deo justificantur, quia juxta sermonem evangelicum mercedem suam ab hominibus receperunt (*Math.* vi, 5).

8. Jejunia cum bonis operibus Deo acceptabilia sunt. Qui autem a cibis abstinent, et prave agunt, dæmones imitantur, quibus esca non est, et nequitia semper est. Ille enim bene abstinet a cibis, qui et a malitia actibus, et a mundi jejunat ambitionibus.

9. Qui exsecrationis studiø, non abstinentiae voto ab escis carnium se suspendunt, hi potius execrantiæ sunt, quia Dei creaturam usibus humanis concessam rejiciunt. Nihil enim fidibus inquinatum, nihilque esse judicatur inmundum, Paulo attestante apostolo: *Omnia munda mundis; coquinatis autem, et infidelibus, nihil est mundum, quia polluta sunt eorum et mens et conscientia* (*Tit.* i, 15).

10. Spernitur jejunium quod in vesperum repletione ciborum reficitur. Neque enim reputanda est abstinentia, ubi fuerit saturitas ventris subsecuta.

11. Spernitur jejunium quod in vesperum deliciis compensatur, dicente Isaia propheta: *Ecce in die jejuni vestri inventur voluptas vestra* (*Isai. lviii, 3*); voluptas enim deliciæ intelliguntur. Sicut enim repetitio debili, et lites, et contentio, et percussio, ita et deliciæ improbantur a propheta in jejunio.

12. Tota enim die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam vespere sibi delicias præparat.

13. Non est corpori adhibenda immoderata abstinentia, ne dum amplius gravatur caro pondere inediæ, nec malum agat postea, nec bene facere incipiat, et quæ addicitur ut usu mali careat, simul et boni officium, dum plus premitur, perdat. Sollicita igitur discretione carnis est moderanda materies, scilicet, ne aut integre extinguitur, aut immoderate laxetur.

14. Infirmitate carnis nimia prævalente, ad perfectionem pertinere nemō potest. Nam quoniam sanctitatis amorem quisque habeat, exequi tamen non valet operis meritum, cui intentione cordis deseruire conatur.

15. Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium facit marcescere, D nec valet quidquam boni per imbecillitatem perficere.

16. Ne quid nimis. Nam quidquid cum modo et temperamento fit, salutare est; quidquid autem ni-

10. Ad hanc et sequentem proxime summi viri sententiam attendamus, velim, siebat Vezzosius. AREV.

11. Ita quidem Goth. et alii mass. et excusi libri. At Hieronymus, *voluntas vestra; et Septuaginta, ut idem auctor est, voluntates vestrae*. LOAISA.

Ibid. *Voluptas vestra*. Ita legendum suadet orationis contextus: et ita quoque legitur in Breviariorum Mozarabico, ut notavit Mariana, lib. 1 contra Judæos, cap. 1, n. 5. AREV.

13. Cassianus, coll. 2, de discretion. LOAISA.

mā; et ultra modum est, perniciosum sit, stadium;

A omne quod excedit periculum est; sicut aqua, quo  
que aqua in contrarium verit. In omni ergo opere  
si nimios imbris prebeat, non solum nullum usum  
modum et temperamentum oportet habere. Nem

## LIBER TERTIUS.

### 258 CAPUT PRIMUM.

*De flagellis Dei.*

1. *Divina Sapientia subtilitas*, sicut interius, ut testis, scrutatur conscientias, sic exterior, ut iudex, irrogat poenas; ut verum sit testimonium prophetæ: *Quia ipse est et testis et iudex* (Jerem. xxix, 23). Misere, Domine, misero Isidoro, indigna agenti, et digna patienti, assidue peccanti, et tua flagella quotidie sustinenti.

2. *Ordinata est misericordia Dei*, que prius hic hominem per flagella a peccatis emendat, et postea ab æterno suppicio liberat. Electus enim Dei doloribus hujus vitæ alteritur, ut perfectiora vitæ futuræ lucretur.

3. Nequaquam Deus delinquenti parcit; quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationem ferit, aut judicio æterno puniendum relinquit, aut ipse in se homo penitente punit quod male admisit; ac proinde est quod 'Deus delinquenti non parcit.'

259 4. *Justo temporalia flagella ad æternæ proficiunt gaudia*; ideoque et *justus in peccatis gaudere* debet, et *impius in prosperitatibus timere*.

5. Neque justo, neque reprobo Deus misericordiam et justitiam abstrahit. Nam ei bonos hic per afflictionem judicat, et illuc remunerat per miserationem; et malos hic remunerat per temporalem clementiam, et illuc punit per æternam justitiam.

6. In hac enim vita Deus parcit impiis, et tamen non parcit electis; in illa parcer electis, non tamen parcer iniquis.

7. *Periculosa est securitas in hac vita malorum,*

CAP. PRIMUM. N. 1. Ex Gregor., lib. ix Moral., cap. 12. Et in comprobationem testimonii Jeremiæ: *Ego sum testis et iudex*, affert illud Isaïæ XLII: *Tacui, semper silui, patientis fui, sicut parturiens loquar; voces amicti et iudicis absunt a Goth. et atiis.* LOAISA.

Ibid. Prophetæ. Jerem. xxix. Apud Jeremiæ sic habetur: *Ego sum iudex et testis.* Et Greg., lib.... Moral. cap. 12. Codex coenobii de la Oliva in regno Navarra legit: *Ego sum testis et vindicta. Septuaginta: εἰ μὲν πάρτυς, φησὶ κύπειος. Εἰ δέ τεστίς δίκης Δομίνου.* LOAISA.

Ibid. *Miserere.* In Cod. Goth. Tolet. haec non habentur. Codex coenobii de la Oliva, *indigno Isidoro.* LOAISA.

2. Greg., lib. vii Moral., cap. 8, exponens illud Job.: *Hæc mihi consolatio est, ut affigens me dolore, non parcat. Ideo, inquit, hic quibusdam parcit, ut eos in perpetuum seriat. Ideo me hic seriat non parcendo, ut in perpetuum parcat.* LOAISA.

Ibid. *Electus.* Gregor., lib. xxvi Moral., cap. 17. *Electorum namque est hic conteri, ut ad præmia debent æsternæ hæreditatis eruditiri.* LOAISA.

Ibid. *Ut perfectiora.* Al., *ut perfectionem.* AREV.

3. Vide Gregor., lib. xxvi Moral., 17, ubi disserit cur quedam a Domino hic feriantur, et quedam ser-

et bonorum dolor tranquillus. Nam iniquus post mortem ducitur cruciandus; justus vero dormit post laborem securus.

8. Non tantum de corporalibus passionibus, sed etiam de spiritualibus oportet intelligi, ut quanto quisque aut in corpore aut in mente flagella sustinet, tanto se in fine remunerari speret.

9. Sæpè occulto Dei judicio extra flagelli corruptionem sunt reprobi in hoc mundo: dumque multa B damnabilia commisisse videantur, despecti tamen a Deo, nullo emendationis verbere feriuntur.

10. Plus corripitur flagello, qui a Deo diligitor, si peccaverit, dicens Amos propheta: *Tantummodo vos cognovi ex omnibus nationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat antem omnem filium quem recipit.

11. Valde necessarium est justum in hac vita et vitiis tentari, et verberari flagello, ut dum vitiis pulsatur, de virtutibus non superbiat. Dum vero aut animi, aut carnis dolore alteritur, a mundi amore reservatur. Tentari antem oportet justum, sed tentatione plague, non tentatione luxuriae.

12. Durius circa suos electos in hac vita Deus C agit, ut dum fortioribus flagelli stimulis feriuntur, nulla oblectamenta præsentis 260 vitæ delectent, sed cœlestem patriam, ubi certa requies exspectatur, inde sine tenera desiderent.

13. Electos vitæ istius adversitate probari, ut, secundum Petrum, *judicium a domo Dei incipiat* (I Petri iv, 17), dum in hac vita electos suos Deus judicet flagello castigat.

ventur inulta. LOAISA.

4. Gregor., lib. viii Moral., cap. 32, de justis: *Gaudient despici, nec dolent se necessitatibus affigi.* Idem August., serm. 405 de tempore, et Greg., lib. v Moral., cap. 4. LOAISA.

5. Ex multis locis Gregorii, lib. v Moral., cap. 4; et xxvi, cap. 18. LOAISA.

9. Greg., xxvi Moral., c. 17, et lib. xii et xv. LOAISA.

10. Gregor., lib. vii, epist. 32, et lib. xviii Moral., cap. 13, et lib. xviii, c. 7, et cap. 42. LOAISA.

11. Reservatur. Al., *retrahatur.* AREV.

13. Locus est Petri I, iv. *Tempus est, inquit, ut incipiat judicium a domo Dei.* Hunc locum explicat Isidorus supra, lib. i, cap. 30, sentent. 2. Et Augustin., super psalm. xciii: *Tempus est, inquit, ut incipiat judicium a domo Dei, id est, tempus est ut modo judicetur qui pertinent ad dominum Dei: si flagellantur filii Dei, quid debent sperare aerii nequissimi?* Venerabilis Beda, in psalm. ix, explicat Petri locum de occulto et justo judicio, quod in præsenti ad purgationem exercetur in domo Dei, id est, in infidelibus. Gregor., lib. xxvi Moral., cap. 17, ut Isidorus locum interpretatur. LOAISA.

## CAPUT II.

*De gemina percussione Dei.*

1. **Gemina** est percussio divina. Una in bonam partem, qua percutimur carne, ut emendemur. Altera, qua vulneramur conscientia ex charitate, ut Deum ardenter diligamus.

2. Geminò more Deus respicit vel ad veniam, vel ad vindictam. Ad veniam, sicut Petrum (*Luc. xxii, 61*). Ad vindictam, sicut dum facta Sodomorum se descensurum et visurum testatur (*Gen. xviii, 21*).

3. Trimoda ratione Deus quos voluerit percutit, id est : ad damnationem **261** reprobos, ad purgationem quos errare videt electos, ad propagandam meritorum gloriam justos. Primo namque modo *Ægyptus cæsa* est ad damnationem (*Exod. vii, 8*). Secundo modo pauper Lazarus ad purgationem (*Luc. xvi*). Tertio modo percussus est Job ad probationem (*Job. ii*).

4. Flagellatur homo plerumque a Deo ante peccatum, ne malus sit, ut Paulus, qui, *Satanæ angelo*

**CAP. II. N. 1. Qua percutimur. Sic omnes Codd. miss. LOAISA.**

*Ibid. Alii, in carne... in charitate. ABEV.*

2. Ambrosius, quomodo respiciat Deus super iustos et peccatores, libro super *Beati immaculati*, et l. 1 de *Apologia David*, et lib. v. **LOAISA**.

*Ibid. Petrum.* Respxit enim illum oculis gratiae, non corporis, cum ex Mattheo et Marco constet Christum tunc suisse in atrio interiore domus, Petrum vero in atrio deorsum foris. Ex August., cap. 6. **LOAISA**.

*Ibid. Descensurum.* Genes. xviii : *Dixit Dominus : Descendam, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opereretur.* **LOAISA**.

3. Quinque modis flagella contingunt, teste Beda in Matthæum, et Augustino in sermone de g. atia : vel justis, ut per patientiam merita augeantur, ut Job ; vel ad custodiā virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo, II Cor. xii ; vel ad corrīgenda peccata, ut I. marie lepra, Num. xii ; vel ad gloriam Dei, ut de cæcō nato, Joan. 9 ; vel ad iudicium pœnae, ut Herodi, Act. xii. Quæ omnia hic complectitur Isidorus. **LOAISA**.

*Ibid. Ad damnationem.* Greg., lib. vii. Moral., cap. 10, exponens illud Ezech. xi : *Tollam a robis cor lapideum, et dabo robis cor carneum.* **LOAISA**.

*Ibid. Ad purgationem.* Idem, lib. xxi, cap. 4, ubi probat quod justi, dum temporaliter flagellantur, probantur; reprobi vero, qui in laberibus hominum modo non sunt, æternō anathemate condemnantur, et lib. xvi, cap. 16, et lib. xi, cap. 21. **LOAISA**.

*Ibid. Ægyptus.* Hieronym., in *Nahum* cap. vii, exponens illud : *Non consurget duplex tribulatio, vel, non vindicabit bis Deus in idipsum, videtur sentire Ægyptios non flagello damnationis, sed purgationis punitus.* Sic enim inquit : *Quod si rubis videtur crudelis, rigidus, et cruentus, quod in diluvio genus delebit humanum, super Sodoman et Gomorrhæ igne pluit, Ægyptios submerserit fluctibus, Israelitarum cadavera prostraverit in eremo, sciote ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternū paniret.* Quoniam locum Magister Sentent., l. iv, distinct. 15, intelligendum censet non promiscue de omnibus, sed de illis tantum qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt. **LOAISA**.

*Ibid. De Job,* quod de gente Iдумæa duxerit genus, probat Augustin., lib. xviii de Civit. Dei, cap. 47; et de tentatione Abraham, et Tobie, et Job, in lib. Quæst. Veteris et Novi Testam., lib. ii, q. 99. De ius tentatione psalm. c : *Accipit, inquit, a Deo ten-*

**A** instigante, carnis tolerabat **262** stimulus. Flagellatur autem et post peccatum, ut corrigatur, sicut ille in Apostolo, qui traditus est *Satane in interitum carnis*, ut spiritus salvis esset (*I Cor. v*).

5. Non tamen juste murmurat, etiam qui nescit cur vapul. Nam Deus ideo plerumque justum flagellat, ne de justitia superbens cadat.

6. In hac vita Deus tanto magis studet ut parcat quanto magis exspectando flagellat; sed alios feriendo corrigit, alios vero feriendo interficit. Feriendo namque corrigit de quibus dicit : *Ego quos amo arguo et castigo* (*Apoc. iii, 19*). Feriendo permit quos incorrigibiliter delinquentes aspicit, quosque non jam sub disciplina, ut filios pater, sed districta damnatione, ut hostes adversarius, percutit.

**B** De quibus dicit : *Flagello inimici percussit te castigatione crudeli* (*Jer. xxx, 14*). Et iterum : *Quid clamas ad me super contritione tua? insanabilis est dolor tuus* (*Ibid., v, 15*). Unde unusquisque festinet, et timeat ne simul feriatur vita ejus cum culpa. Fla-

**tandum, non opprimendum; purgandum, non everendum, aut forte nec purgandum, sed probandum.** Ejus laudes commemorat Gregor., lib. xxviii Moral., cap. 1; et exponens illud : *In omnibus his non peccavit Job labii suis, nec stultum quid contra Deum locutus est*, et l. ii, cap. 19. **LOAISA**.

4. II Cor. xii : *Ei ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satan, ut me colaphizet;* ubi Græce : Καὶ τῷ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραιρώμαι, ἐδόθη μοι στόλον τῆς σαρκὸς ἄγγελος Σατάν, ἵνα με κόλαψῃ. Quo in loco στόλος est stimulus, per carnem, sive in carne. Qui stimulus quotmodo hic intelligendus sit non bene inter interpres constat. Alii libidinis affectum, et motum accipiunt, ut Isidor., lib. ii Sent., c. 39, sent. 11 : *Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanæ angelo, inerant, ex lege peccati erant, qui in membris hominum de necessitate libidinis habitant.* Idem videtur sentire Greg., in hoc loco. Alii, ut resert Hieronymus, comment. in Epist. ad Galatas, corporis adversariæ valetudinem, quod capitis dolore solitus sit frangi et molestari, atque ita etiam Theophylactus. Thomas Aquinas, quod fuerit illaco morbo obnoxius. Ambrosius stimulum appellat insectiōnem malorum hominum, et afflictionem ab inimicis illataem. In qua sententia est Theodoreetus; probat vero ex sequentibus non esse stimulum carnis corporis insursum : *Propter quod placebo mihi in infirmitatibus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, et angustiis pro Christo.* Athanas., q. 139, Alexandrinum fabrum, et vocat stimulum carnis. Vide locum. Ego existimo carnis stimulum intelligi contradictiones et molestias a Judæis illatis (qui erant cognati ejus secundum carnem) ne Evangelii doctrina incrementum susciperet; de quo rūn persecuzione sic ait Thess. ii : *Vos enim imitatores facili estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur prohibentes nos gentibus loqui, ut salvæ fiant; ut impleat peccata sua semper; perveniat enim ira Dei super illos usque in finem.* **LOAISA**.

**D** 5. Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 23. **LOAISA**.  
p. Ex Gregor., lib. Moral. xviii, c. 15. **LOAISA**.  
*Ibid.* Gregor., lib. xviii Moral. c. 12. *Flagellum,* inquit, tunc diluet culpam, cum mutaverint vitam. **LOAISA**.

*Ibid.* Alii, ut hostes et adversarios percutit. **ABEV.**

gellum namque tunc diluit culpam, cum mutaverit A et in æterna percussione damnantur. vitam. Nam eius mores non mutat, actiones non expiat.

7. Omnis divina percussio aut purgatio vita præsentis est, aut initium poenæ sequentis. Nam quibusdam flagella ab hac vita inchoant, et in æterna percussione perdurant. Unde per Moysen Dominus dicit: *Ignis exarsit in ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum* (*Deut. xxxii, 22*).

8. A quibusdam dici solet: *Non judicial Deus bis idipsum*; qui tamen non attendunt illud quod alibi scriptum est: *Jesus populum de terra Ægypti liberans, secundo eos qui non crediderunt perdidit* (*Jude 1, 5*). Quamvis enim una culpa bis non percutitur, una tamen 263 percussio intelligitur, quæ hic coepit illic perficitur, ut in his qui omnino non corriguntur præcedentium percussio flagellarum sequentium sit initium tormentorum.

9. Hinc est quod in psalmo scribitur: *Operiantur, sicut diploide, confusione sua* (*Psalm. cxviii, 29*). Diploides enim duplex vestimentum est, quo figuratiter induuntur qui et temporali poena et æterna damnantur. Unde et Jeremias ait: *Contrito super contritionem* (*Jerem. iv, 20*), id est, gemina damnatio, et hic, et in futuro sæculo. Et idem alibi: *Duplici contritione contere eos* (*Jerem. xvii, 18*), id est, gemina poena, præsentis scilicet et futura.

10. Quibusdam secreto Dei judicio hic male est, illuc bene, scilicet, ut dum hic castigati corrigitur, ab æterna damnatione liberentur. Quibusdam vero hic bene est, illuc male, sicut diviti illi accidit qui, hic potentia claritate conspicuus, post mortem gehennæ incendiis traditur cruciandus (*Luc. xvi*). Porro quibusdam et hic male, et illuc male est, quia, corrigi nolentes, et flagellari in hac vita incipiunt.

7. Aliqui mss. habent in hac vita inchoant; melius, ab hac vita. Sic est apud Gregor., loco supra adducio: *His flagella ab hac vita inchoant, et in æterna percussione perdurant*. LOAISA.

Ibid. *Deut. xxxii*. Sic habet Vulgata Editio Latina nosira: *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima*. Isidor. legit ut Gregor., l. xviii, c. 22, usque ad inferos deorsum. LOAISA.

8. Ex Gregor., ad verbum, lib. xviii, cap. 12. LOAISA.

Ibid. *Jud. Epist. 1*: *Quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit*. Explanat hunc locum Jude Greg., l. x Moral., cap. 33. LOAISA.

9. Psalm. cxviii. Locus ad verbum ex Gregor., lib. Moral., ix, cap. 33. LOAISA.

Ibid. *Contrito super contritionem*. Hæc est Vulgata lectio, quam ad Isidori scopum bene facere, in notis suis observat Vezzosius. AREV.

12. Ex Gregor., lib. ix Moral., c. 24. LOAISA.

13. Est apud Isai. xl: *Suacept de manu Domini duplicitia pro omnibus peccatis suis*. Et Jerem. xvii: *Duplici contritione contere eos*. LOAISA.

CAP. III. N. 1. Fere omnes Cod. mss., esse nonnullos ejusdem qualitatis homines. Codex unus papyrus perantiquus, esse nonnullos ejus qualitatis homines. Locus apud Gregor., lib. xviii Moral., cap. 13. LOAISA.

2. Theodoretus, Quæst. in Genes., ex illis verbis: *Et ideo custodivi te, ne peccares in me, colligit, Abi-*

A et in æterna percussione damnantur.

41. In tanto immergi quosdam desperationis profundus, ut nec per flagella valeant emendari. De quibus recte per prophetam Dominus dicit: *Frustra percussi filios vestros; disciplinam non receperunt* (*Jerem. ii, 30*).

42. Plerumque justus plangit, et nescit utrum pro omnibus suis peccatis præsentia patiatur flagella, an pro uno tantum, et nescit quæ sit culpa illa pro qua meruit ejusmodi pati supplicia, et pro ioso ambiguo maxime in incertore versatur.

43. Quamvis flagella præsentia justum a peccatis absolvunt, adhuc tamen sub metu vindictæ turbantur, ne instantes ei plague non sufficient ad purganda delicta. Proinde ergo, dum præsentia patitur, et futura pertimescit, quodammodo, sicut ait propheta, pro suis peccatis duplicitia recipit (*Isai. xl, 2*).

## 264 CAPUT III.

### *De infirmitate carnis.*

1. Sunt nonnulli hujus qualitatis homines, qui nesciant corrigi, nisi alios viderint flagellari; siue proficiunt comparatione malorum, dum sibi id accidere timent, in quo deperire alios vident.

2. Quosdam Dens videns nolle proprio voto corrigi, adversitatum tangit stimulis. Quosdam etiam præsciens multum peccare posse, in salutem flagellat eos corporis infirmitate, ne peccent, ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem animæ quam manere incolunes ad damnationem.

3. Visitatio Dei nec semper in bonum accipitur, nec semper in malum. In bonum enim accipitur, sic ut est illud: *Visita nos in salutari tuo* (*Psalm. cv, 4*). In malum vero, juxta illud: *In tempore visitationis sue peribunt* (*Jer. x, 15*).

4. Tribus ex causis infirmitates accident corporis,

melech regem Cesare, ne peccaret in Sarani, consilio Dei, infirmitate percussumi. LOAISA.

3. Pulchre Isidorus complexus est visitationis in divinis litteris significationem; nam et in malam et in bonam partem usurpat: in bonam, ut illud Luc. xix: *Non cognovit tempus visitationis sue*; et Ose. iv: *Non visitabo super filias vestras cum furnicata fuerint*; Exod. v: *Visitando visitavi vos, et vidi afflictiones vestras*. Et alia multa loca in sacris litteris occurrant, in quibus visitare et visitatio demonstrat Dei curam erga genus humanum, ejusque providentiam, misericordiam et beneficia nominibus exhibita. Significat etiam visitare prestare Deum quod promisit, ut in illo Genes. xxi: *Dominus visitavit Saram, et Luca 1: Visitavit, et fecit redemptionem populo suo*. In malum etiam nonnunquam sumitur pro eo quod est punire, castigare, vindicare scelera adversus divinam maiestatem commissa. Sed Exod. xxxi: *Ego autem in die ultimis visitabo hoc peccatum*; et Isai.: *Visitabo super fructum magnitudinis cordis regis Assur*; et xiii: *Visitabo super viem mala*; et psalm. lxxxviii: *Visitabo in virga iniuriantes eorum. Ubi voces illæ, in virga supplicii incrementum denotant*; et Ose. 1: *Quoniam adhuc modicum visitabo sanguinem Jezrahel*; et psalm. 18: *Visitaciones Domini rectæ laxificantes corda; denotant justitiam visitationis. Visitaciones enim Septuaginta verterunt δικαιώματα*. LOAISA.

4. Ut est illud Pauli, I Cor. xi: *Propter quod imbecilles, et infirmi, et dormient multi*. LOAISA

**Id est, ex peccato, ex tentatione, et ex intemperantia passionis; sed huic tantum 263 novissima humana potest medicina succurrere, illis vero sola pietas divisa misericordiae.**

5. Qui valentiores sunt, et sani, utile est illis infirmari, et non peccare, ne per vigorem salutis illucit sordidentur cupiditatum, et luxuriam desideriorum.

6. Duritia, quae mensam premit, nec sentitur, utiliter mutatur in carne, ut sentiatur atque intellectu amendetur. Nam citius vulnera carnis sentiuntur quam animae; ideoque per carnis flagella errantes citius corriguntur. Hoc quippe indicant in Pauli oculis squamae infidelitatis, quae dum metatae sunt per incrationem in oculis carnis, confessum resoluta est duritia mentis (*Act. ix, 18*).

7. Est pernicioса sanitas, quae ad inobedientiam hominem dicit. Est et salubris infirmitas, quae per divinam correptionem mentem a duritia frangit.

8. Languor animae, id est, peccatorum infirmitas pernicioса est, de qua etiam Apostolus ait: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandulatur, et ego non uror* (*II Cor. xi, 29*)? Nam infirmitatem carnis utilem esse idem Apostolus approbat, dicens: *Quando infirmor, tunc fortior sum* (*II Cor. xii, 10*).

#### CAPUT IV.

##### *De tolerantia divinae correptionis.*

1. Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc quod corripitur emendatur. Unusquisque autem tunc levius portat quod patitur, si sua discusserit mala pro quibus illi inferuntur retributio justa.

2. Discat non murmurare qui male patitur, etiam si ignorat cur mala patiatur; et per hoc justus se pati arbitretur, per quod 266 ab illo iudicatur, cuius nunquam injusta judicia sunt. Qui flagella sustinet, et contra Deum murmurat, justitiam iudicantis accusat. Qui vero se cognoscit a justo iudice pati, quod sustinet, etiam si pro quo patitur ignoret,

*Ibid. Divina misericordia. Donando nimurum, ut notat Vezzosius, divina, quibus depellantur, auxilia.* AREV.

5. Hoc probat August. super Joannem tract. 7. LOAISA.

*Ibid. Ne per vigorem. Ita in omnibus Ms. LOAISA.*

6. Act. ix. Ilunc locum sere similiter interpretatur ad mores Gregor. lib. xxxiii Moral., cap. 31. Et Ambros., lib. super Beati immaculati. Similiter oculis inquit, corporis, animaque sanatus. LOAISA.

CAP. IV. N. 1. Ex Gregor., lib. vi Moralium, cap. 17. LOAISA.

2. Greg., lib. xxxii Moral., c. 5. LOAISA.

*Ibid. Vezzosius rectius putat mala patiatur, quod habent alii, pro male patiatur.* AREV.

4. Si idcirco se habet Codex Tolet. et cassobii de la Oliva in Navarra. Ceteri cum Editis consentiunt, quam lectionem probbo. LOAISA.

*Ibid. Gothus, et alias papyraceus malacitanus correctus habent: Laudet Deum potius, non accuset. Ceteri Ms. consentiunt cum Editis, quae lectio non displiceat.* LOAISA.

5. Totius sententiae sensus desumptus est ex Gre-  
gor., lib. xxxii, cap. 3. LOAISA.

*Ibid. Cod. Tolet. Latius habet, quod talia pati*

A per hoc iam justificatur, pro quo et seipsum accusat, et Dei justitiam laudat.

3. Dum ex rebus prosperis utilia justus exempla praestat hominibus, necesse est eum iterum et adversitatibus tangi, quatenus ejus patientia comprobetur, ut denouo fortitudinis documenta ex eo sumant, qui prosperitatis ejus temperantium agnoverunt.

4. Qui passionibus animae insidiante adversario cruciatur, non idcirco se credit alienari a Christo, quia talia patitur; sed magis per hoc Deo commendabilem se esse existimat, si, dum haec patitur, faudet Deum pati, non recusat.

5. Ad magnam utilitatem divino iudicio mens justi diversis passionum temptationibus agitatur, pro quibus si Dei gratias egerit, suorum culpae, quod talibus dignus sit, deputaverit, hoc, quod ex passione tolerat, ei pro virtutibus reputabitur, quia et divinam agnoscit justitiam, et suam intelligit culpam.

#### CAPUT V.

##### *De temptationibus diaboli.*

1. Multis calamitatibus temptationibus mens justi in hac vita pulsatur; unde et optat ab hoc saeculo funditus evelti, quo et seruans careat, et fixam illuc securitatem inveniat.

2. Inter eas peccatas quas justus in corpore patitur, atque eas 267 quas mente per fraudem diaboli tolerat multum interest. Nam gravius fert, quas interius luget, quam eas quas exterius sustinet. Has enim et loco evitat, et tempore: illas nec loco potest evitare, nec tempore.

3. Non amplius tentat electos diabolus quam Dei voluntas permittit. Tentando autem, sanctorum prospectibus servit.

4. Etsi nolens, utilitati tamen sanctorum servit diabolus, quando eos temptationibus suis non dejicit, sed potius erudit. Nam temptationes, quas ille ad humandum interitum movet, interdum Spiritus sanctus ad exercitium virtutum salubri utilitate converit.

dignus sit, reputaverit. Cum eo consentiunt duo Codd. Malacitanus, et aliis, ceteri cum Editis. LOAISA.

CAP. V. N. 1. Ut est illud Pauli, Phil. 1: *Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* Et rursus: *Infolis ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et illud David: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* Vid. Greg., ix Moral., cap. 17. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

*Ibid. Nam gravius. Sic habet Gregorius: Cum flagella exterius tolerat, illud est gravius, quod de temptatione adversarii in intimis portat.* LOAISA.

3. De potentia diaboli et ejus voluntate nocendi electis recte dixit Gregor., lib. ii Moral., cap. 6, et cap. 25. *Satanae voluntas semper iniqua est, sed nunquam potest injusta, quia a semetipso voluntatem habet, a Domino potestatem.* Unde Augustin., super Joann. tractat. 7, capit. 4: *Diabolus non tentat, nisi permisus, aut missus.* LOAISA.

*Ibid. Alii itadistinguunt, prospectibus servit, etsi nolens. Utilitati tamen sanctorum servit, etc.* AREV.

4. Decipit, Excusi libri, haud recte, pro dejicit. LOAISA.

6. Inuidice diaboli, atque astutie, quamvis hec sequitur quicquid querentes quam devorent diffundantur (*I Petri v. 8*), a potestate tamen divisa non egreditur, ne tantum neceant, quantum malitiose contendunt. Nam quomodo sanctorum virtus tanta tolerare posset, si superna dispensatio pro moderamine acquisitionis demonum non frenaret? Et licet diabolus tentationem iudeo semper inferre cupiat, tamen, si a Deo potestatem non accepert, nullatenus ad ipsi scilicet quod appetit. Unde et omnis voluntas diaboli injusta est, et tamen, permittente Deo, omnis potestas justa. Ex se enim tentare quicquid injuste appetit, sed eos, qui tentandi sunt, et prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit.

6. Unde etiam in fibris Regum de diabolo scriptum est quia *Spiritus Domini malus irruerat in Sod* (*I Reg. xvi. 14*). Ubi juste queritur: si Domini, eur malus? si malus, eur Domini? Sed deobus verbis comprehensa est et Dei potestas justa, et diaboli voluntas injusta. Nam spiritus malas per nequissimam voluntatem, et idem Dominus per acceptam justissimam potestatem.

**268** 7. Diabolus non est immissor, sed inceptor peccatorum. Neque enim alibi concupiscentiae fomenta succedit, nisi ubi prius prava cogitationis delectationes aspergerit; quas si a nobis spernimus, sine dubio ille confusus abscedit statimque franguntur jacta concupiscentiae ejus:

Contemptaque jacent, et sine huce facies illius.

8. Sollicite hostis iniuidias intelligere pariter, et canere Dei servum oportet; sicutque in innocentia vita existere simplicem, ut tamen oporteat cum simplicitate esse prudentem. Qui prudentiam simplicitati non miscet, iuxta prophetam, columba est

5. *Frenaret. Ita Seimant. Goth. Reprimens*, Tolet. Est autem locus e Gregor., lib. Moral., cap. 34. **LOAISA.**

*Ibid. Unde et omnis. Ad verbum ex Gregor., lib. n Moral., cap. 6, et legendum voluntas, non voluptas, ut est in multis MSS. LOAISA.*

*Ibid. Alii minus bene, dispensatio, pro moderamine ut pro sit pro pio. AREV.*

7. Sic legendum, non inceptor, ut habent aliquot Codd. mss. Ex Ambros., lib. super Beati immaculati, de diabolo: *Ipsa est inceptor, spes accusator, ipsa in Iudiciu introiit. Immissor autem dixit, quia volumate nostra vita amplectimur. Neque ita innuit, nisi homo fenestrarum immissioni aperiat. Unde August. : Non enim diabolus cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit, bonit. 12, tom. X. Nec obstat illud quod est apud Joann. XIII: Cum diabolus jam misisset in cor, ut tradiceret eum Judas Simonis Iscariotes. Non enim intrasset, ut ait August. super psalm. cxxxvi, nisi locum dedisset. Unde locus interpretandus de ea missione quae allicit et impellit suggestendo, non de ea quae efficit imperando. Locus Joannis Graece est : Τοῦ διεβόλου ἦδη βεβλητός εἰς τὴν καρδίαν ἰσχύα Σιμωνος ἴσταρών την αὐτὸν παραδῷ. Est etiam dominis rationabenda. Nam aliud est mittere, aliud immittere. LOAISA.*

*Ibid. Contemptaque, etc. Versus est Ovidii. LOAISA.*

8. Sic Evangelica exhortatio habet: *Simplices ut columbari, prudentes ut serpentes. Et illud Pauli, Rom.*

A seducta, non habens eorum (Osee. vii, 11). Sed ideo columba, quia simplex; ideo autem eorum non habens, quia ignara prudentiae est.

9. Sæpe fraus Satanae sanctorum cordibus aperitur, quando per speciem boni angelum se simulans lucis, dum nititur electos decipere, detegitur atque contemnitur. Sic et verba fallacis doctrinæ Deus sanctos suos facit intelligere, quatenus diabolicum errorem interius cognoscant, ac sollicite caveant.

10. Discretio sanctorum tanta esse debet, ut inter bonum et malum praediti ratione disjudicent, ne eorum diabolus per speciem boni fallat. Hæc est enim percunctatio Josue dicentis: *Noster es? an adversarius?* (Josue v, 13)? Propter hoc et Jeremiæ dicitur: *Si separaveris pretiosam a vilis, quasi os meum eris* (Jeremiæ xv, 19). Tunc enim bene de se **269** judicant sancti, quando ab eis Deus fallacia diabolus tentamenta facit intelligi.

11. Multi decipiuntur a diabolo, et ignorant se esse deceptos. Osee propheta testimonio declarante: *Comederant, inquit, alieni robur efus, et ipse ignoravit* (Osee. vii, 9). Alieni namque maligni spiritus significantur, qui virtutes mentis coneddunt; sed hoc corda negligentium non intelligunt.

12. Tanquam inermis diabolus vincitur, quando aperta iniquitate hominem depravare conatur; armatus vero tunc incedit, dum per speciem sanctitatis et virtutis ea quæ sancta sunt destruit, quando et qui decipiuntur sua detrimenta non sentit, sed, tanquam sint virtutes, quæ sunt vitia sectatur et diligit.

13. In oculis carnalium diabolus terribilis est, in electorum oculis terror ejus vilis est. Ab incredulis, ut leo, timetur; a fortibus in fide, ut vermis, contemniatur, atque ad momentum ostensus repellitur.

14. Qui suggestiones diaboli non recipit, in ejus

**C** xvi: *Volo vos sapientes esse in voto, simplices autem in malo. Item illud: Cor. xiv: Notice pueri offici sensibus, sed malitia parvi estote. LOAISA.*

*Ibid. Prophetam. Osee vii. Sic interpretatur Hieronymi. in Osee: Columba lactata, tibi insipiens et insensata. Septuaginta, Erou. LOAISA.*

9. Greg. lib. Moral. xxxiii, c. 28. LOAISA.

10. Tota hæc sententia cum testimonio ex Jesu et Jeremi. xv, ex Gregor. est concinnata, lib. Moral. xxxiii, c. 28, et cap. 22. LOAISA.

**D** 11. Ex Gregor., lib. xxxiv Moral., c. 2, ubi locum Osee interpretatur, et alienos in Scriptura intelligi affirmat angelos apostolos. Osee autem vii Vulgata Editio habet, et ipse nescivit. LOAISA.

12. Aperta. Sic legunt plerique MSS., quam actionem probo, non ut *Excusi de aperta*, cum Greg., lib. vi Moral., c. 5, ita habeat (ex quo loco desumpta est sententia hæc): *Antiquus namque hostis, quasi inermis vincitur, cum, mala aperta suggestis humanis menti, bona omnia simul destruere conatur. LOAISA.*

*Ibid. Ea quæ, etc. Ita habent omnes MSS. LOAISA.*

*Ibid. In Editione Gratiæ contra Loaisæ mentem intrusum fuit de aperta pro aperta sine de. AREV.*

13. Diabolus myrmicoleon dicitur a Septuaginta pro eo quod scriptum est apud Job: *Tigris perit, et quod non haberet prædam; est enim, inquit Greg., lib. v Moral., cap. 17, formica, et leo, aliisque leo est, aliis formica. Vide locum. LOAISA.*

14. Gregor., lib. xvii Moral., cap. 20. LOAISA.

insidias minime transit. Nam facile in consequenti opere repellitur, si prima oblectamenta illius respuantur. Diabolus enim serpens est lubricus, cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabitur.

**270** 15. Tentationum diabolicarum initia fragilia sunt, quæ, si non caveantur, sed per usum in consuetudinem transeant, in novissimis fortiter consilientur, ita ut aut nunquam aut cum difficultate tincantur.

16. Dum in tota vita diabolus hominem prævaricari cupiat, amplius tamen in fine molitur decipere. Hinc est, quod in principio contra protoplastum serpentis est dictum : *Et tu insidiaberis calcaneo ejus,* quia nimis hominem, quem diabolus in cursu præteritæ vitæ non decepit, in novissimis supplante disponit. Proinde quamvis quisque sit justus, nunquam necesse est ut sit in hac vita securus; sed semper humilis caveat, semperque, ne in fine corrut, sollicitus pertimescat.

17. Diabolus suis fautoribus blanditur, Dei vero servis molitur tentamenta contraria, exemplo Domini, qui se post baptismum passus est a diabolo tentari (*Matth. iv.*).

18. Diabolus sanctos omnes non tenendo possidet, sed tentando persecutus. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos extrinsecus pugnat. Et qui interius amisit dominium, exterius commovet bellum.

19. Tunc contra eum quem possidet diabolus acrius sævit, quando se virtute divina ab eo expellendum cognoscit. Unde inmundus spiritus tunc discerpit gravius purum in quo habitabat, quando ad Christi imperium exire ab eo coactus est (*Marc. ix.*). Quod factum et ab Job verba respicit, ubi in novissimis Behemoth caudam suam, quasi cedrus, astringit (*Job. xl.*, 12).

**271** 20. Plus contra eos diabolus diversis temptationibus insistit, qui possunt et aliis sua utilitate prodesse, ut, dum illi impediuntur, non proficiant qui docendi sunt.

21. Maligni spiritus hoc, quod intra nos mundare

*Ibid.* *Diabolus*, etc. Coluber lubricus et tortuosus appellatur in sacris litteris. *Job. xxvi* : *Eductus est coluber tortuosus.* Et *Isai. xxvii* : *Leviathan serpens, secum tortuosus.* Tota sententia est apud Greg., lib. xvii Moral., cap. 20. *Loaisa.*

*Ibid.* Capit. Videatur alludere ad illud Genesios : *Ipsa conteret caput tuum;* quo docetur caput esse conterendum serpentis, hoc est, primum dialoli incursum, quo intendit ut animus ditionem faciat, esse propul-andrum. *Loaisa.*

15. *Genes. iii.* *Gregor.*, lib. i Moral., cap. 38. Calceatum filium actionis interpretatur, exponens locum psalm. *lv* : *Ipsi calcaneum meum observabant.* Et in locum Geneseos. *Loaisa.*

17. Alexander primus, epist. 2. *Nam sicut leo rugiens, circuit querens quem devoret, sic diabolus non cessat circuire, et querere quos ex fidelibus perdat, et maxime illos quos ardenter in servitio Salvatoris, eique familiares invenerit.* *Loaisa.*

*Ibid.* Quod Loaisa aliquando epistolas primorum pontificum, quæ nunc apocryphæ censentur, allegat, non est certe mirandum, cum eo tempore plerique eas pro legitimis habuerint. *Arev.*

A cupimus, sine intermissione tentant iterum corditare. Sancti autem eorum insidias præago spiritu præcognoscunt, et quidquid in semelipsis terrenum sentiunt, indesinenter operibus sanctis exauriunt, ut de intimes puri inveniantur.

22. Eodem blandimento decipiuntur nunc per diabolum homines, quo protoplasti in paradiso sunt decepti. Multis enim vitiis præstigiis manus reproborum Satanæ prætentando deludit. Nunc enim promissis decipit; nunc rebus transitoriis, quasi necessariis, illicit; nunc etiam ipsa inferni supplicia, quasi levia, et transitoria, suggerit; quatenus miserorum corda in cupiditatem, lasciviamque dissolvat, secumque ad tartara ducat.

**B** 23. Argumenta machinationum malarumque cogitationum semina, quæ in cordibus hominum diabolus fundit, ita sæpe undique captam implicat mentem, ut ex qua parte evadere quisque tentaverit, sine periculo exire non possit, veluti si jures hoc facere, quod si feceris, pecces; si non feceris, reus perjurialis. In tanto ergo malidiscrimine, ut evadendi aditus pateat, minora potius eligenda sunt, ut majora vientur.

24. Diabolus, quando decipere quemquam querit, prius naturam uniuscujusque intendit, et inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum inspicerit.

25. Ex ea parte diabolus homines tentat, qua eos per excrescentem humorem facile inclinari ad vitia coaspicit, ut secundum humoris consersionem adhibeat et tentationem (*Num. 23*). Lege Balaam, qui in figura diaboli contra populum Dei ex ea parte præcipit perniciosos prætendere laqueos, ex qua sentit eos facilius esse lapsuros. Nam et qui aquam alicubi deducit, non eam per aliam partem mittit, nisi ubi imperium ejus intendit.

**272** 26. Nullus culpam existimet, quam ex conspersione propria sustinet; sed, quantum valet, contra id quod tolerat pugnet. Nam si conspersio ceditur, temptationi vel vitio nequamquin resistitur.

27. Ideo diabolus in sacris eloquuis Behemoth, id

18. *Gregor.*, lib. iii Moral., cap. 6, interpretatur illud Isai. *xlv.* *Ego Dominus formans lucem, et creans tenebras.* *Loaisa.*

D 19. Est apud *Gregor.*, lib. xxxiii Moral., cap. 18. Ubi exponit illud *Job. xl.* *Behemoth caudam suam, quasi cedrus, astringet,* hoc est, movebit et agitabit, velut cedrus agitatur a vento, vel arriget membrum veluti cedrus arrecta et ingens. *Loaisa.*

20. *Gregorius*, lib. Moral. *xxxii*, cap. 29. *Loaisa.*

21. *Gregorius*, lib. vii Moral., cap. 8. *Loaisa.*

22. *August.*, lib. ii de Genes. contra Manich., t. I. *Loaisa.*

23. Totam hanc sententiam mire versat *Greg.*, lib. xxxiii Moral., cap. 18, et 79, et 20, ubi expunit illud *Job* : *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.* *Loaisa.*

26. Ita quoque *Editio antiqua.* *Loaisa.*

*Ibid.* Alii, nullus culpam non existimet. *Arev.*

27. Tota hæc sententia deducitur ex *Gregor.*, lib. xxxiii Moral., cap. 14, ubi querit cur diabolus Behemoth bestia quadrupes, cur Leviathan serpens in aquis, qui homo capitur, dicatur. Quorum nominum rationem hic Isidorus ex *Gregor.* reddit. Inter nu-

est, animal dicitur, quia de cœlis lapsus ad terras cecidit. Ideo Leviathan, id est, serpens de aquis, quia in hujus sæculi mari volubili versatur astutus. Avis vero propterea nominatur, quia per superbiam ad alta sustollitur. Et recte his tribus vocabulis appellatur, quia pro suo merito aorem, quasi avis, pro carcere meruit; terram, ut animal brutum sit; serpens, ut in hujus sæculi mari insana jactetur fluctuatione.

**273** 28. Ex eo enim quod per membra sua diabolus operatur, sortitur vocabula: ita ut quod singuli agent, incitante illo, ipse nominetur ex eo. Quem enim non decipit diabolus? Unde animal est, hoc est, per carnis luxuriam tentat; unde serpens est, hoc est, cupiditatis ac nocendi malitia. Quem autem nec sic decipit, insidiatur ei; unde avis est, hoc est, superbia regna. Undique enim dolos præparat, quoque inveniat viam per quam incautum decipiatur.

29. Aliud est intrare mentem cujusquam diabolum, aliud vero inhabitare. Nam et in cordibus sanctorum ingreditur, dum males suggestiones insinuat; sed non habitat in eis, quia in suo corpore non eos transducit. Qui vero in corpore ejus sunt, ipsi os inhabitat, quia ipsi sunt templum ejus. Et si subrepatur mentibus electorum diabolus, non autem in eis requiet, sicut in cordibus reproborum; nam calore fidei mox exicitur, ut exeat ab electis.

**30.** Noanulli, quos jam avido ore diabolus devoraverat, rursus divini judicii occulta miseratione ab

mina autem diaboli, quæ varia et multa occurruunt in divinis libris, hæc tria Behemoth, Leviathan, et Avis, petissima sunt. Dicitur etiam leo, Basil, aquilus, lètro, Satan, cauda, basiliscus, Belial, inarus, teutator, canis, impius, adversarius, alienus, lupus, exactor, aspis, homicida, nequissimus, malignus; pravus, asper, Lucifer, cibanus, fortis, potestas tenebrarum, catulus leonis, princeps potestatis, deus hujus sæculi, leo rugiens, apostata et prævaricator, absque jugo, filius Belial, ut adnotavit Hieronymus, Ioseph. xxvii, et ita interpretatur illud psalm. xvii. Torrentes iniquitatis conturbaverunt me, id est, impenosæ incursionsæ dæmonis. Behemoth autem plurale est apud Hebreos (ut hoc obiter annotem), idem quod bestiæ, eo quod unum animal cum sit, ex multarum bestiarum magnitudine et immanitate est coagimentatum; estque animal terrestre, vastum, et eximiae magnitudinis. De eo dicitur Job. xl: Behemoth, quem feci tecum, senum quasi bos comedet. Juxta nonnullos est elephas. LOAISA.

*Ibid.* Leviathan dixerunt antiqui, teste Hieronymo, lib. vi, in lss. xiv, esse patrem diaboli; quam sententiam ipse refellit, significaque draconem. Unde illud Ezech. xxxiii. Leonis gentium assimilans est, et draconis qui est in mari. Aquila pro draconem posuit Leviathan, auctore Hieronymo. Similiter psalm. xc, dum dicitur Conculcabis leonem et draconem, legitur Leviathan. Vocabulū bic cetus magnus, de quo, quod a Christo capiendus sit, mystico in Job sermone narratur. Est igitur Leviathan piscis marinus ingens, Job. xl: An extrahere poteris Leviathan hamo, et fane ligabis linguam ejus? Septuaginta ibi pro Leviathan posuerunt cetum, et draconem, sicut et in illo Job. iii: Qui parati sunt excutire Leviathan, vertunt illi cetum, alibi draconem interpretantur, ut psalm. ciii, Draco iste, quem formasti ad illudendum. De creatione Leviathan, et Henoch habetur Esdræ iv, 6. LOAISA.

*Ibid.* Avis. Dauid vii, et Ioseph. xxxi et illud Eva-

A ejus ore eripiuntur, et saluti restituuntur. Nam saepe multos, quos antiquus hostis luxurias voragine immersos tenuit, potentia divina per poenitentiam ab ejus faucibus traxit.

31. Quomodo bonorum interitum Propheta electam dicit esse diaboli escam, dum alibi scriptum sit de illo: *Fenum sicut bos comedet*, nisi quod in oculis Dei senum sunt qui electus cibus secundum homines esse videntur? Ac per hæc, qui de bonorum numerere pereunt, apud homines electi, apud Deum senum existunt.

32. Eum diabolus jam deglutisse dicitur, quem jam perfectio scelere devorasse videtur. Eum vero, quem non deglutivit operis perfectione, sed tentationum illecebris mordet, ut devoret, adhuc quasi in maxilla mandit. Unde et Paulus habet stimulos carnis, quibus humiliatur (*II Cor. xi*), non habet peccandi perfectionem, qua deglutiatur.

**274** 33. Os diaboli verba ejus sunt. Verba vero ejus inspirationes occultæ sunt, quibus corda hominum alloquens occultis urit cupiditatibus.

34. Quidam ob incorrigibilem iniquitatem, quia sponte non corrigitur, immundis spiritibus vexandi traduntur, ut arripiendi eos dæmones corporaliter habeant potestatem, terroribusque eorum afflicti humilientur, peniteant et salventur, sicut et Apostolus Corinthiis scribens, dicit: *Tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit* (*I Cor. v, 5*). Utile est enim quosdam peccantes, ut in anima sal-

gelii volueret cœli. LOAISA.

*Ibid.* Alii, cecidit, juxta Psalmistam jumentis incipientibus comparatus. Ideo Leviathan, etc. Et infra, meruit Behemoth terram, quia ut animal brutum in imis delectatur; serpens eo quod, etc. Esdræ librum iv, qui a Loaisa laudatur, apocryphum esse, præ oculis habendum. AREV.

28. Esendo enim, quod per membra sua habent Execusi. Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 22, ex quo est hæc sententia: *ex ipso, inquit, suarum actionum nomine vocatur, cum jumentum, draco, vel avis dicitur. LOAISA.*

29. Gregor., lib. Moral. xxxiii, cap. 28. LOAISA.

31. Similis est interrogatio apud Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 10, in fine, et apud Julianum, archiep. Toletan. sanctiss., in Anticimenoo lib. ex Job., interrog. 133. LOAISA.

32. Gregor., lib. xxxiii, cap. 17, Moral. LOAISA.

*Ibid.* Quasi in maxilla. Tota sententia ex Gregor. dum interpretatur illud Job: *Armilla perforabis marillam ejus*, lib. Moral. xxxiii, cap. 40, et c. 17. LOAISA.

33. Ex Gregor., dum illud Job explanat, cap. 41: *Et flamma de ore ejus egredietur*, lib. xxxiii Moral., c. 41. LOAISA.

34. Locum Pauli, *I Cor. 5. Isidorus interpretatur de corporali traditione, ut Hieronym. et Gregor.*, lib. xxxiii Moral., cap. 11, et Anselmus, cum aliis sanctis Patres de separatione a Christi corpore spiritualiæ traditione in Satanæ potestate intelligant. Uterque sensus ecclesiastica excommunicationis vim atque auctoritatem probat, eamque esse penam gravissimam, et maxime formidandam, cum ab Ecclesia ejiciat hominem, diabolique mancipium efficiat, et ab omni sacramentali virtute reddat alienum; unde illud Pelagii PP. ad Anglie episc. Apostolicæ auctoritatis exemplo didicimus, errantium et in errorem nuntiantum spiritus tradendos esse Satane, ut blasphemare

ventur, Satane corporaliter depulati, quatenus ex A præsentis correptione futurorum judicium timeant, et de cetero delinquere caveant. Quidam autem po-testati dæmonum ad emendationem depulantur; quidam vero despecti ad solam perditionem trahuntur.

35. Nunquam vacat diabolus adversus hominem justum. Aut enim tribulationes cordis illi exagerat, aut dolores corporis suscitat. Hinc est, quod Apostolus ait: *Datus est mihi stimulus earni angelus Satanae, qui me colaphizet* (II Cor. xii, 7).

36. Sæpe mentem justi variis vexationum doloribus via dæmonum cruciat; unde interdum usque ad desperationis angustum 275 coaretur. Pernamentum autem in Dei amore animæ et ipsa talis angustia ad meritum proficit. Nam sive in animo, sive in corpore, per instinctum immundorum spirituum quilibet adversus justus patiatur, ex Dei utique permisso id patitur. Quod si hoc ipsum ad Bei gloriam humiliis referat, et dicat quod pro corporis passione Job dixit: *Si bona succipimus de manu Domini, mala quare non succipimus* (Job, ii, 10)? iste non separatur a Deo, sed conjugatur, quamlibet atroci angustia torqueatur.

37. Multa justus adversa in anima patitur instigatione dæmonum, sed talibus tentamentis perire vita aeterna non potest, quia plus Dominus ad damnationem culpæ non reputat quod de sue majestatis permisso nolens qui patitur portat. Nam ibi peccatum ubi cupiditate vel voluntate deflectimus. Ubi vero violenter addicimur, eti facinus aut flagitium non est, miseria tamen pro flagitio et facinore est. Sed C qui Deum pro ierogata laudat miseria, commissio procul dubio caret facinore.

*dedicant*; et Urban. PP. c. Notandum, 24, q. 3. Cassian., lib. ii, cap. 16, Pauli locum intelligit in eni ab oratione suspenditur. Origines tamen, homil. 2 ad cap. ii Iudicium, quas quia beatus Hieronymos Latinas fecit, ei tribuntur, explicat etiam hunc locum de excommunicatione ecclesiastica, et dupliciter hominem Satanae trahi ostendit excommunicationis vinculis irretitum. Sic et Augustinus, de verbis Apostoli serm. 63: *Omnis, inquit, Christianus, affectissimi, qui a sacerdotibus excommunicatur, Satana traditur. Quomodo? Scilicet, quia extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus; ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione rovocatur.* Loaisa.

*Ibid. Incorrigitib[em].* Al., *incorrigibilem*. Vezziosi, mendose, *incorruptibilem*. AREV.

38. *Suscipiātus*, Ita Goth. Salm., et alii MSS. *Sus-tineamus*, Goth. Toletan. Loaisa.

*Ibid. Alii, iste, qui sic loquitur, non separatur, etc.* AREV.

CAP. vi. N. 4. Gregor., lib. viii Moral., cap. 18, et lib. iv Dialog., cap. 48, sex modis docet somnia animam tangere: primo ventris plenitudine, secundo inanitate, tertio illusione, quarto illusione simul et cogitatione, quinto revelatione, sexto cogitatione simul et revelatione. Augustinus, in lib. de divinatione per somnum multa de somniis quæ dæmones immittunt tradit. Sex autem illos Gregorii modos hic noster Isidorus complexus est. Loaisa.

*Ibid. Minitant.* Ha Goth. Salm. et alii MSS.; minant. Toletan. Loaisa.

*Ibid. Verberant.* Altius forte ad verbera Hieronymi ob Ciceronis et poetarum fictionem accepta,

## CAPUT VI.

### *De tentamentis somniorum.*

4. Pierunquam dæmones in noctibus occurrentes humanos sensus per visiones conturbant, ut formidolosos et timidos faciant. Aliquoties etiam ex desperatione peccatorum mentem conversi per soporem conturbant, horridaque gehennæ supplicia minant. Nonnunquam autem et aperta impugnatione grassantes humana corpora 276 verberant, quod tamen, Deo permitto[n]te, malis fit ad vindictam, jugis ad tolerandæ gloriam.

2. Pierunquam immundi spiritus nos quos incumbere in sæculi ambo conspiciunt, dormientes quadam vana spei prosperitate illudunt. Quondam vero, quos formidare aliqua adversa pressantur, dormientes inani terrore concutunt. Sicque miserorum corda variis illusionibus intentantes, modo vacua prosperitate demulcent, modo vana formidine terrent.

3. Qui aut nullis, aut rariis consciët suis deliciis, aut nunquam, aut raro terroribus fatigantur nocturnis; sed placato somno quiescentes, interdum etiam per soporem quedam arcana et mystica continentur ac vident. Qui vero corda sua gravipribus vitiis polluerunt, conscientiae pavore illusiæ species frementes aspiciunt. Falax enim mago mentes miserorum diversis illudit imaginibus; et quos vigilantes vitiis traxi, dormientes fatigat, ut nunquam securus requiescere sinat.

4. Nonnunquam etiam electoru[m] mentes horrendis imaginibus 277 somniorum spiritus immundi terrificare conantur; et quos vigilantes vitiis tentant, nec sperant, acriter dormientes impugnant.

qui liventes habuisse scapulas et plagas consisse se post somnum ait ad Eustochium De custodienda virginitate, et in apologia ad Russium. Loaisa.

*Ibid. Minitant.* Al., *minillant*, quod Vezziosi melius existimat. Sed verum videtur minitant pro minitantur, ut apud Plautum, Nævium et alios. AREV.

3. Ex Gregor., lib. viii Moral., cap. 18, et lib. i Dialog., cap. 49. Affert de quedam divite, cui dialetus per somnum longa vita spatio promisit; qui, cum multis pecuniis pro longioris vita stipendiis collegisset, repente defunctus est. Loaisa.

*Ibid. Interdum.* Sententia est Aristotelis 1 Lib. Ethic., c. ultimo, virtute præditos per quietem meliora habere theorematum, quam improbus. Unde etiam Eccl. xxxiv, somnia male facieūlum vanitatem vocat Sapiens. Loaisa.

4. Somnia bona immitti a Deo pulchre demonstratur Eccl. xxiv: *Et sicut parturientis cor tum p[ro]phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit immissa visitatio, ne dederis illis cor tuum.* Sic Salomon in somnis coelitus divinam accepit sapientiam, III Reg. vi: *Evigilavit Salomon, et intellecti, quod esset somnium.* Aliqui hoc somnium non fuisse naturale, sed propheticæ, dicunt, ut est illud Num. xii: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in risu[m] apparebit ei, vel per somnum loquar ad eum.* In somno tamen prophetæ vis non ligatur, et exercitiq[ue] liberi arbitrii, sed liberum manet. Prophetæ similiiter dormiendo eruditabantur a Deo, et de arcanis et mysticis docebantur, ut Joseph. Nam dormiente homine, intellectus eius potest in Deum ferri; cuius munus est percipere et judicare. Unde dum dormit, de his quæ

5. Sancti autem et si ad momentum hujusmodi A visionibus commoveantur, mox tamen evigilantes illusionum vanitates despiciunt, intentionemque suam protinus ad Deum convertunt.

6. Diversæ qualitates sunt somiorum. Quædam enim ex saturitate, seu inanitione occurunt, quæ etiam per experientiam nota sunt. Quædam vero ex propria cogitatione oriuntur; nam sœpe quæ in die cogitamus, in noctibus recognoscimus.

7. Nonnullæ autem visiones spirituum immundorum sunt illusiones, Salomon probante: *Multos, inquit, errare fecerunt somnia, et illusiones rancæ.* Porro quædam justo sunt modo, id est, supernæ revelationis mysterio, sicut legitur in lege de Joseph filio Jacob, qui somnia fratribus preferendus predicitur (*Gen. xxxviii*). Vel sicut in Evangelio de Josepho sposo Mariæ, qui ut fuderet cum puer in Ægyptum somnium admonetur (*Math. ii*). Nonnunquam etiam et permiscit accident visiones, id est, cogitatione simul et illusione, atque item cogitatione et revelatione, Daniele dicente: *Tu, inquit, rex, cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc, et qui revelat mysteria ostendit tibi quæ futura sunt* (*Dan. ii, 29*). Etenim sœpe ea in quibus cogitationum nostratum sensum porrigitur, quodam mentis excessu revelantur, dum requiescimus.

Antea consideravit aliquid percipit, et ratiocinatur, et argumentorum nodos dissolvit. Sic August., de Cora pro mortuis agenda, cap. 12, narrat Eulogio discipulo suo, qui dum rhetoricos Ciceronis libros Carthagine interpretaretur, in quemdam locum offendit obscurum, quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus; qua nocte somnianti sibi expovere visus est quod non intelligebat. Hunc etiam ortum habent veneficarum rerum somnia; quæ non contingunt, nisi ante vigilantes de illis animi vel tentantur, vel cogitari, ut tradit August., lib. xii super Genes., cap. 15. Aliquando vero intellectus movetur in somno illustratione aliquicuius superioris et nobilioris substantiae, ad cuius eruditonem et disciplinam intellectus quiæscentis est promptior, et habilius, propter sensuum, et cogitationum, et phantasiarum affluentem quietem, cum his tempestatis libera, tota sibi satis. Cantic.: *Ego dormio, cor meum vigilat*; et Job. xxxviii: *Per somnum in visione nocturna, quando sopor solet occupare homines, et dormiunt in lectulo suo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos, instruit disciplina.* Thomas Aquinas, 2-2, q. 95, art. 6, ad causas internas animi et corporis, que ex Dei revelatione et coelesti influxu dimanant, et ad externas, quæ ex vigilia et humoris copia oriuntur, omnem somniorum rationem retulit. Similiter Hippocr., lib. de somnis. LOAISA.

6. Sic ait de se Augustinus, lib. x Confess., cap. 30, vigilanti illi occurrere imagines rerum, illecebrarum carentes viribus, que tamen in somnis usque ad consensionem animam trahabant. LOAISA.

Ibid. Sententia hæc et septima est apud Gregorium, lib. viii Moral., cap. 18, et lib. iv Dialog., cap. 48. Sex somniorum causas distinguit, ut supra diximus. LOAISA.

7. Diurnæ actiones sœpe repræsentantur in somnis, ut tradit Hippocrates, qui etiam existimat hujusmodi somnia corporis sanitatem indicare. Simile est Africani illud somnum apud Ciceron., cui earum rerum species objiciuntur per quietem, de quibus pridie sermonem habuerat. LOAISA.

Ibid. Eccl. xxxiv ita legitur: *Multos enim errore*

B 8. Quævis nonnulla vera sint somnia, facile lo- mon eis credi 278 non opus est, quia diversis im- aginationum qualitatibus oriuntur, et unde veniant raro consideratur. Tam facile igitur somniis fides adlibenda non est, ne forte Satanæ, in angelum lucis se transformans, quemlibet incautum fallat, et aliqua erroris fraude decipiatur.

9. Nonnunquam dæmones deceptoria fronde ita quosdam curiosos observant, eisque illudunt, ut quædam somnia nou aliter eveniant quam ostenduntur. Ut enim in multis fallant, interdum et vera prouuntiant. Sed quævis ita accidunt, contemnenda sunt, ne forte de illusione procedant, recolentes testimonium Scripturæ dicentis: *Si dixerint vobis, et ita evenierit, non credatis* (*Math. xxiv, 23*).

B 10. Somnia similia sunt auguriis, et qui ea inten- dunt, revera augurari noscuntur. Non esse vera somnia, quæ cogitans animus die noctuque sibi ima- ginatur. Mentes enim nonnunquam ipsæ sibi somnia fingunt.

C 11. Sæpe dum priora mala per tristem memoriam ad mentem reducuntur, per hæc gehennæ vindictam in nobis ipsis recolendo imaginamur. Hujusmodi mentis imaginationes, que aut de preteritis admis- sis, aut de futuri supplicii memoria vigilantibus sunt, et per visiones somniaque occurunt, et cogi-

*fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis.* Gre- gor. tamen lib. viii Moral., cap. 18, ut Isidorus legit. LOAISA.

C 9. August., lib. xxi de Civitate, c. 22, de solitudo somniorum, et difficultate ea discernendi, et quo pacto animam miseram sensumque perturbant, disserit. Plinius lib. xi natur. Histor., cap. 75, querit utrumne sint aliqua prescrita animi quiescentia, quæque sunt ratione, et alia, quæ illic vide. Et lib. vii, cap. 50, de Publio Cornelio Rufo, qui dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret. Melancholicos magis vera, somniare, ait Aristoteles, lib. de Somn. et vigil. Clemens Alex. lib. II Pædag., c. 9, ait ea quæ sunt vera somnia re-putari sobrie animæ cogitata. LOAISA.

Ibid. Apud Matthæum, cap. xxiii, sic est: *Tunc si quis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.* Idem Marc. XIII, et Luc. XVII. LOAISA.

D 10. Artem augurandi per somnia non rejicit Hippocrates, lib. de Somniis, apotel. 2 et 3. Aristotel., lib. de Somno, et vigil. somnia reducit ad causas, signa et accidentia. Plin. lib. xxxvii natural. Hist., cap. 10, de lapide eumetrica, ait quod, caput suppositus, visa nocturna oraculi modo reddat. Idem facit Amphictionem interpretationis ostensorum et somniorum primum auctorem; lib. vii, c. 56, dicit de lauro, supposita pulvino, quod somnia vera fa- ciat. Ab Ecclesi somniorum interpretes damnantur concil. II Aucyran., c. 23, et in c. Episcript, 26, II. 5. LOAISA.

Ibid. Plinius, lib. xxviii, cap. 8, a Democrito tra- ditum scribit sinistrum chameleonis arnum, quælibet somnia quæ velis, et quibus velis, immutariunt referre. LOAISA.

Ibid. Al., *Mentes enim nostræ nonnunquam, etc.* Virgilius, eclog. 8, 108 :

... An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Hinc conjiciebam apud Isidorum: *amantes enim nonnunquam ipsi sibi somnia fingunt.* Vide etiam de somniis Glandianum, præf. ad vi consulatum Floruit. AREV.

tationum mentes **279** concutunt. Nam una vi me- mōriæ sunt utraque, sive vigilantibus, sive dormientibus nobis.

**12.** Tali enim animi motione horribili pavore etiam per quietem concutimur; et quam gravia sunt quæ commisimus, et quam dura quæ perimescimus, mentis aspectu etiam in somnio contemplanur.

**13.** Non esse peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur; sed tunc esse peccatum, si, antequam illudimur, cogitationum affectibus præveniamur. Luxurias quippe imagines, quas in veritate gessimus, saepe dormientibus in animo apparent, sed innoxie, si non coneupiscendo occurrant.

**14.** Qui nocturna illusione polluitur, quamvis etiæ extra memoriam turpium cogitationum sese pertinet inquinatum, tamen hoc, ut tentaretur, culpæ suæ tribuat, suauque immonditiam statim fletibus tergit.

## CAPUT VII.

### De oratione.

**1.** Hoc est remedium ejus qui vitiorum tentamentis exstuit, ut quoties quolibet tangitur vido, to-

**13.** Gratian. : Sed tunc est peccatum in animo. Sensus hujus sententiae desumitur ex Gregor. in epist. ad August. Anglorum episcopum, et habetur dist. 6. c. Testamentum. Ivo, part. ix, cap. 112. LOAISA.

**14** De pollutionibus et earum diversitate et causis, disserit doctissime Thomas Aquinas in opusculis de puritate conscientiæ, et officio sacerdotis. LOAISA.

*Ibid.* Quamvis etiæ. Pleonasmus, fortasse ab exscriptoribus inductus. AREV.

**C**AP. VII. N. 1. Idem August., lib. de salutaribus documentis, cap. 28. I Pet. iv : Extote itaque prudentes, vigilate in orationibus. Est autem subdat in MSS. o. et Edi. v. t., non convertat. LOAISA.

**2.** Alii, psallendo pro pulsando, et obstrepuunt pro obrepuntu. AREV.

**4.** Id Gregor. probat lib. xxii Moral., cap. 18, dum exponit illud Job : *Quis nihil tribuat audiorem, ut desiderium meum Omnipotens audiat?* Neque tamen rejicit hoc loco Isidorus vocalen orationem. Nam cum duplex in Ecclesia sit oratio, communis et privata, communis sit in persona totius Ecclesiæ, et ideo est vocalis, et alta voce prolata. Probat id formula orandi a Christo apostolis præscripta Matth. vi. *Orationes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Et infra : *Sic ergo vos orabitis : Pater noster : quo in loco orationem laudie dubie in voce constituit.* Et Luc. xi appareat, quod Dominus voce oraret : *Et factum est, inquit evangelista, dum esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis suis ad eum : Domine, doce nos orare, sicut docuit Joannes discipulos suos ; et ait illis : Cum oratis, dicite : Pater noster.* Dum oratis, inquit, dicite : quod omnino voce sit. Hinc concil. Toletan. tertio, c. 2, præcipitur in omnibus ecclesiis Symbolum fidei recitandum, priusquam Orationem Dominicam voce clara prædicandam, quo fides vera manifesta sit, et testimonium habeat, et ad Christi corpus et sanguinem prælibandum pectora populi sive purificata accendant. Et concil. Tolet. iv, cap. 9, Orationem Dominicam quotidie dicendam esse in publico, aut privato officio decernitur, idque probatur auctoritate Cypriani, Hilarii, Augustini. Et concil. Gerundens., can. 10, dicitur, post matutinas et vespertinas preces Orationem Dominicam proferrendum. Ilæc omnia, et alia complura, quæ a viris dæliensis collecta sunt, ad orationem publicam astruendam spectant, cujus ratio atque natura re-

A ties ad orationem se subdat, quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit.

**2.** Tam perseveranter intendere oportet animum nostrum orando, atque pulsando, quoque importunas desideriorum carnalium suggestiones, quæ nostris obrepunt sensibus, fortissima intentione superemus; ac tandem insistere, quoque persistendo vincamus. Nam negligentes orationes nec ab ipso homine impetrare valent quod volunt.

**3.** Quando quisque oral, sanctum ad se spiritum advocat. At ubi venerit, confessum tentamenta dæmoniorum quæ se mentibus **280** humanis immergent, presentiam ejus ferre non sustinentes, effugiunt.

**4.** Oratio cordis est, non labiorum. Neque enim verba deprecantis Dens intendit, sed orantis cor aspicit. Quod si tacite cor oret, et vox sileat, quamvis hominibus lateat, Deo latere non potest qui conscientiæ præsens est. Melius est autem cum silentio **281** orare corde sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis.

quirit ut sit vocalis. Et inde ortum habuit Ecclesiæ cantus, quem Paulus probat ad Ephes. v : *Loquentes, inquit, votis metipsis in psalmis, hymnis et cantibus spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, et ad Colos. iii. Idem Actorum etiam vi : Media nocte Paulus et Silas adorantes laudabant Deum, et audiebant eos qui in custodia erant.* Hanc antequam in Ecclesia cantus consuetudinem prætor multa testimonia sanctorum Dionysii, Tertulliani, et usus antiphonarum, et responsoriorum, et hymnorum, eorumque modulationem Nicephorus apostolis tribuit, l. xvii, cap. 51. Sunt etiam conciliorum loca insinuia, ut Tolet. iv, cap. 14, 15, et Turon. ii, sub Pelagio primo, et Landic., sub Liborio, cap. 59, ubi statnunt quæ psallere et legere in Ecclesia conveniat, et can. 15 psalmistarum officium præscribitur. Atque hactenus de communi seu publica oratione, in qua excolenda multum laborarunt Hilarius, Gregorius, Ambrosius et Isidorus. Oratio vero privata et singularis potest esse sine voce, de qua loquuntur sancti, cum orationem cordis laudant, ut Cyprianus in expositione Orationis Dominicæ, et August., psalm. cxviii, et Gregor., lib. xxii Moral., cap. 18. Quamvis vox cordi adjuncta excitat et promovet plurimum interiorum animi affectum, ut qui habitat intus in pectore, ipse sit et in voce, et totus homo animo et corpore Deo seruat, et ut inquit Cyprianus, divinis oculis placet et habitu corporis, et modo vocis, dum Deo reddit labiorum vitulos, ut ait Oseas, et affectum, amore inquit animo conceptum ex quadam redundantia voce exprimat, unde Paulus corde credit, et ore confiteatur. Et David psal. xv : *Lætatum est cor meum, et exultavit lingua mea.* Et Job : *Concepit sermone tenere quis poterit ?* Multæ sunt commoditates et utilitates animi, quæ ex perfecta oratione vocali homini proveniunt. Verum si ab ea sejungas cordis affectum, et intentionem, solumque sit volubilis, et vaga oratio, atque verbosa, longe præstat ea quæ corde tantum sit; quod probat Cyprianus de Oratione Dominicæ, dum ait non passim oportere ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem, commendandum modeste Deo, tumultuosa loquacitate jactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Et August., lib. de Verbis Domini, serm. 18 : *Ne strepentes, inquit, simus vocibus, et multi moribus,* et serm. 2 de oratione : *Melius est orare corde sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis.* Et Hieron. cuius verba habentur de consecrat., dist. 5, cap. Non mediocriter. LOAISA.

5. Nunquam est sine gemitu orandum; nam peccatorum recordatio moerorem gignit. Dum enim oramus, ad in memoriam culpam reducimus, et magis reos tunc nos esse cognoscimus. Ideoque cum Deo assistimus, gemere et flere debemus, reminiscentes quae gravia sunt scelera quae commisimus, quamque dira, inferni supplicia quae timemus.

6. Mens qualis se in oratione offert, talem post orationem conservet. Nam nihil proficit oratio, si denuo comittitur unde jam iterum venia postuletur. Ille enim precius desideratum effectum sine dulio percipit, qui quod orando ablui postulat delinquendo non ierat.

7. Mens nostra cœlestis est, et tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Apta est enim ad bonum in sua natura, in aliena vero turbatur.

8. Pura est oratio quam in suo tempore sæculi non interveniunt **282** curæ; longe autem est a Deo animus qui in oratione cogitationibus sæculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. Sed valde pauci sunt, qui tales orationes habeant. Et licet in quibusdam sint, difficile tamen est ut semper sint.

9. Mens quæ ante orationem vacans a Deo in illicitis cogitationibus occupatur, dum in orationem venerit, confessim illi imagines rerum quas super cogitavit occurront, aditumque precis obstruunt, ne

*Ibid.* Solis verbis, sine intuitu mentis. Hæc est oratio vocis, quam Isidorus reprehendit, ut advertit Vezziosius. Ven. Thomasius, in suo opere italicico de vera norma Deum glorificandi, atque exorandi, docet corde simul ac voce Deum exorari recte posse, quod ex Apostolo ad Corinthiscib[us] scribente, et sancti Ambrosii hymno ducit. AREV.

5. Lacrymosa oratio inuitum valet apud Deum. Gregor. I. x Moral., cap. 17. Ambros., multis in locis lib. super Beati immaculati, et psalm. xxxvii. Et Cyprian., egregie, epist. ad clericum et plebem, de precando Deum, in fine. LOAISA.

6. Ex Gregor., ibid. Et in hoc sensu interpretor illud Eccl. vii: *Ne iteres verbum in ore tuo.* LOAISA.

8. Augustin., lib. de salutaribus Documentis, hinc merito ait, cap. 28: *Hoc, mi frater, stude in tua oratione, ut orationem puram offeras Domino Christo,* etc. LOAISA.

*Ibid.* Paul., I. Cor. xiv: *Orabo spiritu, orabo mente.* Vigilia etiam in oratione requiritur. Hinc, Marc. XIII: *Vigilate, vigilate, et orate;* et Luc. XXI: *Vigilate itaque, omni tempore orantes.* Et I Thess. v: *Sine intermissione orate.* Et I Tim. II: *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.* Hinc etiam Hieronym., ad Rust., de vivendi forma. *Vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus pariterque animus tendat ad Dominum,* etc. LOAISA.

*Ibid.* Sed valde. Probat id Augustinus in enarratione psalm. LXXXV, exponens illud: *Quia tu, Domine, suavis es ac misericordia tua misericordia;* et adducit illud II Reg.: *Quoniam inveni, Domine, cor meum, ut orarem ad te.* LOAISA.

9. Ex Gregor., homil. 8 in Ezech.: *Accenditur ad compunctionem animus, sed earum rerum quas egimus, etc.* Et I. x Moral., cap. 17. Est autem cogitavit in Goth. Salm., non agitavit. LOAISA.

10. Id tradit Augustinus, psalm. XXXIII. Nam oratio, ut inquit Bernardus, duas alas habet, contemptum mundi, et carnis afflictiones, serm. 3 de Epiphani.

A se mens libera ad cœlestis desiderium erigit.

10. Purgandus est itaque primum animus, atque a temporalium rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deum vere et simpliciter dirigatur. Nam revera tunc impetranda divina munera credimus, quando simplici affectu assistimus cum oramus.

11. Multis modis interruptur orationis intentio, dum se per incuriam vanæ mundi ingerunt in cuiuscunque orantis animo. Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum sæcularium humanis mentibus ingerit, quando orantem aspicerit.

12. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata: hoc est, si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Quid geminum malum, dum quisque a semetipso absteserit, protinus securus studio orationis **283** incumbit, et ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem libere erigit.

13. Qui læditur, non desistat orare pro se lædentiibus; alioquin, juxta Domini sententiam, peccat qui pro inimicis non orat (*Math. v. 44*).

14. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, si adhuc ferrum in eo sit, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.

15. Tantus debet esse orantis erga Deum affectus, ut non desperet precis effectum. Inaniter autem ora-

## C LOAISA.

12. Est apud Gregor. hujus sententiae sensus I. x Moral., cap. 18. Verum Augustin., serm. 2 de oratione: *Tribus, inquit, modis orationes impediuntur, aut cum quis a Deo petit quod suæ saluti resistit, aut cum orat, et ab iniunctio[n]e non cessat, aut si delinquenti in se debita non relaxat.* Quod triplex malum, dum a se unusquisque studiosius abstraxerit, securus studio orationis incumbat, etc. Gregor. ita: *Tunc igitur vere sine macula faciem levamus, cum nec nos prohibita mala committimus, nec ea quæ in nos a proximis commissa sunt ex proprio solo retinemus.* Gravi namque mens nostra orationis suæ tempore confusione deprimitur, si hanc aut sua adhuc operatio inquinat, aut alienæ malitiae servatus dolor accusat. Existimo itaque Isidorum ex Augustin. potius quam ex Gregor. hanc sententiam hausisse. LOAISA.

13. Sic enim babetur *Math. v:* *Orate pro persecutibus et calumniantibus vos.* Et Luc. vi. Pro inimicis itaque orare in orationibus communib[us] quisque ex necessitate tenetur, et esset peccatum inimicis excipere. Thom. 2-2, q. 83, art. 8. Specialius autem pro illis orare est perfectionis opus. Id probat Augustinus lib. iii de verbis Domini, serm. 16, loquens de utilitate inimicorum; et Ambros. psalm. XXXVIII, exponens illud: *Pro eo ut ditigerent me, detrahebant mihi. Ego autem orabam.* Sic Gregor. in epist. ad Vercellensem episc., lib. x Epistoliarum, epist. 82: *Evangelii plenitudo, inquit, pro calumniantibus et persecutibus nos jubet orare, ut peccatis eorum veniam postulemus,* etc. LOAISA.

14. Gregor., lib. Moral. x, cap. 17, idem ait, sed aliis verbis: *Menti namque, ut gladius, figitur, et mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur.* Qui scilicet a transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus divinis obtinetur. LOAISA.

15. Est apud Jacobum, cap. 1: *Postulet, inquit, in fide nihil habens;* qui enim habens similis est fluctui maris, qui a vento moretur, et circumferatur. LOAISA.

mus, si spei fiduciari non habemus. Petat ergo, ut Apostolus ait, unusquisque in fide nihil dubitans (Jac. 1, 6); nam qui dubitat similis est undae maris, quae a vento fertur, atque dispergitur.

16. Dissidentia nascitur impenetrandi orata, si se adhuc animus sentiat circa peccandi affectionem versari. Non enim potest habere precis certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei pigritat, et peccati recordatione delectatur.

17. Qui a præceptis Dei avertitur, quod in oratione postulat accipere non meretur; nec impetrat ab illo bonum quod poscit, 284 cuius legi non obediit. Si enim id quod Deus præcipit facimus, id quod petimus sine dubio obtainemus. Nam sicut scriptum est: *Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus execrabilis erit* (Proverb. xxviii, 9).

18. Multum apud Deum utraque sibi necessario commendantur, ut oratione operatio et opere fulcitur oratio. Unde etiam Jeromias ait: *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum* (Thren. iii, 41). Cor enim cum manibus levat, qui orationem cum opere sublevat. Nam quicunque orat, et non operatur, cor levat, et manus non levat. Quisquis vero operatur, et non orat, levat manus, et cor non levat. Sed quia

19. Certam: Ita Goth. Tolet. Perfectam, Goth. Salm. LOAISA.

20. Oratio peccatoris damnatur in multis sacrae Scripturæ locis. Psalm. xvi: *Auribus percipe orationem meam non in latibis doloris*. Psalm. lxx: *Iniquitatem si aspici in corde meo, non exaudiet Dominus*. Et Psalm. cxlii: *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in virtute*. Eccle. vii: *Ante orationem prepara animam tuam; noli esse quasi homo qui tentat Deum*. Et Eccle. iii: *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione die rum exaudiatur*. Proverb. i: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam eos*, et cap. lxi; et Ierem. Turen. iu: *Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus; indecirco inexorabilis es*. Ezech. viii: *Cum clamaverint ad aures meas vox magna, non exaudiam eos*, et Osee vii: *Vae eis, quoniam recesserunt a me; vastabuntur, quia prævaricati sunt in me; et subdit: Non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabunt in cubilibus suis*. Præcepta orandi traduntur a Christo Domino nostro Matth. vi: *Cum oratis, etc*. Et xiii. Et Luc. i et xx. Et Paul., ad Phil. iv: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestras innotescant apud Deum*. Jac. iv: *Petitis, et non accipitis, eo quod male petitis, ut in concupiscentiis vestris insunatis*. Sic Augustinus multis in locis orationem peccatoris infecundam et inexaudiibilem dicit, præsertim libro de vera ipsocepsia, cap. 533, et in epist. ad Prob., cap. 13. Et Ambrosius, quod orantis affectus debet esse purus, et quietus, et vacuus ab omni onere delictorum, libro super Beati immaculati, et lib. i de Cain et Abel, cap. 9. Cyprianus de Oratione Dominicana. Exstet etiam gravis epistola Gregorii Magni ad Theodoreum Francorum regem de clericis simoniacis, ubi ait: *Major ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam provocant, quam per semetipsos placare debuerant*. Idem, cap. 6, præf. in Job., expōnens illud: *Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt*. Et habetur cap. Gravibus, 3, q. 7. Bernard., super Cantica, serm. 63, explicans illud: *Oratio justi penetrat caros*. Si igitur ita est, quod orationes hominis peccatoria Deus non audit, quo pacto intelligendus erit Augustinus, tractat. 44 in Joauem, ad illud cap.

A operari necesse est, et orare, bene juxta ultrumque 285 dictum est: *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum*; ne de negligentia mandatorum corde reprehendatur, dum salutem nostram obtinere aut sola oratione, aut sola operatione, contendamus.

21. Postquam bonum opus agimus, lacrymæ operationum fundantur, ut meritum actionis humilitas impetrat precis.

22. Culpabiliter manus ad Deum expandit, qui facta sua orando jactanter prodit, sicut Pharisæus in templo jactanter orabat, neque magis quam Deum de operibus Iesu laudari volebat (Luc. xviii).

23. Quorumdam oratio in peccatum convertitur, sicut de Iuda proditore scribitur (Ps. cvii). Qui enim jactanter orat, laudem appetendo humanam, non solum ejus oratio non delet peccatum, sed et ipsa vertitur in peccatum. Sicut Iudei, et heretici, qui licet jejunare et orare videantur, eorum tamen oratio non illis ad purgationis proficit meritum, sed malatur potius in peccatum.

24. Ideo interdum oratio electorum in pressuris eorum differtur, ut impiorum perversitas augetur. Verum dum justi temporaliter audiuntur, pro eorum

ix: *Scimus, quia peccatores Deus non audit? Illud, inquit, verum est oeci adhuc inveni, id est, nondum perfecte illuminati. Nam si peccatores Deus non exaudit, frustra publicanus dixisset: Domine, propitiatus es mihi peccatori. Idem Chrysostomus, homilia 18, in opero imperfecto, expōnens illud: Unus qui petit accipit, sive justus, inquit, sive peccator. Sic haec loca discrepantia concilianda sunt, et interpretanda, peccatorem in peccatum lapsum absque affectu peccati relinquendi clamantem Deus non audit; at peccatorem humilem ex bono desiderio natura potenter, et Deo se prosternentem Deus exaudit, ut inquit Thomas Aquinas, 2-2, q. 83. Hoc vero non ex justitia fit, quia hoc peccator non meretur, sed ex pura misericordia. Observandæ vero sunt in hac peccatoris petitione quatuor leges: prima, ut pro se petat; secunda, ut necessaria ad salutem; tertia, ut pie, id est, ad plenitatem spectans; quarta, ut perseveranter petat. At tunc oratio erit impetratoria, licet non meritoria. Haec de peccatoris oratione adoucanda duxi, quia ad totius capitii intelligentiam maxime conduceunt. LOAISA.*

25. Ad verbum ex Gregorio, lib. Moral. 18, cap. 5, nisi quod apud eum operatione pro opere. LOAISA.

26. Habetur simile exemplum apud Cyprianum, de Oratione Dominicâ; est autem oratio Pharisæi apud Luc. xviii. LOAISA.

27. Sic scriptum est psalm. cvii de impio: *Oratio ejus fiat in peccatum. Ubi Hieronymus sic ait: Peccatores Iudei pejus peccatum factum est. Quomodo pejus peccatum est paenitentia Iudei? Igitur, ei suspicio permisit, et qui proditor Domini factus est, hic interemptor est exstitit; pro clamoribus Domini hoc dico, quia magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quam quod Dominum prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in paenitentiam, et versa est in peccatum. Vides hereticum orantem, vides Iudeum, vides Manicheum; licet jejunent, licet orarent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum. Haec Hieronymus, quæ omnia, pauculis verbis additis et immutatis, sua fecit Leo Magnus. Eadem Gregor., homil. 27 in Evangel. LOAISA.*

*Ibid. Alii, oratio non detet peccatum, nec ad purgationis proficit meritum. AREV.*

28. Ex Greg., lib. Moral. xxvi, cap. 15. LOAISA. *Ibid. Trium puerorum. Ex Augustin., in exposi-*

**fit salute qui eos affligunt, ut dum illis temporali remedio subvenitur, pravorum oculi ad conversio- nem aperiantur. Unde et trium puerorum frigidus ignis fuit (Dan. iii), ut **286** Nabuchodonosor Deum verum agnosceret. Sicut et propheta in Psalmis ait: *Propter inimicos meos eripe me* (Psal. LXVI, 19).**

**23.** *Pripara tardius exaudiuntur querundam orationes, ut dum differtur, fortius excitatae majoribus premiis cumulantur: exemplo pruinarum, et repressione messium, in quibus quanto tardius sata semina exequunt, tanto ad frugem cumulatius crescunt.*

**24.** *Quoties orantes non eis exaudiuntur, nostra nobis facta in oculis proponamus, ut hoc ipsam quod differtur divina reputetur justitia, et culpe nostra.*

**25.** *Interdum quod perseveranter erantes non eis exaudiuntur, utilitas nostrae est, non adversitatis. Sepe enim malae Deus non exaudit sed voluntate, ut exaudiatur ad salutem.*

**26.** *Muli orantes non exaudiuntur, providende illis Deus meliora quam patunt, sicut contingere solet parvus, qui, ne in scholis vapulent, Deum exorant. Sed non datur illis possitentia effectus, quia impeditus talis auditio ad profectum. Non aliter quibusdam contingit electis. Deprecantur enim Deum pro nonnullis vita hujus commodis, vel adversis. Providentia vero divina temporaliter eorum desiderio minime consulit, quia meliora illis in aeternum promittit.*

**tione psalm. LXVIII, concione 2.** Habetur historia Daniel. iii. Quod fuerit ille ignis frigidus, apparet ex Scriptura contextu: *Angelus autem Domini descendit cum Azaria et sociis eius in fornacem, et excusit flamnam ignis de fornace, et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem; et non letigit eos omnino ignis, neque contristabat, nec quidquam molestiae intulit.* Et infra dicitur quod calor ignis non transit per eos. Nicolaus Lyranus versat hanc questionem hoc loco, an ignis ille fuerit activus, estque in ea sententia, ut existimat ignem hunc habuisse quidem ignis formam et naturam, sed coniburendi et agendi actum suisse virtute divina cohibitum. LOAISA.

**27.** Loquitur de privata oratione, de qua Christus Dominus apostolos docuit. Matth. vi: *Tu autem, cum oraveris, intra cubiculum tuum, et clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito. Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Cyprianus, de Oratione Dominicana, causam reddit quare Christus orationi silentium et secretum indixit: *Magisterio, ait, suo Dominus secreto orare nos præcipit, in abditis et se- motis locis, in cubilibus ipsis; quod magis convenit fidei nostræ, ut sciamus Deum ubique esse præsentem, audire omnes, et videre, et majestatis sue plenitudine in abdita quoque et occulta penetrare.* Hæc Cyprian. Vide etiam Augustin., in psalm. cxi, et Gregor., 8 Moral., cap. 29. LOAISA.

**28.** Sic scriptum est Matth. vi: *Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab homi- nibus.* LOAISA.

**30.** *Oratio abscondita et abdita ad cordis salutem special: hymnorum et psalmorum cantus ad Christi crucifixi gloriam et honorem, ut omnis lingua confiteatur, quod dominus Jesus in gloria est dei patris. Unde qui cantum ecclesiasticum de medio tollunt,*

**A** **27.** *Oratio privatis locis opportunius funditur, majusque obtentum impetrat, dum Deo tantum teste deponitur.*

**28.** *Proprium autem hypocritarum est offerre se in oratione videntibus; quorum fructus est, non Deo placere, sed gloriam ab hominibus comparare (Matth. vi, 7).*

**29.** *Non in multiloquio exaudiuntur homines a Deo, quasi plurimis eum verbis conentur inflectere. Neque enim conciliat eum multiplex orantis sermo, sed pura sinceraque orationis intentio.*

**B** **287** **30.** *Bonum est corde semper orare, bonum et sono vocis Deum spiritualibus hymnis glorificare. Nihil est sola voce canere sine cordis intentione; sed, sicut ait apostolus: *Cantantes in cordibus vestris* (Ephes. v, 19), hoc est, non solum vox, sed et corde psallentes. Unde et alibi: *Psallam spiritu, psallam et mente* (1 Cor. xiv, 15).*

**34.** *Sicut orationibus regimur, ita psalmorum studiis delectamur. Psallendi enim utilitas tristia corda consolatur, gratiore mentes facit, fastidiosos obliquet, inertes exsuscitat, peccatores ad lamenta invitat. Nam quamvis dura sint carnalium corda, statim ut psalmi dulcedo insonuerit, ad effectum pietatis animum eorum inflectit.*

**32.** *Dum Christianum non vocis modulatio, sed tantum verba divina, quæ ibi dicuntur, debeant commovere, nescio quo tamen pacto modulatione caenitatis major nascitur compunctione cordis. Multi enim reperiuntur qui, cantus suavitate commoti, sua cri-*

**C** *Christi magnificam gloriam obscurant, dulce curarum levamen evertunt, ordinis ecclesiastici hierarchiam confundunt, pulchritudinem ornatumque admirabilem Christi sponsæ sedant; demum lucem quasi e mundo tollere nituntur, qui choros ecclesiasticos ab Ecclesia abesse contendunt. Sicut enim luce hac naturali cuncta splendorem, pulchritudinem, ordinem vitamque suscipiunt, quæ in hac mundana machina continentur; sic choris ecclesiasticis omnia Ecclesiae munia illustrantur, augentur, amplificantur, et in debito officio conservantur. Quapropter sancti et antiqui Patres in statuendis, componentibus, ordinandisque ecclesiasticis officiis multum diuque insudarunt. Vide August., psalm. cxlviii; Hieronym., psalm. cxlvii. LOAISA.*

**D** **31.** *De psalmorum laude multa Basilius, homil. i super Psalm. Plura Ambrosius. Et Augustinus: *Totius Ecclesie* (inquit in prefat. Psalmorum) *vox una PSALMUS SOLEMNITATES DECORAT; psalmus tristitium quæ proper Deum est emollit; psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas moret; psalmus angelorum opus est, exercitum celestium spirituale thymiana. Hæc inter alia adnotare libuit, ut intelligas veram sapientiam a patribus superioris sæculi ad inferiores fuisse derivatam, omniisque eorum sententiis, velut firmissimis radicibus, nisi. Basilius, homil. i in Psalmos: Vox est, inquit, Ecclesie PSALMUS. Hic dies festos illustriores reddit, ac perfundit gaudio; cum tristitiam alioquin operetur, sed quæ secundum Deum est, e corde lapideo cœl lacrymas. Psalmus opus est angelorum, celestis illius reipublicæ in communis proposita functio, spirituale thymiana, etc.* Et quæ sequuntur pene omnia ad verbum veritatem Augustini. Ambrosius etiam laudes Psalmorum doctissime commemorat in prefatione in Psalmos, a quibus has sententiias de Psalmis Isidorus accepit. LOAISA.*

intra plangunt, atque ex ea parte magis flectuntur ad lacrymas, ex qua psallentis insonuerit dulcedo suavissima.

33. Oratio in presenti tantum vita pro remedio peccatorum effunditur; psalmorum autem decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat in gloriam semper eternam, sicut scriptum est: *Beati qui 288 habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te* (*Psal. lxxxiii, 5*). Cujus operis ministerium quiconque fideliter intentaque mente exequitur, quodammodo angelis sociatur.

### CAPUT VIII.

#### *De lectione.*

1. Orationibus mundamur, lectionibus instruimur; utrumque bonum, si liceat; si non liceat, melius est orare quam legere.

2. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere. Nam cum oramus, cum Deo ipsi loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur.

3. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Quae enim nescimus, lectione dicimus; quae autem didicimus, meditationibus conservamus.

4. Geminum confert donum lectio sanctorum Scripturarum: sive quia intellectum mentis erudit, seu quod a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Excitati enim saepe illius sermone, subtrahimur a desiderio vitae mundanae; atque accensi in amorem sapientiae, tanto vana spes mortalitatis bujus nobis vilescit, quanto amplius legendo spes eterna claruerit.

5. Geminum est lectionis studium: primum, quo-

CAP. VIII. N. 1. Timotheum Paulus erudit: *Attende lectioni, exhortationi, doctrinae. Lectio enim frequens (inquit Ambrosius, lib. i super Beatus vir) nec intermissione aliqua destituta, doctrinae munus operatur.* Augustinus etiam, serm. 112 de tempore, tom. X., erudit de lectione Scripturarum disserit. LOAISA.

Ibid. Melius est. Orationem etiam præponit lectioni Hieronym, ad Furiam. LOAISA.

Ibid. Adhuc erit, in admonitione ad Novum, cap. 13: *Dicit enim Isidorus quod orationibus mundamur, lectionibus instruimur.* AREV.

2. Ex Augustino, ad verbum, serm. 112 de tempore. Et eodem loco sententia quarta est. LOAISA.

Ibid. Ita Gothus Cod. *Nam cum oramus ipsi, cum Deo loquimur.* Sicque Augustinus. LOAISA.

5. Id docet Augustinus, lib. de doctrina christiana iv, cap. 4, officium doctoris divinae Scripturarum depingens; ubi distinguit inter sapientem dicere, et eloquentem; et tria illa eloquentis munera, docere, delectare, dictare, ad Scripturarum lectionem detinet. Ibidem, cap. 12: *Docere, inquit, est necessitatis; delectare, suavitatis; dictare, victoria.* Horum trium quod primo loco positum est, hoc est, docendi necessitas, in rebus est constituta, quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Quid hic Isidorus dixit, *qua utilitate et dignitate dicatur, utilitas ad delectationem, dignitas ad victoriam spectat.* LOAISA.

6. Id. Augustinus passim docet, præsertim psalm. xi. Et lib. de opere Monachorum, in fine, cap. 17. LOAISA.

Ibid. Ad implendum. Hieronym., comit. in Mich. ii: *Tunc Scripturæ prosunt legenti, si quod legitur opere compleatur.* Idque idem laudat in Marcelli vi-

A modo Scripturæ intelligentur; secundum, qua utilitate vel dignitate dicantur. 289 Erit enim auctor quisque promptius ad intelligendum quæ legit, sequenter idoneus ad proferendum quæ didicit.

6. Lector strenuus potius ad implendum quæ legit, quam ad sciendum, erit promptissimus. Minor enim poena est nescire quid appellas, quam ea quæ ueroris non implere. Sicut enim legendo scire concupiscimus, sic sciendo recta quæ didicimus implere debemus.

7. Lex Dei et præmium habet, et poenam legentiibus eam. Præmium his qui eam bene vivendo custodiunt; poenam vero eis qui eam male vivendo contemnunt.

8. Omnis qui a præceptis Dei discedit opere, quieties eadem Dei præcepta legere vel audire poterit, corde suo reprehensus confunditur, quia id quod non agit memoratur, et teste conscientia interior accusatur. Unde et David propheta deprecatur dicens: *Tunc non confundar, dum respicio in omnia mandata tua* (*Ps. cxviii, 6*). Graviter namque unusquisque confunditur quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ vivendo contemnit. Corde enim reprehenditur, dum mandatorum meditatione docetur, quia non implevit opere quod divina didicit iussione.

### 290 CAPUT IX.

#### *De assiduitate legendi.*

1. Nemo potest sensum Scripturæ sanctæ cognoscere, nisi legendi familiaritate, sicut est scriptum: *C Ama illam, et exaltabit te; glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus* (*Prov. iv, 8*).

dua, in ejus epitaphio ad Principiam. LOAISA.

8. Hieronymus, ad Principiam, in epitaphio Marcellæ viduæ: *Erubescit enim quamvis præclara doctrina, quam non pia reprehendit conscientia.* LOAISA.

Ibid. Psalm. cxviii. *Tunc non confundar, dum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Sic habet Editio nostra Latina. Augustin., in enarratione conc. 4 in hunc psalm.: *Tunc non confundar, dum incepio in omnia mandata tua.* Pagninus ita: *Tunc non pudore afficiat, cum respexero ad omnia præcepta tua.* Estque futuri temporis cum perspexero. Id est, cum intelligentiam et comprehendendam eur illa imperaveris. Nam paucis datum est ut omnium Dei præceptorum teneant rationes et causas, cumque mandata diligenter consequantur. LOAISA.

D *Dum respicio in omnia mandata tua.* Sabatierius, ad Psalm. cxviii, 6, notat ita id existere in Breviario Romano et Mozarabico. AREV

CAP. IX. N. 1. Proverb. iv: *Arripe illam, et exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Iruis dixerat, *Dilige eum, et conservabit te.* De assiduitate et perseverantia legendi sacras Scripturas multa traduxerat a Paribus, in primis a Cypriano, in fine de Speciulis, et Augustin., lib. ii de Doctrina Christiana, cap. 5. Erit divinarum scripturarum solerissimus indagator. Quod habetur d. 19. Et in sermone mirabilis 38, ad fratres in eremo. De laudibus Scripturæ, et diligentibus ipsius lectione Ambrosius, libr. super Beati innoculati in via assidue legendum esse docet: *Beatus, inquit, qui in lege Domini die ac nocte meditatur. Sed qui meditatur in lege, eruditur in lege;* et quem lex erudierit, *Dominus erudit, qui locutus est legem.* Et epistola 3, ad Sabini, de ejus studio. Hieronymus etiam ad Detos-

**A** 2. Quanto quisque magis in sacris eloquiis assiduus fuerit, tanto ex eis ubiorem intelligentiam caput; sicut terra, quæ quanto amplius excollitur, tanto uberioris fructificat.

3. Quanto amplius ad quamlibet artem homo consendit, tanto magis ad hominem ars ipsa descendit, sicut in Legi scribitur: *Moyzes ascendit in montem, et Dominus descendit* (Exod. xix).

4. Verum est de otio spirituali, quod ille tantum secreta divinorum scrutabitur mandatorum, qui ab actione terrenæ curæ avocaverit animum, et sedula familiaritate Scripturis sanctis inhæserit. Nam sicut cæcus et videns potest quidem uterque ambulare, sed non consimili libertate, dum cæcus pergens quo non videt offendat, videns vero offendicula cavet, et quo sit pergendum 291 agnoscat; sic et qui nubilo terrenæ curæ fuscatur, si tentet Dei perscrutari mysteria, non valet, quia caligine curarum non videt. Quod ille tantumdem efficere valet, qui sese de exterioribus sæculi curis abstrahit, et totum sese in Scripturarum meditatione desigit.

5. Quidam habent intelligentiæ ingenium, sed negligunt lectionis studium; et quod legendo scire potuerunt, negligendo contemnunt. Quidam vero amorem sciendi habent, sed tarditate sensus præpediuntur; qui tamen assidua lectione sapiunt, quod ingeniisi per desidiam non neverunt.

6. Ingenium tardius etsi non per naturam, per assiduitatem tamen lectionis augmentatur. Nam quamvis sensus hebetudo sit, frequens tamen lectio intelligentiam auget.

7. Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studii præmium percipit, ita qui præstitum sibi ex Deo ingenium intelligentiæ neglit, condemnationis reus existit, quia donum quod accepit despicit, et per desidiam delinquit.

**C** triadem in fine: *Ama Scripturas sanctas, et amabit te Sapientia. Dilige eam, et servabit te. Honora illam, et amplectabor te. Ex quo loco videtur desumpta esse hæc sententia. LOAISA.*

*Ibid. Cum eam, etc.* In multis Codd. mss. deest hoc. LOAISA.

2. August., lib. II de Doctrina Christ., cap. 9, solertia et diligentius in libris sacris præcepta vivendi et regulas credendi esse investigandas docet. LOAISA.

3. Exod. xix, et xxxiv. Et videtur desumpta sententia ex Gregor., lib. V Moral., cap. 25 et 26. LOAISA.

4. I Cor. II: *Nos autem non spiritum hujus mundi acceperimus; sed spiritum qui ex Deo est, etc.* Et infra, *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus, spiritualis autem judicat omnia.* *Nos autem sensum Christi habemus.* August., in enarratione psalm. cxviii, expouens illud: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Gregorius etiam idem optime, et ab eo sententiam deductam existimo, lib. Moral. xxiii, c. 20 et 21. LOAISA.

*Ibid. Sicut cæcus.* Simile exemplum est apud August., serm. 112. LOAISA.

*Ibid. Defigit.* Goth. Cod. addit: *illum plus metuit diabolus, quem assidue legere viderit.* Quam lectionem in nullo alio Ms. inventio ex tredecim antiquissimis, quos ad emendationem hujus operis jussu Philiippi II regis catholici et piissimi ex omnibus bibliothecis Hispanie nactus sum. LOAISA.

8. Quidam Dei judicio donum scientiæ quod negligunt accipiunt, ut durius de rebus creditis puniantur. Tardiores autem ideo quod scire cupiunt difficulter inveniunt, ut pro maximo exercitio laboris maximum præmium habeant retributionis.

#### CAPUT X.

##### *De doctrina sine gratia.*

1. Doctrina sine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, 292 ad cor nunquam descendit; foris quidem perstrepit, sed interius nil proficit. Tunc autem Dei sermo infusus auribus ad cordis ultima pervenit, quando Dei gratia mentem interius, ut intelligat, tangit.

**B** 2. Sicut enim quosdam flamma charitatis suæ Deus illuminat, ut vitaliter sapient, ita quosdam frigidos torpentesque deserit, ut sine sensu persistant.

3. Plerique acumine intelligendi vivaces existunt, sed loquendi inopia angustantur. Quidam vero in utrisque pollut, quia et sciendi copiam, et dicendi efficaciam habent.

#### CAPUT XI.

##### *De superbis lectoribus.*

1. Plerique, scientia accepta Scripturarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem utuntur, dum ipsa scientia extolluntur, et ibi peccant, ubi peccata mundare debuerant.

2. Nunquam consequuntur legendo perfectam scientiam arrogantes. Nam quamvis sapientes in superficie videantur, medullitus tamen veritatis arcana non tangunt, quia superbiæ nube præpediuntur. Semper enim superbi legunt, querunt et nunquam inveniunt.

3. Divinæ legis penetralia humilibus, et bene ad Deum intrantibus patent; pravis autem atque superbis clauduntur. Nam quamvis divina eloquia in

*Ibid. Avocaverit. Al., evanuaverit. AREV.*

5. August., lib. de Spiritu et Anima, cap. 11, definit ingenium esse vim animæ, sive intentionem quæ esse extendit anima, et exercet ad incognitorum cognitionem. LOAISA.

*Ibid. Sapiunt. Al., ceperunt. AREV.*

**D** CAP. X. N. 4. Divus Hilarius, in psalm. cxxv, in principio, docet doctissime non esse sensu nostro Scripturas sanctas accipiendas, ut hæretici faciunt, sed ejus dono atque ope intelligendas qui dixit: *Accipite Spiritum sanctum, et aperuit Scripturarum abstrusa et recondita sensa.* Docet idem divus Hieronymus, epistola ad Paulinum, in fine. Unde Cyprianus, de unitate Ecclesiæ fere in medio eos corruptores Evangelii nominat, dum depingit hæreticorum mores elegantissime; et ut divus Hieronymus de ipso ait ad Paulinum in fine, instar fontis purissimi, dulcis incedit, et placidus. LOAISA.

*Ibid. Infundatur.* Videtur exponere illud psalm. cxviii, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* LOAISA.

*Ibid. Ultima.* Al., intima. Advertit Vezzozius Semipelagianum saltem fere qui id negaret. AREV.

CAP. XI. N. 4. Totum hoc caput desumptum est a Gregor., lib. Moral. XX, cap. 11, dum exponit illud Job: *Qui rodebat in solitudine, squalentes calamitate et miseria.* LOAISA.

2. Semper enim. Sic Gregor., lib. XX Moral., cap. 9: *Quo plus appetunt, plus amittunt.* LOAISA.

lectione arrogantibus sint aperta, in mysterio tamen clausa sunt atque occulta.

4. Dum sermo Dei fidibus lux sit, reprobis autem ac superbis **293** quodammodo tenebrescit; et unde illi illuminantur, inde isti excœcantur.

#### CAPUT XII.

*De carnalibus lectoribus et hæreticis.*

1. Nequaquam legem intelligit qui carnaliter verba legis percurrit, sed is qui eam sensu interioris intelligentiae perspicit. Nam qui litteram legis intendunt, ejus occulta penetrare non possunt.

2. Multi enim non intelligendo spiritualiter Scripturas, nec eas recte sentiendo, in hæresim devoluti sunt, atque in multis erroribus defluxerunt.

3. In solis fidibus religata est lex, testante Domino per Prophetam: *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis* (*Isai. viii, 16*); ne eam aut Judæus intelligat, aut hæreticus, quia non est Christi discipulus. Unitatem quippe pacis, quam Christus docuit, non sequuntur; de qua **294** idem Dominus dicit:

*4. Luxit, Tolet. Got., pro lux sit. LOAISA.*

*Ibid. Inde, etc. Augustin., sermon. de tempore 30, de Judæis ita sit: Apud Judæos solas divinas litteras remansuras, quibus gentes instruerentur, illi excœcentur. LOAISA.*

*Ibid. Lux sit. Ita edidi, et in nota Loaisse addidi pro lux sit. Alioquin videri possit dubium an Loaisa voluerit luxit. In textu Grialii est luxsit ita unitum. Posset legi lux est, aut lucet, ut postea tenebrescit. AREV.*

*Cap. xii. N. 4. Divinas legis intellectus exterior verborum carnalis a doctoribus dicitur ex eo quod est apud Paulum, ad Coloss. ii, de seductoribus scriptum: Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frater inflatus sensu carnis sue, et non tenens caput. Inde est apud Augustin. frequens carnaliter intelligere, et terræ carnaliæ justitia, præsent in expositione Epist. ad Gatas, c. iii, et in expositione psalm. x. Spiritualiter, inquit, legem intell gentibus sacramentum est libertatis; carnaliter autem sentientibus, si Judæi sunt, jugum est servitius; si pagani, aut hæretici, vestimenta est exercitatio. Similiter Hieronymus, ad Algamnum, quæst. 10: Frustra inflatur Judæos, et in nobis sensu carnis sue, carnaliter cunctæ intelligentes, et traditionum Judaicarum deliramenta perquirentes, non tenens caput. LOAISA.*

*Ibid. Verba legis. Ut est illud a Cœlestino PP. Gallarum sacerdotibus inhibitum, qui amici palliis, et lumbis præcincti, in ecclesia ministrabant, ut illud Domini præceptum, Sunt lumbi vestri præcincti, ad verbum impigerent. Epist. 2 ad episcopos Galliar. Qui credunt, inquit, se sanctæ Scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteras completeros, etc. Et hoc non solum de lege divina, sed etiam de civili dictum est. LOAISA.*

2. Ut de Helveticis tradit Augustin., lib. de Hæreticis ad Quodvultdeum. LOAISA.

3. *Liga. In Excusis, signa, male; Ita enim Isaías, viii: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Hunc locam interpretat̄ Ensebius Cæsariensis., lib. viii, cap. 3, Demonstrat. Evang., et Cyprianus, lib. i aduersus Judæos, cap. 9, de res actione legis Mosaice, quasi dicit, inquit: Claude legem Moysæ, et aperte legem Christi apostolis et discipulis traditam. LOAISA.*

*Ib d. Iovann. xii, In hoc cognoscunt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem, et ita est in Cod. Seguntino. LOAISA.*

4. Legitimum Scripturarum sensum et verum corrumptere, proprium hæreticorum est, ut dives Petras de

**A** *In hoc cognoscunt omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem inter vos habueritis.*

4. Scripturas hæretici sano sensu non sapiunt, sed eas ad errorem pravæ intelligentie ducent; neque semelipsos earum sensibus subdant, sed eas perverse ad errorem proprium pertrahunt.

5. Doctores errorum pravis persuasionibus ita per argumenta fraudulentæ illigant auditores, ut eos quasi in labyrinthum implicant, a quo exire vix valent.

6. Tanta est hæreticorum calliditas, ut falsa veris, malaque bonis permisceant, salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserant, quo facilius possint pravitatem perversi dogmatis sub specie persuadere veritatis.

**B** 7. Plerumque sub nomine catholicorum doctorum hæretici sua dicta conscribunt, ut indubitate lecta credantur. Nonnunquam etiam **295** blasphemias suas latenti dolo in libris nostrorum inserunt, doctrinamque veram adulterando corrumpunt, scilicet vel

*Epistolis Pauli dicit, Epist. II, cap. iii. In quibus, inquit, sunt difficultia intellectu, quæ indocti et imitabiles depravant, sicut et ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. Idque etiam annotavit divus Gregor., lib. Moral. xx, cap. 9. Augustinus item, in psalm. xlviij, conc. 1: Omnia, inquit, divina eloqua salubria sunt bene intelligentibus, periculosa vero illæ qui ea volunt ad sui cordis perversitatem detorquere, potius quam suum cor ad eorum rectitudinem corrigerè. Hinc Hieronymus illud: De sensu est hæresis, non de Scriptura. Idem Vincentius Liriensis monachus in aureo libro adversus hæreses. Unde de vero sensu Scripturarum traditum ac retinendo multa in constitut. divi Clementis inserta sunt. Concil. etiam Constantinop. vi, cap. 2, idem probatur. Idem in concil. Lateran. I, sub Martino I, aduersus Paulum Constant. episc. sic decretum est: Si quis non confiteretur, secundum sanctos Patres, proprie et vere, et omnia quæ tradita sunt, et predicata sanctæ et apostolicae Dei Ecclesie ab ipsis sanctis Patribus et probabilibus et universalibus quinque concilis, usque ad unum apicem, verbo et mente, sit condemnatus. Et in altero Lateraniensi, sub Julio II et Leone X, s. ss. 40, sub Leone: Mandamusque omnibus qui prædicandi onus sustinent, quicunque in futurum sustinebunt, ut evangelicam veritatem et sanctam Scripturam, juxta declarationem et interpretationem doctorum quos Ecclesia Dei vel usus diuturnus approbat, legendoque hancem recepit, et in posterum recipiet, predicent et expliquerent; nec quidquam eis proprio sensu contrarium vel dissonum adjicient; sed illis semper insistant quæ ab ipsis sacrae Scripturæ verbis rite ac sane, et presu orum interpretationibus intellectis, non discordant. Quam regulam sancti Patres Spiritus sanctio attulit novissimo universalis concilio Tridentino rursus ad coercenda peccatoria hujus temporis hæreticorum ingenia tradiderunt, sess. 4. August., lib. xn Confess., cap. 25, docet quomodo is sit sensus Scripturæ, qui sit omnis doctorum Ecclesie, communisque sententia sit Dei sententia. LOAISA.*

**C** 7. Familiare est hæreticis pestilens suum virus, non solum nomine et auctoritate doctissimorum tegeret, verum etiam venenata vesania sua pocula sub apostolorum titulo insipientibus propriare, quo dulcior faciliusque ab eis inauriantur. Hinc Pauli nomine Thessalonicensibus Epistola mittitur, sicut inquit II Thess.: Neque per Epistolam, tanquam per nos missam. Hinc etiam pseudepigrapha ita, liber Seth filii Noe, Scriptura Cham, Evangelium Petri, Thome, Matthiæ. Hinc Pauli Raptus, Salomonis Incantationes, et hujus generis infinita alia, ut tradit Euseb., lib. iii

adjiciendo quæ impia sunt, vel auferendo quæ pia sunt.

8. Cauta meditanda cautoque sensu probanda sunt quæ leguntur, ut, juxta apostolica monita (*I Thess. v, 20, 21*), et teneamus quæ recta sunt, et refutemus quæ contraria veritati existunt; sicque in bonis instruamur, ut a malis illæsi permaneamus.

## 296 CAPUT XIII.

### *De libris gentilium.*

1. Ideo prohibetur Christianus figmenta legere nocturna, quia per oblectamenta inanum fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim

*Hist. eccles., cap. 19, et concil. Nicæn. II. Priscillianus etiam, et Dicinius heretici, scripturas sub nomine prophetarum, apostolorum et patriarcharum publicarunt concil. Brachar. Nicephorus etiam, libr. xvi *Hist. eccles., cap. 23*, asserit Apollinaris heretici libellos Athanasio, Gregorio et Julio attributos; sic et Epiphanius Cypri episcopo libæ epistolañ falso imponserunt, ut est in concil. Nicæno II. Et Augustino articuli falso impositi. Prosper object. Vincent., cap. 15. Nostri etiam exulceratissimis temporibus OEcclampadii volumen aduersus sacramentum Eucharistiae Bertramio presbytero ad Corolum Magnum ascribitur; Carolostadii opus aduersus imagines ipsi Carolo Magno; Calvini quidam liber Alcuino Caroli Magni præceptori, ut doce adnotavit Xystus, in Bibliotheca sua. LOAISA.*

*Ibid. Sic Clementis, Dionysii, Origenis, Athanasii et aliorum nobilium doctorum scripta depravata ab hereticis fueru, ut Pamphylius martyr, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Rufinus, et alii tradunt. Concilia etiam eidem injuria fuerunt obnoxia, ut in sexto general. concil. Constantini, act. 14, constat. An vero Origenis libri ab hereticis (ut hoc obiter monem) corrupti fuerint, longam Picus Mirandulanus disputationem texit. Contra eos porro qui flagitium hoc admittere non verentur, et falsos pro veris libros obtulerint audent, ita in Const. apost. statuitur: Si quis falso inscriptos libros, tanquam sacros, in ecclesia ad opulæ et cleri corruptionem publicaverit, deponitor. LOAISA.*

*Ibid. In nota Loaisæ erat *Dicitius*, mendose, pro *Dicinius*. De pseudepigraphis libris in hanc rem plura congerit Fairicus, in opere cui titulum fecit: *Codex pseudepigraphus Nori ac Veteris Testamenti*. Videri etiam possunt Acta Academiae Barcinonensis, pag. 268. De veterum Codicum corruptoribus abunde disserui in prolegomenis ad *Sedulium*, cap. 7, ac nonnulla addidi in *Isidorianis*, cap. 70, num. 23 et seqq., et cap. 108. Quod vero Loaisa cum Xysto Senensi atque viris doctis, putabat hereticos sui temporis Bertramio, qui et Bertramius et Ratramnus dicitur, et Alcuino quadam opera supposuisse, id falsum esse jam diu compertum fuit. Relege *Isidoriana*, cap. 30, num. 18, et cap. 67, num. 12. Quod cum catholicæ bonæ fidei jam faleantur, nihil certe erat causæ cur Itigius, in opere de *Bibliothecis Patrum*, pag. 167, hanc controversiam magno apparatu in catholicorum odium excitaret, qui etiam contra Petrum de Mæra acriter invehit. Cæterum Ratramnum in suis operibus nihil contra catholicam de Eucharistia doctrinam assertuisse contendit Acherius, in prælat. ad I tom. Spicilegii. AREV.*

8. Sic habet Apostolus, I Thess. v: *Prophetias nocte spernere; omnia autem probate*. LOAISA.

CAP. XIII. N. 1. Citatur in collectis Gratiani, dist. 37, cap. Ideo prohibetur. In tota illa distincta sæcularium librorum agitur ex decreto concil. Carthag. IV, c. 16, et Hieronymi, et Rabano, et Beda, et Clemense. LOAISA.

A solum thura offerendo daemonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

2. Quidam plus meditari delectantur gentilium dicta propter lumentem, et ornatum sermonem, quam Scripturam sanctam propter eloquium humile. Sed quid prodest in mundanis doctrinis proficere, et inanescere in divinis; caduca sequi figmenta, et coelestia 297 fastidire mysteria? Cavendi sunt igitur tales libri, et propter amorem sanctorum Scripturarum vitandi.

3. Gentilium dicta exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis sapientia manent; eloquia autem sacra exterius incompta verbis apparent,

*Ibid. Paulinus, epist. 7:*

*Negant Camonis, nec patent Apollini  
Dicata Christo peccora.*

D e lectione episcoporum, et sacerdotum, et quomodo, juxta Apostoli sententiam, attendere debent lectioni, exhortationi et doctrinæ, est in collectis Gratiani, d. 3, c. Qui ecclesiasticis disciplinis; et, si quis vult, ex Sozimo in epist. I ad Hesychiam; et Orig., homil. 6 ad caput viii Levit. Et Gregorius, lib. ix Registr., epistola 48, Desiderium episcopum reprehendit, quod grammaticam quibusdam exponebat, quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt. Non omnia tamen poetarum figmenta protinus Christianis interdicuntur, sed ea duntaxat quæ libidinis fomenta excitant. Nam, ut Ambros. docet, lib. iii de fide S. Trinitatis, in principio tom. II, etiam in divinis Scripturis poetarum inveniuntur colores, et similitudines, et versiculi poetarum divinis libris inserti sunt. Nam et gigantes, et vallem Titanum propheticæ sermonis series non refugit, et Isaías sirenas et filias passerum dixit, et Jeremias. Unde August., lib. II de Civit. Dei, cap. 8, improbat quidem studium tragœdiarum, et comediarum, et poetarum fabularum, sed earum duntaxat, quæ verborum obscenitate composita sunt, punerisque earum lectionem interdict. Idque non solum ipse, atque alii sancti Patres, verum etiam gentiles, qui virtutum leges tradunt, inter quos est Plato, lib. de Legibus, et alii. Vide August. ipsum, lib. xiv de Civitat. Dei. LOAISA.

*Ibid. Sedulius initio Carminis Paschalis, etc.*

*Quam sua gentiles studeant figmenta poetæ,*

Vide PP. apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 204. Ante hanc sententiam: *Ideo prohibetur Christianus; vel, ut alii habent, Christianus, nonnulli præmitunt aliam his verbis: Poetæ ideo in libris suis Veneram impudicam, Martemque adulterum deum appellare voluerunt, ut persuaderent mentibus hominum quasi deum imitari mitum, ut dum libidinosa persuasione eorum flagitia confundenter committunt, non quasi homines peritos, sed quasi cælestes deos imitari videantur. Ideoque prohibetur, etc. Ita vetus Editio. Quod autem ait Vezzosius, Loaisam fateri id abesse a veterum MSS., id in Editione Grialii non appetit. AREV.*

2. Proficere. Vezzosius edidit perficere; sed fatetur melius fortasse esse proficere. AREV.

3. Eloquia autem sacra. Sic vetus Editio; nec video cur Loaisa, sive Grialius et Vezzosius ad placaverint eloquentia autem sacra. Alvarus Cordubensis, in epistola 4 ad Joannem, apud Floreium, Hisp. sacr. tom. XI, pag. 117, ita refert hunc locum: *Audi nunc quid Isidorus sanctissimus dicat: Gentilium dicta, etc., eloquia autem sacra, etc. Quod autem addit: Intende quid dicat: Quod eloquentia inulta sit sacra, etc., id minime arguit quod in textu Isidori non sit legendum eloquia. AREV.*

Intrinsicus autem mysteriorum sapientia fulgent. **A** Unde et Apostolus: *Habemus, inquit, thesaurum istum in basis factibus* (1 Cor. iv, 7).

4. Sermo quippe Dei occultum habet fulgorem sapientiae et veritatis repositum in verborum vilissimis vasculis.

5. Ideo libri sancti simplici sermone conscripti sunt, ut non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur (1 Cor. ii, 4). Nam si dialectici acuminis versutia aut rhetoricae artis eloquentia editi essent, nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentiae humanae argumentis consistere; nec quemquam crederemus ad fidem divino inspiramine provocari, sed potius verborum calliditate seduci.

6. Omnis saecularis doctrina spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiae tumorem attollens, per doctrinam simplicem et humilem Christianam evacuata est, sicut scriptum est: *Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi* (1 Cor. i, 20)?

7. Fastidiosis atque loquacibus Scripturæ sanctæ minus propter sermonem simplicem placent. Gentili enim eloquentiae comparata videtur illis indigna. Quod si animo humili mysteria ejus intendant, confessim advertunt quam excelsa sunt quæ in illis despiciunt.

8. In lectione non verba, sed veritas est amanda. Sæpe autem reperitur simplicitas veridica, et composita falsitas, quæ hominem suis erroribus illicit, et per linguae ornamenta laqueos dulces aspergit.

5. Sic Paulus 1 Cor. ii: *Non in persuasibus humane sapientie verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* LOAISA.

6. *Humilem Chr. Ita Goth. Salm. et alii MSS. Humilitatem Christianam.* Tolet. LOAISA.

8. Ambros., epist. 5, ad Sabinum; in princ. LOAISA.

9. Audit ad illud Pauli: *Scientia inflat, charitas edificat.* LOAISA.

Ibid. Psalm. lxx. Ubi Basilius probat Symmachus versionem: *Quoniam adnumerare nequo, ingrediar in potentias Domini, quoniam politius erat illud: Os meum annuntiabit justitiam tuam.* Hæc autem promissio, quia major est viribus humanis, subjecit: *Quoniam connumerare nequo; tales enim Scripturas non est natura mea assecuta.* Attamen ingrediar in potentias Domini, ut humanæ naturæ imbecillitatem possibilem reddam. Idem Theodoretus. Augustinus, quod alii Codd. habent negotiationem, et de litteratura hæretorum, et negotiatione exponit: *Sunt, inquit, qui de omnibus litteris, tam sacris quam profanis interpretentur, ut eu illud Isa. xxix: Nescio litteras, quasi dicat, non satis intelligo Scripturas sacras, neque mysteria quæ in eorum sensu abdita latent incognita: litteraturam vocat legem Moysis in cortice et littera; cognoscere interpretatur approbare.* Quasit dicat: Non approbavi litteram occidentem, intravi in potentias, vivificantे spiritu filii Dei, recolendas atque annumerandas, satis mibi erit meditari et dicere aliis Deum omnia posse; et tota ratio facti mibi erit potentia facientis. LOAISA.

11. Grammaticos hic vocat Aristarchos illos qui sibi de omni doctrina judicium vendicabant, censores doctrinæ, et styli; quorum et inanem tumorem reprehendit August., lib. de catechizand. Rudibus, cap. 9. *Sedulo monendi sunt scholastici, ut, humilitate*

**B** 9. Nil aliud agit amor mundane scientiæ, nisi extollere laudibus hominem. Nam quanto majora fuerint litteraturæ studia, tanto animus arrogantiæ fastu inflatus majore intumescit jactantia. Unde et bene psalmus ait: *Quia non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini* (Psal. lxx, 15).

10. Simplicioribus litteris non est preponendum fucus grammaticæ artis. Meliores sunt enim communis litteræ quia simpliciores et ad solam humilitatem legentium pertinentes, illæ vero nequiores, quia ingerunt hominibus perniciosa mentis elationem.

11. Meliores esse grammaticos quam hæreticos. Hæretici enim haustum lethiferi succi hominibus persuadendo propinant, **C** 299 grammaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

#### CAPUT XIV.

##### De collatione.

4. Cum sit utilis ad instruendum lectio, adhibita autem collatione majorem intelligentiam præbet. Melius est enim conferre quam legere.

2. Collatio autem docibilitem facit. Nam propositis interrogationibus cunctatio rerum excluditur, et sæpe objectionibus latens veritas approbatur. Quod enim obscurum aut dubium est, conferendo cito perspicitur.

3. Multum prosunt in collatione figuræ. Res enim quæ minus per se advertuntur, per comparationem rerum facile capiuntur. Nam sæpe sub specie alia spirituales causas Scripturæ divinæ insinuant; et,

**D** induit Christiana, discant non contempnere quos cognoverint morum vilia quam verborum amplius devitare. Et habetur d. 38. Unde de sensu et intelligentia divinarum litterarum, non de grammatica, certandum docet lib. II Doctrinæ Christ., c. 15. Rursus utile esse grammaticorum tropos prænoscere ad intelligentiam litterarum Scripturæ sensus, docet lib. III, cap. 29. Et d. 37, fuse, sub nomine Hieronymi, in caput Epist. ad Titum. Si quis, inquit, artem noverit grammaticam, vel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, et inter falsa et vera dijudicet, non improbanus; geometria, et arithmeticæ, et musica habeat in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Evangelio credere, apostolos non ignorare; grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta. Clemens Alexandr., Strom. I, ex sententia Eupolemi, tradit Moysem primum suis sapientem, et grammaticam primo tradidisse Judeis, et Phoenices a Judæis cepisse. Idem Basilios homilia πρὸς τοὺς νεότ.

Ibid. Hoc loco Isidorus moderatus, prudensque, ut ait Vezzosius, mollit quodammodo quæ ante dixerat, et indicat quo sine libri profani utiliter et sine culpa legi possint. Isidorus ipse mentem suam aperit, in Exodum, cap. 16, n. 2: *In auro, et argento, ac vere Ägyptiorum significatae sunt quedam doctrinae quæ ex ipsa consuetudine gentium non inutili studio discuntur.* Facile esset hoc argumentum amplificare. AREV.

Cap. xiv. N. 4. Augustin., lib. II Soliloquiorum, non alia ratione melius veritatem quæri posse affirmat, quam interrogando et respondendo. Et lib. I Academ. Quæst., disput. 4, cap. 3: *Veritatis sola inquisitio perfectum sapientie munus est.* LOAISA.

3. August. tradit disputandi normam lib. de Utili-

nisi per aliquam evidenter ostensionem, vix apparet occulta legis mysteria.

4. Sicut instruere solet collatio, ita contentio destruit. Hæc enim, relicto sensu veritatis, lites generat, et pugnando verbis etiam in Deum blasphemat. Inde et heresies, et schismata, quibus subvertitur fides, veritas corrumptur, scinditur caritas. (*II Tim. ii, 23; Tit. iii, 9.*)

5. Contentiosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis, certat; tantaque est in his persveritas, ut veritati cedere nesciant, ipsamque rectam doctrinam evanescere contendant.

**300** 6. In disputatione fidelium cavenda est proportionum artificiosa subtilitas, quæ callidis objectionibus retia tendit; ita enim versus assertioibus pravorum disputatio innodatur, ut recta esse simulant quæ perversa persuadent.

7. Lectio memorie auxilio eget. Quod si fuerit naturaliter tardior, frequenter tamen meditatione acuitur, ac legendi assiduitate colligitur.

8. Sæpe prolixa lectio longitudinis causa memoriam legentis obtergit. Quod si brevis sit, submota que libro sententia retractetur in animo, tunc sine labore legitur, et ea quæ lecta sunt recolendo a memoria minime exidunt.

9. Acceptabilior est sensibus lectio tacita quam aperta; amplius enim intellectus instruitur, quando vox legentis quiescit, et sub silentio lingua movetur. Nam clare legendo et corpus lassatur, et vocis acumen obtunditur.

#### CAPUT XV.

##### *De contemplatione et actione.*

1. Activa vita innocentia est operum bonorum, tate credendi ad Honoratum. Separatis, inquit, nugis locorum communium, rescum re, causa cum causa, ratio cum ratione confingit. LOAISA.

4. Sic Paulus, *Il Tim. ii*: *Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites.* Et ad Titum fere idem, cap. iii: *Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones et pugnas legis devita; sunt enim inutiles, et vanæ; ubi quæstiones multas ineruditas appellat, Ambrosio auctore, quæ ex contentione flunt, et sine ullo fructu disciplinae Christianæ.* LOAISA.

6. *Fidelium.* Al., *infidelium;* hoc est, contra infideles. AREV.

8. *Obtergit.* Ita est in Goth. Tolet.; nam a Salmant. abest tota sententia, in reliquis omnibus, oblitterat. LOAISA.

**CAP. XV. N. 1.** De vita activa et contemplativa passim Gregorius agit, sed præsertim lib. ii super Ezech., homil. 14, et lib. v Exposit. in I Regum, cap. xv, illud: *Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu Deo servimus,* ad Philipp. iii. Vita activa et contemplativa moxistce depingitur ab Augustino, præsertim super Joan., tract. ult. *Duas itaque vitas sibi divinitus predicatas et commendandas novit Ecclesia;* quarum una est in fide, altera est in specie; una in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in via, altera in patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una declinat a malo, et facit bonum, altera nullum habet a quo declinet malum, magnum habet quo perfrautar bonum. Et lib. ii de verbis Domini, serm. 26 et 27. Idem fere Basilius in regularum monasticarum processio, ubi fuse banc materiam tractat. Clemens etiam Alexandrinus, lib. Strom. vi, veritatem in cognitione

A contemplativa speculatio supernorum; illa communis multorum est, ista vero paucorum.

2. Activa vita mundanis rebus bene utitur, contemplativa vero mundo renuntians, soli Deo vivere delectatur.

**301** 3. Qui prius in activa vita proficit, ad contemplationem bene concendit. Merito enim in ista sustollitur, qui in illa utilis invenitur. Quicunque adhuc temporalem gloriam, aut carnalem affectat concupiscentiam, a contemplatione prohibebitur, ut positus in actualis vitæ operatione purgetur. In ista enim prius per exercitium boni operis cuncta exhausti sunt vitia, ut in illa jam pura mentis acie ad contemplandum Deum quisque pertranseat. Et licet conversus statim ad contemplationem concendere B cupiat, tamen ratione cogitur, ut prius in activæ vitæ operatione versetur.

4. Exemplum enim activæ et contemplativæ vitæ de Jacob sume, qui dum ad Rachel, hoc est, ad visum principium, destinaret, quæ contemplationem significat, Lia illi, hoc est, laboriosa vita supponitur, quæ activam demonstrat (*Gen. xxix.*)

5. Sicut sepultus ab omni negotio terreno privatur, ita et contemplationi vacans ab omni occupatione actuali avertitur. Et sicut ab actuali vita concendentes in contemplationis quiete sepeliuntur, ita ab actione sæculi recedentes eos vita activa in se quasi sepeliendos suscipit; ac per hoc vitæ mundanæ activa vita, et vitæ activæ contemplativa sepulcrum est.

**C** 6. Viri sancti, sicut a secreto contemplationis egrediuntur ad publicum actionis, ita rursus ab actionis manifesto ad secretum **302** contemplationis nem et actionem partitur. Et de excellentia vitæ contemplativæ lib. vii. Prosper etiam tres libros de Vita contemplativa composuit, et discrimen utriusque vite statuit, potissimum lib. i, cap. 12. LOAISA.

3. Greg., lib. vi Moral., c. 17. LOAISA.

*Ibid.* Et licet conversus. Conversus is dicitur, qui sæculo renuntians sequitur in vita perfecta Christum. Unde laici, qui sæculo renuntiarunt, in religione conversi appellantur. Est enim in illis conversio quedam cordis versio. Impositum illis nomen videatur ab illo Ezech. xxxiii, quod Augustinus, lib. de vera et falsa Pœnitentia ita citat: *Quacunque hora peccator ingemuerit, et conversus fuerit, vita vivet.* Additique Augustin.: *Dixit, conversum, non tantum versum, vita vivere. Versum quidem pato, qui dolet de criminis; conversum, qui dolet de animi ejus quam exposuimus varietate. Vertitur a peccato, qui jam vult dimittere peccatum. Convertitur, qui jam totus et omnino vertitur, qui jam non tantum penas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat.* Quæ conversio si contigerit alicui, etiam in fine, desperandum non est de ejus remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam justa conversio, timendum est de pœnitente sero. LOAISA.

4. Gregor., lib. ii super Ezech., homil. 14. LOAISA.

*Ibid.* Hæc et similia repetita sunt in commentarij in Genes., in opusculo de Vita activa et contemplativa, inter appendices referendo, et in Differentiis rerum. AREV.

5. Ex Greg., lib. vi Moral., cap. 17. LOAISA.

6. Ex Gregor., lib. vi Moral., cap. 17. Est etiam lib. vi, epist. 169, ad Cyriacum episcopum. Et habetur 8, q. 4, cap. In Scripturis. LOAISA.

Intimæ revertuntur, ut intus Deum laudent, ubi A adversa sentium, ad cœlestis desiderium ardorius excitentur.

7. Sicut aquilæ moris est semper oculum in radium solis infligere, nec deflectere, nisi esse solius obtenuit, ita et sancti a contemplatione ad actualem vitam interdum reflectuntur, considerantes illa summa sic esse utilia, ut tamen ista humilia sint paululum nostræ indigentiae necessaria.

8. In activæ vita genere humana intentio perseveranter incedit; in contemplatione autem sese per intervalla resumit, quia diuturnitate contemplandi lassatur.

9. Visio animalium in Ezechiele, quæ ibant, et non revertabantur (*Ezech. i*), pertinent ad vitæ activæ perseverantium; et iterum ea animalia, quæ ibant et revertabantur, pertinent ad contemplativæ vitæ mensuram, in qua dum quisque intenderit, sua reverberatus insfrimitate reflectitur; atque, iterum renovata intentione, ad ea unde descenderat rursus erigitur. Quod fieri inactiva vita non potest, de qua si quisque reflectat vel ad modicum, statim vitiorum excipitur luxu.

10. Oculus dexter scandalizans, quem evelli Dominus præcepit (*Matt. v. 29*), vita contemplativa est. Duo oculi in facie, activa vita et contemplativa in homine. Qui igitur per contemplationem docebit errorem, melius est si evellat contemplationis oculum, servans sibi unum vitæ activæ obtutum, ut sit utilius illi per simplicem actionem ire ad vitam, quam per contemplationis errorem mitti in gehennam.

11. Sæpe mens ad summa ab imis erigitur, et sæpe a summis ad infima pondere carnis reclinata reflectitur.

12. Multos Deus ex carnalibus sua gratia visitat, et ad contemplationis fastigium elevat. Multosque a contemplatione justo judicio deserit, et lapsos in terrenis operibus derelinquit.

### 303 CAPUT XVI.

*De contemploribus mundi.*

1. Ea que sæculi amatoribus chara sunt, sancti velut adversa refugiunt; plusque adversitatibus mundi gaudent, quam prosperitatibus delectantur.

2. Alienos esse a Deo quibus hoc sæculum ad omne commodum prosperatur. Servis autem Dei cuncta hujus mundi contraria sunt; ut dum ista

7. *Greg., lib. ix Moral., c. 16. LOAISA.*

8. *Greg., lib. Moral. X, c. 10. LOAISA.*

9. *Gregor., ibid. LOAISA.*

*Ibid. Luxx.* Ita Goth. *Salm.*, et alii mss. *Fluxu*, *Tolet.* et *Edit. vñ. LOAISA.*

*Ibid. Pertinent ad*, etc. Ita Vezzosius et alii. In *vet. Editione* est *peritum*, ut ad visionem referatur. *A&RV.*

10. In *Editione Grialii* indicabatur nota Loaisæ, quæ prætermissa fuit. In prologo operis Juliani Pomerii, *de Vita activa et contemplativa*, quod etiam sancto Prospero tribuitur, exstat hæc paritas oculi dexteri scandalizantis. *A&RV.*

CAP. xvi. N. 4. De tribus vocationum generibus ab homine, a Deo, et ex necessitate, disserit Pha-

A adversa sentium, ad cœlestis desiderium ardorius excitentur.

3. Magne apud Deum resulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit. Nam revera necessitas est ut quem mundus edat diligatur a Deo.

4. Sanctos vires in hoc sæculo legimus peregrinos esse, et hospites (*Hebr. xi. 13*); unde et reprehenditor Petrus quod tabernaculum in monte Agere cogitavit (*Matt. xvii. 4*), quia sanctus in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria et domus in celo est.

5. Sancti viri ideo contemplare cupiunt mundum, et motum mentis ad superna revocare, ut ibi se recolligant, unde defluxerint, et inde se subtrahant, ubi dispersi sunt.

6. Justi, qui rebus honoribusque, ac vitæ blandimentis renuntiant, prouide se ab omni terrena possessione mortificant, ut Deo vivant; ideoque sæculi hujus blanditiæ calcent, ut validiores ad vitam illam de hujus vitæ mortificatione concurgant. Cuncta quippe temporalia, quasi herbae virentes, arescant et transeunt; ideoque pro æternis rebus, quæ nunquam arescant, recte ista Dei servus contemnit, quia in eis stabilitatem non aspicit.

304 7. Qui post renunciationem mundi ad supernam patriam sanctis desideriis inhiat, ab hac terrena intentione, quasi quibusdam pinnis, sublevatus erigitur, et in quo lapsus erat, per gemitum conspicit, et ubi pervenerit, cum gaudio magno intendit. Qui vero, a contemplationis requie redexus,

C in curas hujus sæculi incidit, si ad memoriam sui revertatur, protinus ingemiseit; quantumque fuerint tranquilla quæ perdidit, et quam confusa sint in quibus cecidit, ex ipsa laboris sui difficultate cognoscit. Quid enim in hac vita laboriosius quam terrenis desideriis astuare? Aut quid hic securius quam hujus sæculi nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis et sollicitudinibus conturbantur. Qui autem eum odiunt, nec sequuntur, internæ quietis tranquillitate fruentes, futuræ pacis requiem, quam illi expectant, hic quodammodo habere jam inchoant.

### CAPUT XVII.

*De sanctis qui se a consortio sæculi separant.*

1. Sancti viri funditus sæculo renuntiantes, ita huic mundo moriuntur, ut soli Deo vivere delecten-

nuntius, Antonii discipulus, apud Cassian., coll. 3, cap. 3; et similiiter de tribus abrennulationum modis, eadem collat., cap. 8, ac toto pene libro. Ambrosius, de Fuga sæculi, pie omnes ad mundi contemptum adhortatur. *LOAISA.*

4. *Paulus, xi ad Hebreos: Quia peregrini et hospites sunt super terram. Et I Petri: Obscuræ vos tandem advenas et peregrinos. LOAISA.*

6. In hac sententia triplicem abrennulationem complectitur Isidorus, de qua Cassianus, collat. 3, cap. 6, ut supra retuli. *LOAISA.*

*Ibid. Quasi herbæ. Allusum ad illud Isaïæ: Omnis caro senum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. LOAISA.*

tur; quantum ab hujus saeculi conversatione se subtrahunt, tanto interna mentis acie praesentiam Dei, et angelicæ societatis frequentiam contemplantur.

2. Malorum tam prava sunt opera manifesta, ut hi qui supernam patriam desiderant, non solum mores eorum, sed et consortia fugiant. Quidam etiam corporaliter separari desiderant ab iniquis, ut eorum non involvantur delictis. Necnulli, etsi non corporali discessu, spirituali tamen ab eorum intentione recedunt; qui etsi communares sunt conversatione, discreti tamen sunt corde vel opere. Et licet saepe in medio carnalium vitam Deus protegat electorum, tamen satis rarum est ut quis inter saeculi voluptates positus a vitiis maneat illibatus, in quibus etsi non cito implicetur, aliquando tamen attrahitur. Neque enim diuturnas esse poterit, qui periculo proximus fuerit.

3. Via sine offendiculo, vita monachi sine cupiditatis et timoris impedimento. Dum enim quisque a consortio mundi abstractur, nec cupiditas eum obligat consentientem, nec cruciat sciantem.

**305** 4. Bonum est corporaliter remotum esse a mundo, sed multo est melius voluntate; utrumque vero perfectum; ille ergo perfectus est, qui huic saeculo et corpore et corde discretus est.

5. Onager, ut ait Job, contemnit civitatem, et monachi communem secularium civium conversationem. Hi adversa vita nostræ appetunt, prospera contemnunt, ut, dum ab eis haec vita despiciatur, futura inveniatur.

#### CAPUT XVIII.

##### De preceptis altioribus monachorum.

1. Alia sunt precepta quæ dantur fidelibus communem vitam in saeculo agentibus atque alia saeculo huic renuntiantibus. Illis enim dicitur ut sua omnia bene gerant, istis ut sua omnia bene derelinquant. Mihi preceptis generalibus astringuntur, isti precepta generalia perfectius vivendo transcendunt.

2. Ad perfectum non sufficit, nisi ut, abnegatis omnibus suis, etiam seipsum quisque abneget; sed quid est seipsum abnegare, nisi voluntatibus propriis renuntiare? Ut qui superbus erat sit humili; qui iracundus esse studebat mansuetus. Nam si ita quisque renuntiet quæ possidet omnibus, et suis non renuntiet moribus, non est Christi discipulus. Qui enim renuntiat rebus suis, sua abneget; qui vero renuntiat moribus pravis, semetipsum scilicet abneget.

CAP. XVIII. N. 4. Alii, qui a saeculo et corpore et corde disjunctus est. Quod eomodius videtur. AREV.

5. Est apud Job, xxxix: Contemnit, inquit, multitudinem civitatis, et clamorem exercitus non audit; quem locum eodem quo Isidorus modo Gregor. interpretatur. lib. XXX Moral., cap. 12, et Cass. coll. 17, cap. 6. LOAISA.

CAP. XVIII. N. 2. Gregor., homil. 32 in evang. LOAISA.

Ibid. Alii, propriis voluntatibus renuntiare. AREV. CAP. XIX. N. 4. Vulgata Editio, Jerem. XLVIII:

A Unde et Dominus: Qui vesti, inquit, post me venire, abneget semetipsum (Matth. XVI, 24).

#### 306 CAPUT XIX.

##### De humilitate monachi, vel opera.

1. Summa virtus monachi humilitas, summae virtutis ejus superbia est. Tunc autem se quisque monachum judicet, quando se minimum existimaverit, etiam cum majora virtutum opera gesserit.

2. Qui mundum deserunt, et tamen virtutes praceptorum sine cordis humilitate sequuntur, isti quasi de excelso gravias corrumpunt, quia detracies per virtutum elationem dejiciuntur, quam per vita prolabi potuerunt.

3. Omnis Dei servus de suis meritis non debet attolliri, dum posse videat ex inferioribus sibi praetatores alios fieri. Noverit autem omnis sanctus se alterius non praeponere sanctitati. Semper Dei servi conscientia humilis esse debet et tristis, scilicet, ut per humilitatem non superbiat, ut per utilem nesciorem cor ad lasciviam non dissolvat.

4. Dei servus dum bonum aliquod opus agit, utrum ei ad honi remunerationem pertineant quæ facit, incertus est, ne forte discussione coelestis Iudicis reus pensetur, et in his quæ Dei sunt negligenter aut superbe aliquid operasse inveniatur. Ideoque pro hoc ipso tristis membrisque efficitur, atque indigneatur turbatur, reminiscens procul dubio scriptum esse: Maledictus qui facit opus Dei negligenter (Jerem. XLVI, 10). Nam veraciter condemnatur, si per torporem ea quæ bona sunt agimus.

**C** 5. Dei servum sine intermissione legere, orare et operari oportet, ne forte mentem otio deditam spiritus fornicationis subripiat. Cedit enim labori voluntas, animum autem vacantem cito praecuppat. Contuere Salomonem per otium multis fornicationibus involutum, et per fornicationis vitium usque in idolatriam lapsum.

#### 307 CAPUT XX.

##### De labore monachorum.

1. Qui non rigida intentione monachi professionem sectantur, quanto superni amoris propositum dissolente appetunt, tanto proclivius ad mundi amorem denuo reducuntur. Nam professio non perfecta presentis vitae repetit desideria; in quibus etsi nondum se monachus alliget opere, jam tamen alligat cogitationis amore. Longe quippe a Deo est animus, cui haec adhuc vita dulcis est. Iste enim quid de supernis appetat, quid de infinitis fogiat, nescit. Nam sicut

Maledictus homo qui facit opus Dei fraudulenter. Quomodo etiam legit Cassian., coll. 21, de remissione quinquagesimæ, cap. 22. LOAISA.

Ibid. Operae. Ita exemplaria, pro operatu esse. AREV.

5. Augustin., ad frat. in eremo serm. 17, tom. X. LOAISA.

CAP. XX. N. 4. In Vulgata Edit. est: Qui addit scientiam, addit et laborem. Alii tamen legunt dolorem, ut hic noster Isidorus, rectius. Ita enim Graece est: Καὶ ὁ προστίθεις γνῶστιν, προσθέσσι τἀγνῶν. LOAISA.

scriptum est : *Qui apponit scientiam, apponit et dolorem.* (Eccl. 1, 18).

2. Quantum enim quisque potuerit superna scire, quæ appetat, tanto de insimis acrius quibus inhæret dolere debet. Propter hoc enim et Jacobus apostolus dicit : *Miseri estote, lugete, et plorate, risus vester in luctum convertatur, et gaudium in marorem* (Jac. iv, 9). Hinc etiam Dominus : *Beati, Inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (Math. v, 5). Et rursus : *Vae vobis qui ridetis, quoniam flebitis* (Luc. vi, 25).

5. Qui ad hoc conversionem sanctitatis pretendit, ut alii quandoque præesse desideret, iste non discipulus Christi, sed pravitatis sectator existit, quia non pro Deo, sed pro sæculi honore portare studet crucis Christi laborem.

#### CAPUT XXI.

*De monachis qui curis sæculi occupantur.*

1. Hi qui pro Dei timore sæculo renuntiant, et tamen curis rerum familiarium implicantur, quanto se rerum studiis occupant, tanto a charitate divina seipsos separant. Qui simul et terrenis 308 parere curis et divinis exerceri student, utrumque complecti simul non valent. Nam duas curas pariter inesse pectori humano non posse; et duobus servientem dominis, utriusque placere difficile est.

2. Nisi prius a secretioribus cordis expellatur importuna sæcularium multitudo curarum, anima, quæ intrinsecus jacet, nequaquam resurget. Nam dum se per innumerias sæculi cogitationes spargit, ad considerationem sui se nullatenus colligit.

3. Arguitur eorum tempor qui, Deo vacare volentes, et mundo renuntiant, et curas proprias aspernantur; sed dum propinquorum utilitates procurant, a Dei amore se separant.

4. Vir spiritualis ita prodesse debet suæ propinquitatí, ut dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse a spirituali proposito nequam declinet. Multi enim monachorum amore parentum non solum terrenis curis, sed etiam forensibus jurgiis involvuntur, et pro suorum temporali salute animas suas perdunt.

5. Interdum ordinata discrecio est, dum negatur proximo quod præstatur extraneo, ut noveris, non prohiberi pietatis officium, sed negari carnalitatis affectum. Proximis enim carnaliter præstatur, quod extraneis pie impenditur.

6. Sicut nostra nobis non odienda est anima, sed ejus carnales affectus odio debemus habere, ita nec parentes odio a nobis habendi sunt, sed eorum impedimenta, quæ nos ab itinere recto præpediunt,

2. In duobus Cod. Seguntino et Toletano est : *Hinc etiam Dominus dixit ad eos qui pro hoc sæculo convertuntur ut honorem sacerdotalem adipiscantur : Vae vobis qui ridetis, quoniam flebitis.* LOAISA.

CAP. xi. N. 4. Alii, utrisque placere. AREV.

4. Greg., lib. Moral. vii, c. 17. LOAISA.

Ibid. Fortasse *gratia carnis*; nam præstare simplicer pro prodesse solet adhiberi. AREV.

5. Alii, parenti, pro proximo, et parentibus, pro proximis, neque inepte, nam *parens* pro proximo, consanguineo, affini, et, ut Hispani dicunt, pariente, et Itali parente, sumi solet a scriptoribus Isidoro sequa;

A dum tamen Dominus ita præcipiat nobis parentes odire, sicut et animas nostras.

7. Figuram sanctorum virorum renuntiantium sæculo vaccas designasse Allophylorum, arcam Dei gestantes. Nam sicut illæ pignorum affectibus a recto itinere minime digressæ sunt, ita et vir mundi renuntians, parentelæ obtentu non debet a bono præpediri proposito.

#### 309 CAPUT XXXII.

*De his qui a Deo mundi amore præpediuntur.*

1. Multi cupiunt convolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamentis mundi. Provocat quidem eos amor Christi, sed revocat cupiditas sæculi. Qui proinde obliscentur voti, quia capiuntur illecebris vanitatis.

B 2. Quæcumque mens procellis mundi hujus involveris, lignum concende crucis, ut a mari, id est, tempestate hujus sæculi libereris. Nam nullus te a lacu mortis humanæ salvabit, nisi Christus eruerit.

3. Qui sæculo renuntiare dispositus, transgressionis reatu astringitur, si votum mutaverit. Atrociter enim in discussione divini judicii arguendi sunt, qui, quod professione sponderant, implere opere contempserunt.

4. Mirabiliter comparatur similitudo a voluptatibus mundi conanii redire ad Deum, retinentibus eum cupiditatibus sæculi, ei qui dormitans exsurgere conatur, et sopore somni deprimitur. Ille enim ad bonum novit redire, et voluptatum facibus non sinatur. Iste melius eligit vigilare, sed sopori corpore tenetur.

5. A bono in deterius lapsos supra carbones frigidos fieri nigriores, quia per torporem mentis ab igne charitatis Dei extincti sunt, et, per mundi appetitum a luce supernæ illuminationis privati, nigredine peccatorum fuscantur.

6. Quidam intentionem bonæ operationis metu extingunt inopie, nec permittuntur infirma mente desiderata perficere; et cum indigere in mundo meantu, a gloria supernæ semetipsos abscindunt.

7. Multis consiliorum argumentis insidiatur eis diabolus in acquirendo plurima qui paucis et modicis vorerant esse contenti. Opponit igitur in eorum mentes futuram egestatem filiorum, 310 persuadet habere plura, unde sibi egenisque sufficiat, qualenus his blandimentis intentionem bonæ devotionis subvertat, atque in terrenis lucris deceptam mentem reducat.

8. Multis argumentis insidiatur diabolus eis qui libus et superioribus. AREV.

7. Greg., lib. vii Moral., c. 17. LOAISA.

CAP. xxii. N. 4. Vetus Editio, timent carere oblectamenta. AREV.

2. Alii, procellis vanitatum mundi, et mox, salvabit, nisi cruce Christi eleveris. AREV.

4. Tota haec sententia ante depravatissima MSS. ope nostra diligenter est restituta. LOAISA.

6. Abscindunt. Ita Salm. Goth. Excedunt, Tolet. LOAISA.

8. Græcorum cenodoxia Latinis est vana gloria. Cassianus voce ea frequenter utitur. Et lib. xi de

renuntiant sæculo, ut ejus se iterum amori subster-  
mant. Gravius autem illos in concupiscentiis sæculi  
serit, quos post renuntiationem ad mundi amorem  
reduxit. Et maxime per cenodoxiam subjicit sibi  
diabolus monachum, ut quem per sæculi amorem  
retinere non potuit, ab humilitatis culmine subtra-  
hat, et per superbiæ tumorem sibi subditum faciat.

**9.** Dei servus semper fallentis diaboli prævidere  
debet insidias, et magis in bonis operibus cordis  
debet adlibere cautelam, ne per vanam gloriam  
perdat semetipsum, ac pereat, cunctaque bona amittat  
quæ recte agendo obtinuerat.

### CAPUT XXIII.

#### *De jactantia.*

**1.** Tam in factis quam in dictis cavendam esse  
jactantiam; flendam tamen ruinam, qua sibi quem-  
quam magis quam Deo placere, et laudem ab homi-  
nibus comparare.

**2.** Vanus, et erroris est animus plenus, famam  
appetere et ad capiendum terrenam laudem studium  
dare. Circumspece temetipsum, homo, nihilque tibi  
arroges, quæ in te sunt præter peccatum. Non declinat  
ad dexteram, qui non sibi, sed Deo tribuit bona  
quæ agit; neque ad sinistram se vertit, qui de di-  
vina indulgentia peccandi licentiam non præsumit.  
Hoc est, quod Prophetæ ait: *Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes* (*Dent. xvii. 11*).

**3.** Verum est quod natura expedit delectari in lau-  
dibus; sed **311** tunc recte, si in Deo, non in se  
quisque laudetur, sicut scriptum est: *In Domino lau-  
dabitur anima mea* (*Psal. xxxiii. 3*).

**4.** Saepè vanam gloriam contemndo, in aliud  
genus elationis inciditur, dum in se quis gloriatur,  
pro eo quod contemnat ab hominibus laudem.

**5.** Quibusdam concessum est tantumdem bene  
agere, et fructum boni operis non habere, quod ipsi  
sibi auferunt per studium humanæ jactantiae.

**6.** Semper suam aspiciant fœditatem, qui vanæ  
gloriaræ favores diligunt, et perdidisse bonum opus  
doleant, quod pro humana ostentatione fecerunt.

**7.** Amator vanæ gloriae, unde possit semper lau-  
dari, agere non quiescit, et subinde illi vires vanita-  
tis pravus appetitus auget.

**8.** Boni operis inchoatio non debet citius palam  
ad hominum cognitionem venire, ne dum boni in-  
choatio humanis oculis reseratur, a virtute perse-

spritu cenodoxiæ vanam, sive inanem gloriam vocat.  
Est apud Paulum etiam hujus vocis usus ad Philipp.  
n. *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam.*  
Nam Grace ita legitur: *Mνδτν κατ’ ἐρθειαν, οὐ ὀκνο-  
ῦσα.* LOAISA.

**Cap. xxiii. N. 1.** Goth. Cod. Toletan. *Cavendam*  
*esse jactantiam, flenda est tamen ruina, sibi quemquam*  
*magis quam Domino placere, et laudem ab hominibus*  
*comparare.* LOAISA.

*Ibid.* Alii, *comparare student* AREV.

**3.** Greg., lib. xvi Moral., c. 15. LOAISA.

**4.** Augustin., lib. Confess. ix, cap. 38. LOAISA.

**5.** Tantumdem. Al., tantum. AREV.

**7.** Greg., lib. viii Moral., c. 3. LOAISA.

**A**ctionis inanescat coepio sanctitatis. Ante maturati-  
tis enim tempus messes florentes cito pereunt, ger-  
winaque eorum inutilia sunt.

**9.** Virtutes sanctorum per ostentationis appeti-  
tum dominio dæmonum immundorum subjiciuntur,  
sicut Ezechias rex, qui divitias suas Chaldæis per  
jactantiam prodidit, et propterea perituras per pro-  
phetam audivit, ut significaret Dei servum virtutes  
sueas, dum vanæ gloriae studio prodiderit, perdere,  
et statim dæmones suorum operum dominos facere,  
sicut ille per ostentationem Chaldæos rerum sua-  
rum dominos fecit.

**10.** Optima est illa discretio, ut et nota sint opera  
nostra ad Dei augendam gloriam, et occulta pro-  
latione vitanda humana. Ille autem debet publi-  
**B**care bonum, quod agit, qui, perfecta humilitate  
fundatus, nulla jam elatione contingitur. Nam qui se  
intelligit adhuc amore laudis pulsari, facta bona in  
occulto agat, ne forte quod egerit perdat.

**11.** Interdum viri sancti, dum cupiunt funditus  
suam mutabilitatem corrigeri, aliquando tumore  
tanguntur elationis suæ consciæ **312** actionis justi-  
tiae, sed ab hujus subreptionis malo humilitatis  
compunctione purgantur.

**12.** Viri sancti nonnunquam quosdam de se au-  
dientes instruunt, et tamen in his alta se considera-  
tione custodiunt, ne dum alios a terrena intentione  
erigunt, ipsi in terrena laudis appetitu demer-  
gantur.

**13.** Quidam per incautam virtutum jactantiam re-  
**C**labuntur ad vitia; et quidam, dum vitiorum impul-  
sum frequenter plangunt, de ipsa infirmitate per hu-  
militatem validius convalescant.

**14.** Pieruanque utile est arrogantibus deseriri a  
Deo, quatenus suæ infirmitatis consciæ ad humilita-  
tem redeant, et humiles post casum existant.

**15.** Nonnulli falsa opinione arrogantiae se esse  
perfectos existimant, dum non sint qui obortis tem-  
tationibus innotescunt.

**16.** Tanto quisque sit veritati vicinior, quanto se  
esse longius ab ea fuerit arbitratus. Hoc enim hu-  
militatis est, quæ Deo hominem jungit. Cæterum ja-  
ctantia oculos, quibus Deus videri poterat, claudit.

**17.** Sicut solis radius dum conspicitur, acies oce-  
lorum hebetatur sic et qui immoderate altiora  
**D**scrutatur, ab intentione veri obtunditur.

**18.** Sicut aquila ex alto ad escas collabitur, sic

**8.** Sic. Goth. libb., et apud Greg., lib. Moral.  
viii, cap. 35: *Idcirco innotescere cito non debet in  
aliis.* LOAISA.

*Ibid.* Coepio. Al., intentio. AREV.

**9.** Gregor., *ibid.* LOAISA.

**10.** Gregor., *ibid.*, cap. 30. LOAISA.

**18.** Ex Gothicis duobus et aliis quibusdam Cod.  
hæc verba adduntur: *Jactantia oculos, quibus Deus*  
*videri poterat, claudit.* In nullo tamen Excuso sunt,  
neque in aliquot MSS. Verumtamen a Gregorio esse  
videntur lib. xxiv Moral., c. 28. *Sic quippe in mente,*  
*Inquit, superbia, sicut in oculis caligo genera-*  
*tur.* LOAISA.

homo de alto bona conversationis per carnalem apetitum ad inferiora demergitur.

## CAPUT XXIV.

*De hypocrisi.*

1. Hypocrita verba sanctorum habet, vitam non habet : et quos per sermonem doctrinæ genuerit, non foveat exemplis, sed deserit, quia quos verbo redirebat, vita et moribus destruit.

2. Hypocrite simulatores dicuntur, qui justi non esse querunt, **313** sed tantum videri cupiunt. Hi mala agunt, et bona proflentur. Per ostentationem quippe boni apparent, per actionem vero mali existunt.

3. Omnia possunt a simplicibus vicia perpetrari, simulatio vero et hypocrisia non committitur nisi a male astutis per calliditatem, valentibus vicia sub specie virtutum celare, et non veram sanctitatem objicere.

4. Sancti non solum gloriam supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiant quod esse meruerunt. Hypocrites autem, malitia sua occulta tegentes ante oculos hominum, quadam innocentiae sanctitatem se vestiunt, ut venerentur. Quibus divina voce dicitur : « Vae vobis, hypocrites, quia similes facti estis sepulcris dealbatis, que foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum. Ita et vos foris quidem apparentis hominibus justi, intus vero pleni estis avaritia et iniustitia » (*Math. xxiii, 27; Luc. xi, 44*).

5. Duplicitor damnantur hypocrites, sive pro occulto iniustitate, **314** sive pro aperta simulatione. Ex illo enim condemnantur, quia iniui sunt ; ex isto, quia ostendunt quod non sunt.

6. Non semper latent hypocrites ; nam etsi in principio sui quidam non pateant, prius tamen quam vita eorum finiatur quam simulate vixerint degenerantur. Omne enim sincerum permanet : nam quæ simulata sunt diuturna esse non possunt.

CAP. XXIV. N. 1. Totum hoc caput legitor ad verbum in libro de Conflictu viatorum et virtutum. LOAISA.

2. Hypocrita hoc sonat Latinis, quod simulator, Gregor., lib. xviii, cap. 7, in illud Job xxvii : *Quæ enim est spes hypocritæ ? Hypocrita* (inquit) *Latina lingua dicitur simulator ; justus esse non appetit, sed videri. August., lib. i de serm. Domini in monte, cap. 3, eleganter, ut omnia : Sunt enim hypocritæ simulator, tanquam promuntatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis. Vocatur ab eodem actus. LOAISA.*

3. Ex hoc sententia a parte colligo illud, quod saepè mihi persuasi, non solum a divo Gregor. sententias esse desumptas, sed etiam ab aliis Patribus ; maxime vero a divo August. tota hæc sententia est. In libello de conflictu viatorum et virtutum sic habetur : *Omnia possunt a simplicibus vicia perpetrari. Simulator autem, et hypocritis non committuntur nisi a male astutis, per calliditatem valentibus vicia sub specie virtutum celare, et non veram sanctitudinem obijcere. Sancti non solum gloriam supra modum omnino non appetunt, sed hoc ipsum videri refugiant, quod esse merentur, etc. Eadem etiam fere dicuntur a Gregor., lib. xxvi Moral., cap. 28. Ubi explanat*

A 7. Non eorum desperanda est salus, qui adhuc aliquid terrenum sapiunt, dum possint et in occultis agere unde justificentur. Hi enim meliores sunt hypocritis, eo quod mali sint in aperto, et in occulto boni. Hypocritæ vero in occulto mali sunt, et bonos se palam ostendunt.

8. Hypocritam justus arguere prohibetur, ne deterior castigatus existat, dicente Salomone : *Nost arguere derisorem, ne oderit te* (*Proverb. ix, 8*).

## CAPUT XXV.

*De invidia.*

1. Livor alieni boni suum punit auctorem. Nam unde bonus proficit, inde invidus contabescit.

2. Homines prave viventes, sicut de bonorum lapibus gratulantur, ita de eorum recte factis, boni que perseverantia confunduntur (*Sap. ii*).

B 3. Invidus membrum est diaboli, cujas invidia mors introivit in orbem terrarum, sicut et superbis membrum est diaboli, de quo scriptum est : *Omne sublime videt, et ipse est rex super omnes filios superbiae* (*Job xli, 25*).

4. Nulla est virtus quæ non habeat contrarium invidiæ malum ; sola miseria caret invidia, quia nemo invidet misero, cui re vera non livor objicitur, sed sola misericordia adhibetur.

5. Multi et bonos imitari nolunt, et de bonorum profectibus invidiæ labore tabescunt. Quo fit ut nec illi corriganter a malo suo, sed per invidentiam deteriorentur, ut bonos a recto studio, quantum in ipsis est, si potuerint, depravare conentur.

**315** 6. Quando malos boni prolicere vident, non scandalizentur ; sed quem sint finem habituri maxime cogitent.

7. Hoc omnis invidus alienis virtutibus præstat, quod beato Job Satan præstavit (*Job i*). Nam dum emulatur prosperitatibus, commovit adversa, sed dum creditit eum diabolus posse prostrerni, inde ejus aucta sunt merita, atque inde claruerunt probabilia patientiæ documenta.

illud Job xxvii : *Simulator, et callidi provocant iram Dei. Cum simulatores dicere, inquit, apte subjunxit, et callidi. Quia nisi ingenio calleant quod videri appellant, congrue simulare non possunt. Sunt enim nonnulla vicia quæ etiam a sensu tardioribus facile perpetrantur, etc. Et in fin. : Haec itaque simplicibus minime congruant, quia si congruant, jam simplices non sunt. Et lib. xviii Moral., cap. 4 : Refugiant videri, quod sunt, et ante oculos hominum, superinducta quadam innocentiae honestate se vestiunt, unde recte per Evangelium voce nostri Redemptoris increpanter, cum eis dicitur : Vae vobis hypocritæ, quia similes facti estis sepulcris dealbatis, que foris quandoque apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum et omni spurcitia. Ita et vos foris quidem apparentis hominibus justi, intus vero pleni estis avaritia et iniustitia. Unde constat divinus Gregor. etiam a divo Augustin. sententias accepisse, siidorum porro nostrum ab utroque. LOAISA.*

CAP. XXV. N. 1. Gregor., lib. Moral. v, cap. 32. LOAISA.

Ibid. Bigneus ad marg. id notat : *De hoc latius disseruimus in opusculo nostro quod edidimus de pio vivendi modo, lib. iii, cap. 7, AREV.*

2. Ex Gregor., lib. Moral. xxix, c. 3. LOAISA.

8. Ita requirunt iavidi editum malæ famæ, per quam bonorum vitam maculent, sicut quærebant ostium Sodomite, quo domum Lot noctiuri introirent. Illi vero cæcitate erroris percussi, parietes videbant, ostium non inveniebant. Non aliter invidendo invidi, velut parietem, virtutes dissimulant, vitia vero perquirunt, per quæ eorum conscientiam urant.

#### CAPUT XXVI.

*De simulatione.*

1. Fraudulentæ genus in modum pharetræ subtiller insidiarum sagittas celat, ut falsam faciat securitatem, decipiatque callide eum contra quem molitur occule.

2. Cavendus est inimicus qui manifestus est, sed magis ille qui videri non potest. Facile enim vincimus quæ videmus, quæ autem non videmus difficile a nobis expellimus.

3. Raro nocetur homo ab extraneis, si sui eum non lædant. Magis enim insidiis nostrorum quam aliorum pericitamur.

4. Latent sæpe venena circumlita melle verborum; et tardi deceptor bonitatem simulat, quousque fallendo decipiat.

#### 316 CAPUT XXVII.

*De odio.*

1. Non hominem, sed vitia odio habenda. Flebiliter autem deplorandi sunt, qui odio in fratrem tabescunt, et contra aliós perniciosum animi dolum servant (*Psalm. cxxxviii*, 21).

2. A regno enim Dei se separant, qui semetipos a charitate dissociant.

3. Sicut mater Ecclesia prave ab hominibus hereticis premitur, sed tamen eos venientes ad se benigna charitate amplectitur, ita et singuli nostrum quoscumque inimicos sustinemus, revertentes materna imitatione amplecti statim debemus.

4. Cito est ignoscendum cuiquam, dum veniam postulat.

5. Non enim posse peccata dimitti ei qui in se peccanti debita non dimittit. Formam enim nobis indulgentiæ Deus ex merito conditionis nostræ impo-suit, dum ita orare nos præcipit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Math. vi, 12*). Justum est enim Dei judicium, tantumque peccatori a se indulgeri ostendit, quantum alterutrum unusquisque in se offenso indulget.

6. Quidam de suis fidentes meritis pigre in se

8. *Greg., lib. vi Moral., c. 13. LOAISA.*

*Ibid.* Alii, parietes videbant; non aliter invidi videnter velut parietem ostium non inveniebant. AREV.

CAP. xxvi. N. 1. Tota sententia a ludit ad illud psalm. 1: *Quia ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.* Ubi legit Augustin. in *obscura luna rectos corde.* Et philosophatur ibi de lunæ lumine, an habeat a se quod dimidia pars lucida, dimidia obscura sit, sicuti si dimidia pars pilæ sit candida, dimidia nigra; an vero a sole illustretur. Alius locus psalmi est, ad quem hic Isidorus allusisse videri potest. Is est psalm. LXIII: *Quia excuerunt ut gaudium linguis suas, intenderunt arcum, rem amaram,*

A delinqüentibus veniam praestant, sed nihil profitentur illibatum a culpa, qui non est paratus ad veniam; dura potius haec magna sit culpa, quando tardius relaxantur frateraa delicta.

7. Qui fratrem sibi tardius reconciliat, Deum sibi tardius placat. Frustra enim propitiari sibi Deum querim, qui cito placari in proximum negligit.

#### CAPUT XXVIII.

*De dilectione.*

1. Duo sunt erga dilectionem proximi conservanda; unum, ne 317 malum quis in' erat; alterum, ut bonum impondat. Primum, ut carent hædere; sequenter, ut discat præstare.

2. Amicitia est animorum societas. Haec quippe a duabus incipit. Nam minus quam inter duos dilectione esse non poterit.

3. Antiqui dixerunt de societate *deorum*, unam esse animam in duabus corporibus, propter vim scilicet amoris, sicut in Actibus apostolorum legimus: *Erat illis cor unum, et anima una.* Non quia multa corpora unam habebant animam; sed quia, vinculo et igne charitatis coniuncti, unum oculos generaliter sine dissensione sapiebant.

4. Amicitia et prosperas res dulciores facit, et adversas communione temperat levioresque reddit. Quia dum in tribulatione amici consolatio adjungitur, nec frangitur animus, nec cadere paciter.

5. Tunc vero amicus amat, si non pro se, sed pro Deo ametur. Qui vero pro se amicum diligit, insipiente eum amplectitur. Multum in terra demersus est, qui carnaliter hominem moriturum plus diligit quam oportet. Qui enim intemperanter amicum amat, pro se magis illum quam pro Deo amat. Quantum ergo bonus est, qui pro Deo fratrem diligit, tanto perniciosus, qui eum pro scipso amplectitur.

6. Plerumque diligit in alio homo, quod odit in se, utpote in infantibus. Amatus enim quamdam eorum ignoriam, et tamen odimus, quia ignoravi esse nouimus. Sic lapides, equos et cetera, quæ licet diligimus, sed tamen nolumus hoc esse, etiam si possimus.

#### CAPUT XXIX.

*De factis amicitiis.*

1. Cito per adversa fraudulentus patet amicus; nam in prosperitate incerta est amicitia, nec scitur utrum persona an felicitas diligatur.

D 2. Sæpe per simulationem amicitia colitur, ut qui non potuit aperte decipere, decipiat fraudulenter.

ut sagittent in occultis immaculatum. Ubi Augustinus idem sere quod Isidorus habet. LOAISA.

CAP. xxvii. N. 1. *Habenda.* Scilicet habenda esse constat. Verum hic, ut alibi etiam passim, hujusmodi inflitivi sine verbo a quo regantur in multis exemplaribus rejecti sunt. Haec sententia ob eam causam a nonnullis ita effertur: *Non homines, sed eorum virtus odio habenda sunt.* Vide *decretum Gratiani cap. Odo*, ubi haec ex sancto Gregorio referuntur. AREV.

CAP. xxxviii. N. 3. *Augustin., lib. de Amicitia, cap. 2, tom. IV, et lib. iv Confess., 6. LOAISA.*

6. Alii, et cetera quælibet diligimus. AREV.

**318** 3. Tunc quisque magis sit pietati justitiae A que divinæ contrarius , quando despicit amicum aliqua adversitate percussum. Qua in re et sibi occasionem mercedis tollit, et erga percussionem proximi crudelis existit : veluti actum est inter Lazarum ulcerosum divitemque superbum. Per aduersa igitur et prospera comprobatur, si utique vere diligatur Deus, et proximus ; nam dum aduersa procedant, amicus fraudulentus detegitur, statimque despicit quem se diligere simulavit.

4. Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur, ubicunque enim se verterit tempus, illa firma est.

5. Rari sunt amici qui usque ad finem existant chari. Multos a charitate aut adversitas temporis, aut contentio quælibet actionis avertit.

6. Sæpe per honorem quorumdam mutantur et mores ; et quos ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciunt.

### CAPUT XXX.

#### *De amicitia ex munere orta.*

1. Inter veros amicos amicitia ex benevolentia oritur, inter factos beneficio adjungitur.

2. Non sunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat. Nam cito deserunt, nisi semper accepterint. Dilectio enim quæ munere glutinatur eodem suspenso dissolvitur. Illa vera est amicitia, quæ nihil querit ex rebus amici, nisi solam benevolentiam, scilicet ut gratis amet amantem.

3. Plerumque amicitia ex necessitate vel indigenitia nascitur, ut sit per quem quisque quod desiderat consequatur. Ille autem eam veraciter querit, qui nihil egendo eam appetit. Nam illa ex inopia brevis est et fucata, ipsa pura atque perpetua.

### 319 CAPUT XXXI.

#### *De malorum concordia.*

1. Amicitia in rebus tantum bonis habenda est ; nam qui ea in malo utuntur, non sibi amici, sed inimici existunt.

2. Concordiam malorum contrariam esse bonorum. Et sicut optandum est ut boni pacem habeant in invicem , sic optandum est ut mali invicem sint discordes. Unanimitatem quippe malorum bonorum esse contrariam , Paulus apostolus approbat, qui malos contra se dividit, quos in necem suam concordasse conspexit (*Act. xxiii, 7*). Inde et in Lege mare Rubrum, hoc est, concordia malorum hominum dividitur, ut electorum via tendens ad beatitudinem non impediatur. Impeditur autem iter bonorum , si mare , hoc est , unitas non dividatur iniquorum (*Exod. xiv, 21*).

**CAP. xxix. N. 5. Multos. Al., nam multos. AREV.**

**CAP. xxx. N. 4. Hinc nata est celebris illa distinctione a theologis recepta de amore puræ benevolentie et concupiscentie. AREV.**

**CAP. xxxi. N. 2. Act. xxiii, Exod. xiv. LOAISA.**

**CAP. xxxii. N. 2. Gregor., lib. Moral. xxiii, cap. 8. LOAISA.**

### CAPUT XXXII.

#### *De correptione fraterna.*

1. Non debet vitia aliena corripere , qui adhuc vitiorum contagionibus servit. Improbum est enim arguere quemquam in alio quod adhuc reprehendit in semetipso.

2. Qui veraciter fraternal vult corripere , ac sanare infirmitatem, talem se præstare fraternal utilitati studeat, ut eum quem corripere cupit humili corde admoneat, et hoc faciens ex compassione quasi communis périculi , ne forte et ipse subjiciatur tentationi.

3. Sicut viri spirituales alieni peccati emendationem exspectant, ita protervi delinquentibus deridendo insultant, et, quantum in ipsis est, eos insinabiles putant; nec declinant cor ad compatiendi misericordiam , sed superbientes detestantur atque blasphemant.

4. Nonnunquam accidit ut inter amicos aliqua redargutionis enutrita discordia majorem postea charitatem parturiat , utpote dum **320** corrungunt ea quæ displicere in amico videntur, et hoc quidem primum non sine quadam simulatione admonitus suscipit , sed correptus postmodum gratias agit. At contra multi pro parva lassione vim charitatis recidunt , et ab amore dilectionis sese perenniter retrahunt.

5. Plerique correptionem suam officium charitatis existimant. Plerique vero hoc ipsum , quod ex charitate corripiuntur, ad injuriæ contumeliam trahunt. C Unde occurrit ut ex eo deteriores efficiantur, per quod emendari obediendo potuerunt.

6. Salubriter accipiunt justi, quoties de suis excessibus arguuntur. Superflua autem est humilitas eorum qui se gessisse accusant quæ non admirerunt. Qui vero sine arrogantia bona facta sua pronuntiat, procul dubio nequaquam peccat.

7. Est quorumdam excusatio perversorum , qui , dum pro suis facinoribus arguuntur, verba justorum pro censura declinanda abhiciunt, servantes se divino iudicio, quo puniendi sunt durius, dum temporaliter contemnunt judicari se ab hominibus.

8. Inquis molesta est veritas, et amara disciplina justitiae ; nec delectantur, nisi placentia propriæ imbecillitatis : injustitiae secundi, et steriles veritati; cœci ad contuendam lucem , et oculati ad tenebrarum aspiciendum errorem.

9. Corda reproborum lubrica sunt ad male consentiendum , et fluxa ; ad bene consentiendum , duressima.

10. Probat Salomon et justi emendationem correpti, et stulti obstinationem admoniti, dicens : *Doce*

**3. Declinant. Al., inclinant. AREV.**

**5. Gregor., lib. x Moral., c. 3. LOAISA.**

**6. Gregor., lib. i sup. Ezech., homil. 7. LOAISA.**

**9. Alii, ad malum consentiendum... ad bonum consentiendum. AREV.**

**10. Greg., lib. Moral. x, cap. 3. LOAISA.**

*justum, et festinabit accipere.* De stulto autem ait : *Qui erudit derisorem, ipse sibi facit injuriam* (*Proverb. ix, 7, 9.*)

11. Nonnullos tantæ esse pravitatis homines, qui dum ipsi a malo corrigi negligunt, correctorum vitam falsa criminatione detrectant; et ad sui sceleris solatium usurpant, si vel falso compererint quod ad infamiam bouorum objiciant, sicut est illud ex Salomonem : *Bona in malum convertit impius, et in electis imponit maculam* (*Ecliti. xi, 34.*) **321** Væ autem illi qui et suam renuit vitam corrigeret, et bonorum non desinit detrectare.

12. Plerique mali similes sibi in malum defendunt, et patrocinio suo pravos contra correptionem bonorum suscipiunt, ne, unde displicant emendentur : adjacentes in se aliena delicta, ut non tantum de suis malis, sed etiam de aliorum facinoribus puniantur, quorum peccata defendant.

### CAPUT XXXIII.

#### *De præpositis Ecclesiæ.*

1. Vir ecclesiasticus et crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, et dispensationem ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate provenerit, nolens quidem, sed humiliis gubernandam suscipiat.

2. Multis intercipit Satanus fraudibus eos qui vitæ et sensus utilitate præstantes, præses et prodesse aliis nolunt; et dum eis regimen animarum imponitur, renunt, consultius arbitrantes otiosam vitam agere, quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per speciem boni, ut dum illos a pastorali officio retrahit, nequaquam proficiant, qui eorum verbis atque exemplis instrui poterant.

3. Sancti viri nequaquam occupationum sacerdotalium curas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt. Et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam **322** mentem portant. Quas quidem summopere, si liceat, vitare festinant; sed timentes occultam dispensationem Dei, suscipiunt quod fugiunt, exercent quod vi-

11. Vulgata Editio habet : *Bona enim in mala convertens insidiatur, et in electis imponit maculam.* Est vero locus Ecli. xi. LOAISA.

*Ibid. Detrectare.* Al., *detractare famæ.* AREV.

Cap. xxxiii. N. 1. Gregor., lib. Curæ Pastor., part. ii, cap. 5 et 6, et lib. v Moral., cap. 2. LOAISA.

*Ibid.* Vir ecclesiasticus, etc. Ex hoc capite contextus est sermo in laudem sancti Ämiliiani Isidoro ascriptus, de quo videri possunt Isidoriana, cap. 72, n. 3 seqq. Ad verba *nolens quidem* Vezzosius notat, juxta perpetuam Ecclesiæ doctrinam, id esse. AREV.

2. Alludit forte ad illud Augustini ad Eudoxiam, epist. 81, de his qui, blandiente desidia, regimen Ecclesiæ respouunt : *Nec vestrum otium, inquit, necessitatibus Ecclesiæ præponatis.* Idem habet contra Faustum, lib. xxxii, cap. 10. Qui electus, inquit, ab Ecclesia ministerium evangelizandi renuit ab Ecclesia merito digneque contemnitur. Idem Gregor., lib. vi Epistolarum, epist. ad Cyriacum episcopum : *Si is qui valeat omnipotens Dei ostendit passere, ostendit se pastorem summum minime amare.* Vide Gregor. etiam pastor. Curæ, part. i, cap. 5, de his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed

A tare noscuntur. Intrant enim ad cor, et ibi consulunt quid velit occulta voluntas Dei; seseque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humilient cervicem cordis jugo divinæ dispensationis.

### CAPUT XXXIV.

#### *De indignis præpositis.*

4. Non sunt promovendi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitiis subjacent. Hinc est quod præceptum est David non ædificare visible templum, quia sanguinum vir belli frequentia esset. Qua figura illi spiritualiter admonentur, qui vitiorum adhuc corrupti sunt dediti, ne templum ædificant, hoc est, Ecclesiam docere præsumant.

2. Non debet honoris ducatum suscipere, qui nec sit subjectos tramite vita melioris præire. Neque enim quisquam ad hoc tantum præficitur, ut subditorum culpas corrigat, et ipse vitiis serviat.

3. Qui regimen sacerdotii contendit appetere, ante se discutiat si vita honori sit congrua; quod si non discrepat, humiliiter ad id quod vocatur accedat. Reatum quippe culpæ geminat, si quisque cum culpa ad sacerdotiale culmen aspirat. Heu! me miserum inexplicabilibus nodis astrictum; si enim susceptum regimen ecclesiastici ordinis retentem, criminis conscientia timore concutior; si deseram, ne deterior sit culpa susceptum gregem relinquere, amplius resormido: undique miser metuo, et in tanto rei discrimine quid sequar ignoro.

**C** 323 4. Uniuscujusque casus tanto majoris est criminis, quanto, priusquam caderet, majoris erat virtutis. Præcedentium namque magnitudo virtutum crescit ad cumulum sequentium delictorum.

5. Plerique sacerdotes suæ magis utilitatis causa quam gregis præses desiderant, nec ut prosint præsules fieri cupiunt, sed magis ut divites flant et honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius honoris ambitione, atque abjecto opere dignitatis, solam nominis appetunt dignitatem.

quietem propriam sectando refugint. LOAISA.

3. Gregor., lib. Moral. v, c. 3. LOAISA.

Cap. xxxiv. N. 4. I Paralip. xvii, iia interpretatione Greg., in explic. iv psalm. pœnit. ad illud : *Tunc acceptabis sacrific.* LOAISA.

D 2. Vetus Editio post servial addit hanc aliam sententiam : *Qui non se dignum ad episcopatum existimat, locum ejus qui dignus est non præoccupet.* Nam tam sanctum est sacerdotii nomen, ut nulla vitiorum nota maculari se sinat. Gravius enim condemnabitur, qui indignus suscipit quod non meretur. Codex antiquior sancti Marci Florent., post servial illico adjungit : *Nam tam sanctum, etc.* Quod vero Loaisa fateatur hanc sententiam abesse ab omnibus mss. Codicibus, ut Vezzosius asserit, id in Grialii Editione non repertitur. AREV.

3. Posset legi *ad id ad quod vocatur.* Nam facile est ut exscriptores secundum ad omiserint. AREV.

5. Huic sententiæ Vezzosius hanc notam subjecit : *Ultimæ vera non essent quæ in praesenti scripsit Isidorus, nec de nostra reperi possent aetate.* In Editione Grialii mendoſe erat quæ gregis pro quam gregis. AREV.

6. *Dum mali sacerdotes, Deo ignorantie, non sunt, tamen ignorantur a Deo, ipso per Prophetam testante: Principes existentium, sed non cognovi (Ose. viii, 4); sed hoc nescire Dei reprehendit, nam Deus omnia novit.*

### CAPUT XXXV.

#### *De indoctis præpositis.*

1. *Sicut iniqui et peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam honorum corrumptunt; isti sua ignavia iniquos corrigerem ne scimus. Quid enim docere potuerunt, quod ipsi non didicerunt? Desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe præsumit vitæ non congruit subjectorum. Cæcus enim si cæco ducatur præbeat, ambo in foveam cadunt. (Math. xv, 14).*

2. *Sacerdotes indoctos per Isaiam prophetam ita Dominus improbat: Ipsi, inquit, pastores ignoraverunt intelligentiam. Et iterum: Speculatores cœci oves, id est, imperiti episcopi, uestierunt, inquit, universi, canes muti, non valentes latrare (Isai. lvi, 10 seq.). hoc est, plebes conuissas non valentes resistendo malis per verbum doctrinæ defendere.*

### 324 CAPUT XXXVI.

#### *De doctrina et exemptione præpositorum.*

1. *Tam doctrina quam vita clare debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arroganter reddit, vita sine doctrina inutiliter facit.*

2. *Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim ita doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est quam si bonum, quod quisque sermone prædicat, expiere opere negligit. Tunc enim prædicatio utiliter profertur, quando efficaciter adimpletur.*

3. *Unusquisque doctor et bonæ actionis, et bonæ prædicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum; sed præcedat justus bene agere, ut sequenter possit bene docere.*

4. *Omnis ualis doctor plebibus subjectis ita præstare debet, atque insistere doctrinæ, ut quanto claret verbo, tanto clarescat et merito. Nam quod Apostolus Timotheo præcipit cum omni imperio docere (11 Tim. iv), non hortatur ad timorem superbiam, sed ad bonæ vitæ auctoritatem, videlicet, ne liberta-*

6. *Gregor., part. i pastor. Curæ, c. 4. Ose. viii. Loaisa.*

*Cap. xxxv. N. 1. Gregor., part. i post. Cur., cap. 1. Loaisa.*

*Ibid. Fortasse legendum qui ipsi, pro quod ipsi. AREV.*

2. *Ignoraverunt. Sic Vulgata. Alii, ignorabant, vel ignorabunt. AREV.*

*Cap. xxxvi. N. 1. Sententia cedeo digna, ait Vezzanius. AREV,*

4. *Greg., lib. Moral. xxii, cap. 7, II Tim. iv. Loaisa.*

*Ibid. Alii, sed ad bonam actionem et vita auctariatem. AREV.*

A *tom perderet præfendandi, si bene diceret et male viveret. Unde et Dominus: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et sic docuerit, minimus erit in regno celorum (Math. v, 19). Vides quod auctoritate magisterii caret, qui quod docet non facit.*

5. *Sicut in numismate metallum, figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem figuræ metalli doctrina, per figuram similitudo patrum, per pondus humilitas designatur. Qui vero ab his tribus discrepaverit, non metallum, sed terra erit.*

### 325 CAPUT XXXVII.

#### *De his qui bene docent, et male vivunt.*

1. *Interdum doctoris vita etiam ipsa verax doctrina vitescit; et qui non vivit, sicut docet, ipsas quam prædictat veritatem contemptibilem facit.*

2. *Arcus perversus est lingua magistrorum documentum bene et viventium male (Psal. lxxvii, 57) Et ideo quasi ex perverso arcu sagittam emittunt dum suam pravam vitam propriæ linguæ ictu confidunt.*

3. *Qui divina prædican, et ex ejusdem prædicationis dignitate vivere minus curant, habentes verbum Dei in ore, et in opere non habentes, multa bene docentes, nihil autem operantes, imitantur Balaamariolum, qui corruens opere, apertos habuit oculos ad contundam lucem doctrinæ (Num. xxiv, 10).*

4. *Qui bene docet, et male vivit, tanquam æs, aut cymbalum sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensibilis.*

5. *Qui bene docet, et male vivit, quod docet bene, viventibus proficit; quod vero male vivit, seipsum occidit. Sicut sacerdos, qui si digne se agit, ut sacerdotem docet, ministerium ejus et ipse et aliis utiliter est, indigne autem vivens, aliis quidem utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo; ac per hoc quod in illo mortuum est, proprium ejus est; quod vero vivit in eo, id est, sacrum ministerium, quod est vitæ, alienum est.*

6. *Qui bene docet, et male vivit, videtur, ut cereus, aliis, dum bona exponit, lucem præstare; se vero in malis suis consumere atque extingue.*

7. *Qui bene docet et male vivit, videtur bonum malo conjungere, lucem tenebris miscere, veritatem mendacio mutare.*

8. *Videntur hec ex Cassian., collat. 4, cap. 20, de probabili trapezita. Loaisa.*

*Cap. xxxvii. N. 2. Exponit illud psalm. LXXXVII: Conversi sunt in arcu præcum. Ubi Gregor., lib. Moral., xxvii cap. 27. Perversum. Ex quo etiam Isidorus hujus sententiae sensum et verba accepit. Loaisa.*

*Ibid. Hæc interpretatio de arcu perverso diversa videatur ab alia, quæ explicatur lib. i aduersus Ju-dæos, cap. 19. Vide notas. AREV.*

3. *Gregor., ibid., cap. 20. Loaisa.*

6. *Sic est in plerisque MSS. Loaisa.*

*Ibid. Alii, et male vivit, æquatur certe, qui bonam quidem lucem præstat, se vero in malis suis consumere videtur et extingue. AREV.*

## 326 CAPUT XXXVIII.

*De exemplis pratorum sacerdotum.*

1. Sepe per quos justitia docetur, per ipsos peccati morbus irrepit, et mors ad plebes pertransit, scilicet, vel dum mala docent, vel dum prava faciunt.

2. Plerique sacerdotes, et clerici prave viventes, forma castoris in malum existunt, qui in bonis exemplis esse debuerunt. Hi enim quosecumque exemplo mala conversationis suae perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt.

3. Ex carnalium praepositorum exemplo plerisque in vita deterior subditorum, et plebis merito fluit tales sacerdotes, qui exemplo deterioris populum destruant, non adiungent. Ex merito enim plebis nonnequam episcopi depravantur, quatenus proclives corrunt qui sequuntur.

4. Capite languente, castera corporis membra inficiuntur. Unde et scriptum est: *Omne caput languidum, et omne cor moerens, a planta pedis usque ad vesticem non est in eo sanitas* (*Iam. 1, 5, 6*). Caput enim languidum doctor est agens peccatum, cuius malum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante, vel prave docente, pestifer languor ad plebes subjectas transfertur.

5. Deteriores sunt qui sine doctrina, sive exemplo, vitam moresque honorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædictaque diripiunt. Hi enim ea quae extra nos, sed tamen quae nostra sunt conferunt; corruptores vero morum proprie nos ipsos decipiunt, quoniam divitiae hominum mores eorum sunt. Multum ergo distant damna morum a damnis temporaliis rerum, dum ista extra nos sunt, mores vero in nobis.

## CAPUT XXXIX.

*De praepositis carnalibus.*

6. Providentia plerisque divini consilii ordinatur praepositi, **327** abundans et exteriora sectantes, ut dum temporalibus rebus se tutos impendant, spirituales tamen vitam contemplationis exerceant, quoniam dure sanu quiete vivere volentium sarcinae curarum episcopationis. Providet semper Deus curis dedicatos secularibus ad suæceptionem regimini, ut dum bi exteriora sine iudeo procurant, spirituales rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deserviant.

2. Dei ergo ordinem accusant, a quo instituantur, qui episcopos condemnant, dum minus spiritualia, sed magis terrene sectantur. Ex divini enim tabernaculi dispositione ob injarias mundi ferendas, et tur-

CAP. XXXVIII. N. 5. Locus erat in excusis depravatus qui sine doctrina, sine exemplis, quem nos ex fide Mis. emendavimus. LOAISA.

*Ibid.* Alii, nos ipsos diripiunt, quoniam divitiae justorum mores eorum sunt. AREV.

CAP. XXXIX. N. 1. Hoc sententia non facile intelligitur, nisi legas Gregorium lib. Moral. xxv, cap. 16, unde desumpta est, et velut in compendium redacta. LOAISA.

2. Alii, ordinationem, pro ordinem. AREV.

A bines quodam, institui episcopos secularibus curis insistentes, ut hi qui interius superna desiderant, nullo terreno obstante negotio, liberius hoc quod amant intendant (*Exod. xxvi*).

3. Non est itaque judicandus a plebe rector inordinatus, dum magis neverunt populi, sui suisse meriti perversi regimen suscepisse potuisse. Nam pro meritis plebium disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David peccantis (*II Reg. xxiv*) ad comparationem principum, qui ex merito plebis prævaricantur.

4. Sententia damnavit Cham filii Noe, qui summa præpositorum culpas in publico produal; sicut Cham, qui patris pudenda non opernit, sed deridenda monstravit (*Gen. ix, 22*). Habitui Scum meritum, et Japhet, qui reverenter operiunt quæ patres suos excessisse cognoscunt, si laudem patrum facta nondiligant, sed tantum operiunt, nec imitantur. Nam sunt qui præpositos suos perverse judicant, dum terrenie studiis eos plus viderint esse intentos, si vel parum jam ipsi de spiritualibus cogitaverunt.

5. Rectores ergo a Deo judicandi sunt, a suis subditis aquaquam judicandi sunt: exemplo Domini, qui per se vendentes columbas et nemoraliorum mensas proprio exercitu flagello, et projectit a templo (*Matth. xxi, 12*), vel etiam sicut dicit Psalmista: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit* (*Psal. lxxxi, 1*).

6. Quod si a fide exorbitaverit rector, tunc erit argendum a subditis; pro moribus vero reprobis tolerandus magis distringendus a plebe est.

## C 328 CAPUT XL.

*De iracundis doctoribus.*

1. Iracundi doctores per rabiem fororis disciplinas modum ad immanitatem crudelitatis convertunt; et unde emendare subditos poterant, inde potius veniebant.

2. Ideo sine mensura uilescitur culpas præpositus iracundus, quia cor ejus dispersum in rerum curis non colligitur in aiorem unius Delitatis. Mens enim soluta in diversis catena charitatis non astringitur, sed male laxata, male ad omnem occasionem moveretur.

## D CAPUT XLI.

*De superbis doctoribus.*

1. Bonus doctor et rector est, qui et in humilitate servat disciplinam, et per disciplinam non incurrit in superbiam.

2. Elati autem pastores plebes tyrannice premunt, non regunt, quique non Dei, sed suam gloriam a subditis exigunt.

3. Gregor., ubi supra, cap. 14. LOAISA.

4. Gregor., ubi supra, cap. 16. LOAISA.

5. Gregor., ubi supra, c. p. 14. LOAISA.

6. Gregor., ubi supra. LOAISA.

CAP. XL. N. 1. *Crudelitatis Grialii Editio cum aliis mendoso creditatibus.* AREV.

CAP. XL. N. 1. Gregor., xxiv, cap. 19, 21 et 22. LOAISA.

*Ibid.* Alii, Bonus doctor, et in humilitate rector est AREV.

3. Multi sunt qui in verbo doctrinæ non humiles, A sed arrogantes existunt, quique et ipsa recta quæ prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant.

4. Multi sunt qui non ex consulta ædificandi, sed ex tumore superbiendi docent; nec ut prosint sapientes sunt, sed ut sapientes videantur docere student.

5. Est imitatio prava arrogantium sacerdotum, per quam imitantur sanctos rigore disciplinæ, et se- qui negligunt charitatis affectione: videri volunt rigidi severitate, et formam humiliatis præstare ne- queunt, ut magis terribiles quam miles aspiciantur.

6. Superbi doctores vulnerare potius quam emen- dare norunt, 329 Salomone attestante: *In ore stulti virga superbæ* (*Proverb. xiv, 3*), quia increpando B rigide feriunt, et compati humiliiter nesciunt.

7. Bene alieni peccati curanda vita suscipit, qui hoc ex cordis dilectione et humili conscientia facit. Cæterum qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. Quidquid enim protervus, vel indignatus animus protulerit, objurgantis furor est, non dilectio corridentis.

#### CAPUT XLII.

##### *De humilitate prepositorum.*

1. Qui præficitur ad regimen, taliter orga disciplinam subditorum præstare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humiliitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humiliatis, ne dissolatur vita subditorum in vitiis; atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis. Hæc est enim in Dei sacerdotibus vera discrecio, qua nec per libertatem superbi, nec per humiliatem remissi sunt. Hinc est quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam principum vicia, in quibus cum summa esset humiliitas, loco tamen necessario libere transgressores justitiae increpabant.

2. Aliquando etiam subditis nos oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum judican- tur a nobis, nostra vero Deus judicat.

3. Agnoscat episcopus servum se esse plebis, non dominum; verum hoc charitas, non conditio evigit.

#### CAPUT XLIII.

##### *De doctrinæ discretione.*

1. Non omnibus una eademque doctrina est adhi-

5. Videri volunt, etc. Locum vere aureum animad- vertendum monet Vezzosius. AREV.

6. Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 9. Proverb. xiv. LOAISA.

CAP. XLII. N. 4. Greg., lib. Moral. xxvi, cap. 19, et past. Curæ part. II, cap. 6. LOAISA.

CAP. XLIII. N. 4. Gregor., lib. pastor. Curæ in prolog. LOAISA.

4. Alii, ut vicia eorum moresque desiderant, edo- ceri. AREV.

5. Aristoteles, lib. vi de Hist. animal., cap. 5, et Gregor., lib. xxx Moral., c. 8, ubi exponit illud Job xxxv: *Quis præparat corvo escam suam quando pulli ejus clamant ad Deum, clamant: vagantes, eo quod non*

A benda, sed pro qualitate morum diversa exhortatio erit doctorum. Nam quosdam 330 increpatio dura, quosdam vero exhortatio corrigit blanda.

2. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diverso medicamine servient, ita ut juxta vulnerum varietates medicina diversa sit, sic et doctor Ecclesiæ singulis quibusque congruum doctrinæ remedium adhibebit, et quid cnique oporteat, pro ætate, pro sexu ac professione annuntiabit.

3. Non omnibus ea quæ clausa sunt aperienda sunt. Multi sunt enim qui capere non possunt, quibus si indiscretæ manifestentur, statim aut detrahunt, aut negligunt.

4. Prima quippe prudentiæ virtus est, eam quam docere oporteat æstimare personam. Rudibus populis, B seu carnalibus, plana atque communia, non summa atque ardua prædicanda sunt, ne immensitate doctrine opprimantur potius quam erudiantur. Unde et Paulus apostolus ait: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam* (*1 Cor. iii, 1, 2*). Carnalibus quippe animis, nec alta nimis de coelestibus, nec terrena convenient prædicare, sed mediocriter, ut initia eorum moresque desiderant, edocere.

5. Corvus, dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantumdem attendit, donec paterno colore nigrescant, et sic illos frequenti cibo reficit; ita et Ecclesiæ doctor strenuus, nisi eos quos docet viderit ad suam similitudinem poenitentiæ confessione nigrescere, et, nitore sæculari deposito, lamentationis habitum de peccati recordatione induere, upote adhuc exterioribus, hoc est, carnalibus, non aperit intelligentiæ spiritualis profundiora mysteria, ne dum audita non capiunt, prius incipient contemnere quam venerari mandata cœlestia.

6. Alter est agendum erga eos qui nostro committuntur regimini, si offendunt, atque alter cum his qui nobis commissi non sunt; 331 qui si justi sunt, venerandi sunt; si vero delinquunt, pro sola charitate, ut locus est, corripiendi sunt, non tamen cum severitate, sicut hi qui nobis regendi commissi sunt.

7. Prius docendi sunt seniores plebis, ut per eos infra positi facilius doceantur. Unde et Apostolus: *Hæc, inquit, commenda hominibus fidelibus, qui idonei sunt et alios docere* (*II Tim. ii, 2*).

8. Ingenium boni doctoris est incipientis a laudi-

habeant cibos? Et illud psalm. cxlv: *Qui dat ju- mentis escam ipsorum, et pullis corporum invocantibus eum. Affirmat eos divinitus nutriti, dum, veluti no- thi et degeneres, ob albantes plumas a parentibus ne- liguntur. Ferunt præterea, muscarum alimento, quæ sese clamantium in ora ingerunt, provida Dei benigni- tate sustentari. Idem Chrysostomus, Euthymius, alii. LOAISA.*

*Ibid. Corvus, etc. Vide not. ad Dracontium, lib. i, 721. AREV.*

7. Greg., ibid. II Tim. ii. LOAISA.

*Ibid. Commenda. Al., commendo. AREV.*

8. Gregor., iii part. Cur. Past., admonit. 18. LOAISA.

bus eorum, quos satubriter objurgatos corrigeret A cupit, sicut apostolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat, et increpationibus probat. Sed erant apud Corinthios, qui et laude et increpatione digni essent. Ille vero indiscrete loquitur, qui sic utraque omnibus loquitur, ut omnibus utraque convenire videantur.

#### CAPUT XLIV.

##### *De silentio doctorum.*

4. Pro malo merito plebis auferunt doctrina prædicationis. Pro bono merito audientis tribuitur sermo doctori.

2. In potestate divina consistit cui velit Deus doctrinæ verbum dare vel cui auferre: et hoc aut pro dicentis aut pro audientis sit merito, ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo vero pro utilibus meritis tribuatur. Nam et bonus docet bonum, et malus malum, et bonus malum, et malus bonum, quod tamen sit juxta meritum populorum.

3. Non omnia tempora congruant doctrinæ secundum Salomonis sententiam, dicentis: *Tempus tacendi, et tempus loquendi* (*Eccle. iii, 7*). Non quidem per timorem, sed per discretionem, propter malorum incorrectibilem iniquitatem nonnunquam electos oportet a doctrina cessare.

**332** 4. Interdum doctores Ecclesiæ calore charitatis ardentes conticescant a docendo, quia non est qui audiat, testante propheta: *Civitates Austri clausæ sunt, et non est qui aperiat* (*Jerem. xiii, 19*).

5. Qui docendi accepit officium, interdum ad tempus facta proximi taceat, quæ statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest et dissimilat, verum est quod consensum erroris alieni habeat.

6. Plerique sancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere disponunt; sed calorem spiritus, quo aguntur, ferre non sustinentes, iterum in increpationem prosiliunt iniquorum.

#### CAPUT XLV.

##### *De præbenda sacerdotali protectione in plebe.*

1. Quibus docendi forma commissa est, multum subeunt periculi si contradicentibus veritati resistere noluerint; dum propheta doctorem Ecclesiæ instruat ad summum usque justitiae pervenire, cum dicit: *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion* (*Iesi. xl, 9*); scilicet, ut ita præemineat merito, sicut et gradu. Sequenter, ne forte debeat a docendo

*Ibid. Incipientis.* Al., *incipere.* Saluberrimum hoc documentum Vezzosius dicit esse iis qui alii præsunt. AREV.

**CAP. XLIV.** N. 1. Sic recte plerique MSS. Gregor., lib. Moral. xxx, cap. 48. Unde hanc sententia deuinitur: *Sæpe verbum pro gratia tribuitur auditoris, et saepe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori.* LOAISA.

2. *Pro utilibus, etc.* Ita Gothicī libri. *Pro utilitate audientium merito tribuatur, alii MSS. Pro utilitate audiens, unius Salm. Ecclesiæ.* LOAISA.

3. Gregor., ibid. Eccles. iii. LOAISA.

*Ibid. Incorrectibilem.* Ita Gothicī. *Incorrigitibilem, alii. LOAISA.*

#### PATROL. LXXXIII.

A timore restringi, audiat: *Exalta in fortitudine vocem tuam, et noli timere.* Unde et Jeremias ita Dominus ait: *Accinge lumbos tuos, et surge; loquere ad eos; ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vulnus eorum* (*Jerem. i, 17*); unde appareat quia et non timere Dei donum est.

2. Qui personam potentis accipit, et veritatem loqui pavescit, gravi multatur culpæ sententia. Multi enim sacerdotes metu potestatis veritatem occultant, et a bono opere, vel a justitiae prædicatione, rei aliquujus formidine aut potestate terrente avertuntur. Sed hec, proh dolor! inde metuunt, quia vel amore rerum sæcularium implicantur, vel quia aliquo facinoris opere confunduntur.

B 3. Multi præsules Ecclesiarum, timentes ne amicitiam perdant, **333** et molestiam odiorum incurvant, peccantes non arguunt, et corripere pauperum oppressores vereuntur; nec pertimescant de severitate reddendæ rationis, pro eo quod conticescant de plebibus sibi coimissis.

4. Quando a potentibus pauperes opprimuntur, ad eripiendos eos boni sacerdotes protectionis auxiliū ferunt; nec verentur cujusquam inimicitarum molestias, sed oppressores pauperum palam arguunt, increpant, excommunicant; minusque metuunt eorum nocendi insidias, etiamsi nocere valeant, *bonus enim pastor animam suam ponit pro ovibus* (*Joan. x, 14*).

C 5. Sicut pervigil pastor contra bestias oves custodiare solet, ita et Dei sacerdos super gregem Christi sollicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor infestet, ne potentioris cuiusque cupiditas vitam pauperum inquietet. Pravi autem pastores nou habent curam de ovibus, sed, sicut legitur in Evangelio de mercenariis, vident lupum venientem, et fugiunt. Tunc enim fugiunt, quando potentibus tacent, et malis resistere metuunt; de quibus si tacerint pro eorum iniquitate condemnabuntur.

#### CAPUT XLVI.

##### *De disciplina sacerdotum in his qui delinquent.*

D 1. Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testante Domino per prophetam: *Speculatorum dedi te domui Israel. Si non fueris locutus, ut se custodias impius a via sua, ille in iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus de manu tua requiram* (*Ezech. iii, 17*). Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est; et licet eos

**CAP. XLV.** N. 1. Ex Gregor., epist. ad Joann. Constant., indict. 9. Isai. xl. Vide Gregor., super Ezech., homil. 11. LOAISA.

2. Alii, *loqui pertimescit, gravius culpæ multatur sententia.* Al., *gravis culpæ.* Et paulo post, occultant, et habentur rei, qui a bono opere. AREV.

3. Gregor., lib. xxix Moral., cap. 6, et part. ii Past. Curæ, cap. 4. LOAISA.

*Ibid.* Alii, ne amicitiam sæcularium perdant. Et mox, non pertimescentes quod de veritate sint reddituri rationem pro eo quod. AREV.

**CAP. XLVI.** N. 1. Ezech. iii, et ibi Gregor., homil. 11, et part. ii Curæ pastor., cap. 6. LOAISA.

delinquentes admonisit, sed tamen non ut oportebat A redarguit (*I Reg. II.*).

2. Sacerdotes exquirere debent peccata populi, et sagaci sollicitudine unumquemque probare juxta testimonium Domini ad **334** Jeremiam loquentis: *Probatorem, inquit, dedi te in populo meo robusto, ut scias probare vias eorum* (*Jerem. vi, 27*).

3. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subjectorum, ut emendatos lucrificare possint. Sicut autem peccatorum convenit argui, ita justum non exulcerari.

4. Sacerdotes curam debent habere de his qui pereunt, ut eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles existunt, ab Ecclesia separantur.

5. Atrociter arguuntur qui, decipiendo peccantes, non solum non argunt pro peccato, sed etiam adulanter decipiunt, dicente propheta: *Ei erunt, qui beatificant populum istum, seducentes, et qui beatificantur, precipitati* (*Isai. ix, 16*).

6. Atrociter iterum arguuntur qui peccantem non recipiunt, sed despiciunt et spernunt, nec alterius delictum tanquam proprium ingemiscunt. De talibus per Isaiam Dominus comminans dicit: *Qui dicunt: Recede a me, non appropinques mihi, quia inimundus es; isti sumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die* (*Isai. LXV, 5*). Iude est quod et Apostolus omnibus omnia faciens est (*I Cor. IX, 22*), non imitatione erroris, sed compassionis miseratione; scilicet, ut ita vitia aliena fieret, quemadmodum si tali et ipse implicaretur errore.

7. Boni pastores populi debent delicia deflere et totos se planetibus tradere, imitantes Jeremiam prophetam dicentem: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo die ac nocte interfertos populi mei* (*Jerem. ix, 1*)? Tanquam propria igitur delicia plebis peccata sacerdos fere debet, sed affectu compatiendi, non actione commissi.

8. Nonnulli praesutes gregis quosdam pro peccato a communione ejiciunt, ut paeniteant, sed quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando non visitant. Quibus congrue sermo divinus increpans comminatur: « Pastores, qui pascitis populum meum, vos dispersistis gregem meum, ejecistis, et non visitatis eos : ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum » (*Jerem. xxii, 2*).

9. Bonorum studia sacerdotum multa diligentia etiam parva plebis facta perquirunt, ut dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos praestant, de majoribus malis cautos sibi, subjectoque, ac sollicitos faciant.

2. Ita Goth. Salm. et alii melioris note, cui Scripturæ et Hebraica veritas, et septuaginta interpretatione Editio favel; robustum habet Iusueni Goth. Tolet. Loaisa.

*Ibid.* Alii cum Vulgata, robustum, et acies, et probabis viam eorum. AREV.

7. Alii, non accusatione commissi. AREV.

13. Ex Gregor., lib. XII epistolarum Petro subd.

**335** 10. Sicut medici morbos fermentantes curandos suscipiunt, futuros vere, ne irrepant, medicinae objecto quadam præcautia antecedant, ita et doctores boni, sic ea quæ male acta sunt resecent, ut ea quæ admitti possunt, ne perpetrentur, desiderar sucurrante præventione.

11. Qui blando sermone castigatus non corrigitur, acris necessaria est ut ergatur. Cum dolore enim abscondenda sunt quæ leniter sanari non possunt.

12. Qui admonitus secreto de peccato, corrigit neglit, publice arguendus est, ut vulnus, quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari.

13. Manifesta peccata non sunt occulta corruptione purganda. Palam enim sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta objurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt corrigantur.

14. Dum unus corripitur, plurimi emendantur. Necesse est enim ut pro multorum salvatione unus condemnetur, quam per unius licetiam multi perditentur.

15. Ita erga delinquentem sermo est preferandus, sicut ejus qui corripitur expositalis salus. Quod si opus est aliquam salutem medicamenti verbo incarcerationis aspergere, lenitatem lauea corde opus est retinere.

16. Doctores nonnuquam durius ferunt incorruptionibus subditos; qui tamen a charitate eorum quae corripiunt non recedunt.

17. Sæpe Ecclesiæ censura arrogantibus videtur esse superbia; et quod a bonis pio sit, crudeliter humiliatur a pravis, quia non discorsant recte secundu, quod a bonis recte sit anima.

18. Notandum est vehementer ab omni pontifice ut tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo se judicari formidat; nam sicut scriptum est: *In qua mensura miseri fueritis, remitteret vestis* (*Math. VII, 2*).

19. Quotidie namque omnes delinquimus, et in multis erroribus labinur.

**336** 20. Qui enim noscitis delicas clementes sumus, in alieno peccato rigorem tenere nequaquam debemus. Multi aliorum vitia corrunt, sua non recipiunt. Et cum ipsi maximis criminibus obnoxii tebeantur, minora peccata sceleribus non dimittunt.

21. Hypocritæ trabent in oculo suo conscientem non sentiunt, et haerentem festucam in lumine fratri intendent.

22. Facilius reprobendimus vitia aliena quam nostra. Nam sæpe quæ perversa in aliis judicamus, in nobis nocibilia esse minus sentimus; et quod in aliis reprehendimus, agere ipsi non erubescimus.

Siciliæ. LOAISA.

15. Lectioñem Gothicor. reposuimus; putamus tamen rectam esse: *Quod si opus est aliquam salutem v. i. asp. LOAISA.*

*Ibid.* Alii: *Quod si opus est aliquam medicamentum asperitatem verborum predicatione aspergere.* AREV.

18. Remetetur. At, in ipsa remetetur. AREV.

23. acilius vita uniuscujusque quam virtutes A  
intendimus; nec quid boni quisque gesserit agno-  
scere, sed quid mali egerit, perscrutamur.

### CAPUT XLVII

#### De subditis.

1. Propter peccatum primi hominis humano ge-  
neri poena divinitus illata est servitutis, ita ut qui-  
bus aspicit non congruere libertatem, his miseri-  
cordius irroget servitutem. Et licet peccatum hu-  
manæ originis per baptismi gratiam cunctis fideli-  
bus dimissum sit, tamen æquus Deus ideo discrevit  
hominibus vitam, alios servos constituens, alios do-  
minos, ut licentia male agendi servorum potestate  
dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu  
fuissent, quis esset qui a malis quempiam prohibe-  
ret? Inde et in gentibus principes, regesque electi  
sunt, ut terrore suo populos a malo coercent, at-  
que ad recte vivendum legibus subderent.

2. Quantum attinet ad rationem, non est personarum acceptio apud Deum (Coloss. iii, 25), qui mundi  
elegit ignobilia et contemptibilia, et quæ non sunt  
ut ea quæ sunt destrueret, ne glorietur omnis caro,  
**337** hoc est, carnalis potentia coram illo. Unus  
enim Dominus æqualiter et dominis fert consultum,  
et servis.

3. Melior est subiecta servitus quam elata liber-  
tas. Multi enim inveniuntur Deo libere servientes  
sub dominis constituti flagitiis, qui, etsi subjecti  
sunt illis corpore, prelati tamen sunt mente.

**CAP. XLVII. N. 1.** Gregor., lib. Moral. xxi, cap. 14, et August., lib. xix de Civit. Dei, cap. 15. **LOAISA.**

*Ibid.* Verba sancti Augustini ad hanc rem: *Constitutio... servitutis iure intelligitur imposita peccatori. Et iterum: Nomen itaque istud (servitutis) culpa me-  
ruit, non natura.* AREV.

2. Ita Gotb. Salmant., et excusi libri. *Confert  
consultum,* alii MSS. **LOAISA.**

*Ibid.* Goldastus, in not. ad cap. seq., n. 3, ita dis-  
tingendum mouet hunc locum ex concilio Aquis-  
granensis prima Hadamarii Editione. AREV.

**CAP. XLVIII. N. 1.** Ex Gregor., lib. Moral. xxiv, cap. 39. Paulus, I Thess. ii, sic inquit: *Non querentes ab hominibus gloria, neque a nobis, neque ubi  
adis, cum possimus oneri esse, ut Caristi apostoli, sed  
facti sumus in medio vestrum parvuli. Qui locus etiam  
a Gregor. eodem modo interpretatur lib. Moral.  
xxiv, cap. 30. Legitur vero in Gotb. Salm. quod de-  
bet. Itemque in aliis MSS. *Quod licet,* in Excusis. LOAISA.*

*Ibid.* Hoc loco incipit opusculum *De prelatis,*  
quod Goldastus notis suis plerumque eruditis, inter-  
dum acatholicis prosecutus fuit, ut iam dixi. Quod-  
dam e notis seligam, quæ ad rem facere possint. Observat primo loco *prelatos* hic non esse præfe-  
ctos Ecclesiarum, sed principes, ut vocant, sacra-  
res, ut apud suundew Isidorum in libro de Con-  
temptu mundi, versus finem, caput inscribitur *De  
prelatone,* et in altero Synonymorum *De prelatis ac  
subditis.* Voces *præsalis,* *præpositus,* *prelatus,* deno-  
tant cujuslibet nei præfectum; sed usus jam obtinuit  
ut ad præfecturas ecclesiasticas referantur. Sente-  
tia prima illustrari potest ex Synonymis Isidor., cap.  
pliui., cap. 35 et 42, hujus lib. iii, et concilio  
Aquisgranensi 1, cap. 18 et 21, Tertulliano in libro  
de Idolatria, Cicerone et aliis. Pro innotescat, Gol-

### CAPUT XLVIII.

#### De prelatis.

1. Vir justus aut omni potestate seculari exigitur,  
aut si aliquis eingitur, non sub illa curvatur, ut au-  
perbus timent, sed eam sibi subjicit, ut humiliat  
ianotescat. Probatur autem hoc apostolico exemplo,  
qui data sibi potestate, etiam nec ad hoc usus est  
quod decebat, sed, dum posset uti, licite abnuit, se-  
que se parvulum in medio eorum quibus præterat  
ostendit (*I Thess.* ii, 6, 7).

2. Qui in appetendis honoribus seculi aut pre-  
sacerdotiis mundi instanti desudat labore, ei hic et in  
futuro vacuis inveniuntur **338** a requie; tandemque  
sarcinis peccatorum gravatur, quando a bonis operi-  
bus existit alienus.

**B** 3. Quanto quisque emplius specularis honoris di-  
gnitate sublimatur, tanto gravius curarum ponderi-  
bus aggravatur; eiusque mente et cogitatione  
subjicitur, quibus sublimitatis gradu præponitur.  
Nam, ut quidam Patrum ait: *Omne quod superemi-  
nit plus mororibus afficitur quam honoribus gaudet.*

4. Quanto quisque curis mundi majoribus occu-  
patatur, tanto facilius vitis premitur. Si enim vix  
valet peccata animus devitare quietus, quanto mi-  
nus occupatione seculari desinet?

5. Non statim utile est omnis potestatis insignie,  
sed tunc vere est utile, si bene geratur. Tunc au-  
tem bene geritur, quando subiectis prodest, quibus  
terreno honore præfertur. Potestas bona est, que  
a Deo donante est, ut malum timore coercent, non ut

**C** datus in suo Ms. legebat innotescatur, quod re vera  
Isidoriana videtur. Nam et apud Brantionem, et  
apud Isidorum, occurrit innotesco active. In eodem  
Ms. sic erat: *Qui datum sibi potestatem nec ad hoc  
usus est quod decerbat, sed dum possit utere licita ab-  
nuit.* Corrigebat Goldastus, posset uti re licita, abnuit.  
Isidorus saepè adhibet utor cum accusativo; atque  
adeo posset distingui, posset uti licitu, abnuit; hoc  
est, uti rebus licitis. AREV.

2. Codex Goldasti, qui ad potiendis honoribus,  
specie quadam solœcismi, ut § 3 Institut. de lege A-  
quilia, ad exercitandis mittibus, ex veteribus libris,  
teste Gajacio. Pro inv. n. 11 Eginus corrigit innotescatur.  
Rem explicat Isidorus, in Synonymis, versus  
finem lib. ii, sub titulis *De prelatis ac subditis,* et  
Qualiter se quisque habere debeat in honoribus. In  
tantoque... quanto est hellenisimus, positivus pro  
comparativo. AREV.

3. Est autem Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 19,  
et affertur d. 15, cap. Nervi. Et ibi non est super-  
eminet, sed omne quod hic eminet. LOAISA.

*Ibid.* Quanto quisque, etc. Vide Etymolog. lib. ix,  
cap. 3. Versus cuiusdam poetæ laudatur:

Tu si animo regeris, rex es; si corpore, servus.

AREV.

4. Ms. Goldasti, tanto infelioribus vitis premitur,  
quo nihil eleganter, nihil venustius dicit Goldastus;  
infelix agendi notione, quid infelicem reddat. AREV.

5. Alii, quando a Deo domante est; vel quæ a Deo  
data est. Goldastus rectius patet cum supra nos, non  
ut timore malum committat. *Nihil pejus quam per  
potestatem peccandi libertatem habere.* Corrigit locum  
Augustini apud Prosperum, in Sententiis, nihil est  
infelicius felicitate peccandi, pro felicitate peccantium.  
AREV.

temere maum committat. Nihil autem pejus quam per potestatem peccandi libertatem habere; nihilque infelicius male agendi facultate.

6. Qui intra saeculum bene temporaliter imperat, sine fine in perpetuum regnat; et de gloria saeculi hujus ad eternam transmeat gloriam. Qui vero praeve regnum exercent, post vestem fulgentem et lumina lapillorum, nudi et miseri ad inferna torquenti descendunt.

7. Reges a recte agendo vocati sunt, ideoque recte faciendo regis **339** nomen tenetur, peccando amittitur. Nam et virossanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis invenimus, eo quod recte agant, sensusque proprios bene regant, et motus resistentes sibi rationabilis discretione componant. Recte enim illi reges vocantur, qui tam semelipsos, quam subjectos, bene regendo modisicare neverunt.

8. Quidam ipsum nomen regiminis ad immanitatem transvertunt crudelitatis; dumque ad culmen potestatis venerint, in apostasiam confessim labuntur, tantoque se tumore cordis extollunt, ut cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eosque quibus praesesse contigit non agnoscant. Quibus congrue per Ecclesiastem dicitur: *Ducem te constituerunt, noui extolli, sed esto illis quasi unus ex ipsis* (*Ecli. xxxii, 1*).

9. Dum mundi reges sublimiores se ceteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant; nec regni gloriam qua in saeculo sublimantur aspiciant, sed opus quod secum ad inferos deportent intendant. **340** Si ergo carebunt hujus temporis gloria, illa agant quae post finem sine fine possideant.

10. Dum Apostolus dicat: *Non est potestas nisi a*

**6.** Qui intra saeculum, etc. Vide Isaiam, lxx, 3, et Apocalypsin, xxi, 24. Sententiam eamdem illustrat sanctus Bernardus, epist. 206 ad reginam Hierosolymorum. In nonnullis Editis erat lapillorumque nitorem. Goldastus praesert nostram lectionem cum suo Ms. et concilio Parisiensi, lib. ii, cap. 4, et Aquisgranensi sub Ludovico Pio. AREV.

7. Hinc illud Petri I, ii, et Lucæ, xix. *Euge, bone serre, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates*: parabolæ etiam quæ sunt de regibus, de justis fere hominibus interpretatur Greg., lib. Moral. xi, cap. 9, exponens illud Job xii: *Balteum regum dissolvit; qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito reges vocantur.* LOAISA.

*Ibid.* *Recte enim.* Hoc Augustin. in psalm. lxxxv pie explicat in illud: *Terribili apud reges terræ. Esto rex terræ, inquit, et erit tibi terribilis Deus. Quomodo, inquies, ero rex terræ? Rege terram, et eris rex terræ. Noli ergo aviditate imperandi ponere tibi ante oculos provincias latissimas, qua tua regna diffundas: terram quam portas rege. Audi Apostolum regentem terram: Non sis pugnator, quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo.* LOAISA.

*Ibid.* *A recte agendo.* Hoc etymon stoicum, et a philosophia petitum dicit Goldastus, noui a grammatica; ac multos congerit scriptores, qui illud adoptarunt. Sententiam illustrant Salvianus lib. iv de Gubernat. Dei, sanctus Bernardus, in Sentent.; Nicolaus papa ad Michaelem imperatorem, et alii. Concilium Parisiense, lib. i, cap. 2, exhibet neverunt pacificare pro modisicare neverunt. Goldastus melius putat modisicare, quod pro moderari et regere posuit Cicero. AREV.

8. Posset legi per Ecclesiasticum; nam in hoc li-

**A** *Deo* (*Rom. xiii, 1*), quomodo Dominus per prophetam de quibusdam potestatibus dicit: *Ipsi regnare-runt, sed non ex me* (*Ose. viii, 4*)? Quasi diceret, non me propitio, sed etiam summe irato. Unde et inferius per eundem prophetam addidit: *Dabo*, inquit, *tibi regem in furore meo* (*Ose. xiii, 11*). Quo manifestius elucet bonam malamque potestatem a Deo ordinari; sed bonam propitio, malam irato.

11. Reges quando boni sunt, munieris est Dei, quando vero mali, sceleris est populi. Secundum enim meritum plebium disponitur vita rectorum, testante Job: *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi* (*Job xxxiv, 30*). Irascente enim Deo, talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebium etiam reges mutantur, et qui ante videbantur esse boni, accepto regno sunt iniqui.

#### CAPUT XLIX.

##### De justitia principum.

1. Qui recte utilit regni potestate, ita se prestatre omnibus debet, ut quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet, proponens sibi exemplum humilitatis David, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliiter sese dejiciens, dixit: *Vilis incedam, et vilior apparebo ante Deum, qui elegit me* (*II Reg. vi, 22*).

2. Qui recte utilit regni potestate formam justitiae factis magis quam verbis instituit. Iste nulla prosperitate erigitur, nulla **341** adversitate turbatur; non innititur propriis viribus, nec a Domino C recedit cor ejus; regni fastigio humili presidet animo; non eum delectat iniquitas, non inflamat cu-

bro sunt laudata verba. Sed nihil mirandum si unus pro alio libro ab Isidoro nominetur, praesertim cum Ecclesiasticus et Ecclesiastes passim ab aliis quoque confundantur, quod unus eorum auctor Salomon a multis creditur. Cæterum Patres concilii Moguntini, sub Arnulpho, qui Isidorum præ manibus habebant, cap. 2, *Ecclesiasticum*, non *Ecclesiastes*, appellant. AREV.

9. *Quod secum, etc.* Goldastus locum hunc manifesto corruptum asserit, atque inanem operam consumit, ut eum ad sanitatem revocet. Non enim ipse meliorem lectionem profert, scilicet, *quod secum assertant, deportare intendant.* Pro, si ergo carebunt hujus temporis gloria, alii habent, si ergo amissuri sunt hujus temporis gloriam. AREV.

10. *De quibusdam potestatibus.* Al., de quorundam principatu. Verba Osee, sed non ex me, alii citant et non ex me, alii et non per me. Superfluum videri possit verbum inquit post addidit, *Dabo*. Sed hujusmodi species elocutionis alibi etiam occurrit et apud Latinos et apud Græcos scriptores, ut observat Goldastus. AREV.

11. *Disponitur.* Collectores canonum addunt a Deo, uti etiam Isidorus supra, cap. 39 hujus libri, num. 3. AREV.

**CAP. XLIX. N. 1.** *II Reg. vi. Gregor., lib. Moral. xxvii, cap. 26.* LOAISA.

*Ibid.* Multa quæ in his capitibus ab Isidoro profertur, repetita exstant in conciliis Parisiensi, Moguntino, et Aquisgranensi, quorum verba cum Isidoriano textu accurate consert Goldastus. De clementia principum videndi sanctus Fulgentius, de Veritate predestinationis et gratiæ; et ipse Isidorus, in Synonymis, loc. cit. AREV.

piditas; sine defraudatione alicujus ex paupere divitem facit; et quod justa potestate a populis extorquere poterat, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> misericordi clementia donat.

3. Dedit Deus principibus pr<sup>es</sup>ulatum pro regimine populum, illis eos pr<sup>es</sup>esse voluit, cum quibus una est eis nascendi moriendique conditio. Prodesse ergo debet populis principatus, non nocere; nec dominando premere, sed condescendendo consulere, ut vere sit utile hoc potestatis insigne, et dono Dei pro tutione utantur membrorum Christi. Membra quippe Christi fideles sunt populi, quos dum ea potestate, quam accipiunt, optime regunt, bonam utilitatem vicissitudinem Deo largitori restituunt.

4. Bonus rex facilius ad justitiam a delicto regreditur quam de justitia ad delictum transfertur, ut neveris hic esse casum, illic propositum. In proposito ejus esse debet nunquam egredi a veritate. Quod si casu titubare contigerit, mox resurgere.

#### CAPUT L.

##### *De patientia principum.*

1. Plerumque princeps justus etiam malorum errores dissimulare novit, non quod iniuriant eorum consentiat, sed quod aptum tempus correctionis exspectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.

2. Multi adversus principes conjurationis criminis deteguntur, sed probare volens Deus clementiam principum, illos male cogitare permittit, istos non deserit. De illorum malo bene istis facit, dum culpas suas illi faciunt isti mira patientia indulgent.

342 3. Reddere matum pro malo vicissitudo justitiae est: sed qui clementiam addit justitiae, non malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malo offensis impertit.

3. Sanctus Athanasius, in Vita sancti Antonii: *Licet enim diversa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est.* Pro hujus sententiae illustratione consulendus Lipsius, Politic. II, cap. 6. Verbum *condeundo* in hoc sensu occurrit apud sanctum Gregorium Magnum, Lupum, Ferrariensem abbatem, et alios. Legendum videtur pro tutione. AREV.

4. Alii, *nunquam deviare a veritate... mox resurgere non pigeat.* AREV.

CAP. L. N. 4. De moderatione et patientia principum Lipsius, in Politic.; sanctus Gregorius Magnus, Moral. lib. xix, cap. 23, et alii. Pro novit, alii debet. AREV.

2. *Male cogitare. Al., male machinari.* AREV.

3. *Sed qui clementiam, etc.* Gratianus, distinct. 45, cap. 23, q. 4.; Augustinus, Enchirid., c. 75; Gregorius Magnus, Moral. lib. xx, part. iv, cap. 6; Isidorus noster, Synonym., loc. cit., et alii plures. Goldastus *culpatis interpretatur culpantibus, seu culpam committentibus, et offensis simili modo offenditibus, ut apud alios sacrificatis sumuntur pro sacrificantibus, implicatis pro implicantibus, etc.* AREV.

4. Excitat hunc locum Rodericus Sanctus de Arevalo, Specul. vit. hum. lib. I, cap. 2. Pro coercerantur, alii se coercuerint, aut quod sustinere vult. Goldastus ex antiquitatis imitatione, coercerant. AREV.

5. *Quanto quisque, etc.* Augustinus, in Regul., sive epistola 211, ad Monachas; Isidorus, in libris citatis de Contemptu mundi, et de Synonymis, et

A 4. Difficile est principem regredi ad melius, si vitiis fuerit implicatus. Populi enim peccantes judicem metuunt, et a malo suo legibus coercentur. Reges autem, nisi solo Dei timore metuque gehennae coerceantur, libere in praeceps proruunt, et per abruptum licentiae in omne facinus vitiorum labuntur.

B 5. Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in majori versatur periculo; et quanto splendoris honore excelsior quisque est, tanto, si delinquit, peccator major est. *Potentes enim potenter tormenta patientur* (Sap. vi, 7). Cui etenim plus committitur, plus ab eo exigitur, etiam cum usura ponarunt.

B 6. Reges vitam subditorum facile exemplis suis vel edificant, vel subvertunt, ideoque principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati ejus impunita licentia. Nam rex qui ruit in vitiis cito viam ostendit erroris, sicut legitur de Jerooboam, qui peccavit et peccare fecit Israel (Eccl. xlviij, 29). Illi namque ascribitur, quidquid exemplo ejus a subditis perpetratur.

C 7. Sicut nonnulli bonorum principum Deo placita facta sequuntur, 343 ita facile multi prava eorum exempla sectantur. Plerique autem apud iniquos principes necessitate magis quam voto mali existunt, dum imperii eorum obediunt. Nonnulli autem sicut prompti sunt sequi reges in malum, sic pigris sunt imitari illos in bonum.

C 8. S<sup>e</sup>p<sup>e</sup> unde mali reges peccant. inde boni justificantur, dum praecedentium cupiditatem et malitiam corrigunt. Nam re vera peccatis eorum communicant, si, quod illi diripuerunt, isti retentant.

alii. Goldastus, cum suo Ms. et Roderico, praefert peccator major est. Rodericus habet, *peccatum gravius.* AREV.

6. Non oportet. Al., non decet. Goldastus observat verba haec: *Nam rex, qui ruit in vitiis, cito viam ostendit erroris, versum iambicum tetrametrum catalecticum esse, et existare in MSS. Publ. Syri Minis.* Notat etiam lib. iv Vigilii contra Eutych. existare versum hexametrum:

D Quem callens astris quiescit cura magorum,  
qui dubio procul, ait, a vetusto poeta accepit. Certe a Juvenco, ut adverti in notis ad ejus lib. I, 293. Vezzosius ad marginem indicaverat IV Reg. xiii, 4. Sed, ut ipse adverit, eo loco non sermo est de Jerooboam, sed de Joachaz. AREV.

7. Goldasti Codex, corrupte, bonum in principium. Ex quo ipse corrigit: *Sicut nonnulli boni principum, et Deo placita facta sequuntur.* Sic infra rigor: principum conterantur. Verum recte procedit lectio vulgata hoc sensu: *Sicut nonnulli sequuntur bonorum principum facta Deo placita, ita, etc.* Pro quam voto Eglinus solebat quam voluntate, quod minime probandum. AREV.

8. Deripuerunt. Al., diripuerunt. Goldastus praefert deripuerunt, ex sententia Isidori, in libro Different. verbor., inter Deripere et Diripere, etc., scilicet in libro Diferentiarum sine ordine alphabetico ad appendices rejecto, num. 218. Hanc sententiam mirifice illustrant Patres concilii VII Toletani: *Quosdam consperimus reges, etc.* AREV.

9. Cujus peccatum quisque sequitur, necesse est A ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati ut ejus paenam sequatur. Neque enim impar erit suam Ecclesiam creditit.

## CAPUT LI.

*Quod principes legibus teneantur.*

1. **Justum est principem legibus obtemperare suis.** Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reverentiam præbet.

2. **Principes legibus teneri suis, neque in se posse damnare jura quæ in subjectis constituunt.** Justa est enim vocis eorum auctoritas, si, quod populis prohibent, sibi licere non patientur.

3. **Sub religionis disciplina sæculi potestates subjectæ sunt; et quamvis culmine regni sunt prædicti, vinculo tamen fidei tenentur 344 astricti, ut et fidem Christi suis legibus prædicent, et ipsam fidei predicationem moribus bonis conservent.**

4. **Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut, quod non prævalet sacerdos efficeret per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem.**

5. **Sæpe per regnum terrenum cœlestis regnum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem et disciplinam Ecclesiae agunt, rigore principum conterantur; ipsamque disciplinam, quam Ecclesiae humilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat; et ut venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat.**

6. **Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina Ecclesiae per fidèles principes, sive solvatur,**

9. **Errori. In textu Grialii erroris, mendose, ut arbitor. In nonnullis MSS., errore, quæ scriptio vetusta est in Pandectis, pro errori. Sententia obvia est apud Jureconsultos. AREV.**

**Cap. LI. N. 4. Apud Grat., d. 9, cap. *Justum est. LOAISA.***

*Ibid.* Multa Goldastus in hanc sententiam congettavit, quæ minime necesse est repetere. Pro obtemperare, aliqui MSS. et Gratianus, teneri. AREV.

9. Ita apud Gratian., d. 9, cap. *Justum est*, in decreto Gregoriano recessu correcto: *Nec in se convenit posse damnare jura quæ in subjectis constituunt.* LOAISA.

*Ibid.* Pro damnare, alii frustrare. Goldastus legit et distinguunt, constituant, justum est. Est enim vocis eorum auctoritas. Nihil mutaverim. AREV.

3. **Etiam hoc argumentum copiose pertractat Goldastus et hoc loco, et in not. ad Valerianum. Vindendum decretum Gratiani, dist. 96, cap. 6. AREV.**

4. In c. *Principes*, 23, q. 5. Concil. Paris. I, cap. 2, et Aquisiqr., part. III, cap. 4. LOAISA.

*Ibid.* Inscriptio apud Gratianum: *Quod sacerdotes affluere docendo non valent, discipline terrore potestas efforcentur.* Advertis Goldastus non bene in nonnullis Gratiani Editionibus legi in eccl. pro intra Ecclesiam, quod confirmat ex textu 23, q. 8, c. *Convenior*, ubi alii sanctius Ambrosius: *Imperator enim intra Ecclesiam est.* Toti huic sententiae congruit concilium Matisconense II. *Convenit ergo ut, justitia et aequitatis in omnibus vigore servato, distingat legalis ultio*

## 345 CAPUT LM.

*De Judicibus.*

1. **Ad delictum pertinet principum, qui pravos judices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt. Nam sicut populi delictum est quando principes mali sunt, sic principis est peccatum quando judices iniqui existunt.**

2. **Bonus judex sicut nocere civibus nescit, ita prodesse omnibus debet. Aliis enim præstat censuram justitiae, aliis bonitatem. Judicia sine personarum acceptione suscipit, qui non infirmat justitiam avaritiae flamma, nec studet auferre alteri quod cupiat sibi.**

3. **Boni judices justitiam ad solam obtinendam salutem æternam suscipiunt, nec eam muneribus acceptis distribuunt, ut dum de justo judicio temporalia lucra non appetunt, præmio æterno ditentur.**

4. **Omnis qui recte judicat stateram in manu gestat, et in utroque penso justitiam et misericordiam portat. Sed per justitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccantis temperat poenam, ut justo libramine quædam per æquitatem corrigit, quædam vero per miserationem indulget.**

5. **Qui Dei judicia oculis suis proponit, semper timens, tremensque in omni negotio reformat, ne, de justitiae tramite devians, cadat; et unde non justificatur, inde potius condemnetur.**

6. **Neminem stultorum vel improborum oportet C judicem esse. Nam stultus per ignoriam ignorat justitiam; improbus per cupiditatem corruptus ipsum quam didicit veritatem.**

7. **Gravius lacerantur pauperes a pravis judicibus quam a cruentissimis hostibus. Nullus enim prædutum cupidus in alienis quam judex iniquus in suis.**

*judicum quos non corrigit canonica predicatione sacerdotum, etc. Pro imperio, nonnulli legant impletum Goldastus mavult impetrat. AREV.*

5. **Apud Gratianum, dict. cap. *Principes*, ubi in decreto correcto legitur et ut venerationem mereantur. Quam lectionem in scholiis ex concilio Parisiensi sub Ludovico et Lotario, lib. II, cap. 2, Codices Goldasti perantiqui habent, ut venerationem mereantur, virtute potestatis impertiat. LOAISA.**

*Ibid.* Pro humilitate, Gratianus cum nonnullis MSS. utilitas. Paulo post magna discrepantia Codicium est. Alii, et ut reverentiam mereantur, virtutem potestatis D impertiat. Concilium Parisiense, lib. II, cap. 2, et ut venerationem mereantur, virtutem potestas impertiat. Aiii, et ut veneratione mereantur, virtute potestatis impertiat. AREV.

6. **Cognoscant principes, etc. Vide sanctum Augustinum, tract. 41, cap. 3, in Joann.; sanctum Leonem, epist. 29, ad Pulcheriam Augustam; Gratianum, 23, q. 4, c. 35, et alios collectores canonum. Hic designit opusculum de Prælatis, quod commentario suo illustrandum Goldastus suscepit. Cæterum verba quæ ex Isidoro Gratianus sumpsit, contulit Berardus cum Isidori operibus, et descripti in Isidorianis, cap. 32, et nominatum quod attinet ad libros Sententiarum, a num. 16. AREV.**

**Cap. LII. N. 2. Qui non infirmat. Alii omittunt qui. Grialius in utroque meo exemplari quem, quod men-dum puto. AREV.**

8. Latrones inaccessis fauibus ac latebris la-  
tententes, insidias ponunt, isti palam rapacitatis avari-  
tia senviunt.

**346** 9. Hostes in alienorum tantum sanguinem  
intendunt; judices, quasi crudelissimi carnifices ci-  
vium, oppressione sua subsectorum vitam extingunt.  
Qui enim destruant multi sunt, rari sunt autem qui  
populos legum moderamine regant.

10. Plerumque et boni judices sunt, sed ministros  
rapaces habent. Horum figura, ut ait quidam, tan-  
quam Scylla pingitur atque describitur: ipsa quidem  
humana specie, sed capitibus canis accincta et cir-  
cumdata. Non aliter quibusdam potestatibus accedit  
ut ipsorum humanitatem immanitas iniquorum so-  
ciorum perturbet.

11. Sæpe judices pravæ cupiditatis causa aut diffe-  
runt, aut pervertunt iudicia; nec fñiunt copta par-  
tium negotia, quoque marsupia eorum qui causan-  
tur, exhaustant. Quando enim iudicant, non carere,  
sed dona considerant; et sicut negligentes sunt in  
discussione causarum, sic eorum damnæ occidi-  
sunt.

**f2.** Judices pravæ, juxta prophetæ verbum, quasi  
lupi vespere, non relinquent in mane (Seph. iii, 3);  
hoc est, de præsentis vita tantum commodis cogitant,  
non de futuris. Vita enim ista vespere, futura vero  
accipitur. Et bene ait, quasi lupi, quia imparem  
more cuncta diripiunt, et vix pauca pauperibus de-  
relinquunt.

13. Verboi judices, et elati, ut sapientes videantur,  
non discutiunt causaas, sed asserunt; sive contur-  
bant iudicii ordinem, dum, non suo contenti officio,  
aliena præsumunt.

14. Quidam, dum iudicare incipiunt, irascuntur,  
ipsamque iudicij sententiam in insaniam vertunt. De  
quibus recte per prophetam dicitur: Qui convertunt  
in furorem iudicium. Qui enim iudicat, in fu-  
rem iudicium mutat, et ante profert sententiam,  
quam agnoscat.

15. Furor in iudice investigationem veri non valet  
attingere, **347** quia mens ejus turbata furore ab  
scrutatione alienatur justitiae.

16. Iracundus iudex iudicij examen plene contuerit  
non valet, quia caligine furoris non videt. Qui autem  
repulso furore discutit, facilius ad contuendam veri-

10. Scyllæ rapacitatem, cui rapaces judices ille,  
quisquis est, compara: Virgll., vi Eclog., verbis  
indicat:

Candido succinetam latrantibus inguina manistris  
Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto  
Ah! timidos nautas canibus lacessisse marinis.

Vide Servium, in eo loco, de duplice Scylla, et Vir-  
gilium ipsum, de Cyri ad Messalam et Fulgentium,  
in Mythologicis. LOAISA.

Ibid. Corrupta erat nota Loaisa in utroque uno  
exemplari Grialii, et rapaces iudicium illa quoque  
est. AREV.

11. Alii, in discussione causarum. AREV.

12. Locus est Sophonie iii: *Judices ejus lupi, re-*

*A latem mentis serenitate consurgit, et sine ulla pertur-  
batione ad æquitatis intelligentiam pervenit.*

### CAPUT LIII.

#### *De acceptione personarum.*

4. Non est persona in iudicio consideranda, sed  
causa; scriptum est enim: *Non accipias personam in  
iudicio* (Levit. xix, 15; Deut. i, 17; Prover. xxiv, 23;  
Eccl. xlvi, 1). Et iterum: *Non misereberis pauperis  
in iudicio*. Qui enim consanguinitatis vel amicitiae  
favo, sive inimicitiarum odio, iudicium pervertunt,  
sine dubio in Christum, qui est veritas et justitia,  
peccare nosenatur.

5. Iniqui iudicos errant in veritate sententia, dum  
intendunt in qualitatem personæ, et exulcerant sæpe  
iudicos, dum impœna defendunt iniquos; qui autem  
**B** restæ præsidere studet, nec partem palpare novit,  
nec cohibere a justitia didicit.

### CAPUT LIV.

#### *De muneribus.*

4. Qui recte iudicat, et præmium inde remunera-  
tionis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia  
justitiam, quam gratis imperfiri debuit, acceptione  
pecuniae vendit.

5. Rous male utuntur qui iuste pro temporali  
lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non justi-  
tia defensio, sed amor præmii provocat. Quibus si  
spes nummi subtrahitur, confestim a justitiae defen-  
sione recedunt.

3. Acceptio numerum prævaricatio veritatis est.  
Unde et pro iusto dicitur: *Qui excutit manus suas ab  
omnimunere, iste in excelsis habitat* (Isai. xxxiii, 15, 16).

**348** 4. Dives muneribus cito corrumpti iudicem.  
Pauper autem, dum non habet quod offerat, non so-  
lum auditi contigit, sed etiam contra veritatem  
opprimuntur.

5. Cito violatur auro justitia, nullaque reus per-  
timencit culpam, quam redimere munus existimat.  
Plus enim obstat monteum causarum amor lucri  
quam æquitas iudicij.

6. Tres sunt monerum acceptiones, quibus contra  
justitiam humana vanitas militat, id est favor amici-  
tium, adulatio laudis et corporis aequalis munere.  
Facilius autem pervenire animus rei corporeo  
numere quam gracie laudisque favore.

7. Quatuor modis perverterunt diuineum iudicium,  
**D** timore, cupiditate, odio et amore. Timore, dum  
spera non reuinquebat in mane. Atque ita legunt MSS.  
LOAISA.

13. Sed asserunt. Editio vetus, sed afferunt. Utrum-  
que obscurum. AREV.

CAP. LIII. N. 1. August., tract. 30, in Joann., ad  
illud: *Nolite, iudicare secundum faciem, sed rectum iu-  
dicium iudicete*, cap. 7. Levit. xix. Deut. i et xix.  
Proverb. xxiv. Eccl. xlvi. LOAISA.

CAP. LIV. N. 2. Amor præmii. At, amor pecunie.  
AREV.

4. Grat., 11, q. 3, et Burchar., lib. xvi, cap. 28.  
LOAISA.

6. Ex Gregor. Homil. 4 in Evang. LOAISA.

7. Alii aduersari pro aduersari, et complacere pro  
præstare; sed bene est prestatre, pro prodesse, ut  
alibi etiam in notis ad hoc opus dictum. AREV.

metu potestatis alicujus veritatem loqui pavescimus. A Cupiditate, dum præmio muneris alicujus corrumpimur. Odio, dum contra quemlibet adversari molimur. Amore, dum amico vel propinquuis præstare contendimus. His enim quatuor causis sæpe æquitas violatur, sæpe innocentia læditur.

## CAPUT LV.

*De testibus.*

1. Et si mendacium gratis dicitur, quanto magis si venale queritur? Neque enim deerit multiplex conventus falsorum, si tantum præsentia sit nummorum.

2. Testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primum Deo, quem perjurando contemnit; secundo judici, quem mentiendo fallit; postremo innocentem, quem falso testimonio lædit.

3. Unum pene crimen habent, et qui falsitatem promitt, et qui supprimit veritatem, quia ille obesse vult, et iste prodesse non vult. Præior est testis qui lædit quam qui præstare non vult. Nam ille malignus est, iste inutilis.

**349** 4. Testibus falsis conjunctis tarde mendacii falsitas reperitur. Quod si separati fuerint, examine judicantis cito manifestantur. Nam sicut in unitate prævorum grandis est fortitudo, ita in separatione major infirmitas.

5. Fraudulentæ cito reprehenditur mendacium, falsidicorum enim testimonium sibi non convenit.

6. Iniquus testis, quamvis sua falsitate corpori rebusque impedit, animo tamen nihil damni conferret. Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed et is qui cito aurem criminibus præbet.

7. Qui metu potestatis veritatem occultat, ejusdem veritatis iracundiam sibi cœlitus provocat, quia plus pertimescit hominem quam divinam trepidat indignationem. Beatus cuius testimonio innocens ab acelere objecto purgatur; impius, cuius proditione etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Christianum morti obnoxium prodere, et ad effundendum sanguinem infelictum vocem testificationis præbere. Sermo enim justi hominis tantum ad ministerium debet esse salutis; ira enim indignationis et tribulationis, et immissiones per angelos malos.

**CAP. LV. N. 3.** Advertit Vezzosius, hanc sententiam integrum hoc loco a Margarino et Loaisa non ponit. A Grialio quidem hoc eodem loco ponitur; a Margarino non multo post, scilicet post sententiam, num. 5. AREV.

6. Alii: *Rebusque officiat, animo tamen nihil obterit: imo maximum lucrum consert, si impeditus æquanimitater tulerit.* Erit autem, etc. AREV.

**CAP. LVI. N. 2.** Hieronym., in epist. ad Augustin. Sed incidit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi lacere melius fuït quam loqui, ita ut studia nostra cesarent, et iuria Appium canina exerceceretur facundia. Et adversus Luciferianos: Proxime accidit ut quidam Luciferi sectator, cum alio Ecclesie alumno odiosa loquaciter contendens, caninam facundiam exercuerit. Et Lactant. lib. vi, cap. 18: Sed quia ipse caninam

## CAPUT LVI.

*De causidicis.*

1. Negotiorum forensium sectatores propter proximi dilectionem sæculare negotium deserere debent, aut certe, manente proximi charitate, negotium sequantur terrenum. Sed quia perrarum est ut inter jurgantes charitas maneat, postponenda est rei causatio, ut perseveret dilectio.

2. Antiqui forensem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, **350** eo quod causidici in certaminibus causarum, omisis quæ agunt, veluti canes alterutrum sese lacerant, jurgiaque causarum ad injurias suas commutant.

## CAPUT LVII.

*De oppressoribus pauperum.*

B 1. Pauperum oppressores tuuc se sciant graviori dignos sententia, quando prævaluerint his quibus nocere voluerint. Nam tanto atrocius futuro supplicio condemnandi sunt, quanto hic fortius contra misserorum vitam invaluerint.

2. Audiant judices, et qui præsunt populis, quia pro temporalibus molestiis, quas plebis ingeruot, æternio incendio cremabuntur, testante Domino per Iesuam prophetam: « Iratus, inquit, sum super populum meum, et dedi eos in manu tua; nou posuisti eis misericordiam, sed aggravasti jugum tuum valde. Descende in pulvere, sede, tace et intra in tenebras. Veniet super te malum, et nescies; et irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te repente miseria quam nescis » (*Isai. xlviij. 5.*)

3. Magis mala facientibus quam mala patientibus dolere debeamus. Illi enim prava faciendo in malitia proficiunt; isti patiente a malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum in aliis multa operatur bona.

4. Malignantium hominum voluntas nequaquam potest impleri, nisi Deus dederit potestatem. Nam dum homines, Deo permittente, malum quod concepiscunt perficiunt, ipse dicitur facere qui permittit. Inde est quod scriptum est per prophetam: Si erit malum quod Dominus non fecit. Verumtamen quod iniqui **351** mala ex voluntate querunt, idcirco Deus perficiendi dat potestatem per suam bonam

D illam facundiam (sicut Sallustius ab Appio dictum referi) exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere, ut remordere. Exstantque duo Sallustii fragmenta, in quibus hoc Appii de canina facundia dictum resertur. Prudentius quoque in Hamartigenia:

Inde canina foro latrat facundia.

LOAISA.

*Ibid.* De canina eloquentia jam dixit Isidorus, in Exod. xiv, 9. A rabie canina *rabulas* dici Nonius existimat. Plura in hanc rem ex antiquis scriptoribus proferit Beccanus, de Origin. Lat. Ling., pag. 901, verbo Rabbi. AREV.

**CAP. LVII. N. 2.** Alii cuim Vulgata: *Et nescies ortum ejus; et irruet,* etc. AREV.

3. Gregor., lib. xx Moral., cap. 2f. LOAISA.

voluntatem, quia de nostro malo ipse multa bona A gerint, mox ad blasphemiam pusillanimitate animi convertuntur.

5. Quidam, cum Dei voluntati resistunt, nescientia Dei consilium faciunt; quo neveris sic Deo subiecta esse omnia, ut et ipsi qui ejus dispositioni adversantur ejus impleant voluntatem.

6. Pròpterea in hac vita boni judicantur a malis, ut iterum in illa vita mali judicentur a bonis; sive ut etiam sit hic bonis temporalis afflictio, et illic eterna renumeratio.

7. Idecirco sunt necessarii mali, ut quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. Hinc est quod Assur virgam furoris sui testatur Dominus (*Isai. x, 5, 7*); sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit, ut Deus per illos in eos serviat quos flagellaudo emendare desiderat. Sed ille justissima voluntate, illi vero saepe crudeli intentione, sicut per Prophetam de eodem Assur dicitur: *Ipse autem non sic arbitratur, sed ad conterendum paratum est cor ejus.*

8. Atrocem super eos diviuum furorem venturum, qui existunt persecutores et violenti fidelibus. Consolando enim per prophetam Deus suos, ita judicare promittit adversarios: *Eos, inquit, qui iudicaverunt te, ego iudicabo; et cibabo hostes tuos carnibus suis, et quasi a musto, sanguine suo inebriabuntur.* (*Isai. xlix, 25, 26*).

9. Habet aliquem usum et malorum iniquitas, quod electos Dei suis morsibus laniant, ac per hoc vita impiorum sibi deperit; justorum autem non perit, sed proficit, dum eos mali per tribulationis exercitium ad presentem odiendam vitam et futuram desiderandam erudiant.

10. Interdum enim prodest perversorum pravitas utilitati justorum, dum eos malitia sua erudiant et ad regna celorum requirenda molestia temporali impellunt. Probatur hoc exemplis Israeliticæ plebis, quæ tunc durius agebatur in Ægypto (*Exod. iii*), quando oportebat eam per Moysen ad terram reparationis vocari, et ex malis quæ in Ægypto patiebatur discedere, et ad promissam patriam festinare.

11. Iniqui, dum constantiam justi in persecutib; suis aspiciunt, mentis confusione tabescunt. Et dum adversa ostentant, 352 nec vincunt, tandem de suæ perversitatis insania confunduntur.

12. Stulti contra bonos studium semper assument, quibus dum prosperitas elucet, jactanter de suis meritis gloriantur, et bonorum atque justorum afflictionibus detrahunt; dumque eis adversa conti-

9. Ita nonnulli MSS. Moribus uterque Goth. et vel. Ed. LOAISA.

10. Greg., lib. xxvi Moral., c. 9. LOAISA.

12. Alii, studium nocendi semper assument. AREV. CAP. LVIII. N. 1. Gregor., lib. xxxi Moral., cap. 23. LOAISA.

2. Idem, lib. Moral. v, cap. 1. LOAISA.

3. Idem, lib. xx Moral., c. 21. LOAISA.

4. Aquæ significatio multiplex est in divinis litteris, ut constat ex Gregor. lib. Moral. xix, cap. 4, unde desumpta est hæc sententia, ad illud Job xxix:

A gerint, mox ad blasphemiam pusillanimitate animi convertuntur.

13. Quidam simplicium nescientes dispensationem Dei, in malorum projectibus scandalizantur, dicentes, juxta prophetam: *Quare viu impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur et inique agunt* (*Jerem. xii, 1*)? Qui ergo hoc dicunt, non intendunt quod pravorum hominum temporalem et caducam felicitatem aspiciunt; sed magis novissima eorum intendant, quanta illis post hæc æterna supplicia præparentur, dicente propheta: *Ducunt in bonis dies suos, et subito ad inferna descendunt.* (*Job xxi, 13*).

### CAPUT LVIII.

#### *De tribulatione justorum.*

B 1. Justus in adversis probari se cognoscet, non dejici.

2. Viri sancti plus formidant prospera quam adversa, quia Dei servos prospera dejiciunt, adversa vero erudiunt. Ideoque sancti viri constantia ita portare debet adversa, ut frangi non queat:

3. Tunc magis sunt Dei oculi super justos, quando eos affligi ab iniquis providentia superna permitit. Nam tunc eis gaudia disponuntur æternæ, quando præsenti tribulatione probantur.

4. Omnes vitæ hujus tribulationes aquis comparantur prætereuntibus; 353 pròpterea, quia si quid in hac vita tribulationis acciderit, nou stat, sed celeriter transit.

C 5. Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia vitæ præsentis æquanimiter portat, quoniam ex illius dulcedine hujus amaritudinem temperat, et ex æternitate illius brevitatem hujus despicit transitoriam.

6. Gravari diverso malo temporali pro utilitate eorum est, quod vitæ istius mala perferunt, quia euro dolore gravantur, cupiditatis, et luxuriæ, vitiorumque cæterorum mala non appetunt.

7. Plus prodesse saluti tentationes sæculi quam prosperitates (constat), nam ex prosperitate in deterritus itur, ex temptationis dolore in melius proficitur.

8. Unusquisque ad temptationem animum præparare debet (*Ecclesi. ii, 1*). Minus enim dum speratur tentatio, gravat; dure autem premit, si non sperata advenierit.

D 9. Sapientis est contra omnia adversa ante meditari; nec inveniri casus debet, quem non consilia ejus præveniant.

*Et aquis appendit mensuras.* Aqua, inquit, in Scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam pravam, aliquando tribulationem, aliquando desfluentes populos, aliquando mentes bonorum, fidei prædicamenta sequentium designata solet. August., cap. 62, in prima canonica Joannis, homil. 6: *Nonne aquæ multa significant? quibusdam locis Spiritum sanctum, etc.* Et libro diversarum quæstionum ad Oros., q. 51, significatur præter alia nomine aquæ omnis potus; ipse, quæst. in Exod. et lib. locationum Exodi. LOAISA.

## CAPUT LIX.

*De amatoribus mundi.*

1. Mundi amatores non solum ex eo rei sunt quod infima pro summis appetunt, verum etiam et miseri per hoc, quod gravi ærumna ad ipsa desiderata pertingunt.

2. Gravius torquetur impius mundi exaggerando cominoda, quam justus tolerando adversa. Qui enim bona mundi diligit, velit, nolit, timoris et doloris pœnæ succumbit. Quique plusquam oportet res transitorias diligunt, in maiorē sibi ingerunt dolorem res ablatæ quam amore in parturiebant possesse. Cum gravi enim dolore amittuntur quæ cum magno amore habentur. Minus autem carendo dolemus quæ minus possidendo diligimus.

3. Sciant sæculi luera sectantes quantum sint vana vel adversa quæ diligunt, quæ etiam nec in hoc sæculo sine contritione gravi conquerunt, et pro quibus in futuro supplicio poenas dabunt.

**354** 4. His qui in voluntate sæcularium desideriorum persistunt, bene per testimonium prophetæ dicitur: *Factus est Ephraim panis subcinericus, qui non reverseatur* (*Ose vii, 8*); id est, ita obruuntur cæcitate sæcularis amoris, ut nunquam resipiscant ad Deum amorem retrorquere mentis.

5. Multis mortuus est mundus, ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt. Bona enim sæculi diligunt, et tamen ipsæ, quæ diligunt, minime consequuntur; in utroque vacui, quia et futura perdunt, et præsentia non acquirunt.

6. Egestas est electorum, quod peregrinantur a bonis semipternis, et in hoc exsilio diutius remorantur. Egestas est reproborum, quod abundant divitiis, et virtutibus vacuantur, seque esse inopes nesciunt. Quod probatur per Apocalypsim Joannis, qui contra bujus mundi amatores sic ait: *Dicis quod dives sum, et locuples, et nullus ego; et neas quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus* (*Apoc. iii, 17*).

7. Gloriæ temporalis sequaces, etsi nitidi sunt foris fulgore potentiae, interius tamen vacui sunt elatione superbie; sicuti calami exterius quidem nitent, sed interius vacuantur.

8. Ob hoc reprobi exterius, ut calami, nitidi; interius vacui. Electi vero exterius, quasi arborum cortices, foedi; interius vero solidi.

**CAP. LIX. N. 4. Ex Gregor., lib. Moral. i, cap. 4, et xxxi, cap. 10. LOAISA.**

4. Greg., lib. Moral. xi, c. 7. LOAISA.

*Ibid.* Qui non reverseatur. In Vulgata, qui non reservatur. AREV.

5. Idem, lib. v Moral., c. 2. LOAISA.

6. Ex eod. lib. Moral. xxvii, cap. 2, in illud Job: *Facies eorum præcedet egestas*; cap. xli. LOAISA.

*Ibid.* Alii Codd., abundant divites, male et præter sententiam Isidori. Divus etiam Gregorius, unde haec transcripta sunt, lib. xxxiv Moral., cap. 2, ita habet: *Unde et egestas eorum proprie dicitur, quia dum repletur vitiis, virtutum divitiis, vacuanter.* LOAISA.

*Ibid.* In nota Loaisæ apud Grialium erat præco-det pro præcedet. Mox erat abundant divitiis, ut in

A 9. Qui pretioso cultu incedunt, audiant prophetam, quemadmodum detestatur eorum corporalia ornamenta, et quos successus habeat cultus compo-situs et ornatus, hoc est, *pro suari odore fetorem, et pro zona funiculum* (*Isai. iii, 24*), et cætera.

10. Legant prophetam divites, quorum spes opulenta est, et **355** audiunt eum dicentem: *Væ qui opulenti estis* (*Antos vi, 1*)! Quanto enim quisque potentia minor est, tanto magis liber a peccato est. Nam patrimonium grande tentatio est:

11. Plus venerantur homines in hoc sæculo pro temporali potentia, quam pro reverentia sanctitatis. Suspiciunt enim quod magis sunt divites, et quod homines sunt, omnino despiciunt.

12. Sunt quidam justi, qui sine læsione cuiusquam suis rebus utuntur. Item sunt quidam divites hamiles, quos non inflat superbia rerum, veluti plerique fuerunt sancti Veteris Testamenti, qui et affuerant divitiis, et tamen humilitate pollebant. At contra quosdam superbos divites pererunt copia facit elatos, quorum non sunt opes in vito, sed voluntas. Nam crimen in rebus non est, sed in usu agentia.

13. Est et elatio pauperum, quos nec divitiis elevant, et voluntas sola in eis superba est. His etiæ opes desunt, propter mentis tamen tumorem plusquam superbi divites condemnantur.

14. Securus vult esse dives, pauper esse non vult. Sed quonodo erit dives quietus, quem suis stimulis res ipsæ, ne careantur, semper faciunt inquietum? Et ideo eligit cupiditas inquietum esse, et timidum divitem, quam securum paucō sumptu contentum esse et pauperem.

15. Bonis bene utuntur qui divitiis sibi concessis in rebus salutaribus perfruuntur. Bonis male utuntur qui aut juste pro temporali lucro judicant, aut aliquid boni pro vanæ gloriæ appetitu faciunt. Malis male utuntur qui noxias cogitationes operibus prævis perficiunt. Bene malis utuntur qui luxuriam carnis conjugali honestate præstringunt. Sed sicut malo bene uti bonum est, sic bono bene uti melius est. Et sicut bono male uti malum est, sic malo male uti pessimum est.

**356 CAPUT LX.***De amatoribus misericordie.*

1. Graviter in Deum delinquent qui, divitiis a Deo concessis, non in rebus salutaribus, sed in usibus

textu. AREV.

7. Tota hæc sententia cum sequenti ex Gregor., ex lib. Moral. xxxiii, cap. 4, ubi calatum, vel arundinem, uitorem gloriæ temporalis significare demonstrat. LOAISA.

9. Alii, *cultus sæcularis compositus*. AREV.

10. Alii, quanto enim quisque potentia major est, tanto magis liber est ad peccandum. AREV.

11. *Et quod homines sunt.* Sensus videtur exigere quod boni sunt; vel, et quod sancti sunt. AREV.

12. Greg., lib. Moral. x, c. 28. LOAISA.

*Ibid.* Greg., ibid.: *Non est census in criminis, sed affectus.* LOAISA.

15. Gregor., ibid. LOAISA.

**CAP. LX. N. 1. Debuerunt. Al., noluerunt. AREV.**

pravis utuntur. Nesciant enim impetrare pauperibus, oppressis subvenire despicunt; et inde magis augent delicia unde redimere debuerant.

2. Hoc habet tantum bonum possessio presentium rerum, si vitam reficiat miserorum; praeter hoc tentatio est mundi lucrum; tantoque majora supplicia in futurum dabunt, quanto et ipso majora sunt: *Potentes enim potenter tormenta patientes* (Sep. vi. 7).

3. Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus. Patrimonium enim retendum perit, manet autem erogatum. Dix enim cum rebus nostris durare non possunus, quia aut nos illis moriendo deserimus, aut ille nos viventes deserunt.

4. Pro diversitate usus alii de rebus mundanis perirent, quas cupidius rapiunt; alii vero salvantur; dum in eorum pulchritudine conditoris pulcherrimum providentiam hudentes mirantur; vel dum per misericordiae opus eis cœlestia bona mereantur.

5. Misericordia a compatiendo alienæ misericordie vocabulum sortita est. Nullus autem in alio misericors esse potest, qui prave viveando in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est, cui bonus est?

6. Nulla sclera eleemosynis posse redimi, si in peccatis quis permanserit. Tunc fructu eleemosynarum indulgentia conceditur, quando a scelerum opere desinuntur. Verum est quod peccata omnia misericordiae operibus expurgantur, sed si jam caveat peccare, qui misericordiam impetratur. Ceterum nulla est delicii venia, 357 quando sic præcedit misericordia, ut eam sequantur peccata.

7. Non est eleemosyna, quæ gloria magis causa quam misericordiae impetratur intuitu.

8. Quali enim intentione ab unoquoque largitur, taliter et apud Deum recipitur. Qui ergo de bono laudem presentem appetit, speu perdit et gloriam meritis in futuro non recipit.

9. Dum enim causa jactantiae pauper pascitur, etiam ipsum misericordiae opus in peccatum convertitur.

10. In tantum eleemosynarum opera peccata extinguunt, atque ad regnum sæculi futuri proficiunt, ut etiam judex cœlestis in futuro judicio veniens, in dextera consistentibus dicat: *Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitiavi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operauistis me.* Qui-

3. Ex Gregor., lib. Moral. xviii, c. 9. LOAISA.

4. Vel dum, etc. Al., vel dum pro misericordiae operibus ex eis cœlestia bona mereantur. AREV.

5. August., lib. de Mor. Eccles., c. 27: *Nam quis ignoret ex eo appellari esse misericordiam, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo.* Et lib. ix de Civitat. Dei, cap. 9, damnat stoicorum disciplinam, eo quod non animus dolore et tristitia pro affectu associatur. Quod etiam irritet Cicero pro Murena. LOAISA.

6. Greg., lib. xii Moral., c. 21. LOAISA.

Ibid. Si in peccatis, etc. Al., si in peccatis voluntarie quis remanserit. Tunc autem fuctus eleemosynarum indulgentia conseq. iuratur, quando, etc. AREV.

10. Alii, et cooperauistis me. Et uox, Esurivi enim, et non dedistis, etc. AREV.

A bas etiam bone promulgata, dicens: *Venite, benedicti Patri mei, percipite paratam vobis regnum.* His autem, quos nulla præcedentia eleemosynarum facta sequuntur, æterni judicis voce sic dicitur: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare; sitiavi, et non dedistis mihi bibere.* Quibus juste dicitur: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus es diabolus et angelis ejus* (Matth. xxv, 35).

11. Qui hic misericordiam non impetrat, illic pietatis fructum non invenit: exemplo ardenti dixit, qui in inferno ad tenuissima petenda compulsus est, qui hic tenuissima negare studuit. Quid retribui subtilius, quid districtius poterat? Gustum aquæ ardens petiti, qui nicas panis negavit. Seru dives oculos aperuit, quando Lazarum pauperem requiescentem vidit, quem jacentem ante januas videres despexit (Luc. xvi, 24).

12. Non solum qui esurienti, et sitienti, et nudo, beneficium largitatis impendit, vel si quid aliud indigenti largitur, sed et qui inimicum diligit, et qui lugenti affectum compassionis et consolationis impetrat, aut in quibusdam necessitatibus consilium adhibet, 358 eleemosynam procul dubio facit. Nam et doctrinæ bonum eleemosyna est, et misericordia carnali eminentior est.

13. Quicunque non egens poscit, etiam si indigentem se simulet, ex toto illi corde commisereri oportet. Et licet ille fortasse falsam indigentis speciem preferat, is tamen qui simpliciter impetrat fructum misericordiae non amittit.

C 14. Quamvis quisque sit egens, nullus tamen unde tribuat indigenti, excusationem inopiam potest obtendere, quando ex præcepto Salvatoris etiam calamem aquæ frigidæ præcipiamur indigenti præbere (Matth. x, 42). Nam si aliud non habentes, id ipsum benigne tribuamus, mercedem procul dubio non amittimus. Ceterum si amplius possumus, et egestatem simulando minus largimur, non egentem, sed Deum fallimus, cui conscientiam nostram abscondere non possumus.

15. Duæ sunt eleemosynæ: una corporalis, egendi dare quidquid potueris; altera spiritualis, dimittere ei a quo Iesus existiteris. Harum prima adhibenda est misericordia, secunda malis. Erit ergo quod semper impertias, etsi non pecuniam, saltem gratiam.

D 11. Gregor., lib. pastor. Curæ, p. iii, cap. 22. LOAISA.

Ibid. Alii, quid tribui subtilius, quid districtius poterat. AREV.

12. Ex August., tom. III Enchir. ad Laur., cap. 72. LOAISA.

Ibid. Beneficium largitatis. Al., officium largitatis. Et paulo post, consolationis imparit, aut errantem fratrem charitable corrigoendo ad vium veritatis revocat, aut in quibuslibet necessitatibus consilium dat, eleemosynam, etc. AREV.

14. Alii, quantumvis quisque.... potest prætendere. AREV.

15. Augustini, homil. 6, tom. X, Duæ sunt eleemosynæ, una cordis, alia pecunie; eleemosyna, cordis es dimittere ei a quo Iesus. LOAISA.

16. Non est eleemosyna cum murmuratione præbenda, ne, comitante tristitia, merces pereat dispensata. Tunc autem bene tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. Unde et Apostolus : *Hilarem, inquit, datorem diligit Deus (II Cor. ix, 7).* Metendum est itaque ne pauper aut cum tædio nostra obliqua suscipiat, aut ne omnino prætermissus mores tristisque recedat.

17. De rapinis alienis eleemosynam facere non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris. Unde et Salomon : *Qui offert, inquit, sacrificium de rapina pauperum, tanquam si quis victimet filium in conspectu patris sui (Eccli. xxxiv, 24).* Qui enim inuste tollit, juste 359 nunquam distribuit, nec bene alteri præbet quod ab alio male extorquet.

18. Magnum scelus est res pauperum præstare divitibus, et de sumptibus inopum acquirere favores potentum; arenti terræ aquam tollere, et fluminis, quæ non indigent, irrigare.

19. Nonnunquam largitas divitum prodiga, non ad utilitatem, sed ad elationem effunditur : compara hypocritis, qui non ad ædificationem docent audientium, sed ad sue gloriæ exaggerandum cothurnum.

20. Reprehensibilis est superflua effusio largitatis. Nam qui modum servat avarus nulli est, sed omnibus largus est.

21. Dispensator non debet esse prodigus, sed discretus; largiri enim debet quantum oportet, ut, tenendo mensuram in uno, sufficiat plurimis.

#### CAPUT LXI.

##### *De brevitate vitæ.*

1. Tantum enim in hac vita est licitum operari bonum; illuc namque non jam operatio exspectatur, sed retributio meritorum.

2. Hæc vita impiis longa et grata est, in oculis autem justorum amara et brevis est. Et licet vita ista brevis sit, moras tamen sibi fieri creditur, quia, quantumlibet breve sit temporis spatium, tametsi viventi parum est, amanti procul dubio longum est.

3. Qui vitæ præsentis longitudinem non de suo spatio, sed de ejus fine considerat quam sit brevis et misera, satis utiliter pensat. Vita enim præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, brevis est; suo

46. Gregor., past. Cur., part. iii, 6, 22. LOAISA.

47. Gregor., ubi supr. LOAISA.

Ibid. In Vulgata Edit., Eccl. xxxiv : *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimet filium in conspectu patris. Divus Gregor., lib. past. Curæ, part. iii, cap. 22, aliter assert hoc testimonium : Qui immolat, inquit, sacrificium de substantia pauperis, quasi qui, etc. Isidorus itaque pro de substantia pauperum, dixit de rapina pauperum. Quod unde hauserit dubium est. Græce sane legitur χρημάτων πενήνταφ, id est, ex divitiis, sive facultatibus pauperum. LOAISA.*

Ibid. *De rupina pauperum. Apud Sabatierum, loc. cit., Eccl. xxxiv, 24, nulla est varietas a Vulgata, ex substantia pauperum, cui congruit auctor Specul inter append. sancti Augustini. AREV.*

19. Gregor., ubi supr. LOAISA.

Ibid. Ita plerique libri; unus, *gratiæ*; Telet., Goth., gelatæ, quam quidem vocem nos alibi legisse

A enim augmento perit, dum id quod videtur in futuro prolixere in præterito deficit. Item ex ipso esse brevis 360 vita præsens ostenditur, ex eo quod non permanet, sed finitur. Tela enim consummatur filis, et vita hominis expletur diebus singulis.

4. Quod diu in hac vita vivitur, queritur utrum augmentum an rectius detrimentum dicatur. Sed quomodo possit recte dici augmentum, quod per dimensiones ætatum ad mortis tendit detrimentum?

5. Qui vitam longam queris, ad eam tende vitam, pro qua Christianus es, id est, æternam; non ad istam, de qua ad erudiendum te descendit vita æterna, id est, Christus Verbum carni conjunctum. Hæc est enim vita vitalis, nostra ista vita mortalís B est.

6. Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo. Nam vere tunc vivere quisque creditur, si secundum sæculum moriens in solo Deo vivere delectetur.

7. De mora vitæ istius tedium patitur justus, eo quod ad desideratam patriam tarde perveniat, et vitæ præsentis ærumnam serius amittat.

#### CAPUT LXII.

##### *De exitu.*

1. Quamvis sancti ab hujus vitæ ærumnis liberari se cupiant, cito volentes exire de corpore, Dei tamen dispositione plerumque diu in hac vita versantur, ut per longa tolerantiae experimenta solidius eorum patientia roboretur.

C 2. Multi odio vitam habent, et tamen mori timent; quod plerisque in angustia contingere solet, sicutque contrario affectu et vivendi habent tedium, et moriendi metum.

3. Sollicite debet unusquisque vivere et semper terminum vitæ suæ considerare, ut de contemplatione illius animus se semper ad alta sustollat, et hujus sæculi blanditiæ caveat. Scriptum est enim : *In omnibus overibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis (Eccli. viii, 40).*

361 4. Venturi exitus ignorantia incerta est, et dum mori quis non existimat, tollitur. Unde unusquisque festinet ne in iniquitatibus suis rapiatur, simulque finiatur vita cum culpa. Nam inceptor dia-

D non meminimus, nisi quod lib. xiii Etymologiar. idem, *glaci*, quasi *gelaciem*, aut *gelnquiem*, hoc est, *gelatam* aquam dictam voluit. Quid, si *galatæ*, ex quo vox nostra *gala* abscisa sit? Videndum etiam quid sit in gloss. *Callatæ ἀναδίπτις, αἰσχρός ἀπὸ τοῦ δερματοθελιτοῦ.* LOAISA.

Ibid. Comparata. Al., comparati. AREV. CAP. LXI. N. 1. Gregor., lib. VIII Moral., cap. 42. LOAISA.

2. Greg., lib. I in Ezech., homil. 40. LOAISA. Ibia. *Longum est. Congruum est Goth. Toletano; Salmatino vero desunt extrema hæc folia.* LOAISA.

3. Ad verbum ex Gregor., lib. VIII, c. 41, Moral. LOAISA.

5. Gregor., lib. XI Moral., cap. 27. LOAISA. CAP. LXII. N. 1. Dispositione. Al., dispensatione. AREV.

3. Alii, *blanditiæ cum timore caveat.* AREV. 4. Greg., lib. Moral. XIV, c. 5. LOAISA.

bolus eos quos viventes accendit ad vitia, subito mortales pertrahere nititur ad tormenta.

5. Sæpe divites in hac fallaci vita, dum de potentia gloria vel rerum abundantia gestiunt, repente hora qua nesciunt improviso exitu rapiuntur, atque absorbente profundo, cruciandi æternis gehennæ incendiis deportantur. De quibus per Prophetam dicitur: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt* (Job. xxi, 13).

6. Iuius moriens, qui imitatione sui multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos a culpa revocat terrore tormenti. Quod etiam Psalmista testatur dicens: *Lætabitur justus, cum viderit vindictam impiorum, manus suas lavabit in sanguine peccatorum* (Psalm. lxxvii, 41). In peccatorum enim morientium sanguine justi lavant manus, quia dum eorum poena conspicitor, conscientis vita inuidatur. Cujus enim talis crudelis exitus cernitur, non solum qui viderit, refugit, sed alios etiam ab imitatione illius, quanta valuerit exhortatione, compescit.

7. In exitu vitæ animæ electorum nimio terrentur,

6. Ex Greg. xviii Moral., c. 13. LOAISA.

*Ibid. Justi levant, etc.* Gregor., lib. xviii Moral., cap. 13, unde hrc est sententia ad verbum. LOAISA.

7. Gregor., lib. xxiv, cap. 17. LOAISA.

12. Alii, non quos cœlestis aula lætitia Conditoris. Vetus Editio addit: *Læticandos includit. Hic est enim Christianæ miserationis affectus, ut pro unoquoque mortuo sacrificium Deo offeratur. Inde est quod*

metu, incerti, utrum ad præmium an ad supplieum transeant.

8. Quidam autem electi in fine suo purgantur a levibus quibusdam peccatis; quidam vero in ipso suo fine hilarescant æternorum contemplatione honorum.

9. Quamvis enim quis in hac vita sit justus, tamen dum ex corpore isto egreditur, pertimescit ne dignus suppicio sit. Nullus enim homo absque peccato; nec aliquis potest de Dei esse securus judicio, cum etiam et de otiosis verbis reddenda sit ratio.

10. Finem justorum optimum vocatio tranquilla commendat, ut ex eo intelligantur sanctorum habere consortium angelorum, ex quo ab hoc corpore sine vexatione dura tolluntur.

11. Pravos autem homines apostatae angelique excludunt morientes, ut eis sint ipsi tortores in poenis, qui fuerunt suos in vitiis.

362 12. Etsi pietas pro defunctis fidelibus flere jubeat, fides tamen pro eis lugere vetat. Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac vita recipit, non quos cœlestis aula læticandos includit.

*scriptum est: Et mortuo ne fraudes misericordiam.* Vezzius adverbit id etiam addi a Loisa cum Margarino; quod de prima Editione, ut puto, intelligit; nam in Editione Grialii desinit opus, *læticandos includit. Pro læticandos nonnulli MSS. exhibent læticando, et plerique desinunt in includit, vel concludit.* AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS.

### Epistola missoria.

363 Domino meo et Dei servo Fulgentio episcopo Isidorus.

Queris a me originem officiorum, quorum magisterio in Ecclesiis erudimur, ut quibus sint inventa auctoribus, brevibus cognoscas indicii. Itaque, ut voluisti, libellum de origine officiorum misi, ordinatum ex scriptis vetustissimis auctorum, ut locus obtulit, commentatum, in quo pleraque mea stylo elicui, nonnulla vero, ita ut apud ipsos erant, admiscui. Quo facilius lectio de singulis fidei auctoritatem teneret. Si qua tamen ex his displicerint, erroribus meis paratior venia erit, quia non sunt referenda ad culpæ meæ titulum de quibus testificatio adhibetur auctorum.

### LIBER PRIMUS.

#### DE ORIGINE OFFICIORUM.

##### PRÆFATIO.

Ea que in officiis ecclesiasticis celebrantur, partim scutarum Scripturarum auctoritate, partim apostolica traditione, vel consuetudine universalis Ecclesiarum statuta

C reperuntur. Quorum quidem 364 primordia reperentes, a quibus exorta fuerint (ut prædictimus) auctoribus referamus.

## CAPUT I

*De Ecclesia et vocabulo Christianorum.*

1. Primum a sancto Petro Ecclesia in Antiochia est fundata, ibique primum nomen Christianorum per ejus est prædicationem **365** exortum, sicut Actus apostolorum testantur (*Act. xi. 26*). Vocantur autem Christiani, derivato vocabulo ex nomine Christi.

2. Nam sicut ex Iudee nomine vocabulum traxerunt Iudei, a quo in illa gente regiae stirpis dignitas claruit, ita a Christo Christianæ genti nomen inhasit. Cujus et in gentibus et in Iudeis prærogativa est dignitas potestatis. Ecclesia autem vocatur proprie,

**PRAEN. 2.** *De diversis Editionibus ac miss.* Exemplaribus hujus operis quid a me compertum fuerit, expositum jam fuit in Isidorianis, c. 69. Notas Grialius adjectit, cujus expresso aut indicato nomine proferatur. Hittorpius in *Editione Romana anni 1568* simul cum aliis operibus de eodem argumento quasdam lectionis discrepantias animadvertisit, e quibus selectiores in meis notis comprehensim.

In epistola inscriptio Grialius edidit *Dominum*, quod non puto ab Isidori manu esse, et in aliis Editionibus et Miss. est *Dominus*. Alii mox exhibent, quorum magisteriis. Et, de genere officiorum, vel de genere et origine officiorum. Et, *vetustissimorum auctorum*. AREV.

**CAP. I. N. 1.** In Codice Vat. Palat. 485 est quidam brevis dialogus *De Ecclesia* Isidori nomine, quem hic sisto. *De ecclesia Isidorus.* Interrogatio. Ecclesia, cuius lingua est, et quid interpretatur? Responsio. Graecum est, et interpretatur *convocatio*, eo quod omnes ad se vocet. Interr. Cur dicitur Catholica? Resp. Graeco nomine vocatur, et universalis interpretatur; et dicta universalis, quia per universum orbem dilatata diffunditur, quod etiam Apostolus approbat ad Romanos, dicens: *Gratus ago Deo meo semper pro vobis, quia fides vestra praedicatur in universum mundum.* Interr. Cum una sit Ecclesia, cur a Joanne VII scribuntur? Resp. Ideo quia cum sit una catholica, septiformi plena spiritu significatur. Sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem: *Sapientia aedificans sibi domum, excidit columnas septem;* quæ tamen septem una esse non ambigitur, dicente Apostolo: *Ecclesia Dei viri, quæ est columna et firmamentum veritatis.* Ille et universitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Unde et Dominus in Evangelio: *Qui mecum non colligit, dispergit.* Interr. Ubi inchoavit Ecclesia? Responsio. In loco ubi venit Spiritus sanctus de celo, et imploiebat apostolos, uno loco sedentes, et alios. Interr. Quæ modis et nominibus appellatur Ecclesia? Resp. Duobus. Interr. In quibus? Resp. Sion et Ierusalem. Interr. Cur Sion et cur Ierusalem? Resp. Sion pro peregrinatione presenti Ecclesia dicitur, eo quod ab hujus peregrinationis longitudine posita promissionem rerum coelestium speculetur, et idcirco Sion, id est, *speculatio*, nomen accepit. Ierusalem vocatur pro futura pace. Nam Ierusalem visio pacis interpretatur. Ibi enim ab orpta omni adversitate, pacem, quæ est Christus, præsentí possidebit obtutu. Interr. Cur dicitur Synagoga, et in qua lingua dicitur? Resp. Synagoga Graece, Latine *congregatio* dicitur. Interr. Quid interest inter Ecclesiam et Synagogam? Resp. Synagogæ nomen Iudeorum populus tenuit; ipsorum enim proprie Synagoga dici solet, quanvis Ecclesia dicta sit; nostri vero apostoli nihilquam Synagogam dixerunt, sed s' imper Ecclesiæ sive discernendi causa, sive quod inter congregacionem unde Synagoga, et convocationem unde Ecclesia, nomen accepit, distat aliquid, quod scilicet

A propter quod omnes ad se vocet, et in unum congregate.

3. Catholica autem ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta, vel quoniam catholica, hoc est, generalis in ea doctrina est, ad instructionem hominum de visibilibus atque invisibilibus, coelestium ac terrestrium; vel propter quod omne hominum genus trahit ad se ad pietatis subjectionem, tam principum quam etiam qui principiantur, oratorum et idiotarum; vel propter quod generaliter curat omnium peccata, quæ per corpus et animam perficiuntur. 1

B congregari et pecora solent, quorum et *grecos* propriæ dicimus; convocari autem magis est uenitum ratione, sicut homines. Interr. Cur dicitur monasterium? Resp. Monasterium apud *Grecos* dicitur *monas*, id est, unum, sterium statio, id est, solitarii habitatio. Interr. Cur dicitur *cœnobium*? Resp. *compositum nomen est ex Graeco et Latino; cœnorum enim Graecæ communè dicitur*: habitaculum est plurimorum. Interr. Cur dicitur *templum?* *Resp.* *Templum dictum, quasi tectum amplum, et templum dicitur a contemplatione.* Interr. Quot sunt partes templi? *Resp.* quatuor, id est, antica, postica ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, dextra ad Meridiem. Unde et quando templum construebant, Orientem spectabant æquinoctialem, ita ut linea ab Oriente ad Occidentem missa fuerint partes eae i dextra sinistra æqualis (*forte*, pars cœli dextra ac sinistra æquales), ut qui consuleret ac deprecaretur rectum aspicere et Orientem. Interr. Cur dicitur basilica? *Resp.* Basilica prius regum habitacula vocabantur; inde nomen habet. 2 De hoc opusculo, seu fragmento, egi in *Iudoriano*, c. 66, *miss. 7. AREV.*

2. Cujus et in gentibus et in Iudeis prærogativa est dignitas potestatis. Ita uterque ms. quod ferri posse video. etc enim apud Ciceronem, prærogativa centuria, et prærogativum omen comitiorum; et apud Cyprianum, lib. v, epist. 13, prærogativa communicatio legitur. Sed vereor ne vox dignitatis interpretatio fuerit prærogativa, alieisque sit. Ambros., lib. de Noe et arc., c. 24: *Mæc prærogativa potestatis in paucis animalibus videtur boni tribus attributa, et in superltribus partibus.* Et in lib. de Incarnat. dominicæ sacram., c. 19: *Vident igitur in verbis prærogativam quamdam potestatis esse.* Nisi quis prærogativam dignitatis et potestatis malit, quod est aliquanto plenus. Neque solis sacerdotibus prærogativa est dignitatis, ait auctor libri de carnalibus operibus Christi apud Cyprianum. GRIAL.

**D** *Ibid. Ecclesia autem, etc.* Omnia usque ad finem capituli sunt verba Cyrilii Jerusalymitani, ecclæses. 48, ex veteri interpretatione. GRIAL.

3. Ex Hittorpius natus unum Ms., vel quoniam, etc., ut in nostra Editione, quod optimum quoque judicat Hittorpius. Alia, ut Hittorpius edidit, vel *catholica*, quoniam in ea doctrina est. Mox nonnulli Editi: ad institutionem omnium de visibilibus rebus..... vel propter hominum omne genus ad pietatis subjectionem tam principum quam etiam principi patrum subjectionem, et idiotarum. Alii: Vel propter omnium hominum genus ad pietatis subjectionem tam principum, quam qui non principiantur, oratorum et idiotarum. Hittorpius ita conjicet: *Vel propter quod hominum omne genus ad pietatis subjectionem tam principum quam principi patrum subjectionem exhortatur*, omisso idiotarum. Deinde fortasse distinguendum erit, vel propterea generaliter, quod curat omnium peccata, etc. AREV.

## 366 CAPUT II.

*De templis.*

. Tabernaculum Moyses legislator primum Dominum condidit (*Exod. xl.*). Salomon deinde templum prudentia peritus instituit (*III Reg. vi.*). nostrorum post hæc temporum fides in toto mundo Christi altaria consecravit.

## CAPUT III.

*De choris.*

1. Chorus idem Moyses (*Exod. xv.*) post transitum Rubri maris primus instituit. **367** et utrumque sexum, distinctis classibus, se ac sorore praevante, canore Denuo in chorus carmen triumphale perdauit. Chorus autem ab imagine facies coronæ, et ex eo ita vocatus.

2. Unde et Ecclesiasticus liber sribit: *Sicutem sacerdotem ante oram, et in circuitu ejus coronas fratrum* (*Ecli. l. 13*). Chorus enim proprie multitudo canentium est, quicquid apud Judeos non minus a decem constat canentibus, apud nos autem in certo numero a paucioribus plurimisve sine alio discrimine constat.

## CAPUT IV.

*De canticis.*

1. Canticum idem tunc Moyses primus invexit, quando, percussa Ægyptio decem plagi, et Pharaone submerso cum populis, per insueta maris itinera ad desertum gratulabundus egressus est, di-

*Cap. ii. N. 1. Prudentia peritus. Ita uterque Ms. Prudentiam petiturus impres. GRIAL.*

*Ibid. Altaria. AL, atria. GRIAL.*

*Ibid.* Post fragmentum Isidorianum, ex Codice Vatic. Palat. 485, capite superiori altarium, sequitur in eodem Codice aliud fragmentum hoc titulo: *Item de Ecclesie ministerio.* *e Ecclesiam licet ponere in atrio loco, si necesse sit, et non debet iterum sanctificari. Tantum presbyter aqua aspergore debet, et in loco altaris crux debet componi. In unaquaque altari duas missas facere conceditur in uno die. Qui non communicat, non accedit ad panem, neque ad cibulum ad missam; et qui prius manducat, ad occulam non permittitur. Ligua ecclesie non debent ad aliud opus jungi, nisi ad ecclesiam aliam; vel igni comburendi, vel ad prolectum in monasterio fratribus coquere cum eis panes licet, et talia in lacalicia opera non debent procedere. In ecclesia in qua mormororum padavera subfidelium sepeluntur, sanctificare altare non licet. Sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsi, et rasis, vel lotis liguis ejus, reedificetur. Si autem ciboscatum fuerit prius, missas in eis locis celebrare licet, si religiosi ibi seculpi sunt. Si vero paganus sit, mundari et jactari foras nuelue. Gradus non debentur facere ante altare. Reliquiae sanctorum venerandæ sunt. Si potest fieri, candela ibi ardeat per singulas noctes; non autem paupertas loci non sit, non vocet eis. Incensum Domini incedatur in natis sanctorum pro reverentia dei, quia ipsi, sicut illi, dederunt odorem subtilitatis, et asperserunt Ecclesiam dei, sicut incensu aspergunt ecclesia primus justa altare. Laicos non debet in ecclesia lectiuncula recire, nec alleluia dicere, sed psalmus laudes et responsoria sine alleluia. Aqua benedicta dominus suas asperget, quoties vulnerint, qui habitant; et quando conseruare s aquam, orationem facies.* AREV.

*Cap. iii. N. 1. Chorus ab imag. fact. Idem lib. vi*

A cens: *Cantemus Domino, gloriose animi honorificans eum* (*Exod. xv.*).

2. Deinde Debora, non ignobilis femina, in libro Judicum hoc ministerio sancta reperitur (*Judic. v.*). Postea multos non solum viros, sed etiam feminas spiritu divino completas Dei pecunisse mysteria. Canticum autem est vox barripis, psalmus autem qui canitur ad psalterium.

## 368 CAPUT V.

*De psalmis.*

1. Psallere usum esse primum post Moysen David prophetam, in magno mysterio prodit Ecclesia. Hic enim a pueritia in hoc munus specialiter a Domino electus, et cantorum princeps, psalmorumque thesaurus esse promeruit, cuius psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suavitum ab Ecclesia frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem flecantur.

2. Primitiva autem Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret resonare psallentem, ita ut progentianti vicinior esset quam canenti. Proprius carnalis autem in Ecclesia, non propter spirituales, conueniendum cantandi est instituta, ut qui verbis non compunguntur, suavitate modulaminis moveantur. Sic namque et beatissimus Augustinus, in libro Confessionum suarum (*Lib. i. c. 33*), consuetudinem canendi approbat in Ecclesia, ut per oblationem, inquit, aurum, infirmior animus ad effectum pietatis exsurget. Nam in ipsis sanctis dictis religiosus et ardenter moventur animi nostri ad flammam pietatis.

*Cap. vi. N. 1. Prudentia peritus. Ita uterque Ms. Prudentiam petiturus impres. GRIAL.*

*Ibid. Historius cum suis Ms. : Institutum tetronum que sexum distinctis classibus, se ac sorore praevante, canere Deo in chorus. In uno Ms., praevidente. pro praeveste. Nonnulli Editi, se ac sororem praevidentem. Apud Gratianum in textu erat, chorus autem; in nota, recte, chorus autem. Tria Miss. : Chorus autem ab imagine faciem coronæ, et ex eo ita vocatum, ut suppletar constat, quod in Isidorianis operibus sepe accidit. AREV.*

2. Apud Judeos non minus a decem. Nonnes est in eo habitus Decalogo. Nam et psalterio proprieta decachorda sunt usi, cum apud alios novem tantum chordis constituisse dicat Athenaeus. Sola quoque decem instrumenta agnoscent recentiores Heliodori ad hymnorum modulationem. Quod autem non minus a decem dixit, endem modo locutus est lib. in Erytholog., cap. 3, et sepe alias, neque id sine exemplo, ut eo loco ostensum est. GRIAL.

*Cap. iv. N. 1. Honorificatus est. Quidam Editi adjiciunt: Idem auctor in Deuteronomio canticum praesagium futurorum conscripsit. AREV.*

2. Canticum autem est vox hom. Ruthius (sive Hilarius) in prologo psalmorum: *PSalmus est, cum, ossante voce, pulsus tantum organi canonitis auditur. Cantuum est, cum cantentibus chorus, liberrate sua sonet, neque in consonum organi astriculus obsequitur, hymno canore tantum vocis essentia. Psalmus autem cantici est, cum, organo praevidente, subsequens et omnia organo vox chori cantantis auditur, modum psalterii vocis imitata. Canticum vero psalmi est, cum, choro ante cantante, humanae cantationis hymno ore organi consonantis aptatur, vocisque modulatio praevidentis partis psalterio concordat.* GRIAL.

*Cap. v. N. 1. Cantorum princeps, ex rom. Edit. Cunctorum princeps, Goth. GRIAL.*

2. Religiosiss. Gr., religiosiss. AREV.

tis, cum cantatur, quam si non cantetur. Omnes enim affectus nostri, pro sonorum diversitate vel novitate, nescio qua occulta familiaritate excitantur magis, cum suavi et artificiosa voce cantatur.

#### CAPUT VI. De hymnis.

1. *Hymnos primum eumdem David prophetam condidisse ac cecinisse 369 manifestum est, deinde et alios prophetas. Postea quidem et tres pueri in fornacem positi, convocata omni creatura, Creatori omnium hymnum canentes dixerunt (Dan. iii). Itaque et in hymnis et in psalmis canendis non solum prophetarum, sed etiam ipsius Domini et apostolorum habemus exemplum, et præcepta de hac re utilia ad movendum pie animum et ad inflammandum divinæ dilectionis affectum.*

2. Sunt autem divini hymni, sunt et ingenio humano compositi. Hilarius autem, Gallus episcopus Pictaviensis, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius episcopus vir magnæ gloriae in Christo, et in Ecclesia clarissimus doctor, copiosus in hujusmodi carmine claruisse cognoscitur, atque iidem hymni ex ejus nomine Ambrosiani vocantur, quia ejus tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt, cuius celebritatis devotio deinceps per totius Occidentis Ecclesias observatur. Carmina autem quæcumque in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur.

#### CAPUT VII. De antiphonis.

#### 4. Antiphonas Graeci primi composuerunt duobus

CAP. vi. N. 1. *Hymnos primum eumdem David. Nam librum Psalmorum eumdem hymnorum et soliloquiorum vocari ait Rufinus. GRIAL.*

*Ibid. In hymnis et psalm., usque ad exempl., leguntur hæc concil. iv Tolet., cap. 12, et apud Graian., de consecrat., d. 1, c. de hymn. GRIAL.*

*Ibid. Observandum Isidorum hos libros scripsisse ante concilium Toletanum iv; nam eos ad fratrem suum Fulgentium misit, qui ante illud concilium e vivis excessit. Itaque e libris Isidori hæc quæ de hymnis traduntur in eo concilio adoptata sunt, non contra. De hymnis peculiarem dissertationem typis Salomonianis edidi, quam Hymnodiae Hispanicæ præmisi, in qua multa etiam explicui, quæ ad cantica, psalmos, antiphonas, responsoriaque pertinent. Huc quoque faciunt opera liturgica Cardinalis Bona, Thomasli et aliorum, quæ ad singula horum librorum capita allegare nihil referit. AREV.*

2. *Quia ejus tempore in eccles. Mediolan. Augustinus x Confess., cap. 6 et 7: Non longe cœperat Mediolanensis Ecclesia hoc genus consolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrum concinuum vocibus et cordibus. Nimis annus erat aut non multo amplius, etc. GRIAL.*

*Ibid. Carmina autem quæcumque in laudem Dei dicuntur. Concurunt in aliem. Id enim omnino exigit hymni ratio, Rufino et Augustino auctoribus; sic enim ille: *Hymni sunt cantus laudem Dei continentis. Si sit laus, et non sit Dei, non est hymnus. Si sit laus Dei, et non cantetur, non est hymnus. Uportet ergo, ut sit hymnus, habeat hæc tria, et laudem, et Dei, et canticum.* Eadem August., in psalm. lxxii, totidem aut pluribus etiam verbis. Quæ etiam relata sunt in vi Etymolog. GRIAL.*

CAP. vii. N. 1. *Antiphonas Graeci. Vid. Paulin. Siegb. et Rodul., apud Pamelium, l. i Liturg. GRIAL.*

A choris alternatum concinibus, quasi duo Seraphim, duoque Testamenta invicem sibi conclamantia (*Isai. vi*). Apud Latinos autem primus idem beatissimus Ambrosius 370 antiphonas constituit, Graecorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum usus increbuit.

#### CAPUT VIII. De precibus.

1. *Precibus Dominum deprecari Christus nobis et composuit, et constituit. Cum ergo quererent supplicare apostoli Deo, et nescirent quomodo precarentur, dixerunt Christo: Domine, docce nos orare, id est, compone nobis preces. Statim Dominus, de libro juris cœlestis, docuit quomodo orarent vel quomodo Deum impetrarent. Ex hoc perducta consuetudo Ecclesiae Deum precibus exposcere contra ægritudines animæ, et uti precibus ad instar earum quas constituit Christus, quasque primi Graeci cooperauit compouere, quibus Domino supplicarent.*

#### CAPUT IX. De responsoriis.

4. *Responsoria ab Italis longo ante tempore sunt reperta, et vocata hoc nomine quod, uno canente, chorus consonando respondeat. 371 Antea autem id solus quisque agebat; nunc interdum unus, interdum duo, vel tres communiter canunt, choro in plurimis respondente.*

#### CAPUT X. De lectionibus.

4. *Lectiones pronuntiare antiquæ institutionis Cesse Iudeorum traditio docet. Nam et ipsi legitimis*

*Ibid. Constituit. Al., instituit. GRIAL.*

*CAP. viii. N. 1. De libro juris cœlestis. Laboravimus ut verba auctori suo redderemus. Nam quin Isidorus antiquiora sint non dubitamus. Tertullianus aut Cypriani visa sunt aliquando. Nunc magis adducimur ut Augustini esse credamus. Is enim, epist. 118, ad Januarium, cap. 4. Non enim nisi, inquit, de libro Dei hæc recitaturus est. Nam proximum videtur, ut Christus Dominus de juris cœlestis libro recitet. GRIAL.*

*Ibid. Deum impetrarent. Ita certe multi MSS., vel Dominum impetrarent. Nihilominus Hipporius maluit edere a Domino impetrarent. Suarius, tom. XIII, pag. 119, tract. 5, lib. III, de Oratione vocali, cap. 1, n. 6, ex hoc Isidori capite ostendit licetum esse ac convenientis non solum verbis dominicæ orationis, sed etiam aliis ad pium animi sensum explicandum aptis Deum orare. Idem tradit Tertullianus de oratione, cap. 9. AREV.*

*CAP. ix. N. 1. Responsoria ab Italis. Idem, vi Etymolog., nisi quod illic Responsorios dicit, ut in regul. monach., c. de Offic. GRIAL.*

*Ibid. Chorus consonando. Nempe idem respondendo. Sic enim in Etymologiis, quod uno canente chorus id respondat. GRIAL.*

*Ibid. Binghemus, tom. VI Antiq. eccles., p. 6, de psalmis hic agi putat, qui ita ab uno canerentur, ut chorus consonando responderet. Vide Ferrarium Bibliothec., verb. Cantor, num. 6, qui ritum, cuius meminist Isidorus, Romæ, seculo ix, Mediolani, seculo XII, viginis ostendit. AREV.*

*CAP. x. N. 1. Cum lectio legitur, facto silentio. Ambros., in pref. Psalt.: Quantum laboratur in Ecclesia, ut fiat silentium, cum lectiones leguntur? GRIAL.*

præfinitisque diebus ex lege et prophetis lectione in synagogis utuntur, et hoc de veteri patrum institutione servantes. Est autem lectio non parva audiendum ædificatio. Unde oportet ut quando psallitur, psallatur ab omnibus; cum oratur, ore tur ab omnibus; cum lectio legitur, facto silentio, æque audiatu r a cunctis.

2. Nam etsi tunc superveniat quisque, cum lectio celebratur, adoret tantum Dominum, et, præsignata fronte, aurem sollicite accommodet. Patet tempus orandi, cum omnes oramus; patet, cum volueris orare privatim; obtenu orationis ne perdideris lectionem: quia non semper eam quilibet paratam potest habere, cum orandi potestas in promptu sit, nec putes parvam nasci utilitatem ex lectionis auditu.

3. Siquidem oratio ipsa fit pinguior, dum mens, B recenti lectione saginata, per divinarum rerum, quas nuper audivit, imagines currit. Nam et Maria soror Marthæ, quæ sedens ad pedes Jesu, sorore neglecta, verbum intentius andiebat, bonam partem sibi ele gisse Domini voce firmatur (*Luc. x.*). Ideo et diaconus clara voce silentium admonet, ut, sive dum psallitur, sive dum lectio pronuntiatur, ab omnibus unitas conservetur, ut quod omnibus prædicatur, æqualiter ab omnibus audiatur.

### 372 CAPUT XI.

#### *De libris Testamentorum.*

4. Pronuntiantur autem lectiones in Christi Ecclesiis de Scripturis sanctis. Constat autem eadem sacra Scriptura ex veteri lege et nova. Vetus lex illa est quæ data est primum Judæis per Moysen et prophetas, quæ dicitur Vetus Testamentum. Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus, utique a prophetis, scriptum est, atque signatum. Nova vero lex est Evangelium, quod dicitur Novum Testamentum, quod per ipsum Filium Dei Christum, et per suos apostolos dedit.

2. Illa lex vetus velut radix est, hæc nova velut fructus ex radice; ex lege enim venitur ad Evangelium. Siquidem Christus, qui hic manifestatus est, ante in lege prædictus est. Imo ipse locutus est in prophetis, sicut scriptum est: *Qui loquebar, ecce adsum: legem quidem præmittens, velut infantibus*

*Ibid. Facto silentio.* Missale Mozarabicum inter primam et secundam epistolam post versiculum *Peallendo* inserit rubricam: *Dicat presbyter: Silencium facite.* Post audiatur alii addunt unus, quod nesciarium non est. AREV.

CAP. XI. N. 1. *Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus.* Verecundior notatio, quam si testamentum a testatoris monumento, aut testes a testamento deduxisset, quod utrumque fecit v Etymolog. GRIAL.

*Ibid.* Bignæana Editio mutila est in hoc et aliis capitibus. In aliis Editionibus aliquantum diversus est ordo capitum. Porro hæc sere omnia de Veteri, ac Novo Testamento repetita sunt in Proceriis, et in Etymologiis, lib. vi, cap. 1 et 2, nonnulla etiam et in Allegoriis; adeoque notæ in ea omnia loca mutuam opem sibi ferunt collatae cum his quæ hic dicuntur. AREV.

5. Post hæc versuum octo libri. Quinque tantum priores recenset Cyril., Catech. 4, et Sapientiam

A pædagogum, Evangelium vero perfectum vitæ magisterium jam adultis omnibus præstans.

3. Ideo in illa operantibus bona terræ promittebantur, hic vero sub gratia ex fide viventibus regnum celeste tribuitur. Evangelium autem dicitur bonum nuntium, et re vera bonum nuntium, ut qui suscepint filii Dei vocentur. Hi sunt autem libri Veteris Testamenti, quos ob amorem doctrinæ et pietatis legendos recipiendosque Ecclesiarum principes tradidérunt.

4. Primum namque legis, id est, Moysi libri quinque sunt. Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Hos sequuntur historici libri sedecim, Jesu Nave scilicet, et Judicum libri singuli, sive Ruth, Regum etiam libri quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Tobiae quoque, et Esther, et Judith singuli, 373 et duo Machabæorum. Super hos propheticæ libri sedecim sunt, Isaías, Jeremias, et Ezechiel, et Daniel, libri singuli: duodecim quoque prophetarum libri singuli, et hæc quidem prophetica sunt.

5. Post hæc versuum octo libri habentur, qui diverso apud Hebreos metro scribuntur, id est, Job liber, et Psalmorum, et Proverbiorum, et Ecclesiastes, et Cantica Canticorum, liber Sapientiæ, et Ecclesiasticus, Lamentationesque Jeremiæ; sieque compleantur libri Veteris Testamenti quadraginta quinque.

6. Novi autem Testamenti primum quatuor Evangelia sunt Matthæi, Marci, Lucæ et Joannis. Hos quatuordecim Pauli apostoli Epistolæ sequuntur. Quibus etiam subjunctæ sunt septem catholicæ epistolæ, Jacobi, Petri, Joannis, et Judæ, Actus quoque duodecim apostolorum, quorum omnium signaculum est Apocalypsis Joannis, quod est revelatio Jesu Christi, qui omnes libros et tempore concludit, et ordine.

7. Hi sunt libri canonici septuaginta duo, et ob hoc Moyses elegit presbyteros qui prophetarent. Ob hoc et Jesus Dominus noster septuaginta duos discipulos prædicare mandavit. Et quoniam septuaginta duæ linguae in hoc mundo erant diffusæ, congrue providit Spiritus sanctus, ut tot libri essent quot

Hebraice scriptam reperisse se negat Hieronymus. At Isidorus non suis, sed aliena, nunc suis, nunc D aliorum verbis se tradere in his libris præseferat. Dicit autem paulo post, ex Sapientiæ cuiusdam testimonio, librum hunc ab Hebreis aliquando receptum, postea rejectum. GRIAL.

7. Quoniam lxxii linguae. Clem. Alexandr., Stromat. lib. i (ait) ab Ephoro et scriptoribus aliis lxxv tum gentes, tum linguae prodi ex Moysi verbis: Erant autem omnes animæ ex Jacob lxxv, quæ descenderunt in Ægyptum; sed linguae dilectosque videri lxxii plane fuisse, ut nostræ tradunt Scripturæ. Quod se etiam colligere tradunt Hebrei e familiarium numero; totidem namque censi Genes. cap. x. GRIAL.

*Ibid. Septuaginta duæ linguae.* Adisis notam Suarii ad Allægorias, n. 65, ex qua nota perspicue colligitur legendum hoc loco esse, et ob hoc Moyses elegit presbyteros septuaginta duos qui prophetarent. AREV.

nationes, quibus populi ad percipiendam fidei gratiam edificantur.

## CAPUT XII.

### *De scriptoribus sacrorum librorum.*

1. Veteris autem Testamenti secundum Hebraeorum traditionem **374** hi scriptores habentur: primus Moyses scripsit Pentateuchum, Jesus Nave edit librum suum, Judicum autem et Ruth, et Samuelis primam partem conscripsit Samuel; sequentia Samuelis usque ad calcem scripsit David. Malachium autem in commune totum edidit Jeremias. Nam antea sparsus erat per singulorum regum historias. Job librum Hebrei Moysen scripsisse putant, alli unum ex prophetis.

2. Psalterium vero scripserunt decem prophetae, id est, Moyses, David, Salomon, Asaph, Etham, Idithum, et Eman, et filii Core, id est, Asir, Elcana, Abiasaph. Sunt qui et Esdras, et Aggæum, et Zachariam scripsisse dicant. Salomon scripsit Proverbia, Ecclesiastem, et Cantica canticorum. Isaia scripsit librum suum, Jeremias librum suum cum lamentationibus ejus. Viri synagogæ sapientes scripserunt Ezechielem, duodecim prophetas, Daniellem, et Paralipomenon, et Esther. Esdras scripsit librum suum.

3. Omnes autem hos libros idem Esdras propheta scriba post incensam legem a Chaldaeis, dum Judæi regressi fuissent in Jerusalem, divino afflatis spiritu reparavit; cunctaque prophetarum volumina, quæ fuerant a gentibus corrupta correxit; totumque Testamentum in **xxii** libros constituit, ut tot libri essent in lege, quot habentur et litteræ.

4. Primam post Esdram Editionem de Hebreo in Graecum LXX interpres ediderunt sub Ptolomeo Ægyptio rege, successore Alexandri, qui in legendō studiosus fuit, omniamque libres gentium **375** congregavit. Iste enim ab Eleazarō, qui erat princeps sacerdotum, multa dona mittens ad templum, petuit ut sicut de duodecim tribubus Israel transmitterentur, qui interpretarentur omnes libros. Et, ut fidem

CAP. XII. N. 4. *Et Samuelis primam partem.* Idem seminit Diodorus, qui Samuelis **ix** verba illa: *Nam videntem vocebat populus, qui nunc propheta dicitur, non ipsius Samuelis, sed ejus qui Samuelis scripta colligit verba fuisse vult.* Isidorus sat fuit nonnunquam non se de suo, sed de Hebreorum sensu et traditione loqui. GRIAL.

*Ibid.* Malachim totum edidit Jeremias. Nibili id certius. GRIAL.

2. Psalterium vero scripserunt decem: ii seilicet, quorum nomina in psalmorum titulis praescribuntur. Id vero persuadere alicui fortasse possent, nisi Adamo, et Melchisedecbo suos etiam psalmos assignarent, illi nonagesimum primum, huic centesimum nonnum. GRIAL.

*Ibid.* Viri synagogæ sapientes scripserunt Ezech. et Esth. Fabello Judæorum. GRIAL.

3. An Esdras libros abolitos, vel incensos legis reparaverit, vetus est quæstio. Antiquoruni patrum, quorum plerique argunt, verba exscribiti Natalis Alexander in Historia eccles. Vet. Test., dissert. 4, in 4 mundi astate. Qui asserunt, antiquiori apocrypho libri IV Esdræ cap. xii, fidem præsternant. AKEV.

4. Primam post Esdram. Quæde LXX interpretationem

A interpretationis adverteret, singulis corum qui fuerant destinati singulas cellulas dedit, et assignans omnibus omnes Scripturas, jussit interpretari.

5. Qui, cum per septuaginta dies istius rei negotium adimplerent, omnium simul interpretationes, quas per diversas cellulas segregati nullo ad ullum propinquante fecerunt, congregavit in unum. Atque ita omnes libri interpretati per Spiritum sanctum inventi sunt, ut non solum in intellectu, verum etiam in sermonibus consonantes invenirentur. Hæc fuit prima interpretatio vera ac divina.

6. Hos libros meditari omnium gentium Ecclesiaz primum cooperunt, eodemque de Graeco in Latinum interpretantes primi Ecclesiarum provisores tradiderunt. Post hæc secundam Editionem Aquila, tertiam et quartam Theodotion et Symmachus ediderunt, ambo Judæi proselyti. Quintam vero et sextam Editionem Origenes reperit, et cum cæteris supradictis Editionibus comparavit. Illi sunt itaque tantum qui Scripturas sacras de Hebreo in Graecum vertierunt. Qui etiam et numerantur.

7. Nam Latinorum interpretum, qui de Graeco in nostrum eloquium transtulerunt (ut meminit sanctus Augustinus [in de Doctr. Christ. c. 11]) infinitus numerus. Sicut enim (inquit) primis fidei temporibus ad manus venit Codex Graecus, atque aliquantulum sibi utriusque lingue peritiam sumpsit, ausus est statim interpretari, atque inde accidit tam innumerabiles apud Latinos extitisse interpretes.

8. De Hebreo autem in Latinum eloquium tantummodo Hieronymus presbyter sacras scripturas convertit. Cujus Editione generaliter omnes Ecclesiaz usquequaque utuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis et elasier in verbis. Librum Sapientiaz Salomon scripsisse probatur testimonii illius, quibus ibi legitur: *Tu me (inquit) elegisti 376 regem populo tuo, et dixisti ut ædificarem templum in nomine sancto tuo, et in civitate habitationis tuc* (Sat. ix, 7).

9. Hoc opus Hebrei (ut quidam sapientium me Editione refert usque ad verbum inveniuntur, leguntur in Cyrilli catechesi 4. Eademque Justinus, Ireneus, Augustinus, Philo, atque alii prodidere. Sed ridet Hieronymus, quæ de cellulis referuntur. Neque huic, neque illis nostrorum theologorum studiis desunt. Nec minore contentione de ea quoque re dissident, omnesne Veteris Testimenti, an soli quinq; Moysi libri ab illis sint conversi. GRIAL.

7. Ut meminit sanctus Augustinus. Lib. II de Doctrin. Christ., cap. 11. Idem in Novo Testamento accidisse ait Hieronymus, epist. 123, ad Damasum, tot pene fuisse exemplaria, quot Codices. GRIAL.

8. Veracior sit in sententiis, et clarius in verbis. Hoc elogium ex Augustini sententiis potius convenit versioni Italæ, seu antiquæ, quam Hieronymianæ, seu novæ. Ita enim Augustinus lib. II de Doctr. Christ., exp. 15, n. 22: *In ipsis interpretationibus Italæ cæteris præferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententie.* Vide Sabatierum in prefat., n. 18, et Isidoriana, cap. 87, n. 23. Mariana, de Edit. Vulg., cap. 18, p. 89, observat Isidori verba Rabaniū repete lib. II Inst. clericor., cap. 54. Ostendit autem eo loco Mariana Editionem Latinam Vulgataam eandem esse Hieronymi. AREV.

minit) inter canonicas scripturas recipiebant. Sed postquam comprehendentes Christum interfecerunt, memorantes in eodem libro tam evidentissima de Christo testimonia, quibus dicitur: « Dixerunt inter se impii, Comprehendamus Justum, quia inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris. et promittit Dei scientiam se habere, et Filium Dei se nominat. » Et infra: « Si enim vere est Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum. » Ac deinde: « Ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ejus, morte turpissima condemnemus eum (*Sap. ii.*) ; collatione facta, ne nostri eis pro lata aperto sacrilegio derogarent, a propheticis eum voluminibus reciderunt, legendumque suis prohibuerunt.

**40.** Librum autem Ecclesiasticum composuit Jesus filius Sirach Jerosolymitanus, nepos Jesu sacerdotis, de quo meminit Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloquii similitudinem Salomonis titulo prænotatur. Præterea Judith, et Tobiæ, sive Machabœorum libros qui auctores scripserunt, minime constat.

**41.** In Novo autem Testamento quatuor libros Evangeliorum quatuor evangelistæ singulos scripserunt, quorum solus Maithæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cæteri Græco. Paulus apostolus suas scripsit Epistolæ, ex quibus novem septem Ecclesiis destinavit, reliquas discipulis suis misit, Timotheo, Tito et Philemoni. Ad Hebræos autem Epistolam plerisque Latinis ejus esse incertum est **377** propter dissonantiam sermonis. Eamdemque C alii Barnabam conscripserunt, alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur.

**42.** Petrus scripsit duas nomine suo epistolæ, quæ catholice nominantur: quarum secunda a quibusdam ejus esse non creditur propter stili sermonis que distantiæ. Jacobus suam scripsit Epistolam. Quæ et ipsa a nonnullis ejus esse negatur, sed sub

**11.** *Ad Hebræos autem Epist.* Ex Hieronymi catalogo. At nunc dubitandi nullus relictus locus post conciliorum sequentium decreta. Quæ de Petri, Jacobi et Joannis Epistolis dicuntur, ex eodem sunt catalogo. De Apocalypsi, quoniam etiam ante Hieronymi ætatem recepta fuerat, negliguisse videtur Isidorus eos qui illam suo tempore non recipere, contra quos est concilii Toletani **IV**, can. 16. **GRIAL.**

*Ibid.* De Epistola ad Hebræos neque Isidorus ipse dubitat in Proœmis. In Etymologias. lib. vi, cap. 2, n. 45, ex plurim Latinorum sententia non certo Pauli esse dicitur. **AREV.**

**CAP. XIII. N. 4. Laudes.** Quid *Laudes* appellebat, et ipse satis superque declarat, et cuivis ex concilio iv Toletan. magis adhuc constare poterit. Ut mirum sit tam manifesta in luce quanta sibi ipse tenebras offuderit, qui magno negotio contenderit ut hæc, plurimum capitum inverso ordine, post caput de matutinis collocaret. Cum neque quid laudes, neque quid matutinæ preces apud Isidorum sit, posset illa ratione dispicere. Ac de matutinis suo loco. *Laudes* hoc loco canticum *Alleluia* dicitur, quod in aliis regionibus (ut nunc ubique sit) ante Evangelii lectionem, in Hispania post Evangelium decantari ea synodus præcepit, can. 10 et 11. **GRIAL.**

*Ibid.* In Appendix 9 ad Etymologias fragmentum

A nomine ejus ab alio dictata existimat. Joannis epistolæ tres idem Joannes edidit, quartum primatum a quibusdam ejus esse assertur, reliqua duæ Joannis cujusdam presbyteri existimantur, evanç juxta Hieronymi sententiam alterum repulerum apud Ephesum demonstratur. Judas suam edidit Epistolam. Actus apostolorum Lucas compöstit, sicut audivit, vel vidit. Apocalypsin Joannes evangelista scripsit eodem tempore, quo ob Evangelii prædicationem in insulam Pathmos traditur relegatus.

**43.** Hui sunt scriptores sacrorum librorum, divina inspiratione loquentes, atque ad eruditiohem nostram præcepta cœlestia dispensantes. Autem autem eam Scripturarum Spiritus sanctus esse creditur. Ipse enim scripsit, qui prophetas suos scribenda dictavit. Jam tibi post psalmorum originem aliquæ hymnorum, post sanctorum effigiem librorum numerum, postulata sequentia prænotabo.

#### CAPUT XIII.

##### De laudibus.

**1.** Laudes, hoc est, *Alleluia canere, canticum est Hebræorum, 378* cuius expositio duorum verborum interpretatione consistit, hoc est, *laus Dei*, de cuius mysterio Joannes in Apocalypsi refert Spiritu revelante vidisse, et audisse vocem cœlestis exercitus angelorum, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem validorum tonitruum dicentium *Alleluia.*

**2.** Ex quo nullus debet ambigere hoc laudis mysticum, si digna fide et devotione celebretur, angelis esse conjunctum. *Alleluia autem, sicut et Amen de Hebreæ in Latinam linguam nequaque transfertur, non quia interpretari minime queant, sed, sicut aiunt doctores, servatur in eis antiquitas propter sanctiorem auctoritatem.*

**3.** In Africanis autem regionibus non omni tempore, sed tantum dominicis diebus, et quinquaginta post resurrectionem Domini *Alleluia* cantatur pro

D est Isidori nomine de variis vocabulis *Alleluia*, etc., quod pertinet ad librum vi, cap. 49, Etymologiarum, de Officiis. Copiose etiam Bingham disserit de alleluia et psalmis alleluia-ti, tom. VI Antiq. eccles., pag. 41 et seqq. In missa Gothicæ statim post lectionem Evangelii canebatur *Lauda*, quod ab Isidoro *Laudes* dicitur. Qui ritum officii Gothicæ ignorant, facile unam ejus partem cum alia confundunt. In Isidorianis, cap. 88, n. 71, indicavi quasdam missas a sancto Ildefonso compositas adhuc latere, quæ, si ederentur, magnum lumen veteris liturgiæ Hispanæ ordinis et methodo essent allaturæ. Verum bibliothecæ archiepiscopali Toletane prælectus Petrus Emmanuel Hernandez, vir cum præmis doctus, a me rogatus, litteris die 10 februario 1801, respondit eas missas de quibus multi mentionem injecerant, nihil esse aliud quam novum librum sancti Ildefonsi *De perpetua Virginitate sanctæ Mariæ* in septem partes distributum, quæ fortasse singulæ partes ab eodem sancto Ildefonso in diversis festis beatæ Mariæ virginis recitatae sunt ea in sacrificii actione, quam Mozarabes missam dicebant a missione caechumenerorum. Cæteri, qui de his missis sancti Ildefonsi loquuntur, immane quantum a veritate aberrant. **AREV.**

**3.** In Africanis autem regionibus. Ex ep. 119, Au-

Dignificatione futurae resurrectionis, et lætitiae. Venit tamen apud nos secundum antiquam Hispaniam traditionem præter dies jejuniorum, vel Quadragesimæ omni tempore cantatur *Alleluia*; scriptum est enim: *Semper laus ejus in ore meo.*

4. Quod vero post consummatam psalmorum, sive lectionum prædicationem *Alleluia* in fine cantatur, hoc in spe futura facit Ecclesia, significans post annuntiationem regni cœlorum, quæ in hac vita per utrumque Testamentum mundo prædicatur, actionem nostram non esse futuram, nisi in laudem Dei, sicut scriptum est: *Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te* (Psal. lxxxiii, 5). Hinc est quod et liber psalmorum in laude concluditur, ut eadem post finem sæculi laus æterna monstretur.

#### 379 CAPUT XIV.

##### *De offertoriis.*

1. Offertoria, quæ in sacrificiorum honore canuntur, Ecclesiasticus liber indicio est *veteres cantare solitos, quando victimæ immolabantur, sic enim dicit: Porrexit, inquit, sacerdos manum suam in*

*gust. ad Januarium, c. 15 et 17. GRIAL.*

4. Actionem nostram non esse futuram, usque ad laudabunt te. Verba sunt Augustini, cap. 15. GRIAL.

*Ibid.* Hittorpius edidit in spem futuri, quamvis agnoverit in aliis esse in spe futura. In Editione quam curavit Cochleus, multa in hoc capite et in plerisque aliis desunt, ut illud exemplar censeri possit quibusdam in locis epitome librorum de ecclesiasticis Officiis. AREV.

CAP. XIV. N. 1. *Offertoria, quæ in sacrificior. canuntur, etc.* Gentiles quoque in libationibus graviores quosdam sonos adhibuisse, qui magnam partem spondeis pedibus constarent, unde nomen huic pedi datum, qui et pontificius propterea dictus est, notum ex Terentiani versibus

*Qui quod in templis canorus a sono vocis malæ.  
Auribus libantis obstat, et favet, ~~admodum~~ est.*

Eam vicem, ubi cantores organaque desunt, tintinnabulorum rotæ antiquo jam ritu præstant. GRIAL.

*Ibid.* Multi MSS. in sonitu tubæ. Unus, in voce, prædicatione, cantu. Pro accendimur duo MSS., arcendumus. Hittorpius cum quatuor MSS. edidit: *Jubilamus in altum; unus Ms. addebat, in alto illo scilicet, etc.* AREV.

CAP. XV. N. 1. *Cujus celebrationem.* Traditam a Petro, quem ad consecrationis verba quidam tres orationes, alii solam Dominicam, initio adhibuisse dicunt. Auctæ deinde aliae ab aliis tum preces, tum ceremoniæ, ut videmus in Patrum liturgiis. Nam et illud Pauli, I Cor. xi. *Cetera autem, cum venero, disponam, ad id refert Augustini. epist. 118, cap. 6.* Isidorus ordinem qui ætate sua in concil. Tolet. iv jussus est per omnem Hispaniam et Galliciam observari tantum referit. Qui tamen ordo non idem proorsus retinetur in Mozarabo Missali, quod adverdit etiam Jacobus Pamelius. GRIAL.

2. Quinta deinde infertur illatio. Pensiones, ut a Græcis τιτθοπεῖ, ita a nostris illationes dictas, constat e Cassiodor., lib. xii, ep. 16, quomodo illationis voce uia est etiam synodus Tolet. vii, can. 4: *Ne ergo fiat de cætero, quod constat hactenus inordinate præsumptum, non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum præfatuæ pro incise per singulas diæcesis suæ basilicas juxta synodum Bracharensem annua illatione sibi expelent conferri. Mediaque videtur*

A libationem, et libavit de sanguine uvæ, et fudit in fundamento altaris odorem divinum excuso principi. Tunc exclamaverunt filii Aaron in tubis productibüs, et sonuerunt, et auditam fecerunt magnam vocem in memoriam coram Deo (Eccli. L, 16). Non aliter et nunc in sono tube, id est, in vocis prædicatione cantu accendimur, simulque corde, et ore laudes Domino declamantes jubilamus in illo scilicet vero sacrificio, cuius sanguine salvatus est mundus.

#### CAPUT XV.

##### *De missa et orationibus.*

1. Ordo autem missæ, et orationum, quibus oblata Deo sacrificia consecrantur, primum a sancto Petro est institutus, cuius celebrationem uno eodemque modo universus peragit orbis. Prima earumdem oratio admonitionis est erga populum, ut excitentur ad exorandum Deum. Secunda invocationis ad Deum est, ut clementer suscipiat preces fidelium oblationesque eorum. Tertia autem 380 effunditur pro offerentibus, sive pro defunctis fidelibus, ut per idem sacrificium veniam consequantur.

2. Quarta post hæc infertur pro osculo pacis, ut

inter exactionem et libationem, sive inter pensionem et munus, illatio. Ut enim imperatores pensionis tristiori appellacionem illationis nomine mitigant, ita ecclesiastici viri submissi se loqui putaverunt, si quæ alias dona et munera vocant, illationem appellarent. Id quod etiam debitum servitius non uno in loco dicitur. Hinc illud in canone: *Offerimus præclaræ Majestati tuaæ de tuis donis ac datis.* Nimum videbatur offerimus, ni subjeceretur de tuis donis ac datis. Sed (ut ego quidem existimo) dicebatur illatio tum panis et vinum, antequam offererentur, tum formula ipsa precationis, qua inferebantur. Erat ergo illatio tum id quod inferebatur, ex quo erat oblatio facienda, tum precatio ipsa qua inferebatur, ut fieret ex illatione oblatio. GRIAL.

*Ibid.* Ut charitate reconciliati omnes invicem, digne. Alii, digni. Alii, ut charitate reconciliationis omnes invicem digne; vel, ut per charitatem reconciliationis invicem digne. Quæ duas postremæ lectiones Hittorpio non dispecebant, ut respiciatur ad reconciliationem in Evangelio præscriptam, antequam munus ad altare offeramus. In nota Grialii mendose erat, formula ipsa precationis, quam inferebantur. Reposui qua, ut paulo post precatio ipsa qua inferebatur. In Missali Mozarabico haec prima oratio proprie missa dicitur, quam tamen in eodem Missali diverse aliæ præcedunt. Secunda oratio post orationem missam appellatam proprium nomen non habet. Tertia oratio dicitur Post nomina, scilicet offerentium et defunctorum. Quarta oratio appellatur Ad pacem, pro quo mendose in Missali Mozarabico scribitur *Ad Putrem*, ut observat Lesleus in not. ad Missal. Mozarab., pag. 4. Quinta in eodem Missali Illatio, ut apud Isidorum, vocatur. Sexta in cit. Missal. appellatur Post pridie, quin causa hujus appellationis nota sit. In liturgiis Gallicanis Post mysteria, aut Post secreta nominatur. Septima denique est Oratio Dominicæ, ut apud Isidorum. Sed ante hanc orationem recitatū Symbolum Constantiopolitanum ex præscripto concilii in Toletani, quod cap. seq. Isidorus vocat Nicenum, quia ita passim appellabatur. Multa quæ ad lituriam Gothicam pertinent illustrari possunt ex brevi expositione antiquæ liturgiæ Gallicane, quam præmissa docta præfatione Martenius edidit tom. V Thesauri Anecdot., pag. 86 et seqq. AREV.

charitate reconciliati omnes invicem digne sacramento corporis et sanguinis Christi conscientur; quia non recipit dissensionem cujusquam Christi invisibile corpus. Quinta deinde infertur illatio in sanctificatione oblationis, in qua etiam et ad Dei laudem terrestrium creaturarum virtutumque celestium universitas provocatur, et **381** Hosanna in excelsis cantatur, quod Salvatore de genere David nascente salus mundo usque ad excelsa pervenerit.

3. Porro sexta exhibet succedit conformatio sacramenti, ut oblatio, quae Deo offertur, sanctificata per Spiritum sanctum, Christi corpori ac sanguini conformetur. Harum ultima est oratio, qua Dominus noster discipulos suos orare instituit, dicens: *Pater noster, qui es in celis. In qua oratione, ut sancti Patres scripserunt, septem petitiones continentur; sed in tribus primis aeterna poscuntur: in sequentibus quatuor temporalia, quae tamen propter aeterna adipiscenda petuntur.*

4. Nam cum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, Adveniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in celo, et in terra;* hic quidem ista tria inchoantur; sed in illa vita sperantur, ubi sanctificatio Dei, et voluntas, et regnum in sanctis suis immortaliter permanebit. Jam vero panis quotidianus, qui vel animae, vel carni tribuitur, hic exponitur; hic etiam post subsidium cibi venia de exemplo fraternali indulgentiae postulatur; hic, ne in peccati tentationem incidamus, exposcimus. Hie, post omnia, ut a malis liberemur, Dei auxilium imploramus. Illic autem nihil istorum est.

5. Hanc itaque orationem Salvator docuit, in qua et spes continetur fidelium, et confessio peccatorum; de qua propheta praedicens, ait: *Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini salvis erit* (*Joel. 11, 32*). Haec sunt autem septem sacrificii orationes commendatae evangelica apostolicaque doctrina, cuius numeri ratio instituta videtur vel propter septenariam sanctae Ecclesiae universitatem, vel propter septiformem gratiae Spiritum, cuius dono ea quae inferuntur sanctificantur.

### **382 CAPUT XVI.**

#### *De Symbolo Niceno.*

1. Symbolum autem, quod tempore sacrificii a populo praedicatur, trecentorum decem et octo sancto-

rum. *In qua oratione, ut Patres scripserunt, septem petitiones.* Singulis petitionibus Amen respondetur, quarta excepta, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, cui respondetur, quia tu es Deus.* GRIAL.

Ibid. Hitorius cum MSS. suis edidit, *confirmatio sacramenti ut oblatio.... Christi corporis et sanguinis confirmetur.* Nec probat conformatio, et conformetur, quia in Ordinis Romanorum libris *confirmare* significat distribuere aliis corpus et sanguinem Domini, quae distributio etiam hoc loco intelligi potest. AREV.

4. *De exemplo.* Veteres Editiones, ad exemplum. AREV.

CAP. XVI. N. 1. *Omnis enim, etc.* Al., omnes enim errorum impietas, perfidiaeque, vel blasphemias calcet. Pro vel, alii et, quod perinde est. AREV.

CAP. XVII. N. 1. *Benedictionem.* Singulis proprieatis benedictiones propriæ assignantur in Mozarabo Missali. Est autem haec e Dominic. 7 post Pen-

A rum Patrum collatione apud synodum Nicenam est editum. Cujus verae fidei regula tantis doctrinæ fidei mysteriis præcellit, ut de omni parte fidei loquatur, nullaque pene sit haeresis cui per singula verba vel sententias non respondeat. Omnes enim errores impietatum perfidiaeque blasphemias calcat, et ob hoc in universis Ecclesiis pari confessione a populo proclamat.

### **CAPUT XVII.**

#### *De benedictionibus.*

1. Benedictionem autem dari a sacerdotibus populo, antiqua per Moysen benedictio pandit, et comprobatur, qua benedicere populo sub sacramento trinitatis invocationis jubetur. Ait enim ad Moysen Dominus: *Ego benedes populum meum, et ego benedicam illos: Benedic te Dominus, et custodiat te, illuminet Dominus faciem suam super te, et misereatur tui, attollat Dominus faciem suam super te, et dedit tibi pacem* (Num. vi, 24).

### **CAPUT XVIII.**

#### *De sacrificio.*

1. *Sacrificium autem, quod a Christianis Deo offertur, primum 383 Christus Dominus noster, et magister instituit, quando commendavit apostolis corpus et sanguinem suum, priusquam traderetur; sicut legitur in Evangelio: Accipit, inquit, Jesus panem, et calicem, et benedicens dedit eis (Matth. xxvi, 26).* Quod quidem sacramentum Melchisedech rex Salem figuraliter in typum corporis et sanguinis Christi primus obtulit, primusque mysterium tanti sacrificii imaginarie idem expressit, praferens similiudinem Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, sacerdotis aeterni, ad quem dicitur: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* (Ps. cix).

2. Hoc ergo sacrificium Christianis celebrare præceptum est, relictis ac finitis Judaicis victimis, quæ in servitute veteris populi celebrari imperata sunt. Hoc itaque sit a nobis, quod pro nobis Dominus ipse fecit, quod non mane, sed post coenam in vesperum obtulit. Sic enim Christum oportebat adimplere circa vesperam diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet vesperam mundi. Prinde autem non communiceaverunt jejuni apostoli, quia necesse erat ut pascha illud typicum antea impleretur, et sic denuo ad verum paschæ sacramentum transirent.

B tecosten. GRIAL.

Ibid. Illuminet Dominus faciem, etc. Ita Goth. Codex ex Septuaginta interpretatione; in excusis libris Vulgata Edit. verba substituta sunt. GRIAL.

Ibid. Alii, et benedicam eum. Et nox, custodiat te, ostendatque faciem suam tibi, et misereatur, etc. AREV.

CAP. XVIII. N. 1. Vid. Cyprian., epist. 3, lib. II, de sacramento dominici calicis. GRIAL.

Ibid. Tradetur. Al., putetur. AREV.

2. *Quod non manu usque ad vesperam mundi, Cypriani verbæ sunt.* GRIAL.

Ibid. *Prinde non communiceaverunt jejuni apostoli.* Vid. cap. 54, Liquido, de conserv. d. 2. GRIAL.

Ibid. *Pro imperata alihi exhibent imperatores, quod clarissimi est.* Pro hoc itaque sit, al., hodie itaque sit. AREV.

3. *Hoc enim in mysterio tunc factum est quod pri-*  
*mum discipuli corpus et sanguinem Domini non ac-*  
*reperunt jejuani. Ab universa autem Ecclesia punc a*  
*jejunis semper accipitur. Sic enim placuit Spiritui*  
*santo per apostolos, ut in honorem tanti sacramenti*  
*in os Christiani prius dominicum corpus intraret,*  
*quain ceteri cibi, et ideo per universum orbem nos*  
*iste servatur. Panis enim quem frangimus corpus*  
*Christi est (*I Cor. x.*), qui dixit : *Ego sum panis vobis,*
*qui de caelo descendii (*Ioan. vi.*). Vinum autem sanguis*  
*eius est, et hoc est, quod scriptum est : *Ego sum*
*vitis vera (*Ioan. vi.*); sed panis, quia corpus confirmat,*  
*ideo corpus Christi nuncupatur, vinum autem, quia*  
*sanguinem operatur in carne, ideo ad sanguinem*  
*Christi refertur.***

4. *Hæc autem dum sunt visibilia, sancti beata tamen per Spiritum sanctum **384** in sacramentum*  
*divini corporis transeunt. Proinde autem, ut sanctissimus Cyprianus ait : « Calix dominicus vino et aqua*  
*misstus offertur, quia videmus in aqua populum in-*  
*telligi, in vino vero ostendit sanguinem Christi.*  
*Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo*  
*populus adunatur, et credentium plebs ei in quem*  
*credidit copulatur et jungitur. Quæ copulatio et con-*  
*junction aquæ et vini sic miscetur in calice Domini,*  
*ut commissio illa ab invicem non possit separari,*  
*sicut nec Ecclesia potest a Christo dividiri.*

5. « *Sic autem in sanctificando calice Domini offerri*  
*aqua sola non potest, quod modo nec vinum solum*  
*potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis*  
*Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit*  
*sola, pleba incipit esse sine Christo. Quando autem*  
*utrumque miscetur, et adunatione confusa sibi invi-*  
*cem copulatur, tuac sacramentum spirituale et ecclæ*  
*sele perficitur. Sic vero calix Domini non est aqua*  
*sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur,*  
*quomodo nec corpus Domini potest esse simila*  
*sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit,*  
*et copulatum, et panis unius compage solidatum.*

6. « *Quo et ipso sacramento populus noster ostendi-*  
*tur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum*  
*collecta, et communia panem unum*

5. Catholicam Isidori de sacra Eucharistia doctrinam propugnavi in Isidorianis, cap. 30, n. 15 et seqq., contra Binghamum, et alios heterodoxos. AREV.

4. *Calix Dominicus*, usque ad adunatus, omnia sunt Cypriani veria. GRIAL.

*Ibid.* Verba sauci Cypriani in Editione Felli epist. 63, de sacramento dominici calicis non omnia ab Isidoro exscribuntur. AREV.

7. *Dicunt aliqui, nisi aliquo interven. peccato. Vid.*  
*cap. 13, de consecr., d. 2, Quotidie. GRIAL.*

*Ibid.* *Hoc est enim indigne accipere. Augusti.,*  
*epist. 118. GRIAL.*

*Ibid.* *Dicunt aliqui, etc. Vide librum de Dogmat. eccles., cap. 22; Canon. apo-tol. 8 et 9; Justinum, in Apolog. de Dominicis die; Basil., epist. 2.9, et recentiores, qui de frequenti communione contra Arnaldum plura opera ediderunt. AREV.*

8. *Cæterum si non sunt tanta peccata. Hilarii, sive*  
*Augustini verba relata a Gratiano, de cons., d. 2,*  
*cap. Si non sunt. GRIAL.*

A faciunt, sic in Christo, qui est panis emblestis, unum sciamus esse corpus, cui conjunctus sit noster numerus, et adunatus. »

7. *Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato,*  
*Eucharistiam quotidie accipiendam; hunc enim pa-*  
*nem dari quotidie nobis, jubente Domino, postula-*  
*mus, dicentes : Panem nostrum quotidianum da nobis*  
*hodie. Quod quidem bene dicunt, si hoc cum reli-*  
*gione et devotione et humilitate suscipiant, nec, con-*  
*sidendo de justitia, superbæ præsumptione id fa-*  
*ciant. Cæterum si talia sunt peccata, quæ quasi*  
*mortuum ab altari removeant, prius agenda pœnitentia*  
**385** *tunc suscipienda. Qui enim manducaverit*  
*indigne, judicium sibi manducat et babit (*I Cor. xi.*).*

B *Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore quis*  
*accipiat quo debet agere pœnitentiam.*

8. *Cæterum si non sunt tanta peccata, ut excom-*  
*municandus quisque judicetur, non se debet a me-*  
*dicina dominici corporis separare, ne, dum forte*  
*diu abstinentia prohibetur, a Christi corpore sepa-*  
*retur. Manifestum est enim, eos vivere, qui corpus*  
*eius attingunt. Unde etiam timendum est ne, dum*  
*diu quisque separatur a Christi corpos, alienus re-*  
*maneat a salute, ipso dicente : Nisi comederis car-*  
*num filii hominis, et bibieris ejus sanguinem, non habe-*  
*bitis vitam in tribus (*Joan. vi.*). Qui enim jam peccare*  
*quievit, communieare non desinat.*

9. *Conjugatis autem abstinentium est coitu, plu-*  
*rimisque diebus orationi debent vacare, et sic deinde*  
*ad Christi corpus accedere. Relegamus Regum li-*  
*bros, et inveniemus sacerdotem Abimelech de pa-*  
*nibus propositionis noluisse prius dare David, et*  
*pueris ejus, nisi ante interrogaret utrum mundi*  
*essent pueri a mulieribus, non utique ab alienis, sed*  
*a conjugibus propriis, et nisi eos audisset ab heri et*  
*nudius tertius vacasse ab opere conjugali, nequaquam*  
*panes quos prius negaverat concessisset (*I Reg. xi.*).*

10. *Tantum interest inter propositionis panes et*  
*corpus Christi, quantum inter umbram et corpus,*  
*inter imaginem et veritatem, inter exemplaria futu-*  
*rorum et ea ipsa quæ per exemplaria præfiguraban-*

*Ibid.* Contra eos qui frequentem communionem impugnant adduci solet hic locus. Petavius, Disser-tat. ecclesiast. lib. II, cap. 3, tom. IV, pag. 185; ob-servat hæc ab Isidoro sumpta ex Augustino, epist. 118, c. 3, quibus Isidorus præmisit : *Cæterum si tanta*  
*peccata, etc. Zaccaria, tom. XII Histor. litter., pag. 451;*  
*Leslei conjecturam probat, legendum, du absti-*  
*nens probetur pro diu abstinence, vel abstinentia*  
*prohibetur, quia ita legitur in Codice Albornoziano*  
*Bononiensi, et quia, ut observat Lesleus, pag. 500,*  
*in Missale Mozar. sermo est de eo qui sponte absti-*  
*net, non de eo qui ab alio prohibetur. Idem Lesleus,*  
*pag. 529, agit de usu frequenti sacra Eucharistia*  
*apud veteres. Hiltorius observat legendum esse, si*  
*non sunt tanta peccata, ac male alios omittere non;*  
*et pro excommunicandus, quod in aliquo Ms. inveni-*  
*rat, legit excommunicatus, et abstinentius, pro abi- i-*  
*scendens, pro quo apud alios reperit abstinentia. Mibi non*  
*displacet prohibetur, hoc est, a scipo. AREV.*

9. *Relegamus libros Regnorum, usque ad accedere*  
*possit, verbas Hieron. in cap. I Epist. ad Tit. Galat.*

tur. Quapropter eligendi sunt aliquot dies, quibus prius homo continentius vivat, quo ad tantum sacramentum dignus accedere possit.

**386** 11. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel pro eis orare, quia per totum hoc orbem custoditur, credimus quod ab ipsis apostolis traditum sit. Hoc enim ubique catholica tenet Ecclesia, quae nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus vel elemosynam faceret, vel sacrificium Deo offerret.

12. Nam et cum Dominus dicit : *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc saeculo, nec futuro* (*Matth. xii*), demonstrat quibusdam illie dimittendi peccata et quodam purgatorio igne purganda. Ergo in quodam loco dictum est a sanctissimo Augustino : « Defunctorum animas sine dubio pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium offeratur, vel elemosyna sunt, si tamen aliquid quisque sibi meritum preparavit, dum adhuc in corpore viveret, per quod ista prosint, quaecunque pro illo sunt.

13. « Nam non omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vita quam quisque gessit in corpore? Nam pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiaciones sunt, pro valde malis, etiam si nulla sunt adjuvamenta mortuorum, qualescunque consolations vivorum sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilius fiat ipsa damnatio. »

#### CAPUT XIX.

*De tertiae, sextae, et nonae officiis.*

1. Horam tertiam, sextam, et nonam Daniel et tres pueri supplicationibus devoverunt (*Dan. vi, 13*), scilicet, ut ab ortu diei in tempus prectionis tres horae correctae Trinitatis nobis reverentiam declararent, pariliter ad tertiam, ad sextam, atque deinde ad nonam per **387** lucis intervalla, ratis dimensionibus terminata, Trinitas ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quod Spiritus sanctus hora tercia, hoc est, suo loco, et numero, et tempore, descendit ad terras impleturus gratiam quam Christus promisit (*Act. ii*).

2. Nam et sexta hora Christus passus, ad nonam

12. *Defunctorum anima*, etc., usque ad fin. cap., **D** verba sunt Augustini, in *Enchirid. ad Laur.*, c. 110. *GRIAL.*

*Ibid.* Eadem doctrina Augustini *De Civit. Dei*, lib. xxi, cap. 24, et lib. de Cura pro mortuis. *AREV.* *CAP. xix. N. 4.* Vid. Cypriani librum de Orat. Dominic., et Tertullian., de Jejunio. *GRIAL.*

*Ibid.* Pro ratis, aliis satis. Fortasse statis. In nonnullis MSS. *Trinitas ter derogata, id est, deprecata coleretur.* In vet. Edit. erat determinata Trinitas. Apud *GRIALIUM dimensionibus.* Non est omittenda lectio Editionis Cochleii : Pariterque a tercia ad sextam, atque inde ad nonam per paria lucis intervalla, ratis dimensionibus interminata *Trinitas ter die rogata coleretur.* De oratione tertiae, sextae et nonae vide *Commentar.* ad Prudentium, hymn. 3 *Cathem.*, vers. 86, et *Etymol.* lib. vi, cap. 19, cum nota ad num. 62; quod

**A** patibili cruciamenta porrexit. Tali enim sacramento legitimis ad precem temporibus per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur. Licet et computetur diurna celebritas per quaternarium usque ad vespertinum officium, hoc est, quia quaternis significetur mundus quadrilatero divisus, in Trinitate salvatus. Siquidem et in nocte stationes et vigilie militares in quatuor partes divisae, ternis horarum spatiis secernuntur, ut et in ipsis nocturnis mundialibusque officiis Trinitatis mysterium veneretur.

#### CAPUT XX.

*De vesperis.*

4. Vespertino diurni officium finis et alterna lucis occasus est, cuius ex Veteri Testamento solemnis est celebratio. Denique hoc tempore veterum sacrificia offerre, adolerique altario aromata et thuram erat (*Exod. xxix*). Testis est hymnidicus ille, regio ac sacerdotali functus officio, dicens : *Ascendas oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertino.* (*Psal. cxl.*)

2. In Novo quoque Testamento eo tempore quo Dominus et Salvator noster coenantibus apostolis mysterium sui corporis et sanguinis initio tradidit, ut tempus ipsum sacrificii vesperum ostenderet saeculi, proinde in honorem ac memoriam tantorum sacramentorum his temporibus adesse nos decet Dei conspectibus, et personare in ejus cultibus, orationum nostrarum illi sacrificium **388** offerentes, atque in ejus laudibus pariter exsultantes. Vesperum

**C** autem nominatum a sidere, qui vesper vocatur, et decadente sole exoritur. De quo propheta dicit : *Et vesperum super filios hominum prodire facit* (*Job. xxxviii*).

#### CAPUT XXI.

*De completis.*

4. De completis autem celebrandis idem etiam in Patrum inventimus exemplis, David propheta dicente : *Si ascendero in lectum atrati mei, si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitionem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino tabernaculum Deo Jacob* (*Psal. cxxi*). Quis non stuperat tantam in Dei amore animi devotionem, ut somnum sibi, sine quo utique corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Do-

**D** totum caput in argumento hujus operis de Officiis ecclesiasticis versatur. *AREV.*

2. *Mundialibusque.* Fortasse legendum diabolusque, aut diurnis, ut opponatur nocturnis. *AREV.*

*Ibid.* *Licet,* etc. Alii, et si computetur diurna... *hoc est, quaternitas significatur, quia mundus, etc.* *AREV.*

*CAP. xx. N. 4. Altario.* Isidorus cum aliis passim usurpat altarium, altari. *AREV.*

2. *Ut tempus ipsum vesp., usque ad saeculi.* Cypriani sunt verba epist. cit. *GRIAL.*

*Ibid.* *Vesperum ostenderet saeculi.* Al., *vespertinum ostenderet saeculi finem.* *AREV.*

*CAP. xxi. N. 4. Integrum caput ex epist. de observatione vigiliarum,* 36, apud Hieronym., tom. IX: *GRIAL.*

mino fabricandum in pectore suo rex et propheta reperiret? Quæ res debet nos fortiter admonere ut si ipsi locus Domini esse volumus, et tabernaculum ejus, aut templum cupimus baberi, in quantum possumus, exempla sanctorum imitemur, ne de nobis dicatur, quod legitur: *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt* (*Psal. lxxv.*), et cetera.

## CAPUT XXII.

*De vigiliarum antiquitate.*

1. Antiqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis. Isaías denique propheta clamabat ad Dominum, dicens: *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, quia lux præcepta tua sunt super terram* (*Isai. xxvi, 9.*) Item David, et regio, et propheticus sanctificatus unguento, ita canit: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiae tue* (*Psal. cxviii, 62.*) Hoc namque tempore vastator angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit (*Exod. xii.*).

2. Unde et nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admisceamur. **389** Iisdem etiam horis venturum sese in Evangelio Salvator astruxit. Unde et ad vigilandum auditores suos exsuscit, dicens: *Beati servi illi quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes* (*Math. xxiv.*) Etsi vespertina, inquit, hora venerit, etsi media nocte, etsi galli cantu, et ita invenerit eos vigilantes, beati sunt servi illi. *Itaque et vos estote parati, quia nescitis, qua hora Filius hominis venturus est* (*Luc. xii.*).

3. Siquidem nec verbis solum docuit vigilias, sed etiam confirmavit exemplo; sic namque testatur in Evangelio: *Quia erat Jesus pernoctans in oratione Dei* (*Act. xvi, 25.*) Paulus quoque et Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audentibus cunctis vincitis, dixisse memorantur, ubi repente terræmotu facto, et concussis careeris fundamentis, et januae sponte aperiæ, et omnium vincula sunt soluta.

4. Unde oportet his horis psallendi orandique frequentiam nos in sanctis habere officiis, finemque nostrum, vel si advenerit sub tali actu, exspectare securos. Est autem quoddam genus hæreticorum, superfluas existimantium sacras vigilias, et spiri-

CAP. xxxi. N. 1. Pleraque ex eadem epistola carptim hinc inde sumpta. **GRIAL.**

*Ibid.* *Hoc namque tempore vastator angel.*, ex Hieronym. *Math. xxv. GRIAL.*

5. *Audentibus cunctis vincitis.* Vox cunctis non est apud Hieronym., neque *Act. xvi*, et fortasse librariorum partim *vincitis*, partim *cunctis*, scribentium vitio utrumque tandem inolevit. **GRIAL.**

*Ibid.* *Siquidem*, etc. Hæc, usque ad finem capitis deerant in Editionibus antiquis, que Bignaeus suppeditit ex Concilio Aquitanensi sub Ludovico Pio, cap. 130, et Rabano, lib. ii de Institut. cleric., cap. 9, ac vere existant in Mss. Codicibus Isidori. **AREV.**

4. *Nystages*, aut etiam *Nystages*, vel *Nystazontes*. **Ead. viii Etymol.**, c. 5. **GRIAL.**

CAP. xxxii. N. 1. Matutinæ preces hic dicuntur ex quas nos laudes dicimus, ut constat ex Cassian., lib. 3 de Institut. coenob., cap. 3, 4 et 8. Sequebatur vigilias Missa post galli cantum, inde exæ, quas nos laudes, Cassianus matutinam solemnitatem nominat, c. 4 et

A tuali opere infructuosas, dicentes jussa temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco sermone *Nystages*, hoc est, somniculosi vocantur.

## CAPUT XXIII.

*De matutinis.*

1. De matutinorum antiquitate et auctoritate testis est idem David propheta, dicens: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus, et alibi: Preteriverunt, inquit, oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Cassianus autem dicit matutinæ **390** solemnitatis officium novo adhuc tempore institutum primitus in Bethlehem monasterio, ubi Dominus noster Jesus Christus pro redemptione humani generis ex virgine nasci dignatus est. Sicque ex illo per universum mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo.

2. Diluculo autem proinde oratur, ut resurrectio Christi celebretur; matutina enim luce radiante, Dominus et Salvator noster ab inferis resurrexit, quando cœpit oriri fidelibus lux quæ, moriente Christo, occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur, cum justi et omnes ab hac temporali morte, quasi a sopore somni resurgentem, evigilabunt.

## CAPUT XXIV.

*De Dominicō die.*

1. Dominicum diem apostoli iidem religiosa solemnitate sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster **C** a mortuis resurrexit. Quique ideo Dominicus dies appellatur, ut in eo a terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet huic diei honorem, et reverentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habemus in illo.

2. Nam sicut ipse Dominus noster Jesus Christus et Salvator noster tertia die resurrexit a mortuis, ita et nos resurrecturos in novissimo sæculo speramus. Unde etiam in Dominicō die stantes oramus, quod est signum futuræ resurrectionis; hoc agit universa Ecclesia, quæ in peregrinatione mortalitatis inventa est, exspectans **391** in finem sæculi, quod in Do-

6, in qua canebatur psalm. **CXLVIII.**, *Laudate Dominum de cœlis*, cum sequentibus. Novellæ (ut ipse vocat) tunc solemnitati, quæ a nobis prima dicitur, depulati erant psalmi L, *Miserere mei Deus secund.*, LXII, *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*, et LXXXIX, *Domine, refugium factus.* Ita videntur Ecclesiæ occidentalis laudes utramque illorum, id est, matutinam antiquam solemnitatem, et novellam, atque amplius aliquid continere. Nam novellæ, hoc est, primæ, psalmi alii sunt assignati. **GRIAL.**

*Ibid.* In nonnullis Editionibus et Codicibus mss. desideratur totum hoc et seq. caput. In Editione Grialii ita distinguuntur, *institutum*, *Primitus*, etc. **AREV.**

2. *Grialius scribit radianti.* **AREV.**

CAP. xxiv. N. 1. Pleraque omnia ex epist. August. ad Januar. 149, cap. 10. **GRIAL.**

*Ibid.* *Dominicum diem*, etc. Consule Patres apostolicos, cum notis Cotelerii, tom. I, pag. 47, et lib. 6 *Etymol.*, c. 18, num. 49, cum nota. **AREV.**

mini Jesu Christi corpore præmonstratum est, qui est primogenitus a mortuis.

#### CAPUT XXV.

##### *De sabbato.*

1. Sabbatum autem datum est priori populo in otio corporaliter celebrandum, ut figura esset in requiem, unde et Sabbatum requies interpretatur. Dies tamen Dominicus non Judæis, sed Christianis per resurrectionem Domini declaratus est, et ex illo haberecepit festivitatem suam. Ipse est enim dies primus, qui post septimum reperitur octavus. Unde et in Ecclesiaste ad duorum Testamentorum significacionem dicitur, *illi septem, et illi octo* (*Ecccl. xi*).

2. Primo enim solum celebrandum Sabbatum traditum est, quia erat antea requies mortuorum. Resurrecio autem nullius erat qui resurgens a mortuis non moreretur, mors illi ultra non dominatur (*Rom. vi*). Jam posquam facta est talis resurrectio in corpore Domini, ut præiret in capite Ecclesiæ, quod corpus Ecclesiæ speraret in finem, dies Dominicus, id est, octavus, qui et primus, in festivitate successit.

3. Apparet autem hunc diem etiam in sacrosanctis Scripturis esse solemnem; ipse enim primus est dies sæculi, in ipso creati sunt angeli, in ipso quoque a mortuis resurrexit Christus, in ipso de cœlis super apostolos sanctus descendit Spiritus, manna in eodem die in eremo primum de cœlo datum est. Sic enim dicit Dominus : *Sex diebus colligitis manna, in die autem sexto duplum colligitis* (*Exod. xvi*). Sexta enim dies est parasceve, quæ ante Sabbatum ponitur.

4. Sabbatum autem dies septimus est, quem sequitur Dominicus, **392** in quo primum manna de cœlo venit. Unde intelligent Judæi jam tunc prælatam esse Judaico Sabbato Dominicam nostram; jam tunc indicatum est quod in Sabbato ipsorum gratia ad eos de cœlo nulla descenderit, sed in nostra Dominicæ, in qua primum manna Dominus pluit.

#### CAPUT XXVI.

##### *De Natali Domini.*

1. Natalis Domini dies ea de causa a Patribus votivæ solemnitatis institutus est, quia in eo Christus pro redemptione mundi nasci corporaliter voluit, prodiens ex virginis utero, qui erat in Patris imperio.

**CAP. XXV. N. 1.** *Sabbatum autem dat usque ad interpretatur, ex eadem epist., cap. 10. GRIAL.*

*Ibid. Dies tamen Dominicus, usque ad successit, ex cap. 13. GRIAL.*

*Ibid. Declaratus. Al., celebratus.* De re ipsa iterum vide Patres apostolic., cit. Edit., tom. I, pag. 43, et Fabricium, Bibliograph. pag. 452, qui scriptores de die Dominicæ et Sabbato disserentes magna copia enumerauit. AREV.

2. Alii : Nullius erat usque ad Christum Dominum, qui, resurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod melius est. AREV.

3. Apparet autem usque ad datum est, ex ejusdem sermone 251. GRIAL.

4. Sabbatum autem dies septim., etc., e serm. 91, quæ sunt eadem Origenis, hom. 7, in Exod., cap. 15. GRIAL.

**CAP. XXVI. N. 1.** In uno Ms., apud Hittorium, pro

Ario. Cujus susceptæ carnis causa haec est. Postquam enim invidia diaboli parens ille primus spe seductus inani cecidit, confessim exsul, et perditus in omni genere suo radicem malitiæ et peccati transduxit, crescebatque in malum vehementius omne genus mortalium diffusis ubique sceleribus, et, quod est nequius, omnium cultibus idolorum serviens.

2. Volens ergo Deus terminare peccatum, consuluit verbo, lege, prophetis, signis, plagiis et prodigiis. Sed cum nec sic quidem errores suos admonitus agnosceret mundus, misit Deus Filium suum, ut carne indueretur, et hominibus appareret, et peccatores sanaret. Qui ideo in homine venit, quia per seipsum ab hominibus cognosci non potuit. Ut autem videretur, Verbum caro factum est, assumendo carnem, non mutatum in carnem. Assumpsit enim humanitatem, non amisit divinitatem. Ita idem Deus et idem homo, in natura Dei æqualis Patri, in natura hominis factus mortalis **393** in nobis pro nobis, de nobis, manens quod erat, suscipiens quod non erat, ut liberaret quod fecerat.

3. Haec est ergo dominica Nativitatis magna solemnitas, haec est diei hujus nova et gloriosa festivitas, adventus Dei factus ad homines. Itaque dies iste, pro eo quod in eo Christus natus est, Natalis dicitur; quemque ideo observare per revolutum circulum anni festa solemnitate solemus, ut in memoriam revocetur quo die Christus natus est.

#### CAPUT XXVII.

##### *De Epiphania.*

4. Epiphaniorum diem proinde festa solemnitate C viri apostolici signaverunt, quia in eo est proditus stella Salvator, quando invenerunt magi Christum in præsepi jacentem, adorato offerentes competentia munera Trinitati, aurum, thus et myrrham, Regi, Deo atque passuro. Ideo ergo diem hunc annua celebritate sacraverunt, ut mundus agnoscat Dominum quem elementa cœlitus prodiderunt.

2. Siquidem eodem die idem Jesus etiam Jordanis lavacro tingitur, divisoque cœlo Spiritus sancti descendantis testimonio Dei esse Filius declaratur (*Matt. iii*); cuius diei nomen, ex eo quod apparuit gentibus, Epiphania nuncupatur. Epiphania enim Græce, Latine apparitio vel ostensio dicitur. Tribus igitur ex causis hic dies hoc vocabulum sumpsit sive

**D**in imperio emendatum erat gremio, quod fortasse non male esse ipse opinatur. In Isidorianis, cap. 95, n. 15, adverbi in Codice Vatic. 1267 hoc caput 26 tanquam sermonem sancti Isidori exhiberi, de quo plura vide, si placet, in Isidorianis, cap. 72, n. 17 et seqq., ubi etiam præfationem Constantini Cajetani ad hunc sermonem protuli. Codex Regionat. 12<sup>o</sup>, in quo etiam est hic sermo, magis cum Editione nostra congruit, quam cum textu Cajetani. AREV.

2. Carne indueretur. Cajetanus, carnem indueret. AREV.

**CAP. XXVII. N. 1.** *Christum, etc. Cochleus : Christum in præsepio jacentem, et adoraverunt eum, offerentes ei competentia munera Trinitatis, aurum, thus, myrrham, Regi, Deo atque homini purissimo.* Pro illi præsepi aliis habent in præsepe quod minime est absurdum. Vide notas ad Sedulium, pag. 104, 203 et 307. AREV.

quod tunc in baptismis suo Christus populis fuerit A observatione Quadragesimæ sordidata ad unctionem ostensus, sive quod ea die sideris ortu magis est proditus, sive quod primo signo per aquam in vinum versam multis est manifestatus.

3. Refert autem Cassianus apud Aegyptios Nativitatis diem, 394 et epiphaniorum solemnitatem non bisarie, ut in occiduis provinciis, sed sub diei unius festivitate celebrari. Epistolæ quoque pontificis Alexandrini per universas Aegypti Ecclesias vel monasteria diriguntur, quibus et initium Quadragesimæ, et dies Paschæ denuntiantur.

### CAPUT XXVIII.

#### *De Palmarum die.*

1. Dies Palmarum ideo celebratur, quia in eo Dominus et Salvator noster, sicut propheta cecinit, B Jerusalem tendens, a sellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudine pleium obviam ei clamabat; Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel (Zach. ix; Matth. xxi; Joan. xii). In ramis enim palmarum significabatur victoria, qua erat Dominus mortem moriendo superatus, et trophyo crucis de diabolo mortis principie triumphatus.

2. In asello autem, quem sedendo Jerusalem venit, indicavit simplicia corda gentilitatis, quæ presidendo atque regendo perducebat 395 ad visionem pacis. Hoc autem die symbolum competentibus traditur, propter confinem dominicæ paschæ solemnitatem; ut quia jam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fidem quam constanter agnoscent. Vulgus ideo eum diem capitilarium vocant, quia tunc moris est lavandi capita infantium qui ungendi sunt, ne forte

#### **3. Cassian., collat. 10. GRIAL.**

*Ibid.* Epistolæ quoque pontif. Alessandrini peracto eo die, aut Cassian. GRIAL.

*Ibid.* Blanchinus, Evangeliar. Quadrag. I. II, p. 553, profert dissertationem, sive epistolam Francisci a Turre, qua multa de ritu denuntiandi pascha die Epiphania explicantur; qui ritus in Italia quoque viguit. Videndum etiam Benedictus pontifex XIV, de Festis Domini, in festo Epiphania, § 76. AREV.

CAP. xxviii. N. 4. A sellum sedisse perhibetur. Et mox, quem sedendo. Ita etiam Ambrosius: Pullus sedeatur aixa. GRIAL.

2. Capitilarium vocant. Augustin. epist. 118, cap. 7: Si autem queris cur etiam lavandi mos ortus sit, nihil mihi de hac re cogitanti probabilitus occurrit, nisi quod baptizandorum corpora per observationem Quadragesimæ sordidata cum effusione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lavarentur. Hanc autem diem, quæ in Hispania Dominicæ, ut videtur, Palmarum fuit, in Africa fuisse feriam 5 in Cœna Domini, ex hoc Augustini loco appareat; subdit enim: Istum autem diem potius ad hoc electum, quo Cœna dominica anniversaria celebratur, etc. Qui mos adeo in Africa invaluerat, ut de lotione pedum, quæ in eundem diei incurrebat, vel tollenda prorsus, vel certe in aliud diem rejicienda, propriea cogitaverint. Sic enim Augustinus, epist. 119, ad Januar., cap. 18: De lavanda vero pedibus cum dominio hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam generali commendaverit (sic ut ipse consequenter exposuit) quæsumus est quoniam tempore potissimum res tanta etiam facta docaretur, et in illud tempus occurrit, quo ipsa commendatio religiosius inhaeret. Sed ne quid ipsum

A observatione Quadragesimæ sordidata ad unctionem accederent.

### CAPUT XXIX.

#### *De Cœna Domini.*

1. Cœna Domini, hoc est, quinta feria ultimæ Quadragesimæ, quando Dominus et Salvator noster, post typicum illud pascha compleatum, ad verum pascha transiens, mysterium corporis et sanguinis sui primorum apostolic tradidit (Matth. xxvi), quando post sacramenta celestia discipulus fallax et proditor pretium a Judæis accepit, et Christi sanguinem vendidit (Joh. xiii). Encliam die Salvator aurgens a coena, pedes discipulorum lavit propter humilitatis formam commendandam, ad quam docendam generali, sicut et ipse consequenter exposuit. Quod etiam decebat potissimum, ut facie doceret quod observare discipulos premoneret.

2. Hinc est quod eodem die altaria templique parietes et pavimenta lavantur, vasaque purificantur, quæ sunt Domino consecrata. Quo die proinde etiam sanctum christum conficitur, quia ante biduum paschæ Maria caput ac pedes Domini uigante perfidis se perhibetur. Unde et Dominus discipulis suis dixit: Scitis, quia post biduum pascha fai, et Filius hominis tradetur, ut crucifigatur (Matth. xvi).

### 396 CAPUT XXX.

#### *De Parasceve.*

1. Parasceve, id est, sexta Sabbati, ideo in solemnitate habetur, quia in eo die Christus mystrium crucis explevit, propter quod venerat in hunc mundum, ut quia ligno percussi fueramus in Adam, rurus per ligni mysterium empremimus. Hujus enim sacramentum baptismum videtur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere notuimus. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitaverunt. Aliqui autem, ut hoc sacraiore tempore commendarent, et baptismi sacramento distinguenter, vel diem tertium octavorum, quia ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, vel etiam ipsum octavum, ut hoc facerent, elegerunt. GRIAL.

*Ibid.* Capitilarium. Praeter Grialii eruditam annotationem videri possunt Maeri Hierolexicum, Ducasii Glossarium, et scriptores Antiquitatum ecclesiasticarum. Nonnulli scribunt capitilarium, sed in Etymologiis, cap. 18 lib. vi, n. 14, jam editum fuit capitilarium; quem ad locum nonnulla observavi de hoc antiquissimo ritu, quæ buc quoque faciunt. AREV.

CAP. xxix. N. 4. Propter humilitatis formam commend. August., illip. GRIAL.

*Ibid.* Alii, quod etiam decebat potissimum. AREV.

2. In feria quinta majoris hebdomadæ altaria, templi parietes et pavimenta lavari consueverunt adeo certum est, ut etiamna vestigia hujus consuetudinis in nonnullis Ecclesiis permaneant. Cancellerius, scriptor accuratus et eruditus, in descriptione hebdomadæ sanctæ, de hujusmodi ritu, qui in templo Vaticano viget, disserit, et cum Isidorii verbis consert similia alia sancti Eligii, homil. 8 de Cœna Domini: Propter humilitatis formam o die commendandam pedes eorum Christus lavit; et hinc est quod eodem die altaria templique parietes et vasa purificantur. AREV.

CAP. xxx. N. 4. Per ligni mysterium. Multi MSS., per lignum mysterii. Alii, per ligni mysteria. AREV.

**C**ausa triumphi humana possit huius Christo per omnem mundum celebritatem annuam praebet, pro eo quod dignatus est sanguine passionis suae saeculum redimere, et peccatum mundi per crucem morte devicta absolvere.

2. Cujus quidem crucis injuria non pertulit illa divinitatis substantia, sed sola suscepta humanitatis natura. Passio enim corporis fuit, divinitas vero exorsa injurias manus. Tripartita autem ratio dominicae passionis ostenditur. Prima itaque causa est ut Christus pro reatu mundi redemptione daretur, et hostis antiquus, velut homo crucis, caperetur, scilicet ut quos absorberet evomeret, et praedam quam tenebat amitteret, non potentia viens, sed justitia, non dominatione, sed ratione.

3. Secunda causa est ut seculuris hominibus vita magisterium praebetur. Ascendit enim in crucem Christus, ut nobis passionis et resurrectionis praebet exemplum, passionis ad confirmandum patientiam, resurrectionis ad excilandam spem, ut duas vitas nobis ostenderet in carne, unam laboriosam, alteram beatam: laboriosam, quam tolerare debemus; beatam, quam sperare debemus.

4. Tertia causa est suscepta crucis ut superba saeculi et inflata sapientia, per crucis stultam, ut putatur, prædicationem humiliata, corrueret; ut putaret id quod stultum Dei est quanto sit hominibus sapientius, et quod infirmum Dei est quanto sit fortius tota hominum fortitudine (*I Cor. 1*).

5. Docet apostolus Paulus (*Ephes. v*), illuminatos debere habere oculos cordis ad intelligendum quæ sit latitudo crucis, et longitudo, et 397 altitudo, et profundum. Cujus latitudo est transversum lignum quo extenduntur manus, longitudo a latitudine dorsum usque ad terram, altitudo a latitudine sursum usque ad caput, profundum vero quod terræ iudicium absconditur; quo signo crucis omnis vita sanctorum describitur.

6. Dicitur enim homini: *Tolle crucem tuam, et sequere me.* Tunc enim crucifigitur caro, cum mortificantur membra nostra super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, et cetera. Dumque exterior homo corruptitur, ut interior renovetur de die in diem, passio est crucis. Et haec quidem dum sunt bona opera, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Ideoque dicitur: *Spe gaudentes, ut cogitantes scilicet requiem futuram, cum hilaritate et laboribus operemur.*

7. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in

5. Docet autem apostolus, usque ad profundum, verba sunt Russini in Symbol. GRIAL.

*Ibid.* Cujus latitudo, usque ad describitur, communia haec sunt Russi. O cum Augustino, II de Doctr. Chr., cap. 42, et in lib. de Grat. Vet. et Nov. Testamento. GRIAL.

*Ibid.* GRIAL in textu, docet Apostolus; in nota, docet autem Apostolus. AREV.

6. Dicitur enim homini, etc. Omnia sunt usque ad finem capitii Augustini verba, epist. cit. ad Januar., cap. 14. GRIAL.

**A**transverso ligno, ubi figuratur manus. Per manus enim opus intelligitur, per latitudinem hilaritas operantis, quia tristitia facit angustias. Porro per latitudinem crucis, cui caput adjungitur, expectatio supernæ retributionis de sublimi justitia Dei significatur. Et ut ipsa opera bona non propter beneficia Dei terrena ac temporalia facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sperat fides, quæ per dilectionem operatur.

8. Jam vero per longitudinem, qua totum corpus extenditur, ipsa tolerantia significatur, ut longanimes permaneamus, unde longanimes dicuntur quieti tolerant. Per profundum autem, hoc est, partem illam ligni quæ in terra abditio desixa latet, sed inde consurgit omne quod eminet, inscrutabilia indicantur iudicia Dei; de quibus occulta ejus voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ, alijs sic, alijs vero sic,

### XXX CAPUT XXXI.

*De Sabbatho Paschæ.*

1. Sabbathi paschalis veneratio hinc celebratur, pro eo quod eodem die Dominus in sepulcro quievit. Unde et bene in Hebræo sermone Sabbathum requies interpretatur, siue quod Deus eodem die requievit sicutum perfecto, siue quod in eo Dominus et Redemptor noster quievit in sepulcro.

2. Hic autem dies inter mortem Christi et resurrectionem medius est, significans requiem quandam animarum ab omni labore omniisque molestia post mortem, per quam fit transitus per resurrectionem carnis ad illam vitam quam Dominus noster Jesus Christus sua resurrectione præmonstrare dignatus est.

### CAPUT XXXII.

*De die sancto Paschæ.*

1. Jam vero paschale sacramentum, quod nunc in Salvatoris nostri mysterio manifestissime celebratur, in Veteri Testamento figuraliter primum gestum est, quando agno occiso pascha celebravit populus Dei in Ægypto (*Exod. XII*). Cujus figura in veritate completa est in Christo, qui sicut ovis ad immolandum ductus est. Cujus sanguine illitis postibus nostris, id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris a perditione hujus saeculi, tanquam a captivitate Ægyptiaca liberamur. Cujus quidem diem paschalis resurrectionis mysticum non solum pro eo celebramus, quod in eodem a mortuis surrexit, sed etiam et pro aliis sacramentis, quæ per eumdem significantur

2. Quia enim, sicut dicit Apostolus, mortuus est

8. Alius vero sic. Codex Regiovatic. 161 addit: *Ad extreum altitudinem posuit, quia postquam noctitiam earundem (forte eorumdem) quæ superius intimata sunt opere properamus, nunc merebimur alta et excelsa descendere.* AREV.

*CAP. XXXII. N. 4.* Cujus quidem paschalis resurr. Omnia usque ad finem ex epist. citata Augustini ad Januar. descripta sunt. GRIAL.

*Ibid.* Ad immolandum. Al., ad occisionem. Elymolog. lib. vi, cap. 17, n. 10 et seqq., plura de paschate explicantur. AREV.

propter delicta nostra, et resurrexit propter justificatiōnem nostram, transitus quidem de morte ad vitam in illa passione Domini et resurrectione **399** sacratus est. Nam et vocabulum ipsum, quod pascha dicitur, non Græcum, sed Hebræum est, neque a passione, quoniam πάθητος Græce dicitur pati, sed a transitu Hebræo verbo pascha appellatum est. Quod et maxime evangelista expressit, cum celebraretur a Domino pascha cum discipulis: *Cum videsset, inquit, Jesus quia venit hora ut transiret de hoc mundo ad Patrem (Joan. xiii).*

3. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem, hoc est, de morte ad vitam, in passione et resurrectione Domini commendatur. Ille transitus a nobis modo agitur per fidem, quæ nobis datur in remissione peccatorum, quando consepelimur cum Christo per baptismum, quasi a mortuis transeuntes de pejoribus ad meliora, de corporalibus ad spiritualia, de conversatione hujus vitæ ad spem futuræ resurrectionis et gloriæ.

4. Propter ipsum ergo initium novæ vitæ, ad quam transimus, et propter novum hominem, quem jubeūmus induere, et exuere veterem, expurgantes velut fermentum, ut simus nova conspersio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus; propter hanc ergo vitæ novitatem primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est, nam et ipse dicitur mensis novorum. Quia vero in toto tempore saeculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectionis Domini triduana est.

5. Primum enim tempus estante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi jam manifestum est sacramentum quod erat ante in prophetico ænigmate occultum. Iloc ergo et in lunari numero significatur. Quia enim septenarius numerus solet in Scripturis ad quamdam perfectionem mysticus apparere, in tertia hebdomada lunæ pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit a quarta decima in vicesimam primum.

6. Sed et non solum propter tempus tertium, quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam conversionem lunæ. Tunc enim illa ab inferioribus ad superiora convertitur, et hæc nobis de luna similitudo assumitur, de visibilibus ad invisibilia, et de corporalibus ad spiritualia sacramenta transire, ut magis magisque huic saeculo moriamur, et vita nostra abscondatur **400** cum Christo, omnemque lucem studii nostri, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora convertamus, ad illam scilicet æternam contemplationem immutabilis veritatis (*Colos. iii*).

7. Usque ad vicesimam vero primam ideo Pascha observatur, propter septenarium numerum, quo universitatis significatio sæpe figuratur, qui etiam

4. Alii, initium datur novæ vitæ... et ex veteri expurgantes velut fermentum. AREV.

5. Cochleus, in tertia hebdomade luna Pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit Dominicus a quinto decimo in vicesimo primo. AREV.

7. Propter instar universitatis. Hoc est, propter similitudinem universitatis. AREV.

A ipsi Ecclesiæ tribuitur, propter instar universitatis; ideoque et Joannes apostolus, in Apocalypsi, septem scriptis Ecclesiis. Ecclesia vero adhuc in ista mortalitatis carne constituta propter ipsam mutabilitatem lunæ nomine in Scripturis sæpe vocatur. Quod vero anniversarius dies paschalisi, non ad eundem redit anni diem, sicut dies quo creditur Dominus natus, hoc sit propter Dominicum diem et lunam.

8. Manifestum est enim quo die Dominus crucifixus sit, et in sepulcro fuerit, et resurrexit. Adjuncta est enim ipsorum dierum observatio per Patres Nicæni concilii, et orbi universo Christiano persuasum, eo modo pascha celebrari oportere, ut non solum lunam paschalem, sed et diem Dominicum, in quo resurrexit a mortuis, expectare debeamus. Inde B est quod ad eundem anni diem non revertitur pascha. Nam Judæi tantummodo meusen novorum et lunam observant. Diem autem Dominicum addendum Patres nostri censuerunt, ut et nostra festivitas a Judæorum festivitate distingueretur.

#### CAPUT XXXIII.

##### *De Ascensione Domini.*

1. Ascensionis dominicæ solemnitas ideo celebratur, quia eodem die, post mundi victoriam, post inferni regressum, ascendere Christus memoratur ad cœlos, sicut scriptum est: *Ascendit in altum, cepit captivitatem, dedit dona hominibus (Psal. lxvii).* Quæ festivitas ideo per revolutum circulum annorum celebratur, ut humanitas assumptæ carnis ascendentis Domini collocata ad dexteram Patris in **401** memoriam revocetur, cujus corpus ita in cœlo esse credimus, ut erat quando ascendit, quod et vox angelica protestatur, dicens: *Sic veniet, quemadmodum vidisti cum euntem in cœlum (Act. i),* id est, in eadem carnis specie atque substantia; cujus profectio carnis immortalitatem donavit, naturam non abstulit.

2. Dextera autem Patris, ad quam idem Filius sedere creditur, non est corporea, quod nefas est de Deo sentire. Sed dextera Patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis in resurrectione promittitur, id est, universæ Ecclesiæ, quæ est corpus Christi; sicut et sinistra ejus recte intelligitur miseria, et poena perpetua, quæ impils dabitur.

#### CAPUT XXXIV.

##### *De Pentecoste.*

D 1. Initium sane et causa festivitatis Pentecostes paulo altius repetenda est. Pentecostes enim dies hinc accepit exordium, quando Dei vox in Sina monte desuper intonans audita est, et lex data est Moysi (*Exod. xx*). In Novo autem Testamento Pentecoste cœpit quando adventum sancti Spiritus, quem Christus promisit, exhibuit, quem ait non esse venturum, nisi ipse ascendisset in cœlum.

8. De die quo Pascha celebrari debet, latius in Etymologiis, lib. vi, cap. 17. AREV.

CAP. xxxiii. N. 1. Alii, ascendit in altum, captivitatem duxit captivitatem. In nonnullis MSS., cuius perfectio carnis. Al., cuius profectio carnis. AREV.

CAP. xxxiv. N. 1. Plaque ex eadem Augustini ad Januar. epistola. GRAL.

2. Denique dum portam cœli Christus intrasset, A deceim diebus interpositis, intremuit subito orantibus apostolis locus, et descendente Spiritu sancto super eos, inflammati sunt ita, ut linguis omnium gentium Dei magnalia loquerentur (*Act. ii*). Adventus itaque Spiritus sancti de cœlo super apostolos in varietate linguarum diffusus solemnitatem transmisit in posteros, eaque de causa Pentecoste celebratur, et dies ipse proinde insignis habetur.

3. Concordat autem hæc festivitas Evangelii cum festivitate legis; illuc enim posteaquam agnus immolatus est, interpositis quinquaginta diebus, data est lex Moysi, scripta dacto Dei; hic postquam occisus est Christus, qui tanquam ovis ad immolandum datus est, celebratur verum pascha, et, interpositis quinquaginta diebus, datur Spiritus sanctus, qui est digitus Dei super centum 402 viginti discipulos Mosaicæ ætatis numero constitutos, siquidem et hæc festivitas aliud obtinet sacramentum.

4. Constat enim ex septimana septimanarum (*Isai. lvi*), sed dierum quidem septimanæ generant eamdem Pentecosten, in qua sit peccati remissio per Spiritum sanctum, annorum vero septimanæ quinquagesimum annum faciunt, qui apud Hebræos jubilæus appellatur, in quo similiter terræ sit remissio, et servorum libertas, et possessionum restitutio, quæ pretio fuerant comparata. Septem enim septies multiplicati quinquagenarium ex se generant numerum assumpta monade, quam ex futuri sæculi figura præsumptam esse majorum auctoritas tradidit; sit enim ipsa et octava semper, et prima, imo ipsa est semper una, quæ est Dominicus dies.

5. Necesse est enim sabbatum animarum populi Dei illuc recurrere atque ibi compleri, ubi datur pars his qui octo, sicut quidam disserens Salomonis dicta sapienter exposuit (*Eccle. xi*). Idcirco autem totius quinquagesimæ dies post Domini resurrectionem soluta abstinentia in sola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis, ubi jam non labor, sed requies erit lætitia.

6. Ideoque in his diebus nec genua in oratione flectuntur, quia, sicut quidam sapientum ait, *inflexio genuum pænitentia, et luctus indicium est*. Unde etiam per omnia eamdem in illis solemnitatem, quam die Dominicæ custodimus, in qua maiores nostri nec jejunium agendum, nec genua esse flectenda, ob reverentiam resurrectionis dominicæ, tradiderunt.

2. Hittorius cum tribus MSS. edidit in varietate linguarum diffusa; in uno invenit, diffusi. AREV.

6. Neque a Resurrectione dominica usque ad Pentecosten, neque in diebus Dominicis genua flectere mos est, dum antiphona post laudes, aut compliorum recitantur. Verum Isidorus in genere ait in his diebus genua in oratione non flecti, quia scilicet consuetudo ab apostolicis temporibus deducta erat ut in his diebus fideles stando orarent. Quandiu duraverit hæc consuetudo, non facile est definire; sed ejus adhuc memoria occurrit in concilio iii Tironensi, c. 37, temporibus Caroli Magni. Adisia Bin-

## CAPITULUM XXXV.

### *De festivitatibus martyrum.*

1. Festivitates apostolorum, seu in honorem martyrum solemnitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt. 403 vel ad excitandam imitationem, vel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur, ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quamvis in memoris martyrum constituamus altaria.

2. Quis enim antistitum, in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: *Offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane?* Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit, quod ex ipsorum locorum admonitione major affectus exsurgat ad acuendam caritatem et in illos quos imitari debemus, et in illum quo adjuvante possumus.

3. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis quo in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talēm pro evangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto devotius, quanto securius post certamina superata, quanto etiam fiduciori laude prædicamus jam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc usque pugnantes.

4. At vero illo cultu, quæ Græce latrīa dicitur, Latine uno verbo dici non potest, cum sit quedam propriæ Divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii, unde idolatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo aliquid tale offerimus aut offerendum præcipimus, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam sancto angelo. Et quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut condemnetur, sive ut caveatur, dum etiam ipsi sancti vel homines, vel angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt.

5. Apparuit hoc in Paulo, et in Barnaba, cum, commoti miraculis quæ per eos facta sunt, Lycaonii, tanquam diis, immolare voluerunt. Conscissis enim vestimentis suis, confitentes, et persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri veluerunt. Apparuit et in angelis, sicut in Apocalypsi legimus angelum se adorari prohibentem, 404 ac dicentem adoratori suo: *Conservus tuus sum, et fratrum tuorum; Deum adora* (*Apoc. xxii, 9*). Recte itaque scribitur homini ab angelo prohibitum esse adorare se, sed unum Deum, sub quo ei esset et ille conservus.

ghamum, *Antiq. Eccles. t. V*, p. 253 et seqq. AREV.  
Cap. xxxv. N. 1. Totum caput ex lib. xx August. contra Faust. Manich., c. 21. GRIAL.

*Ibid.* Titulus in nonnullis MSS.: *De festivitatibus apostolorum, sive martyrum.* Grialius edidit, ad exercitandam imitationem; nescio, an de industria. Alii habent, ad excitandam, vel ad excitandum imitationem. Pro sacrificemus, alii, offerantus. Grialius, in memorias. AREV.

4. Alii, propriæ Divinitatis. In quibusdam MSS., præcipimus vel cuiquam martyri, vel cuiquam sancte anime. AREV.

6. Non ergo sit nobis ille divinitate religionis cultus in angelos, aut martyres, quia non sic habentur, ut tales querant honores ut Deus, quia nec ipsi volunt se coli pro Deo, sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante latentur. Honorandi sunt ergo martyres propter imitationem, non adorandi propter religionem, honorandi charitate, non servitute.

### CAPUT XXXVI.

*De encænia.*

1. Festivitates annas dedicationis ecclesiarum ex more veterum celebrari in Evangelio legimus, ubi dicitur: *Facta sunt autem encænia Ierosolymis (Joan. x., 22).* Encænia quippe festivitas erat dedicationis templi; Graece enim *cænon* dicitur novum. Quandoenque enim aliquid novum fuerit dedicatum, encænia vocatur. Illum enim diem, quo templum dedicatum est, Judæi solemniter celebrabant, et ipse dies apud eos festus agebatur, qui licet usus in illis exolevit, quia et cultu et templo caruerunt, tamen Christiani servant morem illum patrum, in quos gloria translata videatur.

2. Omnes autem festivitates pro varietate religionum diversaque in honore martyrum tempore ideo a viris prudentibus institutæ sunt, ne forte rara congregatio populi fidem minueret in Christo. Propterea ergo dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter convenirent, ut ex conspectu mutuo et fides crescat, et laetitia major oriatur.

### 405 CAPUT XXXVII.

*De jejunio Quadragesimæ.*

1. Jejuniorum tempora secundum Scripturas sanctas quatuor sunt, in quibus per abstinentiam et lamentum penitentiae Domino supplicandum est; et licet omnibus diebus orare et abstinere conveniat, his tamen temporibus amplios jejuniis et penitentia servire oportet. Primum enim jejunium Quadragesimæ est, quod veteribus libris coepit ex jejunio Moysi et Eliæ, et ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonstrans Evangelium non dissentire a lege et prophetis.

CAP. XXXVI. N. 1. *Encænia quippe fest.* Ex August., tract. 48, in Joann. GRIAL.

Ibid. Legendum videtur, encænia vocantur; nam præcedit ex Evangelio, *Facta sunt encænia.* Sanctus Augustinus, ex quo Isidorus id sumit, encænia vocantur. Pro quia caruerunt, Bignus conjicit quando caruerunt. AREV.

2. *Grialis, instituta. Alii, diversaque... tempora... instituta.* AREV.

CAP. XXXVII. N. 1. Primum enim jejunium Quadragesimæ, usque ad vivendum, verba sunt August. ad Januar., c. 16. GRIAL.

Ibid. Ex hoc et duobus seqq. capitibus constat homilia de jejunio, quæ in multis MSS. reperiuntur. Vide Isidoriana, cap. 72, n. 13 et 14. AREV.

3. A quatuor ventis delimitatur. Ita Ms. uterque, et apud Augustin. et Hieronymum, tom. IX, epist. 21, nam describitur, quod in Excessis libris est, et apud Raban., lib. II de Inst. cler., cap. 20, procul dubio interpretatio sicut ejus qui delimitatur legerat, ut est in Edit. Rom. Delimitatur autem, v. l purgatur interpres, vel potius devehit, et obliquatur, ut delimitatur et erigatur æterna sint. Est enim linum transversum et obliquum. Erit ergo delimitatur quod Virgilius

A 2. In persona quippe Moysi lex, in persona Elias prophetæ accipiuntur, inter quos in monte Christus gloriosus apparuit, ut evidenter emineret, quod de illo dicit Apostolus: *Testimonium habens a lege, et prophetis (Rom. iii).* In qua ergo parte anni congruentius observatio Quadragesimæ constitueretur, nisi confini alique continua dominice passioni? Quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui etiam opus est continentia, ut ab ipsis mundi illecebris jejunemus, viventes in sole manna, id est, cœlestibus spiritualibusque preceptis.

B 3. Numero autem quadragenario vita ista properea figuratur, quia denarius est perfectio beatitudinis nostræ, creatura autem septenario figuratur, quæ adhuc est Creatori, in quo declaratur unitas Trinitatis per universum mundum temporaliter annuntiata. Et quia mundus a quatuor ventis delimitatur, et a quatuor elementis erigitur, et quatuor **408** annis temporum vicibus variatur, decem quater ducta in quadragesima consummantur, quo numero ostenditur omni tempore a delectatione abstinendum, et jejunandum esse, et caste continentemque vivendum.

C 4. Licet et aliud sacramenti mysterium exprimatur, quod quadragesima diebus eadem jejunia celebrantur. Lege enim Mosaica generaliter universo populo est præceptum decimas et primicias offerre Domino Deo. Itaque dum in hac sententia principia voluntatum consummationesque operum nostrorum referre ad Dei gratiam admonemur, in supputatione tamen Quadragesimæ summa ista legallum decimorum expletur. Totum enim anni tempus triginta sex dierum numero decimatur. subtractis enim a Quadragesima diebus Dominicis, quibus jejunia resolvuntur, his diebus, quasi pro totius anni decimis, ad ecclesiam concurremus, actuunque nostrorum operationem Deo in hostiam jubilationis offerimus.

D 5. Cujus quidem Quadragesimæ lege, sicut ait noster Cassianus, quique perfecti sunt non tenentur, nec exigui hujus canonis subjectione contenti sunt. Quem profecto filii qui per totum anni spatiū del-

dixit derexus premitur:

Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduus ares

Consorgit, premitur Libye derexos in Austros.

Sed Maro de cœlo, Augustinus de terra orbe locutus est. Declinatur probari alicui posset; ita enim in lib. de Natura rerum ad Sisebul. regem, cap. 9: *Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in austrodem, nisi Augustinus, cuius hoc sunt, obstaret.* GRIAL.

Ibid. Alii, et quatuor temporum anni circulus vicibus variatur. Et paulo ante, definitur, pro delimitatur. AREV.

E 4. Lege enim Mosaica, usque ad dedicarent, e Cassiano, collat. 21, c. 25. GRIAL.

Ibid. Triginta sex dieram. Triginta sex semis. Cassianus. GRIAL.

Ibid. Subtractis enim a Quadragesima diebus Dominicis. Si dies Dominicæ et Sabbathæ subtractantur, Cassianus. Sed quia in occidentibus civitatibus, et maxime in urbe Sabatæ jejunabatur, ut idem ait, lib. III, cap. 10, propterea Isidorus Sabbathæ non subtractit, nec semis addidit, aut rationem aliam initit, non enim æquibas hæc exigebat. GRIAL.

F. Cujus quidem Quadragesimæ legibus, usque ad dedicarent, ex ead. collat. cap. 29. GRIAL.

clis ac negotiis secularibus implicantur, Ecclesiarum principes statuerunt, ut, vel haec legali quodammodo necessitate constrieti, his saltet diebus vacare Dominum cogerentur, ac dierum vita suæ, quos totos quasi quosdam fructus fuerant voraturi, velut decimas Domino dedicarent.

#### 407 CAPUT XXXVIII.

*De jejuniu Pentecostes.*

1. Secundum Jejunium est quod, iusta canonis, post Pentecosten alia die inchoatur, secundum quod et Moyses ait: *In initio mensis hordearil facietis vobis hebdomadas septem* (*Deut. xvi, 9*). Hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Dominum ascensionem completer, testimonium illud dominicum historialiter accipientibus, ubi dicit: *Nunquid possunt filii sponst lugere, quandiu cum illo est sponsus? Veniet autem dies cum auferetur sponsus ab eis, et tunc jejunabunt* (*Math. ix*).

2. Dicunt enim, post resurrectionem Domini, quadraginta His diebus quibus cum discipulis postea legitur conversatus, non oportere jejunare, nee lugere, quia in laetitia sumus. Postea vero quam tempus illud expletor quo Christus, advolans ad eos, presentia corporali recessit, indicium jejunium est, ut per cordis humilitatem et abstinentiam carnis mereatur e cœlis promissum accipere Spiritum sanctum (*Act. i*).

#### CAPUT XXXIX.

*De jejuniu septimi mensis.*

1. Tertium jejunium est quod a Judæis agebatur post Tabernaculorum solemnitatem, quod decimo die septembrii mensis ecclesia celebrat. Hoc enim primum in lego a Domino institutum est, dicente ad Moysen: « Loquere filii Israel, dicens: Decimo die mensis septimi dies exortationis vocabitur. Sanctus erit vobis, et humiliabit animas vestras in jejunio. Omnis anima, quæcumque se non 408 humiliaverit in ipso die jejunii, exterminabitur de populo suo, et omnis anima quæ fecerit opus in ipso die, peribit anima illa de populo suo (*Levit. xxvii*). »

2. Quo quidem jejunio usos fuisse antiquos, Esdræ liber meminit. « Postquam enim redierunt, inquit, filii Israel Jerusalēm, et fecerunt sibi tabernaculorum laetitiam magnam, dehinc convenerunt in jejunio, et in saccis, et humus super eos, et ste-

*Ibid. Velut decimas Domino dedicarent. Ita Cassianus et Gothicus. Ut decimas, excusi libri. Grial.*

*Ibid. Cassianum nostrum fortasse vocal Isidorus, quia saepè ejus sententias et verba profert. AREV.*

*Cap. xxxviii. N. 1. Hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini Ascensionem completer. Id veteri Theonam, apud Casianum, collat. 21, cap. 20, ex apostolicorum virorum traditione. Grial.*

*Ibid. De jejunio Pentecostes Patres apostolici, Edit. Cotelieri, tom. I, pag. 44, al. 27. Pro hordearii substitui posset hordeacei, quo vocabulo alibi utitur Vulgata. Verba Deuteronomii sunt: Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua faciem in segetem misericordiam. AREV.*

*Cap. xxxix. N. 1. Exortationis. AL, expiationis. AREV.*

2. Quater in die, et quater in nocte. Absunt hæc a

A terunt confitentes peccata sua, et iniquitates patrum suorum, et consurrexerunt ad standum, et ad legendum, et legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, et quater in nocte confitebantur, et adorabant Dominum Deum suum; (*II Esdr. ix*).

3. Ille etiam mense septimo sol secundum computum incipit facere minus de die, et non esse major, id est, octavo Kalendas Octobris, quando aquinoctium est. Ideoque et jejunium habetur in hoc mense, quia ostenditur in defectione solis et noctis augmento vita nostra deficere, adveniente morte, quæ mors iudicio Dei et resurrectione reparatur.

#### CAPUT XL.

*De jejuniu Kalend. Novembr.*

4. Quartum jejunium est Kalendarum Novembrium, quod divina auctoritate vel initiatum, vel institutum Jeremias prophetæ testimonio declaratur, dicente ad eum Dominum: « Tolle volumen libri, et scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi adversus Israel, et Judam, et adversum omnes gentes, si forte revertatur unusquisque a via sua mala, et pessima, et propitious ero hiemitibus eorum (*Jerem. xxxvi*). » Vocavit ergo Jeremias prophetæ Baruch filium Neriae, et scripsit Baruch ex ore Jeremias omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum in volumine libri.

409 2. Et præcepit Jeremias Baruch dicens: « Ingredere, et lege de volumine, de quo scripsi, ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die jejunii leges, si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et revertatur unusquisque a via sua pessima, quoniam magnus furor, et indignatio, quam locutus est Dominus adversum populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriae juxta omnia quæ præceperat Jeremias prophetæ, et legens ex volumine sermones Domini in domo Dei. Factum est in mense nono, prædicaverunt jejunium in conspectu Domini omni populo in Jerusalem. » Hac ergo auctoritate divinæ Scripturæ Ecclesia morem obtinuit, et universali jejunium observatione celebrat.

#### CAPUT XLI.

*De jejuniu Kalendarum Januariarum.*

1. Jejunium Kalendarum Januariarum propter errorem gentilitatis instituit Ecclesia. Janus enim

LXX interpretum Editione emendata; voces autem in nocte etiam a Vulg. et Hebraica veritate. Grial.

*Ibid. Quidam MSS.: Quod quidem jejunium usos, non male. Gralius edidit, filii Israel, et Jerusalēm. Isidorus interdum sensum sacrae Scripturæ exponit, non ipsa verba refert. AREV.*

*3. Resurrectione reparatur. AL, resurrectione superatur. Hittorpius, resurrectioni preparatur. AREV.*

*Cap. xl. N. 1. In antiquis Editionibus, dicente ad eum Dominum: Saecis Dominum ad misericordiam provocaverunt. Cætera usque ad finem capituli desiderabantur. AREV.*

*Cap. xli. N. 1. Refertur a Possidio Augustini tractatus de Kalendis Januariis, unde hæc fortasse sumpta. Harum Kalendar. in eandem hanc sententiam meminere concil. Turon. n. cap. 16, et Tiel. iv, cap. 10. Est etiam canzon. à Antimiederom. Non*

quidam princeps paganorum fuit, a quo nomen A mensis Januarii nuncupatur, quem imperiti homines veluti Deum colentes, in religione honoris posteris tradiderunt, diemque ipsum scenis et luxuriae sacraverunt.

**410. 2.** Tunc enim miseri homines, et, quod pejus est, etiam fideles, sumentes species monstruosaes, in ferarum habitu transformantur: alii, temineo gestu demutati, virilem vultum effeminant. Nonnulli etiam de fanatica adhuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguris profanantur; perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripudiantium plausibus, quodque est turpius nefas, nexas inter se utriusque sexus eboris, iuops animi, furens vino, turba miscetur.

3. Proinde ergo sancti Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrificiis ac luxuriis inservire, statuerunt in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium, per quod agnoscerent homines in tantum se prave agere, ut pro eorum peccatis necesse esset omnibus Ecclesiis jejunare.

#### CAPUT XLII.

##### *De triduanii jejunii consuetudine.*

1. Triduanis autem diebus jejunare de exemplo sumptum est Ninivitarum, qui, damnatis pristinis vitiis, totos se tribus diebus jejunio ac poenitentiae contulerunt, et operti saccis Deum ad misericordiam provocaverunt.

#### CAPUT XLIII.

##### *De diversorum dierum ac temporum jejuniiis.*

1. Præter hæc autem legitima tempora jejuniorum omnis sexta feria propter passionem Domini a quibusdam jejunatur, sed et Sabbati dies a plerisque, propter quod in eo Christus jacuit in sepulcro, **411** jejunio consecratus habetur, scilicet ne Iudeis exultando præstetur quod Christus sustulit moriendo. Dominico autem die reficiendum semper esse, ut resurrectionem Christi et gaudium nostrum licet Kalendis Januarii Vecolo aut Cervolo facere, vel strenas diabolicas observare. Vide August., serm. 215 de temp., et append. tom. IX, tract. 20; Ambros., serm. de circumcis.; Petr. Chrysolog., serm. de Kalend. Januar.; sanctum Maxim., homil. de circumcis., sive de Kalend. Januar. Alcuinus, libr. de divin. Ofic., cap. 4: *Hæc (inquit) Kalende secundum dementiam gentilium potius cavenda sunt dicenda, quam Kalenda.* GRIAL.

*Ibid. In religione.* Al., in religionem. *Jejunium Kalendarum Januariarum,* etc. Fabricius, Bibliograph. pag. 461, plures indicat autores qui de Kalendis Januarii in hanc rem agunt. Veteres Patres, qui contra observationem Kalendarum hujusmodi inventi sunt, describit Binghamus, t. IX, p. 6: In canone concilii Antissiodorensis citato in nota Grialii legendum *vetus*, prisco more, pro *vitula*, ut Sirmondus et Labbeus legunt, vel *vitulu*, aut *cervulo*, scilicet personati homines vituli aut cervuli imaginem representabant. Contra hujusmodi consuetudinem sanctus Pacianus opusculum inscriptum *Cervus* edidit, ex quo ridicule aliquis putavit hereticum nomine *Cervum* a Paciano impugnari. Vide Floreziun, tom. XXIX Hsp. sacr., pag. 89, qui observat Isidori verba congruere canonii 9 concilii iv Tolet., et sermoni Faustini nomine edito. Hoc et sequens

A gentibus prædicemus, præsertim cum apostolica sedes haec regulam servet.

2. Post Pascha autem usque ad Pentecosten licet traditio Ecclesiarum abstinentiae rigorem prandiis relaxaverit, tamen si quis monachorum, vel clericorum, sive etiam devotarum, vel viduarum religiosarum, jejunare cupiunt, non sunt prohibendi, quia et Antonius et Paulus, et cæteri Patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur absinuisse, neque solvisse jejunium, nisi tantum die Dominicis.

3. Quis enim parcimoniam non ladet, jejunium non prædicet? Jejunium enim res sancta, opus coeleste, janua regni, forma futuri, quod qui sancte agit Deo jungitur, alienatur mundo, spiritus eiusficitur. Per hoc enim prosternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur.

#### CAPUT XLIV.

##### *De vario usu Ecclesiarum.*

1. Hæc et alia similia multa sunt quæ in Ecclesiis Christi geruntur, ex quibus tamen quedam sunt quæ in Scripturis canonicis commendantur; quedam vero non sunt quidem scripta, sed tamen tradita custodiuntur (PP. ap. I, 44, al. 27). Sed illa quidem, quæ toto orbe terrarum servantur, vel ab ipsis apostolis, vel ab auctoritate principalium conciliorum statuta intelliguntur, sicut Domini passio et resurrectio, et ascensio in cœlum, et adventus Spiritus sancti, quæ, resoluto die anni, ob memoriam celebrantur, sed et si quid aliud, quod servatur ab universis, quacunque se diffudit Ecclesia.

C 2. Alia vero, quæ varie per diversa loca observantur, sicuti est **412** quod alii jejunant Sabato, alii non, alii quotidie communicant, alii certis diebus, ab aliis nullus dies prætermittitur quo non offeratur sacrificium, alibi Sabbato tantum et Dominico, alibi tantum Dominico, et si quid aliud hujusmodi animadverteri potest, totum hoc genus rerum, ut quibuscumque placuit sacerdotibus Ecclesiæ, vel religionis, cui præferant, instituerunt, nec disciplina caput desiderantur in Editione Bignæana, quamvis tituli apponantur. Multa alia desunt in ea Editione, ut adverit Hieronymus Wullæus in not. anto librum II, quia scilicet deerant etiam in Editionibus præcedentibus Parisina et Antuerpiensi, neque ullus fuit ad manus Codex ms. AREV.

D CAP. XLIII. N. 1. Alii, ne Iudeis exultandum præbeatur, quod Christus sustinuit moriendo. Animadversum quantum apostolicæ sedis consuetudini etiam Isidori tempore tribueretur, præsertim, inquit, cum apostolica sedes haec regulam servet. Vide Augustini epist. 118, quæ in recent. Edit. est 54, ubi, c. 2 de jejunio Sabbati, quod tunc in aliquibus Ecclesiis vigebat, secus vero Mediolani, sanctus Augustinus edidisset. AREV.

2. Post Pascha autem usque ad Pentecost. Referuntur hec a Gratiano. d. 76, cap. 10. GRIAL.

*Ibid.* Repetuntur hæc in regula monach., cap. 11, n. 2. De Dominicis die agitur etiam in eadem regula, cap. 10. AREV.

CAP. XLIV. N. 1. Totum caput ex epist. Augustin. 118, ad Januar., cap. 1 et 2. GRIAL.

*Ibid.* De vario usu Ecclesiarum adisis Patres apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 44, al. 27. Pro Ecclesiarum, in titulo, nonnulli habent escarum. AREV.

in his melior est gravi prudentique Christiano; nisi ut eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam ad quam forte devenerit. Quod enim neque contra filium, neque contra mores bonos habetur, indifferenter sequendum, et propter eorum inter quos vivitur societatem servandum est, ne per diversitatem observationum schismata generentur.

## CAPUT XLV.

*De carnium usu, vel piscium.*

1. Carnes autem et vinum post diluvium hominibus in usum concessa sunt: nam ab initio permisum non fuerat, nisi tantum illud, ut scriptum est: *Lignum fructiferum et herbam seminalem dedi vobis in escam* (Gen. 1). Postea vero per Noe data sunt in

CAP. XLV. N. 1. Vid. cap. *Ab exordio*, d., 55, et Hieronym., 1, contra Jovinianum. GRIAL.)

A esum cuncta animalia, vinique tunc attributa licentia est (Gen. ix.). Sed postquam Christus, qui est principium et finis, apparuit, hoc quod in principio suspenderat etiam in temporum fine retraxit, loquens per Apostolum suum: *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum.* Et iterum: *Qui infirmus est, olera manducet* (Rom. xiv).

2. Non igitur quia carnes malae sunt, ideo prohibentur, sed quia earum epulæ carnis luxuriam gignunt, fomes enim ac nutrimentum omnium vitiorum, esca ventri, et venter escis, quia scriptum est: *Deus hunc et has destruet* (1 Cor. vi, 12). Piscem sane, quia eum post resurrectionem accepit Dominus (Joun. xxii), possumus manducare. Hoc enim nec Salvator, nec apostoli veluerunt.

*Ibid.* Alii, *hominibus in usum concessum est.* AREV.

## LIBER SECUNDUS.

## DE ORIGINE MINISTRORUM.

## 413 PRÆFATIO.

*Quoniam origines et causas officiorum quæ in communi ab Ecclesia celebrantur ex parte aliqua explicui- mus, deinceps exordia eorum qui divino cultui minis- teria religionis impendunt ordine prosequamur.*

## CAPUT I.

*De clericis.*

1. Itaque omnes qui in ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt generaliter clericis nominantur. Cleros autem, vel clericos hinc appellatos doctores nostri dicunt, qui Matthias sorte electus est quem primum per apostolos legimus ordinatum (Act. 1). Sic et omnes quos illis temporibus Ecclesiarum principes ordinabant sorte eligebant. Nam cleros sors interpretatur, unde et haereditas græce cleronomia appellatur, et haeres cleronomos.

2. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in sortem haereditatis Domini dentur, vel pro eo quod ipse Dominus sors eorum sit, sicut de eis scriptum est, loquente Domino: *Ego haereditas eorum.* Unde oportet ut qui Deum haereditate possident absque ullo impedimento sacerdoti Deo servire studeant, et pauperes spiritu esse contendant, ut congrue illud Psalmistæ dicere possint: *Dominus pars haereditatis meæ* (Psal. xv, 5).

## 414 CAPUT II.

*De regulis clericorum.*

1. His igitur lege Patrum cavetur ut, a vulgari vi-

CAP. I. N. 1. Vid. epist. Hieronymi ad Nepotian. GRIAL.

2. Alii, *eo quod in sortem Domino dentur.* AREV.

CAP. II. N. 1. *His igitur lege cavetur.* Totius hujus capituli verbis concilium Moguntiacum canonem 10 sanxit. GRIAL.

*Ibid.* Occupationes lucrorum. Ita quidem Goth. et concil. Mogunt., sed non displicet alterius Ms. scriptura, occupationes lucror. GRIAL.

*Ibid.* Per ambitionem non subeant. Ad honorum

B ta seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant. Usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum fraudisque cuiusquam studium appetant, amorem pecuniae, quasi materiam cunctorum criminum, fugiant, secularia officia negotiaque abjiciant, honorum gradus per ambitiones non subeant.

2. Pro beneficiis medicinae Dei munera non accipiunt, dolos et conjurationes caveant; odium, emulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant. Non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulant tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessu ostendant.

C Obscenitatem etiam verborum, sicut et operum, penitus exsecrentur

3. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia seminarum extranearum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo fœderentur. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantiae studio semelipsos attollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugis incumbant. Tales enim esse debent, qui divinis cultibus se mancipando student exhibe-

D gradus per ambitionem non subeant, idem Ms., non ineleganter, modo pro subeant subeantur legas, est enim subehti e loco humili in excelsum vehi. Virg.:

Necnon ad tempium, summasque ad Palladis arces Subehtur magna matrum regina caterva.

GRIAL.

2. Non infreni lingua.—Effreni, idem Ms. GRIAL.  
*Ibid.* Gestu incedant. Gressu, Impress. GRIAL.

re, scilicet ut dum scientiae operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

### 415 CAPUT III.

*De generibus clericorum.*

1. Duo sunt autem genera clericorum : unum ecclesiasticorum sub regimine episcopali degentium, alterum acephalorum, id est, sine capite, quem sequuntur, ignorantium. Hos neque inter laicos sacerdotalium officiorum studia, neque inter clericos religio retinet divina, sed solitos atque oberrantes sola turpis vita complectitur et vaga.

2. Quique dum nullum metuentes, explendit voluptatis suæ licentiam consecrantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, Hippocentauris similes, neque equi, neque homines, mixtumque (ut ait Poeta) *genus prolesque biformis*. Quorum quidem sordida atque infami numerositate satis superque nostra pars occidua pollet.

### CAPUT IV.

*De tonsura.*

1. Tonsuræ ecclesiasticæ usus a Nazareis, nisi fallor, exortus est (*Num. vi*), prius crine servato, denso post vitæ magnæ continentiam devotione completam, caput radebant, et capillos in igne sacrificii ponere jubebantur, scilicet, ut perfectionem devotionis suæ Domino consecrarent. Horum ergo exemplo usus ab apostolis introductus est, 416 ut huius qui, divinis cultibus mancipati, Domino consecratur, quasi Nazarei, id est, sancti Dei, crine præciso, innoventur.

2. Hoc quippe et Ezechieli propheta jubet, dicente Domino : *Tu fili hominis, sume tibi gladium acutum, et duces per caput tuum, et barbam* (*Ezech. v*) ; videlicet quia et ipse sacerdotali genere Deo in ministerium sanctificationis deserviebat. Hoc et Nazareos illo Priscillam et Aquilam in Actibus apostolorum primum fecisse legimus (*Act. xviii*), Paulum quoque apostolum, et quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu inimandi extiterunt.

3. Est autem in clericis tonsura signum quedam,

**CAP. III. N. 1.** Hoc quoque capite ead. synodus est usa, legem ferens de vagis clericis, cap. 22. **GRIAL.**

*Ibid.* *Alii, sine capite, quod sequuntur ignorantium turmæ.* AREV.

2. *Parts occidua pollet.* Ita uterque Mas. Polluitur, impress. GRIAL.

*Ibid.* *Voluptatis.* GRIAL, voluntatis. Videgetur dicendum neque equi, neque centauri. Sanctus Valentius abbas Isidori verba usurpat, neque equi, neque homines, ut dixi in Isidorianis cap. 69, num. 13. De hoc loco, et de aliis hujus secundi libri in conciliis laukanis vide Isidoriana, cap. 34. Virgilii verba non tamque genus, prolesque biformis, vi Aeneid., 25, sunt de Minotauro. AREV.

**CAP. IV. N. 1.** Totum hoc caput ex Isidoro conciliu Aquisgranense, anno 816, cap. 1, sumpsit. Vide etiam Loaisam, in not. ad concil. vi. Tolet., c. 6, et Fabriacum qui, pag. 847 Bibliograph., scriptores indicat qui de tonsura clericorum agent, et not. ad

A quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet, ut hoc signo in religione vita resecentur, et criminibus carnis nostræ, quasi crinibus, exuawur, atque, innovatis sensibus, ut comis rudibus, entescamus, *expoliantes nos*, iuxta Apostolum, *veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum*, qui *renovatur in agitacione Dei* (*Ephes. iv; Coloss. iii*). Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare.

4. Quod vero, detenso superius capite, inferius circuli corona relinquitur, sacerdotium regnumque Ecclesie in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum. Haec ex hisce confecta rotunda erat, quasi sphera media, et hoc significatur in parte capitilis tonsa. Corona autem latitudo aurei est circuli, quæ regum capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur etiam quadam corporis similitudine quod scriptum est, Petro apostolo perdonante : *Vos estis genus electum, regale sacerdotium* (*I Petr. ii, 9*).

5. Quæritur autem cur, sicut apud antiquos Nazaræos, non 417 ante eomam mutique, et sic tondetur. Sed qui haec exquirunt advertant quid sit inter illud prophetiorum velamentum, et hanc Evangelii revelationem, de qua dieit *Apostolus* : *Cum transieritis ad Christum, auferetur velamen* (*II Cor. iii, 16*). Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Moysi et aspectum populi Israel, hoc significabat illis temporibus etiam eomam pro velamento suæcidi.

C Nam et *Apostolus* eomam pro velamento esse dicit. Proinde jam non oportet ut velentur crinibus capita eorum qui Domino consecrantur, sed tantum ut reverentur. Quia quod erat occultum in sacramenta prophetice jam in *Evangelio* declaratum est.

### CAPUT V.

*De sacerdotio*

1. Veniamus ergo nunc ad sacratissimos ordines, et singulariter demonstremus, quod est sacerdotii fundamentum, vel quo auctore pontificalis ordo adlevit in sæculo. Initium quidem sacerdotii Aaron fuit. Quanquam et Melchisedech prior obtulerit sa-

Regulam monachor., cap. 12. N. 4. AREV.

D 2. *Paulum.* Al., Petrum; sed Paulum habet quoque concilium Aquisgranense. AREV.

4. Quod vero detenso superius capite. Vid. cap. Duo sunt genera, 12, q. 1, ex Hieronymo. GRIAL.

*Ibid.* *Detenso superius capite, inferius circuli corona relinquitur.* Ita concilium Toletanum iv, c. 41. Omnes clerici, vel lectores, sicut Levitæ et sacerdotes, detenso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant; non sicut hucusque in Gallæcia (Al., Gallæ) partibus facere lectores videntur, qui, prolixia, ut laici, comis, in capitilis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispania hucusque hereticorum fuit. Scilicet præcipe reprehenditur, quod lectores prolixas comas, ut laici, nurritent. AREV.

**CAP. V. N. 1.** Sacerdotum nomine hoc loco, ut saepè alias, episcopi soli veniunt. GRIAL.

*Ibid.* *Initium quidem sacerdotii, etc.* Ex Anacleto, epist. 2, ad episcopos Italie. GRIAL.

crificium, et post hunc Abraham, Isaac et Jacob. Sed isti spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt.

2. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola infulatus victimas obulit, jubente Domino, ac loquente ad Moysen : « Accipe, inquit, Aaron, et filios ejus, et applicabis ad ostium tabernaculi testimoni. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimenta sua, id est, linea tunica, et superhumerali, et rationali, quod constringes balteo, et pones tiaram in capite ejus, et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis linea, cingesque balteo, Aaron scilicet, et liberos ejus, et impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua » (*Exod. xxix, 4*).

3. Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem fuisse **418** id est, episcopum; nam filios ejus presbyterorum figuram præmonstrasse. Fuerunt enim filii Aaron et ipsi sacerdotes, quibus merito astare debuissent Levitæ, sicut summo sacerdoti. Sed et hoc fuit inter summum sacerdotem Aaron et inter filios ejusdem Aaron, qui et ipsi sacerdotes fuerunt, quod Aaron super tunicam accipiebat pectorale, stola sanctam, coronam auream, mitram, et brachiale aureum, zonam auream, et superbumerale, et cæliena, quo supra memorata sunt. Filii autem Aaron super tunicas linea cincti tantummodo, et tiarati, astabant sacrificio Dei.

4. Sed forsitan queritur et hoc cuius figuram faciebat Moyses. Si enim filii Aaron presbyterorum figuram faciebant, et Aaron summi sacerdotis, id est, episcopi, Moyses cuius? Indebitanter Christi. Et vere per omnia Christi, quoniam similitudo fuit mediotoris Dei, qui est inter Deum et homines Jesus Christus, qui est verus dux populum, verus princeps sacerdotum, et dominus pontificum, cui est honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

5. Mactenus de primordiis sacerdotibus in Veteri Testamento. In Novo autem Testamento post Christum sacerdotalis ordo a Petro cœpit. Ipsi enim primum datus est pontificatus in Ecclesia Christi; sic

## 2. Accipe, inquit, Aaron. Exod. xxix. GIAL.

*Ibid.* In Vulgata, *Et Aaron, et filios ejus applicabis sine accipe.* Pro sacerdotibus mihi, ut est in Vulgata, nonnulli Isidoriani libri habent, *sacerdotes mei.* AREV.

## 5. Tu es Petrus. Matth. xvi. GIAL.

*Ibid.* Pari consortio honoris, etc. Vide canon. 2 dist. 22. Hæc desumpta sunt ex sancto Cypriano, de Unitate Ecclesie, pag. 107 et seq. Editionis Joannis Fellii. Hoc erant utique et cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio prædicti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate profiscitur, ut Ecclesia una monstretur. In nonnullis impressis et MSS. legitur profiscitur. Primatus Petro datur, ut ana, etc. Sed hoc assumentum esse non solum Fellus heterodoxus, sed alii quoque catholici consentiunt. Bellarminus, de Rom. Pont., lib. 1, cap. 12, negat inde sequi apostolos fuisse pares inter se, et Cyprianum explicat auctoritate sancti Leonis, qui quodammodo vobis sancti Cypriani, interpretari voluisse videtur, epist. 84: *Inter beatissimos apostolos in similitudine*

A enim loquitur ad eum Dominus : « Tu es (inquit) Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non vincent eam, et tibi dabo claves regni cœlorum » (*Matth. xvi, 18*). Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute sue prædicationis adduxit; siquidem **419** et cæteri apostoli cum Petro pari consortio honoris et potestatis effecti sunt, qui etiam in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt.

6. Quibusque decadentibus successerunt episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus apostolorum, qui non jam ex genere carnis et sanguinis eliguntur, sicut primum secundum ordinem Aaron, sed pro uniuscujusque merito, quod in eum B gratia divina contulerit, sicut etiam ad Heli Dominus prenuntiavit, dicens : « Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dixi. Domus tua, et domus patris tui permanebunt cœram me usque in æternum ; et nunc dicit Dominus : Nequaquam, sed glorificant me glorificabo, et qui me spernit spernetur » (*I Reg. ii, 50*).

7. Quatuor autem sunt genera apostolorum : unum a Deo tantum, ut Moyses; alterum per hominem et Deum, ut Josue; tertium tantum per hominem, sicut his temporibus multi favore populi et potestatum in sacerdotium subrogantur; quartum autem genus ex se est, sicut pseudoprophetarum, et pseudoapostolorum. Quid sit autem nomen apostolorum? Apostoli in Latina lingua missi interpretantur, quia ipsos misit Christus evangelizare ad illuminationem omnium populorum:

8. Episcopus autem, ut quidam prudentium ait, nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui super efficitor superintendit, curam scilicet subditorum gerens; *scopus* quidem intentio est. Ergo episcopos Latine superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse episcopum, qui non professe, sed præsse dilexerit.

9. Quod vero per manus impositionem a præcessoribus Dei sacerdotibus episcopi ordinantur, antiqua institutio est. Isaac enim patriarcha sanctus ponens manum suam super caput Jacob, benedixit ei

honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium pars esset electio, uni tantum datum est ut ceteris præemimeret. Plura alia ex eodem Cypriano aliis in locis Bellarminus congerit, ut catholicam doctrinam tuteatur, et Cyprianum ex Cypriano exponat. In Concilio Aquisgrauensi laudato hæc ipsa Isidori verba proferuntur, ut multa alia ex libris de Officiis et Etymologiis ejusdem Isidori. AREV.

## 6. Hæc dicit Dominus. I. Reg. ii. GIAL.

7. Quatuor sunt autem genera apostolorum. Ex Hieronymo, in cap. 1 Epist. ad Galat. GIAL.

8. In Quæstionibus sancti Isidori editis tom. V, pag. 251: *Sciat, se non esse episcopum, qui præcessus desiderat, non professe.* Vide not. AREV.

9. Et produxit eos trans Bethaniam. Ex veteri interpretatione. Nostra enim: *Eduxit autem eos foras trans Bethaniam.* Luc. ultim. GIAL.

*Ibid.* Sic et superimpletor legis. Al., sic et superius impletor legis. AREV.

783

(Gen. xxvii, 28); similiter et Jacob filius ejus. Sed A gal, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur et Moyses super caput Iesu Nave manum suam imponens (Num. xxvii, 23), dedit ei spiritum virtutis, 420 et datus in populo Israel. Sic et superimperator legis, et prophetarum Dominus noster Jesus Christus per manus impositionem apostolis suis benecivit, sicut in Evangelio Lucæ scriptum est: « Et produxit eos trans Bethaniam, et elevavit manus suas, et benedixit eis, factumque est, cum benedixisset illis, discessit ab eis, et ipsi reversi sunt in Jerusalem cum gaudio magno » (Luc. xxiv).

10. Et in Actibus apostolorum, ex precepto Spiritus sancti, Paulo et Barnabæ ab apostolis manus imposta est in episcopatum, et sic missi sunt ad evangelizandum (Act. xiii). Quod autem a trigesimo anno sacerdos efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem Christus orsus est predicare. Haec enim ætas profectu jam non indiget parvulorum, sed perfectionis vi plena est, et robusta, et ad omnem disciplinæ ac magisterii exercitium preparata.

11. Quod vero unius matrimonii virginalis sint, qui eliguntur in ordinem pontificatus, et in veteri lege mandatum est (Levit. xxi), et plenius scripsit Apostolus, dicens: *Unius uxoris virum* (1 Tim. iii). Sacerdotem enim querit Ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate sanctum; digamo autem auferetur agere sacerdotium. Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis comprovincialibus episcopis ordinatur, id propter bæreses institutum agnoscitur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ unius tyramonica auctoritas moliretur. Ideoque ab omnibus convenientibus instituitur, aut non minus quam a tribus praesentibus, ceteris tamen consentientibus testimonio litterarum.

12. Huic autem, dum consecratur, datur baculus, ut ejus indicio subditam plebem vel regat, vel corri-

10. *Quod vero unus matrimon. virg.* Vid. d. 3, cap. Si quis, et 28, q. 3. GRIAL.

11. *Porro quod episcopus non ab uno.* C. Archiepiscopus, et seqq., d. 66, et Russini Histor., cap. 6, in Nicene synod canonibus. GRIAL.

Ibid. *Ideoque ab omnibus convenientibus.* Vid. 64 distinct. GRIAL.

Ibid. *Digamo autem, etc.* Nonnulli MSS. *Digamus autem aut fatur agere sacerdotium,* ex quo non male conjiciebat Hittorpius: *Digamus autem hanc fatur agere sacerdotium.* Apud Aeneam Parisiensem, adversus Gracos cap. 172, legitur: *A digamo autem auferetur.* Plura alia capita hujus libri Aeneas Parisiensis in suam sententiam allegat. AREV.

12. *Putet se non tam ministerium humil.* Ex Hieronym. in cap. i epist. ad Tit. GRIAL.

Ibid. *Signaculum secretorum.* Scilicet in traditione annuli haec proferuntur: *A cipe annulum discretionis, et honoris. fidei signum, ut quæ signanda sunt signes, et quæ aperenda sunt prodas.* Vide Georgium Longum, de annulis signatoris, cap. 3, et comment. ad Prudentium, hymn. 1 Peristeph., vers. 85. AREV.

13. *Nunc vero saepè cernimus, usque ad dignitatem.* Ex eod. loco. GRIAL.

Ibid. *Cum neque Moyses.* Ex eod. GRIAL.

Ibid. *Deferendum.* Sic Hittorpius quoque edidit rum uno ms. Alii, defendantum. AREV.

annulus propter signum pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. Nam multa sunt quæ carnarium 421 minu-que intelligentium sensibus occultantes sacerdotes, quasi sub signaculo, condunt, ne indignis quibusque Dei sacramenta aperiantur. Jam vero quod sæculares viri nequaquam ad ministerium Ecclesiæ admittuntur, eadem auctoritas apostolica docet, dicens: *Manus cito nemini imposueris,* et iterum: *Non neophyllum* (1 Tim. v, 22), ne, in superbiam elatus, putet se nou tam ministerium humilitatis quam administrationem sæcularis potestatis adeptum, et condemnatione superbie, sicut diabolus, per jactantiam dejiciatur.

13. Quomodo enim valebit sæcularis homo sacerdotis magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam agnovit? Aut quid docere poterit, cum ipse non didicit? Nunc vero saepè cernimus, plurimos ordinationem in tabulis facere, nec eligunt qui Ecclesiæ prosint, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequios deliniti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit; et, ut deteriora dicam, qui ut ordinarentur numeribus impetrarunt. Taceo de reliquis; alii successores filios vel parentes faciunt, et eonantur posteris præsulatus reliquere dignitatem. Cum hoc nec Moyses amicus Dei lacere potuit, sed Jesum de alia tribu elegit, ut sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vita meritis (Num. xxvi).

14. Interdum autem et juxta meritum plebium C eliguntur personæ rectorum; 422 unde neverunt populi sui suis meriti regimen perversi suscepisse pontificis. Quod autem is qui post baptismum aliquo mortali peccato correptus sit, ad sacerdotium non promoveatur, lex ipsa testatur. Moyses enim in lege præcepit sacerdotibus, ne aliquod pecus vitiatum ad aram Dei offerant (Levit. 1, 21). Quod ipsum postea

14. *Interdum autem.* Vid. c. Andaciter, 8, q. 1, ex Origene, vel Hieronym. potius. GRIAL.

Ibid. *Quod autem is qui post baptisum aliquo mortali peccato correptus.* Quod ejusmodi sit (ait Gratianus, d. 25, c. Primum), ut ex eo sit perpetua infamia. Ita enim ille Hieronymi verba in cap. i Epist. ad Titum, unde haec sumpta sunt, interpretatur, quæ referemus, ne cui haec duriora videantur: *Primum itaque sine criminis jubetur esse episcopus, quod puto alio verbo ad Timotheum irreprehensibilem nominatum.* Non quod eo tantum tempore quo ordinatus est sine ullo sit crimen, et præter as maculas nova conversatio diluerit, sed quod ex tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses Ecclesiæ auferre malum de medio ejus qui in delicto simili corruit? aut qua libertate corripiere peccantem potest, cum loci us ibi ipse respondeat, eadem admisisse quæ corripit? Legitur autem corruptus in Goth. et in Ed. Rom., sed corruptus magis in detur ex Gratiani sensu. Molluisse enim videatur Isidorus Hieronymi verba, cum non quolibet crimen, sed mortali, et corruptum, quæ-i deprehensum esse voluit. GRIAL.

Ibid. Rrigida haec Hieronymi sententia, quod mortali aliquo peccato post baptismum corruptus, ad sacerdotium non promoveatur, sic est intelligenda, ut serino sit de criminis, et peccato non qualicunque mortali, sed peccato gravissimo, et enormi, quod

off-ribus, et serpentibus sacerdotibus Israel per Malachiam improporavit Deus dicens : *Ad vos, o sacerdotes, qui polluitis nomen meum, et dixistis : In quo polluimus te? Offertis super altare meum panem pollutum. Nonne si offeratis cæcum, et languidum, nonne malum est?* (Malach. 1, 6)<sup>9</sup> Unde et in Numeris vitula rufa, cuius cinis expiatio est populi, non aliter jubetur offerri ad altare Domini, nisi quæ terroris opera non fecerit, jucunquæ delicti non traxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligata (Num. 19).

15. Sed quid plura subjiciam? Si enim is qui, jam in episcopatu vel presbyterio positus, mortale aliquod peccatum admiserit retrahitur ab officio, quanto magis ante ordinationem peccator inventus non ordinetur? Quapropter quia lex peccatores a sacerdotio removel, consideret se unusquisque, et sciens, quia potentes potenter tormenta patientur (Sap. vi, 7), retrahat se ab hoc non tam honore quam onere, et aliorum locum qui digni sunt non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis, atque instituendis ad virtutem populis præterit, necesse est ut in omnibus sanctius sit, et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim aliud de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus.

16. Nam cum qua fronte subjectos arguere poterit, cum illi statim possit correpius ingerere : Ante doce te quæ recta sunt? Quapropter qui negligit recta facere, desinat recta docere. Pruis quippe semetipsum corrigeret debet, qui alias ad bene vivendum admonere studet, ita ut in omnibus semetipsum formiam vivendi 423 prebeat, cunctosque ad bonum opes doctrina et opere provocet. Cui etiam scientia Scripturarum necessaria est, quia si episcopi tantum sancta sit vita, sibi soli potest prodesse sic vivens. Porro si et doctrina et sermone fuerit eruditus, potest cæteros quosque instituere, et docere suos, et adversarios repercutere, qui ni refutati fuerint, atque convicti, facile queunt simplicium corda pervertere.

17. Hujus autem sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus gravitate, et honestate, plenus suavitate, et gratia. tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina justitiae, unumquemque admonens diversa exhortatione juxta professionis morumque qualitatem, scilicet ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo proferat. Cujus præ cæteris speciale officium est Scripturas legere, percurrende canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, orationibus in-

creat non tantum mortalem spiritualem, sed etiam mortem canonicaem. Nam inter irregularitates quæ obstat ne quis pronovoceretur, recensetur exalata paenitentia. Vide Petavium, lib. ii De poenit., cap. 11, n. 43, et lib. vi, cap. 6, n. 5. AREV.

15. Quapropter quia lex pecc., usque ad occupare, verba sunt Hieronymi ibid. GRIAL.

16. Nam cum qua fronte, usque ad recta sunt, ejusdem sunt. GRIAL.

Ibid. Cui etiam scientia Script., usque ad pervertere, ejusdem. ibid. GRIAL.

Ibid. Excusi antiqui revincere, pro repercutere.

A cumbero, cum fratribus pacem habere, nec quicquam in membris suis despicer, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quique ita humilitatem pariter et auctoritatem præstabit, ut neque per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, neque per immoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceat; sed tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo judicari formidat.

18. Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus charitatem, sine qua omnis virtus nihil est; custos enim sanctitatis charitas, locus autem hujus custodis humilitas. Habebit etiam inter haec omnia et castitatis eminentiam, ita ut mens Christi corpus conjectura ab omni inquinamento carnis sit munda et libera. Inter haec portebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esorientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redire, viduas ac pupilos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam, providentiam et distributionem discretam.

19. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum 424 benignitate et charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud evangelicum audire desiderant : *Hospes fui, et suscepisti me* (Matth. xxv); quanto magis episcopus, cuius diversorum cunctorum debet esse receptaculum? Laicus enim unum aut duos suscipiens implevit hospitalitatis officium, episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. In negotiis autem sæcularibus dirimendis oportet eum causam merito discernere, non gratia, neque enim sic debet episcopus suscipere potentem, ut contristet contra justitiam pauperem, neque pro pauore auferrat justitiam a potente.

20. Non defendat improbum, nec sancta indigno commitenda arbitretur, neque arguat, aut impugnet, cuius crimen non reprehendit. Erit quoque illi etiam juxta Apostolum mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam a jactu oculi, et cogitationis errore, ita ut dum nullum vitium in se regnare permittat, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. Qui enim ista sectaverit, et Dei minister utilis erit, et perfectum sacerdotium representabit.

#### CAPUT VI.

##### *De chorepiscopis.*

1. Chorpiscopi, id est, vicari episcoporum, juxta quod canones ipsi testantur, instituti sunt ad exem-

AREV.

17. Veteres Editiones, indagari, pro judicari.

18. In cunctis exhibere curam, etc. Alii, in cunctis habere curam, et providentiam distributionem discretam.

AREV.

19. In quo etiam hospitalitas usque ad inhumanus, Hieronymi, ibid. GRIAL.

20. Erit quoque illi, juxta Apostol. Ibid. et i contra Jovinian. GRIAL.

CAP. VI. N. 1. Quæ de chorepisc. dicit, e concil. antioch., cap. 10, sumpta videri possunt. Vid. Leon.,

pluri septuaginta seniorum, tanquam consacerdotes propter sollicitudinem pauperum. Hi in villis et vicis constituti gubernant sibi commissas Ecclesias, habentes licentiam constituere lectors, subdiaconos, exorcistas, acolythos; presbyteros autem aut diaconos ordinare non audeant, praeter conscientiam episcopi, in cujus regione præesse noscuntur; hi autem a solo episcopo civitatis cui adjacent ordinantur.

## 425 CAPUT VII.

*De presbyteris.*

1. Presbyterorum ordo exordium sumpsit (ut dictum est) a filiis Aaron. Qui enim sacerdotes vocabantur in Veteri Testamento, hi sunt qui nunc appellantur presbyteri, et qui nuncupabantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur seniores, quia seniores ætate Græci presbyteros vocant. His enim, sicut episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est.

2. Præsent enim Ecclesia Christi, et in consecratione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, similiter et in doctrina popolorum, et in officio prædicandi. Ac sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio et consecratio servata est, ne a multis Ecclesia disciplina vendicata concordiam solveret, scandala generaret. Nam Paulus apostolus eosdem presbyteros, ut vero sacerdotes, sub nomine episcoporum ita asseverat, 426 loquens ad Titum: « Hujus rei, inquit, gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constitutas per civitates presbyteros, quemadmodum ego tibi disposui. Si quis sine crimen est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimen esse » (Tit. i). Qua sententia ostendit presbyteros etiam sub episcoporum nomine taxari.

3. Unde et ad Timotheum de ordinatione episcopi et diaconi scribens (*I Tim. iii*), de presbyteris om-

epist. 88, et can. nicæn. 54. *Hi propter insolentiam* (ait Gratianus, c. chorepis., d. 68) *ab ecclesia prohibiti sunt.* GRIAL.

*Ibid.* Alii, *constituere lectors; subdiaconos ordinare non audeant,* etc. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Exordium sumpsit a filiis Aaron.* Anaclet., epist. 2, et Hieronym. ad Nepotian., epist. 2. GRIAL.

*Ibid.* *His enim sicut episcopis,* usque ad prædicandi, carpitum sumpta ex epist. ad Rustic. Narbonen., Hieronym., tom. IX, ita ut quædam resecuisse consulto videatur, ut confirmandi et benedicendi officia. Quod autem æquare episcopis presbyteros videtur, nos eum alia ratione non defendemus, quam quæ tuerit ipse sese, non referenda esse ad culpas suæ titulum de quibus testificatio adhibetur auctorum. Sunt autem verba, quibus plus æquo presbyteris tribuisse videatur, non Isidori, sed Hieronymi. Cujus mens atque animus is suis videtur, ut episcoporum fastum et insolentiam comprimeret, atque retundere, non ut presbyteros illis pares faceret. Ut ex collatis ejus pluribus locis collegere jampridem doctissimi viri; in quibus Franc. Turrianus, lib. viii Const., cap. 36; Maria. Reatin., in epist. ad Evagr.; Cæsar Baroni., annal., tom. I, aun. 58. Nam quid Isidorus senserit de episcop. offic., satis constat ex c. Perfectis, d. 25, et ex cap. ultim. hujus operis de chrismate. GRIAL.

A nro tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit. Secundus enī primo conjunctus gradus est, sicut et ad Philippenses de episcopis et diaconibus scribit (Philipp. 1), quum una civitas plures episcopos habere non possit. Et in Actibus apostolorum presbyteros Ecclesie Jerosolymam iterus congregavit, quibus inter cætera: *Vide te (inquit) gemmam, in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit* (Act. xx). Unde etiam tales in Ecclesia presbyteros constitudos esse, sicut episcopos, et Apostolus ad Titum loquitur, et canones ipsi testantur.

4. Presbyteros autem merito et sapientia dici, non ætate; nam et Moysi præcipitur ut eligat presbyteros (Num. xi). Unde et in Proverbii dicitur *Gloria senum canities* (Proverb. xx). Quæ est haec canities? haud

B dubium quin sapientia, de qua scriptum est: *Canities hominum prudentia est* (Sap. iv). Cinque non gentes et amplius annos ab Adam usque ad Abram vixisse homines legimus, nullus alias appellatus est primus presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Quod si ita est, mirum est cur insipientes constituantur.

## 427 CAPUT VIII.

*De diaconibus.*

1. Diaconorum ordo a Levi tribu accepit exordium. Praecepit enim Dominus Moysi ut post ordinationem Aaron sacerdotis et filiorum ejus rursus Levi tribus in divini cultus ministeris ordinarentur, et consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, et servirent pro Israel coram Aaron et filiis in tabernaculo Domini, excubantes in templo die ac nocte; ipsique gestarent arcum, et tabernaculum, et omnia vasa ejus, et in circuitu tabernaculi castra ipsi constituerent, et in promovendo tabernaculo ipsi depoñerent, rursus ipsi componerent (Num. iii, viii).

*Ibid.* De iis quæ ad presbyteros, diaconos, etc, singillatim in functionibus ecclesiasticis pertinent, videri potest Epistola Isidori ad Leudefreduum. Isidorus, cap. ult. hujus libri, num. 4, clarissime præfert episcopos presbyteris non solum ex consuetudine ecclesiastica, verum etiam ex lectione Actuum apostolorum. An autem Hieronymus vere senserit presbyteros episcopis æquales esse, questio est inter theologos vehementer agitata, in qua diligentissime versatus fuit amicus meus Raimundus Diosdado in suis eruditis dissertationibus, qui Hieronymum ab Ecclesia catholice sententia alienum non ostendit. AREV.

2. *Nam Paulus.* Ex Hieronym. ep. ad Evagr., et cōmuni, ad Tit. GRIAL.

*Ibid.* In confectione. Al., in confractione. Pro di-  
cini, excusi veteres, divina. AREV.

3. *Secundus enim primo conjunctus.* Hittorpius cum suis Mss.: *Secundus enim, et pene conjunctus.* AREV.

4. *Presbyteros autem merito,* u-que ad fin., verba sunt Hieronym., in cap. iii Isai., quorum pleraque leguntur etiam in Anacleti epist. 2. GRIAL.

*Ibid.* Jam alibi monui, in notis Editionis Grialianæ interdum allegari epistolas summorum pontificum, quæ nunc apocryphæ censentur, ut hoc loco, et num. 1, Anacleti epist. 2. AREV.

CAP. VIII. N. 1. Pleraque ex epist. citata ad Rustic. Narbon. GRIAL.

2. A xxv annis et supra hisdem in tabernaculo servire mandatum est, quam regulam sancti Patres et in Novo Testamento constituerunt. In Evangelio primordia eorum in Actibus apostolorum ita leguntur : « Convocantes itaque xii apostoli multitudinem discipulorum, dixerunt : Non placet nos relinquere verbuni Dei, et ministrare mensis. Quid ergo est, fratres ? Considerate ex vobis ipsis viros boni testimonii vii, plenos Spiritu sancto et sapientia, quos constituamus in hanc rem. Nos vero erimus orationi et ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum plenum fidei, et Spiritu sancto, Philippum et Prochorum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmeniam, et Nicolaum advenam Antiochensem. Quos statuerunt ante apostolos, et cum orassent, imposuerunt illis manus, et verbum Dei crescebat, et multiplicabatur numerus credentium » (*Act. vi.*).

3. Ex hinc jam decreverunt apostoli, vel successores apostolorum, per omnes Ecclesias septem diaconos, qui sublimiori gradu **428** ceteris proximi circa aram Christi, quasi columnae altaris assisterent, et non sine aliquo septenarii numeri mysterio. Hi sunt enim quos in Apocalypsi legimus septem angeli tubis canentes. Hi sunt septem candelabra aurea. Hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum praeconis admonent cunctos, sive in orando, sive in flectendis genibus, sive in psallendo, sive in lectinibus audiendis, ipsis etiam, ut aures habeamus, ad Dominum, acclamant, ipsis quoque evangelizant, sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet.

4. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est, illi orare, huic psallere mandatur ; ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat. Ipsiis etiam sacerdotibus propter presumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. Levitae inferunt oblationes in altari, levitae componunt mensam Domini, levitae operiunt arcum Testamenti. Non enim omnes vident altae mysteriorum, quae operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent, et sumant qui servare non possunt ; quique propterea altario albis induiti assistunt, ut coelestem vitam habent, candidique ad hostias immaculatique accendant, mundi scilicet corpore, et incorrupti pudore.

5. Tales enim decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis corruptantur contagio, sed potius eminentia castitatis splendeant. Quales enim diaconi ordinentur, apostolus Paulus plenissime scribit ad Timotheum. Nam cum præmisisset de sacerdotum electione, continuo subiecit : *Diaconi similiter irreprehensibiles*, hoc est, sine macula, sicut episcopi ; *pudici utique*, id est, a libidine continentes ; *non bilingualues*, scilicet ne conturbent habentes pacem ; *non multo vino dediti*, quia ubi ebrietas, ibi libido dominatur et furor ; *non turpe lucrum sectantes*, ne de coelesti mysterio luera terrena sectentur. Est quoque et turpis lucri appetitio, plus de presentibus quam de futuri cogitare. Post haec subiecit : *Hui autem 429 probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes* (*I Tim. iii.*). Utique sicut episcopi, sic et isti ante ordinationem probari debent, et digni sunt, et postea sic ministrent.

#### CAPUT IX.

##### *De custodibus sacrorum.*

1. Custodes sacrarum Levitæ sunt. Ipsi enim iussum est custodire tabernaculum, et omnia vasa templi (*Num. viii.*) ; quique ideo in lege ab anno quinquagenario eliguntur custodes vasorum, ut, post edomitum carnis conflictum, iam quieti, mundo corpore pariter et mente Deo serviant, præferentes speciem gravitatis, ne fallantur consilio, ne fidem deserant, neque quidquam intemperantius gerant.

#### CAPUT X.

##### *De subdiaconis.*

1. Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiacoñi vocantur, in Esdrâ inveniuntur, appellanturque ibi Nathanael, id est, in humiliata Domino servientes (*I Esdr. viii.*). Ex eorum ordine fuit illi Nathanael qui, in Evangelio Joannis, divina prodictione communitus, Salvatorem Dominum meruit confiteri, quique etiam ad primum divinitatis indicium fidelis eruit, protestante Domino ac dicente : *Eccœ vere Israëla, in quo dolus non est* (*Joan. i. 47*).

2. Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt a populis, isti obedient officiis Levitarum, isti quoque vasa corporis et sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit Patribus ut, quia sacra mysteria contractant, easil et continentibus ad uxoribus sint, et ab omni

2. Hæc repetuntur ex Isidorio in concilio cit. Aquisgranensi, cap. 7, et in aliis. Pignorius, de servis, pag. 49, observat diaconos ita dictos suisse, quia servi mensis ministrantes ita fere vocabulo Græco nominabantur. AREV.

3. Proximi circa aram Christi, etc. Prudentius, in hymno sancti Laurentii, pag. 892, vers. 37 :

Hic primus e septemviris,  
Qui stant ad aram proximi.

Nimurum archidiaconus erat sanctus Laurentius. Vide comment. Sanctus Hieronymus, epist. 85, ad Evagri. : *In ecclesia Romæ presbyteri sedent, et stanti diaconi. Quæ disciplina, increbrescentibus vitiis, ut ait Hieronymus, elonguit.* AREV.

4. Alli, ne videant quæ videre non debent, et sumant quæ servare, etc. Sed in nonnullis Mss. correctum est

D qui bis pro quæ. Adhuc Romanus pontifex serval morem non accipiendi calicem (scilicet in misa solemnis), nisi a diacono illi tradatur. Lesleus, in not. ad Missale Mozarab., p. 489, antiquum huic ritum multis veterum congregatis testimoniis illustrat. AREV.

5. Diaconi. Multi Mss., hic et alibi, diacones ; ita etiam diaconibus pro diaconis ; et cap. seq. occurrit diaconibus. AREV.

CAP. x. N. 4. Vid. cit. epist. ad Rustic. Galat.

Ibid. In textu Gratiani erat appellaturque. Pro divina prodictione alii habent divina protectione. AREV.

2. Ut quia, etc. Al., ut quia ad sacra sunt mysteria deputati, ab omni carnali inmunditia sint liberi. Pro aquamanili, alii aquamanili, alii aqua manibus. Vide concil. iv Carthagin., can. 5, et Ducangium. AREV.

carnau immunditia liberi, juxta quod illis, propheta A dicente, jubetur : *Mundamini, 430 qui fertis vasa Domini (Isai. LII)*. Ibi igitur, cum ordinantur, sicut sacerdotes et Levitae, manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum, et calicem de manu episcopi, et ab archidiacono scyphum aquæ cuius aquamanili et manutergium accipiunt.

## CAPUT XI.

## De lectoribus.

1. Lectorum ordo formam et initium a prophetis accepit. Sunt igitur lectores qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam (Isai. LVIII)*. Isi quippe, dum ordinantur, primum de eorum conversatione episcopus verbum facit ad populum. Deinde coram plebe tradit eis Codicem apicum divinorum ad Dei verbum annunciandum.

2. Qui autem ad hujusmodi provehitur grauam, iste erit doctrina et libris imbutus, sensuumque ac verborum scientia perornatus, ita ut in distinctionibus sententiârum intelligat ubi finiatur junctura, ubi adhuc pendet oratio, ubi sententia extrema claudatur. Sicque expeditus viam pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum omnium mentes sensusque promoveat, discernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo sententiârum proprios affectus, modo indicantis voce, modo dolentis, modo increpantis, modo exhortantis, sive his similia secundum genera propriae pronuntiationis.

3. In quo maxime illa ambigua sententiârum adhibenda cogitio est. Multa enim sunt in Scripturis, quæ nisi proprio modo pronuntiantur, in contraria recidunt sententiam, sicuti est : *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat (Rom. VIII, 33, 34)*? Quod si quasi confirmative, non servato genere pronuntiationis suæ, dicatur, magna perversitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac si diceret : *Deus ne quis justificat? ut subaudiatur non.*

4. Necesse est ergo in tantis rebus scientiae ingenium, quo 431 proprie singula, convenienterque pronuntiantur. Proprietas et accentuum vim oportet scire lectorum, ut noverit, in qua syllaba vox protrahatur pronuntiantis. Plerumque enim imperiti lectores in verborum accentibus errant, et solent irridere nos imperitiae hi qui videntur habere notitiam, derubentes, et jurantes penitus nescire quod D dicimus.

CAP. XI. N. 3. Vim pronuntiationis. Al., usum pronunt. AREV.

3. Alii, in quo maxime illa ambigua sententiârum, etc. Isidorus, in loco cit. Epistolæ ad Romanos interpunctionem sequitur, quam astruit sanctus Augustinus, lib. III de doctrin. Christ., cap. 5, et alii in locis. Sabatierius plures alios addit, qui ita quæ sentiunt. In Vulgata nostra ita id effertur : *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat, quis est qui condemnat?* AREV.

4. Habere notitiam. Al., habere notitiam artis grammaticæ. AREV.

5. Alii, ut exhaustire tumultum possent. Alii, ut exaudiri multum possent. AREV.

CAP. XII. N. 2. Alii, ita ut oblectamenta dulcedinis.

5. Porro vox lectoris simplex erit, et clara, et ad omne pronuntiationis genus accommodata, plena succo virili, agrestem, et subrursticum effugie sonum, non humilis, nec adeo sublimis, non fraca, vel tenera, nimique feminine sonans, neque cum motu corporis, sed tantummodo cum gravitatis specie. Auribus enim ei cordi consulere debet lector, non oculis, ne potius ex seipso spectatores magis quam auditores faciat. Verus opinio est lectores pronuntiandi causa præcipuum curam vocis habuisse, ut exaudiiri in tumultu possent. Unde et dudum lectores præcones vel proclamatores vocabantur.

## CAPUT XII.

## De psalmistis.

1. Psalmistarum, id est, cantorum principes, vel B auctores, David, sive Asaph extiterunt. Isti enim post Moysem psalmos primi composuerunt et cantaverunt. Moriuit autem Asaph, filii ejus in ordinem subrogati sunt a David, erantque psalmista per successionem gene. is, sicut et ordo sacerdotalis; ipsique soli continuis diebus in templo canebant, candidis induiti stolis, ad vocem unius respondente choro.

2. Ex hoc veteri more Ecclesia sumpsit exemplum nutriendi psalmistas, quorum cantibus ad effectum Dei ientes audientium excitentur. Psalmistam autem et voce et arte præclarum illustremque esse oportet, ita ut oblectamento dulcedinis animos incite auditorum. Vox enim ejus non aspera, vel rauca, vel dissonans; sed canora erit, suavis, liquida, atque acuta, habens sonum, 432 et melodiam sanctæ religioni congruentem, non quæ tragica exclamat arte, sed quæ Christianam simplicitatem et in ipsa modulatione demonstrat, nec quæ musico gestu vel theatrali arte redoleat, sed quæ compunctionem magis audiendis faciat.

3. Antiqui, pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, legumine causa vocis assidue utebantur. Unde et cantores apud gentiles fabarii dicti sunt. Veteres, lamina pectori imposta, sub ea cantica exclamantes alendis vocibus rationem demonstravere. Solent autem ad hoc officium etiam absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, eligi quique quos in cantandi arte probabiles esse constititerit.

## CAPUT XIII.

## De exorcistis.

## 1. In ordinatione et ministerio Ecclesiæ secundum

Et paulo post, nec quæ musicum gestum, vel theatram artem redoleat. AREV.

3. Veteres lanuna pectori imposta. Hoc de Nero prodidit Plinius, lib. XXXIV, cap. 18. Nero (quoniam ita Diis placuit) princeps, lumina pectori imposta, sub eu cantica exclamans, alendis vocibus demonstravit rationem. GRIAL.

Ibid. Alii, imposta sibi ad cantica exclamanda pulsendaris vocibus. Historpius cum suis Miss. edidit absque conscientia ep scopi. AREV.

CAP. XIII. N. 1. Quos Eridras actores templi : Quid exorcistis cum actionibus templi? Hoc opinor : corpora nostra tenpla sum Spiritu sancti.. In ea cum immigrat nequus in spiritus, jam tum ædibus (ut Cowici verbis loquar) vitium datur. Atque eo nonnunquam

officia que in templo Salomonis erant dispensata, quæque posterius sunt ab Esdra dispertita, inventus eos quos Esdras actores memorat templi (*I Esdr. ii*), eos nunc esse exorcistas in Ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra actores templi servorum Salomonis filii, qui actum templi totius sub eura sua habuerent, non tamen sacerdotalibus officiis ministrarent, aut sacris oblationibus deservirent.

2. Et cum fuissent ex ordine et ministerio templi, longe fuerunt **433** ab officio altaris Dei, quia nec psalmistis, nec ostiariis, nec sacerorum servis attin gere licebat munera altaris, nisi tantummodo levitis. Quid ergo est? Nulla aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta tecta reficienda, ut quæcumque fuissent vexata in ædificio templi, aut delapsa, per eodem actores de thesauris dominicis reficerentur, atque excolerentur.

3. Ergo actores templi exorcists sunt in populo Dei; quomodo enim actor prudens et bonus scit quis sit domini sui census, et omnis substantiae modus, et redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia, s.c. et exorcista redigi in suam diligentiam totius regni Domini secreta, ut memorie mandet de Scripturarum sacramentis, unde exerceat donum quod illi est a Spiritu sancto concessum, secundum Apostoli præconium.

4. Exorcistas enim memorat Apostolus, cum dicit: *Nunquid omnes habent donationes sanacionis?* (*I Cor. xii*)? Hi enim, cum ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.

#### CAPUT XIV.

*De acolythis.*

1. Acolyti Graece, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cerei, quando legendum est Evangelium, aut sacrificium offerendum; tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sole tempore ruit, sed ad signum latitiae demonstrandum, ut sub typo luninis corporalis illa lux ostendatur de qua in Evangelio le-

res redit, ut non videantur ædes sarciri posse, quin totæ perpetuae ruant. Exemplo esse possunt et is quem restituere non potuerunt apostoli, et is quem mutum, surdum cæcumque Dominus ipse sanavit, ac refecit. Id igitur exorcistarum nūnus, eas uti ædes reficiant, sarias tectasque reddant. Est vero poetae locus, quem indicavi, supra quam dici possit elegans ad hanc similitudinem illustrandam, atque dilata-  
dam. **GRIAL.**

*Ibid. Oblationibus. Al., actionibus. AREV.*

2. *Ad sarta tecta. Al., ad sacra tecta. AREV.*

3. *Ut memorie mandet, etc. Al., et regnum Dei memorie commendat de Scripturarum testimoniosis, unde exerceat donum. AREV.*

4. *Ex concilio IV Carthaginensi, can. 7, distinct. 23, exorcistarum. AREV.*

**CAP. XIV. N. 1.** *Eadem lib. VII Etymolog., c. 42. GRIAL.*

**CAP. XV. N. 1.** *Grialius, portis Jerusalem. AREV.*

**CAP. XVI. N. 1.** *Quantum ultinet ad auctoritatem, usque ad Jordan. Ex Hieron. epist. 13, ad Paulin.*

A gitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

#### 434 CAPUT XV.

*De ostiariis.*

1. Ostiarii sunt qui in Veteri Testamento janitores templi vocabantur, qui præerant portis templi Jerusalæ, qui, ordinati per vices suas, omnia interiora templi, vel exteriora custodiebant (*I Paralip. xxii; II, xxii*). Hi denique inter sanctum et iniquum discernentes, eos tantum in ecclesia qui sunt fideles recipiunt. Intrare enim templum, nisi per hos non possumus; habent enim potestatem tam bonos recipiendi, quam rejiciendi indignos.

#### CAPUT XVI.

*De monachis.*

1. Unde autem ad monachos studium defluit pauperatis, vel quis hujus conversationis exstitit auctor, cuius isti habitum imitantur? Quantum attinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi princeps Elias et discipulus ejus Elisæus fuerunt (*IV Reg. i, iv*), sive filii prophetarum, qui habitabant in solitudine, urbibusque relicis, faciebant sibi casulas prope fluenta Jordanis (*Jerem. xxxv*). Hujus etiam propositi in Evangelio Baptista Joannes auctor exstitit, qui eremum solus incoluit, locutus tantum et agresti melle nutritus (*Math. iii*). Jam deinde progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi principes, Paulus et Antonius, Hilarius, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per universum mundum adolevit sancta institutio monachorum.

2. Sex autem sunt genera monachorum, quorum tria optima, reliqua vero teterrima, atque omnimodis evitanda. Primum genus est **435** cenobitarum, id est, in communione viventium, instar anchorum illorum qui temporibus apostolorum Jerosolymis, venditis ac distributis omnibus suis indigentibus, habitabunt in sancta communione vita, non dicentes aliquid proprium, sed erant illis omnia communia, et anima una, et cor unum in Deum (*Act. ii, 4*). Horum igitur institutione monasteria sumpsere principium.

3. Secundum genus est eremitarum qui, procul ab hominibus recedentes, deserta loca et vastas solitu-

#### GRIAL.

*Ibid. De diversis generibus monachorum Menardus, cap. 3 Concordæ regularum, ex regulis antiquissimis Basilii, Benedicti et aliorum, præductio etiam hoc capite Isidori, usque ad finem numeri 10, satiantur ad vomitum. Conveniens etiam est ipsa Isidoriana regula monachorum. AREV.*

*Religio vero teterrima atque omnimodis evitanda. Cassian., coll. 18, cap. 4: Triæ sunt in Ægypto genera monachorum, quorum duo sunt optima, tertium vero tepidum atque omnimodis evitandum. GRIAL.*

*Ibid. Primum genus, usque ad cor unum, ex colum Cass., c. 5. GRIAL.*

*Ibid. Omnimodis. Rectum hoc est, neque mutantur in omnibus, aut in omnibus modis, ut alii mutantur. Pro communione vita alii communia vita. Menardus ita resert ex operibus Isidori, quia Editionem Gralii ad manus non habebat, in qua et communione vita, ut in Concordia regularum. AREV.*

*3. Secundum genus. E c. 6, et Heronius., epis. 22, ad Eustoch. GRIAL.*

dines sequi, atque habitare perhibentur, ad initia-  
tionem scilicet Eliæ et Joannis Baptista, qui eremi  
secessus penetravere. Ibi quippe incredibili mundi  
contemptu sola solidudine delectantur, herbis tantum  
agrestibus vicitantes, aut pane solo vel aqua contenti,  
que eis per certa intervalla temporum deferuntur,  
sieque secretissimi penitus et ab omni hominum  
conspicu renoti, divino tantum colloquio perfruan-  
tur, cui puris mentibus inserviunt, et propter cuius  
amorem non solum mundum, sed etiam hominum  
consortia reliquerunt.

4. Tertium genus est anachoretarum, qui jam cae-  
nobiali conversatione perfecti, includunt semetipsos  
in cellulis, procul ab hominum **436** conspectu re-  
moti, nulli ad se præbentes accessum, sed in sola  
contemplatione Dei viventes.

5. Quartum genus est qui sibi anachoretarum ima-  
gine blandiuntur; isti, ut ait Cassianus, in primor-  
diis suis fervore quodam brevi caenobii perfectionem

*Ibid. Quæ eis per intervalla, etc.* Eremitis olim  
victus suppeditabatur a caenobiis, e quibus discesse-  
rant. Severus Sulpicius, dialogo 1, transgressis ad  
eremum abbatis illius ordinatione pars et quilibet cibis  
alius administratur. MENAR.

4. Tertium genus est anachoretarum. Illic distinguit  
inter eremitas et anachoretas. Sed anachoretæ sunt  
in triplici differentia. Primo pro eremitis sumuntur,  
ut vide est in regula sancti Benedicti, cap. 1; se-  
cundo pro his monachis qui post caenobiticam pa-  
laestram includebantur in cellis, lique duplices. Nam  
quidam infra septa monasteri in cellis includebantur,  
ut patet ex Justiniani novella 5: *Nisi quidam illorum,*  
*in contemplatione et perfectione degentes, vitam remo-  
tam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, id  
est, discedentes, et hesychastas, id est, quiescentes,*  
*consueverunt, etc. Ubi hospitiu sumuntur pro cells.*  
Ibi enim agitur de iis qui in monasteriis includuntur.  
Id etiam planum est ex can. 41 sextæ synodi, que  
ait ejusmodi inclusos ἀναχορεταῖς παρόπλεοτοι  
διαγωγήν, id est, anachoreticam exercere vitam. Qui-  
dam vero extra septa monasterii inclusi erant, de  
quibus hoc capite agit sanctus Isidorus. Tertio dicun-  
tur anachoretæ ilii qui sine tecto per solidum erem-  
tantes nullo certo loco consistebant, de quibus Se-  
verus Sulpicius, dialogo primo: *Habitant (inquit)*  
*illi plerique in eremo sine ullis tabernaculis, quos ana-  
choretas vocant. Virant herbaram radicibus, nullo un-  
quam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequen-  
tetur.* Id innuit Cassianus, coll. 18, c. 6, cum ait:  
*Ad imitationem quoque Eliæ et Elisæ, atque illorum*  
*de quibus Apostolus: Circuerunt in melotis, in pelli-  
bus caprinis.* MENAR.

5. Quartum genus, usque ad quam curari, e cap.  
8 ejusdem collat. GRIAL.

*Ibid. Quartum genus, etc.* Hæc sumuntur ex Cas-  
siano coll. 18, cap. 8, cuius etiam verba proferuntur.  
Agitur de quibusdam qui sibi anachoretarum nomi-  
ne blandientes, in primordiis conversionis tepefacti,  
nec ultra valentes ferre seniorum jugum, se in cel-  
lis includunt ad id etiam humane laudis applau-  
su compensi. Quorum stultitiae ut remedium adhi-  
beatur, concili Toletani vii cap. 5 cautum est, ne  
quis prius includatur quam mullos auros in militia  
caenobitica exercitatus fuerit; adhibito etiam epis-  
copi et abatis consensu, ut habetur in concilio fran-  
cordeni, can. 15, et sextæ synodi can. 41 statu-  
tetur ut qui hujusmodi vitam appetunt quadrienniis  
profentur, neceps ut prius ingrediantur monaste-  
rium, et per triennium ejusmodi vitam seclusam  
exerceant abbati monasterii subdit; quo evoluto,

A violentur expolero, sed continuo tepefacti, dum pri-  
stinos mores ac vita resecare contemnam, nec ju-  
gum humilitatis ac patientiae diutius sustinore con-  
temni sunt, subdique seniorum imperiu dedita-  
rent, separates expelunt cellas, ac solitarii sedere deside-  
ranti, ut a nemine lassiti, mansueti vel humiles  
existimarentur, quæ institutio, uno tempore, hos quis  
semel inficerit ad perfectionem nunquam permittit  
accedere.

6. Illoc enim modo non solum non absconduntur,  
verum etiam in deterioris eorum vita convalescent,  
ut quoddam lethale, et intestinum virus, quod quan-  
to amplius celatum fuerit, tanto profundius serpens  
insanabilem morbum generat agrotanti. Pro rever-  
entia enim singularis cellulas nubes jam vita so-  
litarii audet arguere, quæ ille ignorari medit, quam  
curari.

7. Quintum genus est circumcellionum, qui suo  
habitu monachorum usquequa vagantur, venalem

ab episcopo interrogantur, qui eorum voluntatem, an  
firma sit, exploret; qua perspecta, et cella exeat,  
et anno integro maneat in monasterio, ut eorum  
propositum plenus tentetur; quibus ita perfectis, si  
modo certa sit eorum voluntas, inc'udebantur. MENAR.

6. Grialius, non solum absconduntur.... convale-  
scunt, dum a nemine provocati, ut. Pro solitarii, alii  
solita. AREV.

7. Quintum genus est circumcellionum. Circumcel-  
liones dictos (aut Aug., adversus Gaudentium) quod  
vitios sui causa villas rusticanas circumirent. GRIAL.

*Ibid. Quintum genus est circillionum.* Hæc fere  
excerpta sunt ex divo Augustino, lib. de Operc mona-  
chali, cap. 28. Quid sint circilliones, exponunt  
glossæ 1-idi: *Circilliones falsi anachoretæ, eadem*  
*glossæ: Circellio monachus per cellas vagans.* De  
quibus ipse sanctus Augustinus in psalmum cxxxix:  
*Quid sibi vult nomen circillionum?* Sed non, inquit,  
vocabur circumcelliones. Forte corrupto sono nominis eos  
appellamus. Nam circumcelliones dici sunt, qui cir-  
cum cellas vagantur. De qua voce Papias: *Circum-  
celliones dicuntur qui sub habitu monachorum usque-  
quaque vagantur.* Idem: *Circumcelliones genus mona-  
chorum vagantium, dici quod circum cellas vagen-  
tur.* Sunt et alii circumcelliones heretici, qui, ut  
martyres haberentur, seipso perimebant, atque  
etiam obvios passim Christianos; de quibus sanctus  
Augustinus in ps. LXXXIII, epist. 48, 61, et multis  
aliis locis; et Philastrius, lib. de Hæresibus; mem-  
nit Collatio carthaginensis. — Alii membra marty-  
rum, etc. Exsecrabilis illa hypocitarum nundinatio,  
eius beneplicio aruscatores illi multam stipem co-  
gebant. Hanc attribuit circillionibus sanctus Augus-  
tinus, lib. de opere monachi, cap. 28. Similem  
licitationem exercebat falsus quidam eremita Desi-  
derius nomine, qui Parisiis olim cum cruce sacra  
loca obambulans, in sacculo gestabat radices diver-  
sarum herbarum, dentes talparum, ossa niurium,  
ungues et adipes ursinos, quibus tanquam sacris  
reliquiis a plebe occurrente veneracionem exhiberi  
volet, ut referat sanctus Gregorius Turonensis, lib.  
vi Hist. Rodulphus Glaber, lib. iv Hist., cap. 3,  
narrat de simili temporis sui balatrone circumfora-  
neo, qui ossibus mortuorum quæ se sepulcris erue-  
bat, eis varia prophetarum, martyrum et confessorum  
nomina imponens, superstitionis homines pas-  
sim decipiebat, emunctis eorum marsupiis. Hinc  
nata est quorundam superstitione, ut falsas reliquias  
falsoisque sanctos colerent. Qualis fuit olim mulier  
quædam Carthaginæ Lucilla nomine, quæ obscuri  
et nondum vindicati ejusdam martyris obsequio ita

circumferentes hypocrisi; **437** circumeunt pro vincias, nusquam missi, nusquam fixi, nusquam stantes, nusquam sedentes; alii quæ non viderunt confingunt, opiniones suas habentes pro Deo; alii membra martyrum (si **438** tamen martyrum) venditant; alii

addicta erat, ut antequam sanctam Eucharistiam sumeret, illius caput veneraretur; eoque nomine a Cæciliiano archidiacono correpta, ob idque furor incensa, a communione ecclesie discessit, suaque autoritate, atque opibus Donatistarum partes multum adjuvit, ut refert Optatus Milevitanus, lib. ii contra Parmenianum. Nota est illa historia sancti Martini apud Severum Sulpicium in ejus Vita, cap. 8, qui latronis cujusdam aram, qui ab indocta et imperita multitudine pro martyre colebatur, submovit. Sanctus Gregorius papa, lib. iii, epist. 30, improbat quosdam Græcos, qui Romæ ossa mortuorum effodiunt, ea pro reliquiis sanctis in suam patriam asportabant. Fuit etiam olim Romanæ plebecula superstitionis, ut dalmaticam, quæ corpus patræ mortuum, dum efficeretur, involvebat, scinderet, et partes pro reliquiis servaret, quod idem Gregorius, lib. iv, epist. 44, fieri prohibuit. Guillelmus Newdigensis, lib. v Hist., cap. 29 et 21, narrat de quodam Guillelmo Lundoviensi, qui a stolidâ plebecula martyr habitus est. Ille enim divitum nummis inhibans, seditiosis concionibus multitudinem commovebat, seque pauperum salvatorem nominabat; jamque multa ferramenta ad infringeendas locupletum sedes circulator ille paraverat, dum captus de sententiâ regii senatus, equis prius distractus, de patibulari trabe pendere jussus est. Post ejus mortem quidam sacerdos catenam qua trisuscifer ille et sesquialternio in carcere vincitus fuerat cuidam ex febre laboranti supposuit, eumque inde sanatum impudenti mendacio palam divulgavit. Statim, ut est ex ea et præceps vulgi devotione, patibulum in quo C pependerat impostor ille a loco revulsum nocte sublatum est; soluimus ipsum, ubi desixum fuerat, a fatis undique concurrentibus, ut reliquiis sibi auferrent, abrasum est. Nounæ quædam Rumeseiensis in Anglia cœnobii quendam recens defunctum pro sancto colere coepérant; quod cum rescivisset sanctus Anselmus Cantuariensis antistes, per epistolam (lib. iii, epist. 151) eas ejusmodi superstitione prohibuit. Contigit etiam tempore Alexandri tertii ut quidam vino madidus ac temulentus, cum pecculantibus baccharetur, occisus, pro martyre coleretur. Olim stultum vulgus, quibusdam insomniis et nocturnis visionibus delusum, ficta martyrum monumenta venerabatur. Quod prohibitum fuit in concilio v Carthaginens., can. 5 (*De reliq. et vener. sanct.*). Sic etiam a quibusdam stolidioribus martyribus hereticis honor exhibitus est. Quod postea vetitum fuit in concilio Laodiceno, can. 54. — Venditam. Vendere reliquiæ martyrum prohibetur c. l. iii de sacrosanctis ecclesiis, etc. *Nemo martyres distrahat, nemo mercetur, et cap.* Cum ex eo, de reliquiis et veneratione sanctorum. — *Atii fimbrias.* More Pharisæorum, et Scribarum. Fimbriæ enim sunt quædam texture quæ assuebantur a Pharisæis et Scribis quatuor angulis amiculi, eo tempore quo se ab uxoriis abstinebant, ad castimoniam ostentationem, ut nemo tangeret sanctificatos, ut scribit sanctus Epiphanius, lib. i de Hæres., tom. I, cap. 15. — *Et phylacteria.* Phylacteria sunt quædam notæ ex purpura, quas Scribas et Pharisæi palliis suis ostentationis causa apponebant, ut refert sanctus Epiphanius, cap. citato. Ubi, etiæ tantum de Scribis loquuntur, tamen capite sequenti sit Pharisæos Scribarum indumentis uti solitos. Sunt et tabulae parvæ, seu oblongæ, in quibus Decalogus scriptus erat, quas Scribe et Pharisæi memorialis causa in fronte gestabant. Divus Hieronymus, in cap. xxiii Matth.: *Pictaciola illa*

**A** fimbrias et phylacteria sua magnificant, gloriae cappantes ab hominibus; alii criniti incedunt, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam comata. Ut videatur qui **439** eos viderit, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem, et Eliam, et ceteros.

*decalogi phylacteria vocabant.* Rabbini יתנפְלִינִין. Sunt etiam quædam annuleta, seu conservatoria, quæ magi ad morbos curandos, seu averruncandos, aut ad aliquem declinandum, mulierculis dabant collo appendenda, aut brachiis alliganda, ut docet sanctus Epiphanius, cap. 15 libri citati. Glossæ veteres: Φυλακτάριον, servatorium, anolimentum, annuletum, prævia. Glossæ Isidori, phylacteria, carmina, id est, incantamenta, juxta illud Virgilii in Pharmaceutria :

Carmisa vel caelo possunt deducere lunam.

**B** Dæmonum inventum in seductione ethnoricorum mentionat Beda, lib. iv. Hist. Angl., cap. 27: *Aliig etiam tempore mortalitatis, neglectis fidei sacramentis, quibus erant imbuti, ad erratica idolatria medicamina concurrebant; quasi missam a Deo conditore plagam per incantationes, vel phylacteria, vel alia quædive dæmoniacæ artis arcana cohære valerent.* Et sexta synodus, can. 41. Hinc capiendum Tertullianus, in Scorpiano: *Nescio quid magia circumligat.* Varia autem fuere hæc phylacteria, seu ligature, ut nervi, ossa, radices in corio inclusæ, ut notat Tatianus Assyrius, oratione contra gentiles, pag. 172 Editionis Parisiensis. Alii ursos circumducabant per urbes et oppida, et in eorum capite totaque corpore tinturas appendebant, dabanteque passim ex pilis eorum cum tinturis, tanquam phylacteria ad morbos et fascinos oculorum amoliendos, ut docet Theodorus Balsamo in canonem citatum sexta synodi. Additique præfectum quendam fuisse synodice condemnatum, quod deprehensus esset habere ἔνδυμα, id est, indumentum infantis recens nati, a muliere acceptum ad os occludendum iis qui in eum dicere conarentur. Hoc autem ἔνδυμα nihil est aliud quam pellicula quædam capitis instar pileoli, cum qua quidam nascuntur, quam olim advocati in sinu gestantes ad eloquentiam conferre credebant, ut refert Lampridius in Antonino Diadumeno: *Solent deinde pueri pileo naturali insigniri, quod obstetricæ rapiunt, et advocatis credulis rendunt, siquidem causidici hoc juvari dicuntur.* Litteræ solutoriae sunt etiam phylacteria, quas qui apud se gerebant se nullo pacto vinciri posse credebant, ut videre est apud Bedam, lib. iv Hist. Angl., cap. 22: *Quarum celebratione factum est, quod dixi, ut nullus eum possit vincire. Intererea comes qui eum tenebat mirari et interrogare caput quare ligari non posset, an vero litteras solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet.* Ille etiam spectat effigies Alexandri Magni, quam qui apud se gestabant vel in annulis, vel in dextrocheriis, et in omni ornamento genere, se in omni actu juvari credebant, ut scribit Trebellius Pollio in Quieto imperatore. Tandem apud Christianos Phylacteria sunt sacra reliquiæ, ut sanctæ crucis, martyrum, etc., in auro, vel argento, seu crystallo, aut quavis alia materia celatae. Sanctus Gregorius papa, lib. xii, epist. 6: *Excellentissimo autem filio nostro Adulowaldo regi transmittere phylacteria curavimus, id est, crucem cum ligno crucis Domini, et lectionem Evangelii theca Persica inclusam.* Heliodorus Floriacensis monachus, in Vita Roberti regis: *Unae nimis mirum suos, a quibus juramentum recipiebat, volens justificari quemadmodum seipsum, fecerat unum phylacterium holocrystallinum, in gyro auro puro ornatum, absque alicuius sancti pignorum inclusione, super quod jurabant primates hac pia fraude necisi.* Acta sancti Guillielmi Gellonensis: *Miserat illis ab Hierosolymis per Zacharium magni propositi magnique testimonio*

8. Alii honores quos non acceperunt habere se A protestantur; alii parentes vel consanguineos suos in illa vel in illa regione se audiisse, et videre, et ad eos pergere mentiuntur, et omnes petunt, ab omnibus exigunt aut sumptuum lucras egestatis, aut simulatae pretium sanctitatis. Cum interea ubique in factis suis malis ac verbis reprehensi fuerint, vel quoquo modo innoverint, sub generali nomine monachorum propositum blasphematur.

9. Sextum genus est monachorum, et ipsum tertiuum atque neglectum, quod per Ananiam et Sapphirum in exordio Ecclesiae **440** pullulavit, et apostoli Petri severitate succisum est (*Act. v.*), qui que ab eo, quod semetipso a cœnobiali disciplina sequestrant, suasque appetunt liberi voluptates, *Ægyptiorum lingua sarabaitæ*, sive *rembothitæ* nuncupantur. Construant enim sibi cellulas, easque falso nomine monasteria nuncupant, liberique ab imperio seniorum, arbitrio suo vivunt, certatum in operibus laborantes, non ut indigentibus distribuant, sed ut acquirant pecunias, quas recondant, et sicut ait de ipsis Hieronymus, quasi ars sit sancta, non vita, quidquid vendiderint, majoris est pretii.

10. Re vera (ut idem dicit) solent certare jejuniis, ut rem secreti victoriae faciant. Apud hos affectata sunt (inquit) omnia, fluxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis grossior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum, et si quando dies festus veneris, satiantur ad vomitum.

11. Inter cœnobium autem et monasterium ita distinguit Cassianus, quod monasterium possit etiam unius monachi habitatio nuncupari, cœnobium autem non nisi plurimorum. Quorum quidem conversationem, ut patrum edocet institutio, breviter intimabo. Illi quippe (ut prædictum est) contemptis primum ac desertis mundi bujus illecebris, in communi vita sanctissima congregati, simul agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, in vigiliis, in jejuniis, nulla superbia tumidi, nulla invidia lividi, sed modesti, verecundi, placati, concordissimam vitam sectantur, cogitationesque suas alterutrum revelantes, invicem discutiunt et corrugunt.

sacerdotem, perque duos monachos Hierosolymitanos magnæ religionis, nec paræ auctoritatis illud Dominicæ crucis venerabile cunctis mortalibus phylacterium adorandum, gemmarum splendoribus et auro purissimo, quantum potuit ars humana, decentissime ornatum. **MENAR.**

9. Sextum genus. Ex ead. collat., cap. 7 et 10. **GRIAL.**

*Ibid.* *Sicut ait de ipsis Hieronymus*, epist. 22, ad Eustoch. **GRIAL.**

*Ibid.* *Sive renuitæ*. Tò sive sumitur ex positis. Nam è renuitæ Latinum est, non *Ægypti*-cum. Et ita Latini sarabaitarum nomen exposuerunt. Smaragdus in cap. 1 regulæ sancti Benedicti: *Sarabaitæ autem interpretantur renuitæ, eo quod majorum exempla vel virtutem sequi renuant*. Sanctus Odo abbas Cluniacensis, collatione 3: *Nos miseri non sumus monachi, ut falso nominamur; sed sarabaitæ, it est, renuitæ, qui jugum regularis disciplinae renuiunt*. Glossæ anonymæ: *Sarabaitæ lingua Ægyptiaca, in Latina dicuntur*.

12. Nemo quidquam terrenum sorte peculiariter possidet, pretiosis vel coloratis vestibus non induantur, sed vilissimis atque sinceris, lavacris nunquam utuntur ad delectationem corporis, sed raro proprie necessitatem languoris; inconsueto abbate, nusquam progrediuntur, neque aliquid ad eis sine nutu paternæ jussionis assumuntur: operantur autem manibus ea quibus corpus pasci possit, et adeo mens impedit non possit. Canunt autem manibus **441** operantes et ipsum laborem, tanquam divino celeumate, consolantur.

13. Opus autem suum tradunt eis quos decanos vocant, eo quod sint denis præpositi, ut neminem illorum cura sui corporis tangat, neque in cibo, nec in vestimento, nec si quid aliud opus est, vel quotidiane necessitati, vel muliere, ut adsolet, valetudinari. Ipsi autem decani tradunt ea præposito, præpositus autem, cum magna sollicitudine omnia disponens, præsto facit quidquid illorum vita propter imbecillitatem corporis postulat, rationem tam etiam ipse reddit ei quem patrem vocant. Hi vero patres intellectu, tolerantia atque discretione insignes, omnibus rebus excelsi, nulla superbìa consulunt his quos filios appellant, magna sua in jubendo auctoritate, magna illorum in obediendo voluntate.

14. Convenient autem omnes frequenter nocte dieque, dato signo, festina cum properatione, ad orationem solemnium horum, celebrantes fixa intentione cordis, usque ad consummationem psalmorum sine fastidio persistentes. Item convenient, diebus singulis interpositis, dum adhuc jejuni sunt in collatione ad audiendum Patrem. Audient autem cum incredibili studio, summo silentio, affectusque animorum suorum, prout eos provocaverit disserentis oratio, vel gemitu, vel fletu significantes. Corpus deinde cum silentio magno reliquint tantum quantum saluti necesse est, coercente unoquoque per parsimoniam concupiscentiam et gulam, ne gravetur eorum cor, vel in ea ipsa quæ præsto sunt, parca et vilissima.

15. Itaque non solum a carnis et a vino abstinent pro sufficientia domandarum libidinum, sed etiam ab omnibus quæ ventris et gutturi provocantur renuitæ, qui refutant abbaten habere. Unde glossæ mss. in regulam sancti Benedicti, quæ Parisiis existant in bibliotheca sancti Victoris: *Sarabaitarum, qui refutant, vel renunt*. **MENAR.**

*Ib d.* *Voluptates. Al., voluntates.* Cum sancto Hieronymo Grialius edidit *rembothitæ*. Vide Diversum hoc verbo. Menardus renuitæ. Grialius cellulas, eaque, etc. **AREV.**

12. Alii, nunquam progrediuntur. Vide Regul. Monach., c. 5, n. 5. **AREV.**

13. Hi vero Patres, etc. Inde natum ut religiosi viri Patres nominentur. *Tolerantia, etc.* Al., *tolerantiam, atque discretionem insinantes, omnibus rebus, etc.* Al., *tolerantia, atque discretionem insignibus, omnibus rebus excelsis, etc.* **AREV.**

14. *In intentione cordis.* Grialius edidit *intentionem cordis*. Mox, pro in collatione, nonnulli in consultatione, alii in consolatione. Vide cap. 7 et 16 regulæ monachorum. **AREV.**

appetitum. Sane quidquid necessario victui superest ex operibus manuum et epatorum restrictione, tanta cura agentibus distribuitur, ut nihil remaneat, quod abundaverit. Ad ejus sanctae militiae propositum veniunt non solum **442** liberi, sed etiam plerisque et ex conditione servili, sed propter hoc a dominis liberati, vel propter hoc potius liberandi.

**16.** Veniunt quoque et ex vita rustica, et ex officium exercitatione et ex plebeio labore, tanto utique felicius, quanto fortius educati. Quod si non admittantur, grave delictum est. Multi enim ex eo numero vere magni imitandique exstiterunt, nam propriea et infirmita mundi elegit Deus, ut confunderet fortia, et stulta mundi elegit, ut confunderet sapientes, et ignorabilia mundi, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt evanescuntur, et non glorietur omnis caro eorum Deo.

**17.** Simili quoque modo existant et coenobia seminorum Deo sollicite caelestes servientium, quae in habitaculis suis segregatae ac remote a viris quam longissime pia tantum sanctitatis charitate junguntur, et imitatione virtutis. Ad eas juvenum nullus accessus est, neque ipsorum quamvis gravissimorum et probatissimorum senum, nisi usque ad vestibulum necessaria praebendi, quibus indigent, gratia. His prae sunt singulare gravissimae ac probatissimae, non tantum instituendis componendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritae, atque paratae. Lanificio etiam corpus exercent atque sustentant, vestesque ipsas monachis tradunt, ab his invicem quod victui opus est resumentes. Hos mores, hanc vitam, hanc institutionem tenere videntur coenobia virginum ac monachorum.

**18.** Monachi autem secundum humilitatem eleguntur. Multos enim ex eis cenodoxia morbus commaculat, multos abstinentia inflat et extollit scientia. Faciunt enim bona, sed propter famam, non propriam vitam aeternam, scilicet, ut aut affectent gloriam laudis, aut perveniant ad fastigium desiderati honoris. Inter hos saepius discordia oboritur, invidiaeque litor de fraternis prefectibus gignitur, amor temporalium rerum grassatur, sequentes terrenas concupiscentias tanto inbianter quanto saepius et ante humanos oculos impudenter. Tales itaque nequaquam monachi vocandi sunt, quia Deo sola professione, non actione, junguntur.

#### 443 CAPUT XVII.

##### De paenitentibus.

**1.** Paenitentibus Job exemplum primus exhibuit, quando post funera vel flagella adhuc in sui redargutione etiam in cilicio et cinere lamenta paenititudine.

**17.** Alii, coenobia seminorum, etc. Al., coenobia seminarum, hoc est, monachales virgines, sollicite castae, servientes Deo, que habitaculis, etc. AREV.

CAP. XVIII. N. 2. Paenitentia nomen, etc. Al., paenitentia autem non mensum ac temporum cursu pensatur, sed pena qua anima cruciatur et mortificatur caro. Ita quoque invenit Hittorpius in tribus MSS. suis. AREV.

**3.** Consuetudo paenitentium plerisque erat ut capillos tonderent, sed ea non generatione obtinuerit. Nam sanctus Hieronymus, epist. 50. Fabiolam in

A nis sumpsit, dicens : *Idcirco ego paenitentiam in fo villa et cinere (Job. xlII, 6).* Post hunc nobis David paenitentiam magisterium praebuit, quando gravi vulnera lapeus, dum audisset a propheta peccatum suum, confessum paenituit, et culpam suam paenitentiam confessione sanavit (*II Reg. xiI*).

**2.** Sit Ninivite, et alii multi peccata sua confaseri sunt, et paenitentiam egerunt, displicerunt sibi quales fuerint, et quales per Deum facti sunt illi placherunt (*Jonas iii*). Est autem paenitentia medicamentum vulnera, spes salutis, per quam peccatores salvantur, per quam ad misericordiam Dei provocatur, quae non tempore pensatur, sed profunditate lucis et lacrymarum. Paenitentia nomen sumpsit a pena, qua anima cruciatur et caro mortificatur.

**3.** Hi vero qui paenitentiam agunt, primum capillos et barbam nutriri, ut demonstrent abundantiam criminum, quibus caput peccatoris gravatur. Capilli enim pro vitis accipiuntur, sicut scriptum est : *Crinibus peccatorum suorum unusquisque constringitur (Prov. v, 22). Vir quippe si comam nutrit, ignominia est illi*, ut ait Apostolus (*I. Cor. xi*). Ipsam ergo ignominiam suscipiunt paenitentes pro merito peccatorum.

**4.** Quod vero in cilicio prosternuntur, per cilium quippe recordatio est peccatorum propter hædos ad sinistram futuros. Inde ergo confitentes in cilicio prosternimur, tanquam dicentes : **444** *Et peccatum meum contra me est sem, er.* Quod autem C cinere asperguntur, vel ut sint memores quia cinis et pulvis sunt; vel quia pulvis, id est, impii facti sunt; unde et illi prævaricatores primi homines recedentes a Deo, malisque factis offendentes Creatorem, in pulvere, unde primo sumpti sunt, redierunt. Bene ergo in cilicio, et cinere paenitens deplorat peccatum, quia in cilicio asperitas est, et punctione peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum.

**5.** Et idcirco in ueroque paenitentiam agimus, ut et punctione cilicij agnoscamus vitia, quae per culpam commisimus : et per favillam cineris perpenitamus mortis sententiam, ad quam peccando pervenimus. Paenitentia autem remedium Ecclesia catholica in spe indulgentia fidenter alligat exercendum. Et post

D unum baptisini sacramentum, quod singuli traditione commendatum sollicite prohibet iterandum, medicinali remedio paenitentia subrogat adiumentum.

**6.** Cujus remedii egere se cuncti agnoscere debent ordine paenitentium stetisse ait sparsa crine. Vide Binghamum, tom. VIII, p. 122, 123. Item apud Romanos communem altere solitos non semel in conuentu ad Prudentium expliciti, pag. 740, 833, 1168. AREV.

**4.** Vel quia pulvis, etc Al., vel quia a pulvo et facti sunt, id est, impii facti sunt. Quo rito in Ecclesia Romana paenitentes se in terram aujecerent, describit Sozomenus, lib. vii, c. 16. AREV.

**6.** Horum duntarai dignitate servata. Offendit quidam hic locus, qui non adverte re de paenitentia publica loqui laudorum. Sunt autem verba Fe-

pro quotidianiis humanae fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus: horum duntaxat dignitate servata, ita ut a sacerdotibus et Levitiae, Dea tantum teste, fiat; a ceteris vero, antea statuta ceram Deo solemnisate sacerdote, ut hoc legal fructuosa confessio quod temerarius appetitus aut ignorantiae notitia contraxisse neglectus. Ut sicut in baptismō omnes iniquitates remitti, vel per martyrium nulli peccata credimus imputari, ita per poenitentiam compunctionem fructuosam universa fateamur deleri peccata. Lacrymæ enim poenitentium apud Deum pro baptimate reputantur. Unde quamlibet magna sint delicta, quamvis gravia, non tamen est in illis Dei misericordia desperanda.

7. In actione autem poenitentia (ut supra dictum est) non **445** tam consideranda est mensura temporis quam doloris; cor enim contritum et humiliatum Deus non spernit. Verumtamen quanta in peccando fuit ad malum abruptæ mentis intentio, tanta necesse est in lamentatione devotio. Duplex est autem poenitentia gemitus, vel dura plangimus quod male gessimus, vel dum non agimus quod agere debebamus. Ille autem vere poenitentiam agit, qui nec poenitentiam præteriorum negligit, nec adhuc poenitenda committit. Qui vero lacrymas indesinenter fundit, et tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed mundationem non habet.

8. Si qui autem per gratiam Dei ad poenitentiam convertuntur, perturbari non debent si rursus post emendationem relicta via cor pulsent, dum non possint bonae conversationi nocere, si talis cogitatio non erumpat in consensem, vel opera. Ferre enim sine perfectione vitiorum cogitationes non est ad damnationem, sed ad probationem; neque est occasio subeundi discriminis, sed potius augendæ virtutis. Nam et si quis circa finem suum per poeniten-

licis III, epist. 1, cap. 1. Vid. Gratian., d. 50, cap. Confirmandum, cum sequentibus. **GRIAL.**

*Ibid.* Horum duntaxat dignitate servata. **H**itorpius, cum duobus MSS., honorum duntaxat dignitate servata; quod ego quoque præferendum censorem. Petavius, lib. xii, probat poenitentiam publicam, de qua hoc loco Isidorus, non potuisse consistere cum clericatu. Constitutum enim erat ne quisquam post aliquujus criminis publicam poenitentiam clericatum acciperet, vel ad clericatum rediret, vel in clericatum inaneret, ut sanctus Augustinus tradidit epist. 50. **AREV.**

7. *Ut supra dictum est;* scilicet, n. 2. Alii exhibent, ut saepe dictum est. **Mox** *quanta*, etc. **Al.**, quantum, vel quanto... ad malum propriorum mentis intentionem, tanto devotor debet esse in poenitentia. **H**itorpius concidit, quanta... ad malum abruptio mentis, intentionem devotionis tanta debet esse, et in poenitendo afflictio. Paulo post legendum, vel intelligendum est: *Vel dum plangimus quod male gessimus*, vel dum plangimus quia non egimus quod agere debebamus. Scilicet poenitentia est vel de peccatis commissionis, ut aiunt, vel de peccatis omissionis. **AREV.**

9. *Conversio*, etc. **Al.**, *conversio*, incerta occupat mors priusquam veniat. **Al.**, *confessio* sperata, si incerta occupat mors, nequaquam subveniat. **AREV.**

**CAP. XVIII. N. 1.** Tam sancti propositi. Verba Casianii, cuius sunt quæ sequuntur, nisi Hieronymi esse vel coniunctio utriusque mavis. **GRIAL.**

*Ibid.* In Isidorianis, cap. 93, n. 5, adverti in Co-

A tiam doceat esse matus, non ideo debet desperare, quia in termino est ultima vita, quoniam Deus non respicit quales ante finem fuimus, sed quales circa finem vitæ existimus.

9. Ex fine enim suo unquamque aut justificat, aut condemnat, sicut scriptum est: *Ipse judicat extrema terræ* (*I Reg. 11, 10*); et alibi: *Universorum finem ipse considerat* (*Job. xxviii, 24*). Proinde non dubitamus circa finem justificari hominem per penitentiam compunctionem. Sed quia raro id fieri solet, metuendum est, ne, dum ad finem differtur conversione sperata, ante occupet mors quam subveniat penitentia. Quare eius bona est ad extremum conversionis, tamen multo melior est quæ longe ante finem agitur, ut ab hac vita securius transeat.

#### 446 CAPUT XVIII.

*De virginibus.*

1. Nunc autem quæ sit sacrae virginitatis integritas, vel a quo tali sancti propositi studium sit exortum, breviter intimabo. Quantum enim ad Vetus Testamentum attinet, Elias, Jeremias et Daniel castitatis et continentiae bono priuilegio studuisse mosceruntur. Quantum vero ad Novum, virorum virginium caput est Christus, seminerum virginium caput est Maria. Ipsa earum auctrix, ipsa mater nostri capititis, qui est virginis filius, est virginum sponsus. Inde agmina virorum et puellarum sanctorum, inde sectatores et sectatrices perpetue continentia pullularunt, castigantes se, nec solum in corpore, sed etiam in ipsa concupiscentia radice castantes, contestantes que atque angelicam vitam in terrena mortalitate meditantes, atque in carne corruptibili iacorruptionem perpetuam retinentes, quibus cedit omnis fecunditas carnis, omnis pudicitia conjugalia.

2. Nam cum et ipsa universa Ecclesia virgo sit, desponsata uni viro, sicut dicit Apostolus (*II Cor.*

dice Vaticano 202 extare hoc caput sub titulo: *Isidori Junioris de Virginitate, et nostræ Editioni congruere. Voce auctrix, quam hic Isidorus adhibet, lib. x Etymolog., n. 2, videtur negare uti l.cere. Vide not. Pro sectatrices perpetue continentie, aii habent, sectatrices ad perpetuam poenitentiam. Et illico, pullularunt, appetitum libidinis castigantes, nec solum... castrantes se, coalestem, etc.* **AREV.**

*2. Cum et ipsa universa August., serm. 23, de D verb. Domini secundum Matth.: Tota Ecclesia, que constat et virginibus, et pueris, et maritatis, et uxoris, uno nomine virgo est appellata. Unde hoc probavimus? Apostolum audi dicentem, non solis sanctimonialibus, sed universo potius Ecclesiae Dei: Despondi enim vos uni viro virginem castum exhibere Christo. Et Tertullio, lib. de Monogam.: Et conjugent vos in Ecclesia virgine unius Christi sponsa. Ambrosius quoque in hortatione ad virginitatem: Virgo est Ecclesia, quam studuit Apostolus virginem castam exhibere Christo.* **GRIAL.**

*Ibid. Sic tamen laudetur virginitas, ne nuptiae condennentur. Iloc saepe reperiit Hieronymus. **GRIAL.***

*Ibid. Ante adventum quippe Christi conjugia placuerent. Ex Tertulliano, unde eadem quoque haec Hieronymi. **GRIAL.***

*Ibid. Non enim, etc. Al., nonne enim sic locuta est vox illius, Crescite, etc. Et mox tempus item collectum est; vel, tempus in quo lectum est. **AREV.***

x), quanto digniora honore sunt membra ejus, quae hoc custodiunt etiam in ipsa carne quod tota custodit in fine? Sic tamen laudetur virginitas, ne nuptiae condecentur. **447** Oportet enim non damnare quod bonum est, sed addere quod melius est. Ante adventum quippe Christi conjugia placuere Deo, post adventum virginitas. Prima enim Dei sententia crescere et generare praecepit, secunda continentiam suasit. Non enim jam locus est voci illi: *Crescite, et multiplicamini* (Gen. 1, 18). Quia jam alia vox supervenit, dicens: *Vix pregnantibus et nutrientibus* (Luc. xxi 23). Et ictus: *Tempus jam in collecto est. Restat ut qui uxores habent, tanquam non habentes sint* (I Cor. vii).

**5.** Et nisi fallor, unius ejusdemque Dei propunctionis est. Tunc quidem Deus in primordio sementem generis emisit, indultis conjugiorum habenis, donec latundus repleretur; nunc vero sub extremitatibus temporum compressit quod emiserat, et revocavit quod indulserat. Unde et Salomon prævidens in spiritu ait: *Tempus amplexandi, tempus longe fieri ab amplexu* (Eccl. 5). Quia præcepti veteris est ut terra procreationibus impleretur, novi autem ut continentia atque virginitate cœlum adimpleatur. Quam tamen adeo ardui sublimisque præmii esse constat, ut dicentibus apostolis quodam loco: *Si sic est hominis causa cum muliere, non expedit nubere, responderit Dominus: Qui potest capere capit* (Math. xix).

**4.** Non ergo præceptum de continentibus, sed suasionis est; nec injungitur virginitas, ut sit necessitas, sed ut voluntatis possit esse, laudatur, Apostolo protestante: *De virginibus autem præceptum homini non habeo, sed consilium do, tanquam et ipse scientiam Dei habens. Existino enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse* (I Cor. vii). At vero qui temptationem carnis non tollerant, necesse est ut portum conjugii petant, unde et idem Apostolus: *Qui se (inquit) non continet nubat; melius est enim nubere quam uriri. Ita iterum: Si acceperis uxorem, non peccasti; si nupserit virgo, non peccavit. Et si non via major esse, esto vel minor, quia liberis voluntatis es.*

**448** Nuptiae enim peccatum non sunt, sed per sollicitudinem mundi qui nubunt legem Dei servare vix possunt. Alter illos dicit non peccare, si nubant qui nondum voverint Deo castitatem. Ceterum vel qui in curdesu promisit, si aliud fecerit, habet damnationem, quia primam fidem, sicut ait Apostolus, irritum fecit. Quod enim erat per naturam licitum, per votum sibi fecit illicitum, sicut Ananias et Sapphira, quibus de

**3.** *Et nisi fallor unius, ejusdemque Dei, usque ad indulserat, verba sunt Tertull., in exhortatione ad castitatem.* GRIAL

*Ibid. Indulteria, etc. Al., indultis conjugiorum voluptatibus habenis. Al., indultis conjugiorum habenis voluntibus. Infra alii, causa cum uxore, non expedit. AREV.*

**4.** *Et iterum si acceperis uxorem usque ad prostrati sunt verba sunt ex commentariis in Epist. ad Corinth., Hieron. scriptis.* GRIAL

A prelio possessionis, sue retinere nihil licuit, ob quam causam et subita morte prostrati sunt (Act. v.).

**6.** In Evangelio autem virginum diversa genera morantur, sed illis specialiter regni possessio depicatur, qui se amore Dei castraverunt, id est, non quos impossibilitatis necessitas cogit, sed quos voluntas fecit contineentes. Sic enim scriptum est, Domino disputante: « *Sunt enim spadones qui ita uati sunt; sunt et alii qui ab hominibus facti sunt, et sunt qui se ipsos castraverunt propter regnum cœlorum* » (Math. xix). Quibus etiam per Isaiam prophetauit dicit se daturum in domo sua et in muria suis locum nominatum melioram multo quam filiorum ac filiarum (Isai. lvi).

**7.** Nam illis qui sic nascuntur, aut quibus ipsum virile membrum debilitatur, ut generare non possint (sicut sunt eunuchi potentum et regum) sufficit utique quod Christiani sunt, et Dei præcepta custodiunt, eo tamen proposito, ut conjuges, si potuerint, habereant, idemque ceteris conjugatis in domo Dei fidelium adsequantur, quia castri sunt propter sæculum, non propter regnum cœlorum; neque enim uxores animi virtute, sed carnis necessitate non ducent.

**8.** Quantum autem sit in virginibus sanctitatis donum, ut etiam Joannes eos tantum Agni vestigiis inhaerere prescribat qui contaminati mulierum convenientibus non fuerint (Apoc. xiv)? Ipsi enim sunt duodecies duodenaria millia sanctorum citharoëdorum illibato virginitatis in corpore, inviolatae castitatis in corde, qui sequuntur Agnum, quocunque ierit, quem nemo sequi vel audet, vel valeret, nisi tantum **449** virginitas. Sequuntur itaque Agnum et ceteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, sed non quocunque ierit, sed quo usque ipsi potuerunt.

**9.** Unde, ne tantæ sanctitatis donum superbia corrumpatur, cavendum est; multos enim extollit virginitas, elevat continentia, fidenter dico, facilius sequuntur Agnum, et si non quocunque ierit, certe quousque potuerint, conjugati humiles quam superbientes virgines. Quomodo enim sequitur, ad quem non vult accedere? Aut quomodo accedit, ad quem non venit ut discat quoniam mitis est et humilis corde? Pergant ergo viam sublimitatis virgines, pede humilitatis sequantur Christum, tenendo perseveranter quod voverunt ardenter; ita ut professæ ac servate integratam ceteris etiam moribus congruant, sine quibus procul dubio otiosa et inanis manet virginitas. Boni enim actus si addantur virginitati, angelicam vitam hominibus et cœli mores exhibent terris.

*Ibid. Non peccavit. Al., non peccavit, quia liberæ voluntatis est.* AREV.

**6.** *Per Isaiam prophetam se daturum. Quem locum tractat elegantissime Basilius in lib. de Virginitate.* GRIAL

*Ibid. Meliorem multo. Vulg., melius a filiis et filiabus.* GRIAL

**8.** *Mulierum convenientibus. Al., mulierum coitibus. Et paulo post, nemo sequi vel auditu valet; aut nemo sequi vel audiire valet.* AREV.

10. Illæ ergo virgines esse probantur, quæ sic continentur inserviant, ut nullis criminibus nullaque terrenas sollicitudinis onere prægraventur. Curam enim mundi conjugalis copula gignit, Paulo docente, qui sit: *Volo autem, vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori* (*I. Cor. vii*); unde agnoscitur non posse placere Deo hujusmodi continentia votum, quod præpeditur sæcularium impedimento cari. Nihil enim expeditus prodest exse ab a<sup>c</sup>tione carnis, qui illigantur sæcularibus curis. Nisi tantum quid sibi majora acquirunt supplicia pro eo quod sæculum minime vincunt, qui carnem vincere poterunt.

11. Quæritur autem cur feminæ virgines in benedictione velentur? Quarum hæc causa est. In gradibus enim vel officiis ecclesiasticis feminæ nullatenus præscribuntur, nam neque permittitur eis loqui in ecclesia vel ducere, sed neque tangere vel offerre, neque ullius virilis muneris aut sacerdotalis officii sororem **450** sibi vendicare. Ideoque hoc tantum, ut quia virgo est, et carnem suam sanctificare proposuit, idcirco velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis vel insignis introeat, et honorem sanctificati corporis in libertate capituli ostendat, atque mitram, quasi coronam virginalis gloriae, in vertice præferat.

#### CAPUT XIX.

##### *De viduis.*

1. Viduarum multa exempla sunt, quarum prima in Scriptori legitur Noemi (*Ruth. i*), et vidua, ad quam Elias missus esse scribitur (*III Reg. xvi*), et vidua Sunamitis, quæ solebat Eliæcum recipere, et victimum illi administrare (*IV Reg. iv*). Exstat et Judith illa admirabilis vidua, quæ de Holoferne Assyriorum principe triumphavit, salvumque pudorem, hoste devicto, revesit (*Judith. xiii*). In Novo autem Testamento Anna prima vidua legitur, quæ Dominum cognovit infantem, quæ meruit gratiam divinitatis ejus

**11.** *In gradibus enim vel officiis, usque ad ostendat. Tertull., in lib. de Virginibus veland.: Potius dignius honorari aliqua prærogativa virilis gradus aut officii? etc. E quo loco sum verba fere quæ restant hujus caput s. GRIAL.*

*Ibid. Notabilis, vel insignis. More suo disjunctione pro conjunctione utitur. Nam Tertullianus notabilis et insignis dicit. GRIAL.*

*Ibid. Honorem sanctificati corporis. Honorem sanctitatis, Tertullianus. GRIAL.*

*Cap. xix. N. 1. Anna... quæ Dominum cognovit infantem. Tertull., in lib. de iheronimo adversus Psychicos. Anna prophetia fia Phanuelis, quæ infantem Dominum et agnoscit, et multa super eo prædicavit exspectantibus redempcionem Israel. GRIAL.*

*Ibid. Revesit. Al., reduxit. AREV.*

2. *Felix ergo virgo, quia intacta, etc. Hausere ista, non Iheronimus modo, sed Hieronymus quoque, e Tertulliano, cuius sunt, lib. ad Uxorem, hæc verba: Quanti est vidua ipsa, cuius assertor Dominus disputabit! Non tantum virginibus datum, opinor, tunc in illis integritas solida et tota sanctitatis de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius, quia facile est non appetere quod nescias, et averbari quod desideraveris nunquam. Gloriosior continetia quæ jus suum sentit, quæ uid uiderit novit. Poterit*

*A agnoscere, antequam potuisset verbum ejus audire (Luc. ii).*

2. Cujus quidem gradus virginitali pene conjunctus est; unde et Christum, quem virgo peperit, video prima cognovit. Felix ergo virgo, quia intacta; fortior vidua, quia experta: utrisque tamen est apud Deum merces, major illa, subsequens ista. Illam autem **451** viduam Apostolus vocat, quæ post unius conjugii torum interceptum exinde sexui renuntiat. Dicit enim: *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, unius viri uxor* (*I Tim. v*). Unde consequens est ut quæ plurimis suis nexa maritis careat veræ nomine viduitatis.

3. Quales esse viduae debeant, idem Apostolus expressit, dicens: *Si fuerit in operibus bonis, testimoniis habens, utique sicut Tabitha (Act. ix) si filios educavit, subauditur Deo: Si hospitio suscepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, hoc est, ægrotis, vel in carcere positis, si omne opus bonum subsecuta est; breviter universa concludens, ut in omnibus sint exempla vivendi. Et iterum: Anus similiter in habitu sancto (Tit. ii); utique ut ipse earum incessus, motus, vultus, sermo, silentium quamdam sacrae continentiae præferat dignitatem.*

4. Post hæc adjecit: *Non criminales, non multo vine servientes, sed parvo uententes. Nam solent hæc saltates, quæ corporis frixerunt luxuria, vino se dedere pro libidine. Post hæc additur: Bene docentes, ut prudentiam doceant. Docere illis quidem permisit, sed feminas; et hoc non in ecclesia, sed privatim; nam hoc genus mulierularum solet esse garrulum. Unde et curiosas, et verbosas quasdam viduas idem Apostolus notat, et hoc vitium dicit venire ex otio: Simul autem (inquit) et otiosæ discunt circuire domos* (*I Tim. v*), scilicet dum nullo timore detentæ, nec mariti potestati subjectæ, non solum otiosæ, verum

*virgo felicior haberi, ad vidua laboriosior. illa, quod bonum semper habuit; ista, quod bonum sibi uenit, in illa gratia, in ista virtute coronata, etc. GRIAL.*

*Ibid. Quæ post unius conjugii torum interceptum, usque ad renuntiat. Ita interque Ms., probissime, quos sequi non est au us qui cuius hæc essent non olficerat. Sunt autem ejusdem Tertulliani initio exhortationis ad castitatem: *Tertius gradus superest monogamia, cum post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiatur. Ergo vox virili turpiter addita fuerat, quæ etiò legitur in Edit. Rom. GRIAL.**

*Ibid. Exinde sexui renuntiat. Al., inde sensu renuntiat. Sed retinenda lectio a Grælio stabilita. Max nonnulli Ms., carat veræ nomen viduitatis, ut careo sit cum accusandi casu, ut alibi utor, etc. AREV.*

3. *Uique sicut Tabitha, usque ad rite di, ex commentariis in Epistolam ad Timothœum Hieronymo ascriptis. GRIAL.*

*Ibid. Utique ut ipse earum incessus, usque ad dignitatem, ex Hieronymo ad Tit. ii. GRIAL.*

4. *Nam solent, usque ad ex otio, verba sunt ejusdem, ibid. GRIAL.*

*Ibid. Simul autem, usque ad quæ non oportet, ex commentariis in Epist. ad Timoth. citat. GRIAL.*

*Ibid. Nam solent, etc. Al.: Nam solent states quæ corporis frixerunt luxuria. AREV.*

etiam curiosos discurrunt, loquentes quae non oper-  
tent.

5. Prædicat autem idem Apostolus damnationem habere viduas, quæ post propositum continentiae numero cupiunt. Cum enim, inquit, luxuriantes fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irriam fecerunt, id est, quia in eo quod primo voverant, non steterunt. Nec tamen ait, nubunt, sed nubere volunt; multas enim earum revocat a nubendo 452 non amor præclaris propositi, sed aperti dedecoris timor.

6. Igitur quæ nubere volunt, et ideo non nubunt, quia impune non possunt, hæc melius non voverent et nuberent quam urerentur (*I Cor. vii*), id est, quam occulta flamma concupiscentiae vastarentur, quas pœnitent professionis, et piget confusionis, quæ nisi correctæ cor dirigant, et Dei timore rursum libidinem vincant, in mortuis deputandæ sunt, si in deliciis agant. Unde dicit Apostolus: Quæ autem in deliciis agit, vivens mortua est (*I Tim. v*), sive in laboribus, atque jejuniis nulla cordis correctione, sed magis ostentationi quam emendationi servientibus.

#### CAPUT XX.

##### *De conjugatis.*

1. De conjugatis lex naturæ a seculo est. Deus enim fecit Adam, et dedit ei adjutorem Hevam cum procreationis subsecuta sententia, dicens: Crescite, et multiplicamini, et replete terram (*Gen. i*). Sed facta eadem mulier prius solatio quam conjugio fuit, donec a paradiſo inobedientia ejiceret quos intra paradiſum obedientia tenuisset, ac post beatæ sedis excessus mulierem suam puleus agnosceret, libro Geneseos edocente: Et cognovit Adam mulierem suam, et concepit, et peperit filium (*Gen. iv*).

2. Ergo adjectum laborem nuptiarum præcesserunt, et tribulos spinasque passuri prævios adjecere conuentus; secuta in procreationibus trædia; unde et pariturae tale præcessit edictum: In dolore, inquit, et mærore paries filios (*Gen. iii*); quos utique sic creatoris diversi (ut cernimus) casus luctusque subripe-

6. Quas pœnit, etc. Al., quas penitus professionis forma declarat, sed piget confusionis, etc. Et in fine, emendationi serviens. AREV.

CAP. XX. N. 4. Grialius distinguit tenuisset. Ac post, etc. Alli, tenuisset. Hic post beatæ sedis excessum mulieris suæ pulsus agnoscebat. AREV.

2. Præcesserunt. Al., expresserunt. AREV.

3. Unam de costis ejus mutuatus vir in sem. fecit. Tertull., in lib. de Monogam.: Unam feminam masculo Deus fixit, una costa ejus decerpta, et uisque ex pluribus, etc., quæ eadem in Exhortatione dixerat, totumque locum Hieronymus sibi adversus Jovinianum aptavit. GRIAL.

Ibid. Item secundum spirituales nupt. Idem in Exhortatione: At cum Apostolus in Ecclesiam et Christum interpretatur, erunt duo in carne una, secundum spirituales nuptias Ecclesie et Christi, unus Christus, et una ejus Ecclesia, agnoscere debemus duplicatam et exaggeratam\* esse nobis unius matrimonii, tam secundum generis fundamentum, quam secundum Christi firmamentum. GRIAL.

4. Numerus autem matrimonii, usque ad figurentur, verba Tertullian., ibid., et Hieronymi, et contra

Arent. Unde et Apostolus prædicens, ait: Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi (*I Cor. vii*). Non tamen conjugiorum honorabilis torus et immaculatum cubile sine fructu est (*Hebr. xiii*). Nempe soboles inde sanctorum, et quod laudatur in virginitate, conjugii est. Ideoque nec peccatum nuptias dicimus, nec tamen eas bono virginalis continentiae vel etiam viduallis coequamus.

453 5. Conjugia autem tantum per se bona sunt; propter ea vero quæ circa illa sunt, mala flunt. Per id namque mala flunt, per quod dicit Apostolus: Qui autem cum uxore est cogitat quæ sunt mundi; et iterum: Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat (*I Cor. vii*). Quod autem non unus et multæ, sed unus et una copulantur, ipsa prima divinitus facta conjunctio in exemplum est. Nam cum Deus hominem figurasset, eique parem necessariam prospexit, unam de costis ejus mutuatus, unam illi feminam fixit, sieque Adam et mulier lleva, unis inter se nuptiis functi, formam hominibus de originis auctoritate et prima Dei voluntate sanxerunt. Item secundum spirituales nuptias, sicut unus Christus et una Ecclesia, sic unus vir et una uxor tam secundum generis documentum quam secundum Christi sacramentum.

4. Numerus autem matrimonii a maledicto viro coepit. Primus Lamech duabus maritatus tres in unam carnem effecit. Sed dices quod et patriarchæ simul pluribus uxoribus usi sunt; ergo propriea licebit nobis plures ducere. Sane licebit, si qui ad C huc typi alicujus futuri sacramenti supersunt, quibus plures nuptiae figurentur. Secundas autem nuptias propter incontinentiam jubet Apostolus (*I Cor. vii*); melius est enim denuo uni viro nubere, quam explendas libidinis causa cum plurimis fornicari. Sæpius enim nubendi licentia jam non est religionis, sed criminis.

5. Nam quod in ipsa conjunctione connubia a sacerdote benedicuntur, hoc etiam a Deo in ipsa prima conditione hominum 454 factum est, sic enim scriptum est: Fecit Deus hominem: ad imaginem

##### Jovinian. GRIAL.

Ibid. Secundas autem nupt., usque ad non est religionis, sed criminis, dicuntur ex Hieronymi sensu, non qui digamos, aut etiam octogamos (ut ipsis verbis utar) damnet, sed qui exlibitum et vidinitatem conjugio longe antistare velit. Cujus verba aliquanto etiam liberiora quam hæc sunt retulit quoque Gratianus, 31, q. 1, cap. Quomodo. GRIAL.

5. Quod vero iisdem virginibus legitime nubentibus univiræ. Tertull., in Exhort.: Monogamia apud ethnicos in summo honore est, ut et virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibetur; etsi auspicii initium est, tamen boni auspicii est. Ita enim Tertulliani ratio explenda est ex hoc loco. Quod non vidisse qui in eo emendando laborarunt, neque in interrupta et pendenti sententia quidquam desiderasse, valde miror. GRIAL.

Ibid. Nubentibus, etc. Al., nubentibus una univiro tenenda sit, adhibentur pro nuptiis. Al., nubentibus uni viro pronuba adhibentur.... boni auspicii est. Pro scilicet conjectura est in Editione Biguæana, hoc fit scilicet. AREV.

*Dei fecit eum, masculum et feminam creavit eos, et benedixit eos, dicens: Crescite et multiplicamini (Gen. 1).* Hac ergo similitudine fit nunc in Ecclesia quia factum est in paradiſo. Qued vero eisdem virginibus legitime nubentibus univere pronubas adhibentur, scilicet propter monogamiam, etiā suspicit causa fit, tamen boni auspiciis est.

6. Quod vero eadem feminæ, dum maritantur, velantur, scilicet ut neverint se per hec viris suis esse subjectas, et humiles, unde et ipsum velamen vulgo *mentorum* vocant, id est, Martem, quia signum maritalis dignitatis ac potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est (*I Cor. xi*), licet et prouinde velantur, dum nubunt, ut vereundiam muliebriatis agnoscant, quia jam sequitur inde quod pudeat. Unde Rebecca, cum ad sponsum duceretur, simul et cum ipsa conspexit, salutationem vel oscula non sustinuit; sed statim sentiens quod esset futura, pallio caput velavit (*Gen. xxiv*); obnubere enim cooperire dicitur. Hinc etiam et nuptæ dictæ, quod vultus suos velant, unde et nubes dicunt, eo quod nethera obtengant.

7. Quod autem nubentes post benedictionem a Levita uno vinculo copulantur, videlicet ne compagm conjugalis unitatis disrumpant. At vero quod eadem vita candido purpureoque colore permiseatur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentiae lex tenenda ab utrisque ad tempus admoneatur, et post hec reddendum debitum non negetur. Quod enim dicit conjugatis Apostolus: *Abstinetis vos ad tempus, ut vacatis orationi* (*I Cor. vii*), hoc ille candor **455** vita insinuat; quod vero subjugit: *Et iterum revertimini in id ipsum*, hoc purpureus color ille demonstrat.

8. Illud vero, quod in primis annulis a spouse sponsæ datur, sit hoc nimis vel propter motus

6. Quod vero eadem feminæ, usque ad perveniat. Legitur totus hic prope locus apud Gratian., 30, q. 5, c. *Feminæ. GRIAL.*

*Ibid. Unde et Rebecca, usque ad velavit, ex Tertull., lib. de Virginibus Veland. Eadem etiam apud Ambros. in fine lib. 1 de Abraham. GRIAL.*

7. A Levita uno vinculo copulantur. Alter hec apud Gratianum; nos Codices nostros sumus secuti. GRIAL.

*Ibid. A Levita. Al., vittæ. Al., vincæ. Ex hoc Isidori loco Ludovicus Doreans in Novis Cognition. ad Tacitum, pag. 790, colligit flaminum nubentium candido purpureoche colore suisse permisum; sed ex Plinio et Verrio luteum, ex interprete Juvenali, sat. 6, sanguineum, ex Festo album. Fortasse variatio erat pro varietate temporum et locorum. AREV.*

8. Quod in primis negotiis annulus, apud Gratianum. GRIAL.

*Ibid. Antiquitus. Tertull., Apologet. cap. 6: Cum aurum nulla norat, præter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annule. GRIAL.*

*Ibid. Penes Israel autem, usque ad maturitatem, verba sunt Tertull., in libro de Virginibus Veland. GRIAL.*

*Ibid. Amorem unicum carperet. MSS. quibus usus est illutorius omnes, amorem unum caperet. Apud eundem unus ms., post manifestatam sanguinum maturitatem. Brissonius, de Ritu nupiarum, pag. 290,*

**A** fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pingere eorum corda jungantur. Unde et quarto dige annulus idem inseritur, quod in eo vena quedam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perveniat. Antiquitus autem non amplius uno dabatur, ne ploratitas amerum unicum carperet. Penes Israel autem illictum erat pulsam vire tradere, nisi post manifestatum sanguinem maturitatem.

9. Apud veteres in eligandis maritis quatuor iusta spectabantur: virtus, genus, pulchritudo, oratio; in feminis tria: si generosa, si bene morata esset, si pulchra. Nunc autem non genus, ne mores, sed magis divitiae in uxoribus placent; nec queritur quam sit semina pudica, sed potius quam formosa, quia et concupiscenti libidinom nutrit, et cuncta rara post se suspiria trahat. Pulchra enim (ut sit quidam sapiens) cito adametur, et difficile custodiatur, quod plures amant. His enim sunt certas nuptiae, quae in conjugio non habidinere, sed prolem requirunt; neque enim sic instituta sunt, ut carnis voluptati servant, sed tantum ut fructum propagantur.

10. Nam et ipsæ dotales tabulæ indicant quod causa procreandorum liberorum ducitur uxor. Quando ergo quisque luxuriose amplius vivit quam necessitas procreandorum liberorum cogit, jam peccatum est. Unde necesse est ut quotidianis eleemosynis, **456** ac precibus intercedant qui tori conjugalis pudicitiam frequentius per incontinentiam maculant. Nuptialia autem bona tria sunt: proles, fides et sacramentum. In fide attenditur, ne praeter vinculum conjugale cum altera vel altero concubatur; in prole, ut amator susceptiatur, pudice nutritur; in sacramento, ut conjugium non separetur, neque causa prolis alteri conjungantur.

11. Sacramentum autem ideo inter conjugatos dictum est, quia siue non potest Ecclesia dividiri a

observat desumptum ex Gellio, lib. x, cap. 10, et ex Macrobio, lib. vii Saturnal. cap. 13, quod Isidorus referit de annulo sponsi in quarto dige, quia in eo vena ad cor pertingit. AREV.

9. Apud veteres. Vid. Etymol., lib. ix, cap. 7. GRIAL.

*Ibid. Ut ait quidam sapiens. Thoephr., apud Hieronym., i contra Jovinian. GRIAL.*

**D** 10. Nam si ipsæ dol. lab. August., lib. de Mortibus Manichæor.: *Nuptiae autem, ut ipsæ nuptiales tabulæ clamant, liberorum procreandorum feminam maremque conjungunt;* atque ead. serm. 3 Dom. 2 post Trinit. GRIAL.

*Ibid. Quando ergo quoque luxuriose amplius vivit, usque ad maculant. August., ibidem: Sed diuis: Pecculum quidem est, sed tamen parvum est. Nec nos dicimus quia capitale peccatum est, sed tamen si frequentius exerceatur, et jejunitis, vel eleemosynis, non redimatur, nimis immundam uniam facit. Vide Hieron., i contra Jovin. et Grat., 13, q. 4, c. Origo, et Felicent. epist. 1. GRIAL.*

11. Solum, ut ait Hieronymus. In Matth. xix. Quae verba citantur a Gratian., 32, q. 1, c. Dicit Dominus. GRIAL.

*Ibid. Stultus et impius. Ita Gotb. et Hieronymus. Stultus et insipiens, Vulg. Edit. GRIAL.*

*Ibid. Quod ubique forniciatio est, et fornicationis auxilio, liberæ uxor dimittatur, ita explicandum est,*

Christo, ita et uxor a viro (*Ephes. v*). Quod ergo in Christo et in Ecclesia, hoc in singulis quibusque viris siue uxoribus conjunctionis inseparabile sacramentum est. Unde et Apostolus : *Principio, inquit, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere* (*I Cor. vii*). Prohibet enim dimitti quacunque ex causa, ne aliis conjugatur secundum consuetudinem Iudeorum, quana Dominus interdixit, dicens : *Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, et aliam duxerit, machatur* (*Math. xix*). Solum (ut ait Hieronymus) adulterium est, quod uxor vincat affectum, imo cum illa unam carnem in aliam divisorit, et se fornicatione separaverit, a marito non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura : *Qui adulteram tet, stultus et impius est* (*Proverb. xviii*). Ubicunque igitur fornicatio est, et fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur.

12. Quid ergo, si sterilis est, si deformis, si aetate vetula, si fetida, si temulenta, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si fatua, si gulosa, si vaga, si jurgatrix et maledicta tenenda est, **457** velis, nolis, et qualiscunque accepta, est habenda. Cum enim esses liber, sponte te servituti subjecisti. Cumque habet quis uxorem (ut ait Lactantius), neque servam, neque liberam habere poterit, ut matrimonii fidem servet. Neque enim, ut juris publici ratio est, sola mulier adultera est quam, virum habens, ab altero polluitur, et maritus, si alteram habeat, a crimine adulterii alienus habeatur, dum divina lex duos ita in unum matrimonii corpus conjunxit, ut adulteri sit quisquis compagem corporis in diversa distraxerit. Servanda igitur fides ab utroque alteri est.

13. Exemplo continentiae docenda est uxor a viro, ut se caste gerat. Iniquum est enim ut id exigas quod praestare non possis; caput est enim mulieris vir; ubi autem melius vivit mulier quam vir, capite deorsum pendet domus: Ideoque præcedere debet vir in omnibus bonis factis uxorem suam, quia caput est, ut illa imitetur virum, et sequatur vere, ut corpus caput suum, sicut Ecclesia sequitur Christum. Hortatur Apostolus conjuges ut propter orationem abstineant, atque ex consensu tempora sanctificationis observent, et sine impedimento carnali orationibus videntur (*I Cor. vii*). Nam et in Veteri Testamento ante sanctificati sunt omnes a mulieribus, et sic

ut divorvum fieri possit, non ita ut vel dimittens, vel dimissa alias nuptias inire valeat, quod contra hereticos egregie probat Maldonatus in Matthæum etiam ex hoc Isidori loco. Nonnulli etiam recentiores theologi idem argumentum pertractant. AREV.

12. Quid ergo si sterilis usque ad habenda, ex eod. Hieron. loco. GRIAL.

*Ibid. Ut ait Lactantius. Lib. vi, c. 23. GRIAL.*

*Ibid. Servanda igitur fides, usque ad sequitur Christianum, ex August., iii de decem chord., citat. 32, q. 6, c. Non machaberis. GRIAL.*

*Ibid. Grialius, nequam servam, forte pro nequam servam. AREV.*

43. *Et sine. Al., ut sine. AREV.*

44. *Hortatur idem apostolus, etc., usque ad finem,*

A descendantem Deo in monte assistere meruerunt (*Exod. xix*).

44. Item hortatur idem apostolus mulieres subditas esse viris suis (*Coloss. iii*); nam multæ erga simpliciores viros, divitijs et nobilitate perflatæ, Dei sententiae non recordantur, per quam subjectæ sunt illis. Ait quippe Dominus ad mulierem : *Conversio tua ad virum tuum, et ipse tui dominabitur* (*Gen. iii, 16*). Obedientum est itaque sacrae Scripturæ præceptis, et serviendum viro quadam servitute libera et dilectione plena. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum; et cum caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quæcunque uxor non subjicitur viro, hoc est, capití suo, ejusdem criminis rea est, cuius et vir, si non B subjicitur Christo capití suo.

**458** 15. Verbum autem Domini blasphematur, vel contemnitur Dei prima sententia, et pro nihilo ducitur; vel Christi infamatur Evangelium, dum contra legem fidemque naturæ ea quæ Christiana est, et ex Dei lege subjecta, præesse viro desiderat, cum etiam gentiles feminae serviant viris suis communis lege naturæ. Servatur ergo lex naturæ, si mulier Deo simul et marito subjecta est. At contra si illa viro imperare desiderat, et ordo naturæ corrumperit, et domus illa misera et perversa vobisabitur.

## CAPUT XXI.

### *De catechumenis, de exorcismo et sale.*

1. Jam nunc rationem sacramentorum, sive ordinem ad fidem venientium prosequamur. Quorum gradus primus est catechumenorum, secundus competentium, tertius baptizatorum. Catechumeni sunt, qui primum de gentilitate veniunt, habentes voluntatem credendi in Christum, et quia primum exhortationis præceptum est in lege Dei : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est* (*Deut. vi*), inde est ut is cui per sacerdotem, quasi per Moysem, Deus primum loquitur, catechumenus, id est, audiens, nominetur, scilicet, ut, unum agnoscens Dominum, relinquat errores variis idolorum.

2. Puto autem et omnes a Joanne in penitentiam baptizatos catechumenorum prætulisse figuram. Exorcizantur autem hi primum, deinde sales accipiunt, et unguntur. Exorcismus autem sermo increpationis D est contra immundum spiritum in energumenis, sive catechumenis factus, per quem ab illis diaboli ne-

verba sunt Hieronymai ad Titum ii. GRIAL.

*Ibid. Vulgata, sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. Isidorus hoc loco sequitur versionem antiquam cum Tertulliano, Cypriano, Augustino, et aliis. AREV.*

CAP. XXI. N. 1. *Errores varios. Al., errores nefarios.* De hoc capite vide Isidorianam, cap. 33, in descriptione Codicis Vaticani 1343, n. 29. AREV.

2. Ildefonsus, de Cognit. baptismi, cap. 23 et 26, ex hoc Isidori capite multa exscribit. Qued autem post fugient arripita Ildefonsus pergit, cap. 24 : *Eri: exorcismi sermo non iuriso verborum, legendum est, non torno verborum. Baluzius coniicebat nocturno verborum.* AREV.

quissima virtus et inveterata malitia, vel violenta incursio expulsa fugetur.

3. Hoc significat lunaticus ille, quem increpavit Jesus, et exiit ab illo dæmonium (*Math. xvii*). Potestas autem diaboli exorcizatur, et insuflatur in eis, ut ei renuntiant, atque, eruti a potestate tenebrarum, **459** in regnum sui Domini per sacramentum baptismatis transferantur. Quod quia parvuli per se renuntiare non possunt, per corda et ora geatantium adimpletur. Sales autem in ministerium catechumenis dandos a patribus ideo est institutum, ut eorum gusto condimentum sapientiae percipient, neque desipient a sapore Christi; nec sint fatui, et retro respiciant, sicut uxor Lot (*Gen. xix*), ne malum exemplum dantes ipsi remaneant, ut alios condiant.

4. Quemadmodum illa, quæ, cum liberaretur a Sodomis, in via posita retro respexit, ibique remansit statua salis. Quo signo condirentur hi qui per fidem mundo et actibus desideriisque ejus renuntiant, ut affectionis pristinæ non recordentur, neque ad sæculi illecebras revocentur, quia, secundum Salvatoris sententiam, ponens manum suam super aratum, et respiciens retro, regno cœlorum apius esse non potest (*Luc. ix*, 62).

## CAPUT XXII.

### *De competentibus.*

1. Post catechumenos secundus competentium gradus est. Competentes autem sunt, qui jam post doctrinam fidei, post continentiam vitæ ad gratiam Christi percipiendam festinant. Ideoque appellantur **C** competentes, id est, gratiam Christi petentes; nam catechumihi tantum audiunt, necdum petunt. Sunt enim quasi hospites, et vicini fidelium, deforis audiunt mysteria, et gratiam, sed adhuc non appellantur fideles.

2. Competentes autem jam petunt, jam accipiunt, jam catechizantur, id est, imbuuntur instructione sacramentorum. Iстis enim salutare symbolum traditur, quasi commonitorium fidei et sanctæ confessio-  
nis indicium, quo instructi agnoscant quales jam ad gratiam Christi exhibere se debeant.

## 460 CAPUT XXIII.

### *De symbolo.*

1. Symbolum autem, quod iidem competentes accipiunt, tali ratione institutum majores nostri dixerunt; tradunt enim his verbis. Quod post ascensionem Domini et Salvatoris nostri ad Patrem, cum per adventum sancti Spiritus discipuli ejus inflammati linguis omnium gentium loquerentur, quo

3. Quem increpavit, etc. Al., quem increpans Jesus dicit: *Surde et mule spiritus, exi ab eo.* Et statim exiit ab eo dæmonium. Et infra, *sal autem in mysterio catechumenis dandum a Patribus ideo est institutus, ut ejus gusto condimentum, etc.* Grialius, *eorum gustus.* AREV.

CAP. XXII. N. 2. Commonitorium. Notum est Commonitorium Vincentii Lirinensis. Reinerus quoque monachus, de quo Pezzius, Thesaur. Anecdot. tom. IV, part. III, lib. II, cap. 6, Commonitorium pietatis scripsit. AREV.

A præsagio consecutum est ut nulla illis gens extera, nulla lingua barbara, inaccessa vel invia videretur, præceptum est eis a Domino datum, ad prædicandum Dei verbum, ad singulas quasque nationes adire (*Math. xxviii*).

2. Discessuri itaque ab invicem, normam prius sibi futuræ prædicationis in commune constituunt, ne, localiter ab invicem discedentes, diversum aliquid vel dissonum prædicarent his qui ad fidem Christi invitabantur. Omnes igitur in uno positi, et Spiritu sancto repleti, breve sibi prædicationis indicium, conferendo in unum quod sentiebant compnunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt.

3. Symbolum autem hoc multis et justissimis ex **B** causis appellare voluerunt. Symbolum enim Graece et indicium dici potest, et collatio, hoc est, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt apostoli in his sermonibus in unum conferendo unusquisque quod sensit. Indicium autem, vel signum, idcirco dicitur, quia illo in tempore, sicut Paulus apostolus dicit, et in Actibus apostolorum resertur (*Act. xv*), multi se simulabant esse apostolos Christi, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco igitur istud indicium posuere, per quod agnosceretur is qui Christum vere secundum apostolicas regulas prædicaret.

4. Denique et in bellis civilibus hoc observari ferunt, quoniam et armorum per habitus, et sonus vocis idem et mos unus est, atque eadem instituta bellandi; sed ut nequa dolli subreptio fiat, **461** symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latine vel signa, vel indicia, nuncupantur, ut si forte occurrerit quis de quo dubitet, interrogatus Symbolum prodat si sit hostis, an socius. Idcirco autem hoc patres nostri non scribi membranis, sed retineri cordibus tradiderunt, ut certum esset neminem hoc ex lectione qua pervenire interdum etiam ad infideles solet, sed ex apostolorum traditione didicisse.

5. Discessuri itaque (ut dictum est) ad prædicandum istud unanimatis et fidei suæ apostoli indicium posuere. Est autem Symbolum per quod agnoscitur Deus, quodque proinde credentes accipiunt, ut noverint qualiter contra diabolum fidei certamina præparent, in quo quidem pauca sunt verba, sed omnia continentur sacramenta. De totis enim Scripturis hæc breviatim collecta sunt ab apostolis, ut quoniam plures credentium litteras nesciunt, vel qui sciunt per occupationes sæculi Scripturas legere non possunt,

CAP. XXIII. N. 1. Tradunt enim his verbis: quod post Ascens., usque ad indicium posuere, verba sunt Rutiliani in prefat. ad Symbolum. GRIAL.

Ibid. Sanctius Ildefonsus, loc. cit., cap. 33 et 34, multa sumit ex hoc capite de Symbolo. AREV.

2. Alii, omnes igitur in unum positi. AREV.

4. Forte, eadem institutio. AREV.

5. Est enim breve verbum fidei, etc. Ex eod., paulo superius; eadem Cyprianus in Oratione Dominicæ. GRIAL.

hæc corde relinentes, habeant sufficientem sibi scientiam salutarem. Est enim breve fidei verbum, et olim a propheta prædictum : *Quoniam verbum brevatum faciet Dominus super terram* (*Isai. x; Rom. ix.*):

## CAPUT XXIV.

*De regula fidei.*

1. Hæc est autem post Symbolum apostolorum certissima fides, quam doctores nostri tradiderunt. Ut profiteamur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unius essentia, ejusdemque potestatis et semperternitatis unum Deum invisibilem; ita ut in singulis, personarum proprietate servata, nec substantialiter Trinitas dividatur, nec personaliter debeat omnino confundi. Patrem quoque confiteri ingenitum, Filium genitum, Spiritum sanctum vero nec genitum, **462** nec ingenitum, sed de Patre et Filio procedentem. Filium a Patre nascendo procedere, Spiritum vero sanctum procedendo non nasci. Ipsum quoque Filium perfectum ex Virgine sine peccato hominem suscepisse, ut quem sola bonitate creaverat, sponte lapsum misericorditer repararet; quem veraciter crucifixum, et tertia die resurrexisse, et cum eadem ipsa carne glorificata ascendisse in cælum, in qua et ad judicium vivorum et mortuorum exspectatur venturus.

2. Et quod divinam humanamque substantiam in utroque perfectus una Christus persona gestaverit,

CAP. XXIV. N. 1. *Hominem suscepisse.* Frequens apud Patres locutio. August. libro singulari de Gen. ad litteram in ipsa fidei explicatione : *Cum ipsa infabilitis incommutabilitique Dei sapientia plenum totumque hominem suscipere dignatus est. Et in quotidiano hymno : Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum.* GRIAL.

Ibid. *Nascendo procedere. Al., nascendo natum esse.* Latinus in Biblioth. select., p. 129, putat, legendum, *Filiu a Patre nascentem non procedere, ut apte opponatur ei quod sequitur, Spiritum vero sanctum procedendo non nasci.* Rabanus, qui integrum hoc caput habet, ab Editis non discrepat. Deinde *Filiu perfectum, Al. om. perfectum.* AREV.

2. *Divinam humanamque substantiam.* Neque minus usurpata est substantia pro natura, ut testimonia afferre abutentis otio sit. GRIAL.

Ibid. *Humanamque substantiam. Al., humanamque naturam.* Et, integratas pro integritate. Et, unitas pro unitate. AREV.

3. *Et quod animæ incerta sit origo.* Cunctionem suam æpissime fatetur August., ut epist. 157, ad Optatum : *Aliquid ergo certum de anima origine nondum in Scripturis canonice reperi.* Et lib. i Retract., cap. 1 : *Nam quod attinet ad ejus originem, qua sit in corpore, utrum de illo uno sit qui primum creatus est, quando factus est homo in animam vivam, an semper ita fuit singulis singulæ, nec tunc sciebam, nec adhuc scio.* Eod. modo hæsit Isidorus cum Fulgentio, cuius verba refert lib. i Different., cap. 26, ita ut neutram in parte uerque inclinare ausus sit, cum nondum quidquam definitum esset. Sed idem quid senserit alii expressit postea, lib. i Sent. cap. 14, his verbis : *Animam non esse partem divinae substantiae, vel naturæ, neque esse eam priusquam corpori misceatur, sed tunc eam creari, quando corpus creaturæ, cui admiseri videtur.* Eadem Gregor., epist. 53, ad Secundum, lib. vii. GRIAL.

Ibd. *Id. ideo incorporea, quod ad imaginem Dei creata sit.* Eadem ratione est usus lib. i Sent., loco citato. Sed cum hæc sit scriptura Codicis utriusque manuscripti, corpoream tamen fecerant impressi libri,

A quia nec geminavit utriusque substantiam integritate personam, nec confundit geminam unitale personæ substantiam. Altero quippe neutrū exclusit, quia utrumque unus intemerato jure servavit. Quod Novi et Veteris Testamento salubris commendetur auctoritas ; illa quippe per prophetiam, ista per historiam veraciter persoluta. Et quod neque de Deo, neque de creatura sæculi sit cum paganis aut cum hereticis aliquid sentiendum in his rebus, in quibus a veritate dissentiant.

3. Sed quod in utroque Testamento divina protentur eloquia, hoc tantummodo sentiendum. Quod sive hominem, sive universa, nulla Deus necessitate creaverit, neque ullam omnino esse visibilem invisibilemque substantiam, nisi aut quæ Deus sit, **463** B aut a bono Deo bona creata sit; sed Deus summe et incommutabiliter bonus, creature vero inferius et mutabiliter bona. Et quod animæ incerta sit origo. Et quod angelorum natura, vel animæ non sit pars divinae substantiae, sed Dei creatura ex nihilo condita, ideoque incorporeia, quia ad imaginem Dei creata.

4. De pietate morum, sine qua fides divini cultus otiosa torpescit, et cum qua integritas divini cultus perficitur, ut unusquisque Deum propter Deum, et proximum in Deo diligens, usque ad dilectionem quoque inimicorum pertendendo proficiat, ut profl-

etiam (quod mirum sit) Romani. Atque eo magis mirum, quod eodem volumine hic ipse locus cum tota regula fidei integer sincerusque in Rabauo est editus. GRIAL.

Ibid. *Et quod animæ incerta sit origo.* Eadem dubitandi ratio de anima adhibetur in libro Dogmat. ecclesiast., qui Isidoro quoque tribuitur. In verbis ideoque incorporeia, etc., magna est Codicum discrepantia. Huiusmodi edidit : *Et incorporeia esse evidenter ostenditur. Quoniam igitur apprehendi et transferri potest, corporeia esse nihilominus ostenditur. Ad imaginem autem Dei creata est probitate morum.* Alii ita, sed, a quibus autem, pro quoniam igitur. Alii, *esse ostenditur, quæ ad imaginem, omissis aliis.* Alii, *et in corpore, pro et incorporeia.* Alii, ideoque incorporeia. Alii : *Animæ absque dubio et Deo, et angelis, a quibus comprehendendi et transferri potest, corporeia esse evidenter ostenditur, quia ad imaginem Dei creata, et de pietate morum.* Codex Vat. 661 : *Ideo incorpoream, quam ad imaginem Dei creatam secundum crassiorē corporis nostri substantiam dico de pietate morum, sine qua, etc.* Codex Regiovalic. 161 : *Ideo incorpoream, secundum crassiorē corporis nostri substantiam dico, incorporeia evidenter ostenditur. Ad imaginem autem Dei creata est pietate morum, sine quo fides, etc.* Nonnulli Patres antiquissimi animam humanam corpoream dicabant, vel quod tenuis et subtile corpus illi per errorem tribuerent, vel quod id omne quod certa ratione ac loco definitur, et circumscriptam habet substantiam, corporeum appellabant, quamvis vere spirituale esset; de quo videri potest Petavius, de Angelis, lib. i, cap. 2. Secundo sensu potuisse Isidorum animam humanam corpoream dicere, non multum repugnabo. Confer lib. i Different., num. 101, lib. i Sentent., c. 12, lib. vii Etymologiar., c. 3, et lib. de eccles. Dogmat., cap. 11 et 25. AREV.

4. *De pietate morum.* Hæc non satis integra videntur. GRIAL.

Ibid. Al., ubi per voluntates non tenetur consentio. Et, non credimus, pro non credi. AREV.

ciendo perveniat. Alterum quoque alterius pollui non possesse peccato, ubi voluntatis pars non tenetur consensus. Legitimas nuptias non credi damnandas, licet ex eis quoque originali peccato obnoxia credatur nasci posteritas, eisque jure fidelium virginum vel continentium praeferenda doceatur integritas.

5. Neque unum Trinitatis baptismus (quod nefas est) iteretur; neque pro diversitate tradentium ministrorum singulis putetur quibusque conferri, sed a Deo singulari potestate donari. De quo **464** dictum legimus: *Super quem videris Spiritum descendenter, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto; et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei (Joan. 1).* Et ne poenitentiae remedii non egere nos possemus, pro quotidianiæ humanae fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus, ita ut poenitentiae compunctione fructuosa universa fateremur debiri peccata, sicut scriptum est: *Bonum quorum remissa sunt iniurias, et quorum lecta sunt peccata. Beatus vir cui non impunitus Dominus peccatum (Psalm. xxxii).*

6. Nullum quoque suis viribus, sed per divinam gratiam capiti Christo subjungi, atque in disrupta pacis perseverantia in unitate Ecclesie ipsius solidari. Nec humanæ voluntatis arbitrio bono quidquam deputandum existimari, sed secundum propositum voluntatis Dei omnem numerum electorum acquiri. Bona quoque temporalia bonis malisque communia a Deo creari, ejusque dispensatione singulis quibusque vel tribui, vel negari. Quorum bonorum in unoquoque fidelium non habitus, sed usus aut improbadus est, aut probandus. Certa vero aeterna bona solos posse bonos in futuro consequi, quorum pignore Ecclesiam nunc informatam credimus detineri, hic habentem primitas spiritus, in futuro perfectio nem, hic sustentari in spe, postea pasci in re; hic videre per speculum in ægnitate, in futuro autem facie ad faciem, cum ad speciem fuerit perducta per fidem (*I Cor. XIII*).

7. Quod donec perficiatur in nobis, ut summi Dei bonis fruamur aeternis, temporalibus fruendo in Deo, non aberimus et proximis. Eam quoque nos spem resurrectionis habere, ut eodem ordine, eademque forma qua ipse Dominus resurrexit a mortuis, nos quoque resurrectos esse credamus in eodem corpore, in quo sumus, vel vivimus; non naturam aut sexum mutantibus, sed tantum fragilitatem et vitia deponentes. Ipsum quoque Satnam cum angelis

6. Nec humanæ voluntatis arbitrio boni quidquam deputandum. Hæc absurdam sententiam redderent, si separatis legerantur; sed annectenda sunt sequentibus verbis, sed secundum propositum voluntatis Dei omnem numerum electorum acquiri. Ut sit sensus, ad prædestinationem nibil conferre arbitrium nostrum, sed soli divine voluntati et gracie vocationem et electionem assignandam. Ita facile metu liberamus eos quos hic locus male habebat. **GRIAL.**

*Ibid.* Voluntatis arbitrio. Al., voluntatis judicio. **GRIALIUS**, bona quoque temporalia. **AREV.**

7. Dispositionem. Al., deputationem. Al., disputationem. **AREV.**

A suis, **465** atque cultoribus eterno incendio condemnandum, neque secundum quorundam sacramgam dispositionem ad pristinam, id est, angelicam dignitatem, ex qua propria malignitate cecidit, reducendum (*Math. xxv*). Hæc est catholice traditionis fidei vera integritas, de qua si unum quolibet respuitor, tota fidei credulitas amittitur.

## CAPUT XXV.

### De baptismō.

1. Baptismi sacramentum si prima repetens ab origine pandam, baptizavit Moyses in nube, et in mari, in typo et in figura, ita enim Paulus pronuntiat (*I Cor. x*). Habuit ergo mare formam aquæ, nubes vero Spiritus sancti, manna penis vita. His enim, sicut Patrum exempla docent, **Egyptius** demergitur, Dei populus resurgit renovatus sancto Spiritu, qui etiam per mare Rubrum inoffensu transivit vestiglio. Baptizavit et Joannes (*Matt. iii*), sed non ex toto Iudeice; non enim solum in aqua, nec tamen in Spiritu, sed hoc solum addidit, quod in poenitentiam baptizavit, sicut ait Paulus in Actibus apostolorum, *Joannes baptismō penitentia baptizauit populum (Act. xix, 4)*. Cui tamen idea datura est in aqua baptizare, ut Christus, qui in aqua et spiritu baptizaturus erat, Joannis baptismate manifestaretur in Israël, quando Spiritus sancti desensione et Patris voce Filius Dei palam cunctis ostensus est.

2. Cospit ergo perfectum baptizamus a Jesu; ipse enim baptizavit primum in Spiritu sancto, sicut et Joannes dicit: *Ego quidem baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescivis, ipse baptizabilis vos in Spiritu sancto et igni (Joan. 1)*. Hæc est perfectio baptismi: Deus est enim, qui baptizat, et possint et qui baptizantur, fieri filii Dei. Tila sunt autem genera baptismi. Primum, quo sordes peccatorum per regenerationis lavaerum abluuntur. Secundum, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur, **466** quo baptismo etiam Christus baptizatus est, ut et in hoc, sicut et in cæteris, formam creditibus daret, sicut dicebat ad discipulos suos, filios Zebedæi: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, et baptismus quo ego baptizor baptizari (Marc. x)*? Itaque aqua et sanguis gemini est figura baptismatis: unum quo regeneramur ex lavacro, aliud quo consecramur ex sanguine.

3. Est tertium baptismus lacrymarum, quod laboriosius transigitur, sicut ille qui per singulas noctes

**CAP. XXV. N. 4. Baptizavit Moses**, usque ad cor lumen elevare. Omnia ex oratione Gregorii Nazianzeni sic rā ḥyā p̄t̄ GRIAL.

*Ibid.* Grialius distinxerat pandam. **Baptizavit**. Verbum verba Virgiliana, quæ præcedunt: *Si prima repetens ab origine pandam, orationis sensum suspendunt. AREV.*

2. **Gemini est figura baptismatis.** Al., om. gemina. **AREV.**

3. **Baptismus enim aquæ est**, usque ad habitat corporaliter. Ex epistola ad Rusticum Narbonensem de septem gradibus eccles. Hieronym. tom. IX. **GRIAL.**

*Ibid.* Per ipsam. Al., per ipsum. **AREV.**

stratum suum lacrymis rigat (*Psal. vi*), qui imitatur conversionem Manasse (*II Paral. xxxiii*), et humilitatem Ninivitarum, per quam misericordiam consecuti sunt (*Jon. iii*). Qui imitatur publicani illius orationem in templo stantis a longe, et percutientis pectus suum, quique nec ausus fuit oculos ad coelum elevare (*Luc. xviii*). Baptismus enim aqua est, quae tempore passionis de latere Christi profluxit. Nullumque aliud elementum est, quod in hoc mundo purget universa, viviscent cuncta, ideoque cum baptizamur in Christo, per ipsam renascimur, ut purificati viviscemur.

4. Fons autem origo omnium gratiarum est, cuius septem gradus sunt: tres in descensu propter tria quibus renuntiamus; tres alii in ascensu propter tria quae consitemur; septimus vero id est, qui et quartus **A** similius filii hominis, extinguis fornacem ignis (*Dan. iii*), stabilimentum pedum, fundamentum aquae, in quo omnis plenitudo divinitatis habitat corporaliter (*Coloss. i*). In Patre autem, et Filio, et Spiritu sancto salutaria baptismi dona consistunt. Unde nequaquam baptismi sanctificatur officio, nisi qui sub Trinitatis tingitur sacramento, sicut et Dominus ait: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Math. xxi*). Proinde si, omissa qualibet Trinitatis persona, baptismus detur, manifeste in regenerationis solemnitate nihil agitur, nisi tota Trinitas invocetur.

5. Nam et Domini datus a Iohanne baptizaretur, eundem baptismum sub Trinitatis sacramento legitur peregisse. Dicente enim Deo: *Hic est Filius meus* (*Math. iii*), Pater in voce, *Filius in corpore*, **467** Spiritus autem sanctus fuisse probatur in specie columbae (*Luc. iii*). Due sunt autem pactiones credentism. Prima enim pactio est in qua renuntiantur diabolo, et pompi, et universae conversationi illius. Secunda pactio est qua se credere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum profiteretur.

6. Semel autem nos diximus in Christo lavari, quia Christus semel pro nobis mortuus est. Si enim unus Deus, et fides una est, necessario et unum baptismum sit (*Ephes. iv*), quia et Christi mors una pro nobis est, in cuius imaginem mergimur per mysterium sacramenti fontis, et consepiemus Christo morientes hunc mundo (*Rom. ix*), et ab iisdem aquis in forma resurrectionis ejus emergimus, non reversuri ad corruptionem, sicut neque est reversus ad mortem. Quod etsi postea quisque preventus fuerit in aliquo peccato, non jam lavari beneficio, sed poenitentiae

**4.** Propter regenerationis solemnitatem, al. in regeneratione aqua. Mæfonsus, cap. 110 de Cognit. baptism. haec ipsa repetit de septem gradibus fontis baptismi, et phara illa desumere pergit ex Isidoro usque ad caput 121, sed ita ut ex fusius exponat. AREV.

5. Ait: *Hic est filius meus, in quo mihi bene complacui. Postea, in qua renuntiamus diabolo, et pompi, et universis conversationibus illius.* AREV.

7. Partim, alio profiente, usque ad respondeat; referunt a Grat., de Conscr., d. 4, cap. 74. GRAL.

*Ibid. Ad abolitionem. Al. ad abolitionem.* AREV.

8. *Manet et in eis. Al., manet in eis.* Paulo post,

expiatitur, quae in similitudine fontis peccata mortificat.

7. Perfectis autem ætate baptismum vel ad purgationem originalis noxæ, vel ad abolitionem actualis peccati profere credimus; parvulis autem, ut ab originali peccato absoluantur, quod ab Adam per primam nativitatem traxerunt. Qui si priusquam regenerentur transierint, procul dubio a regno Christi alieni sunt, ipso Salvatore testante: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei* (*Joan. iii*); quique iidem parvuli, alio profidente, baptizantur, quia adhuc loqui vel credere nesciunt, sicut etiam ægri, muti, vel surdi, quorum vice alius profiteretur, ut pro eis respondeat, dum baptizantur.

**B** 8. Quamvis autem per regenerationem pereat originale peccatum, poena tamen mortis, quæ per prævaricationem mandati introivit, manet et in eos quos a reatu originis purgat baptismus Salvatoris. Et hoc proinde, ut homo neverit, pro futuræ beatitudinis spe regenerationem consequi, non ut a poena temporalis mortis possit absolviri. Illud vero, quod nec privatis nec clericis baptizare liceat, nisi tantum sacerdotibus, in Evangelio legimus sanctis apostolis tantum permisum, Jesu post resurrectionem dicente: **468** *Sicut misit me pater, et ego mitto vos* (*Joan. xx*). Et hoc eum dixisset, inspiravit, et ait: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retentur erunt.* Et in aliò loco: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Math. xxi*).

9. Unde constat baptisma solis sacerdotibus esse tractandum, ejusque ministerium nec ipsis diaconibus expeditum est licet absque episcopo, vel presbytero, nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas: quod etiam et leiciis fidelibus plenarie permittitur, ne quisquam sine remedio sa- futari de sæculo evocetur. Hæretici autem, si tamen in Patris, et Filii, et Spiritus sancti attestacione doceant baptisma suscepisse, non certum baptizandi, sed solo chrismate et manus in positione purgandi sunt. Baptismus enim non est hominis, sed Christi; ideoque nihil interest hæreticus, cui fidelis baptizet.

10. Quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante palliatur. Habet quidem hæreticus baptismum Christi, sed quia extra unitatem fidei est, nihil ei profest. At ubi ingressus fuerit, statim baptismus, quod habuerat foris ad perniciem,

*cui dimiseritis peccata, dimittuntur illi, et cui detinueritis, detinebuntur.* AREV.

9. Unde constat baptisma, usque ad evocetur. Eadem d. cap. 19. GRAL.

*Ibid. Purgandi sunt. Brissonius, ad legem Dominum, de spectaculis, pag. 270, observat id sumptum ex auctore libri Respons. ad Orthod., quæst. 14. AREV.*

10. *Habet enim hæreticus baptismat.* Vid. Augustin., in contra Parmenian., cap. 3, et ex eod. cap. quævis, de Cons., dist. 4. GRAL.

Incipit illi jam prodesse ad salutem. Quod enim accepit, approbo: sed quia foris accepit, improbo. Dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscitur; character est enim regis mei: non ero sacrilegus, si corrigo desertorem, et non muto characterem.

## CAPUT XXVI.

*De chrismate.*

1. Chrismatis unguentum Moyses primum in Exodus, jubente Domino, et composuit, et consecit, quo primi Aaron et filii ejus in testimonium sacerdotii et sanctitatis peruncii sunt (*Exod. xxx*). Deinde quoque et reges eodem chrismate sacrabantur, unde et christi **469** nuncupabantur, sicut scriptum est: *Nolite tangere christos meos* (*Psalm. cix, 15*), eratque eo tempore tantum in regibus et sacerdotibus mystica unctione, qua Christus figurabatur; unde et ipsum nomen a christmate dicitur.

2. Sed postquam Dominus noster verus rex et sacerdos æternus a Deo Patre cœlesti ac mystico unguento est delibutus, jam non solum pontifices et reges, sed omnis Ecclesia unctione chrismatis consecratur, pro eo quod membrum est æterni regis et sacerdotis. Ergo quia genus sacerdotale et regale

**CAP. XXVI. N. 1.** *Alii, ipsum nomen a christmate ductum est. AREV.*

**CAP. XXVII. N. 1.** Hoc est caput ultimum in plenissime exemplaribus iuss. et editis. Sed apud Bignozium et Breulium post hoc caput, quod desinit in verbis illis, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum, alia duo capita adduntur, quæ hic subnecto. — *De suffragiis Ecclesiae.* Sicut pertinet ad divinæ justitiae severitatem propter venialia punire homines, ita pertinet ad bonitatem divinæ misericordiæ eosdem per suffragia elevare. Prosunt ergo suffragia defunctis, non ad meritum vite æternæ, sed ad solutionem poenæ, et hoc ad poenarum mitigationem, vel celeriorem liberationem. Sunt autem quatuor modi suffragiorum generales, ad quos omnes alii reducuntur, scilicet oratio, jejunium, elemosyna, et sacramentum altaris, quorum numerus sic accipitur, quoniam defunctus a posna absolvit potest duobus modis, scilicet per viam gratiæ, et per viam justitiae. Per viam gratiæ dupliciter. Primo, per intercessionem publicam capitatis, quæ est in oblatione sacri altaris. Secundo, per intercessionem quasi privatam membrorum, scilicet per orationes justorum. Similiter per viam justitiae dupliciter. Primo, per modum redempcionis poenæ, scilicet eleemosynarum largitionem. Secundo, per modum solutionis poenæ, scilicet in jejuniorum afflictione. Si autem queritur quando incipiatur valere defunctio id quod per se fieri mandavit, dicendum quod opus operantis, id est, meritum auctoris, statim prosequitur mortuorum, de bonis quæ præcepit fieri pro anima sua. Sed non opus operatum, id est, fructus ipsius operis, usquequo flant, quia primum valet ex merito absoluto, sed secundum ex merito conditionali. — *Quorum suffragia prosunt.* Ad hoc, quod valeant suffragia, requiritur aliquid ex parte agentis, et aliquid ex parte mortui recipientis. Ex parte agentis requiritur, quod sit in charitate, et quod intentionem suam dirigat ad illos quibus vult, ut opera sua proficiant. Distinguendum est tamen, quod suffragia per malum possunt fieri dupliciter, vel per auctorem, et sic non prosunt, nisi forte per accidentem, scilicet in quantum per elemosinas mali hominis excitantur boni pauperes ad orandum pro defunctis; vel ut per ministrum, et hoc dupliciter, quia vel faciens est, ut minister pu-

A sumus, ideo post lavaerum ungimus, ut Christi nomine censeamur (*I Petr. ii, 9*).

## CAPUT XXVII.

*De manum impositione, vel confirmatione.*

1. Sed quoniam post baptismum per episcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impositione, hoc in Actibus apostolorum apostolos fecisse meminimus. Sie enim dicitur: « Factum est, dum Apollo esset Corinthis, ut Paulus, peragrat superioribus partibus **470** veniret Ephesum, ibique cum inventisset quosdam discipulos, dixit ad illos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus. Dixitque eis: In quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt: In Joannis baptimate. Ait autem Paulus: Joannes baptizavit baptismō pœnitentiæ plebem, dicens in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est, in Jesum Christum. Quod cum audissent, baptizati sunt **471** in nomine Domini Jesu, et cum imposueret illis manum Paulus, venit Spiritus sanctus super illos, loquebanturque linguis, et prophetabant (*Act. xix, 1*).

blicus Dei et Ecclesiae, sicut quando sacerdos malus celebrat missam, vel agit exequias mortuorum, et talia semper prosunt, quia malitia ministri non nocet operi boni auctoris, sicut patet in domino justo, dante eleemosynam per malum. Si vero facit ea ut minister privatæ personæ, existens tamen in charitate, sive defuncti, sive alterius esse, talia prosunt, quia opus illud, licet sit mortuum quoad ministerum, non tamen quoad auctorem. Si vero malus minister facit aliqua de mandato ejus qui non est in charitate, non prosunt. Aliquid etiam exigitur ex parte accipientis ad hoc, ut suffragia prosint illi. Primum est quod ipse sit in charitate. Unde non valent his qui sunt in inferno, quia sunt a corpore Christi mystico separati. Unde nulla spiritualis influentia pervenit ad eos, sicut influentia corporalis non valet membris a corpore amputatis. Secundum est indigentia. Verumtamen non valent beatis, quia non sunt amplius in via, sed in termino, nec possunt ad altiora ascendere, sed potius e converso illorum suffragia prosunt nobis. Utrumque est in his qui sunt in purgatorio, scilicet charitas et indigentia. Unde sicut potest homo satisfacere pro altero vivente, qui per se non valet, ita potest esse pro defuncto. Nota quod suffragia prosunt defunctis; sed magis et minus pro diversitate meritorum, et mortuorum, vel pro qualitate vivorum, qui magis sollicitant pro aliquibus quam pro aliis. Illa enim suffragia, quæ spiritualiter flunt pro aliquibus, plus valent illis quam aliis, licet etiam aliis quodammodo communicentur. Suffragia vero, quæ communiter pro defuncto flunt, quamvis pro modulo suo omnibus prosint, illis tamen amplius, qui dum essent in via, magis ineruerunt, ut sibi prodecent. Quamvis autem (ut dictum est) suffragia non prosint illis qui sunt in cœlo, nec illis qui sunt in inferno, tamen aliquo modo prosunt. Unde nota quod valent illis qui sunt in purgatorio per modum purgationis; valent salvatis in cœlo per modum conjunctionis, quia multiplicatio salvandorum augmentat gloriam accidentalem. Valent et damnatis in inferno per modum diminutionis; quanto enim plures salvantur per meritum Ecclesiae, tanto pauciores damnabuntur; et ita minor erit poena per subtractionem consortii illorum. Valent etiam impensis per modum meriti. Quod autem pro parvulis defunctis celebrantur missæ mor-

2. Item in alio loco: « Cum audissent autem, qui erant Jerosolymis apostoli, quod accepit Samaria verbum Dei, miserunt ad illos Petrum, et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in ulla eorum descendebat, sed tantum baptizati erant in nomine Domini Iesu Christi. Tunc imponebant illis manus, et accipiebant Spiritum sanctum. »

3. Spiritum autem sanctum accipere possumus, dare non possumus, sed, ut detur, Dominum invocamus. Hoc autem a quo possimum fiat, quemadmodum papa sanctus Innocentius scripsit, subjiciam; dicit enim, non ab alio quam ab episcopo fieri licere, nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tam apicem non habent.

tuorum, hoc non sit propter illorum indulgentiam, cum statim evolent ad gloriam, sed propter gratiarum actionem. » *Missa mortuorum* qua ut hic asseritur, pro parvulis dicuntur, non sunt proprie missæ, quæ jam a multis saeculis defunctorum appellantur, sed psalmi, et alias orationes in gratiarum actionem. Certe tota hæc explicatio suffragiorum ab Isidoriana etate longe recedit. Vide not. ad librum de Ordine creaturarum, cap. 14, n. 12, de Purgatorio. AREV.

3. *Innocentius* scribit. Ad Decentium. Vid. c. *Manus*, de Cons., d. 5. *GRAL.*

4. Hoc autem solis pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut Paracletum Spiritum tradant, quod non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et superior illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit et Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum (*Act. viii*). Nam presbyteris, seu extra episcopum, sive praesente episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum.

5. Hæc sunt pauca ex multis quæ probabilium virorum novimus percepisse doctrinis, quorumque eloqua proinde quibusdam in locis a nobis interjecta esse noscuntur, ut sermo noster paternis sententiis B firmaretur. Ora pro me.

5. *Hæc sunt pauca*. Multi MSS. *Hæc sunt parva*. Sic apud Sedulium, lib. III, vers. 338 :

*Parva loquor, si facta Dei per singula curram;*  
etsi apud Sedulium quoque nonnulli legunt *pauca*.  
*Vide notam.* In Codice Vatic. 641, de quo in Isidorianis, cap. 94, num. 26 et seqq., legitur *parva*, ex quo Ms. sumpsi *percepisse doctrinas*, quod melius visum est quam *præcepisse doctrinas*, apud Grialium et alios. Postremis verbis orationibus Fulgentii fratris Isidorus se commendat. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## SYNONYMA

### DE LAMENTATIONE ANIMÆ PECCATRICIS.

#### Prologus prior.

472 1. In subsequenti hoc libro, qui nuncupatur *Synonyma*, id est, multa verba in unam significationem coeuntia, sanctæ recordationis Isidorus, archiepiscopus Hispalensis, introducit personam hominis, lamentantis in ærumnis præsentis saeculi, seque desentis pene usque ad desperationis desluxum, cui mirabiliter concursu ratio obviens, leni hunc moderamine consolatur, atque a lapsu desperationis ad spem 473 venie reformat, et quemadmodum tergiverantis mundi lapsum evitet, formulamque vitæ spiritualis arripiat, mirabiliter docet.

Num. 1. *Synonymorum de lamentatione animæ peccatricis*. Varias inscriptions, in decem Codicibus quibus usi sumus huic opere prefirax invenimus. In altero Laurentiano Codice, in Septimancensi, et in Navarrico Soliloquia inscribitur. In altero Laurentiano *Dialogus inter rationem et appetitum*. Reliqui Codices *Synonyma* habent. Nisi quod quidam ex iis pro *Synonymis* *Synonymam* legunt generi feminino, secuti divum Ildefonsum de virorum illustrissim scriptis. In Isidoro (nisi lectio est vitiata) concilio sane Tolentano VIII, cap. 2, hoc opus *Synonyma* nuncupatur. Sic Braulio in divi Isidori Vita. Sic Graianus, ubique ex hoc opere fragmenta desumpsit, ex *Synonymis* sed afferre ait. Addidimus autem ex Guadalupeo et Hispalensi codicibus ea verba : *De lamentatione animæ peccatricis*, Ildefonsi auctoritate, qui de Isidoro sic ait : *Librum lamentationis* (supple scripsit),

C quem ipse *Synonymam* vocavit. Itaque ab eo tempore utramque appellationem præstulit : *Lamentationis* quidem loquentium abusu, *Synonymorum* autem ab ipso Isidoro factam. MARIANA.

*Ibid.* Al., convenientia pro coeuntia. MAR.

*Ibid.* Al., mirabili pro mirabili. MAR.

*Ibid.* In Isidorianis caput 70, inscriptum est : *Synonyma, sive soliloquia Isidori. Editiones, præstatæ Editionis anni 1532. Versio Italica Synonymorum. Monitum Breulii. Hereticus Synonymorum corruptor divino judicio punitus. Codices manu exarati. Plura opera ex Synonymis derivata*. Propterea nihil nunc addere necesse est, ac solum repetam, pro *Synonyma* feminino genere fortasse legendum *Synonyma*, ut ex Etymologis colligi potest. Pro cui mirabiliter concursu ratio alii habent qui miserabili operatione. Hic prologus in nonnullis Codicibus prorsus omittitur.

**2.** Deinde uerque ad contemplationis ascensionem summopere cum prouident, nequa in arcam perfectione addu-  
ria. Is denuo in perfectum virum perductus, eidem rationi debitas gratias asserit. In quo quidam opere quicquid  
intenta mente factor arbitur pergere, sine dubio reportet quo pacio creuo alia, quomodo deflexi peccata commissi,  
et quicquid per laetitia paenitentia reparatus, ad fructum sanctar operativitatis accedas, ut non cum mundi con-  
cupiscentiis porreas, sed eternis premitis remuneratus vival cum Christo Domino nostro, qui datus Petrus ei Spiritu  
omnium uivit, et regnat Deus in eternitate aevulorum. Amen.

## Prologus alter.

*Isidorus lectori salutem.*

**3.** Venerabim manu meas quedam schedula, quam Synonyma dicunt; cuius formula persuasit ante-  
mo quoddam lamentum mihi, vel misericordie condere. Imitatus profecto non ejus operis eloquium, sed meum  
volum.

**474-4.** Quicquid ergo ille es, libenter id perlege, et dum adversitatibus mundi tangeris, te ipsum censorio ju-  
dicio discute, et statim agnosces quia quescunque afflictiones pateris in hoc saeculo, retributione tibi justissima  
inseruntur. Duorum autem personae hic inducuntur, deflentis hominis, et admonentis rationis.

et recte quidem, nisi monitum cuiusdam ad opus Isi-  
dori inscribatur. Nos Editionem Grialianam sequimur,  
quid nobis videbatur monuisse contenti. In Codice  
Vaticano 628, de quo cap. 94 prolegomen., num. 12,  
opposite post operis titulum sequitur prologue :  
*Venit nuper ad manus meas, etc.* Deinde : *Espli-  
cit prologue. Incipit argumentum. In subsequenti hoc  
libro, qui dicitur Synonyma, etc.* Quod a Con-  
stantino Cajetano annadversum quoniam fuit, qui  
utram praefationem edidit, ut Editiones Breulia-  
nam et Grialianam corrigeret. Sed quod contendit  
sequitur prologue *Venit nuper hidrum antorem esse,*  
id certe minime probat. Auctorem utriusque praefationis ab antiquitate et pietate commendendum mouet;  
et multa deinde addit, ut antiquorum temporum scri-  
ptores pene omnes sua opera auspicari consuevisse  
constet his verbis : *Incipit liber, etc.* Magno in usu  
olim erant hi duo Synonymorum libri, ut ex loc. cit.  
prolegomen. liquet; et in schedis Zaccarianis nota-  
tum invenio in bibliotheca publica Fuldensi asservari  
duos Synonymorum libros Isidori Hispalensis scriptos  
saeculo VIII. AREV.

**5.** *Quaedam schedula.* Hoc est, quidam libellus, nam  
schedula vox aliquando in libri significazione sunitur.  
In Guadalupio et Hispaleensi legebatur quaedam sche-  
dula Ciceronis, et sane libellus circumfertur non in-  
commodus in quo voces synonymae colliguntur Ci-  
ceronis nomine ad Lucium Veterum. Ea inscriptio  
cum mendacio affecta sit, et Ciceroni vox in aliis oin-  
ibus Codicibus desit, expungendam judicamus. MAR.

*Ibid. Persuasit animo. Al., persuasit animum meum.*  
AREV.

**4.** In Codice Laurentiano tertio, sive in 8°, illico  
post hunc prologum, qui unicus in eo est, sequitur  
argumentum utriusque libri Synonymorum in haec  
verba : « Homo in angustia sua necessitatis exponit  
mala quae patitur, et enumerat cupiditates. Justitiam  
perisse dicit, injuste oppressum se querolatur, flagel-  
lis diversis consumptum se dolet, mortem sibi citius  
provenire exoptat. Ratio admonet spem habere. Homo  
interrogat qualiter flet. Ratio hoc ipsum disponit,  
quia tribulatio utilis est, in pressuris non murnurandum. Quodcumque patitur homo, justo Dei iudicio  
committitur. Vita et flagitia hominis enumerat. Homo  
malum suum recognoscit, et deflet. Ratio admonet ut

A plenius recognoscat. Homo hoc ipsum affirmat. Ratio  
admonet ut a vito declinet. Homo difficile putat hoc  
fieri. Ratio admonet consuetudini resistendum. Aliorū  
interitus retrahat a peccato. Homo interrogat, si  
est spes indulgentiae. Ratio affirmat quia confessio  
per emendationem justificat. Homo respicit ad malum. Ratio  
hoc ipsum exoptat. Homo peccatum suum recon-  
gnoscit, et deflet. Ratio consolando interrogat, quid  
metuat anima. Homo diem judicii pertimescens,  
et preciam damnationis, natum se dolet falsis; deflet  
culpam, et enumerat mala quae gessit, implorat mi-  
sericordiam Domini. Ratio comedit lamentem, et  
admonet denuo non peccare. Admonet ut homo  
semotipsum agnoscat, fidem rectam teneat, bene  
vivat, declinet a moto, cogitationi pessimae statim  
resistendum, libidini fortiter resistendum, orationi  
insistendum, abstinentiae insistendum, dissolu-  
tis oculis non intundendum, operationi et lectioni  
semper insistendum: humilitas fortiter tenenda cum  
timore, et aduersa fortiter toleranda, iracundia coh-  
benda, injuria non respondendum, peccanti celeriter  
ignoscendum, et odium non teneendum, pax et beni-  
gnitas semper tenenda. Vana gloria fugienda, malos  
evitare, bonis conjungi debere, malum non audire,  
malum non loqui, suas culpas attendere, alienas culpas  
non requiri, mendacium omnimodis cavendum, a  
juramento abstinendum, et quod voventer reddendum,  
mali aliquid non in corde loquendum, nec occulte  
kelebendum. Consilium et opus semper ad Dominum  
convertendum, virtutes celandas, vitia manifestanda,  
in omnibus esse sollicitum, nunquam securum, in bonis  
usu exercere, et sapientiae operam dare. Verba praes-  
cedant opera, in omni doctrina sollicitudo, et discretio  
sit. Superflua non scire, neque curiositatem exhibere,  
scientia et vita meliores semper venerari, ad malum  
omnino non consentire; a subditis amandus magis  
quam timendus; in omnibus modis tenendus. Quod  
sibi non vult, aliis ne faciat. Taliter seipsum judicare  
incipiat, qualiter alios judicat, in summo honore  
C *summa sit humilitas, quia ubi summus honor, ibi  
summum periculum est. Mundo esse morientum,  
misericordiam et eleemosynam omnibus largiendam,  
nihil cum laetio dandum, nihil auferendum. Homo  
profondo doctrinam gratias agit. Explicit praefatio;*  
*Incipit liber primus. AREV.*

## LIBER PRIMUS.

**5.** *Anima mea in angustiis est, spiritus meus*

*festuat, cor meum 475 fluctuat, angustia animi*

**5.** *Al., animæ pro animi.* Ibid. *Indicia non com-  
prehendo. Laurentianus alter legebat iudicia non  
comprehendo. Nos lectionem alteram, quæ aliorum*

*omnium Codicum est, secuti sumus. Porro argu-  
menti et indicia voces hoc loco modum, formam, ra-  
tionemque Isidoro significant. MAR.*

posidet me. Angustia animi affigit me, circundans sum omnibus malis, circumscriptus scrumnis, circumclusus adversis, obsecus miseriis, opertus infelicitate, oppressus angustiis, non reperio uspiam tanti mali persegum, tam doloris non invenio argumentum, evadendis calamitatis iudicia non comprehendendo, minuendi doloris argumenta non edifico, effugiendi funeris vestigia non invenio, ubique me insulcitas mea persecutus, domi ferisque mea calamitas me non deserit.

6. Ubicunque fugio, mala mea me inseguuntur; nesciunque me convertero, maiorum meorum me umbra comitatur; velut umbram corporis, sic mala mea fugere non possum. Ego ille homo ignoti nominis, homo obscurae opiniois, homo infami generis, cognitus per me tantum, cognitus tantum mihi; nulli anquam malum feci, nulli calumnias sum, nulli adversus existi; nulli molestiam intuli, nulli inquietus fui, sine ulla querela apud homines vixi; vitam meam omnes laedere videntur, omnes contra me frenudent atque insaniant, concerta menu in me pericula ingerunt, ad exitium me pertrahunt, ad periculum me adducunt, ad disserimen vocant meam salutem.

7. Nulus mihi protectionem praebet, nullus defensionem adhibet, nullus adminiculum tribuit, nullus malis meis succurrerit, desertus sum ab omnibus hominibus; quicunque me aspiciunt, est fugient, aut fortasse me persequuntur, intuentur me quasi infelicem, et nescio quae loquuntur mihi in dolo verbis pacificeis; occultam malitiam blandis sermonibus ornant, et aliud ore promunt, aliud corde volunt. Opere deservunt quod ore promittunt, sub pietatis habitu animo venenato incedunt. Velant malitiam suco bonitatem, calliditatem simplicitate occultant, amicitiam doles simulant, ostendunt vultu quod in corde non gestant. Cui credas? cui fidem habeas? quem proximum sentias? ubi jam fides? periit fides, **476** ablata est fides, nusquam tuta fides. Si legitimum nihil est, si veritas judicii nulla est, si aequitas abjicitur, si jus non creditur, si justitia cunctis negatur, pereunt leges, avaritia judicante.

8. Crevit avaritia, periit lex cupiditatis amore, jura nihil valent, præmia et dona legibus vires tulerunt. Ubique pecunia vincit, ubique judicium venale est; nullus legibus metus, nullus judicii timor. Im-

*Ibid. Non invenio argumentum.* Al., argumenta non colligo. Et mox non invenie pro non colligo. AREV.

6. *Insaniant.* Al., insidiantur. AREV.

7. Al., ore promittunt pro ore promunis. *Ibid. Supple,* queritur post iusta fides. MAR.

*Ibid. Si jus non creditur.* Al., si justo non creditur. AREV.

8. Al., abstulerunt pro tulerunt. MAR.

9. *Despicuntur.* Al., dejiciuntur. Et infra: Pro impio. Nocentes sunt immunes, innocentes, etc. AREV.

10. Al., importunt pro impingunt. *Ibid. Judices non sinunt conscribere.* Quid sit judices conscribere ex Asconio Pediano intelligitur in II Verrinam, ubi ait: Cum multi judices in consilio cum praetore suo judicaturi essent qui quassior fuissent in causa publica, necesse fuerat eos primum de curia senatoria conscribi, cum senatus judicaret. Deinde in urnam misisti, ut de pluribus necessarius numerus: scilicet confit possot. Tertio

A ponita manet male vivendi licentia, nemo peccantibus contradicit, nec seclus uilescitur quisquam. Omne crimen inuitum manet, iniqui salvi flunt, innocentes pereunt, boni indigent, improbi abundant, uulnerati potentes sunt.

9. *Jusit egent, iniqui honorantur, justi despiciuntur, iniqui laetantur, justi in moerore et luctu sunt.* Impius prævaleat aduersus justum, dominant mali bonos, honoratur iniquus pro justo, justus dominatur pro impio, innocentes pro nocentibus pereunt, nulla re impediente.

10. Nulla causa, nulla criminatione, nulla malitia crimen mihi objiciunt, crimen ubi impingunt, criminis nodos contra me neclunt. Criminis et suspicionis locum in me convertunt. In crimen me periculumque deducunt, objiciunt mihi crimen, cuius non habeo conscientiam. Nihil exploratum est, nihil perfactum est, nihil investigatum est, nihil repertum est, non tamen quiescant aduersum me mala confingere, non quiescant falsa testimonia præparare, non desinunt accusatores objicere, judices non sinunt conscribere.

**477** 11. *Testium et judicum falsa et crudeli sententia* judicor. Testium falsa sententia ad necem inaccessudcor. Ex eodem concilio testes, ex eodem judices, ex eodem cœtu accusatores. Improbos judices opponunt, falsos testes objiciunt, in quorum testimonio confidentia est. Nemo ab illis dissentit, nemo discordat, nemo consilium eorum repudiat. Cui dicam? cui credam? cui loquerar? quem audeam? a quo consilium pettam? in quo animum meum ponam? quem potissimum queram?

12. Omnibus odiosus sum, omnium charitate deserterus sum, projiciunt me omnes a se, abominatione me omnes abominantur, exhorrescent me omnes, repudiant omnes, abdicationem intendunt: volo ad eos confugere, sed minantur; cupio eorum deprecari vestigia, sed fugiant, adversantur et odiunt; supplicando propitijs eos habere volo, illi autem magis molesti sunt; interdum adjungunt se fletu charitate, non ad consolationem, sed ad tentationem; loquantur simulate, et si tacent, non est simplex silentium; querunt quod accusent, querunt quid audiant, querunt quid prodant, explorant unde decipient.

D permitti accusatori, et rō, ut ex illo numero rejiciant quos putaverint sibi aus inimicos aut ex aliqua re incommodos fore. Rejectione celebrata, in eorum locum qui rejecti fuerant subsortiebatur praetor alios, quibus ille judicum numerus legitimus completeretur. Erit ergo verborum sententia: Non sinunt ut judiciorum recepto more et instituto in cognitione procedatur. Omnia perturbata agunt. Aut fortasse, non sinunt judices conscribere, dixit, id est, inter se convenire sententiis non permittunt; συγγράφεσθαι enim aliquando in consentiendi significacione ponitur, ut apud Theophrastum, quinto de plantis: Διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφονται παρείπειν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, δῆτας λαζωτοῦ τοῦ ξύλου τὸ πυκνότατον, καὶ γαλαζιάτατον. Aut fortassis legendum: Non destinunt judices circumscriri. Verum Codices omnes in eam quam posuimus lectionem conspirabant. MAR.

13. Ego autem, reclinato capite, humiliato vultu, deposita facie, sileo, taceo, in incepto persisto silentio, ori meo custodiam posui, ori meo signaculum dedi, vocem a sermone repressi, linguam a locutione retraxi; etiam de bono interrogatus taceo, malui enim reticere improbis quam respondere. Illi autem non quiescunt, illi amplius sœvunt; percutsum amplius persequuntur, magis magisque irruunt super me, obstrepuunt super me clamoribus, jactant in me petulantiter convicia voce, habitu, strepitu.

14. Super me prosiliunt, voce aperta contumelias et opprobria super me jactant, et, ab alio provocati, in me omnes concitantur, ad me omnes arma convertunt: omnes in me sœvunt, omnes in exitium meum intendunt, omnes in mortem meam manus suas præparant. In tanto igitur metu, in tanto pavore, in tanta formidine contabui miser, pallui miser, exsanguis effectus sum, 478 emarcuit cor meum, pavore æstuo, formidinis metu tabesco, timor et tremor animam meam quassaverunt.

15. Sic exilio trusus sum, sic exilio damnatus sum, sic exilii poenam lugeo, sic exilii damnationem gemo, vinculo servitutis addictus, conditionis pondere pressus, servi operæ mancipatus, in algore, in nive, in frigore, in tempestatibus tetris, in omni labore, in omni periculo positus. Post damna bonorum, post amissionem omnium rerum, inops et pauper effectus sum, egeo, mendico infelix, publice posco eleemosynam, egenti nemo manum porrigit, indigentibus nullus succurrit, apud nullum miseratione dignus sum, omni misericordia desolatus sum, qui misereatur non est.

16. Omnes mendicantem spernunt, esurientem nec micis suis reficiunt, in os sipientis nullus distillat guttam refrigerii, nullus præhet mibi vel modicum undæ rorem, effectus sum enim cunctis abominabilis. Quicunque me intuentur, omnes ut ulcerosum contemnunt, ut fetentem expuunt, ut leprosum tangere horrent. Jacet caro astricta ferro, jacet pressa catenis, jacet ligata vinculis, jacet vincita compedibus, non desunt tormenta, non desunt cruciamenta, non desunt mibi supplicia, quotidie crudescit in me sævitia.

17. Corporis mei carnifices novis me cruciatibus lacerant, inaudito genere pœnarum viscera mea et membra mea dilaniavit, quidquid possunt super me

13. *Retraxi*: ita male cum Codice 1 Florent. Laurent., sive in-folio, quam *restrinxit* cum Editione Grialii. Ex eodem Ms. substitui *relicere*, ejecto *relinere*, quod in eadem Editione erat, fortasse per errorem; nam in Editione Biguæana jam erat *relicere*. AREW.

15. Al., *alimoniam pro eleemosynam*. MAR.

16. Al., *omnes ut mendicantem spernunt*. MAR.

Ibid. Al., *afficta pro astricta*. Ibid. Non desunt mihi supplicia. In altero Laurentiano et velustiori: *Non desunt minus supplicia*. In Hispalensi et Guadalupeo: *Non minus desunt supplicia*. In Parisiensi: *Non sunt minus supplicia*. Ex Seguntino, Septimanensi et legionensi vera restituta est lectio. Nam etsi in illis hæc desunt verba, proxime tamen superius legunt: *Nec desunt mihi tormenta*. MAR.

A crudele excogitant, non perimor nuda morte, mille poenis extortus, mille subactus tormentis, mille laceratus supplicis. Caro mea plagiæ secta compatriat, semiusta latera saniem effundant, lacerata membra putredine diffluent, cum fletibus sanguis manat, cum lacrymis crux stillat; nec est solus fletus lacrymarum, sed vulnerum.

18. *Consumptus sum dolore miser, in dolore et animus, et corpus deficit*: mens jam victa est, anima dolore præclusa est, 479 multa intolerabilia sensi, multa acerba sustinui, multa gravia pertuli; tam grave et crudele vulnus nunquam excepti, inopinato vulnera oppressus sum moimentaneo interitu percussus sum, improvisa me in tantum malum calamitas vita conjugit. Ignorantem me oppressit subita calamitas, repentina interitus, casusque me subruerunt.

19. Cur infelix natus sum? cur in hanc miseram vitam projectus sum? ut quid miser hanc lucem vidi? ut quid misero hujus vitæ ortus occurrit? Utinam velocius egrederer a sacculo quam sum ingressus, quacunque jam ratione recederem? sed heu! miseris expectata mors tarde venit. Cupienti mori jam licet occumbere. Vivendi enim mihi tedium est, moriendo volum, sola mibi mors placet. O mors, quam dulcis es miseris! o mors, quam suavis es amare viventibus! quam jucunda es, o mors, tristibus atque mortentibus!

20. Accedat ergo ad vitæ magnum malum mortis grande solarium, sit vitæ terminus finis tantorum malorum, dei finem miseræ requies sepulturæ, et si non vita, saltem vel mors misereri incipiat. Mors malorum omnium floem imponit, mors calamitatem terminum præbet, omnem calamitatem mors adimit.

21. Certe vel mors subvenit miseris, melius est bene mori quam male vivere; melius est non esse quam infeliciter esse; ad comparationem miseriarum mearum feliores sunt mortui quam viventes; parcite dolori meo, quæso: moriori meo, quæso, ignoscite; angustiae meæ veniam date, indulgete meis doloribus, in tanto dolore contra me commoveri nolite; percussionem enim meam plango, calamitatem meam deplobo, familiarem cladem miseræ meæ lugeo, plura enim ministrat dolor; non valeo consolari miser, impatiens enim est dolor meus, infinitus est inoror meus. Nullatenus luitur vulnus meum, nullus lacrymis modus est, nullus dolorum finis est, jam

17. Al., *putredinem, pro putredine*. Et *fluvius, pro fluis*. MAR.

18. Al., *percussa pro præclusa*. Et *percussum pro percussus*. MAR.

19. *Cupienti mori jam licet occumbere*. In Laurentiano veteri, cupienti mori jam licet occumbere. In Guadalupeo, et Hispalensi, cupienti mori jam licet occumbere. In ceteris omnia hæc verba desunt. Nos quia neutrae lectioni sententia satis constat, ex utrisque veram, ut credimus, lectionem conflavimus, voce tantum licet in licet communata. De quo lectorem admonendum duximus, ut quanta usi simus religione his libris castigandis non ignorare. MAR.

20. Al., *miseris pro misereri*. MAR.

21. Al., *velox pro vel*. MAR.

nella fiducia est animi, jam ferre non potest animus, **A** *Jam* *victus miseris concidit animus.*

**480** 22. O homo, quid tantum diffidis animo? cur adeo mente debilitaris? cur spem atque fiduciam omnem amittis? cur animo tantum diffunderis? quare tanta pusillanimitate dejiceris? quare in adversis adeo frangeris? Omitte tristitiam, desine tristis esse, tristitiam repelle a te, moestitiae noli succumbere, noli te multum dare moestitiae, repelle a corde tuo dolorem, ab animo exclude dolorem, inhibe doloris impetum, non perseveres in dolore, vince animi dolorem, supera mentis dolorem.

23. Qualiter? quo pacto? quomodo? quemadmodum? qua ratione? qua arte? quo consilio? quo ingenio?

24. Omni ope, omni vi, omni ingenio, omni virtute, omni arte, omni ratione, omni consilio, omni instantia sume luctamen contra corporales molestias; esto in cunctis casibus firmus, patienter tolera omnia, omnia aduersa sequo animo tolera. Noli singularem tuam conditionem attendere, non est tua a te sola pensanda acerbitas, non est sola tua a te consideranda calamitas; respice similes aliorum casus, intende miseras eorum quibus acerbe aliquid accidit; dum tibi aliena pericula memoras, mitius tua portas; aliorum enim exempla dolorem relevant, alienis malis facilius consolatur homo.

25. Quid incusas acerbissima tua decreta? quid causas tui periculi tantum luges? non sunt nova tua suppicia, habes exempla calamitatis. Quanti tales casus, quanti talia pericula pertulerunt? Patienter ab uno serendum est quod multis accidit tolerabile. Poena hujus vitæ brevis est, et qui affigit et qui affigitur, mortalis est. Tribulatio hujus temporis finem habet.

26. Transeunt omnia saeculi hujus, nec permanent; omne quod venit stare non potest. Nihil est tandem, nihil tam longum, quod non brevi finiatur, omnia sub celo finem suum habent; impossibile est ut homo sis, ut non gustes angustias: dolor, et tristitia omnibus communia sunt, omnia in hoc saeculo eventu simili sustinemus. Nemo in perpetuum expers mali est, nemo est qui in **481** hoc saeculo non doleat, nullus est qui in hac vita positus non suspiret: vita ista lacrymis plena est, vita ista a fletibus inchoat; qui nascitur a fletu incipit vivere, flentes projiciuntur in hanc miseram vitam, ipse ortus sequentium dolorum est gemius. **E**

27. Interpone ergo tibi rationem, particeps esto

**22.** Al., spei fiduciam pro spem, atque fiduciam. MAR.

*Ibid.* Ratio. Alli habent: *Hinc ratio homini respondet.* Et deinde, *Hinc homo rationi respondet.* AREV.

24. Al., temporales pro corporales. MAR.

25. Al., aliorum pro calamitatis. MAR.

26. Al., nihil est diu, nec tam longum. MAR.

27. Al., pertimesces pro pertimescis. Et intrare pro intrare. MAR.

*Ibid.* Quod in praesenti est, etc. Alludit ad locum Pauli, I Cor. iv, 17. Parisiensis legit: *Quod in praesenti est tribulationis in nobis, momentaneum est, et*

*A* rationis, prævaleat tibi ratio, tempera animum ratione, animam ratio confirmat, vim tanti mœroris reprimat ratio; confirmato animo, nullum periculum pertimescis. Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei (Act. xiv, 21). Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis (Rom. viii, 18); quod in praesenti est, momentaneum est, et leves tribulationes in nobis: quod æternum est, supra modum est, pondus excellens gloriae; utilis est tribulatio, utiles sunt hujus vita pressure.

28. Malorum pravitas non te occidit, sed erudit; pravorum adversitas non te dejicit, sed extollit; humana tentatio arguit te, non interficit; quantum enim in hoc saeculo frangimur, tantum in perpetuo saeculo solidamur; quantum in praesenti affligimur, tantum in futuro gaudemus. Si hic flagellis alterinur, purgati in judicio inveniemur. Semper Deus hic vulnerat quos ad salutem perpetuam præparat. In fornace probatur aurum, tu, ut sorde careas, tribulacionis camino purgaris, ut prior appareas, persecutionis igne conflagris, ut omnium peccatorum sorde purgearis, ad probationem sunt ista omnia quæ sustines.

29. Non igitur murmures, non blasphemis, non dicas: Quare sustineo mala? cur affligor? ut quid mala patior? sed magis dic: Peccavi, ut eram dignus recipio. Aequalem vindictam peccati mei non sentio, minus percussum me quam merebar agnosco, juxta modum criminis minor est retributio ultiionis, secundum meritum peccatorum dispar est causa poenarum, non sunt tanta suppicia quanta existiterunt peccata. Qui enim in flagellis murmurat, Deum **482** contra se plus irritat, furorem Dei amplius provocat, iram Dei indignantis plus sibi exaggerat.

30. Qui vero adversa patienter tolerat, Deum citius placat. Si enim vis purgari, in poena te accusa, et Dei justitiam lauda; ad purgationem tuam proficit, si ea quæ pateris ad justitiam Dei retuleris, si pro irrigata injurya humili Deum glorificaveris. Corripit enim te Deus flagello piæ castigationis, exercet in tedi-sciplinam, et qui parcendo te ad se revocabat, feriendo clamat, ut redeas. Cogita, o homo, quoslibet mundi cruciatus, intende animo quascunque saeculi poenas, quoscunque tormentorum dolores, quoscunque dolorum acerbitates; compara hoc totum gehennæ et leve est omne quod pateris; si times, illas poenas time; istæ temporales sunt, illæ æternæ; istæ finem habent, illæ perpetuae sunt; in istis moriendo tormenta recedunt, in illis moriendo æternus dolor succedit.

leve; quod æternum est in nobis, supra modum est, pondus excellens gloriae. Quæ lectio etsi non incommoda visa est, secuti eam non sumus, quoniam omnes veteres Codices discrepabant. MAR.

*Ibid.* Confirmat. Fortassis, confirmet. Alli omittunt animam ratio confirmat. Mox pro et leves tribulationes in nobis, al. et leve tribulationis in nobis; al., in nobis quod leve cum multas tribulationes operatur. AREV.

30. Al., miseria pro injurya. Et revocavit pro revocabat. MAR.

*Ibid.* Humilis Deum glorificaveris; al., humiliabis, a Deo glorificaberis. AREV.

31. Si enim conversus fueris, emendatio est quod a pateris; conversum namque flagella a peccatis absolvunt, converso instantes plaga proficiunt ad purgationem. Qui enim hic castigatus corrigitur, illic liberatur; qui vero sub flagello corrigitur, et temporali poena, et æterna damnantur, et in hoc prius judicantur seculo, et illic denuo in futuro. His duplex damnatio est, gemina his percussio est, quia et hic habent initium tormentorum, et illic perfectionem penarum. Vide quo manus Dei te tradidit ad penam.

32. Scito autem, o homo, nullum tibi adversari potuisse, nisi Deus potestatem dedisset; nec habuisset in te potestatem adversarius, nisi permetteret Deus, universa quæ tibi accidenti absque Dei non veniunt voluntate, iniquorum potestas super te ex Dei datur licentia. Omnes qui tibi adversantur Dei consilio faciunt, manus Dei te ad penam tradidit, indignatio Dei te affligere jussit. Ipse iratus ius sit te omnina mala experiri, nam et quod infirmaris, quod carnis morbis afficeris, quod corporis debilitatibus frangeris, quod languorum stimulus cruciaris, quod passionibus animi quateris, 483 quod mentis angustia torqueris, quod gramine impugnationis spiritu agitaris, et hoc ipsum tibi pro peccato tuo divina justitia irrogat, et ipsum pro culpa tibi divini judicii inferitur sententia.

33. Omnis enim adversitas rerum delictorum tuorum meritis excitatur, tua contra te dimicant arma, sagittis tuis confoderis, telis tuis vulneraris; per quæ enim peccasti, per hæc et torqueris (*Sap. xi. 17*). Secutus es carnem, flagellaris in carne, in ipsa gemmis in quæ peccasti, in ipsa cruciaris in qua deliquisti, ipsa tibi est censura supplicii, quæ fuit causa peccati; unde corruisti ad vitia, inde luges tormenta.

34. O homo, discute conscientiam tuam, intende mentem tuam, examina te, loquatur tibi cor tuum, considera meritum tuum; juste argueris, juste flagellaris, justo judicio judicaris, procolla justa te conterit, justitiae poena te premit, nihil enim bonum agis, nihil rectum, nihil æquum, nihil justum, nihil sanctum, nihil in te sanctitatis est, nihil pudoris, nulla memoria dignitatis, nihil Deo dignum.

35. Quotidie peccas, quotidie laberis, quotidie præcepis in deterius vadis: elatio tua non recedit, superbia tua non deponitur, tumor et jactantia non cohibentur, rapit te quoque furor, inflamat ira, clamor excitat, commovet indignatio, paratus semper ad fram supra modum irasperis, super mensuram animi furore moveris, zelare bonis solitus, invidere melio-

36. Al., *consilium, pro consilio*. Et *impugnatione spirituum, pro impugnatione spiritum*. MAR.

*Ibid.* Aliquando in textu Gralii desunt litteræ notarum indices. Itaque ex conjectura et aliis MSS. notas Marianæ ordinavi. ABEV.

35. Al., non residet pro non recedit. ABEV.

36. Al., *obrasisti*. Al., *obrasasti*. Al., *horruisti*. Al., *obrasisti*, *pro obrasisti*. Et *concupiscentias pro concupiscentiis*. Et *expleri*, *pro satiari*. MAR.

*Ibid.* Alii, cui non obruiisti visum, fortasse melius quam cuius, etc. Delude pro novis te quotidie, etc., alii, non mihi facinora, sed auges, et amplificas; non

A ribus solitus, alienis virtutibus semper invidus, alienis felicitatibus semper ænulus.

36. Quem non lacerasti? cui unquam non detraxisti? cuius non obruiisti vitam? cui non jactasti infamiam? fallax, inconstans, infidus, avarus, tenax, sterilis, inhumanus, infructuosus; non est in te ulla misericordia, cecidisti in concupiscentiis seculi, et defluxisti in cupiditatibus mundi; flagras in terreno amore; congeris res perituras, nescit satiari cupiditatis tuæ sitis; novis te 484 quotidie peccatis involvis, novis facinoribus vetera auges, non diluis sceles, sed dilatas, nec satias unquam flammam libidinosæ concupiscentiæ.

37. O te infelicem, non te pudet per multas aspergi libidines; corruptior libidinose, luxuriose adulter, sic in libidines perduras? sic in flagitio perseveras? sic in luxuria permanes? sic in carnali amore persistas? Heu! quondam, quoque errabis? quem ad finem te effrenata trahet luxuria? jam tandem peccare quiesce, jam tandem desine a scelere, aliquando mores malos commuta in melius.

38. Cur in peccati cordibus manes? cur in voluntate peccandi persistas? noli diu errare miser, de male jam mutare in melius: pone peccato finem, pone legem nequitias, habeat culpa medium, habeat iniquitas terminum; delictorum tuorum considera magnitudinem; culpas tuas saltem verberatus agnoscito.

39. Heu me! heu infelicem me! heu miserum me! nesciebam quod pro mea iniquitate perculior, ignorabam quod pro meo merito judicor; quod istum iudicium de mea sit injustitia, tu mihi manifestasti, tu mihi indicasti, tu mihi notum fecisti, per te cognovi; quod nesciebam, jam pro certo scio, jam certum habeo; jam me non latet, manifestum est mihi satis, satis mihi est cognitum, perpensum mihi est satis, jam exploratum est mihi, occultum mihi jam non est, jam mihi non est ambiguum, jam mihi non est absconditum.

40. Inde est, homo, inde omnis ista calamitas, inde ista acerbitas, inde est ista crux, inde est ista pena, inde ista ærumna; tibi notæ sunt causæ, non ex aliquo casu, non ex quolibet eventu, non ex quolibet fortuitu, iste languor propriæ culpæ est, ista ægritudo propriæ iniquitatis est. An aliud tibi videtur? an aliter putas? an aliter existimas? an aliter sentis? an aliter contueris? an aliud judicas? an aliud deputas?

41. Nihil sane, nihil prorsus, nihil penitus, nihil omnino, nihil 485 habeo, quod contradicam: cedo extinguis in te peccatum, imo, quantum potes, vivificas, nec satias unquam, etc. ABEV.

38. Verberatus agnoscito. Alii addunt, Emenda, dum tempus est. Homo, vide ne ulterius peccando in deterius vadis. ABEV.

41. Quis istud negat? In Mejoradæ Codice, et altero Laurentiano addebatur: Nesciebam, quod justo iudicio (fortasse justum iudicium) de mea sit injustitia, tu mihi manifestasti, per te cognovi, quod ante nesciebam. Quæ verba ut addititia, in hunc locum rejecienda putavimus. MAR.

veritati, negare non possum, fateor esse verum; quis hoc dubitat? quis istud ambigit? quis istud negat?

42. Si ita est, si ita existimas, si certum habes, si perpensum est, si exploratum est, aufer a te jam vitium, a vicio et peccato te retrahere; fuge iam vitæ maculam, fuge vitii cultum, crimen remove a te; a vanitatis te malo coerce; fuge turpitudinem vitæ, puritatem vitæ tene; veteres maculas abue.

43. Bene dicas, bene doces, bene instruis, bene admones, bene persuades, bene instituis; et ego optabam a peccati negu resolvi, cupiebam a consuetudine mala retrabi, desiderabam a vicio et peccato recedere, quareham usum nequissimum superare. Sed heu! difficile est pravam consuetudinem vincere, pravus usus vix aboleatur, assidua consuetudo in naturam convertitur, assiduo usu in naturam mutatur vitium, animus sceleribus astricatus divelli ab eis vix potest; tanta sunt in me vitia, ut vix evelli possint, vix credo peccata mea ullo spatio temporis消除escere.

44. Ultere me miserum antea viciavi, spontaneo me dum studio pollui, proprio me prius arbitrio perdidi, propria voluntate me maculavi. Bonas eram, sponte mea ad peccatum dilectus sum; liber eram, sponte mea factus sum debitor mortis. Infelix ego, peccatum sponte nisi primus ipse paravi, ego prius occasionem peccandi amplexus sum, nunc peccati usus antietius detineor, mala consuetudo me sibi graviter implicavit, usus peccandi necessitatis vinculis me astrinxit; a delicto discedere vole, nec valeo.

45. Quero a lapsi resurgere, et non valeo usui rospagnare. Trahor boni amore, retrahor malæ consuetudinis lege. Longa consuetudo in me jus sibi et legem facit, longus peccandi usus me superatum obtinuit. Peccata mea consuetudine duruerunt. Volo agere bonum, sed desideria consueta non permitunt. Consuetudine peccandi, quando nescio, sic delinquo; peccati uso, quando non opto, incurro; repugnante carnali consuetudine implore bona non valeo, pravo usui contraire nitor, sed carnis desiderio aggravor; ad iustitiam me amor erigit, sed ad peccatum consuetudo constringit.

**486** 46. Relucta contra malam consuetudinem, contra consuetudinem peccandi tota virtute repugna; vice usum carnalem etiam cum dolore; perniciosaam consuetudinem vince, quamvis cum difficultate, quamvis cum dolore usui malo resistere. Propone tibi adversus presentis carnis ardores futuri supplicii ignem, superet aestum libidinis recordatio æterni in-

42. Vitium, a vicio. AL, vitium crimen remove a te, a vanitatis te malo coerce, a vicio. AREV.

43. AL, valde difficile est. Et elui, pro evalli. MAR.

44. Sic, pro sibi. MAR.

Ibid. Proprium arbitrium pro libero sumi, notatum fuit a Bignao. AREV.

46. AL, ignem pro aestum. MAR.

Ibid. Remedium id esse contra concupiscentias et voluptates, Bignao ad marginem advertit. AREV.

47. AL, provide, pro prævide. MAR.

A cendii, memoria ardoris gehennæ ardorem excludat luxuriae.

47. Fornicationis paenam metus gravitoris suppliciū vineat, fortior dolor dolorem minorem exsuperet. Patienter leviora portabis, si graviora fueris recordatus. Versetur ante oculos tuos imago futuri judicij, prævide quæ postmodum eris passurus. Futuram Dei sententiam cogita, futura Dei judicia super te formidin terrent te gehennæ metus, terreat te futuri judicij sententia, revocet te paenarum terror a corpore.

48. Vita tua terminum quotidie intuere, omni hora habeto mortem præ oculis, ante oculos tuos tenebrarum semper versetur adventus. De morte tua quotidie cogita, finem vita tuae semper considera, recole semper diem mortis incertum; esto sollicitus, ne subito rapiaris: quotidie dies ultimus approphaquet, vitam noctram quotidie dies amfer, quotidie ad finem tendimus, quotidie viam vita transimus, ad mortem quotidie properamus, ad vitæ terminum quotidie tendimus, momentis decurrentibus ad finem deducimur.

49. Nescimus quid nobis hodie contingat, nescimus quando extrellum vitæ tempus adveniat. Ignoramus si haec nocte animam nostram conditio mortis rapereat. Finis noster nobis absconditus est, venturi exitus ignorantia nobis incerta est. Improvisus est mortis occursum, incertus est eventus et finis omnium. Dum nescimus, repente mors venit; dum non existimamus, Improviso tollimur; dum ignoramus, repente subtrahimur. Timesmus ne dies illa, tanquam fur, nos comprehendat (*1 Thess. v. 2*), ne nos turbo divini judicij dum ignoramus diripiatur, ne nos repentina interitus amferat, ne ignorantis subite calamitas comprehendat.

**487** 50. Spiritus, qui ad peccatum succedit, peccantem sœpe subite rapit; qui viventes inflamat, morientes subite devorat; qui inficit ad vitia, pertrahit subito ad tormenta. Quantus ad paenam mortis improvisa calamitas stravit? quantus impropositus exitus rapuit? quanti subito subtracti deficiunt? quanti, dum mori non existimant, auferuntur? quanti ad mortem subito rapuntur? quanti repente ad eternam supplicia deducuntur? Aspice ergo ex alieno tormento quod timeas. Respic in alieno exilio quod pavescas, vita foveam, in quam vides coram te alium cecidisse, pericula aliena in te pertimesce. Alienos casus tua fac eas pericula; morientis vocatio tua sit emendatio; aliorum perditio tua sit captio.

51. Retrahat te a peccato impiorum interitus. Abstrahat te a culpa percutientium peccata, dñequentiem

48. AL, paenarum, pro tenebrarum. MAR.

49. AL, hominum, pro omnium. Et interitus incautus auferat. MAR.

Ibid. Occursus. AL, occasus. AREV.

50. AL, trahit, pro stravit. MAR.

51. Alli, dum est licentia, penitentia te, festina dum potes. Pro obsorbeat alli absorbeat, sed illud genuinum videtur. Multa hujusmodi verba prepositione ob composta esse constat, quæ libri commentarant. Vide commentar. ad Prudentium. pag. 623. AREV.

finis te corrigat, reproborum interitus te adducat ad poenitentiam. Iniquorum pena ad tuam salutem proficiat; quod male fecisti dum potes emenda, dum potes a vitio et a peccato te revoca, dum tempus est clama, dum datur spatium luge, dum est licentia posnitere festina, dum potes plange; dum adhuc anima versatur in corpore, dum adhuc vivis, remedium tibi futurum acquire, priusquam te dies mortis præveniat, priusquam te profundum absorbeat, priusquam te infernus rapiat, ubi jam nullus est indulgentiae locus, ubi nulla poenitentiae patet libertas, ubi nulla correctionis datur licentia, ubi nullus est ad confessio-  
nem recursus, ad veniam nullus regressus.

52. Verum dicit, verum loqueris, narras mihi quod opportunum est; informas me quod magis mihi expediatur: nihil est melius, nihil gratius, nihil accep-  
tius, nihil jucundius; nihil me magis delectat, nihil me magis gratificat. Id solum queror, ecce scio, novi, didicis istud. Illud item queror, illud scire volo, illud nosse maxime cupio, si est spes in confessione, si est fiducia, si est remissio, si est venia, si est indul-  
gentia, si est locus per poenitentiam regredi ad justi-  
tiam.

**488** 53. Est plane, est utique, est prorsus, est procul dubio, est profecto. Confessio sanat, confessio justificat, confessio peccati veniam donat, omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordiae est. Certissime igitur crede, nullo modo ha-  
sites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia Dei desperes. Habeto spem in confessione, habeto fiduciam. Non desperes remedium sanitatis; non des-  
peres salutem, si ad meliora convertaris. Qui enim veniam de peccato desperat, plus se de desperatione quam de commissso scelere damnat.

54. Desperatio auget peccatum, desperatio pejor est omni peccato. Corrige igitur te, et indulgentiae habeto spem. Depone injustitiam, et spera vitam; de-  
pone iniquitatem, et spera salutem. Nulla tam gravis culpa est qua non habeat veniam; quamvis enim peccator sis, quamvis criminous, quamvis sceleratus, quamvis infinitis criminibus nefandis oppressus, non denegatur tibi poenitentiae locus: facile poenitentibus divina clementia subvenit, per poenitentiam indul-  
gentia datur, per poenitentiam delicta omnia abster-  
guntur.

55. Heu miserum me! spem perdideram, fiduciam amiseram, distideram animo, fractus fuerat animus,

52. Al., in me, pro me. Et id nosse tantummodo cu-  
pio. MAR.

Ibid. Informas me. Sic dici solet informare animum, et artes, quibus puerilis aetas informari solet, etc. AREV.

53. Al., sed ad meliora, pro si ad meliora. MAR.

Ibid. Confessionis fructus hoc loco a Bignao indi-  
catur. AREV.

54. Al., grandis, pro gravis. MAR.

55. Al., id desperatione, pro in desperationem. MAR.

56. Al., dele, pro dilue. Et plorata pro ploratu.  
MAR.

Ibid. Alii: Desiderii est, ergo age, dum licet, dum

A in desperationem pene conciderat animus. Jam re-  
gressus sum ad spem, jam recepi fiduciam, spem in-  
dulgentiae jam habeo, de pietate Dei spero, de boni-  
tate Dei non dubito, habitabo in spe, erexit me ad  
spem pietas ejus, dedit mihi spem vitae in poenitentia.  
Si Deus igitur respexerit, si in auxilium mihi acces-  
serit, si ad implendum quod cupio adjuverit, hoc fa-  
cere decrevi, hoc statui, defixum hoc in animo meo  
est, eveli hoc ab animo meo non potest.

56. Deus tibi optata tribuat, Deus votis tuis saveat,  
Deus votorum tuorum te compotem faciat, Deus vo-  
luntatem tuam in bono perficiat, Deus vota tua con-  
firmet, Deus votis tuis suffragetur, **489** Deus tibi  
quod optas concedat, Deus tibi ad vota tua accedere  
faciat, omnia Deo favente agas; ergo age dum licet,  
B dum mors moratur. Si igitur cordi est, si in volun-  
tate est, si voti est, si animi est, si desiderii est, ora,  
pete, obsecra, ne taceas, erume in vocem, clama  
fortiter, plange iniurias tuas, mala scelerum tuo-  
rum deplora, quæ prave gessisti fletibus dilue; quæ  
illicite commisi, lacrymis ablue: ploratu sclera  
dilui solent, mala quæ gessisti flendo commemora.  
Reatus tui dolorem plange, poenam tuam flendo co-  
gnosce, lamenta poenitentiae te lavent, moeroris tui  
unda te irriget, compellat te plangere fluvius lacry-  
marum.

57. Heu mihi infelix anima! in tantis peccatis, in  
tantis criminibus, in tam multis iniquitatibus, quid  
primum plorem? quid primum plangam? quid lugem  
prius? quas lacrymas sumam? non sufficit memoria  
C referre tantorum criminum gesta. Peccata quoque  
mea mihi sensum doloris tulerunt, hebetudine cordis  
cosculat: sunt lacrymæ, obriguit animus, nullo mo-  
nore compungitur.

58. Anima mea in stuporem conversa est, insen-  
sata facta est anima mea. O lacrymæ, ubi vos sub-  
duxistis? ubi estis fontes lacrymarum? ubi es moe-  
ris unda? ubi estis lamenta? Redite, obsecro, lacry-  
mæ, movemini fontes lacrymarum, aspergit me fleti-  
bus, fluite super faciem meam, humectate maxilla-  
res meas, genas meas irrigate; date mihi planctum  
anarum, inter omnes enim ego gravius corrui, inter  
omnes dexterius cecidi. Omnium impiorum poenas  
scelere meo vici, tartarea tormenta vix malis meis  
sufficiunt.

D 59. Non est peccatum super peccatum meum, non  
est iniquitas super iniquitatem meam, nequiores  
me cunctis peccatoribus penso. Comparatione mea

sors moratur, ora. Et postea, flendo commemora pro  
fletibus dilue. Et in fine, lacrymarum, ploratu sclera  
dilui solent. AREV.

57. Al., metu, pro moerore. MAR.

59. Levior est peccato meo pena, etc. Multæ sen-  
tentiae ex Isidori Synonymis adoptatae videntur ab  
Urbano VIII, in oratione ab ipso edita in fine Bre-  
viarii Romani, et ad confessionem sancti Petri in  
templo Vaticano in tabella descripta: Si pensamus  
malum, quod fecimus, minus est quod patimur, majus  
est quod meremur. Gravius est quod commissimus, levius  
est quod toleramus, etc. AREV.

**natus iniquus est**, justæ poenæ debitæ infelicitatis exsolvo, justæ tantis suppliciis conteror, ex meo peccato mala mihi omnia advenerunt. Deus justæ me affigit, justo judicio rependitur factis meis congrua vicissitudo, minus tamen retribuitur mibi quam ipse deliqui, peccatorum meorum minor vicissitudo rependitur, plague meæ culpa mea durior invenitur, **490** levior est peccato meo pena damnationis meæ; gravius est quod admisi, levius est quod tolero. Gravior est culpa quam feci, minor vindicta quam perfero. Penso malum quod gessi, non est tantum quod patior.

60. Levior est plaga mea pondere peccatorum meorum. Aliud est prorsus, aliud, quod amplius me affigit, quod me magis contristat, quod me magis perturbat, quod me magis terrificat, cui simile malum nullum est, cui incomparabilis omnis pena est, quod omnibus suppliciis antefertur, quod antecedit cuncta tormenta, quod exsuperat omnia mala.

61. Heu anima! quid est quod multum metuis? quid est quod te magis corripit? quid est quod ad modestiam te amplius impellit? quid amplius formidas? quid amplius pavescis? quid amplius metuis?

62. Metuo diem judicii, metuo diem tenebrarum, diem nebulosum, diem amarum, diem durum. Perpendo quidem malum quod tolero, sed amplius quod restat formido, lugeo, quæ in hac vita jam patior, sed post hanc ne graviora patiar pertimesco. Sententiam licet jam tolerem in pena, tormenta tamen gehennæ formido ex culpa. Jam præsens pena me laniat, sed futura magis conturbat. Gravia sunt quæ sustineo, graviora quæ in perpetuum pertimesco; de præsentibus quidem pœnis doleo, sed de futuris amplius ingemisco.

63. Succurre mibi, Deus meus, antequam moriar, antequam mors me præveniat, antequam me tartara rapiant, antequam me flamma comburat, antequam me tenebrae involvant. Subveni prius quam ad tormenta properem, priusquam gehennæ ignibus devorer, priusquam sine termino crucier, reus enim timore judicii tui terror, pavore peccati iram tuam formido, immanitate sceleris examen tuum trepidus conscientia metuo.

64. Si enim justus vix salvabitur, ego impius ubi ero? quid **491** faciam, dum venerit tremendi formido judicii? cum examen judicii venerit, quid respondebo (*Job xxxi, 14*)? quid ero dicturus, cum ante tribunal Christi fuero præsentatus? Væ diem illum, quando pec-

61. Al., malum pro multum. MAR.

62. Al., post hanc vitam, ne. Et futura pena magis. MAR.

63. Succurre mibi, etc., usque ad finem num. 74, peccatorum meorum vincula. Hæc est oratio, vel confessio beati Isidori, a Constantino Cajetano edita, tanquam opus aliquod Isidori, a ceteris diversum, ut dixi in Isidorianis, cap. 81, n. 33, quamvis Cajetano hanc ignota fuerint Isidori Synonyma, ut initio hujus operis annotavi. AREV.

64. Al. omnis memoria ejus, pro omni memoria. MAR.

Ibid. Cajetanus, tremendi hora judicii. AREV.

65. Textus apud Cajetanum alicubi discrepat, ut

A cavi! vae diem illum, quando transgressus sum! vae diem illum, quando malum expertus sum! Utinam non illuxisset mihi! utinam non fuisse ortus super me! utinam super me non apparuisset! O dies detestanda! o dies abominanda! o dies penitus nec dicenda! quæ me in hoc sæculum protulit, quæ mihi claustra partus aperuit, quæ ortus mei ostia reseravit. Dies illa a luce in tenebras permuteatur, profunda illam caligo confundat, æterna illam cæcitas obruat, amittat temporis statum, omni memoria extinguitur, nullis digna sæculis memoretur.

65. Melius mihi fuerat non esse ortum, melius non fuisse genitum, melius non fuisse in hoc sæculo procreatum, quam æternos perpeti cruciatus. Flete me, cælum et terra; lugete me, omnes creaturæ; plorate me, omnia elementa; ingemiscite super me, universum genus, et quo potestis vitæ sensu, super me lamentum effundite; peccavi enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi graviter, corrui miserabiliter, nullum invenitur peccatum cujus sordibus non sim coquinatus. Nullus est morbus vitiiorum a quo non contraxerim contagium, nulla sordium sentina extitit quæ in me miserum non confluerit.

66. Probrosus, sceleratus, flagitiis cunctis obruius, innumerabiliter frequentavi impudicitiam fæditatis. Ut bene viverem ultro promisi, quod pollicitus sum nunquam servavi. Semper ad peccatum meum redii, semper delicia mea iteravi, prioribus sceleribus semper deteriora conjunxi; nunquam in melius mores mutavi, nunquam a malis facili recessi; plurimos etiam maculavi me perdens, plurimos pravis moribus ad iniquitatem converti, scelere meo multæ animæ perierunt, exemplis vitæ meæ multi subversi sunt, ego multis causa mali existi, per me multorum propositum maculatum est, per me nomen sanctitatis laceratum est.

**492** 67. Orate pro me ad Dominum, omnes viri sancti; obsecrate pro me, plebs omnis sanctorum. implorate pro me, omnis chorus justorum; si forte misereatur mibi Deus, si forte recipiat me, si forte debeat peccatum meum, si forte auferat iniquitatem meam, si misericordiam præstet mihi; iratus enim est super me nimis, complevit furorem suum in me, effudit iram indignationis suæ super me propter inuiditatem iniquitatis meæ, quia creverunt aversiones, quia multiplicatae sunt prævaricationes meæ. Væ mibi! quia consumpliis sum; vae mibi! quia defecit hoc loco post perpeti cruciatus addit: Optabam a peccati nexu resolvi, cupibam a consuetudine mala retrahiri, desiderabam a vito recedere; sed difficile est peccandi consuetudinem vincere, etc. Sic fere alii petitæ ex numeris 44 et 45, usque ad consuetudo contingit. Flete me, cælum et terra, etc. AREV.

66. Forte, impudicitiae fæditatem. AREV.

67. Hic etiam quedam interseruntur apud Cajetanum: Prævaricationes meæ. Ideo implorate pro me Dei omnipotentis misericordiam, omnis chorū electorum, Intercede pro me, omnis multitudo electorum, ne insundat omnipotens Deus super me iram indignationis sue propter multitudinem iniquitatum mearum. Vae mihi! Domine, etc. AREV.

*anima mea, afflita mortore, contrita luctu, extenuata gemitu.*

68. Quis miserebitur tui, anima? quis consolabitur te? quis dabit lamentum pro te? magna est, sicut mare, contritio tua (*Tären. 11, 13*), afflictio tua sicut pelagus saeviens, dolor tuus quasi fluetus tuus; que tempestas non irruit super te? quae processione non acciderunt tibi? omnes molestiarum rivi, omnes turbulentissimæ tempestates super tuum caput intonuerunt, plena es angustia et miseris, plena es fluctibus, plena es tempestatibus anima.

69. Ubi es, custos hominum? ubi es, Redemptor animarum? ubi es, pastor? cur sprevisti me? cur avertisti faciem tuam a me? ut quid longe factus es a me, consolator animæ meæ? Revertejam, Deus meus, non me obliviscaris in finem, non me in perpetuum desereras, non me ad perdendum in potestate dæmonum derelinquas. Licet offensa sit gravis, tu autem clemens, tu pius, tu multæ miserationis, nullum relinquis, nullum spernis, nullum detestaris, nullum recucas a misericordia, sed ulro offers clementiam. Peccantes exspectas ut redeant.

70. Quantu[m] em[m] scelerati, quantu[m] luxuris dediti, quantu[m] concupiscentiis seculi saginati, bonitate tua ad indulgentiam pervenerunt? Multis non merentibus gratis peccata donasti, ostende et in me clementiam tuam, pateat et mihi venia, pateat indulgentia, **493** non abneges uni, quod plurimis es largitus. Scelera mea non defendo, peccata mea non excuso, displicet mibi quod feci, displicet quod peccavi. Offensam fateor, errorem confiteor, culpam agnosco, vocem confessionis aperio. Suscipe, quæso, clamorem confitentis; attende, Domine, vocem deprecantis. Audi vocem peccatoris clamantis.

71. Peccavi, Deus, miserere mei; peccavi, Deus, propitiare mibi. Parce malis meis, ignosce peccatis meis, indulge sceleribus meis, deleat culpas meas gratia tua. Sana animam meam, quia peccavi tibi (*Psal. xl, 5*). Si enim iniquitates recordatus fueris, quis sustinebit (*Psal. cxxix, 5*)? Ad examen tuum nec justitia justi secura est. Quis enim justus qui se audeat dicere sine peccato? quis presumat coram te aliquod de justitia? nullus hominum absque peccato, nullus mundus a delicio, ecce inter sanctos nemo immaculatus. Ecce, qui servierunt Deo, non fuerunt stabiles, et in angelis reperta est pravitas (*Job iv, 18*). Astra immunda sunt coram te, coeli non sunt mundi in conspectu tuo (*Job xv, 15*); quanto magis ego abominabilis, et putredo, et filius hominis, vermis,

68. Al., *irruit*, pro *irruit*. MAR.

*Ibid.* Omnes molestiarum rivi. Al., *omnes moles molestiarum*. AREV.

69. Al., *recludis*, pro *recusas*. MAR.

70. Al., *satiati*, pro *saginati*. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii, *merentibus*, pro *merentibus*. AREV.

71. Al., *dels*, pro *parce*. Et recordaberis, pro *recordatus fueris*. MAR.

*Ibid.* Verba e sacris Scripturis allegata non plane respondent Vulgatae, verum latitudorū solum sensum voluisse exprimere videtur. AREV.

A qui haesi quasi gurges peccatum, et sibi quasi aquas iniquitatem, qui commoror in polvere (*Job vii, 21*), qui habito in domo lutea, qui terrenum habeo fundementum

72. Memorare, Domine, quæ sit mea substantia (*Psal. lxxxviii, 48*), memento quia terra sum, memento quia pulvis et cinis sum (*Gen. xviii, 27*), operi manuum tuarum porrige dexteram (*Job xiv, 18*). Consule infirmæ maleræ, succurre carnali fragilitati, infirmæ conditioni. Patent regressus salutis, patentes tibi vulnera mea. Coram te est ægritudo mea, tu video quantum sauciatum sum, et languidus, medicinem qua saner tribue, medelam qua curer impone; refice infectum vitiis, reforma corruptum peccatum. Extingue in me fiammam concupiscentie. Jacula ignita diaboli me ultra non penetrant, non exardescant in me ulterius.

73. Tu enim scis tentationes quas porto. Tu scis fluctus quos patior. Tu nosti tempestates quas tolero, ubi lapsus sim, ubi defluxus sim, ubi infelix demersus sim, tu scis. Incurri enim negligens in ruinam. **494** Cœrrui incautes in turpitudinis soveam, decidi in cœnum flagitorum, descendи in profundum malorum miser; erue animam meam captivam ab inferis, erue me de immanissimo abysso. Non me concludat profundum, non mibi doneget exitum.

74. Ecce dies metuendus jam imminent, jam dies ultimus appropinquat, jam instat limes vitæ, nihil superstes mibi praeter tumulum, nihil superstes praeter sepulcrum (*Job xvii, 1*); parce mibi, antequam eam; C munda me ab iniquitate mea, antequam ab hac vita egrediar. Solve, priusquam moriar, peccatorum meorum vincula.

75. Commotus ad lacrymas tuas, ad fletus tuos compunctus sum; lamentatio tua me resolvit, lamentatio tua lacrymas mihi exigit; lamentando ad lacrymas me coegisti, lamentando ad fletum me conmovisti; ad lamentum tuum lacrymas fodi, ad planetum tuum in lacrymas resolutus sum. Deus tibi veniam tribuat, Deus tibi culpas tuas parendo ignoscat. Peccata tua Deus a te suspendat, peccata tua laxando dimittat, orimum tuorum maculas abluat, ab omni te mali labe detergat, liberet te ab imminentि peccato.

76. Age itaque jam ut oportet, age ut decet, age ut dignum est, age ut rectum est, age ut æquum est. Propone ut ulterius non pecces; ne ultra delinquas statue. Cave culpas tuas iterare, cave mala repetero, ad vitium ex quo te abecidisti non revokes, quod

72. Al., *libidinosæ concupiscentiæ*. MAR.

73. Pro *tempestates*, Cajetanus et alii, *tempestationes*. AREV.

74. Al., *maculam*, pro *vincula*. MAR.

*Ibid.* Apud Cajetanum et quosdam mss. Codices ita desinit oratio, sive confessio Isidori: *Solve*, priusquam moriar, peccatorum vincula, Trinitas sancta, qui vivis et regnas in unitate deiatis per omnia sæcula sæculorum. Amen. AREV.

75. Forte, exigit, pro *excutit*. MAR.

76. Al., a quo, pro ex quo. MAR.

deliquisti non iteres, transacta mala non repetas. Post lapsum denuo non delinquas, non te polluas post lamentum, post pœnitentiae luctum non redeas ad peccatum, non denuo committas deplorata delicta.

77. Ne rursus facias quod iterum plangas, ne culpam pro qua veniam postulas iterare præsumas: Inanis est pœnitentia quam sequens culpa coinquiat, vulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valeat veniam a malis poscere, 495 et mala denuo iterare. Persiste ergo

77. *Inanis est pœnitentia quam sequens culpa coinquiat, etc.* Gratianus, de Pœnitentia, d. 3. c. cui nullum est *Inanis*, hunc locum transtulit in suum decretum, tanquam August. in lib. Soliloquiorum, qmum huc opus soliloquia a quibusdam vocantur, ut initio dictum est, et Augustino tribui solitu.

A in confessione, esto in pœnitentia fortiter confirmatus.

78. Vitam bonam quam cepisti tenere non desinas. Propositionem vitæ bonæ conserva jugiter. Beatus eris, si permanseris; beatus, si perseveraveris; tunc erit perfectum opus tuum, si usque in finem duraveris. Salus perseverantibus promittitur, præmium perseverantibus datur: *Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore* (Psal. cv, 3). Non est beatus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvis erit* (Math. x, 22.)

Petrus etiam Blesensis Gratiano ferme æqualis ostendit simili errore hunc ipsum locum Augustini nomine citato tractatu de confessione. Pro esto, al. ista. MAR.

78. Al., *dasseras, pro dresnas. Et, salus inchoanti-bus pro salus perseverantibus*, MAR.

## LIBER SECUNDUS.

496 1. Queso te, anima, obsecro te, deprecor te, imploro te, ne quid ultra leviter agas, ne quid inconsulte geras, ne tamere aliquid facias, ne repetatur malum, ne renascatur peccatum, ne redeat iniquitas, ne recurrat malitia, ne denuo exoriantur nequitia, ne resumat injustitia vires,

2. Scito, homo, temetipsum; scito quis sis, scito cur ortus sis, quare natus sis, in quem usum genitus sis, quare sis factus, qua conditione sis editus, aut quare sis in hoc sæculo procreatus; memento conditionis tuæ, naturæ tuæ ordinem serva. Esto quod factus es, qualis te Deus fecit, qualis te factor eundidit, qualis te creator instituit.

3. *Serva rectam fidem, tene sinceram fidem, custodi intemeratam fidem, maneat in te recta fides.* Sit in te incorrupta confessionis fides, nulla te insipiens doctrina decipiat, nulla religio perversa corrumperat, nulla pravitas a fidei soliditate avertat. Nihil temere de Christo loquaris, nihil de Deo pravum, nihil impium sentias, nihil perverse sentiendo in dilectione ejus offendas. *Esto in fide justus, habeto fidem rectam, conversatiōnē sanctam, quam invocas fide, non abneges opere, ab omnibus quælex velet abstine, omnia quæ Scriptura prohibet cave.*

4. Noh delinquas in opere, qui in fide perfectus es. Fidem turpiter vivendo non polluas, fidei integritatem pravis moribus non corrumpas, nihil contra præceptum Del facias; vive in bono, nullo adjuncto malo, bonos mores nulla conversatio mala coinqui-

B net, opera recta sinistra facta non undeviant; non admisceas virtutibus vitium, non adjungas bonis malum, malum mistum bonis contachinat pectora bona. Unum malum multa bona perdit. Qui in uno peccaverit, cum omnibus vitiis subiacere acito (Jac. ii, 10).

497 5. Per unum enim peccatum multæ justitiae pereunt. Per unum malum multa bona possunt subverti. In id, quod delectatur corpus, animum non declines, carnali delectationi consensum non prebeas. Non des animam tuam in potestatem earnis, refrena mentem ab appetitu illius. Cor tuum quotidie discute, cor tuum quotidie examina, privata examinatione occulorum tuorum latebras discute. A cogitatione noxia custodi animam tuam, mentem tuam

C turpis cogitatio non subripiat; discerne cogitationes tuas, quid vites, quid facias; munda conscientiam tuam a peccato.

6. Sit animus tuus ab omni pollutione purgatus. Sit mens tua pura, nullæ ibi sordes resident. Sic vitium absterge a te, ut nec animo quidpiam apud te remaneat. Scito te de cogitationibus judicandum. Deus conscientias judicat. Deus non solum carnem, sed et mentem examinat. Deus judex et de cogitationibus judicat animani. Quando titillat prava cogitatio, non consentias illi. Quando suggerit aliquid illicitum, non ibi teneas animum; primam peccati suggestionem contempne, non sinas eam in corde tuo manere. Quacunque hora venerit, expelle illam;

D sine exemplari mutare gustus non sum, priorem autem, Cassidori præcepto animalis, libro de divinis lectionibus, cap. 15, mutavimus; conjectura ducti à litteram, unde incipit vox, *delectatur*, librariorum vitio fuisse geminatum. MAR.

*Ibid.* Cod. Florent. in 4°, in id, quod delectet corpus. Retinui quod delectatur corpus; quæ locutio non est inusitata in mss. operibus Isidori, et fortasse euodem auctorem habet, ut notavi in lib. 11 Sentent., cap. 6, num. 1. AREV.

6. Al., *te tangit, pro titillat. Et subjeti, pro engredit.* Et *zvavam*, pro *primam*.

2. In Grialii Editione erat *esto quod factus es*, per errorem, ut ex antiquioribus Editionibus colligitur, in quibus *invenitur factus es.* AREV.

3. Al., *incorruptæ, pro incorrupta. Et in fide recta, pro fidem rectam.* MAR.

*Ibid.* Forte, quem invocas fide, AREV.

5. In id, quo delectatur corpus. Omnes Codices habebant, in id quod delectatur corpus, ego legendum judicabam in id quo delectatur corpus, aut in id quod delectat corpus, et paulo inferius, ubi ait, *Mentem tuam turpis cogitatio non subripiat*, legendum pugnabam non subrepas, quo loquendi modo inferius etiam ipse Isidorus utilitur. Verum hunc posteriorem locum

ut apparuerit scorpio, contere eum. Caeca serpentis caput, calva pravae suggestionis initium.

7. Culpam ibi emenda, ubi nascitur; in ipso initio cogitationi resiste, et evades cætera. Adversus initium cogitationis decerta, et vinces; caput cogitationis exclude, et cætera superantur. Si expuleris cogitationem a corde, non prorumpit in opere. Si cogitationi non consenseris, operi cito resistes; quem delectatio non rapit, consensio sibi non subdit. Non enim potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Dum anima labitur, statim caro ad peccandum parata est. Anima enim carnem praecedit in crimen, nihilque potest caro facere, nisi quod voluerit animus; munda ergo a cogitatione animum, et caro non peccat; si enim volueris, te omnino superare non poterit.

8. Audi, anima, quæ loquor, ausculta quæ dico, attende quæ moneo; nulla jam immunditia polluaris, nullæ libidine maculeris, ab omni te carnis corruptela suspende, ab omni carnis corruptione te subtrahe. Luxuria in te ultra non invalescat. Libido ultra non te devincat. Custodi a fornicatione corpus tuum. Ne ulla unquam carnali cogitatione inquineris; fornicatione contaminari deterius omni peccato puta, omnibus peccatis fornicatio major est.

9. Grave peccatum est fornicatio. Fornicatio universa antecedit mala. Fornicatio gravior est morte; melius est mori quam fornicari, melius est mori quam libidine maculari, melius est animam effundere quam eam per incontinentiam perdere. Continentia hominem Deo proximum reddit, continentia hominem Deo proximum facit, ubi manserit continentia, ibi et Deus permanet.

10. Castitas hominem cœlo jungit, castitas hominem ad cœlum trahit. Castitati cœli regnum promittitur. Castitas hæreditatem 499 cœli suppere facit. Libido vero in infernum mergit hominem, libido ad tartara hominem mittit, ad poenæ tartari hominem libido perducit.

11. Quod si adhuc carnis molestias sentis, si adhuc carnis stimulis tangeris, si adhuc libidinis

#### 7. Al., certa, pro decerta. MAR.

*Ibid.* Si enim volueris, te omnino superare non poterit. Varia Codicum lectio est. Nonnulli habent: Si enim volueris, vinci omnino non poteris. Quidam: Si enim volueris, vinci animo non poteris. Laurentianus vetustior, cui multum in aliis fidem habamus: Si enim volueris, te omnino non poterit. Nostra lectio ex Navarrico Codice, qui non minori auctoritate nec vetustate erat, desumpta est. Suspicabar tamen veram hujus loci lectionem esse: Si enim volueris, vinci omnino non poteris. MAR.

*Ibid.* In ipso initio, etc. Notum est illud Ovidii, quod etiam Thomas de Kempis in aureo suo libello de contemptu mundi adoptavit:

Principiis obsta: sero medicina paratur,  
Cum mala per longas invaluerem moras.

Illud obiter notandum multas Synonymorum sententias in laudato libro de Contemptu mundi fuisse adoptatas. Caput autem Non potest exstat in Gratiani Decreto, 32, q. 5. Pro decreta diversa lectio in nota Marianæ erat cætera; sed legendum opinor certa. Ita

A suggestione pulsaris, si animum tuum adhuc fornicationis titillat memoria, si adhuc caro te impugnat, si te adhuc luxuria tentat, si adhuc libido invitat, memoriam mortis tibi objice, diem exitus tui tibi propone, finem vitæ tuæ ante oculos adhibe; propone tibi futurum judicium, propone tibi futura tormenta, propone tibi futura supplicia, propone tibi infernorum perpetuos ignes, propone tibi gehennæ poenæ horribiles.

12. Ora lacrymis indesinenter, ora jugiter, precare Deum diebus ac noctibus, sit sine cessatione oratio, sit frequens oratio, sint orationis arma assida, oratio non deficiat, insiste orationi frequenter, incumbe orationi assidue, gemitus semper, et plange, surge in nocte ad precem, vigila et ora, pernocta in B oratione, et prece, incumbe nocturnis vigiliis. Ad modicum clausis oculis rursum ora, oratio frequens diaboli jacula submovet.

13. Oratio continua diaboli tela exsuperat. Haec prima virtus adversus tentationum incursus. Haec prima tela adversus hostium tentamenta. Immundos spiritus precum expellit frequentia, immundos spiritus orationis evincit instantia. Dæmonia oratione vincuntur, oratione dæmonia superantur, omnibus malis prævalet oratio.

14. Adime quoque tibi saturitatem panis, partimenta tuum corpus castiga, jejuniis et abstinentiæ inservi, pallida ora gere, aridum porta corpus. Esuri et siti, abstine et aresce; non potes tentationes vincere, nisi jejunis erudiaris. Escis enim libido crescit, ciborum saturitas carnis luxuriam suscitat, edacitatis vitio crescit carnis tentatio, saturitas libido semper adjuncta est, at contra 500 jejunio libido restringitur, jejunio luxuria superatur, sequestrata saturitate, non dominatur luxuria.

15. Abstinentia enim carnem superat, abstinentia luxuriam frenat, libidinis impetu abstinentia frangit, libidinis virtutem abstinentia solvit; siti et fames carnis luxuriam interimunt, fames et siti carnis lasciviam superant. Vino quoque multo gravatur mens. Vinum virus est in animo. Vino luxuria excitatur.

enim in quibusdam MSS. legitur, et inde notam corrixi. Infra: Te omnino, etc. Al., te animo perdere non poteris, vel vinci animo non poteris. Sic enim interdum in MSS. duæ diversæ lectiones conjunguntur. AREV.

10. Al. castis, pro castitati. — Suppetere facit. Sic Codex Navarricus legebat, nisi quod addebit hominem. Alii legunt suppere cupit. Laurentianus vetustior hæreditatem cœli suppere habet, nullo alio verbo addito. In Laurentiano altero recentiori totum illud, Castitas hæreditatem cœli suppere facit, desideratur. MAR.

*Ibid.* Castitas.... facit. Al., castis hæreditas cœli suppedit. AREV.

11. Al., tibi præpone finem. MAR.

12. Al., ei ora per noctem, pro ei ora, pernocta. MAR.

*Ibid.* Exstat hoc caput de Oratione in libro de Contenitpiu mundi Isidori nomine edito. AREV.

14. Pro restringitur, melius fortasse erit restinguatur. AREV.

15. Al., multum, pro multo. Et generatur, vel excitat, pro vultulat. MAR.

**Vito fomes libidinis enutritur.** Venis vino repletis, luxuria in membris pullulat; pacula quippe instrumenta luxuriæ sunt. Igni enim adjecto somite magis crescit incendium; adiecta igni materia, plus augetur flamma.

16. Oculi quoque prima tela libidinis; visio prima concupiscentia mulieris, mens enim per oculos capitatur. Aspectus namque amoris jacula mittit, concupiscentiae libidinem nutrit aspectus; mentem illicit, animam titillat, cor vulnerat. Subtrahit igitur visum, reprime oculos a petulantia, nec eos ligas in specie carnis. Nullam attendas ad concupiscendum; nullam hoc animo inspicias, ut concupiscas; tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi.

17. Si vis esse a fornicatione tutus, esto corpore et visione discretus, corpore quippe sejunctus a peccati intentione discedis. Circa serpentem autem non eris diu illæsus; ante ignem consistens, etsi ferreus sis, aliquando dissolveris; proximus periculo diu tutus non eris, per agsitudinem cito peccat homo.

18. Sæpe familiaritas implicuit multos. Sæpe occasio peccandi voluntatem facit. Sæpe, quos voluntas non potuit, assiduitas superavit. Otiositati deditum cito luxuria subripit. Vacantem luxuria cito preoccupat. Gravius libido urit quem otiosum invenerit. Cedit autem libido rebus, cedit operi, cedit industriae, et labori, libidinem quippe carnis sæpe labor evincit, corpus enim labore fatigatum minus delectatur flagitio.

19. Quapropter præcave otium, non diligas otium, non ducas in otio vitam, fatiga corpus laboribus, exerce operis cuiuslibet studium, quære tibi opus utile, quo animi inflagatur intentio, cum opere **501** vaca lectio, vaca in lege Dei, vaca in meditatione Scripturarum; habeto in divinis libris frequentiam, assiduitas legendi sit tibi, sit tibi frequens lectio, sit quotidiana legis meditatio. Lectio vite demit errorem, lectio a mundi substrabit vanitatem, lectione sensus et intellectio augetur; lectio docet quid caueas, lectio ostendit quo tendas. Multis proficis, cum legis, si tamen facias quod legis. Jam etsi cætera bona placent, si et alia grata sunt, si in voluntate sunt, si in voto sunt, si in bonis cunctis animus est intentus, si in bonis cunctis animus est paratus.

20. Esto humilis, esto in humilitate fundatus, esto omnium ultimus, et novissimus, humilitate minimum te fac, nulli te præponas, nulli te superiorem depu-

tes, æstima, omnes superiores esse tibi, omnium te minimum existima, inferiorem te omnibus deputa. Quamvis summus sis, humilitatem tene; si humilitatem tenueris, habebis gloriam; quantum enim humiliis fueris, tantum te sequetur gloriæ altitudo.

21. Cave autem jactantiam, cave ostentationis appetitum. Cave gloriæ inanis studium, non te arroges, non te jactes, non te insolenter extollas. Alas superbizæ non extendas, elationis pennas non erigas, nihil de te præsumas, nihil tibi boni tribuas, de justitiæ virtute nulla elatione superbias, de bonis factis non extollaris, de bono opere non glorieris; descendere, ut ascendas; humiliare, ut exalteris, ne exaltatus humilieris; qui enim attollitur humiliatur, qui exaltatur dejicitur, qui elevatur prostrernitur, qui inflatur aliuditur; de excuso gravior casus est, de alto major ruina est, initium enim peccati superbia.

22. Superbia angelum depositit, tuinor regna dissolvit, elatio excelsos dejectit, arrogantia sublimes humiliavit, humilitas autem casum nescit, humilitas lapsus non novit, humilitas ruinam nunquam incurrit, nunquam lapsus passa est humilitas. Cognosce, **502** homo, quia Deus humilis venit, et quia se in forma servi humiliavit, factus obediens usque ad mortem (*Philipp. 11, 8*); ambula sicut et ille ambulavit, sequere ejus exemplum, imitare vestigia ejus, existe vilius, existe abjectus, existe despectus, displice tibi, despectus esto apud temetipsum.

23. Qui enim sibi vilius est, ante Deum magnus est; qui sibi displicet, Deo placet; esto igitur parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris ante Deum pretiosior, quanto fueris in oculis tuis despiciens. Porta quoque verecundiam in vultu de recordatione delicti, porta pudorem in facie de memoria commissi peccati. Peccati pudore oculos tuos attollere erubescere. Incede deposita facie, mœsto ore, abjecto vultu, percuso corde, lugubri veste, sacco involutus, opertus cilicio corpus: fatiscentes artus cilicum et ciniis involvat, squalentia et tabescientia membra saccus operiat, exustum corpus luctuosus habitus legat.

24. Terra sit tibi incessanter cubile, stratus humus: pulvis es, in pulvere sede; ciniis es, in cinere se se semper lugens, semper mœrens, semper gemens, semper suspiria cordis emittens; sit compunctio in corde, sint gemitus cerebri in pectori; frequenter oculis lacrymæ profundantur, ad lacry-

16. Al., amor, pro amoris. MAR.

18. Fortasse voluptas, pro voluntas. Et subripit, pro subripit. MAR.

19. Al., implicetur, pro infigatur. Et quid teneas, pro quo tendas. MAR.

*Ibid.* Jam etsi cætera bona placent. Hæc erant in omnibus Codicibus, præterquam in Septuaginta, et Seguntino, quibus quoniā non sivebamus, cum multa in iis aliis etiam locis desiderentur, obelo notasse contenti fuimus, tanquam non satis, neque cum superioribus, neque cum iis quæ sequuntur, cohærentia. MAR.

*Ibid.* Alii ita distinguunt: Quod legis, si jam et cæteru bona placent. etc. Atque ita hæc cum præ-

dentibus minus male cohærent. AREV.

21. Al., de justitia et virtute, pro de justitiæ virtute. MAR.

22. Al., ambula in humilitate, sicut. MAR.

23. Al., semper, pro quoque. Et percuso, pro percuso. Et involuto, pro involutus. Et exhaustum, pro exustum. MAR.

*Ibid.* Incede deposita, etc. Al., incede deposita facie, abjecto vultu ambula, humiliato ore. Cilicum et ciniis corpus tuum involvat, squalentia et tabescientia membra saccus operiat, etc. AREV.

24. Al., vite, pro sede. Et oculi lacrymis perfundantur. MAR.

mas esto paratus; dilige lacrymas, suaves sint tibi lacrymæ, delectes te semper planctus et luctus. Planctum et compunctionem fac tibi semper: planctum et lacrymas nunquam deseras. Tantum sis promptus ad lamenta quantum fuisti produs ad culpam; qualis fuit tibi ad peccandum intentio, talis sit ad penitendum devotio; ita revertere, sicut in profundum recesseras: secundum morbum impertienda est medicina, juxta vulnera sunt adhibenda medicina remedia. Gravia peccata grandia lamenta desiderant.

26. Nulla te res de peccato securum faciat, nulla tibi securitas deceptio blandiatur, nulla securitas deceptum a penitentia intentione suspendat. Incessanter in corde tuo spes et formido consistant. Pariter sint in te timer atque fiducia, pariter spes et **503** metus; sic spern misericordiam, ut justitiam metues; sic te spes indulgentia erigit, ut metus gehennæ semper affligat.

27. Timor enim semper emendat, timor expellit peccatum, timor reprimit vitium, timor cautum facit hominem atque solilexum; ubi vero timor non est, ibi dissolutio vita est; ubi timor non est, ibi perditio mortis est; ubi timor non est, ibi scelerum abundantia est. In infirmitatibus tuis non contristeris, in languoribus gratias age Deo. Valere te animo magis opta quam corpore, valere magis mente quam carne, adversa corporis remedia anime sunt. Aegritudo carnem vulnerat, mentem curat; languor enim vita excoquit, languor vires libidinis frangit.

27. Si prosperitas arriserit, non extollaris; si adversitas occiderit, non dejicaris; si felicitas elueat, non sis jactans; si calamitas contigerit, pusillanimis non existas. Habeto temperamentum in prosperis, habeo patientiam in adversis. Probari te in dolore cognosce, ne frangeris. Probari te in prosperitate cognosce, ne exalteris: **504** equalis esto in omnibus. Mentem nec gaudio, nec mero commutes; omnia aequali jure sustine, nulla insolentia commuteris.

28. Nullus te casus imparatum inveniat, nullus sit casus quem non meditatio tua præveniat. Propone tibi nihil esse quod non accidere possit, præmeditare contra omnia fortuita, futuras semper commentare miseris. In secundis meditare quo pacto adversa seras; ne aliquid adversum accidat, semper animo cogita. Sapientis est periculi prævidere jacturam. Omnia meditata leviora accident, expectata mala tolerabiliter feruntur. Cedit adversus casus consilio; præspectata res non admiratur, cum acciderit. Advenientes impetus meditatio frangit. Præcogitatio

25. Al., de justitia, pro justitiam. MAR.

27. Forte, ore, aut corde, pro jure. Et ad nullam insolentiam, pro nulla insolentia. MAR.

28. Al., tolerabilitus, pro tolerabilitier. Et prospecta, vel perspecta pro præspectatu. MAR.

Ibid. Sapientis est periculi prævidere, etc. Al., sapientia est sæculi prævidere, etc. AREV.

29. In quibus incurrimus; fortasse, in quæ incurrimus. AREV.

30. Al., velare, vel vincere, pro vitare. MAR.

A futuras molestias attenuat, prævio malorum levit adventum, inopinatum autem misum fortiter ferit.

29. Acerba sunt quæ cogitata non fuerant; gravis existunt, in quibus improvisi incurrimus. Improvisi mala graviter ferunt, repentinum malum citè frangit, quod provisum non est vehementer **504** afflit. Subita maris tempestas terrorem exsuscitat. Improvisus hostis male perturbat, inopinatus hostis facile opprimit. Omnia repentina graviora existunt. Quæ repente accidunt, graviora occurunt. Et ad bona igitur, et ad mala præpara cor tuum, et bona et mala prout tibi evenierint porta, et adversa et prospera utrumque occurriat tolera; quædeinceps evenerit, mente libera sustine.

30. Si prævenierit iracundia, restrin ge illam; si præoccupaverit, mitiga eam. Tempera furorem, tempora indignationem, cohibe animi motum, refrena iracundia impetum. Si non potes iram vitare, vel tempera; si non potes furorem cavere, vel cohibe: prouincior eeto ad suscipiendum quod ad inferendam molestiam. Disce mala ferre potius quam referre. Cave ne sis uxor injuriarum tuarum.

31. Esto patiente, esto mansuetus, esto mitis, esto modestus. Serva patientiam, serva modestiam, serva mansuetudinem. Stude patientie et mansuetudini, despice probra illatæ contumelie. Irrisionem despiciendo exsuperia, dissimulando errores detrahentium calca, contumelias detrahentium patientia supera. Sagittas contumelie clypeo patientie frange. Præpara contra asperum verbum tolerantiam clypeum, contra lingua gladium patientie scutum præbe.

32. Quamvis quisque irriter, quamvis incitetur, quamvis exasperet, quamvis insultet, quamvis lacescat, quamvis convicietur, quamvis criminetur, quamvis ad liitem provocet, quamvis ad jurgium provocet, quamvis convicium dicit, quamvis injuriam faciat, quamvis officiat contumeliis, tu sile, tu tacet, tu dissimula, tu contempnes, tu non loqueris, tu exerce silentium. Injuriantus non respondeas, convicium non retorqueas, contumeliam non repetas. Tene silentii patientiam, tacendo cito vices.

33. Disce a Christo modestiam, diste tolerantiam, Christum attende, et non doleas injurias. Pro nobis namque passus, nobis **505** reliquit exemplum (**I Pet. ii, 21**); palmis eni percussus, flagelli cæsus, sputis deritus, clavis confixus, spinis coronatus, cruci damnatus, semper conticuit. Magna est virtus, si non laedas, a quo Iesus es; magna est fortitudo, si etiam Iesus remittas; magna est gloria, si cui

31. Al., opprobria, pro probra. Pro errores, forte irrisiones. MAR.

Ibid. Irrisionem despicio. Al., irrisionum probra despiciendo. AREV.

32. Al., rependas, pro repetas. Et vincis, pro vincetis. MAR.

33. Al., tibi conviciatur, pro convicaris. MAR.

Ibid. Alii, disce a Christo misericordiam, et modis, disce patientiam, et tolerantiam. Grialii Editio, non doles injurias. AREV.

petuisi noceo parentis. Quando enim conviciaris, propter peccata tua contigit tibi; quando injuriarit, mala tua id faciunt. Quidquid tibi contigit adversum, pro tuo peccato existima evenire; consideratione ergo justitiae dolorem tempora.

34. Levius portabis, si pro quibus insertur intenderis; cum ergo derogatur tibi, tu ora; cum maledicatur tibi, tu benedice maledicenti, benedictionem oppone, irascentem patientia delinire, blandimento iracudiam furentis dissolve. Vincere nequitiam lenitatem, vincere bonitate malitiam, inimicos pacis omni modestia placeat, mala aliorum ita bono supera, tranquilla mente illatas contumelias portat; aperi tranquillo corde dolorem; injuriae vulnus, quamvis grave sit, apertum evaporat, valde autem comedit animum vulnus inclusum, quanto enim magis id tegis, tanto maxime auges; aperi ergo hoc gravato animo, et non te exericias.

35. Si contristaveris in aliquo fratrem tuum, satias illi. Si peccaveris in eum, age poenitentiam eorum illo, si offenderis quemquam, repropitiare eum proce. Perge velociter ad reconciliationem offensionis tue, et postula veniam; non dormias, nisi revertaris ad pacem; non requiescas, nisi reconciliatus fueris fratri. Revoca eum celerrimo dilectionis affectu. Revoca eum humilitate ad gratiam; humili te illi affectu prosterne, supplici animo veniam deprecare. Petenti quoque tibi veniam libenter indulge; peccanti indulgentiam placanter dimite, revertere statim amplectere. Redeuntem confessim beignia suscipe charitate.

36. Dimitte, ut dimittatur tibi. Ignosce, ut ignoratur tibi, peccantem **506** in te non retribus se-cundum culpam, sciens quia et in te venturum est judicium. Non enim habebis indulgentiam, nisi deridis; et si ille non supplicet, si sibi dimitti non postulet, si deprecandi humilitatem non subeat, si peccatum suum mala conscientia non agnoscit, tu relaxa ex corde, tu dimitte ex animo, tu gratis indulge, tu veniam propria tua voluntate concede. Dolorem in corde non reserves, dolorem in animo non retentes, anfer a corde fraternalm offensionem, alienae nequitiae non reserves dolorem. Odium enim hominem a regno Dei separat, a celo subtrahit, a paradiiso ejicit, odium nec passione adimitur, nec martyrio expiat, nec fuso sanguine deletur.

37. Quid zeli referam Ighem? invidia cuncta virtutum germina coheremus, invidia cuncta bona ardore pestifero devorat. Haec primum sibi nocet, primum

34. Al., lenius, pro levius. Et gratio, pro gravato. MAR.

Ibid. Et non te excrucias. Sic reposui pro non te excrucias, quod erat in Editione Grialii. Alii, non te excrucias, pro non te excrucias. Pro delinire initio hujus numeri legi posset delini, vel delinire stude, ut in libro de Norma vite. AREV.

35. Al., devotionis pro dilectionis. MAR.

Ibid. In nota Grialianæ Editionis erat repropitia pro reconciliationem; sed legendum opinor repropitia pro repropitiare, aut repropitationem pro reconciliationem. AREV.

A se mordet, primi suum auctorem rodit. Invidia est animi linea, sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor hominis, quasi quedam pestis, depascit. Occurrat igitur contra zelum bonitas, adversus invidiam charitas præparetur; de bono alterius non duelas, de alterius profectibus non tabescas, nullius prosperitate lacereris, nullius felicitate crucieris, nullius invidientia facibus agiteris.

38. Pacem amba, pacem dilige, pacem cum omnibus retine, omnes in mansuetudine et charitate amplectere; proba te amplius amare quam ipse amaris; non sis in pace infidus, non sis levis in amicitia. Retine semper vinculum constantiae, odientes ad pacem invita, discordantes ad concordiam revoca, dissidentium corda pace concilia, habeto placibilitatem B mentis, habeto animi benignitatem, promptus esto in affectu, affabilis in sermone, grato animo affare omnes; nullus existat sermo jurgiorum, qui concordiam dividat.

39. Fuge rixas, vita lites, cave contentiones, tolle occasionem litis. Litem sperne, vive semper in pace, in nulla causa contendas, in nulla actione decertare studeas. Contentio contradictionem exigit, contentio lites parit, contentio rixas gignit, contentio faces odiorum accedit. Pacem cordis contentio extinguuit, concordiam **507** contentio rumpit. Si cediderit inimicus tuus, noli gratulari, in ruina adversarii noli extolliri; non lateris super inimici interitu, ne superveniant in te similia, ne forte convertat Deus ab eo in te iram suam.

C 40. Qui enim gaudeat de inimici casu, cito incidet in illum: sit magis erga humiliatum humanus affectus, sit erga dejectum compassionis intutes, delectet te dolere super eum qui afflictus est; condole in alienis calamitatibus, satiare fletibus in alienis moeroribus; non sis durus, non sis ferreus, non sis tibi dura præcordia. Sic alienam miseriorem tanquam tuam luge; in tribulatione alterius et tu este tristis. Cum plangentibus plango, cum fletibus fle, cum lugentibus mentis affectu conjungera.

41. In omnibus actibus tuis, in omni opere tuo, in omni conversatione tua, imitare bonos, emulare sanctos, habeto ante oculos exempla sanctorum, exempla justorum imitando considera, exempla sanctorum propone tibi, sint tibi patrum exempla disciplinæ incitamenta. Intende ad bene operandum virtutes sanctorum, intende ad bene vivendum documenta justorum; nullum vice tua scandalizet infamia, nullum opinio contristet adversa; disce bono D

36. Al., detergitur, pro deletur. MAR.

Ibid. In nota Editionis Grialii erat serves, non indicate verbo pro quo haec est varia lectio. In MSS. bis occurrit serves, pro reserves, quod, ut patet, Mariana voluit. AREV.

37. Al., invidia sicut animi linea. Et depositis pro depositis. MAR.

Ibid. Alii, nullius invidientia facibus. AREV.

40. Al., mentis effectum conjunge, et luge. MAR.

41. Al., fragrare, pro fragrare. Et opprobritis, pro opinionibus. MAR.

fragrare praeconio, habeto testimonium bonum, cu-  
stodi bonam famam tuam, nullis fetoribus obscure-  
tur, nullis laceretur opinionibus. Laceratio enim op-  
tionis boni jacturam facit

42. Cave autem gloriam popularem, vita admirationem vulgi, desine jactare te in adulantium oculis, non sis circumflatus vento favoris. Contemne favores, contemne laudem popularis favoris; esse magis bonus quam videri stude; non exquiras si quis te extollat, aut si quis contemnat; nec favor te seducat, nec vituperatio frangat; qui laudem non appetit, nec contumeliam sentit; si contemnes laudem, facile et vituperationem rejicies. Non ideo te bonum existimes, si bonus prædiceris; in lingua aliena conscientiam tuam interroga; discerne te tuo, non alieno judicio; neque ex alieno sermone, sed ex tua te mente metire; nemo magis scire poterit quis sis, sicut tu, qui conscius es tui; quid enim prodest, **508** dum malus es, si bonus prædiceris? aut quid boni laus pertinet ad te, si aliud es, et aliud esse singularis?

43. Quapropter vita simulationem, vita fictionem, obscuriori ueste non similes sanctitatem; qualis haberis vis, talis esto, professionem tuam et habitu et incessu demonstra, sit in ingressu tuo simplicitas, in motu puritas, in gestu gravitas, in incessu honestas, nihil dedecoris, nihil lasciviae, nihil petulantiae, nihil insolentiae, nihil levitatis in incessu tuo appareat; animus enim in corporis habitu appetet, gestus corporis signum est mentis, corporis gestu animus proditur, corporis gestu animi habitus panditur, incessus ergo tuus imaginem levitatis non habeat, incessus tuus alterius oculos non offendat; non præbeas de te alias spectaculum, non des aliis de te obrectandi locum, nec te adjungas levibus personis, nec te admisceas vanis: vita malos, cave iniquos, fuge improbos, pelle ignavos a te; fuge turbas hominum, maxime eius ætatis qui ad vitia prouini sunt.

44. Bonis te adjunge, bonorum consortium appetere, bonorum societatem quære. Sanctis individue adlære. Si fueris socius conversationis, eris et virtutis; qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, qui cum stultis, stultus erit, similes enim similibus coniungi solent. Periculoseum est cum malis vitam ducere, perniciosum est cum his qui prævæ voluntatis sunt sociari. Infamiam tibi nutris, si indigniste sociaveris. Melius est habere malorum odium, quam consortium; sicut multa bona habet communis vita sanctorum, sic plurima mala assert societas malorum; qui enim letigerit immundum, coquinabatur ab eo; claudo etiam aures tuas, ne audias malum.

45. Respue sermones impudicos, fuge inhonestæ verba, nulla aures tuas sermonum impudicitia sub-

A repat, vanus serino cito polluit mentem, et facile agitur quod libenter auditur. Nihil ex ore tuo, quod impedire possit, procedat; nihil quod non expediat sonus vocis erumpat; hoc procedat ex labiis, quod aures non polluat audientis. Cavenda est verborum obscenitas, fugienda est turpitudo sermonis, sermo vanus vanæ conscientiae est index, mores hominis lingua pandit; et qualis sermo ostenditur, talis animus **509** comprobatur; ex abundantia enim cordis os loquitur (*Math. xii, 34*).

46. Ab otioso sermone compesce linguam, ab otioso verbo reprime linguam. Cave a fabulis ineptissimis, aniles fabulas non loquaris. Turpia et inania verba non garrias, retice verbum quod non ædiacat audientes, sermo otiosus non erit absque judicio. Unusquisque rationem redditurus est sermonum suorum (*Math. xii, 36*); ante uniuscujusque faciem sua verba stabunt. Qui otiosa verba non reprimit, ad noxiam cito transit; qui minima spernit, in maximis facile proruit; minor namque culpa inajorem generat; paulatim crescent vitia, et dum parva non vitatus, in magnis prolabimur; minima igitur vita, et ad majora non pervenies; parva sperne, et in deterruis non incidet.

47. Ea quæ loqueris gravitate atque doctrina digna existant; sit sermo tuus irreprehensibilis, sit exspectationi audientium utilis: stude dicere, non quod libet, sed quod oportet. Discerne quid loquaris, quid taceas, et in loquendo, et in tacendo peritus esto. Multum ante delibera, quid dicas, ne C revocare non possis. Fuge casus linguae, lingua tua non te perdat.

48. Tolle insidianti occasionem, non pateat iniurie jaculosis tuum, non loquaris quod excipiat adversarius. Amicum semper habeto silentium, pone custodiam ori tuo, labiis tuis signaculum præbe, oppone linguæ tuæ claustra silentii, circumclude linguam munitione custodiaz. Intende opportunitatem loquendi, tempus proferendi sermones inquire, scito quo tempore loquaris, considera quando dicas, tempore congruo loquere, tempore congruo lace.

49. Tace usquequo interrogaris; non loquaris, nisi interrogatus; non dicas, priusquam audias, interrogatio os tuum aperiat, sint verba tua pauca. Tolle verbositatem sermonis superflui, loquendi D modum non excedas, ne immoderatione linguae incurras periculum, multiloquia non effugient culpam, multiloquium non declinat peccatum, fluvius exundans cito colligit lutum, ultra modum flatus maris periculum parit, imbrrium nimietas periculum suscitat, linguosus homo imperitus est; sapiens paucis utitur verbis; brevem sermonem scientia facit; loqui multum stultitia est, vox enim insipientis in multiplicatione sermonis. Sit igitur in verbo men-

42. Forte circumflatus pro circumflatus. Al., ad rem, pro ad te. MAR.

Ibid. Multa hinc petita sunt ad libellum de norma vitæ Isidori nomine consarcinandum, qui cum hoc opere conferri potest. AREV.

43. Al., sperne ignotos, pro pelle ignavos. MAR.

45. Al., subripiat pro subrepit. MAR.

46. Al., increscunt, pro crescunt. Pro sperne, fortassis non sperne. MAR.

47. Al., non possis quod dici. Fuge. MAR.

sura, **510** sit in sermone statera, semper verba tua moderare, modum loquendi non transeas.

**50.** Abscide etiam a lingua vitium detrahendi. Alienam vitam non laceres, de malo alieno os tuum non coinquines. Non detrahas peccanti, sed condole; quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Detractio grave vitium est, detractio grave peccatum est, detractio grave crimen est, detractio gravis damnatio est. Hoc omnes reprehendunt, hoc omnes vituperant, hoc fœdus nihil est, hoc summæ turpitudinis est.

**51.** Canum mos est latrare, canum linguas exercere, canum dente pestifero mordere, soli canes obrectare neverunt; quando aliis detrahis, te discute; quando alium mordes, tua peccata redargue; si vis detrahere, ad tua te peccata retorque; non alterius delicta, sed propria cerne; vitia tua attende, non alterius. Nunquam detrahes, si te bene perspexeris; de tua igitur correctione esto sollicitus; de tua salute et emendatione esto attentus, detrahentes non audias. Susurrantibus auditum non præbeas.

**52.** Pari reatu detrahentes et audientes tenentur, utrisque simile discriminem impenditur. Qui detrahentem audit et is qui detrahit æqualiter judicantur; quod ad te non pertinet noli querere, quid inter se loquantur homines cognoscere nunquam desideres. Noli querere quid quisque dicat vel faciat; devita curiositatem, omite curas alienæ vita, omite curam quæ ad causam tuam non pertinet. Nulla curiositas animum tuum capiat, nulla te concupiscentia detestanda curiositatis subripiat, nec, oblitus tuorum inorum, alienos perquiras; tanta cura corrigere vitia tua, quanto studio perspicis aliena.

**53.** Omne quoque genus mendacii summopere fuge; nec casu, nec studio loquaris falsum; nec ut præstes mentiri studeas; nec qualibet fallacia vitam alicujus defendas. Cave mendacium in omnibus, mendacio enim fidem tollitur, error inducitur, veritas aboletur; **511** nullum justum mendacium, omne mendacium peccatum est. Omne quod a veritate discordat iniquitas est.

**54.** Leges sæculi falsarios damnant, mendaces puniunt, fallaces perimunt. Si mendacia apud homines

**50. Abscide.** Al., *abscide*. AREV.

**51. Al., lacerare, pro latrare.** Et *oblatrare* pro obrectare. MAR.

*Ibid.* Quando aliis. Ita reposui ex ms. Cod. Florent. in 8°. Grisius, quando alio; nonnulli MSS. quando alium; Bignæus, quando alii. AREV.

**53.** Omne quoque genus mendacii summopere fuge. Ex hoc loco Gratianus, 22, q. 2, desumpsit caput illud cui initium est *Omne genus mendacii*, unde totum locum castigavimus, nam Codices magnopere variabant: quidam, pro ut præstet, legebat non præstes, alias nec per te stes; et pro vitam alii vitam, vel vitium, quidam vitium tantum habebant. MAR.

*Ibid.* Codex Regiovat. 254: *Nec ut pro sis, mentiri studeas.* Sed præstes retinendum, quod idem est ac pro sis. AREV.

**54. Al., reges, pro leges.** Et *constringitur*, pro conscribitur. Et *operum post verborum*. Et reddet, pro præstabit. MAR.

**55. Al., a mendacio, pro mendacium..** MAR.

nes iuste damnantur, si fallacia humano iudicio placentur, si falsitas capitali poena conscribitur, quanto magis ante Deum testem verborum? ante quem et de otioso verbo rationem unusquisque prestabit, apto quem, et pro otioso sermone poenas quisque luet, os enim quod mentitur occidit animam; et: *Perdes eos qui loquuntur mendacium* (*Ps. v. 7*); et: *testis falsus non erit impunitus* (*Proverb. xix. 5, 9*).

**55.** Refuge ergo fallaciam, declina mendacium; cave falsum, pure loquere, nunquam mentiaris, esto verax, neminem mentiendo fallas, nominem mentiendo in errorem inducas, nullum circumscribas verbis, nullum fallendo decipias, nullum argumentis verborum mentiendo seducas. Non aliud diccas, et aliud facias; non aliud loquaris, et aliud in animo teneas; præbe affectum sine simulatione, sine fuso exhibe bonitatem.

**56.** Prohibe etiam tibi juramentum, tolle jurandi usum; jusjurandum interdic tibi; periculoso est enim jurare, assiduitas jurandi perjurii consuetudi neum facit. Jurandi usus ad perjurium ducit; sit in ore tuo, *est*; sit in ore tuo, *non est* (*Matt. v. 37*); veritas juramento non iudicet; fidelis sermo sacramenti retinet locum, firma etiam sit sacramenti tui fides.

**57.** Fac bonum quod spopondisti. Non sis in verbis facilis, et in opere difficilis. Coram Deo aliquid facile non promittas; sine consideratione virium nihil voveas; quod non potes facere, non pollicearis. Multum Deo reus eris, si non reddideris quod voveris; displicant Deo qui vota sua non expletent.

**58.** Inter infideles computantur, qui quod voverunt, non impleverunt; melius est enim non promittere quam fidem prouinssi **512** non exsolvere; melius est enim non vovere quam post votum promissa non reddere (*Eccl. v. 4*). In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum; quod incaute vovisti non facias, impia est promissio quæ scelere adimpletur.

**59.** Ante Deum nihil est occultum, verbum iniquum nec in corde tuo dicas: verbum malum neq silentio abscondi putes. Omne verbum absconditum non celabitur; panditur enim in manifesto, quod in

**56. Al., sit in ore tuo est, est, non, non.** MAR.

**57. Al., vero, pro virium.** MAR.

*Ibid.* Nihil voveas. Al., nihil præsumas. Al., nihil voveas, nihil præsumas. AREV.

**58.** In malis promissis rescinde fidem. Hunc locum eo modo quo nos correxiimus legunt Gratian., 22, q. 4, c. *In malis*, et Magister Sent., lib. iii, d. 39, c. 8, nisi quod pro non facias, ut habebant Codices omnes, ipsi legunt ne facias. Idem locus citatur ex hoc libro Synonymorum in concil. Tolet. viii, cap. 2, et quidem in Excusis totidem verbis quo nos possumus. In duabus Goth. quos ante dc annos descripsis esse constat, ubi nos legimus in turpi voto muta decretum, legitur in turpe rotum, quam lectionem Mejorada Codex, et Lanrent. alter sequebantur, et fortassis ea est germana Isidori lectio, tametsi inutile nos ausi non sumus. MAR.

**59. Al., absconsum, pro absconditum.** Et deprimitur, vel deprimitur pro deponitur. MAR.

**occulto deponitur; quod intus agis, vel dicens, palam A positionum puta.** Lapidem enim quibus conscientia loquimur non celabunt, et ipsi parietes quod audierint non tacebunt. Si homines tacent, jumenta loquentur. Ita ergo peccata declina, quasi celare non possis. Ibi pecca, ubi Deum esse nescis: nihil celatur ante Deum, videt oculata qui fecit abscondita.

60. Divinis enim judicis eris reus, quamvis sis oculis humanis absconditus. Deus ubique praesens est, spiritus ejus totum implet: majestas ejus omnia penetrat elementa, cuncta suæ potentiae attingit presentia, extra eum locus nullus est. Cognitioni ejus nihil occultum est, omnia secreta vis virtutis ejus irrumperit, nulla occulta sibi latere patitur, nullis obicibus, ut penetret impeditur. Ipse cogitationes novit, ipse cor inspicit; quod intus agitur aut latet ipse videt, quod intus disponitur ipse comprehendit, etiam quod homo in se ignorat ille novit.

61. Nemo potest etiam semetipsum effugere, et si te non damnat publica fama, condemnat propria conscientia: nulla poena gravior conscientia; vis autem nunquam esse tristis? bene vive: secura mens tristitia leviter sustinet, bona vita gaudium semper habet, 513 conscientia autem rei semper in poena est. Reus animus nunquam securus est, mens enim mala conscientiae propriis agitatur stimulis. Si enim in bono permaneris, tristitia elongabitur a te; si in justitia perseveraveris, tristitia non occurret tibi; nec elaga, nec mors te terrebit, si bene et pie vivebis.

62. Consilium autem et opus tuum semper ad Dominum converte. In omni opere tuo Dei auxilium posce. Omnia divinæ gratiae, divino dono ascribe; nihil meritis tuis attribuas, in virtute tua nihil presumas, in audacia nihil ponas; vis autem virtutes tuas augeri? prodere noli; occulta virtutes pro elatione, absconde bona facta pro arrogancia, fuge videri quod esse meruisti; quod manifestando potes amittere, tacendo custodi; vitia vero cordis tui revela; pravas cogitationes illico manifesta; peccatum enim proditum eito curatur, erimen autem lacendo ampliatur, silentio culpa crescit: si patet vitium, fit ex magno pusillum; si latet, fit ex minimo magnum; si tegitur, magis creditur esse malum; malum autem cavere potius quam emendare oportet; melius est ut vites vitium quam ut emendes, ne forte cum incurris, revocare non possis.

63. Usus enim difficile vincitur. Consuetudinis vincula vix solvuntur, inolita diu tardius corriguntur. Anticipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus praemeditare diu: matura consilium,

60. Al., divini enim judicii, pro divinis judiciis. MAR.

Ibid. Al., forte autem. Al., proponas. MAR.

Ibid. Thomas Catackerus, lib. 1 Advers. Misc., cap. 7, ex Isidori Soliloquias laudat hunc senarium: Vis letus esse jugiter? vivas bene. In indice citat etiam ex Soliloquias; Vis nunquam tristis esse? sicut, vivas bene. Vide pag. 86, et 212. AREV.

62. Revocare non possis. Al., revocari consuetudine

A ut perficere possis; quod vis agere diu exquirere, diu proba, et sic age: cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris; nihil ex precipiti magnum, consilii mora melior est. In rebus autem certis bene agendi tarditas removeatur a te, tolle moras, in crastinum nihil differas: in bonis dilatio nocet, in his quod expedit differre impedit; absit in bonis remissa segnities, absit negligientia torpeus. Inertis vitium pigritiae procul sit, vitia cito captant inertes. Per torporem enim vires et ingenium defluunt. Negligentia et torpor dissolvunt animum, desidia natura corrumpitur, desidia frigescit ingenium.

64. Torpor enim exsuperat sensum, bebetudo scientiae lumen extinguit; soletia autem secum meliorem reddit, pejorem facit 514 negligenter, sensum desidia obtundit, segnitiam industria acuit, excellentior sit natura doctrina, ardenter sit ingenium subjunctio studio. Tardiora enim ingenia studiis accountur, torporem naturae industria excitat. Sensus tarditatem assiduitas acuit. Exercitatione proficit sensus, experientia plus scitur. Sæpe natura moribus immutatur, sæpe natura consuetudine superatur, assiduitas enim mores facit. Jugis usus in naturam vertitur. Omnia usui cedunt, usui omnia parent, res ita se agit, ut uteris. Quod cum difficultate coepiris, per usum cum voluptate perficies.

65. Nihil sapientia melius, nihil prudentia dulcior, nihil scientia suauius, nihil stultitia pejus, nihil insipientia deterius, nihil ignorantia turpius; ignorantia mater errorum est, ignorantia vitiorum nutrix. Peccatum magis per ignorantiam prævalet; ignorantia enim quid sit dignum culpa non sentit, ignorantia nec quando delinquit agnoscit. Per imperitiam namque multi peccant, insipiens assidue peccat. Inductus enim facile decipitur. Stultus in vitia cito dilabitur. Prudens autem cito deprehendit insidias, prudens celerius errores agnoscit; noxia non vitamus, nisi per sapientiam.

66. Scientia enim à malis abstinet, sapiens omnia prudenter examinat. Inter bonum et malum sapiens intelligendo dijudicat. Summum bonum est scire quid caveas, summa miseria nescire quo tendas. Dilige ergo sapientiam, et manifestabitur tibi, accede ad illam, et appropinquabit ad te, assiduus esto filii, et instruet te.

67. Disce quod nescis ne doctor inutilis inveniaris; antea esto auditer, postea docter: per disciplinam nomine magistri accipe; bonum quod audieris dic, bonum quod didiceris doce; discendi et docendi non contemnas studium. Scientiam quam aure concipis

mala non possis. AREV.

Al. obsecratur, pro corruptitur. MAR.

64. Al., exasperat, pro exsuperat. Et suscitatur, pro scitur. Et res ipsa se agit, ut unus ea cras. Et voluntarie, pro voluptate. MAR.

65. Al., ignavia, pro ignorantia. MAR.

66. Al., quid tenebas, pro quo tendas. MAR.

Ibid. Nescire quo tendas. Al., nescire et penitus ignorare quid tenebas, vel quo tendas. AREV.

bre effunde. Sapientiam cum ceteris impetratis, tibi magis hanc auges; doctina quanto amplius data fuerit, tanto magis abundat. Sapientia dando largior est, retinendo minoratur; largiendo redundantior est scientia, et dum plus confertur, plus abundat.

68. Verbum tamen praecedant opera, que ore promis, opere **515** adimplis; quae verbis doces, exemplis ostende; esto non solum magister, sed et imitator virtutis. Si doces, et facis, tunc gloriosus haberis. Non enim satis est laudare quod dicens, nisi diebus facta conjuxeris. In doctrina ipsa ab humana laude te tempera. Sic instrue alios, ut te custodias. Sic doces, ut humilitatis gratiam non amittas. Cave ne, dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitu alieneraris. Cum autem doces, noli verborum obsecritate uti, ita dic, ut intelligaris, nec simplicibus loquendo displices, nec prudentes offendas.

69. Juxta sensum audientis erit sermo doctoris, secundum mores est impertienda doctrina. Juxta vulnera adhibenda remedia; variae voluntates variam disciplinam desiderant, unusquisque secundum professionem suam docendus est. Inspicienda est varietas personarum; unumquemque quomodo erudias tracta; communia omnibus, secreta perfectioribus loquere; aperta cunctis, operata paucis denuntia; quædatu enim plurimis, quædam paucis sunt disserenda.

70. In omni tempore paratus esto ad instructionem; nullum tempus sit vacuum, quo non ædilexes, nulla hora prætereat, qua doctrinæ studium non conferas, verba bona aperie et constanter prædicta, nec erubescas loqui quod nosti defendere; quod deesse tibi scientia sentis, quære ab aliis; collatione enim obiecta clarescunt, conferendo difficultia aperiuntur.

71. Nulla autem sit tibi curiositas sciendi latentia. Cave indagare quæ sunt a sensibus humanis remota. Prætermitte, quasi secretum, quod Scripturæ auctoritate non didicisti. Nihil ultra quam scriptum est quæras, nihil amplius perquiras quam divinæ litteræ prædicant. Scire non cupias quod scire non licet: curiositas periculosa præsumptio est, curiositas dannosa peritura est; in haeresim provocat, in fabulas sacrilegas inuentem præcipitat, in causis obscuris reddit audaces, in rebus ignarisi facit præcipitem.

**516** 72. In dispositione aulem tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defensionem, cede cito veritati, non contradicas justitiae, non contendas evadere quod rectum est. Jure, non fraude, contendere, non te périliorem aliis judices, nec te ad disputa-

68. Al., verba tua, pro verbum tuum. Et promittis, pro promissis. Et nec simplices loquendo despicias. MAR.

Ibid. Laudare quod dicens. Malum laudari quod dicens. In MSS. e, et i passim confunduntur. Postea quidam MSS. Cum autem doces cum studieris, cum instruis, cum admones, noli verborum, etc. AREV.

71. In rebus ignarisi facit præcipitem. Ignarum dicit pro ignoto, qua forma loquendi non parum sæpe Isidorus uti solet. Quo circa hanc lectionem, quæ plurius Codicum erat, Navarrici lectioni præfulimus legentis: In rebus inanibus facit præcipitem. Tacitus sæpe ignoramus et ignoramus pro nolo et ignoto ponit. MAR.

A tiones contrarias præparas, nec et vincas contra veritatem coseris. In omni disputatione tene rationem, disputatione stude, non superare; plus diligere audire quam dicere, plus auscultare quam loqui.

73. In principio audi; nōquere novissimus; finis plus habet honoris; in omni re finis intenditur, extrema queruntur. Melior est finis quam principium, melior novissimus serme quam primus: venerare otium scientia meliores ac vita, venerare unumquemque pro suo merito sanctitatis. Potiori gradu competenter reverentiam tribue. Juxta dignitatem reddere unicuique honorem.

74. Superiori sequalem te non exhibeas. Senioribus præsta obedientiam, famulare imperiis eorum, eorum auctoritatē cede, obsequere voluntati. Defer obsequia justa majoribus, obedi cunctis in bonis preceptis. Ita autem obtempera homini, ut voluntatem Dei non offendas.

75. Malum facere iussus, non acquiesces; malum facere jussus, non consentias. Noli in malum potestati euidam consentire, etiam si pena compellat, si supplicia imminent, si tormenta occurrant; melius est mortem pati quam perniciosa iussa complere, melius est ab homine jugulari quam damnari aeterno iudicio; nou solum factores, sed etiam concii peccati tenentur obnoxii, nec enim est inhumanis a sociere, qui ut fieret obedivit. Similis est qui obtemperat in male ei qui agit malum, facienteum et obsequentes par pena costringit.

76. A subditis venerari magis quam timari stude, subjecti plus te revereantur quam metuant, plus tibi officio dilectionis quam conditionis necessitate adhaerent; talem te reddre subditis, ut magis ameris quam timearis. Ex reverentia enim amor procedit, **517** eidem timor affert; fidem metus tollit, affectus restituit; timor non servat diuturnam fidem. Ubi timor est, audacia sequitur; ubi metus est, desperatio occurrat.

77. Quapropter tempera dominii austoritatem, summa bonitate subditos rege, non sis terribilis in subjectis. Sic eis dominare, ut tibi delectentur servire; et in disciplina, et in modestia modum serva; nec nimium nec parvum indulges, nec modicum nec satis ignoscas. Tene modum in omni opere, in omni re tene temperamentum, nihil intemperantiis agas, nec minus nec nimium aliquid, nec ultra quam oportet, nec infra; etiam in bonis immoderatum esse non debet.

75. Sed etiam concii peccati tenentur obnoxii. Hanc lectionem ex Septuaginta tantum desumpsimus, nam in aliis legebatur. Sed etiam concios peccati teneri vel tenere obnoxios, quomodo si legas, oratio deficitus redditur, et supplenda vox puta, aut quid simile. MAR.

Ibid. Par pena, etc. Vide Dracontium, lib. i, vers. 541: Sed par sententia damnat, Quos par culpa tenet, cum nota. AREV.

76. De prælatis haec fere eadē existant lib. iii, Sentent., cap. 48 et seqq. AREV.

77. Al., in omni opere tuo, in. MAR.

78. *Omnia mediocria utilia, omnia in suo modo perfecta; quæ cum temperantia fiunt, salubria sunt.* Bona autem immoderato usu noxia efficiuntur. Ni-metas enim omnis in vitio deputatur; omne autem quod cum moderatione sit salubriter sit, quæ cum temperantia fiunt salubria sunt. Tempera cuncta prudenter, ne de bono fiat malum, perspicere quoque quid cui aptum sit tempori, quid ubi, quando, qualiter, quandiu facere debeas.

79. *Causas rerum et temporum regulas inspice, singulorum operum discretionem agnosce; diligenter distingue omnia quæ agis; qualiter bonum incipias, qualiter peragas, scito.* In omni actione tene discretionem, in nulla re indiscretus appareas. Servi unicuique virtuti > congrue, in tempore sua; cum bene distinxeris opus tuum, > optime & justus eris. Quidquid boni cum discretione feceris, virtus est; quidquid sine discretione gesseris, vitium est.

80. *Virtus enim indiscreta pro vitio deputatur, virtus sine discretione vitii obtinet locum; multa sunt consuetudine vitiata, multa pravo usu presumpta, multa contra pudicos mores illicite usurpata; adime consuetudinem, serva legem; usus auctoritati cedat, pravum usum lex et ratio vincat.*

**518** 81. Quod tibi fieri vis, fac alteri; quod vis ut faciat alius tibi, hoc et tu facio illi: talis esto alius quales esse optas circa te alios. Testimonio tuo nulli noceas, ad nullius periculum vocem testificationis adhibeas. Sermo tuus nec animæ cujusquam, nec rebus noceat. Quod non vis pati, non facias; quod non vis fieri tibi, alteri nunquam facias; non inferas alii mala, ne patiaris similia. In te serva modestiam, in aliis serva justitiam, tene juris æquitatem, sequere veritatem judiciorum.

82. Nullum contra veritatem defendas; dum judicas, nullius personæ affectu deflectaris a vero. Pauper an dives sit, causam perspicere, non personam. In omnibus veritatem custodi, nulla ambitione vel pretio movearis. Sperne etiam munus, ne per id justitia corrumpatur; munera semper veritatem prævaricant. Cito enim violatur auro justitia, cito corruptitur munere; de justo judicio temporalia lucra non appetas, pro justitia nullum sæculi præmium queras. Justitiam pro sola æterna remuneratione distribue.

83. Qui enim præsentia dona affectat, futuram gloriæ non sperat; qui bona hic recipit, ulterius quod exspectet præmium non habet. Dum enim ju-

78. Al., respice; al., prospice, pro perspicere. MAR;

80. Usus auctoritati cedat. Gratianus, dist. 41, cap. 4, hunc locum in suum decretum transtulit, atque, ejus auctoritate permoti, alteram lectionem rejecimus, quæ plurimum Codicum erat, in quibus pro illis verbis, usus auctoritati cedat, legebatur cedat consuetudo auctoritati. Tametsi suspicabamur utrumque legendum esse hoc ordine, cedat consuetudo auctoritati, usus auctoritati cedat; cum hæc sit vis Synonymorum, ut eadem sententia pluribus verbis repetatur. Quod vero statim ubi legitur, Ratio vincat, Hispalensis, meditatio vincat, Guadalupeus, et Laurentianus alter moderatio vincat ponunt, tanquam vitiosas lectiones

A dicas, pro futura mercede judica; ne queras respondi tibi quod tibi in futuro debetur. Excute manus tuas ab omni munere, si in excelsis vis habilitare. In judicio autem sine misericordia nunguana sedeas. Custodi discretionem justitiae; noli esse justus plusquam justum est (Eccl. vii, 17). Omne enim quod nimium est, vitium est. Impia justitia est humanae fragilitati non ignoscere. Non igitur ames damnare, sed emendare potius, et corrigere.

84. Tene ergo rigorem in discussione justitiae, in definitione sententiae misericordiam; judicij examen sequatur pietas, distinctionis censuram temperet indulgentia. Ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis, nec quemquam districtius quam te judices; nec aliter te, aliter alios penses. Sic alios judica, ut ipse judicari cupis. Dum eniū indulges alieno peccato, tibi misereris. Quo **519** jure in alium statueris, eo jure teneberis. Qua lege et poena conditione quempiam judicaveris, eadem et ipse judicandus eris. Lex tua te constringit.

85. Judicium quod aliis imponis, ipse portabis; in quo enim judicas, ipse damnandus es, et qua mensura mensus fueris, remetietur tibi (Math. vii, 2). Omnia autem primum inquire, et cum justitia definities. Nullum condennes ante judicium, nullum judices suspicionis arbitrio, ante proba, et sic judica; non enim qui accusatur, sed qui convincitur, reus est. Periculosum est de suspicione quempiam judicare.

86. In ambiguis Dei judicio serva sententiam, quod nosti tuo, quod nescis divino committe judicio; non potest condemnari humano examine quem Deus suo judicio reservavit. Incerta non judicemus, quo usque veniat Dominus, qui latentia producit in lucem, qui illuminabit abscondita tenebrarum, qui manifestabit consilia cordium (1 Cor. iv, 2): quamvis vera sint, credenda non sunt, nisi quæ certis indicis comprobantur, nisi quæ manifesto examine convincuntur, nisi quæ ordine judicatio publicantur.

87. Homo, in summo honore summa sit tibi humilitas, quamvis sis in summo honore, humilitatem tene >. Si humilitatem tenueris, babebis gloriam; quanto enim humilior fueris, tanto te sequetur altitudo gloriae. Quamvis sublimis potestatis in te celsitudo sit, humilitate eam reprime, non te extollat honor, preme humilitate culmen sublimitatis;

repudiavimus. MAR.

82. Al., dum judicas, cave ne personæ affectu. Et veritatem judiciorum prævaricant. MAR.

Ibid. In Editione Grialii minus bene sic distinguebatur: Cito enim violatur auro, justitia cito corrumpitur. AREV.

84. Al., pœna pro pœnæ. MAR.

86. Producit. Melius, producit, ut illuminabit, manifestabit. Bignus, producit, illuminat, manifestat. AREV.

87. Al., quamvis sublimis potestate sis, in te celsitudinem reprime. Et majore, pro magna. MAR.

Ibid. Homo. Al. omittunt hanc vocem. AREV.

tanto sis majori humilitate conspicuus, quanto magna es dignitate prælatus.

88. Inpositas tibi quoque curas humiliter suscipe. Traditum ministerium mente subdita exple, esto obediens divinæ dispensationi, voluntati ejus contraire non audeas. Jura potestatis adeptæ moderanter exerce. Potestatis jura accepta ordinato animo administra. Omnia non turbulent, sed tranquillo corde dispone. Cave honores quos tenere sine culpa non potes. Sublimitas honorum magnitudo scelerum est, in majori gradu major sine dubio est pena.

89. Qui minor est, venia proximus est. Potentes autem potenter **520** tormenta patientur (*Sap. vi, 7*). Judicium enim durissimum in iis qui præsent fiet (*Luc. xii, 48*). Cui multum datur, multum ab eo queritur; cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Honores secum pericula gerunt, cito periclitatur potestas, cito ruinam patitur. Quanto major honor, tanto majora pericula. Alta arbor a ventis fortius agitatur, et rami ejus citius in ruina confrioguntur; et excelsæ tresses graviori casu procumbunt. Altissimi montes crebris fulminibus feriuntur.

90. In potentem cito cadit invidia, cito patet insidiis gloriosus. Gloria enim invidiam parit, invidia vero pericula. Quamvis quis in sæculi gloria fulgeat, quamvis purpura auroque resplendeat, quamvis cultu pretioso redimitus emineat, quamvis sit multitudine præmunitus, quamvis excubantium armis protectus, quamvis innumeris obsequentium cuneis constipatus, quamvis agminibus latus, semper tamen in pena est, semper in angustia, semper in moerore, semper in discrimine; in sericis stratis cubat, sed turbidus; in pluma jacet, sed pallidus; in lectis aureis, sed turbatus.

91. Brevis est hujus mundi felicitas, modica est hujus sæculi gloria, caduca est et fragilis temporalis potentia. Dic ubi sunt reges? ubi principes? ubi imperatores? ubi locupletes rerum? ubi potentes sæculi? ubi divites mundi? quasi umbra transierunt, velut somnium evanuerunt. Quæruntur, et non sunt; divitiae usque ad periculum ducunt, divitiae usque ad exitium pertrahunt, multi propter opes periclitaverunt. Multi propter divitias in discrimen venerunt; multis exitiabilis fuerunt divitiae, multis mortem generaverunt opes.

92. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se subdit; sollicitudines enim rerum mentem conturbant, curæ rerum mentem exigitant. Potentia enim sollicitudinis nunquam caret angustiis. Si ergo vis esse quietus, nihil sæculi appetas: semper mentis requiem habebis, si a te mundi curas

89. Confer. lib. iii Sententiar., cap. 50. AREV.

90. Al., cedit in insidiis, pro patet insidiis. MAR.

92. Al., curæ sæculares; al., curæ rerum sæcularium, pro curæ rerum. MAR.

*Ibid.* Mentem exigitant. Alii addunt, mentem exagitant, mentem implicant, et involvunt, mentem affligunt, et confundunt, et usque ad ima mentem suffocant omnino derengunt. Potentia, etc. AREV.

A abjeceris; semper interna quiete frueris, si te a strepitu terrenarum actionum substraxeris.

**521** 93. Si præsentia despixeris, sine dubio æterna invenies; si sæculares res et humanas calaveris, facile et leviter cœlestem gratiam accipies, et cum eo regnabis qui vivis et mortuis dominatur. Divitiae nunquam sine peccato acquiruntur, divitiae nunquam sine peccato administrantur. Nullus res terrenas sine peccato administrat. Valde rarum est ut qui divitias possident ad requiem tendant; qui curis terrenis se implicant, a Dei timore se separant. Qui in rerum amore desfigur, in Deo nullatenus delectatur.

94. Curæ enim rerum ab intentione Dei avertunt. Nemo potest amplecti Dei gloriam simul, et sæculi; nemo potest amplecti Christum simul, et sæculum.

**B** Difficile est cœlestibus et terrenis curis pariter inserire, difficile est Deum simul et mundum diligere. Utraque simul æqualiter amari non possunt. Difficile, inro impossibile est, ut præsentibus et futuris quis fruatur bonis, ut et hic ventrem, et illic mentem impletat, ut de deliciis ad delicias transeat, ut in utroque sæculo sit primus, ut in terra, et in cœlo apparet gloriosus. Propter Deum ergo renuntia omnibus, a sæculi curis te propter Deum suspende, sine impedimento sæculi Deo servire stude.

95. Nullus te amor mundi a Dei amore separat, nulla cura a Dei amore te subtrahat, nulla te sollicitudo rerum ab intentione Dei suspendat. Abjice a te quidquid impedire bonum propositum potest. Toto animo et odi, et damna, quod diligit mundus; esto mortuus mundo, et mundus tibi; mundi gloriam tanquam mortuus non aspicias, tanquam mortuus ab affectu vitæ istius te separa. Sicut sepultus, non habebas curam de sæculo. Tanquam defunctus, ab omni terreno te priva negotio. Contemne vivens quæ post mortem habere non potes.

**C** 96. Quod habes, habeto ad misericordiam; suffragetur virtus tua egeni inopie. Si quem positum in necessitate cognoveris, si quem ad inopiam redactum, si quem direptione alicujus exinanitum, si quem oppressum, si quem humiliatum, nullum contemnas, nullum speras, **522** nullum despicias, vacuum nullum dimittas, nullus a te tristis abscedat, nemo a te confusus abeat. Omnibus communica, omnibus tribue, omnibus præbe; non eligas cui miserearis, ne forte D prætercas eum qui meretur accipere. Incertus es pro quo magis places Deo, nescis pro quo tibi major fructus justitiae præparetur.

97. Quidquid tribuis, cum affectu distribue; quidquid largiris, cum hilaritate largire. Præbe misericordiam sine murmuratione; præbe eleemosynam sine tædio. Major sit benevolentia quam quod datur, ma-

93. Al., amore, pro timore. Et rerum terrenarum amore. MAR.

96. Indicatur in Editione Grialii nota aliqua ad verba egeni inopie, sed prætermissa fuit. Alii habent egeni inopiam, quod, ut opinor. Mariana annuotare voluit. AREV.

97. Al., tribue, pro distribue. MAR.

ior gratia quam quod impenditur. Tale erit opus tuum qualis fuerit intentio tua; quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus; qui autem cum tædio dat, mercedem perdit; qui cum tristitia manum porrigit, fructum remunerationis amittit; qui cum tristitia largitur, retributionis non percipit fructum. Non est enim misericordia, ubi non est benevolentia.

98. De tuis justis laboribus ministra pauperibus; non auferas alteri unde. alteri tribuas, nec te misericordem ostendas de alieno spolio. Nihil prodest, si alterum iudee reficias unde alium inanem facias. Condemnat misericordia ista, non propitiat. Talis misericordia peccata non purgat, sed amplificat. Bonum quod facis in misericordiae causa, non jactantiae, facito; nihil studias propter laudem, nihil propter temporalem opinionem, nihil propter famam, sed propter vitam æternam; quidquid agis, pro futura age mercede; æternæ remunerationis expectatio te tenet amplius. Nec quod ad hujus, sed quod ad vitæ æternæ gloriam prospicit quæras.

99. Si enim hic laus quæritur, illic remuneratione amittitur. Justi enim mercedem, non hic, sed in futuro recipient. Futura merces, non præsens promittitur justis. In cœlo, non in terra, merces promittitur sanctis; non est hic exspectandum quod alibi debetur.

100. Ecce accepisti monita, data est tibi vivendi norma, nulla te jam ignorantia a peccato excusat, non es jam vitæ nescius, nones imprudens, aut ignorans; legem quam debitas sequi exposui, quali de eas esse descripsi, cognitionem mandatorum habes. **523** Jam scis quid sit recte vivere; vide ne ultra offendas,

**98:** Al., uni, ut alteri, pro alteri, unde alteri. MAR.  
*Ibid.* Sed quod ad vitæ æternæ gloriam prosit quæras. T vox quæras in nullo Codicem erat. Nos ex sententia adjecimus, deesse aliquid certi, cum obelos tamen, ut suspectæ lectiones esse lector animadverteret. MAR.

**100.** Al., præceptione. MAR.

A vide ne deinceps bonum quod nosti despicias, vide ne quod legendi respicias vivendo contemnas. Bonum scientiae acceptum retine, imple opere quod didicisti prædicatione.

101. Gratiæ ago, gratias refero, gratiarum actiones rependo, actiones gratiarum persoivo. Ago atque habeo uberem tibi gratiam; quantas valeo, gratias celebro, quantas pro viribus possum gratias ago. Multa sunt a te mihi concessa, multa collata, multa speciali miseratione largita. Omnia mihi placent, omnia grata sunt, omnia insederunt animo, omnia blandinuntur mihi, omnia me oblectant. Quam igitur satisfactionem persolvam? quam remunerationem repandam? quid compensare possum donis tuis, nisi ut tuis præceptis utar, tibi semper obtemperem, tibi paream, tibi jubenti obediam?

102. Tu enim es dux vitæ, tu magistra virtutis. Tu me, tanquam regula, in directum ducis. Tu es quæ a recto nunquam discedis. Tu es quæ a veritate nunquam averteris. Tu inventrix bonorum, tu magistra morum, indagatrix virtutum, sine qua nihil vita hominis esse potest. Per te cunctis vivendi regula datur. Per te de vitæ pravitate ad meliorem vitam homines adducuntur.

103. Præceptis tuis formantur animi. Si quid distortum est, tu corrigis; si quid corrigendum est, ta emendas. Nihil mibi te charius, nihil mihi te dulcior. Nihil mibi te suavius, nihil mihi te jucundius, nihil mihi te blandius, nihil mihi te levius, nihil mihi te sanctius, tu mihi supra vitam meam places.

**102.** Al., magistra morum, aliquæ virtutis. Et nos, vel scire, pro esse. MAR.

103. Ut in hoc loco a multis MSS. omissuntur verba: *Nihil mibi te suavius... nihil mihi te sanctius,* ut Mariana indicat, ita passim satis in locis plora alia prætereuntur, quod facile fuit in tanta sententiâ verborumque similitudine copia. AREV.

## SANCTI ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI REGULA MONACHORUM.

### 524 PRÆFATIO.

1. Plura sunt præcepta, vel instituta majorum, quæ a sanctis Patribus sparsim prolata reperiuntur, quæque etiam nonnulli latius, vel obscurius posteritatē

PRÆP. N. 1. Caput 71 in Isidorianis hoc titulo inscriptum fuit: *Regula monachorum. Expenduntur argumenta virti clarissimi Petri Emmanuelis Hernandez, qui eam Isidoro abjudicandam censem. Commentarii sunt commentarii in regulam sancti Benedicti, quos Isidoro Constantinus Cajetanus affingit. Isidoriana regula canonicorum. Editio res regulae monachorum. Caput ultimum regule devolarum ex Martenio quidnam sit?* Inde peti possunt quæ moniti loco hic essent

D composita tradiderunt, ad quorum exemplum nos hac pauca vobis eligere ausi sumus, usi sermone plebeio, vel rustico, ut quam facilime intelligatis quo ordine professionis vestre volum retineatis

apponenda. In Editione Holstenui inscriptio est: *Sancitis fratribus in monasterio Honorianensi constitutis Isidorus.* De quo fuisus cit. cap. 71, n. 45 et seqq. Apud Mabillonum tom. I Annal. Benedict., pag. 363, vocatur monasterium Honorianense, et ex Codice vetustissimo Lirinensi describitur paetum quod illius monasterii monachi faciebant, quod in codem Codice præmittitur regula Isidori in hisc verba: *Hoc est paetum quod facimus nos, quorum*

**525** 2. *Præterea quisquis vestrum illam universam A veterum disciplinam contendit appetere, pergit, in quantum placet, et arduum illum limitem atque angustum levigato cursu incedat. Qui vero tanta jussa priorum explore nequirit, in hujus limite disciplinæ gressus constitutus, nec ultra declinandum disponat, ne, dum declinatus appetit inferiora, tam vitam quam nonen monachi perdat. Quapropter sicut illa præcepta pricrum perfectum monachum reddunt ac summum, ita faciunt ista vel ultimum. Illa custodiunt veriecti, ista sequantur post peccatum conversi.*

#### CAPUT PRIMUM.

*De monasterio.*

1. Imprimis, fratres charissimi, monasterium vestrum miram conclavis diligentiam habeat, ut firmatatem custodiae munimenta claustrorum exhibeant; inimicus enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circuit ore patenti, quarens unumquemque nostrum, quem devoret (*I Petri viii.*).

2. Monasterii autem munitio tantum januam extrinsecus habeat, unumque posticum, per quem eatur ad hortum. Villa sane longe remota debet esse a monasterio, ne vicinius posita aut labis inferat periculum, aut famam inficiat dignitatis. Cellulae fratribus juxta ecclesiam constituantur, ut possint propraeare quantocius ad officium.

3. Locus autem ægrotantium remotus erit a basilica, vel cellulis fratrum, **526** ut nulla inquietudine vel clamoribus impediantur. Cellarium monachorum iuxta cœnaculum esse oportet, ut secus positum sine mora mensis ministerium præbeat. Hortulus sane intra monasterium sit inclusus, quatenus, dum intus monachi operantur, nulla occasione exterius evagentur.

subter annotata sunt nomina, tibi Patri ill. abbatii. Cum nos regularis antiquitas doceat monasticam non sine abbatte ducere vitam, nec proficuum esse alicui monachorum iuxta suum præjudicium secum *[forte, solum]* agere *[forte, eligimus]* te in primis loco abbatis, cui contradicimus animas nostras simulque et corpora, ut juxta spiritualem censuram nobis ea quæ sunt Dei imperes; animas nostras imbutas castificatasque Deo offeras. Nostrum ergo erit ab hodierno die et tempore tuis monitis obedire, præcepta servare, actus et conscientias tuas revereri; tuum vero id omne quod a majoribus legendio vel audiendo didicisti nobis sine cunctatione imperare. Si quis sane hoc pactum, nostrum videlicet, quorum subter affixa sunt nomina, violare tentaverit, quia hoc non sine iniurie suasione acturus est, sit tandi reus et a cœtu fratrum anathema percussus, quandiu, penitentiam ducens, omnibus satisfaciat fratribus. Simile pactum legitur in fine regulæ communis sancti Fructuosi. In Editione Grialii paucæ sunt note, quas Grialii nomine exponam, quanvis in collatione hujus operis partem etiam nonnullam Petrus Chacon habuerit. Annotationes Menardi in Concordiam regularum in compendium redigam, et lectionis discrepantium, quam ipse indicat, ubi opus fuerit, exprimam. Ita etiam ex Petro Casinensi, et notis Constantini Cajetani, de quibus in Isidorianis, cap. 71, n. 22 et seq., dixi, ea seligam quæ ad rem esse videbuntur; nam omnia describere minus est necessarium. In præstatione num. 1, pro votum Menardus, p. 33, morem. AREV.

2. Notat Menardus, ex Plauto, limitem esse viam,

#### CAPUT II.

*De eligendo abbatie.*

1. Abbas interea eligendus est in institutione sanctæ vitæ duratus, atque inspectus patientiæ et humilitatis experimentis, qui etiam per exercitium vitam laboriosam tolerans, ac transcendens ætatem adolescentiæ, juventute sua senectutem tetigerit; cui etiam majores non dedigentur parere, obedientes citati pro ætate quam etiam pro morum probitate.

2. Iste enim se imitandum in cunctis operum exemplis exhibebit; neque enim aliquid imperasse cuique licebit quod ipse non fecerit. Singulos autem hortamenti mutuis excitabit, alloquens cunctos, exhortans, vel ædificans in eis, si quid eorum vita pro uniuscujusque gradu prodesse perspexerit.

**B** 3. Circa omnes quoque servans justitiam, contra nullum livore odii inardescens, omne ex corde amplectens, nullum conversum despiciens, paratus etiam quorundam infirmitati compati misericordia, Apostolum sequens, qui dicit: *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat pullos suos* (*I Thess. ii.*).

#### 527 CAPUT III.

*De monachis.*

1. Monachis autem summopere studendum est ut apostolicam vitam tenentes, sicut in unum constituti esse noscuntur, ita cor habeant unum, nihil sibi proprium vindicantes, nec quantulumcunque amorem rei privatæ habentes, sed, juxta exemplum apostolicum, omnia communia habentes (*Act. iv.*), in præceptis Christi fideliter permanendo proficiant.

2. Patri honorem debitum referentes, erga seniles obedienciam, erga æquales incitamenta virtutum, erga minores boni exempli magisterium conserva-

cullem. *Levigatum exponit facilem, planum, non scabrosum. Idem legit, in hujus limitis disciplinam gressum ponat; et delicatus, pro declinatus, sed legendum monet declinatus. Post sequantur post peccatum conversi addit: Ηνε ἵγιτο, οἱ υἱοὶ θεοῦ, εἰς τὸν κόσμον, ὃντας μηδέπι μέρος ἀλλαχθεῖ πλάνην διὰ τῶν πυλάδων ἐγενήσανται.* GRIAL.

Cap. 1. N. 2. Justinian., constit., novell. 135, cap. 1, in fine: *Ἐτούτῳ δὲ ἀκριβεῖ θρυγκῷ περιπεφραγμένῳ τὸ παναστήριον, ὃστε μηδέπι μέρος ἀλλαχθεῖ πλάνην διὰ τῶν πυλάδων ἐγενήσανται.* GRIAL.

3. Breulius advertit *cœnaculum* hic esse refectorium. Pro præbeat, Holstenius præbeat. AREV.

Cap. II. N. 1. Hoc caput penultimum est in Codice Gothicò Ovetensi. GRIAL.

*Ibid.* Menardus, pag. 150, retinendam ait scripturam Concordiæ regularum, transcendens ætatem adolescentiæ, juventutem seu senectutem tetigerit, cum juvenitus, juxta ipsum Isidorum, ab anno 28 incipiat, iuxta alios ab anno 38. Ita etiam legit Holstenius. Ego mallem, transcendens ætatem adolescentiæ, seu juventutis, senectutem tetigerit. Confer regulam sancti Fructuosi, cap. 3, et Codicis leg. 46, de epis. et cleric. AREV.

3. Menardus legi posse putat compati, misericordiam Apostoli sequens. AREV.

Cap. III. N. 2. Menardus, pag. 215: *Patri honorem debitum reverentes: ex quo colligit: Patrem honore debito reverentes,* AREV.

bunt. Nemo cæteris se judicans meliorem, sed inferiorem se omnibus deputans, tanto humilitate clarescat, quanto plus cæteris culmine virtutum coruscat. Abstineat se etiam a furore, et a detractione parcat monachus linguam.

3. Indecenter quoque vel notabiliter non incedat, philargyriæ contagium, ut lethiferam pestem, abhorreat; a turpibus verbis vel otiosis linguam avertat, atque indesinenter cor mundum labiaque exhibeat. Affectus quoque animi turpes ab intentione cogitationis abstergat, per compunctionem cordis in stadio se sanctæ meditationis exerceat.

4. Torporem somni atque pigritiam fugiat, vigiliisque et orationibus sine intermissione intendat, gulæ concupiscentiam deprimat, atque abstinentiæ virtutibus semetipsum per studium domandarum libidinum affligat, domans jejunii carnem, quantum valetudo corporis sinat, livore quoque invidiat de fraternis profectibus 528 nequaquam tabescat, sed quietus atque pacificus per amorem fraternalę dilectionis de cunctorum gaudie meritis, iracundiae perturbationem rejiciens, et patienter omnia sustinuens; nulla tristitia, nullo temporali mœrore afficiatur, sed contra omnia aduersa interiori gaudio fretus, ipsam postremo vanæ gloriae laudem procul a se abjiciat, et Deo tantum interius humili corde placere studeat, ut dum his virtutibus radiat, merito nomen suæ professionis retineat.

#### CAPUT IV.

##### *De conversis.*

1. Qui renuntians sæculo, ad monasterium venit, non statim in cœtum diligendus est monachorum. Vitam enim unicuique in hospitalitatis servitium tribus mensibus considerare oportet, quibus poractis ad cœtum sanctæ congregationis accedet; neque enim intus suscipi quemquam convenit, nisi, prius foris positus, ejus humilitas sive patientia comprobetur. Qui relicto sæculo ad militiam Christi pia et salubri humilitate convertuntur, omnia sua primum aut indigentibus dividant, aut monasterio conferant. Tunc enim servi Christi liberum animum divinæ militiæ offerunt, quando a se spei sæcularis vincula cuncta præcidunt.

2. Qui non rigida intentione convertuntur, cito aut superbiae morbo, aut vitio luxuriæ subduntur. Nequaquam ergo debent a tempore inchoare, qui

3. Indecenter quoque, etc. Consonant haec regulæ sancti Fructuosi Bracarensis, c. 8. Notabiliter exponitur pro superbe et fastuose a Menardo: sed potius indicat insolitum. Philatgyria est avaritia, argenti cupido. AREV.

4. Ex his aliisque Isidori præceptis natum, opinor, est quoddam opusculum quod in nonnullis MSS. Isidori nomine existat, de quo sermonem habui in Isidorianis, cap. 85, n. 9. Titulus est: *Tractatus quidam sancti Isidori, in quo in brevi comprehenditur quidquid pertinet ad statum perfectionis cuiusdam fidei personæ.* Sed cum nihil peculiare addat, et corruptissime descriptus sit hujusmodi tractatus, sine ullo damno prætermitti potest. AREV.

CAP. IV. N. 1. Holstenius, *antiscopusque in hospitalis servitio... considerari oportet.* AREV.

A mundo renuntiant, ne per ipsum tempore rursus in amorem sæculi cadant. Omnis conversus non est recipiendus in monasterio, nisi prius ipse scripto se spoponderit permansurum. Sicut enim il qui ad sæcularem promoventur militiam in legionem non transiunt nisi ante in tabulis conferantur, ita et ii qui in spiritualibus castris cœlesti militiae sunt signandi, nisi prius professione verbi aut scripti teneantur, in numerum 529 societatemque servorum Christi transire non possunt.

3. Qui in monasterio prior ingreditur, primus erit in cunctis gradu, vel ordine; nec querendum est si dives aut pauper, servus an liber, juvenis an senex, rusticus an eruditus; in monachis enim nec ætas, nec conditio queritur, quia inter servi et liberi animam nulla est apud Deum differentia. Qui tamen jugo alienæ servitutis astrictus est, nisi Dominus vincula ejus dissolverit, nequaquam recipiendus est; scriptum est enim: *Quis dimisit onagrum liberum? et vincula ejus quis solvit?* (Job. xxxix). Onager enim liber dimissus monachus est sine dominatu et impedimento sæculi deserviens, et a turbis remotus. Tunc enim libera servitute Deo quisque famulatur, quando nullius carnalis conditionis pondere premitur. Ubi enim jam suave jugum et leve onus Christi est, durum et grave est portare servitium sæculi.

4. Qui aliquid habentes in sæculo, convertuntur, non exiliantur, si de suis facultatibus quodcumque monasterio contulerunt; sed potius timeant, ne hic per superbiam eleventur et pereant. Quibus melius esset, si divitias suas cum humilitate in seculo fruerentur, quam ut jam pauperes effecti de earum distributione elatione superbiae extollantur. Hi qui de paupertate in monasterio convertuntur non sunt despiciendi ab eis qui sæculi divitias reliquerunt, quia apud Deum unius ordinis habentur omnes qui convertuntur ad Christum; neque enim differt utrum ex inopi vel servili conditione ad servitium Dei quisque venerit, an ex generosa et locuplete vita; multi enim ex plebeio censu documentis virtutum eximiis ementes, prælatiores nobilibus facti sunt, eosque virtutum excellentia prævencunt, et qui erant conditione infimi, virtutis merito effecti sunt primi sapientes.

5. Nam propterea *infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortis.* et ignobilia mundi, et ea auctæ non

2. Nisi prius ipse scripto, etc. Al., nisi se prius ibi scriptis suæ professionis spoponderit permansurum. De tironibus, qui ad sæcularem promoventur militiam, videndus Isidorus, lib. ix Etymolog., cap. 3, num. 36 et 53, et Vegetius, lib. 1 de Re militari, cap. 8, et lib. 11, cap. 5, ex quo constat milites, expletio tirocinio, quibus puncturis in cute signari solitos, quo alludit Isidorus, sunt signandi. AREV.

3. Seruus, an liber, etc. Sanctus Hieronymus, in epistola ad Celantiam, inter alia, sic ait in hanc sententiam: *Sola apud Deum libertas est non servire peccatis, summa apud Deum est nobilitas claram esse virtutibus.* AREV.

5. Nam propterea. Eodem testimonio est usus lib. II de Off., cap. 16. GRAL.

sunt, ut ea quae sunt **530** evacuaret, ut non glorietur omnis caro coram illo (*I Cor. i. 27*). Qui ex paupertate ad monasterium veniant, non extollantur in superbiam, quia se ibi aequales aspiciunt iis qui aliquid in saeculo videbantur; neque enim dignum est ut ubi divites celsitudine deposita saeculari ad humilitatem descendunt, ibi pauperes elatione mentis superbi efficiantur; qui oportet ut, deposita arrogancia, humiliter sapient, suaeque paupertatis et inopie memores semper existant.

## CAPUT V.

*De opere monachorum*

**1.** Monachus semper operetur manibus suis ita, ut quibuslibet variis opificum artibus laboribusque studium suum impendat, sequens Apostolum, qui dicit: *Neque panem gratis manducavimus, sed in labore et fatigione nocte et die operantes;* et iterum: *Qui non vult laborare, non manducet* (*II Thess. iii.*). Per otium enim libidines et noxiarum cogitationum nutrimenta concrescent, per laboris vero exercitium virtus nihilominus elabuntur.

**2.** Nequaquam debet monachus designari versari in opere aliquo monasterii usibus necessario. Nam patriarchæ greges paverunt, et gentiles philosophi sutores et sartores fuerunt, et Joseph justus, cui virgo Maria desparsata exstitit, faber ferrarius fuit. **531** Si quidem et Petrus princeps apostolorum piscatoris officium gessit, et omnes apostoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis sustentabant.

**3.** Si igitur tantæ auctoritatis homines laboribus et operibus etiam rusticani inservierunt, quanto magis monachi, quos oportet non solum vita sua necessaria propriis manibus exhibere, sed etiam indigentiam aliorum laboribus suis reficere! Qui

*Ibid.* Huc referri potest quod ex Smaragdo Constantino Cajetanus, pag. 71, descripsit: « Hinc Isidorus ait: Quicunque autem monasterium primus ingreditur, primus sedet, primus ambulat, primus psalmum dicit, primus in mensam extendit manum, in ecclesia prior communicat; nec relas inter eos queritur, sed professio. Quod dicit, Samuel et Daniel pueri presbyteros judicaverunt, de Heli et de illis qui Susannam opprimere voluerunt intelligitur. Samuel presbyteros judicavit, quando filios Heli peccare vidit, et eos in corde suo prævaricatores judicavit. Heli autem, quia non eos districta animadversione repressit, et ab iniuitate non compescuit, similiiter reprehendit, et judicavit. Daniel quoque tunc presbyteros judicavit, quando illos iniqua cogitatione plenos, qui Susannam falso voluerunt testimonio condemnare, reprehendit, damnavit, et angelico eos gladio trucidatos esse prædicti. » AREV.

CAP. V. N. 1. *Elabuntur Al., evelluntur. GRIAL.*

*Ibid.* Illustrari hoc caput potest ex t. I Patrum apostolicorum, pag. 52, cum notis Colelerii. AREV.

**2.** *Nam et patriarchæ... reficere.* Totam hanc periodum ab Hymone Halberstadiensi, lib. II de Varietate, cap. 2, referri notat Menardus, pag. 820. Philosophi gentiles sartores et sutores, etc., recensentur Hippias Sophista, Sipion Atheniensis, et Menedemus Eretricensis. Sanctum Josephum fabrum lignarium suisse communior est sententia, cui astipulatur Isidori frater sanctus Leander, cap. 14 de Institutione virginum. Nescio, inquit Breulius ubinam

PATROL. LXXXIII.

A viribus corporis et integritate salutis consistunt, si in opere otiosi sunt, duplicece peccare noscuntur, quia non solum non laborant, sed etiam alios vitant, et ad imitationem suam invitant. Propterea enim quisque convertitur, ut Deo serviens laboris habeat curam, non ut, otio deditus, inertia pigritiaque pascatur.

**4.** Qui si volunt lectioni vacare, ut non operentur, ipsi lectioni contumaces existunt, quia non faciunt quod ibi legunt; ibi enim scriptum est: *Operantes suum panem manducent;* et iterum: *Ipsi enim scitis quomodo oportet imitari nos, quia non inquieti fuimus inter vos, neque panem gratis ab aliquo manducavimus, sed in labore et fatigione die ac nocte operantes, ne quem vestrum gravaremus* (*II Thess. iii.*). Qui per infirmitatem corporis operari non possunt, humanius clementiusque tractandi sunt. Qui vero sani sunt et fallunt, procul dubio dolendi atque lugendi sunt, quia non corpore, sed, quod pejus est, mente ægroti sunt; qui etsi humanis oculis convinci non possunt, Deum tamen latere non possunt. Tales igitur aut ferenti sunt, si ægritudo latet; aut distingendi, si sanitas pateat.

**5.** Monachi operantes meditari aut psallere debent, ut carminis verbique Dei delectatione consolentur ipsum laborem. Si enim saeculares opifices inter ipsos labores amatoria turpia cantare **532** non desinunt, atque ita ora sua in cantibus et fabulis implificant, ut ab opere manus non subtrahant, quanto magis servi Christi, qui sic manibus operari debent, ut semper laudem Dei in ore babeant, et liquis ejus psalmis et hymnis inserviant! Laborandum est enim corpore animi fixa in Deum intentione; sicque manus in opere implicanda est ut mens non averteratur a Deo.

Isidorus legerit Josephum fabrum ferrarium suisse, nam cum dolabra depingitur. Verum etiam sanctus Ambrosius et Theophilus Antiochenus follis et ignis in officina sancti Josephi meminerunt. Nonnulli aurifex suisse putant sanctum Josephum, alii fabrum lapidarium. Vide Calinetum, in Diction., ac præstitione eruditissimi Mazochii de sancti Josephi et Christi Domini opificio mantissam ad epist. de Dedicat. sub ascia. AREV.

**4. Tractandi sunt.** In Concordia regularum, et apud Holstenium, additur: « Nec contra eos murmurandum est ab eis, qui vires laborandi habent; sed magis consulendum est eis quos sciunt corpore infirmo. Ipsi autem qui non possunt eos qui laborant et possunt meliores sibi felioresque fateantur. Qui vero languidus est, et laborem operum corporalium sustinere non potest, consulendum est illi, et ejus infirmitas temperanda est. Qui sani, etc. » Quod autem sit Isidori, an eidem ab alio fuerit additum, definire non audeo. AREV.

**5.** Ut carminis. *Lib. II de Off.*, cap. 16. Canunt autem psalmos manibus operantes, et ipsum laborem, tanquam divino celeumate consolantur. GRIAL.

*Ibid.* Sanctus Augustinus, de Operc inonachorum, cap. 17: *Cantica vero divina cantare etiam manibus operantes facile possunt, et ipsum laborem divino celeumate consolari.* Alia addit sanctus Augustinus, quae Isidorus quoque sumpsit, et ex Isidoro Haymo, lib. cit., cap. 50. AREV.

6. Propriis autem temporibus oportet operari monachum, et propriis orationi lectionique incumbere. Horas enim debet habere monachus congrua ad singula officia deputatas. Partes autem anni temporis suis quibusque operibus taliter deputantur. Estate enim a mane usque ad horam tertiam labore oportet; a tercia autem usque ad sextam lectioni vacare; dehinc usque ad nonam requiescere; post nonam autem usque ad tempus vespertinum iterum operari. Alio autem tempore, id est, autumno et biennio; sive vere a mane usque ad tertiam legendum, post celebrationem tertiae usque ad nonam laborandum est; post refactionem autem nonae aut operari oportet, aut legere, aut sono vocis aliquid meditari.

7. Quaecunque autem operantur monachi manibus suis, præposito deferant, præpositus autem principi monachorum; nihil operis apud fratrem remaneat, ne sollicitudinis ejus cura mentem ab intentione contemplationis avertat. Horti olera vel apparatus ciborum propriis sibi manibus fratres exerceant; ædificiorum autem constructio vel cultus agrorum ad opus servorum pertinebunt. Nullus monachus amore privati operis illigetur, sed omnes in communi laborantes patribus sine obmurmuratione obtemperare debent; ne forte murmurando pereant, sicut perierunt qui in deserto murmuraverunt. Si enim illis parvulis adhuc in lege et rudibus nequaquam indulsum est, quanto magis iis qui perfectionis legem percepérunt non parceret, si talia gesserint.

### 533 CAPUT VI.

#### *De officio.*

1. In psallendis autem officiis ita erit discretio; dato enim legitimis temporibus signo ad horas canonicas, festina cum proparatione omnes ad chorum ecclærant; nullique ante expletum officium licebit

7. Quaecunque autem operantur, etc. Isidorus, lib. II de eccles. Offic., cap. 16, ex sahcto Augustino, lib. II de Moribus Ecclesie. In Editione apponitur nota littera b, elabuntur, ex Goth., al., eveluntur. Sed transposita, est, et ad num. I huius capituli pertinet. Ante hoc cap. 5 Holstenius præmitit alia ex cap. 19. Pro non parcer forte non parcerut. AREV.

Cap. vi. N. 4. Festina cum proparatione. Idem, lib. II de Offic., c. 16: Conveniunt autem omnes frequenter nocte ac die festina cum proparatione ad orationem. GRIAL.

Ibid. Post consummationem. Vide Cass., lib. II, cap. 7, GRIAL.

Ibid. In psallendis autem officiis; al., in psallendi autem officio. AREV.

2. Dux, deinde laudes, hoc est Alleluia, ut constat ex lib. I de Off., c. 15, GRIAL.

Ibid. Primo lucernarium. Vid. annotat. in Cassian. GRIAL.

Ibid. Alii, lectiones ex utroque Testamento duce, dein laus, hymnus, etc. In dissertatione de hymnis prævia ad Hymnodiam Hispanicam, pag. 81, contrâ Martenium ostendi in regula sancti Isidori et aliorum mentionem hymnorum occurrere. Lucernarium ab Isidoro distingui ab officio vespertino notat Menardus, pag. 332, qui fuse pag. 366 in expositione régule Magistri probaré contendit lüteralem synaxin eandem fuisse ac vespertinam, et sancti Isidori locum explicat de preceptione quæ dicebatur dum lu-

A egredi præter eum quem necèssitas naturæ compulcrit. Recitantibus autem monachis, post consummationem singulorum psalmorum prostrati omnès humili pariter adorabunt, celeriterque surgentes psalmos sequentes incipiunt, éodemque modo per singula officia faciant.

2. Quando celebrantur psalmorum spiritualia sacramenta, refugiat monachus risus vel fabulas; sed hoc meditetur corde, quod psalmitur ore. In tercia, sexta, vel nona tres psalmi dicendi sunt, responsoriū unum, lectiones ex Veteri Novo que Testamento duæ, deinde laudes, hymnus atque oratio. In vespertino autem officiis primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsoriū unus, et laudes, hymnus atque oratio dicenda est.

3. Post vespertino autem, congregatis fratibus, oportet, vel aliquid meditari, vel de aliquibus divinis lectionis quæstiodibus disputare, consuetudo pie et salubriter, tantumque meditatio. 534 disputandoque immorari, quoatque completorii tempus possit occurrere. Ante somnum autem, sicut hunc est, peractio completorio, valedictis invictim fratibus, cum omnī cautela et silentio requiescedunt est, usquequo ad vigilias constitutat.

4. In quotidianis vero officiis vigiliarum primum tres psalmi canonici recitandi sunt, deinde tres missæ psalmorum, quarta canticorum, quinta matutinorum officiorum. In Dominicis vero diebus, vel festivitatibus martyrum, solemnitatis causa singulæ superadjiciendæ sunt missæ. Verum in vigiliis recitandi aderit usus; in matutinis psallendi canendique consuetudo, ut utroque modo servorum Dei mentes diversitatis oblectamento exerceantur, et ad laudem Dei sine fastidio afflentius excitentur.

5. Post vigilias autem usque ad matutinum requiescentium, aut aliquid perlegendum erit. Post matutinæ accendebantr. Quod è ipso breviario Mozarabico manifestum est; nam primum fit oratio pro lumine accenso, et oblato, deinde sequitur ordo vespertinarum. Apud alios autem passim lucernarium et vespertino officium promiscue sumuntur. Quod in Griali nota indicantur annotationes in Cassianum, sermo videtur esse de Petri Ciacochii annotationibus. AREV.

4. Deinde tres missæ. Vid. annotat. in Cassian. GRIAL.

Ibid. Missas psalmorum. Menardus intelligit esse collectas, seu orationes, que ad finem psalmorum dicebantur, præsertim ex Cassiano, lib. II de nocturn. oration., cap. 7 et 10. Sed advertit diversum fuisse apud varias nationes usum hujusmodi collectarum dicendarum. Isidoro concinit sanctus Fructuosus Bracarense, cap. 2 regulæ. De his orationibus, que psalmis subjungebantur, verba feci in Isidorianis, cap. 87, n. 20 et seqq. De hujusmodi orationibus, quæ non solum psalmis, sed etiam canticis adjicabantur, intelligendum est quod in Breviario Romano de sancto Patricio dicitur ad diem 17 Martii: Aut enim, integrum quotidie psalterium una cum canticis et hymnis ducenti, que orationibus consuevisse recilare. In Editione Griali corrupte legitur: In vigiliis recitandi aderit usque in matutini psallendi, quod ex Holstenio ex Concordia regularum corrixi. AREV.

5. Requiescentium est. Al., reficiendum est; quod idem sonat, et fortasse hoc genuinum est, et ex

tinum astem aut operatum alliquid, aut legendum; lectiones astem ex Noto aut Veteri Testamento tempore officii quotidianis diebus recitentur; Sabbato autem die atque Domini ex Novo tantum probuntur. Monachus autem corporis sanitatem consistens, si vigiliis vel quotidianiis officiis defuerit, perdat communioflehi; si sanitas patet.

### 535 CAPUT VII.

#### De collatione:

1. Ad audiendum in collatione patrem habebus in hebdomada vicibus fratres post celebrationem tertiae, dato signo, ad collectam convenientem; audiant docentem seniorem, instruentem cunctos fratratibus praceptis; audiant patrem studio summo, et silentio; intentionem animorum suorum suspiris et gemitibus demonstrantes. Ipsa quoque collatio erit vel pro corrigendis vitiis, instruendisque moribus, vel pro reliquis causis ad utilitatem cenobii pertinentibus.

2. Quod si talia desunt, pro consuetudine tamen disciplinae nequaquam erit omittenda collatio, sed in praeiunctis diebus, cunctis pariter congregatis, praecpta Patrum regularia recensenda sunt, ut qui needum didicerunt percipient quod sequantur; qui vero didicerunt, frequenti memoria admomiti, sollicitie custodiani quod neverunt. Sedentes autem omnes in collatione tacebunt, nisi forte quem auctoritas patris praeciperit, ut loquatur.

### CAPUT VIII.

#### De Codicibus.

1. Omnes Codices custos sacrarii habeat deputatos, a quo singulos singuli fratres accipiant, quos prudenter lectos vel habitos semper post vesperam reddant. Prima autem hora Codices singulis diebus petantur; qui vero tardius postulat, nequaquam accipiat.

2. De his autem questionibus, quæ leguntur, nec forte intelliguntur, unusquisque fratrum aut in collatione aut post vesperam abbatem interroget, et, recitata in loco lectione, ab eo expositionem suscipiat, ita ut, dum uni exponitur, ceteri audiant.

**536** 3. Gentilium libros vel haeticorum volumina monachus legere caveat; melius est enim

Cassiano desumptum; lib. iii de diurn. Oration., cap. 4 et 8, ex cuius lib. ii de nocturn. Oration., cap. 2, sequentia petuntur. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Ad audiendum in coll.: Patrem. Eadem ii de Off., c. 16. GRAL.*

2. *GRALIUS; quod sequuntur. AREV.*

CAP. VIII. N. 1. *Petuntur: Expletantur Goth. GRAL.*

*Ibid. De custode sacrarii sermō reddit infra, cap. 20, ii. 1. AREV.*

3. Hoc praecoptum; quo libros gentilium et haeticorum monachus legere prohibetur, cohæret cum iis quæ Isidorus tradidit lib. iii Sent., cap. 12 et 15. AREV.

CAP. IX. N. 1. *Nec oculus extran. Ex Goth. Al., nec ullus extraneus. GRAL.*

*Ibid. Pœnitentiam agat, etc. Juxta instituta sancti Pachomli, art. 12 ut hotat Menardus, pag. 779. AREV.*

2. *Sermo reficiat. Vox sermo non est in Goth. GRAL.*

*Ibid. In regula Magistri, cap. 29, similiter præ-*

*teriam in aliquem laqueum erroris incurre.*

#### CAPUT IX.

#### De mensis.

1. Tempore quo refectionis debitum solvit, claustra monasterii obserentur, nec oculus extraneus interesse præsumat, ne quietem fraternam præsentia sua impediatur. Refectionis tempore, dato signo, pariter omnes concurrant. Qui autem ad mensam tardius venerit, aut pœnitentiam agat, aut jejunus ad suum opus, vel cubile recurrit. Nemo autem ad vescendum ibit, antequam ad vocandum omnes vox signi solita insonuerit.

2. Refectorium pariter unum erit; ad singulas mensas deni convescentes resideant; reliqua turba parvolorum assistent. Tempore convescentium fratrum omnes disciplina gerant silentium. Apostolo obtemperantes, qui dicit: *Cum silentio operantes sicut panem manducant (II Thess. iii).* Unus tamen in medio residens, benedictione accepta, de Scripturis aliquid legal, ceteri vescentes tacebunt, lectio ne in allettissime audientes, ut sicut illis corporalis cibis refectionem carnis præstat, ita mentem eorum spiritalis sermo reficiat.

3. Nullus ad mensas clairor excitetur, soli tantum præposito sollicitudo maneat in his quæ sunt vescentibus necessaria. Abbas citra languoris necessitatē cibos in conspectu pariter cum fratribus **537** sumat; nec aliud quam ceteri, nec cultius quam quæ in communi consistunt, preparari sibi quidpiam expectat; sive sit ut dum præsens est, omnia diligenter administrentur; et dum communia sunt, salubriter et cum charitate sumantur. Aequalia quippe erunt mensura omnium fercula, similibusque alimentis cuncti reficiendi sunt fratres.

4. Quidquid præsens refectio dederit omnes sine murmuratione percipient; nec iū desiderent, quod edendi voluptas appetit, sed quod naturæ necessitas querit; scriptum est enim: *Cartis cœdrâ ne feceritis in desideriis (Rom. xiii).* Per omnem autem hebdomadam fratres viles olerum cibos ac pallentia utaruntur leguminæ: Diebus vero sanctis inducunt eum

scribitur quod lector benedictionem petat, antequam legere incipiat. In Concordia regularum, pag. 69, legitur: *ut sicut corporalis cibus refectionem corpori præstat AREV.*

3. Non sunt omittendæ duæ Menardi note ad hunc locum: « *Abbas citra languoris necessitatem. Egregia sae institutio; quia disciplina regularis custoditur, et intertemporis abbatum concessationibus, hospitalitatis prætextu, ac proinde monasterii ditapidationi occurrit. — Negle cultius. Illud impar sane institutio, quæ cattillationibus abbatum medetur. » Fusius eamdem questionem de mensa abbatis Menardus tractat; pag. 923. Pro mensura omnium fercula in Concordia regularum; et apud Holstium est mensuram omnium fercula, quod videtur præferendum: AREV.*

4. *Pallentia leguminæ. ii, de Off., c. 12. Antiqui pridie quam cantundum erat, cibis abstin bant, pallentia tantum legumina causa vocis sumebant, unde vulgo cantores fabri dieti sunt. GRAL.*

oleribus levissimarum carnium alimenta. Non erit usque ad satietatem reficiendum corpus, ne forte intereat animus; nam ex plenitudine ventris cito extinatur luxuria carnis.

5. Qui autem appetitum edacitatis reprimit, sine dubio lasciviae motus restringit. Tanta cum discretione reficiendum est corpus, ut nec nimia abstinentia debilitetur, nec superflua edacitate ad lasciviam moveatur. In utroque ergo temperantia adhibenda est, scilicet, ut et vitia carnis non prævaleant, et vis ad ministerium bonæ operationis sufficiat. Quicunque ad mensam residens a carnibus vel vino abstinere voluerit, non est prohibendus; abstinentia enim non prohibetur, sed potius collaudatur, tantum ne ex contemptu creatura Dei humanis concessa usibus exsecretur.

6. Nullum esus furtiva contaminio polluat, aut impudens vel privatus extra communem mensam appetitus; excommunicationis enim 538 sententia subjacebit qui vel occulte vel extra ordinariam mensam aliquid degustaverit. Ante refectionis tempus nullus vesci audeat præter eum qui argotat; qui enim tempus edendi antecesserit, subsequentibus paenitentiæ subjacebit. Sicuti aut cujuspam defectum patienti ante edendi tempus consulendum est, abbatte, vel præposito ordinante, non tamen palam, ne forte sitire, vel esurire alios cogat.

7. Hebdomadarius solus cibos degustet, nec quis id aliis audeat, ne sub occasione degustandi gulæ, vel gutturi satisficiat. Laici ministri mensis monachorum nullatenus intererunt, nec enim poterit illis mensæ communis esse locus, quibus diversum est propositum. Monachi cum a mensa surrexerint, ad orationem omnes concurrant. Quod mensæ redundaverit, omni cura servatum egentibus dispenseatur.

8. In refectione monachorum a diebus Pentecostes

*Ibid. Inducant. Ex Goth. Al., interdum. GRIAL.*

*Ibid. Voluptas. Grialius voluntas. Pro utantur, al. habeant. In verbis levissimarum carnium Menardus, p. 712, quantitatem intelligit, non qualitatem, quod ex sequentibus claram punit. Sed mihi non ita claram videtur; et verius arbitror, hoc loco qualitatem carnium præscribi, sequentibus verbis satietatem sive olerum, sive leguminum, sive carnium prohiberi. AREV.*

5. Et vis ad ministerium, Al., et virtus ad ministerium, eodem sensu. AREV.

6. Nullum furtiva contaminatio. Cassian., lib. iv, cap. 16, inter monachorum delicta numerat extraordinariam, aut furtivam refectionem. GRIAL.

*Ibid. Esus : Grialius esui. AREV.*

7. Menardus, pag. 642, contrarium statuere ait sanctum Pachomium, art. 21 suæ regulæ: *Qui pulmentaria coquunt, ipsi nihil gustantes edentibus ministrabunt. Sed, ut ego puto, sanctus Isidorus solum jubet hebdomadarium degustare cibos, ut dijudicet an sint bene conditi, sanctus Pachomius, ne coquus edat antequam cæteris ministret. Quæ duo contraria non sunt. Grialius, diversus est propositus. Holstenius, diversus est præpositus. AREV.*

8. In Concordia regularum, invit... suspendit, carnem apponit tantum. Autumni initium est æquinoctium autumnale octavo Kal. Octobris. Interdiana prandia intelliguntur die dominica, feria tertia, quinta et sabbato. Nam hoc temporis spatio jejunabatur feria secunda, quarta et sexta, ut infra, cap. 11. AREV.

A usque ad autumni principium tota ætas interdiana prandia invitet, reliquum tempus suspendat prandia, cœna tantum apponatur.

9. In utrisque temporibus refectione mensæ tribus erit pulmentis, olerum scilicet et leguminum, et, si quid tertium fuerit, id est, pomorum. Ternis quoque poculis fraterna reficienda est sitis. 539 In observatione autem quadragesimali, sicut fieri solet post exemptum jejenum, pane solo, et aqua contenti omnes erunt, a vino quoque et oleo abstinebunt.

#### CAPUT X.

##### *De feriis.*

1. Hæc sunt feriae monachorum, in quibus jejunia conquescent, in primis venerabilis dies Dominicus nomini Christi dicatus. Qui, sicut propter mysterium resurrectionis ejus solemnis est, ita et apud omnes servos ejus celebritatem convivii votivo gaudio retinebit. Item a primo die Paschæ usque ad Pentecosten, quiunque scilicet quotidianis diebus, jejunium a sanctis Patribus dissolutum est, propter resurrectionem videlicet Christi, et adventum Spiritus sancti, ut hi dies non in figura laboris, quod Quadragesimæ tempus significat, sed in quiete lætitiae laxatis jejunis celebrantur.

2. Placuit etiam Patribus a die Natalis Domini usque ad diem Circumcisionis solempne tempus efficere, licentiamque vescendi habere; non aliter et dies Epiphaniorum veteri regula reficiendi indulgentiam consecuta est, siquidem et dum quisque fratrum convertitur, aut ex aliis monasteriis fratres visitandi gratia occurrit, pro charitate adimplenda interrumpuntur jejunia.

3. Præter hæc alia tempora libere libenterque cultui jejuniorum inserviant. Si qui autem monachorum prædictis temporibus jejunare disponunt,

9. In utrisque temporibus, scilicet hieme, et aestate, quibus continentur autumnus, et ver, ut exponit Menardus, pag. 712. In Concordia regularum, tertium fuerit, pomorum . . . post expletum jejenum pane solo, vel aqua, etc. Quod ternis poculis sit bibendum, est etiam præceptum Ausonii in gripho *Ter bibe.* In castris ad Mutinam ter bibere solitum Augustum refert Suetonius, c. 77. Apud Petrum Casinensem post pomorum alia adduntur ex Isidoro, ut videtur, scilicet: «Festis vero diebus, ternis vel quaternis serculis sunt corpora reficienda, sic tamen ut (quo) pluriora sunt cibaria numero, sint minora, ut et corpora necessarium cibo reficiantur, non nimia saturitate damnentur. Quando in mensa cibus administratur, nullus prius cibum comedat quam signum ad benedicendum insonet, et cum signum audierint, una voce benedictionem postulent, et data, sic comedant. Illud præcipuum decernimus, ut nullus ex mensura sua vel acciperet ab altero præsumat, vel dare, præter abbatem, vel præpositum, cui ab abbe commissum est.» AREV.

CAP. X. N. 2. Dum quisque fratrum convenierit, Goth. GRIAL.

*Ibid. Convertitur : Gr., convertuntur. Huc facient verba Cassiani relata lib. vi Etymol., cap. 19, n. 6<sup>3</sup>, in nota. Post interrumpuntur jejunia in Concordia regularum additur si tamen non fuerint generata. AREV.*

3. Si qui autem monachorum, etc. Eadem lib. 1 de Offic. ecclesiast., cap. 45, N. 2. Vide not. m. A

nequaquam prohibendi sunt; nam et multi antiquorum Patrum his diebus in eremo abstinuisse, nec aliquando **540** jejunia solvisse, leguntur, nisi tantum diebus Dominicis propter resurrectionem Christi.

#### CAPUT XI.

##### *De jejuniis.*

1. Jejuniorum autem hos dies potissime veteres elegerunt. Primum jejunium Quadragesimæ quotidianum, in quo major abstinentiae observantia manebit in monachis, quando non solum a prandii, sed etiam a vino et oleo abstinet. Secundum jejunium interdianum post Pentecosten alia die inchoatum usque ad æquinoctium autumnale protenditur, ternis scilicet diebus per singulas hebdomadas propter æstivos solis ardores jejunium celebratur.

2. Tertium sequitur quotidianum jejunium, ab octavo Kalendas Octobris usque ad Natalem dominicum, in quo quotidiana jejunia nequaquam solvuntur. Quartum item quotidianum jejunium post diem Circumcisionis exoritur, peragiturque usque ad solemnia Paschæ.

3. Hi autem qui, velutate corporis consumpti, aut teneræ ætatis fragilitate detenti sunt, non sunt quotidianis jejunis exercendi, ne aut senescens ætas, antequam moriatur, deficiat; aut crescens, priusquam proficiat, eadat, et ante intereat quain bonum facere discat.

#### CAPUT XII.

##### *De habitu monachorum.*

1. Cultus vestium vel indumentorum insignes monacho deponendi. Munitus debet esse monachus, non delicatus; sicut autem **541** non oportet in monache esse notabilis habitus, ita nec satis abjectus; nam pretiosa vestis animum ad lasciviam pertrahit, nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vanæ

jejuno quotidiano diem Dominicum excipiebat quoque aliæ regulæ Patrum, ex can. 18 concilii Gangrenensis. Confer Cassianum, lib. III de diurn. Oration., cap. 12. Quod autem cum hoc capite, tum præcedenti, mentio sit Circumcisionis, quod festum Isidori tempore nondum videtur fuisse institutum, id mirum non est; nam, ut fusi explicui in Isidorianis, cap. 71, n. 16 et 17, vel potuit extremo Isidori tempore ejusmodi festum jam esse institutum, vel certe oportuit ut monachi, quibus regula prægegebatur ad observantium, post institutionem festi Circumcisionis pro Kalendis Januarii apponenter post diem Circumcisionis. AREV.

CAP. XI. N. 4. Abstinent. Apud Petrum Casinensem, cap. 41, abstineant; apud quem etiam additur: quod rœspere reficiunt, ipsius Domini imitantur exemplum, et alia quæ non videntur Isidori, certe non sunt hujus loci. AREV.

CAP. XII. N. 4. Petrus Casinensis, c. 55, quedam hic interserit: « Pertrahit. Unde et Dominus de Joanne ait: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus restituntur in dominibus regum sunt. Et Petrus (imo Paulus, 1 Tim. 11) Non veste pretiosa. Vilis vestis, etc. » AREV.

2. Burros, planetas. Vid. annot. in Cassian. GRIAL.

Ibid. Pedules et caligas. Sanctus Benedictus, in regula, cap. 55, indumenta pedum pedules et caligas. Smaragd. Pedules modo dicimus culceos, caligas non subtalaris vel soccos vocamus. GRIAL.

A gloriæ contrahit. Vestimenta non erunt æqualiter distribuenda omnibus, sed cum discretione, prout cujusque ætas, gradusque expostulat; ita enim apostolos fecisse legimus, sicut scriptum est: Erant illis omnia communia, et distribuebatur unicuique, prout opus erat (Act. iv).

2. Uniucusque fratris supplementum, vel indigenia inspiciat, ut qui habent contenti sint, et qui non habent accipient; nam habenti non dabitur, ut sit unde agentibus distribuatur. Porro linteo non oportet monachum indui; orarium, birros, planetas non est fas uti, neque indumenta, vel calceamenta, que generaliter cætera monasteria abutuntur. Ternis autem tunicis, et binis palliis, et singulis cucullis contenti erunt servi Christi, quibus superadjicietur melotes pellicea, mappula, manicae quoque, pedules, et caligæ. His tantum contenti erunt, nihil præterea aliud præsumentes.

3. Pedules autem utendi in monasterio, quandiu hiemis coegerit violentia, sive dum frates gradiuntur in itinere, vel profiscuntur ad urbem. Monachi autem in monasterio palliis semper operiantur, ut pro honestate tecti incendant, et pro ministerio operis expediti discurrant. Sane si quis forte pallium non habet, humeris mappulam superponat. Nullus monachorum vultus curam gerat, per quem lascivia et petulantia crimen incurrat; non est enim **542** mente castus, cuius aut corporis cultus, aut impudicus exstat incessus.

4. Nullus monachorum comam nutrire debet; nam qui hoc imitatur, etsi ipsi hoc ad decipiendum homines per speciem simulationis non faciant, alias tamen scandalizant, ponentes offendiculum infirmis, et sanctum propositum usque ad blasphemiam perducentes. Tondere debet ergo iste, quando et omnes,

Ibid. Supplementum Menardus, p. 904, explicat abundantiam. Duplicem orarii significationem distinguat idem Menardus; nam primo orarium est linteum, seu textile oblongum, ad mucorem excipendum, aut sudorem extergendum, secundo orarium est textile illud oblongum sericum pretiosum, quo pontifices, presbyteri et diaconi utuntur, quod nunc stola dicitur. Hac secunda significatione accipi putat ab Isidoro orarium. Vide comment. ad Prudent., hymn. I Peristeph., vers. 86. De birro, planeta, melote, lib. xix. Etymolog., cap. 24. De caligis, lib. xix, cap. 34. Multa quoque de his Menardus, et Holstenius, que jam passim obvia sunt in Lexicis, et Glossaribus mediis ævi. AREV.

D 3. In Concordia regularum, pedules autem utentur in monasterio. AREV.

4. Tondere. Fortassis, tonderi, vel intellige tondere comam, aut caput. Olim monachis totum caput tonderebat, ut probat Menardus. Clerici in modum coronæ attensi fuerunt, Graeci vero in modum erucis; pontifices Graeci medium duntaxat caput attondebant. Antiqua clericorum tonsura erat, ut rasum esset totum caput, et in circuitu inferius monachorum capillorum ordo appareret, ut constat ex Gregorio Turonensi, in Vitis Patrum, cap. 57, et Isidoro, de Offic. ecclesiast., lib. II, cap. 4, n. 4. Apud Grialium, in fine capituli erat diversus propositus, quod ex Concordia regularum, et ex Editione Holstenii mutavi in diversum propositum. AREV.

quo et simul ac pariter omnes. Nam reprehensibile est diversum babere cultum, ubi non est diversum propositum.

### CAPUT XIII.

#### *De sacramentis.*

1. Abbatem cum fratribus pariter in congregatione commorari aportet, ut communis conversatio et testimoniua bonae vitae, et reverentiam praebat disciplinae. Fratres quoque omnes, si possibile est, in uno conclave commorari decet. Quod si difficile fuerit, certe vel decem, quibus unus est praepoendens decanus, quasi rector et custos. Speciosam vel variam supellecitem monachum habere non licet, cuius stratus erit storea, et stragulum, palles lanatae duae, galnapis quoque, et fascisterium, geminusque ad caput pulvilli.

543 2. Per singulas mensas abbas, sive praepositus lectulos cunctorum perspiciat, ne quid indigeant fratres, nec superfluum habeant. Nocte, dum ad dormiendum vadunt, seu postquam quiescunt, unus alteri pomo loquatur. Proopus in una lecto jacere non licet. In nocturnis tenebris nemo loquatur fratris, cui obviat. Juncta autem nocte, dormientium lucerna legum illuminet, ut, depulsi tenebris, testimoniun pateat singularis quietis.

3. Stratus monachi in nulla turpi cogitatione veretur, sed in sola contemplatione Dei; accubans et requiepi corporis et quietem habeat cordis, cogitationesque pravas a se repellat, nequaque amplectens, turpes a se rejiciat; nam animi motus imaginibus suis agitatur, et qualis vigilans cogitatio fuerit, talis et imago per soporem occurrit. Qui nocturna illusione polluitur, publicare hoc Patri monasterii non morietur, culpaeque suae meritum hoc tribuat, et accepto penitentiem agat, sciens quia nisi processisset in eo luxus animi turpia cogitantis, non sequerentur sordidae atque immundae pollutiones; quem enim praevenit cogitatio illicita, tentatio illius cito sedet immunda. Qui nocturno delysus phantasmatu fuerit, tempore officii in sacrario stabit, nec audebit eadem die ec-

CAP. XIII. N. 1. *Galnapis quoque.* Smaragd., ad cap. 56 regul. sancti Bened. *Lena* (inquit) species vestis est, quam nos tonzana dicimus, alii vero galnapiem vocant. Legitur quoque vox *gatnapis* sine interpretatione, xix Etymolog., cap. 26. GRIAL.

Ibid. Juncta autem nocte, etc. Ex Goth. Al.: Lux autem nocte dorinientium locum illuminet. GRIAL.

Ibid. Storea; al., storia. Vide lib. xx Etymol., cap. 41. *Pelles lanatae duas* prescribuntur etiam a sancto Fructuoso Bracharensi, in regula. Pro *galnapis* alii legunt *galnabis*. Menardus, ex Ms. Vindicensi, legendum contendit *galbanis*. Apud Martiam, lib. iii, epigr. 4, *galbanatus in lecto*. Apud Juvenalem, sat. 2, *galbana rasa*. AREV.

2. Duobus in uno lecto jacere non licet. Hoc ipsum indicatur paulo post *singularis quietis*, et cap. 17, num. 3, iterum incoleatur. Hoc ipsum monitum est aliorum Patronum, Magistri in sua regula, Fructuosi Bracharensis, Pachonii, concilii Turoensis, cap. 15, sancti Benedicti, etc. AREV.

3. Videretur legendum *stratus monachus*; sed monachi legitur in Concordia regularium, pag. 465, apud Petrum Casinensem, et apud Holstenium. Pro accu-

clesiam introire, antequam sit Iesus et aquis et lacrymis. In lege quippe qui sompno nocturno polluebatur, egredi prohibetur a castis, nec regredi priusquam ad vesperam lavaretur (*Deut. xxiii*). Et si illi in carnali populo ita faciebant, quid spiritualis servus Christi facere debet, qui magis contaminationem suam debet respicere et longe ab alijs positus mente 544 et corpore pertimescere, atque in figura aquae penitentia lacrymas adhibeere, ut non solum aqua, sed etiam spiritibus studeat ablui, quod forte per culpam occultam inimunda contaminatione polluit?

5. Qui fornicationis tentamentis existimat, oret indearer, atque abstineat, nec erubescat confiteri libidinis astum, quo uritur, quia vitium detectum cito curatur, latens vero quanto amplius occultatum fuerit, tanto magis profundius serpit, quod revera qui publicare negligit curari minime cupit.

### CAPUT XIV.

#### *De delinquentibus.*

1. Si quis in aliquo levi delicto titubans oberraverit, semel atque iterum admonendus est; qui, si post secundam admonitionem nequaquam fuerit emendatus, corporis animadversione coeretur. Peccantem autem nullus occulet; criminis enim est consensio post secundam admonitionem celare quemoiam peccantem.

### CAPUT XV.

#### *De scapulis peccante.*

1. Si quis saepius peccantem viderit, prius hoc uni, vel duobus demonstret fratribus, quorum testimonio possit convinci. Si negaverit qui deliquit, peccatum palami commissum palam est arguendum, ut dum manifeste peccans emendatur, ii qui eum in malo imitati sunt corrigantur. Sicut autem unius delicto saepe multi pereunt, ita unius emendatione plerumque multi salvantur.

### 545 CAPUT XVI.

#### *De culpa indulgenda, vel culpati correctione.*

1. Qui vero in fratrem peccaverit, si statim remiscens ad veniam poscentiam fuerit inclinatus, per-

bans, alii *accumbens*. Septentia eadem est apud Fructuosum Bracharensi, et Pachomium, praecon apud sanctum Ambrosium, lib. iii de Virginibus. Mox in Concordia regularium: *Fluxus quimi turpia cogitantis, non sequetur in eo fluxus sordidae et immundae cogitationis.* AREV.

4. Qui nocturno, etc. Haec sunt duriuscula, ait Menardus, eti alii a quibusdam sanctis usitata; alii Patres docuerunt uniuersitatemque in his debere supra conscientiam consulere. Vide sanctum Thomam, in p., q. 18, art. 17, et sanctum Gregorium Magnum, in epist. apud Bedan, lib. i Hist. anglor., cap. 27, qui addit: *Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluit.* Pro in sacrarium, ut eret apud Fructuolum, reposui in sacrario ex Concordia regularium, et Holstenio. AREV.

CAP. XVI. N. 1. Qui vero, ita rectius quippi alii, qui verbo, ut nota Menardus, pag. 481, qui ejusq*inclusus* explicat *provolutus genibus*, et *collationem definit esse concessum monachorum*, in quo Abbas horatur monachos, culpa corriguntur, etc., ex cap. 7 regulae Isidori, et lib. ii de Officiis eccles., cap. 14, n. 14. Pro *cognoscitur*, Grialius *ignoscitur*, AREV.

cipiat ab eo indulgentiam, cui cognoscitur intulisse injuriam. Qui autem non petit, aut non ex animo poscit, in collationem deductus excessum injuriae congrue subjaceat disciplinae. Qui sibi invicem convicia objiciunt, si iterum invicem sibi celeriter laxando ignoscunt, hi ab alio judicandi non sunt, quia pariter sibi veniam dare festinaverunt, si tamen excedere in semetipsos frequentius non presumant.

2. Qui sponte culpam confitetur quam gessit, veniam promereri debet quam expetet. Oretur igitur pro eo, eique confessum, si levis culpa est, postulata indulgentia praebatur. Qui pro gravi vitiis sepe excommunicatus emendari neglexerit, tandem damnationi subjaceat, quoisque vitia inolita deponat, ut quem semel illata animadversio non coercet, frequens severitas censeat emendandum. Quamvis frequentium, graviorumque vitiorum voragine sit quispiam immersus, non tamen est a monasterio projiciendus, sed juxta qualitatem coercendus, ne forte qui poterat per diuturnam poenitendum emendari, dum projicitur, ore diaboli devoretur.

#### 546 CAPUT XVII.

*De delictis.*

1. Delicta autem aut gravia sunt, aut levia. Levioris culpe reus est, qui otiosus esse dilexit; qui ad officium, vel ad collationem, vel ad mensam tardius venerit; qui in choro horis riserit, fabulisve vacaverit; qui, relicto officio vel opere, extra necessitatis causam foras discesserit; qui torporem aut somnum amaverit; qui saepius juraverit; qui multiloquus fuerit; qui ministerium cuiuslibet operis injunctum sibi sine benedictione suscepit, aut perfectio opere benedictionem minime postulaverit; qui injunctum opus negligenter vel tardius expleverit; qui casu aliquid fregerit; qui damnum rei parvae intulerit; qui codicem negligenter usus fuerit; qui alicubi ad momentum secesserit; qui occulte ab aliquo litteras vel quodlibet munus acceperit; vel epistolam suscipiens sine abbatis consensu rescripsit; vel quemlibet parentum seu secularium sine jussu senioris aut viderit, aut cum eis locutus fuerit; qui seniori inobediens fuerit; qui contumaciter seniori responderit; qui erga seniorum linquam non regresserit; qui lascivus in

2. Pro damnationi Smaragdus habet emendationi. In nonnullis Editionibus male est quisque, pro quoque. Quod Isidorus docet, non esse e monasterio prouidendum, qui per diuturnam poenitendum potest emendari, ab aliis Patribus eum dissidente advertit Menardus. Verum etiam apud Isidorum locus relinquitur, ut qui dicuntur et sunt incorrigibiles e monasterio projici possint. AREV.

CAP. xvii. N. 4. Qui alicubi, etc. Cass., lib. iv, cap. 46. Si ad punctum temporis uspiam secesserit, et paulo post: Si epistolam cuiusque susciperet, si rescribere sine abbe suo tentaverit. GRIAL.

Ibid. Qui contumaciter, etc. Cassian., ibid. Si superfluo, si durius, si contumacius responderit. GRIAL.

Ibid. Qui cum excommunicato, etc. Cassian.: Si oraverit cum eo qui est ab oratione suspensus. GRIAL.

\*Ibid. Ex cit. Iuc. Cassiani multa quoque exceptio sanctus Columbanus sub lucem sui Poenitentialis. Pro in choro horis riserit, fortasse in chori horis riserit vel certe omnitudine horis, ut in Concordia re-

A lingua fuerit, qui in hyponeste incesserit; qui jocaverit; qui satis riserit; qui cum excommunicatio locutus fuerit, oraverit, aut comedenter; qui illusionem nocturnam Patri pon patefecerit. Haec igitur et his similia tri-duana excommunicatione emendanda sunt.

2. Graviori autem culpae obnoxius est, si temulentus quisquam sit; si discors; si turpiloquus; si semi-narum familiaris; si semipans 547 discordias; si ipacundus; si aliae et rectae cervicis; si mente tumidus, vel jactanti incessu immo<sup>mod</sup> ratus; si detrautor; si susurro, vel invidus; si praeputior rei peculiarijs; si pecuniae contagio implicitus; si aliquid praeter regularem dispensationem superfluum possidens; si fraudator rei accepta aut commissare sibi, aut minus commissare.

B 3. Inter haec, si de rebus secum allatis exculperit, vel de iis per inobedientiam murmuraverit; si falsum dixerit; si contentiones vel rixas amaverit; si manifestum convictionem fratri intulerit; si personam inuicentem falso crimen maculaverit; si contumaciam animo seniorem despicerit; si rancorem adversus fratrem tenuerit; si peccantij in se et postea suppli-canti veniam non concesserit; si cum parvulis joca-verit, riserit, vel eos osculatus fuerit; si cum altero in uno lecto jacuerit; si rei majoris damnum intule-rit; si furatus fuerit; si perjuraverit; si extra com-munum mensam priyatim vel furtim quidpiam sum-pserit; si alicubi, extra consultum praepositi vel abbatis, discedens, medio die, vel amplius, commo-ratus fuerit; si, ut otiosus sit, falsam infirmitatem praetenderit. Haec et his similia juxta arbitrium Patris diuturna excommunicatione purganda sunt, et flagelli-lis emendanda, ut qui gravius peccasse noscuntur, acriori severitate coercentur, consideratis tamen personis, qui sint humiles, quive superbi.

#### CAPUT XVIII.

*De excommunications*

1. Satisfactio delinquentium haec est: in officio fratribus constitutis, peracto poenitentia tempore, vocatus is qui excommunicatus est, solvet statim cingulum, humique extra chororum prostratus jacebit, agens poenitentiam, quoisque expleatur celebritas, cumque jussus fuerit ab abbe de solo surgere, in-

P gularum, pag. 497. Risum in choro coeret etiam sanctus Pachomius, et contra eos qui in ecclesia rident invehitur sanctus Joannes Chrysostomus, serm. 46, in epist. ad Hebreos, uti sanctus Ambrosius, lib. iii de Virgin., contra eos qui in ecclesia fabulis vacant. AREV.

2. Qui pecuniae, etc. Cassian.: Philargyriz coqua-gio affectus, atque possessio rerum superfluarum. GRIAL.

CAP. xviii. N. 1. Humique extra chororum prostrat. Ex Goth. Cassian., lib. iv, cap. 46: Cuiuscum in syn-axi fratribus congregatis, tandem prostratus in terra veniam postulabit, donec orationum consummetur so-lemnis, impetratur ea; cum jussus fuerit abbas judicio de solo surgere. GRIAL.

Ibid. Ex sancto Pachomio et Fructuoso episcopo, et altero Fructuoso, constat hic mos, ut cingulum solverent monachi, qui veniam petebant, aut palam increpabantur. In Concordia regularum, pag. 554: Ingregiensque chorum oret. Post haec data oratione, etc. AREV.

grediensque **548** in chorūm, data oratione pro eo A ab abbatē, et respondentibus enītis *amen*, surgat, atque ab omnībus p̄o negligentia veniam poscat, adepturus indulgentiam post hujus emendatoriæ satisfactionis censuram.

2. In minori vero ætate constituti non sunt coercendi sententia excommunicationis, sed pro qualitate negligentie congruis affligendi sunt plagi, ut quos ætatis infirmitas a culpa non revocat, flagelli disciplina compescat. Excommunicati autem ab iis locis quibus fuerint constituti ante pénitentiae tempus expletum prohibeantur progredi. Ad excommunicatum nulli licebit ingredi citra imperium senioris. Cum excommunicato nulli penitus vesci liceat, ne ipsi quidem qui alimenta victui præbet.

8. Si excommunicatio biduana fuerit, excommunicato nihil alimenti præbendum est; certe si plurimorum dierum illata fuerit communionis suspensio, sola panis et aquæ in vespertinum erit adhibenda refectio. Excommunicatis præter hiemis violentiam cibile humus erit, stratum, sive storea; amictus autem tegmen rasum, aut certe cilicium; calceamentum, aut spartæ, aut quodlibet genus solearum.

**549** 4. Excommunicandi potestatem habeant Pater monasterii, sive præpositus; reliqui autem excessus monachorum in collectam abbati vel præposito deferentur, ut is qui delinquisse cognoscitur competenti severitate coercentur.

2. Smaragdus, cap. 26 : *Hinc Isidorus ait : Cum excommunicato neque orare, neque loqui cuiquam fitcabit, cum excommunicato nulli penitus vesci liceat, ne ipsi quidem, qui alimentum victui præbet.* GRIAL.

Ibid. In minori vero ætate, etc. Hoc monitum exstat non solum in regula sancti Benedicti, sed etiam in regula Magistri, ut vocant. Vide Menardum, pag. 582 et seqq. In Decreto Gratiani, caus. 11, q. 3, c. 18, citantur verba : *Cum excommunicato neque orare, neque loqui, nisi ea quæ ad eamdem excommunicationem pertinent, nec vesci liceat.* Simili modo apud Burchardum, et in Decreto Iovonis adduntur Isidoro illa verba : *nisi ea quæ ad eamdem excommunicationem pertinent.* Legendus præterea de hoc loco Beccardus, in Isidorianis, cap. 32, num. 15. Apud Petrum Casinensem, cap. 30, post compescat, additur : *Illi vero fratres post quindecim annos ætatis vapulent, si satis gravem, aut iuri fugacis, aut criminaliter aliquam culpam commiserint.* AREV.

3. Cubile humus. Smaragd. : *Lectus eorum aut nuda humus, aut certe storea, id est, matta super humum.* GRIAL.

Ibid. Si excommunicatio... refectio. In Concordia regularium : *Cujus biduana, vel triduana fuerit illata excommunicationis suspensio, sola panis et aquæ in vespertinum erit adhibenda refectio. Tegmen rasum, lib. xix Etymolog., cap. 22, n. 23, est vestis ralla, quæ vulgo rasilis dicitur, scilicet, ex sententia Nonnii, vestis ralla a raritate ita vocata, rasilis aut rasa alia fortasse de causa appellata est. Cilicium est vestis ex pilis contexta, a cilicibus populis nomen sortita. De sparto, Plinius, lib. ix, cap. 2 : Hinc calceamenta, et pastorum vestis. Soleas definit Isidorus, lib. xix Etymolog., cap. 24, n. 11, cui concinuit Gellius, lib. xiii, cap. 20.* AREV.

4. In collectam. Hoc est, in collationem, de qua cap. 7. Ad hunc locum referri possunt quedam verba quæ in Concordia regularium, pag. 568, exscribuntur ex regula sancti Isidori episcopi, c. 14, § 4; sed quæ in regula edita non existant, neque Menardus quid-

## CAPUT XIX.

### De familiari vita.

1. Monachi in communī viventes nihil peculiare sibi facere audeant, neque in suis cellulis quidquam quod ad victimū, vel habitum, vel ad quālibet rem aliam pertineat, sine regulari dispensatione abbatis possidere præsumant. In Pentecoste autem, quæ est dies remissionis, omnes fratres sub divina professione se alligent nihil peculiare apud conscientiam suam habere. Si quod a parentibus vel extraneis munus cuiilibet monacho fuerit directum, in conventum fratrum redactum sit, ut cui necesse erit præbeatur. Monachus enim quidquid acquirit, non sibi, sed monasterio acquirit.

**550** 2. Nullus peculiariter separata sibi ad habitandum cellulam expetat, in qua privatim a cœtu remotus vivat, præter eum qui fortasse morbo, vel ætate defessus, et hoc ex consulo Patris monasterii promeruerit. Cæteri vero, quibus nec languor, nec senectus inest, in sancta societate communem vitam et conversationem retinebunt. Nullus separata sibi cellulam a cœtu remotus sibi expetet, in qua subsidio reclusionis, aut instanti otio, aut latenti vitio servatur, et maxime vanæ gloriæ, aut mundialis opinio- nis famæ.

3. Nam plerique proinde reclusi latere volunt, ut pateant; ut qui viles erant, aut ignorabantur foris positi, sciantur, atque honorentur inclusi. Nam re-

quam super eis annotavī. « Si aliquis excommunicatus in prima interrogazione querelosus vel murinib[us] apparuerit, et suas sententias superbe, vel impotente vindicaverit, et hoc senior manifestum esse cognoverit, usque in diem tertium maneat excommunicatus, ita ut nullus cum eo loquatur. Cum tertio vero die ita sciscitus, et in superbia, quam diximus, fuerit deprehensus, quousque ergastulo coactatus perseveret, donec omnem arrogantiā superbiæ de- neget. Quod si in malo perseverans perduraverit, et prona (forte, prava) voluntate pénitentiam agere no- fuerit, et sepe ac saepē contumax contra seniores, vel fratres in facie persistenterit, et cum propinquis se vindicare maluerit, in collatione deducatur exuatur monasterii vestibus, et induatur quas olim deduxerat sæcularibus, et cum confusionis nota a monasterio expellatur, ut cæteri emendentur, dum fortasse so- lus tali correptione ille delinquens corrigitur. » Hæc si Isidori sunt, conciliari possunt cum his quæ cap. 16, num. 2, dixit, ita ut ibi neget et monasterio expellendos de quibus spes aliqua affulget eos posse ad bonam frugem revocari, hic vero expelli jubeat illos qui incorrigibiles censeantur. AREV.

Cap. xix. N. 4. *Neque in suis cellulis quidquam,* etc. Ita etiam præscribunt Pachomius, Teridius, et alii in regulis monachorum. Quod paulo post sequitur : *Si quod a parentibus, etc., in Concordia regularium ita effertur : Si quid a parentibus, vel extraneis cuiilibet monacho collatum fuerit, non erit sub jure privatae rei habendum, sed in potestate abbatis in commune redactum, cum necesse est, præbeatur.* Sententia, quod monachus quidquid acquirit, non sibi, sed monasterio acquirit, in multis juris canonici locis adop- tata est, ut cap. Statutum 1, caus. 18, quæst. 1; cap. Abbates, 16, caus. 18, quæst. 2; cap. Quæta ingredientibus, 7, caus. 19, q. 3, et aliis. AREV.

2. Subsidio reclusionis. Ex Goth. Al., sub studio reclusionis. GRIAL.

*Ibid.* Vanæ gloriæ incurrat. In Goth., una plus voce. GRIAL.

vera omnis qui propter vitæ quietem a turbis discedit, quanto magis a publico separatur, tanto minus latet. Oportet ergo tales in sancta societate commorari, atque sub testimonio vitam suam transigere, ut si quid in eis vitiorum est, dum non celatur, curretur; si quid vero virtutum, ad imitamentum proficiat aliorum, dum humilitatis eorum exempla alii convenientes, erudiuntur.

4. Non est præsumendum sine conscientia abbatis egenis vel quibuslibet conferre de eo quod regulari dispensatione noscitur monachus possidere: nec cum alio fratre quidpiam commutare, nisi abbas vel præpositus illi jussicerit, nulli licebit; nec habebit quispiam præter illa quæ communi monasterii lege concessa sunt de rebus monasterii. Abbatii vel monacho monasterii servum non licebit facere liberum: qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non debet. Nam sicut sæculi leges sanxerunt, non potest alienari possessio, nisi a proprio domino: **551** ita et omne quod in monasterio in nummo ingreditur, sub testimonio seniorum accipendum.

5. Eadem pecunia in tribus partibus dividenda est; quarum erit una pro infirmis et senibus, et pro aliquo coemendo in diebus sanctis cultius ad victimum fratrum; alia pro egenis; tertia pro vestimentis fratrum, et puerorum, vel quibusque ad necessitatem monasterii coemendis. Quas tres partes custos sacrarum percipiat, ac, præcipiente abbate, sub testimonio præpositi vel seniorum de singulis partibus pro suis necessariis causis expendat.

## CAPUT XX.

### *Quid ad quem pertineat.*

1. Ad præpositum autem pertinet sollicitudo monachorum, actio causarum, cura possessionum, satio agrorum, plantatio et cultura vinearum, diligentia gregum, constructio ædificiorum, opus carpentariorum, sive fabrorum. Ad custodem sacrarum pertinet cura vel custodia templi, signum quoque dandi in vespertinis, nocturnisque officiis, vel vestes suere, ac vasa sacrorum. Codices quoque instru-

4. *Egenis, etc.* Scilicet nisi urgeat necessitas. Vide sanctum Thom., 2-2, q. 32, art. 8, et glossam 16, q. 4, cap. 5. Commutare etiam quidpiam cum alio prohibuerunt sanctus Pachomius, et sanctus Basilius. Servum facere liberum prohibetur etiam abbas in concilio Agathensi, can. 59, et Epaon., can. 8. Duplicem libertatem, seu manumissionem, distinguunt Menardus, pag. 188, alteram *regiam*, quæ siebat domini consensu coram rege excusione numimi; alteram *ecclesiasticam*, quæ siebat in ecclesia ante cornu altaris coram presbyteris et populo tam a laicis quam ab ecclesiasticis. AREV.

5. *Cultius.* Al., *cultibus*, ex Goth. Supra, cap. 9: *Nec cultius quam quæ in communi consistunt.* Neutro tamen modo satis integer videtur locus. GRIAL.

*Ibid.* *Necessitatis.* Ex Goth. Al., *necessariis*. GRIAL.

*Ibid.* De custode sacrarum iterum cap. seq., num. 1. Menardus, loc. cit., custodem sacrarum eum esse ait quem *sacristam* modo appellamus, et multa de sacrarum voce disserit. AREV.

CAP. XX. N. 4. In Concordia regularum, pag. 430, *ratio agrorum*, minus bene, pro *satio agrorum*. Ex eadem Concordia, et ex Holstenio reposui diligentia

A mentaque cuncta, oleum in usus sanctuarii, cera et luminaria. Iste a vestiario monasterii suscipiet acus, etiam et filia diversa pro consuendis vestibus fraternalibus habebit, et omnibus, ut necesse est, ministrabit. Ad hunc quoque pertinebit aurum atque **552** argentum, cæteraque fracta æris ferrique metalla, ordinatio quoque linteriorum, fullo-nuni, calceariorum atque sartorum.

2. Ad janitorem pertinebit cura hospitium, denuntiatio advenientium, custodia exteriorum claustrorum. Ad eum qui cellario præponitur pertinebit sollicitudo eorum quæ in promptuario sunt: iste præbet hebdomadariis quidquid necessarium est victui monachorum, hospitium et infirmorum; isto præsente, dispensantur ea quæ mensis deferenda sunt; is etiam quidquid residuum fuerit pro pauperum usibus conservabit, huic quoque hebdomadarius, expleta hebdomada, vasa sibi tradita exhibebit, ad perspicendum utique, si negligentius habita sunt, et ad denuo succendentem hebdomadarum coram isto tradentur. Ad hunc quoque pertinent horrea, greges ovium et porcorum, lana et linum, de area sollicitudo, cibaria administrandi pistoribus, jumentis, boibus et avibus, industria quoque calceamento-rum, cura pastorum, seu piscatorum.

3. Ad hebdomadarum pertinet cura fercularum, administratio mensarum, signum dandi in diurnis officiis, sive in collatione, vel in collecta post solis occubitum. Ad hortulanum quoque pertinebit munitione custodiaque hortorum, alvearia apum, cura se-

C minum diversorum, ac denuntiatio quid et quando oporteat in hortis seri, sive plantari. Ars autem pistoria ad laicos pertinebit; ipsi enim triticum purgent, ipsi ex more molant; massam tantumdein monachi conficiant, et panem sibi propriis manibus ipsi faciant. Porro pro hospitiis, vel infirmis, laici faciant panes.

4. Instrumentorum et ferramentorum custodia ad unum quem Pater monachorum elegerit pertinebit, qui ea operantibus distribuat receptaque custudiat.

*gregum, et vespertinis nocturnisque officiis.* In Editione Grialii *diligentia legum*, et *vespertinis nocturnis officiis*. Custos sacrarum a Lanfranco, cap. 6 Constitut, dicitur *secretarius*, a Græcis *cimillarchus*, in nonnullis Hispaniæ ecclesiis *thesaurarius*. Instrumenta hic accipiuntur pro chartis contractuum, fundatiuum, etc. Grialius legit in usum sacrarum, ceram ad luminaria. In Concordia regulatum pro iste a vestiario, etc., sic legitur, qui vestiaria monasterii suscipiet, quique etiam filia (legendum, acus etiam, et filia) diversa pro consuendis, etc. Quod Menardo melius videtur. In eadem Concordia facta *infectaque*, pro fracta; et cerariorum, pro calceariorum. AREV.

2. *Area, ex Goth. Al., ex arca. GRIAL.*

*Ibid.* *Exteriorum.* In regularum Concordia, p. 411, *exterorum*, minus bene. In eadem Concordia, p. 591, *residuum sumptui fuerit.* Et mox, *linum, aviaria, sollicitudo cibaria ad ministrandum pistoribus.* Ex quo Menardus legendum putat, *linum, aviaria: sollicitudo cibaria administrandi pistoribus.* Sunt autem *aviaria ædificia apta nutriendis avibus.* AREV.

3. *Ex more.* Ita Goth., et Smaragd. Al., *ex mole.* GRIAL.

**Et licet haec cuncta specialiter singulis maneat distributa, omnia tamen a Patre ordinata ad curam prepositi pertinebunt. Ad custodiendam autem in urbe cellam 553 unus senior, et gravissimus monachorum cum duobus parvulis monachis constitutus est, ibique, si culpa caret, convepit eum perpetui perdurare.**

5. Porro cura nutriendorum parvolorum pertinet ad virum quem elegerit Pater, sanctum sapientemque, atque aetate gravem, informante parvulos non solum studiis litterarum, sed etiam documentis magisterioque virtutum. Cura peregrinorum, vel pauperum eleemosyna pertinet ad eum cui dispensationis potestas commissa est. Iste quod habet triplex, et communis, in quantum potest, non ex tristitia, aut necessitate: *Hilarem enim datorum diligat Deus (II Cor. ix).*

#### CAPUT XXI.

##### *De infirmis.*

1. Cura infirmorum sanæ sanctæque conversatio-  
nis viro compitienda est, qui pro eis sollicitudinem  
ferre possit, magna cum industria præsto faciat  
quidquid imbecillitas eorum exposcit. Ipse autem  
sic ægrotis deseruit, ut de sumptibus eorum vesci  
non præsumat. Egrotis deliciora sunt præbenda  
alimenta, quoisque ad incolumentem perveniant.  
Postquam salutem receperint, ad usum pristinum  
revertentur.

2. Infirmi autem pro eo quod delicatus aguntur,  
fortiores inde nequaquam scandalizentur; qui enim  
sani sunt infirmos tolerare 554 debent; qui autem  
infirmi sunt sanos et laborantes anteposendos sibi  
non dubitent. Nullum oportet vel veram corporis in-  
firmitatem celare, vel falsam prætendere. Sed qui  
possunt Deo gratias agant, et operentur; qui vero  
non possunt manifestent suos languores, humanius-  
que traentur.

3. Sub prætextu infirmitatis nihil peculiare ha-

5. *Studii litterarum.* Hinc colligit Menarous pue-  
ros monachos litteris imbuvi dabere. *Sanctus Cas-  
arius* pueros in monasterio suscipi nollebat, qui litteras  
ediscere non valerent. Vide *Mabillonij*, de  
studiosis monasticis. In Concordia regularum, pag.  
891, referuntur quædam verba ex regula sancti Isi-  
dori, quæ in regula excusa non existant, et ad hunc  
locum referri possunt. Quicunque a parentibus  
propriis in monasterio fuerit delegatus, noverit se  
ibi perpetuo mansurum. Nam Anna Samuel puerum  
natum et ablatum Deo pietate qua voverat obtulit;  
quiisque in ministerio templo quo a matre fuerat fun-  
ctus permanxit, et ubi constitutus est, servivit. Eadem  
referuntur caus. 20, q. 1, cap. Quicunque,  
sine ulla libri aut capitis citatione. Smaragdus ei-  
dem summis ex Concordia regularum. In causa ci-  
tata legitur cum pietate obtulit; et deputatus pro fun-  
ctus. Relegendum hac de re Berardus, in Isidorianis,  
cap. 32, n. 46. AREV.

CAP. XXI. N. 4. *De sumptibus, etc.* Id clarius in-  
telligitur ex sancto Fructuoso, c. 10: *De his que*  
*iliis residua sunt, neque fraudem faciunt, neque oc-  
culte se illicita comedione polluant.* AREV.

2. Apud Petrum Casinensem, cap. 36, post non  
dubitent additur: *Qui sani sunt corpore sani de-  
bet esse et mente. Et ideo convenit sanis infirmos*

*A bendum est, ne lateat libido cupiditatis sub languo-  
ris specie. Lavacra nulli monacho adeunda studio  
lavandi corporis, nisi tantummodo propter necessi-  
tatem languoris, et nocturnam pollutionem. Nec dif-  
ferendum est propter medelam, si expedit; nec  
murmurandum est, quia non sit pro appetitu volu-  
ptatis, sed pro remedio tantum salutis.*

#### CAPUT XXII.

##### *De hospitibus.*

1. Advenientibus hospitibus prompta atque ala-  
cris susceptio est adhibenda, scientes ob hoc in  
novissimum consequi retributionem. Sicut enim Do-  
minus dicit: *Qui vos recipit, me recipit, et qui me  
recipit recipit illum qui misit me; qui recipit pro-  
phetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ  
accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mer-  
cedem justi accipiet; et qui potum dederit uni ex  
minimis istis calicem aquæ frigidæ taurum in no-  
mine meo, amen dico vobis, non perdet mercedem  
eum (Matth. x).*

2. Et licet omnibus hospitalitatibus bonum cum  
gratia operigat referri, uberior tamen monachis de-  
siderata est honestas hospitalitatis. Praebeatur  
eis habitacula, laveriur corpori pedes, ut 555 præ-  
ceptum Dominicum implatur; congruis etiæ sum-  
pliibus eiusdem humanitatis gratia præbeatur.

#### CAPUT XXIII.

##### *De profectione.*

1. Nullus monachus, inconsulto abbate, audeatus-  
pam progredi, nec aliquid præsumere sine imperio  
ejus, seu præpositi. Si quapropter albus vel præpositus,  
C alicubi prædicuntur, ille ferat fratrum sollicitudini-  
mem, qui est præpositus secundus in ordine. Nullus  
propinquum, vel extraneum, hospitem vel monachum,  
familiarem seu parentem videre absque imperio senio-  
ris, neque sine jussu abbatis quispiam accipere epi-  
stola vel dare cuiquam præsumat.

2. Quando fratres foras proficiscuntur, vel redunt

portare, et magis quam ab infirmis portari. Necesse  
est enim ut patienter portemus infirmos, ut iterum  
infirmi patienter portemur a sanis. Tempore enim  
infirmitatis eorum copiosam mercedem providendo  
conquiramus ab illis, ut et illi tempore infirmitatis  
nostræ copiosam mercedem serviendo conquirant de nobis. Hinc Apostolus (Galat. vi): *In vicem onera ve-  
stra portate, et sic adimplebitis legem Christi.* AREV.

3. In Concordia regularum, pag. 665: *Tantum-  
modo pro necessitate languoris. Nec differendum, etc.* Nonnulli, nec murmurandum est, si fiat, quia, etc. Apud Petrum Casinensem, post verba pro remedio  
salutis, additur: *Pro cura medendi balneorum usus  
summo adhibeatur studio, sanis vero, et præcipue ju-  
venculis tardius concedatur.* AREV.

CAP. XXII. N. 2. *Ubior monachis, etc.* Scilicet ex  
præscripto etiam Pachomii, Macarii, Magistri, et  
aliorum, ut in Concordia regularum, pag. 891. AREV.

CAP. XXII. N. 1. *Præsumere.* Hoc est, facere. Lit-  
teras a monachis et religiosis neque scribendas, ne-  
que recipiendas sine superioris facultate comproba-  
tur in Concordia regularum, pag. 622 et 874. AREV.

2. In regularum Concordia, pag. 1061, et apud  
Hilsteinum legitur: *Quando fratres foras proficisci-  
untur, vel redunt, congregatis omnibus in unum in eccl-  
esiæ benedictionem accipiant. Eodemque modo pebdoma-*

**s**ongregatis omnibus in ecclesia, benedictionem accipiunt. Eodemque modo hebdomadarius, vel quilibet rerum dispensatores; sed dum pro necessitate aliqua monasterii diriguntur, duo fratres spirituales ac probatissimi elegantur. Adolescentuli autem vel non conversi a tali ministerio removendi sunt, ne aut infirma ætas carnis desiderio polluatur, aut ruditus conversatio ad sæculi desiderium revertatur.

3. **M**onachus, dum ad aliquod monasterium mittetur visitandum, quandiu cum eis fuerit, ad quos destinatus est, ita eum ibi oportet vivere, sicut reliquum ecclœ sanctorum videt, propter scandalum, scilicet, et perturbationem infirmorum.

#### CAPUT XXIV.

##### *De defunctis.*

1. **T**ranseuntibus de hac luce fratribus, antequam sepeliantur, pro dimittendis eorum peccatis, sacrificarii, vel quæcumlibet rerum dispensatores, sive dum promoventur, sive dum recessunt. Propter necessitatem aliquam monasterii duo fratres spirituales comprobatisimi elegantur, qui ad urbem, vel ad possessionem (villam, curtem) mittantur. Adolescentuli autem, etc. Menardus vehementer laudat has institutiones, seu regulas. AREV.

CAP. XXIV. N. 2. De more antiquo offerendi sacrificium pro mortuis, sive de igne purgatorio ex mente Isidori vide Isidoriana, cap. 33, n. 17 et 18, et not. ad lib. de Ordine creaturarum, c. 11, n. 15. Mepardus, pag. 217, multa in hanc sententiam congerit ex sancto Augustino, Cassiano, concilio Bracarensi, Aurelianensi, Vasensi i et II, etc. Recenset alios auctores qui præter exequias in die obitus meminere dierum tertii, septimi, noni, trigesimi et quadragesimi. Prætereat beatus Ægil, abbas Fuldensis, quod in Concordia regularium, loc. cit., potius, instituit ut pro fratribus defunctis anniversariae preces et missæ quotannis die sancti Ignatii martyris agerentur. Sanctus Hugo, abbas Cluniacensis idem statim fieri seruus quinta post octavas Pentecostes. Alii alijq[ue] dicens designarunt. AREV.

3. Et majora præcepta Patrum per omnia observantur, Goth., sed non convenerunt cum præfatione. GRIAL

Ibid. In Concordia regularium, ut majorum præcepta patrum, quod Menardo quoque displicuit. Post hoc ultimum caput in nonnullis MSS. adjicitur caput

A ciuum Domino offeratur. Corpora 556 fratrum uno sepielienda sunt loco, ut quos viventes charitatis tenet unitas, morientes unus locus amplectatur.

2. Pro spiritibus defunctorum altera die post Pentecosten sacrificium Domino offeratur, ut beatæ vitæ participes facti, purgatores corpora sua in die resurrectionis accipiant.

3. Hæc igitur, o servi Dei, et milites Christi, contemplares mundi, ita vobis custodienda volumus, ut majora præcepta potius servetis. Suscipite igitur inter illa et hanc admonitionem nostram, humili corde custodientes quæ dicimus, libenter suientes quod dispensamus; quatenus et vobis de fructu operis sit gloria, et nobis pro ipsa admonitione postulata proveniat venia. Deus autem omnipotens custodiat vos in omnibus bonis, et quomodo cœpit, sic et confirmet gratiam suam in vobis. Amen.

aliud *De regula devotorum*, de quo egi in Isidoriana, cap. 71, n. 28 et seqq. Ita autem se habet. *Sequentia de regula devotorum.* Ne mo ad eas vadat visitandas, nisi qui habet ibi matrem, vel sororem, aut filiam, et propinquas, et consobrinas, sive matrem filiorum suorum. Si autem necessitas fuerit ut videant eas, ut antequam renuntiantur sæculo, et intrarent in monasterio, paterna eis debetur auctoritas, aut aliqua causa manifesta est, mittent cum his propositæ virginæ statim, ac vite, videbunt eas, et pariter revertentur. Nemo vadat ad illas, nisi quos supra diximus. Si eas videverint, primum faciant munitari patri monasterii, et ille mittet ad seniores, qui ad ministerium virginum delegati sunt. Qui occurserit eis, et cum ipsis videbunt, quas necesse habuerint, cum omni disciplina et timore Dei. Cumque eas viderint, non eis loquerentur de rebus sacerdotalibus. Quicunque de his mandatis præterierit, absque ulla retractatione negligenter, atque contemptus ager publice pœnitentiam, C ut possidere valeamus regna celorum. Forte, possidere valeat regna celorum. In Isidoriana etiam, loc. cit., dixi, in nonnullis MSS. post caput regule devotorum addi constitutionem Et concilii Hispaniensis, cui Isidorus presul, quæ est de monasteriis virginum, ut a monachis tueantur, et legi potest in ipso concilio descripta in Appendice 4, ad Isidoriana, pag. 525, ac propterea hoc loco prætermittitur. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## EPISTOLÆ.

### EPISTOLA PRIMA.

ISIDORI LEUDEFREDO EPISCOPQ.

557 **D**omino meo Dei servo Leudefredo episcopo Isidorus.

1. Perfectis sanctitatis tue litteris, gavisus sum

EPIST. I. N. 1. Citatur a Gratiano, dñst. 25. Pro fraterno, al. paterno. PEREZ.

Ibid. Multa quæ ad hanc epistolam illustrandam pertinere possunt, explicata jam sunt in Isidoriana, cap. 73, num. 5 et seqq., ubi etiam suspiciones quorundam exposui, qui dubitarunt q[uod] epistola hæc ge-

D quod optalam salutem tuam earum relatu cognovi, de his autem quæ in consequentibus insinuare plorari tui sermo studuit, gratias ago Deo, quod sollicitudinem officii pastoralis impendis, et qualiter ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia

nuinæ sit Isidori. Relegendi etiam sunt libri Officiorum saepi Isidori, qui in eode argumento versantur. Epistolas, ut existant in Editione Grialiana, quam sequimur, colligunt, notisque nonnullis illustravit vir in primis doctus Joannes Baptista Perez. AREV

prudentiae vestrae sint cognita, tamen quia affectu fraterno me consulis, ex parte qua valeo expediam, et de omnibus Ecclesiae gradibus, quid ad quem pertineat eloquar.

2. Ad ostiarium namque pertinent claves ecclesiae, ut claudat et aperiat templum Dei; et omnia quae sunt intus extraque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles rejiciat.

3. Ad acolythum pertinet praeparatio luminariorum in sacrario, ipse cereum portat, ipse suggesta, pro Eucharistia subdiaconis calicem preparat.

4. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manus super energumenos et catechumenos exorcizandos imponere.

5. Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, psalmos, laudes, sacrificii responsoria, et quidquid pertinet ad cantandi peritiam.

**558** 6. Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea quae prophetae annuntiaverunt populis predicare.

7. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altarium Christi deferre, et Levitis tradere, eisque administrare; urceolum quoque, et aquamanilem, et manutergium tenere, et episcopo, et presbyteris, et Levitis pro lavandis ante altarium manibus aquam præbere.

8. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrisma, in patena et calice; oblationes inferre, et disponere in altario, componere mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, prædicare Evangelium et Apostolum. Nam sicut lectoribus Vetus Testamentum, ita diaconibus Novum prædicare præceptum est: ad ipsum quoque pertinet officium precium, recitatio nominum; ipse præmonet aures ad Dominum habere, ipse horatur clamore, pacem ipse annuntiat.

9. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari Domini confidere; orationes dicere, et benedicere populum.

10. Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio,

9. In Codic. Vat. 378X, ut in Isidorianis, loc. cit., n. 10, indicavi, quadam preferuntur *ex dictis beati Isidori ad Laudem reditum episcopum*, quae hic exscribere juvavat potius quam ad appendices rejicere. Ad presbyteros pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini altari Dei confidere, et orationem dicere, et benedicere dona Dei. Itaque per omnes horas canonicas indeclinabiliter in sancta ecclesia perseverant, ut opus Dei digne et infuscate perficiatur ab eo cui committitur, verens sententiam illius Sapientis, ubi dicitur: *Maledictus qui opus Dei negligenter fecerit*; atque præcepit episcopi sui obtinperando, non aliqua accidia aut scurrilitate torpeant, sed reminiscantur quod labia sacerdotis evitodunt scientiam. Debent etiam assidue in ecclesia stare, ac providere ne desit Eucharistia Christi propter infirmos. De infirmis quoque debent providere, ne forte sine confessione vel confirmatione sanguinis Domini nostri Iesu Christi moriantur. Confessiones autem peccantium religiosissime recipere, et exinde per

A uncio altaris, confessio chrismatis, ipse prædicta officia et ordines ecclesiasticos constituit, ipse sacras virgines benedit; et dum præsit unusquisque in singulis, hic tamen est in cunctis. Hi sunt ordines et ministeria clericorum, que tamen auctoritate pontificali **559** in archidiaconi cura, et primicerii, ac thesaurarii sollicitudine dividuntur.

11. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et Levitis, ad quem ista ministeria pertinent: ordinatio vestiendi altaris a Levitis, cura incensi, et sacrificii deferendi ad altare, cura subdiaconorum de subinserendis ad altare in sacrificio necessariis, sollicitudo quis Levitarum Apostolum et Evangelium legat, quis preces dicat, seu responsorium in Dominicis diebus, aut solemnitatum. Sollicitudo quoque parochianorum, et ordinatio, et juria ad ejus pertinent curam; pro reparandis dioecesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti; ipse inquirit parochias cum jussione episcopi, et ornamenti, vel res basilicarum parochianarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem desert.

12. Collectam pecuniam de communione ipse accipit, et episcopo ipse desert, et clericis partes proprias ipse distribuit. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum; ipse denuntiat sacerdoti in sacrario jejuniorum dies, atque solemnitatum; ab ipso publice in ecclesia prædicantur. Quando autem archidiaconus absens est, vicem ejus diaconus sequens adimpleret.

13. Ad primicerium pertinet acolythi, et exorcistarum, psalmistarum, atque lectorum, signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vita honestate, et officium meditandi, et peragendi sollicitudo. Lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, et responsoria quis clericorum dicere debeat; ordo quoque et modus psallendi in choro pro solemnitate et tempore; ordinatio pro luminariis deportandis; si quid etiam necessarium pro reparatione basilicarum, quae sunt in urbe, ipse denuntiat sacerdoti; epistolam episcopi pro diebus jejuniorum parochianis per ostiarios iste dirigit; clericos quos delinquere cognoscit iste distingit: **560** quos vero emendare

jussionem pontificis magna illis debet esse cura. Ad Christianos quoque et infantes baptizandos, et ad succurrendum omnia a presbyteris in ecclie siant. Hyc, ut dixi in Isidorianis, addita sunt Isidoro, non minus quam ea quae de archidiaconis, ad num. 12, Perezius exscripsit. AREV.

11. Al., *refert*, pro *desert*. PEREZ.

12. Post archidiaconi officium ante primicerium in uno Complutensi Codice, leguntur hæc: *Archipresbyter vero se esse sub archidiacono, ejusque præceptis, sicut episcopi sui, sciatis obediere; et (quod specialiter ad ejus ministerium pertinet) super omnes presbyteros in ordine positos curam agere, et assidue in ecclesia stare, et quando episcopi sui absentia contigerit ipse vice ejus missarum solemniter celebret, et collectas dicat, vel cui ipse injunxerit. Quæ in reliquis Codicibus non sunt, neque ex Isidoro, sed ex concilio Toletano ab aliis citantur. Vid. notat. ad Gratian. et fragmenta concil. Toletan. PEREZ.*

13. Al., *cantandi*, pro *meditandi*. PEREZ.

non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi **A** desert. Basilicarios ipse constituit, et matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est, ea, quae prædicta sunt, ille exequitur, qui ei aut loco est proximus, aut eruditione in his expediendis intentus.

14. Ad thesaurarium pertinet basilicarii et ostiarii ordinatio, incensi eura, chrismatis cura consciendi, baptisterii ordinandi, preparatio sacrificii de his quæ immolanda sunt; ad eum venient de parochiis pro chrismate; cereos et oblationes altaris ipse accipit a populo; ipse colligit per ecclesias cereos in festivitatibus. Ad eum pertinent ornamenta, et vestimenta altaris, quidquid in usu templi est, sub ejus ordinatione existit, vela et ornamenta basilicarum quæ in urbe sunt, et non habent presbyterum, ipse custodit. De candelis aucten et cereolis quotidiani quidquid superest in basilicis, basilicarius per singulos menses huic deportat. Ex quibus thesaurarius dat quartam basilicario, tres reliquas partes dividunt æqualiter sibi cum primicerio, et presbytero, qui missam celebrat in eamdem basilicam.

15. Ad œconomum pertinet reparatio basilicarum, atque constructio, actiones ecclesiæ in judiciis vel in proferendo, vel in respondendo, tributi quoque acceptio, et rationes eorum quæ inferuntur. Cura agrorum et culturæ vinearum, causæ possessionum, et servitzialium stipendia clericorum, viduarum, et devotarum pauperum; dispensatio vestimenti, et virtus domesticorum. clericorum, servitzialium quoque, et artificum, quæ omnia cum jussu et arbitrio sui episcopi ab eo implentur.

16. Hæc sunt quæ vel a majoribus per officiorum ordines distributa sunt, vel consuetudine ecclesiarum in unumquemque servata. Nec aliquid ex his nostri judicii deputes, nisi quod aut ratio docuit, aut vetustatis antiquitas sanxit.

17. Patrem autem monasterii, unde innotuistis, illum præferri oportet, quem sancta vita et probitas morum commendat, quique dum subjectus existit, fraus in illo non fuit. Huic juste gratia cumulatur, dicente Domino: *Quia in pauca fuisti fidelis, in multa*

**D** 14. In eamdem basilicam; al., in eadem basilica. AREV.

17. De electione abbatis monasterii agitur in Regula monach., cap. 2. AREV.

Epist. II. N. 1. Quaternionem regularum. Intelligit, ut puto, et dixi in Isidorianis, cap. 71, num. 1, regulam, quam pro monachis Isidorus scripsit. In Editione epistolarum Isidori ad Braulionem apud Rissum hæc est ordine secunda, cui ejusdem Risci hæc apponitur nota: « *Per Maurentionem primicerium. Sic Editi quo viderim; lego tamen primicerum, aut primicerium. De primiceri dignitate mentio fit in concilio Emeritensi, cap. 10 et 14, et in Toletano xv, in subscriptionibus, et in Compostellano, cap. 1. Ad hujus officium spectabat oblationes clericis distribuere secundum uniusquisque dignitatem, et virtutem. De primiceriato vero vides Isidorum epist. ad Laudefredum Cordubensem episcopum.* » In hac epistola, num. 13, vocatur primicerius, alii dicunt primicerum, alii primicerium, alii primicerium. Prima nominis origo videtur esse primicerius; ita enim

*te constituam (Math. xxv, 21).* Qui vero adhuc sub regime positus improbe vixit, **561** et fratribus fraudem facere non pertimuit, hic prelatus licenter ac libere majora et deteriora committet, dum se in potestate et libertate aspexerit.

18. De talibus enim dicit Apostolus: *Sed vos injuriam facitis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniuriam regnum Dei non possidebunt (I Cor. vi, 8)?* Sed nobis ista sufficiat dicere tibi, quod Deo dignum existimas adimple. Post hæc autem precari tuam sanctitatem non desino, ut pro me intercessor apud Dominum existas, ut, quia meo vitio lapsus sum, per te remissionem consequar peccatorum.

### EPISTOLA II.

ISIDORI BRAULIONI ARCHIDIACONO.

In Christo charissimo, et dilectissimo filio, Braulioni archidiacono, Isidorus.

1. dum amici litteras, charissime illi, suscipis, eas pro amico amplecti non moreris. Ipsa est enim secunda inter absentes consolatio, ut si non est praesens qui diligitur, pro eo litteræ amplexentur. Directus tibi annulum propter nostrum animum, et pallium pro amicitarum nostrarum amictu, unde antiquitas hoc traxit vocabulum. Ora igitur pro me, inspiret tibi Dominus ut merear adhuc in vita videre me. Et quem moestificasti abeundo, aliquando iterum laetifices te praesentando. Quaternionem regularum per Maurentionem primicerium direximus. De catere autem opto tuam semper cognoscere salutem, dilectissime mi domine, et charissime fili.

### EPISTOLA III.

ISIDORI BRAULIONI ARCHIDIACONO.

**562** In Christo charissimo et dilectissimo fratri Braulioni archidiacono Isidorus.

1. Quia non valeo te frui oculis carnis, perfruar saltem alloquiis, ut ipsa amici sit consolatio incolunum litteris cognoscere quem cupio videre. Utrumque bonum esset, si liceret; sed vel mente de te reficiar, si corporali obtutu non valeo. Dum pariter essemus, postulavi te, ut mibi decadem sextam sancti Augustini transmitteres; poseo ut quoquomodo me cognitum ei facias.

dicebatur primus cujusque cassis, quasi primus in ceram, seu tabulam relatus. Plura de his Ducangius AREV.

**D** Epist. III. N. 4. Decadem sextam. Bollandiani, tom. II. Martii, pag. 658, divinari facile non posse dicunt quanam sancti Augustini opuscula in ista decade continerentur, cum obliterata sit ejusmodi divisionis memoria. Sed recte reponit Riscus non esse dubitandum sextam Augustini decadem esse Augustinianæ explanationis in Psalmos certam partem, eam nempe quæ complectitur a psalmo LI ad LX. Nam totum Augustini commentarium in decades suis aliquando distributum, et Cassiodorus in suo prologo ad Psalmos testatur, et aliquot mss. Codices ostendunt, ut constat ex præfatione Maurinorum ad tom. VI operum Augustini. Certe in bibliotheca Vaticana extant etiam nonnulli Codices, quibus per decades psalmorum explanatio sancti Augustini in eos distributur; et in quodam privilegio Ordonii II, apud Florizium, tom. XIV Hisp. sacr., pag. 370, fit mentio decadis psalmorum. Felix quoque, in Vita Juliani

2. Misimis tibiis Synchroniorum libellum, non pro id quod alicuius utilitatis sit, sed quia eum volueras. Commando autem hunc puerum, commenatio et metropolitam, ut oris pro me misere; quia valde languet et infirmatibus carnis, et culpa mortis. In alterius thum praesidiu posco, quia per me nulli thereor; de cetero pete ut domini vita bonitate portatori ad nos regredi suerit opportunity, vestris nos jubeatis testificare eloquitis.

## EPYSTOLA IV.

ISIDORI MASSONAE EPISCOPO.

**563** Domino sancto meritisque beato Massonae episcopo Isidoris.

1. Veniente ad nos sanculo vestro viro religioso Nicetio, litteras honoriscentiae vestrae nobis detulit, in quibus agnitus salutis vestrae nihilominus perpetuit maxime per eum portitorem, cuius lingua epistola vivens erat. Unde pro salute vestra gratiarum actionibus Deo nostro repensis, in quantum valuit mediocritas nostra vice inquisitionis studio poscentes meritorum vestrorum suffragiis divinis vos commendare conspectibus.

2. Verum quod sequenter in epistolis venerabilis fraternitas vestra innovavit, nulla est in hujusmodi sententiis decretorum diversitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post penitentiam, alibi, post hujusmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum.

3. Haec enim diversitas hoc modo distinguitur: illos enim ad pristinos officii gradus redire canon praecipit, quos penitentiae processit satisfactio, vel digna peccatorum confessio; at contra illi qui, neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsius carnale delictum quod admittunt etiam vindicare quadam superstiosa temeritate mituntur; nec gradus utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt.

4. Ergo ita est utraque dirimenda sententia, ut meminit decadis vel decadum postuloribus sancti Augustini. Riscus illa verba, quoquomodo me cognitum ei facias, aliena esse asserta a mente Isidori, et proposita inepta. Qui enim fieri poterat ut Braulio Isidorum cognitum faceret Augustino, ante dum propemodum secula mortuo? Itaque restituendum censem, ut quoquomodo mihi cognitam eam (decadem) facias. Malum autem, me cognitum ejus factas, scilicet ejus decadis; nam cognitus pro gnaro et perito Isidoriano aero usurpabatur, ut ignotus pro ignaro. Sic lib. iii Etymolog., cap. 4, n. 3: Quorum figurae non nisi nosti etiis artis scientier solvere possunt. Et Braulio, in Vita sancti Isidori: Non ignoratus divinorum humanarumque scientiarum merito erit. Vide Isidorianum, cap. 3, num. 16: Verum retineri quoque potest me cognitum ei facias; ut in libro de Vir. illustri, cap. 34, quibus cogniti sunt. Pro decadem in Griali Editione est decadant; sed fortasse contra mentem Editoris id accedit. AREV.

2. Pro id quod; forte pro eo quod. AREV.

Epist. iv: N. 1. Massoni, citatur haec epist. a Gratiani; dist. 50; c. Doflini sanctio, et 55, q. 2, c. Hoc ipsum. Fuit autem Massona; sive Massana; sive Masson, sive Massanu; sive Massenus, Emeritensis episcopus, qui primus subscriptus in concil. Tolet. iii. Pro Nicelio, sive Vincentio. Et pro perpetuit, al. praepatuit, vel apparet. PEREZ.

A necesse sit illos restaurari in locum honoris; qui per penitentiam reconciliationem 564 merderunt divitiae pietatis. Hi neque immerto consequuntur auctoritatem dignitatis statum, qui per emendationem penitentiae receperisse noscuntur vita remeditib. Id est, ne forte magis ambiguum sit, divina auctoritatis sententia confirmetur:

5. Ezechiel enim propheta sub tipo prævaricatrixis Jerusalem ostendit post penitentiae satisfactionem pristinum posse restaurari honorem. Confundere (inquit), o Iuda, et porta ignominiam tuam. Et post paululum: Et tu, inquit, et filiae tuæ revertimini ad antiquitatem vestram (Ezech. xvi, 52). Quod dixit, confundere, ostendit post confusionem, id est, peccati opus, debere quemque erubescere, et pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostrata demergere, pro eo quod dignum confusionis perpetuaverit opus.

6. Deinde præcipit ut portet ignominiam, id est, dehonorationem nominis, sive dignitatis, et revertatur ad antiquitatem suam. Ergo dum quisque post opera confusionis suæ confunditur, atque ignominiam depositionis suæ cum humilitate portaverit, revocari secundum prophetam ad priorum statum poterit. Item Joannes evangelista angelo Ephesi Ecclesiæ inter cetera simile quiddam scribit: Memor esto unde cecideris, et age penitentiam, et prima opera tua fac, alioquin veniam tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo (Apoc. ii, 5).

7. In angelo Ecclesiæ præpositum utique, id est, sacerdotem ostendit, juxta Malachiam, qui dicit: Latia sacerdotis custodiunt scientiam, et lex requiritur ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est (Malach. ii, 7). Præpositus ergo lapsus in vitium per evangeliam monetur, ut memor sit unde ceciderit, et agat penitentiam, et prima opera faciat, ut non moveatur candelabrum ejus.

Ibid. Pro hac epistola ad Massonam; ejusque doctrina defensionem adornavi in Isidorianis, cap. 75, n. 11 et seqq. In exordio sauis inter se exemplaria discrepant. In nonnullis magis ad grammaticæ regulas: Veniens ad nos famulus vester vir religiosus Nicetus... detulit. Sed retineri potest cum vetustissimis mss. Venient, etc., ex his quæ dixi ad Sedulium, lib. iv, vers. 8:

Nam quidquid natura negat, se justice; præstat.

Pro vice inquisitionis, etc. alii inquisitione studebunt respondere, poscentes, etc. AREV.

2. In lapsu corporali. Quæ ante haec leguntur in quibusdam libriss: Idem in canone Antiquitani concilii, cap. 19, inserta e margine sunt, neque enim apud Raban., neque in aliis melioris notæ Codicibus reperiuntur. PEREZ.

Ibid. Innotuit pro notum fecit; ut alibi jam uotatum. AREV.

4. Alii adeptæ, pro ademptæ, et confirmatur, pro confirmetur. AREV.

6. Deinde præcipit, etc. Hic locus alio atque alio modo legitur, eodem tamen sensu. Opera tua fac, vox tua non est apud Raban., est tamen in vet. Cod., et apud Ambros. PEREZ.

Ibid. Al., sua lugens cum humilitate. AREV.

8. Nam candelabrum doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur, juxta quod scriptum est apud Samuelem in damnationem Heli : *Oculi ejus caligaverant, nec poterant videre lucernam Dei, antequam extingueretur (I Reg. iii, 2)*; lucerna quippe Dei fuerat quod dignitate sacerdotali pollens, justitiae claritate **565** fulgebat; existimat propheta asserit, dum ob scelera filiorum sacerdotum potestatem meritorumque lumen amisit. Candelabrum ergo, sive lucerna sacerdotis (quaes intelliguntur charismata honoris) tunc penitus iuxta Joannem extinguitur, vel inovetur, quando post delicti casum, neglecta pénitentia, admissa scelera non deflentur.

9. Non enim dicit : *Pro eo quod cecidisti, conmiserabo candelabrum tuum; sed, illi pénitentiam egeris, misericordio candelabrum illum: Ergo ad quæcumque præpositum peccatum, si prævenierit pénitentia delicti, utique sequitur veniam, et reparatio misericordia. Et in Proverbis scriptum est : Quia abscondit scelerum sua, non dirige ut qui verb confessus fuerit; et dereliquerit eum, misericordiam consequetur (Proverb. xxviii, 13).*

10. Natus et ipsius; quid canonib[us] cœnatur post sepiet[ur] arnés reflare poenitentie in statum pristinum præcipit, non ex electio[n]e proprii arbitrii sancti patr[es], sed potius ex sententia divini iudicij sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Moysi prophetissa, dum obtrectationis adversus Moysen incurrit; sed delictum; illico stigmata lepros perit[us] est; cumque petret Moyses ut emundaretur; præcepit eam dominus extra castra sepiet diebus egredi, atque post emundationem tunc eam in castra remittere (Num. xii).

11. Mari ergo; soror Antoni; tam intelligit sacerdotis; quæ domini superbia dedita; sordidissimis corruptionibus conturbata inculatur; extra castra sepiet diebus; id est; extra collegium saecula Ecclesiæ septem annis projecta; qui post emundationem vitiorum loci; sive pristinæ dignitatis recipit integrum.

12. Ecce in quantum valui; concilii Akyritani antiquam et plenam auctoritate sententiam sacris testimoniis plane explanavi; ostendens eum posse restaurari in proprio honore, qui per pénitentiae satisfactionem novit propria delicta deslore: qui vero neque inget quæ gessit, sed lugenda sine ullo pudore religionis, vel timore judicij divini committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari.

13. In finem autem epistolæ hujus hoc adjiciendum putavi; ut quotiescumque in gestis conciliorum discors sententia inventur, illius concilii magis tenetur sententia, cuius antiquior aut potior exstat.

8. Alii, nam candelabrum angeli doctrina, etc. Et, menisque, pro meritorumque. Vulgata, nec poterat videre; lucerna Dei antequam, etc. AREV.

EPIST. V. N. 1. Forte redundant vox Hispanensem. PENEZ.

Ibid. Vehementer dubitant nonnulli an genuina sit hæc epistola. Rationes quæ genuinam eam esse probant videri possunt in Isidorianis, cap. 74, num. 1 et seqq., quæ etiam ad explanationem epistolæ facere

auctoritas. Datu[m] p[ro]t[er]o Ral: M[ar]t[ini] M[ar]tin[us]; anno tertiu regni domini nostri glorioissimi Witerici regis.

### EPÍSTOLA VII.

ISIDORI HELLAPIO ETIQUQUE EPISCOPIS.

**566** D[omi]n[u]s meis èt D[omi]n[u]s servis Helladio etiisque qui èstis ès sunt coadjutati episcopis Isidoris.

1. Afflemit lacrymis, compungitur stimulis peccatorum nostrorum, cum tuam statim agnoscamus, quia scimus de sancte facit; ita de peccato amissione gehiratis est. Cogitantes eritis Hispanenses Cordubensis ecclesiæ sancte marie in puritate illius carnali labo dilapsum, et de altitudine honoris in profundo flagitiordum flenda ruina demersum; et quia vobis sollicitudo pastoralis incumbit, vestroque iudicio delinquentium errores discutiendos censura divina disponuit; dicens : *Sacerdotes stabunt in iudiciis meis, et judicabunt inter sanctum et pollutum (Ezech. xliv, 24)*, hanc igitur vocem Domini cognoscentes, cum effusione lacrymarum vestram sanctitatem deposcimus, ut idem lapsus sancto coeli vestro presentatus, agnito a vobis confessionis eloquio, synodali sententia a gradu sacerdotii deponatur.

2. Melius est illi ut temporaliter judicetur a vobis, quam aeterno damnetur iudicio. Levior est illi praesentis temporis ignominia, quam futura gehenna tormenta. Sciat enim se amisisse nomen, et officium sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter iudicij vestri decreto p[re]nitentiae perpetua flagitia perpetrata lamentatio deploret; plangat sacerdotii cultum, quem male vivendo perdidit; lugat animæ suæ statum, quem tanto putredinis coeno coquinavit; fortasse porrigit illi manum quandoque Spiritus sanctus, ut per dignam satisfactionem mereatur peccatorum remissionem. Pro ine quoque deprecor, sanctissimi sacerdotes, ut pietatem divinam exorare dignemini, ut immemor malorum meorum, quibus et ipse collapsus sum, a peccatorum vinculo, quibus huc usque sum colligatus, dissolvat, et fructum indulgentiae vestris meritis tribuat.

### EPÍSTOLA VI.

ISIDORI CLAUDIO DUCI.

**567** Dilecto in Christo filio Claudio duci Isidorus. 1. Catholicæ strenuitatis tuae suscipiens schedulas; Domini nostri Jesu Christi omnipotentiam collaudamus, qui de prosperis tuis successibus et triumphis Ecclesiæ sanctæ suæ misericorditer in praesenti de iniurias triumphare largitur. Te quidem me piis urgente petitionibus, tuis inquisitionibus respondere, laetor in Domino, quia ea quæ sunt de fide catholica, sollicite perquisis. Ad id ergo quod objecisti primo,

possunt. AREV.

EPIST. VI. N. 1. Ad hunc Claudium scribil Greg., lib. vii. regist. ep. 124. PENEZ.

Ibid. Plerique affirman[ti], præcipue heterodoxi, epistolam ad Claudium Isidori letum genuinum non esse. In Isidorianis, cap. 74, num. 9 et seqq., argumenta attuli, quibus hæc epistola Isidoro asseritur; multa quoque exposui, quibus evident epistola illistrari potest. AREV.

prætermisis plurimis rationibus, tibi rationabiliter A tiarum prohibitiones de contrarietate hæresium esse recipiendas.

2. Sic nos scimus præesse Ecclesiae Christi, quatenus Romano pontifici reverenter, humiliter et devote, tanquam Dei vicario, præ cæteris Ecclesiae prælatis specialius nos fateamur debitam in omnibus obedientiam exhibere. Contra quod quemquam procaciter venientem, tanquam hæreticum, a consilio fidelium omnino decernimus alienum. Hoc vero non ex electione proprii arbitrii, sed potius auctoritate Spiritus sancti habemus firmum, ratumque credimus, et tenemus.

3. Si vero (quod absit) infidelis sit non manifeste, in nullo lèditur obedientia nostra, nisi præceperit contra fidem. Præterea pravis prælatis obediendum in iussionibus bonis Dominus præcipit, ubi dicit : *Quod dicunt, facite, eorum prava opera præcipit evitanda, cum subjungit : Quod autem faciunt, nolite facere* (*Matth. xxiii, 3*). In dubiis etiam præceptis, pravis prælatis obediendum est, quandiu eos Ecclesia toleraverit, nisi ex manifesta prælati infamatione in præcepto juste possit hæresis suspicio provenire. De similibus quoque illaqueationibus idem videtur. In præceptis manifeste malis nullatenus est obediendum, etiam bonis prælatis, quia quandoque Deus occultat majori quod revelat minori.

4. Item nobis insinuare curasti quorundam Græcorum objectionem, 568 quod in Nicæna vel Constantiopolitana synodo sub anathemate prohibitum legitur in Symbolo, et in illo sancti Athanasii de fide catholica diminuere vel addere aliquid; atque ideo quidam ex Græcis Latinos proterve nituntur reprehendere, quod in professione sanctæ fidei Deo corde et ore decantent : *Qui ex Patre Filioque procedit*, cum in prædictis conciliis fuerit positum *ex Patre procedit*, et sancta Romana Ecclesia ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere approbat atque credit.

5. Quæ supradicta prohibito, si subtiliter et recte perspicitur, omnis ambiguitas removetur; cum enim addere, seu diminuere prohibuit, de re contraria intellexit, cui sententia illud Apostoli congruit : *Si quis vobis aliud evangelizaverit, præter id quod acceptistis a nobis, anathema sit* (*Galat. 1, 9*). Et Joannes Apóstolus ait : *Si quis venerit ad vos, aliam doctrinam afferens, non eum recipiatis, neque ei ave dixeritis* (*II Joan. 1, 10*). Cum dixit aliam doctrinam, hæresim præcavendo, absque ambiguitate de doctrinæ contrarietate nobis voluit demonstrare.

6. Plura quidem alia prædicaverunt apostoli, martyres et Ecclesiae orthodoxi doctores; sed quia non contraria, prohibito apostolica hujusmodi non intelligitur contraire, eo quod sint ad unum veritatis finem tendentia. Cum ergo de similibus idem constet esse judicium, patet procul dubio prædictarum senten-

4. Quorundam Græcorum objectionem, etc. Hinc petitur argumentum ne hæc epistola auctorem habeat

A tiarum prohibitiones de contrarietate hæresium esse recipiendas.

7. Spiritum vero sanctum esse Patris, et Filii, et a Patre, et a Filio mitti, atque procedere ab utroque, sanctæ Scripturæ testimoniis clarissimum demonstremus. Apostoli verba sunt hæc : *Si spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis*, et cætera (*Coloss. ii, 12*). Et alibi : *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra* (*Galat. iv, 6*). Ecce manifeste patet apostolicis verbis Spiritum sanctum esse Dei Patris suscitantis a morte, et Dei Filii suscitat, qui non tres dii, sed unus est credendus, et adorandus, sicut Moyses testatur : *Audi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est* (*Deut. vi, 4*).

8. A Patre Spiritum sanctum mitti, Dominus in Evangelio loquitur dicens : *Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia* (*Joan. xiv, 26*). Et quod mittatur a Filio, ipsa veritas dicit : *Cum venerit Paracletus, quem ego vobis mittam a Patre* (*Joan. xv, 26*). His itaque plenarie declaratur, sancti Spiritus missionem a Patre esse, 569 et a Filio. A Patre nempe Spiritus sanctus procedere ostenditur, cum dicitur : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* (*Joan. xv, 26*); a Filio vero, cum post resurrectionem suam insufflavit, et discipulis suis dixit : *Accipite Spiritum sanctum* (*Joan. xx, 22*).

9. Isaías etiam in persona Patris dicit : *Spiritus a facie mea egredietur*. Dei Patris verbum, vel facies Unigenitus ejus est, homo enim per faciem a nobis agnoscitur, et Deus Pater per Filium innotuit mundo; unde Filius ait : *Pater, manifestavi nomen tuum, hominibus, quos dedisti mihi* (*Isai. lvii, 56*). Et illud : *Notum feci eis nomen tuum, et notum faciam* (*Joan. xvii, 6, 26*). Possumus ad hæc latius probanda plura inducere; sed forsitan, cui non sufficiunt ista, multa non proderunt ad salutem, quia *animalis homo non percipit ea quæ Dei Spiritus sunt* (*I Cor. ii, 14*), arbitrans esse stultitiam quæ dicuntur, et quia profecto hoc ex contemptu ignorantiae provenit, ignorans ignorabitur.

10. Dum autem sanctæ Trinitatis personas loquendo distinguimus, summopere curemus ne individuali, ac simplicissimam essentiam unius Dei dividere videamur. Sed quid sit illud ineffabile Patris generare, illud etiam inestimabile Filii nasci, generari, vel exire; atque illud incomprehensibile Spiritus sancti a Patre et Filio mitti, vel procedere, et cætera, quæ hujusmodi de personarum varietate dicuntur, si non capimus mente, capiamus fide, ut salvi esse perpetuo mereamur.

11. Ecce brevitate qua valui tuis inquisitionibus satisfeci. Sed quod subjecisti, habere te hæreticos, cum quibus assidue disputas, et quos ad fidem catholicam studes revocare, laudamus zelum, sed audaciam reprehendimus. Dicit namque Scriptura di-

Isidorum, sed alium longe posteriorem, cui difficultati facere satis loc. cit. conatus sum. AREV.

vina : *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea* (*Ecli. xiiii, 4*). Cave igitur, dilectissime fili, ut quia Deus triumphalibus trophæis armorum strenuitate prostratis inimicis te fecit victoriosum, hæreticis suasionibus ignominiose ne vietus succumbas ; te enim laborante eos ab errore mortis eruere, ipsi invigilant te in præcipitum erroris demergere, a quorum confabulatione vel solatio quemlibet Christicolum, tanquam a lethifero veneno, sub obtestatione divini judicii præcipimus abstinere, nisi fuerit in divinis præceptis experientia operum probatus, et sacris eruditus Scripturis.

12. Testamur igitur coram Deo, monemus, et quidquid possumus, hortando præcipimus, ut quam citius eos, zelum Dei legis **570** exercens, nisi catholicam professi fuerint veritatem, a te repellas, atque dicta eorum et objectiones nobis scribendo mittere non moreris. Deo teste fraternitatem dilectionis tuæ in visceribus Jesu Christi amplectimur charius ; et singula, quantum Deus dederit, ad salutem animæ et tui corporis honestatem determinabimus, sacris ea fulcendo auctoritatibus, ut falsitas veritati cedat, et Ecclesiæ Christi gloria roboretur, et crescat. Memento communis nostri doctoris Leandri, et ejus fidem atque doctrinam pro viribus imitare, ut in præsenti bonis perfrui, et in futuro celestium bonorum participationem valeas adipisci. Amen. Ora pro me; donet Dominus ut animæ, corporis, fidei et honoris tibi servata integritate, merear te videre de cætero, mi Domine et charissime fili.

## EPISTOLA VII.

ISIDORI REDEMPTO ARCHIDIACONO.

Dilecto filio in Christo Redempto archidiacoно  
Isidorus.

1. Multis non modo ecclesiasticis, verum etiam hujus perituri regni præpeditus negotiis, prout optamus, tuæ charitatis quæstationibus ad præsens satisfacere non valemus. Verum, quia, impellente charitate, omnibus sumus debitores, ex parte qua valeo pareo dilectioni tuæ, ad inquisita compendiose respondere paratus. Innotuisti quippe nobis, in animo tibi versari scrupulum, eo quod orientalis Christi Ecclesia ex fermentato pane, occidentalis ex azymo sacramissimi corporis sacramentum confidere consuevit; et quia ipsi Orientales Latinos super hoc reprehendere non verentur, illud etiam animo tuo insedit, quod illi sericos pannos, nos autem lineos, quos corporalia dicimus, ad ornamenta tanti sacrificii exhibemus.

2. Scias itaque eorum jam dictis consuetudinibus minime nos opponere reprehensionis obstaculum, quandiu eas Romana Ecclesia duxerit tolerandas, maxime cum non sint de essentia, sive substantia sacramenti. De substantia sacramenti sunt verba Dei a sacerdote in sacro prolatæ ministerio, scilicet, *Hoc est corpus meum*, panisque frumenti et vinum, cui

EPIST. VII. Hæc epistola ad Redemptum multo magis suspecta plerisque videtur. In Isidorianis, loc. cit., ea omnia protuli quæ ad eam illustrandam per-

PATROL. LXXXIII.

A consuevit aqua adhiberi, quia **571** utrumque de latere Christi, videlicet, sanguis et aqua profluxit. Cætera vero pertinent ad decorum sacramenti, futurorum exemplum, ad nostram et eorum humiliationem, atque in Dei laude exercitationem, et cum prædictorum facta fuerit consecratio, non, ut quidam putant indocti, sub panis specie sola caro Christi, et in calice tantummodo sumitur sanguis; sed in utroque Deus et homo, in corpore glorificato totus et integer Christus, integer Christus in calice, panis vivus, qui de cœlo descendit, totus est in utroque.

3. Ipse est panis qui reficit, non deficit; panis qui totus a singulis sumitur, et in nulla sui parte minuitur; visibilis angelis, fide non dubia creditur a nobis miraculose et invisibiliter totus in sumentibus singularis, et integra sui essentia visibiliter totus semper regnat in cœlis; quia vero Orientales Romanorum, sive nostras consuetudines impudenter obtrectando reprehensionis abolitione impugnare nituntur, ad arma divini oraculi concurrentes nos, quantum potuerimus, easdem defendere veritate prævia insurgemus.

4. Dominus enim noster Jesus Christus, quando discipulis corporis sui mysterium agendum tradidit, non legitur accepisse panem fermentatum, vel azymum, sed accepit panem, et dedit discipulis suis, dicens: *Hoc est corpus meum; hoc facite, quotiescumque sumitis, in meam commemorationem* (*Luc. xxii, 19*). Legitur tamen præcepisse Dominum Moys ut pascha cum azymis panibus et lactucis agrestibus manderetur, et apud quemcunque Hebræorum fer-

C mentatus panis per septem dies paschæ inveniri posset, occideretur (*Exod. xii*). Dominus igitur noster pascha secundum legem celebravit, et in cœna suum corpus sub panis et vini specie discipulis edendum tradidit, et eis eumdem conficiendi tradidit potestatem, atque panem azymum cum quo pascha agebatur obtulit.

5. Similiter sacratissimum corpus ejus non legitur paenit sericis, vel laneis, sed mundis linteaminibus in sepultura involutum suis. Ergo, cuius mysterium passionis et sepulturæ, eum quotidie immolando, geritur in altare, a tramite recto deviare non possunt, qui in pane azymo, vino et aqua, additis et mundis, sanctisque linteaminibus, secundum consuetudinem Ecclesiæ Romanæ corporis et sanguinis Domini sacrosanctum sacrificium student confidere. Videtur etiam Dominus nobis favere in Exodo dicens: *Non 572 immolabis, inquit, super fermento sanguinem hostiae meæ*

6. Quod etiam de vase agitur ligneo sictili, vel metallino, quo agitur immolatio sacrificii, quia nullus evangelistarum expresse ostendit cujusmodi fuerit, ad legis videtur recurrentum potius auctoritatem, quia in ministerio tabernaculi, aut domus Dei nulla vasa sacræ unctionis oleo delibuta leguntur

tinent, rationesque proposui quibus Isidoro possit asseri. Anxv.

ligneæ, vel fictilia, sed magis ex metallo erant. **D.** A minus etiam quæque de melioribus sibi offrri præcepit, et tabernaculum testimonii cum maxima diligentia auri et argenti mira pulchritudine adornare. De Salomonico templo quid? Re vera idem. Quod si cæremonia illa, quæ umbra erant veritatis futuræ, quibus periculum carnes immolabantur, vel sanguis, tanto voluit Deus decore perfui, quanto magis sacrum altare, sanctumque vas, in quo ipsa veritas, scilicet unigenitus Deus, quotidie Deo Patri offertur, quanto honore, reverentia, gloria et decore debent studio et diligentia adornari!

7. Liquide patet tam inæstimabile sacrificium in vase luteo, vel ligneo, nisi necessitate urgente, vel cogente inopia, offerre turpe ac vile, præsumptuosum esse et temerarium, quod potest justo examine reprobari. Sed forsitan objicit pannum sericum pretiosiorem esse lineo, et idcirco magis divinis usibus aptum. Ad quod nos in utroque Testamento dicimus candorem vestium maxime approbari, eo quod in eo mentis sinceritas requiratur, quam constat inter cæteras virtutes Deo esse gratiosiorem, ad quam pervenire cupienti charitati vestræ, ut patet clarius, sacrae Scripturæ testimoniis ostendamus.

8. Dicit enim, omni tempore sint vestimenta tua candida, et Domini sacerdotes Ephod lineo excellentiæ causa erant superinduti. Evangelium etiam in transfiguratione Dominicæ, quod apparuerint vestimenta Domini tanquam nix, evidenter testatur; et in Apocalypsi, qui in conspectu Agni stabant, et qui sequuntur ipsum quocunque ierit, stolis albis prohibentur amicti, et quam plurima alia. Quis inter pannos mundus ut lineus, cui ex ablutione frequenter candor angetur, cum in sericis magis ex eadem offusari videatur? Mentis autem munditiam nullatenus esse intelligas ubi infidelitas viget non enim est conventio Christi ad Belial.

9. De incongruitate vero grammaticæ interpretationis, quæ in Veteri Testamento reputatur, vel Novo, respondemus, verba coelestis **573** oraculi non subjacent Prisciani regulis, vel Donati, et quamvis sit analogia scienda, usus præ omnibus remulandus est. Dummodo sententia a veritate non discrepet, et a sanctorum Patrum vestigiis nullatenus recedendum. Lucide habes, fili charissime, in quam partem, tui animi intellectum debeas inclinare, atque tui cordis scrupulum super hoc omnino depone. Diligerenter per omnia inspice, et reperies, sanctæ Romane Ecclesiæ consuetudines a divinis auctoritatibus in nullo aliquatenus deviare. Pro me ad Dominum orare, quæso digneris.

**EPIST. VIII. N. 4.** Hic fuit Eugenius secundus successor Justi. **PEREZ.**

*Ibid.* Minorem esse rationem dubitandi de hac epistola quam de precedentibus ad Redemptum dixi in Isidorianis, cap. cit. 74, num. 32, sed ita tamen, ut conclusum denique, quatuor prædictas epistolæ, ad Claudiū, ad Helladiū, ad Redemptū, et ad

Domino charissimo et virtutibus inclito Eugenio episcopo Isidorus.

1. Vestræ sanctitatis litteras per nuntium suscipiens Verecundum, rerum omnium Conditori grates impendimus, quod Ecclesie sanctæ suæ mentis et corporis vestri valetudinem conservare dignatur; atque ad inquisita pro modulo parati satisfacere, exoramus orationum vestrarum suffragiis ab ærumnis opprimentibus a Domino sublevari. Verum quod in quibusdam quæstionibus venerabilis vestra fraternitas, licet vos non ignoremus peritos, me compulit respondere, majoris sententiae innodatio, nisi ex dispensationis articulo a minori nequaquam valeat enodari, sed potius ab inferiori prolata, a superiori jure mediante casetur. Orthodoxi quidem Patres Spiritus sancti auctoritate prævia sanguinerunt; aliter autem quolibet astruenie, sicut est, vestræ prudentiæ cognitum, pravum suborietur, scilicet gioratio securis contra cum qui secat in eam (*Isai. x. 15*).

2. Quod vero de parilitate agitur apostolorum, Petrus preeminet cæteris, quia a Domino audire meruit: *Tu vocaberis Cephas, tu es Petrus* (*Joan. 1. 42*), et cætera, et non ab alio aliquo, sed ab ipso Dei et virginis filio honorem pontificatus in Christi Ecclesia primus suscepit. **574** Cui etiam post resurrectionem Filii Dei ab eodem dictum est: *Pasc agnos meos* (*Joan. xxi. 15*), agnorum nomine Ecclesiæ prælatos notans. Cujus dignitas potestatis etsi ad omnem catholicarum episcopos est transfusa, specialius tamen Romano auctoriti singulare quodam privilegio, veluti capit, cæteris membris celajus permanet in æternum.

3. Qui igitur debitam ei non exhibet reverenter obedienciam, a capite sejunctus, Accephalorum schismati se reddit obnoxium, quod sicut illud sancti Athanasii de fide sanctæ Trinitatis sancta Ecclesia approbat, et custodit, quasi sit filii catholicæ articulus: *Quod nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.* Hæc vestræ dilectione, charitati breviter prælubavi, considerans illud pleniorum pauca sufficiens sapienti.

Domino meo et Dei servo, Braulioni episcopo, Isidorus.

4. Omni desiderio desideray; nunc videre faciem tuam, et utinam aliquando impleret Deus voluntum meum, antequam moriar. Ad præsentem autem deprecabor ut commendes me Deo orationibus tuis, et, ut in hac vita spem meam impleat, et in futura beatitudine.

Eugenium, saltem dubias esse. Ut sensus commodus erat, fortasse legendum est, *jure mediante eas-* *sunt, ut orthodoxi Patres, etc.* *A.A.v.*

**EPIST. IX. N. 1.** Epistolas Isidori ad Braulionem, et hujus ad illum genuipas esse, nequæ inticias tibi. AREV.

*ut tue consortium mihi concedat. Et manu sua. A vus Domini Braulio Isidoro : in Domino fruar te, lucerna ardens, et non marcescens !*

## EPISTOLA X.

BRAULIONIS EPISCOPUM ISIDORO.

*Domino meo et vere dominino, Christique electo, Isidoro, episcoporum summo, Braulio servus inutilis sanctorum Dei.*

1. O pie domine, et virorum præstantissime, sera est inquisitio et tarde data mihi scribendi optio, quia peccatis meis ingruentibus non modo sterilitatis vel inopie malo, verum etiam luis et hostilitatis, quominus inquirerem, horribili sum præpeditus incurso.

2. Nunc autem etsi mille necessitatibus, mille curis attritus, post longum miseriae tempus, veluti ab improbi soporis, ut ita 575 dixerim, gravedine suscitatus, istius meæ suggestionis affatibus depen- dere præsumo salutis obsequium, et cordis et corporis humilitate prostratus, imprecans excellentissimam tuæ beatitudinis potestatem, ut peculiarem famulum, quem pio illo sacræ dignationis intuitu semper habuisti susceptum, usque in finem habere jubeas com- mendatum.

3. Nam et ego (Christus novit) gravi dolore dis- crucior, quod, emenso tempore tam prolixo, vel nunc vestruin non mereor videre conspectum, sed spero in illum qui non obliviscitur misereri, nec repellit in finem, quia exaudiet precem pauperis, et vestro me miserum repræsentabit aspectui. Suggero sane, et omnimoda supplicatione deposco, ut librum Ety- mologiarum, quem jam, favente Domino, audivimus consummatum, promissionis vestræ memores, servo vestro dirigere jubeatis, quia, ut mibi sum conscius, magna ibi ex parte servi tui postulatione sudasti. Et ideo in me primum existe munificus; sic in san- ctorum cœtibus et felix habearis, et primus.

4. Gesta etiam synodi, in qua Sintharius examinis vestri igni etsi non purificatus, invenitur tamen de- coetus, quæso ut vestro instinctu a filio vestro domino rege nobis dirigantur cito. Nam et nostra ejus sic flagitavit gloriam suggestio, quia mulum in concilio pro investiganda opus est veritate. De cætero Creatoris altissimi pietatem efflagito, ut coronam beatitudinis vestræ pro integratæ fidei et statu Ecclæsie suæ longo tempore præcipiat conservare, me- que inter oblatrantia præsentis mundi varia et innu- merabilia discrimina munitum redit tuæ interces- sionis gratia, ac, reconditum in gremium memorie tuæ, tutum ab omni tempestate peccati oratu vestro efficiat Trinitas sacratissima. Et manu sua. Ego ser-

EPIST. x. N. 1. Notandum quod Isidorus in titulo epistole episcoporum summus dicitur. Pro ingruenti- bus alii habent exigentibus, et addunt: verum etiam pestis, mortalitatis lata, etc. De hac epistola vide Isi- doriana, c. 21 et 48. AREV.

2. Gravedine. Al., gravitudine. AREV.

3. Alli, ut libros Etymologiarum, quos... audiimus consummatos, etc. AREV.

EPIST. xi. N. 1. Pittacium. In Glossis Isidorianis, Pictacium, epistola brevis et modica. Pictaciuncula,

ISIDORI BRAULIONI EPISCOPO.

*Domino meo, et Dei servo Braulioni episcopa Isidorus.*

4. Quia te incolumem cognovi, gratias Christo egit; et utinam 576 cuius cognovi salutem in hoc corpo- re aspicerem et visionem! Quid autem mihi evenit pro peccatis meis, manifestabo, quia non sui dignus tua perlegere eloquia, statim ut accepi pittacium tuum, puer regius ad me venit, dedi cubiculario meo illud pittacium; et confessim ambulavi ad principem, ut postea perlegerem et rescriberem.

2. Reversus e palatio regis, non solum scripta tua B non inveni, sed etiam quidquid aliud in chartis fuit perfit. Et idcirco, scilicet Dominus, lux meritum meum, quia non perfagi eloquium tuum, sed rogo ut quæcunque occasio venerit, rescribe mihi. Et gratiam verbi tui non auferas, ut quod ex meo delicio per- didi, iterum gratia tua recipiam. Et manu sua. Ora pro nobis, beatissime domine.

## EPISTOLA XII

BRAULIONIS EPISCOPI ISIDORO.

*Domino meo et vere domino, Christique electo, Isidoro episcoporum summo, Braulio servus inutilis sanctorum Dei.*

1. Solet repleri lastitia homo interior ac spiritua- lis, cum inquisitione fungitur amantis. Ob id velle meum est, mi domine reverentissime, nisi culparum maceria measurum obsistat, et benigne te inquisitionem meam amplecti, et querelarum calumniam pa- tienter accipere. Utrumque enim ago, et officium in- quisitionis persolvo, et tibi contra te causarum mœ- rum necessitates dirigo, quod ut benignissime tuo auditui admittas, in ingressu hujus dictationis por- taque prostratus, peto a culmine vestri apostolatus; et quanquam vacillet calumniae objectio, ubi lacry- marum est intercessio, cum lacrymæ non sint signa calumniae, tamen sint, opto, et lacrymabiles calumniae, et calumniables lacrymæ. Sed utrumque pro licentiosa amoris præsumptione, non autem pro arrogantiæ temeritate. Sed jam causam exordiar.

577 2. Septimum, ni fallor, annum tempora gy- rant ex quo me memini libros a te conditos Originum postulasse, et vario diversoque modo præsen- tem vos me frustratum esse, et absenti nitril inde vos rescriptsse, sed subtili dilatione modo necdum esse perfectos, modo necdum scriptos, modo meas litteras intercidisse, aliaque multa opposentes, ad hanc usque diem pervenimus, et sine petitionis effectu

membrana. Pro voce pittacium Riccus allegat sanctum Augustinum, serm. 178, de verbis Apostoli, cap. 7, alios Duncangius. Fortasse non multum aberrabit qui dixerit vocem Hispanam pedazo, fragmentum, sive partem rei alicujus, ex pittacio originem trahere. AREV.

EPIST. xii. N. 1. In epistole inscriptione, pro Christique, alli, hic et alibi, Christique. Pro portaque, ut exemplaria ius. exhibent, Crialius edidit portu- que, fortasse per errorem. AREV.

manemus. Ob hoc et ego vertam preces in querelam, ut A quod supplicatione nequivi, vel calumnia lacessendo valeam adipisci. Sæpe namque solet mendico prodesse vociferatio.

3. Quocirca cur, quæso te, mi domine, non tribuas quod rogaris? Unum scias, non dimittam, quasi fingens me nolle negata. Sed quæram, et instanter quæram, quo usque autem accipiam, aut eliciam, piissimo Redemptore jubente: *Quærите, et invenietis;* et adjiciente: *pulsate, et aperietur vobis* (Luc. xi, 9). Quæsivi, et quæro, etiam pulso. Unde et clamito, ut aperias. Nam hujus argumenti me consolatur inventio, quia qui contempsisti postulantem, exaudies forte calumniantem.

4. Hinc et ego scienti tua ingero, nec styli jactatione novi aliquid suggestere insipiens perfecto præsumo. Nec tamen erubesco imperitus disertissimo loqui, apostolici memor præcepti, quo præciperis libenter sifferre insipientem. Quamobrem accipe clamores calumniæ. Cur rogo talentorum distributionem et cibariorum dispensationem tibi creditam hucusque relentas? Jam solve manum, impertire familiis, ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor veniens reposcat a te. Non minuetur tibi quidquid dederis nobis. Memor esto parvis panibus multitudinem satiatam, et superasse reliquias fragmentorum magnitudine panum.

5. An putas donum tibi collatum pro te solummodo esse datum? Et vestrum est, et nostrum commune est, non privatum. Et quis dicere vel insanus præsumat, ut privato tuo gaudeas, qui de communione inculpabiliter gaudere scias? Nam cum Deus tibi ceconomiam sui thesauri et divitiarum, salutis, sapientiae et scientiae tenere concederet, cur larga manu non effundis quod dando non minues? An cum in membris superni capitum unusquisque 578 quod non accepit sic in altero possideat, ut alteri quod habet possidendum sciat, tu forsitan ideo nobis parcus existis, quia quod mutuo a nobis resumas non invenis?

6. Sed si habenti das, tantillæ mercedis fructum reportas. Sin vero non habenti tribuis, præceptis evangelicis satisfacis, ut reddatur tibi in retributione justorum. Proinde et ego remordeor conscientia, eo quod in me communicabile nihil boni sentiam, quoniam jubemur per charitatem servire invicem, et unusquisque quam accepit gratiam in alterum illam administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei (*I Petri* iv, 10); atque unicuique, sicut divisit Deus mensuram fidei, in unam compagm membrorum debeat eam cæteris partibus communicare, quia hæc omnia operatur unus, atque idem spiritus dividens singulis prout vult (*Rom. XII*, 3).

7. Sed ad unum ac peculiare subsidium quod

3. *Calumniantem*, ex Ovet. Gothicō; *clamitantem*, Rom. Cod. PEREZ.

4. Ex Ovet. Gothicō, voce *stulti* in styli tantum mutata. PEREZ.

*Ibid.* Alii, nec *stulta* *jactatione*. Et famulis pro familiis. Pro famis forte fame. AREV.

A præmisi recurro, ad importunitatem scilicet amicam amicitia destitutis, ac nulla membrorum honestorum gratia decoratis. Idcirco audi vocem meam tot interiacentibus terris. Redde, redde quod debes. Nam servus, servus es Christi et Christianorum, ut illis major omnium nostrum, et quia nostri causa tibi collatam præsentis gratiam, sicutibus animis scientiæque fame crucialis impertiri non dedigneris.

8. Non sum saltem pes, qui ad injuncta discurrens possim alvo ecclesie, membrorum scilicet judici, obedientiæ discursu parere, nec principatu capitum imperanti obsequendo placere. Quin etsi de inhonestioribus membris me esse sciām, sufficiat, quia quæ te constat a capite perceperisse, per me est dignum egerere, nec te me non egerere, quamvis B minimum, Christi tamen sanguine redemptum. Nam nec dicit caput pedibus: Non estis mihi necessarii, quoniam quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt; et quæ putantur ignobiliora esse, his honorem abundantiorem circumdamus; et quæ inhonestiora sunt nostra, majorem honestatem habent.

9. Sic itaque creator noster ac dispensator cuncta dispensat, ut cum in altero alteri dona divina, quæ in se non percipit, possidenda tribuuntur, charitas cumuletur. Denique tum bene 579 multiformis gratia dispensatur, quando acceptum donum et eis qui hoc non habent creditur, quando propter eum cui impenditur datum putatur. Illoc Apostoli capitulum a nobis in parte præmissum optime novit prudenter charitatis vestrae buic rei congruere totum; et quidquid summatim tetigi, te procul dubio nosse melius, latet nullum.

10. Itaque hoc solum superest, quod et magnopere peto, ut præstes postulata, etsi non pro me, saltem pro ipsa charitate divinitus impertia. Pro qua jubemur et nosse et præstare omnia, et sine qua nihil sunt omnia. Sed et si qua superflua, si qua negligenter, si qua minus humiliiter, aut inutiliter potius effudi quam dixi, cuncta, quæso, benigne suscipias, cuncta ignoscas, cuncta ores, ut Deus ignoscat. Ergo et hoc notesco, libros Etymologiarum, quos a te domino meo posco, etsi detruncatos corrososque, jam a multis haberi

D 11. Inde rogo ut eos mibi transcriptos integros, emendatos et bene coaptatos digneris mittere, ne raptus aviditate in perversum cogar vitia pro virtutibus ab aliis sumere. Ego autem opto, quamvis nullius egeas, et ultroneæ dicantur putere merces, ut dignatio vestra benignitatis imperet nobis in id quod possumus et valamus, tantum ut obsequio nostro utaris, inno charitate, quæ Deus est, perfruaris.

12. His igitur expletis, erunt mibi questiones de sacris divinisque paginis, quarum mibi expositionem

6. Alii, in una compage. ANGV.

8. Nec te me non egerere. Codex Cænas, nec te me non egere. Utrolibet modo corruptum id videtur. AREV.

11. Fortasse legendum dicantur pro dicuntur.

12. Reseras. Hoc est, aperis. AREV.

cordis vestri lumen aperiret, si tamen et nobis jubes A resplendere, et divinæ legis obscura reserare. Nec si ista quæ peto percepero, de illis silebo, sed viam reseras capienda fiducia. Cum in hac prima fronte non me confodebis stimulis verecundis, et ignaviae meæ, locum dederis venie, quod quem diligebas, quamlibet immeritum, non jusseria reprobare, quia ignominiosum valde videtur, ac vile, si needum satiatus quis charitate ab eo quem amabat invenitur secedere.

13. Obsequio autem meæ servitutis dependo jura salutis, et queso pietatem sanctissimæ vestræ potestatis, ut pro me orare digneris; quatenus quotidie fluctuantem animam in malis tuo intercessu luxurieris, et ad portum tranquillitatis æternæ deducas, erutam a miseriis et a scandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui, 580 quasi coram positus vultum viderem tuæ faciei. Ideo nec verbositatem cavi, et temeritatem fortassis incurri. Sed ant hoc aut aliud agere debui, tantum ut quod noluisti per humilitatem saltem tribuas per tumultuantem improbitatem.

14. Ecce quantum audacie dedit mihi gratia vestræ benevolentiae. Et ideo si quid in hoc dispiucerit, sibi imputet, quæ tantum amat, ut timorem tollat. Nam perfecta caritas foras mittit timorem. Speciali quoque gratia fratres speciali domino, in quo vires sanctæ Ecclesiae consistunt, suggero ut, quia Eusebius noster metropolitanus decessit, habeas misericordiam curam. Et hoc filio tuo nostro domino suggeras, ut utilem illi loco praeficiat, cuius doctrina et sanctitas ceteris sit vitæ forma. Hunc autem

14. *Mss. de curam veteres libri, per compendium, pro misericordia curam. PEREZ.*

EPIST. XIII. N. 2. Alii, pro validitudine; et studueram, pro statueram. Confer Isidoriana, cap. 48, num. 7 et seqq., ubi conjiciebam legendum esse, si ad destinatum concilii locum pervenisses; nam Isidorus, ut videtur, ad aliquod concilium Toletanum

B filium præsentem beatissimæ potestati vestræ per omnia commendo, et tam de his quæ hic suggestimus, quam etiam de his quæ supra questi sumus; eloquio vestro per eum illustrari mereamur.

### PISTOLA XIII.

ISIDORI BRAULIONI EPISCOPO.

Domino meo et Dei servo Braulioni episcopo Isidorus.

4. Tuæ sanctitatis epistolæ me in urbe Toletana invenerunt. Nam permotus fueram causa concilii. Sed quamvis jussio principis in itinere positum remeare me admonuisset, ego lamen; quia propinquior eram præsentiam ipsius quam regressioni, malui potius cursum itineris non intercludere. Veni ad præsentiam principis, inveni præsentem diaconum tuum, per eum eloquia tua suscipiens, amplexus sum, et legi, et de salute tua Deo gratias egi; desiderio omni desiderans, quamvis debilis atque fessus, fiduciam tamen habens per Christum in hac vita videndi te, quia spes non confunditur per charitatem, quæ diffusa est in cordibus nostris.

2. Codicem Etymologiarum cum aliis Codicibus de itinere transmisi, et licet inemendatum præ invalididine, tamen tibi modo ad emendandum statueram offerre, si ad destinatum concilii locum 581 pervenissem. De constituendo autem episcopo Tarragonensi non eam quam petisti sensi sententiam regis; sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum, illi manet incertum. Peto autem ut pro meis peccatis apud Dominum existere digneris intercessor, ut impetratu tuo deleantur delicia mea, et remittantur facinora. Item manu sua. Ora pro nobis, beatissime domine, et egregie frater.

vocatus erat, quod aliqua de causa celebratum non fuit. Fortasse hic esset locus ut in nota epistolam medicam Isidoro nostro afflictam, de qua dixi in Isidorianis, cap. 75, n. 3, adderem; sed tam certe Isidori nostri non est, et tam corrupte descripta est in Codice Vaticano ibi laudato, ut nullum opere pretium fore videatur eam referre. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE ORDINE CREATURARUM LIBER.

### 582 CAPUT PRIMUM.

*De Fide Trinitatis.*

4. Universitatis dispositio bifaria ratione debet intelligi: in Deo, videlicet, et rebus, hoc est, in Creatore et creaturis; non quod Deum in parte

CAP. I. N. 4. In Isidorianis, cap. 23, multis rationibus ostendi hoc opus Isidori videri, ac contrariis difficultatibus satis, opinor, feci. Qnod autem testimonium Æneas Parisiensis, qui hoc opus Isidoro ascribit, a me repertum non fuisse tunc asserui, id jam mihi dicere non dicit; nam postmodum obser-

D posnamus, aut æquiparare Creatorem creatori possit, sed quia omne quod est, aut factum intelligitur aut infactum, aut potens, aut subjectum, aut æternum, aut temporaneum. Factum ergo, et subjectum, et temporaneum, ipsa est creatura. Infactum autem, et potens, atque æternum, ipse est Deus.

vavi, c. 94 operis Æneæ Parisiensis adversus Græcos Isidori nomine ex libro de Ordine creaturarum verba quedam laudari. In Isidorianis etiam, cap. 83, n. 9, exscripsi præfationem Dacherii, sive Achberii ad hunc librum. Ea præfatio in Editione Parisiensi anni 1655 aliquantulum discrepat, ut: *Codicem non procul*

**583.** *S. Sancta unica Trinitas Pater, et Filius et Spiritus sanctus, per omnia jura inseparabilis in substantia, id est, una divinitas, et in personarum subsistencia incoenuncta Trinitas, in qua nihil iusserius, nihil superiorius, nihil anteriorius, nihil posteriorius, in natura divinitatis esse credendum est; nihil serviens, nihil subjectum, nihil loco comprehensibile, nihil temporaneum, nihil infirmum, nihil crescentis, nihil ad sexum habitumque pertinens, nihil corporeum sentiri fas est; sed est unus Deus sine initio, semper iterus sive loco, ubique totus, sine cui mutatione omnia mutabilia disponens creaturarum; tempora praeterita, praesentia, futura pariter cernens; cui nihil est praeteritum, nihil restat, sed cuncta praesentia sunt. Cui nihil displicet quod bonum est, nihil placet quod malum est; a quo nihil naturaliter malum creatum est, quod per se nihil nisi creari boni vitium est. Bonos ergo sine qualitate, magnus sine quantitate, aeternus sine tempore, praeceps sine situ, qui omnibus creaturis infunditur, cum non sit illi locus; quem nulla capta creature, nulla comprehendit intelligentia.*

**3.** *Deus unus Omnipotens, sancta Trinitas Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Pater ergo Deus Omnipotens ex nullo originem ducit, et ipso origo divinitatis est, a quo Filius Deus Omnipotens genitus sine tempore est; non quippe creatus quia Deus est, cui, praeter quod Filius est, in divinitate totum commune est Patris et Filii, quia non qui Pater est, Filius aut Spiritus sanctus in persona hic est; nec qui Filius est Pater aut Spiritus sanctus hic est; nec qui Spiritus sanctus est, Pater aut Filius hic est; sed in essentia,*

*ab auctoritate nostra ex sacra scriptura et nobilitate nostro sancti Remigii Rhemensis archisterio emersum, nunc primum publici juris factum evulgamus. In prefatione, quam in Isidorianis edidi, legitur: Monasterio depropria, pro archisterio emersum. Ceterum in re ipsa ultraque Editione consentit. In titulo operis omisi ad Braulium episcopum urbis Romae, hoc est, Cæsaraugustæ, iis rationibus permotus, quas in Isidorianis exposui. Ea omnia desunt in Codice Florentino, cajus variae lectiones eura doerum sacerdotum Gallorum, quos honoris et grati animi causa nominatos volo, Thomae Deodræ et Petri Franc collectas, qua per est diligentia, et fide apponam. In Editione Spicilegii Dacheriani, quam Baluzius et Martenius adornarunt, nonnullæ sunt notæ, quarum summam non prætermittam. Ad primum in his notis observatur, Cæsaraugustam potuisse dici Romam, quemadmodum Hericus de Augustoduno in Vita sancti Germani dixit:*

*Celtica Roma dein voluit coepitque vocari.*

*Verum de tota hac re quædam sit nostra sententia, in Isidorianis, loc. cit., declaratum manet. Jam lectionis discrepantia in Codice Florentino, quem dixi, haec est, n. 1: Ponamus ut sequatur. Forte, sequatur.*

*2. Cod. ms.: Por omnia inseparabilis, in substantia*

*A quod Pater est, Filius et Spiritus sanctus hoc unum est; et quod Filius est, Pater et Spiritus sanctus hoc est; quod et Spiritus sanctus est, Pater et Filius hoc est; sed non triplex in illa Trinitate deorum numerus est; salva enim separatione personarum, totum communem divinitatis est.*

*5. Filius ex tempore carnem suscepit humanam, quæ visio caret; humanitatis naturam habuit, animam prudentiam, intellectualem, sapientem, excepta divina natura, habens, ut humanitas integra fieret; quam ideo Filius. **584** qui sine tempore Dei Patris est, assumptus, ut qui in divinitate erat Dei Filius, in humanitate idem esset hominis Filius. Quia humanitate natus est de Spiritu sancto, et Maria semper Virgine; non quia et Spiritus sancti sicut et Mariæ, Filius B esse credendus sit, sed quia ex virtute et opere Spiritus sancti conceptus, ex Virgine natus sit.*

**6.** *Passionem crucis carne, non divinitate sustulit; mortem pro nostra redempione et salutem sustulit; tridui tempore sepulero conditus, divina virtute in eadem carne resurrexit; et postquam Ecclesiam unam, sanctam, catholicam verbo instruxit, exemplo solidavit, gratia firmavit, pace manivit, assumpta tota humana natura, excepto eo quo corruptioni obnoxia est, ad Patrem rediens, unde nunquam defuit, sedet in dextera Patris, unde resurgentibus ex mortuis hominibus ad judicium vivorum et mortuorum affluit in gloria Patris, implis eternas penas, justis eternas premias reddat.*

**C** *7. Hæc est catholica fides, hanc credere et confitendi, quam discere, plus proficit; quam non prudentia secularis, non mundana philosophia, rerum potius imagines quam veritatis intelligentiam sequens, agnoscere potuit, sed apostolica fides tradidit, et ecclesiastica vigilans custodit.*

## CAPUT H. De creatura spirituali

**1.** *De Creatoris vero immensitate tantulo premisso, una divinitas, et in personarum subsistentie incoenuncta... nihil restat futurum, sed cuncta praesentia sunt. Similem de Trinitate, ac divinis attributis professionem fidei alibi repetit Isidorus, ut in libro Differentiarum rerum initio, lib. I contra Judæos, cap. 4, lib. I Sententiarum, cap. 1, 2, 14, 15, etc., in libris de Officiis, etc.*

**D** *3. Aeneas Parisiensis, loc. cit., hunc et sequentem numerum describit.*

*4. Sed ex Patre, etc. Al. sed ex Patre processit, et Filio cui, etc. Processione Spiritus sancti ex Patre Filioque clarissime a Patribus Ecclesiae Gothicæ et ab Isioloro non uno in loco assertam fuisse constat.*

*5. Carnem accepit, etc. Ms., carnem sumpsit humanam, que omni vitio caret. Et mox excepta divinam naturam pro excepta divina natura, quod retinendum. Pro in humanitate. Al., in humana natura. Paulo post, credendus sit, sed quod virtute, et opere.*

*6. Ms., sursum pro resurrexis; et mox excepto quod corruptioni obnoxia non est.*

*Cap. II. N. 1. Sed quæ creatura. Ms., sed quia spiritus creatura. Deinde, clauduntur inferius constat. Apud Dacherium in mea Editione est clauduntur pro clauduntur. Pro super norma spirituum, Ms. superiorum eiusus, omisso pente ministeriorum. Pro comprehenduntur, Ms. comprehenduntur.*

**ad creaturarum ordinem paulisper aspiciamus.** In quo non nostræ intentionis, quæ nulla per se est, inventionem, sed sanctæ Scripturæ, et majorum explanationum vestigia vel tenui aliquo relata sequimur. Omnis ergo creatura aut spiritualis, aut corporalis est. Sed quia creatura in intellectualibus spiritibus, qui carne non tenentur, et animabus hominum, quæ carne clauduntur, constat, prius de distinctis gradibus supernorum spirituum dicendum est, quorum gratia vel differentiae ministeriorum esse novem per Scripturas divinas comprehenduntur, sera; him , scilicet , et cherubim, throni, dominacionis, principatus , potestates, virtutes, archangeli , angelii.

**L.** Seraphim etenim super solium Domini excelsum  
statu Iohannes vidit, et cantare auctorit, et uno ex his  
ad se misso, purgari de sui oris pollutione prome-  
rebat. Cherubim vero, in oraculo testamenti, propitia-  
torium **585** figurati et arcam tegebant, et in templo  
Domini cum bubus et leonibus per Salomonem de-  
plati fuerant. Ezechiel quoque in visionibus Dei  
quadrigena vidisse se describit, quoniam qualiter Seri-  
phorum utriusque Testamenti notis mysticoamine con-  
jungit. Ad Colosenses vero Paulus apostolus seri-  
bus, thronos, et dominationes, et principatus, et  
potestates commemorat: *Sive throni, sive dominatio-  
nes, sive principatus, sive potestates* (*Coloss. 1, 16*).  
Ipse etiam ad Ephesios de virtutibus enarrat, ita  
inquiens: *Supra omnem principatum, et potestatem,  
et virtutem, et dominationem* (*Ephes. 1, 21*). Archan-  
gelorum autem et angelorum ostentationibus et nomi-  
nationibus divinorum voluminum prata referita sunt.

3. Horum quoque novem ordinum supernorum ci-  
vium significationem novem pretiosi lapides Ezechiel  
ostendunt. Ubi sub persona principis Tyri super  
sumnum illum qui lapsus est angelum, sermones  
prophetæ planetum dirigunt; ubi dicitur: *Omnis  
lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topazius,  
jaspis, chrysolitus, onyx, beryllus, sapphirus, carbun-  
culus, smaragdus* (Ezech. xxviii, 15); quibus lapidi-  
bus novem opertus idcirco dicitur, quia novem spiri-  
tualium officiorum ordinibus, quibus præterat, orna-  
batur.

4. Sicut ergo de numero diximus, sic etiam de distinctis officiorum gradibus aliqua pandamus. Seraphim igitur, id est, ardentes vel incendentes dicti sunt, quia Dei amore plusquam omnis rationalis creatura speciali quadam divini muneris largitione inardescunt; et quanto omnibus creaturis excellent, tanto divinae charitatis privilegio Creatori aperiuntur.

**2.** Ms. *depicti erant*. Apud Dacherium, mendose,  
*depincti*. Infra, Ms., *quadrigam cherubim vidisse.....*  
*rotis mystice conjungit... conimmemorat dicens, sive*  
*thionos, sire.*

3. Ms. lapides apud Ezechielem... angelum sermonis prophetæ planctus dirigitur; ubi. In Edito deerat quibus post ordinibus, quibz ex Ms. supplevi.

**4. Ms., omnis fusionabilis creatura. In Impresso  
erat fuit, pro sint.**

**6. Interpretantur.** Ms., nuncupantur. Et super hos,  
pro per eos. Deest in Ms. Et in revelatione... defendet  
eos.

**Et in tanto excelsum honore sublimati consistunt  
ut inter se ac Dominum nulli alii spiritus sint.**

5. Secundo quoque ordine cherubim inter supernos cives numerantur, cujus ordinis vocabulum scientiae multitudo interpretatur, quorum intellectus duni Dei contemplatione prope haerendo relicitur, plus omnibus quæ subjacent creaturis intellectualibus scientiae multitudine dilatatur. Qui enim divinæ claritatis speculum perspicacius intendunt, ab his abdita creaturarum occulta fieri qualiter possunt?

**6. Tertio quoque ordine intellectualium spirituum  
thronorum agmina constituta sunt, qui sedes interpretantur; in his etenim dum speciali munere Dominum**

pretantur; in his eventu dum speciali munere Dominus sedet, per eos iudicula sua in creaturis omnibus terribiliter et mirabiliter exercet. Hinc per Psalmistam dicitur: Sedis super thronum, qui iudicas justitiam (Psalm. ix, 8). Et in revelatione Iohannis angelus loquitur: Et qui sedet in throno, defendet eos:

**7.** Quarto etiam gradu officiorum celestium dominationes consistunt, quae illorum qui infra scribentur quinque graduum ministeria alta prececulunt; **586** et quanto aliae potentiae magnitudine præponuntur, tanto his cæterorum subjectio per obedientiam exhibetur.

**8.** Dehinc post illas quinto ordine supernorum ci-  
vium principatus vocantur, quibus dum his honorata  
spirituum jam principatus committitur, ad explenda  
Dei ministeria quæ sacre subjecti debeant principli-  
pantur.

**9. Sexto quoque statu in honib[us] spiritibus potestates sunt ordinati, qui principari diversis potestatibus Domini munere percepunt; qui per potestatem nequitiam malignorum spirituum refrenant; ne, si plusquam oportet permittuntur, saevitiam exercere vel humanis sensibus inhaerere audeant.**

**10. Septimus gradus spiritualium ministracionum**  
**virtutes nominantur, per quos spiritus virtutes, et**  
**signa, et mirabilia in hominibus agere faciliuntur:**

**41.** Octavus ordo est archangeli, id est, summarii nuntii vocantur, per quos majora quæque hominibus nuntiantur; et quanto angelis in ordinis summittate excellunt, tanto hominum notitiae, Domini iussione, excelsiora perferunt.

**12. Nonus ministrorum coelestium ordo angeli sunt  
dominati, qui minora quæque et communia ex Dei  
voluntate hominibus muniant et suadent.**

**15.** Porro in his sciendum est quod quandocumque nominantur, ex officiorum proprietate, quando ad homines veniunt. supponeremus vocabula: quia illa en-

### 7. Ms., *alia dominaciones preccallunt*

<sup>1.</sup> ms. *alia dominatione præcellunt.*  
<sup>8.</sup> Omitit *Dehinc post illas*. Pro *ad explenda Dei mysteria*, ut erat in *Edito*, substitui *ad explenda Dei ministeria*.

9. Ms., sunt ordinatæ, qui principari adversts potestatibus... ne plusquam permittuntur eæviiam.

10. Ministrionum. Ms., dominationum. Et sunt,  
pro facilitantur.  
11 Forte, sunt archangeli, qui et summi erunt  
ad

— Porte, sans arrangement, que  
tientur.

12. Et communia. Ms. omittit.  
 13. Ms., sciendum est, quandoconque... menimur.

pernorum civium summa societas propriis nominibus A  
non indiget. Inde Michael dicitur, id est, *Quis sicut  
Deus?* eo quod in fine contra eum qui se adversus  
Deum erigeret mittenitus destinatur. Et Gabriel, id est,  
*fortitudo Dei*, ad Zachariam et Mariam virginem  
missus scribitur, ut qui quod natura negabat futurum  
esse predixerat, fortitudo Dei diceretur.

14. Ad Tobiam quoque Raphael, id est, *Medicina  
Dei*, mittitur; nimur enim qui divina virtute sa-  
ludem ferebat, non incongrue medicina Dei nuncupat-  
tur. Et quod in singulis, hoc et in gradibus potest  
esse, ut cum unus alterius officium facit, illius etiam  
nomine censeatur, sicut dicitur: *Qui facis angelos  
tuos spiritus* (*Psal. cii, 4*); id est, cum vis, spiritus  
hos omnes angelos, id est, nuntios facis. Et aliquando  
ex vicinitate aliorum graduum alii graduum officia B  
assumunt; sicut ex thronorum vicinitate etiam **587**  
super cherubim sedera Dominum Scripturæ dicunt;  
sicut et in psalmo scriptum est: *Qui sedes super  
cherubim, manifestare coram Ephraim* (*Psal. lxxix, 2*).

15. Sed in illa superna societate, quod in aliquo  
specialiter habetur, ab omnibus in commune possi-  
detur, quia non minus unumquemque reficit quod  
in alio videt quam quod in semetipso possidet; et  
cum mittuntur, nunquam ab eorum contemplatione  
Deus, a quo reficiuntur, abest; non quod illi spiritus  
ubique pariter possunt esse qui mittuntur, sed quod  
Dominus, qui ubique est, ab his, qui discurrunt,  
semper in omni loco sine sui mutatione conspicitur.  
Unde scribitur: *Millia millium ministrabant ei, et  
decies centena millia assistebant ei* (*Dan. vii, 10*).

16. Utrumque enim supernæ potestates pariter  
faciunt, quia et ministrant, dum mittuntur, et assis-  
tunt, dum contemplantur. Aliquando autem qui  
mittuntur angeli, illis, ad quos veniunt hominibus  
per se nuntiant, aliquando alios velut subjectos per  
se ad nuntiandi officium destinant, sicut in Daniele  
scriptum legitur, *Gabriel, fac istum intelligere sermo-  
nem* (*Dan. viii, 16*), quod ab aliquo, velut supe-  
riore, dictum minime dubitatur

*sumere vocabula dicuntur, quia illa.* Postea Editio: *Eo  
quod in fine seculi Antichristus contra eum, qui, etc.*  
Correxi id ex Ms., ut etiam quod in Edito ita seque-  
batur: *Ut qui quod humana natura denegabat futurum.*  
Superfluum videbatur *humana*, et ahesi hæc vox a Ms.

14. *Divina virtute.* Ms., *divina natura*, minus bene.  
Pro nuncupatur, quod ex Ms. sumpsi, impressus liber  
nuncuparetur. Impressus idem exhibet et quod angelis  
in singulis, sed omittendum angelis cum Ms. Infra,  
pro vicinitate, Ms. vicinia.

15. *Editus sed illa, omissis in. Ms., in aliquo videt.  
Et, sine sua mutatione.*

16. *Corrupte in Editione, et ministrandum mittun-  
tur.* Ex Ms. etiam correxi sequentia, velut subjectos  
per se, etc. Mallem tamen pro ee. In Editione hæc  
ita erant depravata: velut subjectos per se ad annun-  
tiandi officium, sicut in Daniele... sermonem, velut  
superiore dictum, etc.

CAP. III. N. 4. *Tuæ propositionis.* Satis hinc con-  
staret Isidorum, ut morem alicui gereret, librum de  
Ordine creaturarum edidisse, quod etiam in fine  
operis editi clari ex exprimitur. Verum Codex Flo-  
rent., a quo illa peroratio abest, etiam hoc loco  
longe alio modo orationem concinnat; nempe: *Post*

## CAPUT III.

*De aquis quæ super firmamento sunt.*

1. Verum quoniam de ordine creaturarum sermo-  
nem sumpsimus, quod tuæ propositionis continen-  
tia comprehenderat, post spiritualem creaturam, de  
qua paulisper disseruimus, de aquis quæ super fir-  
mamento sunt quid auctorum intentio potuit exco-  
gitare proferre tentabimus. Cum enim in principio  
prima die facta fuisset lux, quæ spiritualis creatura  
facta esse dignoscitur, secunda die firmamentum,  
quod dividit inter aquas quæ sunt supra firmamen-  
tum, et aquas quæ sunt sub firmamento, esse factum  
**588** Scriptura testatur; ex quo intelligitur aquas  
illas quæ supra firmamentum sunt locali spatio esse  
omni corporali creatura superiores.

2. Quamvis enim in psalmo centesimo quadrage-  
sim octavo post firmamentum, et solem, et lunam,  
et stellas, aquæ illæ quæ supra cœlos sunt positæ  
inveniantur, tamen ut illas omnibus esse corporali-  
bus creaturis ostenderet altiores, iterum excelsarum  
virtutum, velut habitacula recapitulans, cœlos Psalmista  
his anteponit, dicens: *Laudate eum, cœli cœ-  
lorum; et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen  
Domini* (*Psal. cxlviii, 4*).

3. Unde ostenditur post illa spiritualia spatia,  
qualiunque sunt, ubi spirituales, ut diximus, or-  
dines commorantur, quæ cœlorum cœlos propheta  
nominat, ante hoc visible cœlum aquas illas, velut  
initium rerum corporalium, esse constitutas, quas C  
tamen ne quis spiritali jungeret creaturæ, post cœ-  
los cœlorum, antequam de terra diceret, posuit,  
paulo post subinserens: *Laudate Dominum de terra,  
dracones, et omnes abyssi* (*Ibid., 7*).

4. Ecce has aquas Psalmista super cœlos positas  
dicit, et tamen his cœlos cœlorum anteponit. Per  
quod demonstratur inter utrosque cœlos esse col-  
locatas, id est, cœlis spiritualibus humiliores, et  
cœlis corporalibus superiores; sed tamen corpora-  
libus creaturis pertinere dicendæ sunt, dum in se-

spiritualem creaturam, de qua paulisper disseriuimus,  
de aquis quæ super firmamentum sunt quid auctorum  
intentio potuit excoigitare proferre tentavimus. Ex-  
scriptorum vitio tribuo tentavimus pro tentabimus, ut  
alibi passim b in r, et contra v in b commutabatur.  
In Editione erat *fuisse lux*, pro *fuisset lux*. Et mox,  
firmamentum, quod dividit, quæ supra sunt firma-  
mentum et aquæ. Quod ex Ms. emendavi. Ex con-  
jectura vero reposui, locali spatio esse omni crea-  
tura corporali superiores. Nam in Editione erat, locali  
spatio ex omni creatura corporali superiores. In Ms.  
locali spatio omni ex corporali creatura esse superiores.  
Cæterum de aquis quæ super cœlos sunt, agit Isidorus, cap. 14 libri de Natura rerum ex sancto Am-  
brogio. Sic etiam plura alia, quæ in hoc opere refe-  
runtur, partim in libro de Natura rerum, partim in  
Etymologiis, explanantur.

2. Ms., inveniantur; Ed., inveniuntur.

3. Ut diximus, Ms., de quibus diximus. Infra, di-  
ceret, Propheta posuit; post enim subinserit: *Laudate  
Dominum de terra.* Ecce istas aquas Psalmista, etc.

4. Dicit. Edit., dixit. Ms., cœlis corporalibus cel-  
siores, quæ priores corporalibus creaturis dicenda  
sunt.

cundi diei opere factæ supra istud corporeum firmamentum consistunt.

5. Sed quid ibi utilitatis in rerum corporalium usibus agant, bina intentione magistrorum investigatur. Quidam enim illas ad terrarum orbis abolitionem in diluvio, quod sub Noe factum est (sicut Genesios historia narrat) Dei præscientia reservatas aiunt, sicut Scriptura inquit : *Et cataractæ cœli apertæ sunt, et facta est pluvia quadraginta diebus, et quadraginta noctibus* (Gen. vii, 11). Sed quoniam et nubes, de quibus pluviarum imbræ terreni soli fertilitatem irrigant, atque etiam aer, in quo hemisphæria omnia et auræ corripiuntur, cœlorum nomine per Scripturas divinas sæpe censentur, quemadmodum dicitur : *Et pluit illis manna ad manducandum; et panem cœli dedit eis* (Psal. LXXVII, 24); et in alio loco : *Dabunt et cœli imbre, et terra dabit fructum suum* (Psal. LXVI, 7); quibusdam doctoribus placet, ex illo inferiore nubium **589** cœlo tantarum aquarum abundantiam luisse diffusam, ut secundum illam consuetudinem, qua per omne tempus agitur, etiam tunc pluviarum copiam nubes effundarent, in quibus tamen cataractas apertas Scriptura commemorat, eo quod plus solito aquarum diffusio immissa fuerat. Cæteri vero easdem aquas supra firmamentum positas idcirco asserunt, ut igneum, qui in luminaribus ardet, et sideribus, calorem temperarent, ne plusquam sufficit, inferiora spatia æstu torrent.

#### CAPUT IV.

##### *De firmamento cœli.*

1. Post illas aquas creaturarum corporalium ordine secundo loco videtur esse firmamentum, quod in secunda die, ut supra diximus, factum, inter utrasque dividit aquas; de cuius etiam statu, utrum velut discus terram desuper operiat, an uti testa ovi omnem introclusam creaturam undique cingat, utriusque estimationis non desunt putatores.

2. Nam et illud quod de hoc Psalmista commemorat, cum dicit : *Extendes cœlum sicut pellem* (Psal. cxi, 22), utriusque estimationis assertionibus non contra facit, quoniam cum animalis carnem cuiuscunque sua pellis vestiat, omnia sua membra

5. *Ibi utilitatis.* Ms. omittit. Pro abolitionem, Ms. ablationem, quod fortasse verum est. Idem Ms. omittit sicut Genesios historia narrat. Mox legit, omnia ex aere concipiuntur, cœlorum. Editio ita distinguit : *Dabunt et cœli imbre.* Et : *Terra dabit fructum suum.* Ms. Et cœli dabunt imbre, et terra dabit fructum suum. Locus psalmi indicatus solum habet Terra dedit fructum suum. Priora verba unde sint desumpta, non appareat. Jeremiæ xiv, 22, ita legitur : *Nunquid sunt in scutilibus gentium qui pluviant? aut cœli possunt dare imbræ?* In fine hujus numeri præterea, Ms. cœtate, quod non ita placet.

CAP. IV. N. 1. Dvidit. Edit., mendose, ut videatur, dividi. Isidorus breviter de firmamento agit lib. xi. Etymolog., cap. 4, et lib. de Natura rerum, cap. 13.

2. Ms., pellem, utriusque estimationibus non contra. Et, cameram vestire posse non dubitatur.

3. Firmamentum cingat. Editus firmamenti cingat,

æqualiter undique circumdat; cum vero excisa de carne seorsum extenditur, sive rectam, sive curvam cameram posse facere non dubitatur.

3. Utrum ergo terram desuper, velut extensa pellis tabernaculum, tegat, an sicut animalis membra corio conteguntur, mundi molem undique firmamentum cingat, utriusque assertioni non difficulter suffragatur.

4. De hujus quoque firmamenti situ, utrum inane, ac penetrale, an solidum, ac firmum sit, diversi autores suas estimationes, velut quid se ad bas deducat, protulerunt. Quorum sententias utilius quam nomina ponere curabo. Eorum enim illi qui firmamentum inane ac penetrale fieri plus diligunt, ad confirmationem sententiae suæ omnium elementorum naturas conserunt.

5. Terram etenim omnium creaturarum corporalium gravissimam esse non minus ostendunt quam dicunt; atque illam ideo humillimum in creaturis locum tenere aiunt, quia natura aliqua nisi seipsam sufferre non valet. Aquam vero quanto leviorum terra videmus, tanto graviorem **590** aero deprehendimus. Aer namque sub aqua per se subsistere non valet, sed ad sua spatia, etsi aliqua necessitatibus vi alicubi subductus fuerit, statim evadit.

6. Ignois quoque natura supra aerem esse deprehenditur; quod etiam in illo igne, qui in materiis terrena ardet, facile comprobatur, quoniam statim ut accensus fuerit, flammam ad superna quæ super aerem sunt spatia, ubi illius est abundantia et locus,

C dirigit, sed circumfusione crassioris aeris extinctus, in mollem aerem cito evanescit, ut ad suæ naturæ locum pervenire non possit. In quo tamen ostenditur naturam ignis, qui ascendit, aere esse leviorum; sicut aquæ natura, quæ descendit, monstratur esse gravior.

7. Hac ergo ratione etiam firmamenti spatiū quod supra ignem est levius ac tenuius putant, quia excelsius his omnibus quas prædiximus naturis constat. In quo spatio etiam stellarum fulgurantium lucem inæqualem esse idcirco testimant, quod in illo tam amplio spatio ex illis aliæ longius, aliæ proprius currant; sed hanc putationem qui minus suspiciunt,

sine sensu.

4. Editio, solidum, an firmum. Et deducatur pro deducatur. Postea omittit ponere, et hæc omnia verba : Eorum enim illi qui firmamentum inane ac penetrale fieri plus diligunt, sine quibus sententia non constaret.

5. Seipsam sufferre. Sic Ms., recte. Impressus, seipsa sufferri. Deinde, in aquis subductis fuerit, statim vadit. Forte aquis subductus fuerit.

6. Editio, deprehenditur, etiamque... in materia terræ, et corruptè, tetræ. Paulo post, fuerit flamma, ad superna... dirigitur, sed... sicut aqua, quæ natura descendit, monstratur esse graviorem. Omittit etiam aeris post crassioris, et cito ante evanescit. Luciū reposui ex Ms., nisi quod in eo est fieri gravior pro esse gravior.

7. Ms., supra ignem est. Infra, penetrabilis pro penetratius; et vaporatilitate pro corporalitate; et fieri pro ibi.

supra illud aere et igne subtilius, et inanius, et penetralius spatium constare aquas minime posse dicunt; nisi forte, ut illi quos praediximus aiunt, omni corporalitate tenuiores et subtiliores ibi consistunt.

8. Quibus etiam ab aliis contra respondetur: Quae unquam, quamvis tenuissima, aquarum vaporalitas quæ firmamento levior esset? Propterea ergo illi alii firmamentum velut aere solidissimo fusum constare solide ac firmiter facilius putant; alque ideo firmamentum nominari existimant, quia tam solida quam inania, tam levia quam gravia, quæ diximus, cuncta spatha intra se concludat, et supra se positas aquas, qualescumque sunt, sustineat. Verum quoniam inter tantos viros de tali et tanta re variatum est, nullius aestimationem alii preponendam censemus, sed ad hos lectorem utrarumque partum arbitrios mittimus.

#### CAPUT V. De sole et luna.

1. Quia vero in firmamento caeli licet post speciem maris et terræ formata duo luminaria magna, in principio Geneseos, Mosaica lex, imo 591 divina Scriptura pronuntiat, non est indecens, si, descendens de supernis, sermo in ordine locali creaturarum solem et lunam statim post firmamentum describat, ita tanten ut in conditionis ordine post terram et mare duo haec luminaria et stellas cum Scripturæ vocibus animus ponat, quamvis omnia elementa sine tempore facta illi ratione fides catholica creditat.

2. Sol ergo et luna duo luminaria in firmamento caeli instituta sunt. Unum, quod est maius, ut praeset diei; secundum, quod est minus, constitutum est ut praeset nocti. Sed non eamdem sui splendoris lucem quam cum in principio creata sunt habuerunt nunc per omnem sui ministerium tempus dierum ac noctum decursionibus conservant.

3. Hic enim dum humanis usibus ministrare a Deo creatore destinata sunt, cum homines in culpabilitate vixissent, et sub Creatoris, quo conditi fuerant, lege perseverarent, etiam sui luminis plenitudine decorata ministrabant; cum vero homines, quibus in ministerio sociata primitus rutilabant, propter transgres-

8. Quæ unquam, etc. Ille in Ms. ita concinnat, quæ vaporalitas, quamvis tenuissima aquarum vaporalitas, firmamento, quod igni, qui aere levior est, subtilius, et levius, ac penetrabilibus fieret? Propterea quod ergo illi alii firmamentum. In Editione erat illa alia. Ms. omittit facilius ante putant, et arbitror ante mittimus.

CAP. V. N. 1. Ms., in principio *Genesios*, imo divina Scriptura pronuntiat... ratione catholica investigatio creditat. De sole et luna istudores dissidit lib. de *Natura rerum*, cap. 18 et seqq., et lib. XIII *Etymologiar.*, cap. 3 et seqq.

2. *Instituta.* Al., *constituta*; et *statutum* pro *constitutum*.

3. Ms., quo conditi sunt lege, perseverassent... primus rutilabant, post transgressionem. In impresso erat rotulabant, sed in Editione Baluzi nota erat apposita, ex conjectura legendum rutilabant.

A sionem dejecti, paradisi beatitudinem amiserunt, ipsa quoque luminaria, quamvis non sua culpa, sui luminis detrimenta non sine suo dolore pertulerunt, sicut Paulus apostolus contestatur, dicens: *Quoniam omnis creatura congemiscit, et dolet usque adhuc* (*Rom. VIII, 22*).

4. Sed quia per Redemptoris adventum humano generi priuilegia beatitudinis in melius restauratio promittitur, etiam creatura suum antiquum decorum acceptura non dubitat. Unde propheta Isaías de sole specialiter, et luna, illustratus spirituali famina, inquit: *Et erit in die illa, cum ceciderit turris, erit lux luna sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, cum alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagæ ejus sanaverit* (*Isai. xxx, 25 seq.*).

5. Cum factum fuerit cœlum novum, et terra nova (*Apoc. XXI, 1*), et non fuerint in memoria priora quæ corruptioni serviunt (*Isai. LXV, 17*), et peccati vulnus et percussuram plagæ mortis in corporibus resurrectorum Dominus sanaverit (*Isai. XXX, 6*), et superbi spiritus ex imperio quod arripuerant depositi fuerint, tunc lux lunæ in lucem solis mutabitur, et lux solis restaurabitur in lucem septem dierum, quibus conditus fuerat, hoc est, in septuplum suum lumen restaurabitur. Nihil enim restauratur, nisi quod amissum est, aut corruptum; quod igitur sol amisit, et luna, hoc rursum accipient.

6. Ex quo apparent septimum nunc sui lumini pattem luminaria retinete, 592 quam septempliciter C resument, quando per Habacuc Spiritus sanctus profuturis praeterita ponens, inquit: *Elevabitur sol in ortu suo, et luna stabit in ordine suo. Cessante namque mutabilitate humani status, cui servient, et sui cœsus mutabilitas cessabit. Quod enim inquit, Sol in ortu suo, hoc indicat quod nunquam inclinabitur in occasu suo; et in eo quod dicitur: Luna stabit in ordine suo, hoc insinuat quod mutationes incrementi et decrementi non patietur, sed in suo ordine semper stabit.*

7. Hoc autem erit, quando, ut Apostolus loquitur, ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei (*Rom. VIII, 21*). Cum enim sancti pro mercede sui laboris, quo Deo servierint, immutati fuerint, et fulserint sicut sol justi-

D 4. Antiquum. Deest haec vox in Ms. In Edito diversa lectio est, cum ceciderint turres, et mox dierum, in die qua alligaverit. In Ms. legitur, septempliciter mutabitur in lucem septem dierum.

5. Resurrectorum. Ita Ms. melius quam resurrectorum in Edito. Ex eodem Ms. reposui, et lux solis restaurabitur in lucem... nihil enim restauratur, etc. In Ed. deest restaurabitur, post lux solis, et pro restauratur est restaurabitur.

6. Ms., resument, sicut Habacuc inquit: *Elevabitur, etc., et detrimenti sui iterum non patietur. Fortasse indicatur locus Habacuc, cap. III, 11, ubi Vulgata ait: Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Versio antiqua: Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo. Ita etiam legi Gregorius Magnus in Job xxvi, et multa alii a Sabatiero laudati.*

7. *Et fulserint, sicut sol justitiae, cuius est sanitas verennis.* Ms. omnia haec omittit.

sive, cujus est sanctissima perennia, tunc et ipsi corporeo A  
haec soli pro mercede sui ministerii, quo servituti  
corruptionis subiecta est, in septuplum fulgoris rutu-  
lato restituerat.

8. Interim vero quotidiam sui ministerii motibus  
quoties solem sequitur luna, sive incrementa luminis  
anget; quoties autem solem antecedit, detrimenta sui  
splendoris agit. De statu vero lunae varie putatum  
est: utrum sphæra dimidia sui parte nigra, ac tene-  
brosa, et dimidia parte altera lucida sit, et candida,  
et sic incrementa et decrementa agantur, ut cum  
paulatim pars illius lucida ostenditur, eodem modo  
tunc tenebrosa occultatur, similliter quoque dum lu-  
cida vertitur, iterum tenebrosa manifestatur.

9. An sit etiam rotunda radis solis illuminata, quæ  
quandocunque soli sive ante, sive post appropiat,  
velut in ora radio luminis illucescat; cum autem  
longius ac longius recedere videtur, majus ac majus  
paulatim suum lumen a solis splendore angetur, ut  
cum ad integrum sequiparato orbe facie ad faciem  
solis opposita constiterit, tunc plene in se imaginem  
solis habere possit.

10. De cursibus autem solis ac lunæ, nec temporis,  
nec istius quidem loci est disserere, quod idcirco in  
hoc opusculo negligentius assequor, quoniam et ip-  
sis brevitas compendiosa non patitur, et in usum  
pene omnibus lectoribus dierum festorum compu-  
tandorum gratia conversi sunt.

11. Hac vero lucis organa nonnulli sensibiles crea-  
turæ opinantur, 593 sed quæ dicimus usitatus a ca-  
tholicis auctoribus frequentantur in his ambiguis sen-  
teiarum estimationibus. Intendendum est cui plus  
sanctorum Scripturarum auctoritas suffragatur; etsi  
hoc etiam examinandum est, quidnam multitudine ca-  
tholicorum in fidem traxit: diversæ autem estimationes,  
quæ tantidem a catholicis assertæ sunt, et  
quibus utrisque sacri canonis dicta non contra fa-  
ciunt, ad quas æqualiter currant, hæ arbitris lectori-  
bus in ambiguo relinquendæ sunt.

8. Agit. Ms., sustinet. In Edito erat putandum, pro  
panum, quod ex Ms. reposui, ut post iterum addidi  
tenebrosa, quod ab eodem impresso aberat.

9. Rotunda. Ed., rota. Mox Ms.: Velut minor a ra-  
dio... videtur, magis ac magis paulatim ejus lumen.

10. Loci. Ms. brevitatis.

11. Hoc caput in Ms. Ita desinit: Hac vero lucis  
organæ nonnulli insensibiles creaturæ opinantur. Sed  
quæ dicimus, usitatus a catholicis frequentantur. Clas-  
sum videtur legendum sensibiles, hoc est, quæ sensu  
boni male habeant, ut exponitur in Editione  
Baluziana. Isidorus, lib. de Natura rerum, cap. 27,  
ex sancto Augustino excitat hanc quæstioneum, utrum  
sidera animam habeant. Que opinio veterum quo-  
rumdam fuit, nunc jam penitus contempta est. Ca-  
terum ea quæ in impresso antiquo addiuntur, valde  
corrupia erant, quæ aliquatenus sanata sunt in  
laudata Baluzii Editione, cujus correctiones se-  
quimur.

CAP. VI. N. 1. Sermone... dicto. Id Ms. omittit. In  
impresso, a cœlo firmamento; in Ms., a cœlo firma-  
menti, qui etiam omittit fieri.

2. Ms. nec aeris ulla mutationes. In excuso erat,

## CAPUT VI.

*De spatio superiori, et paradiiso cœli.*

1. Sermone de firmamento et luminaribus dicto,  
sequitur inane spatium longum, quod a cœli firma-  
mento usque ad terram deducitur, et in duo spatia  
esse divisum, a nonnullis scriptoribus explanatur,  
sed superius spatium ad cœlum pertinere dicitur,  
inferius autem terræ fieri conjunctum non du-  
bitatur.

2. Etenim excelsum spatium quod cœlo pertinere  
diximus, purissimum, ac subtilissimum, nec nubium  
tumores, nec ventorum inflationes, nec pluviarum  
aut imbrum humidas conspirationes, nec nivium  
vel grandinum gelidas coagulationes, nec aeris muta-  
tiones, nec tempestatum et tonitruorum fragores,  
B sed nec ipsum aerem, qui volantium avium corpora  
et ipsarum nubium spissiorem aeris ipsius molem  
sufferre valuisse, et animantium diversorum vitas  
aerii spiritus reciproca inflatione reficeret, atque  
halitus animaret, nec ulla omnino diversorum he-  
misphaeriorum perturbationes omnimodis habet.

3. Sicut Olympi montis altissima terrarum, et ob  
id cœteris incognita hominibus juga condescendentibus,  
comprobatur, et eorum relatione refertur, qui  
aceto huicetas spongias ad conservandam aerii spi-  
ritus inflationem 594 et spirationem, ori ac nari-  
bus circumponentes, anniversaria consuetudine  
(nescio qua superstitione ducti) condescendunt; et nec  
ibi ullam avem, nec nubem, nec pluviam, nec ven-  
tum aliquem vidiisse se confirmant, et consummatis  
sacrificiorum, quorum gratia vadunt, officiis, ibidem  
quædam signa ac notas arenis imprimentes redeunt,  
quas etiam illæ post annum iterum ascendentis il-  
læsas alque intemeratas inveniunt.

4. Ex quo perspicue demonstratur nihil ibi per-  
turbati aeris consistere, præsertim cum in eodem  
loco nihil quod pertineat ad viorem herbarum,  
aut arbustorum, reperiri aut videri queat. Sed ta-  
men non ipsum esse de quo superius diximus,  
illud purissimum ac subtilissimum supernum spa-  
tium putandum est, ad quod nulla terra perti-  
frangores... avium corporatæ, et... aeris spiritus.

In Editione Baluziana conjecturæ corpora tueruntur, pro  
corporatur; et aeris spiritus pro aeri spiritus. Hac  
ultima conjectura ex Ms. comprobatur, in quo pro  
corporatur solum est corpora, et ita procedit sensus.  
D In eodem Ms. erat spissiōrem, sed retinendum spis-  
siōrem; ac melius esset spissiōrem aere ipso mo-  
lem. De re ipsa confer dicta in Etymologis, lib. xiii,  
cap. 7.

3. In Impresso: Sic ut olim Phrygiae montis; sed  
advertisitur Codicem habere phy pro Phrygiae, quod  
ex conjectura positum fuit. Noster Ms. veram lectio-  
nem exprimit, sicut Olympi montis. Idem Ms. omis-  
tit aceto, et adiicit ori, quod desideratur in Editione,  
et exhibet aeris spiritus pro aeri spiritus, quod est in  
Edito. Postea in Ms. rotas pro notas; et conascen-  
tentes pro ascendentes. De Olymbo monte Isidorus,  
in Etymolog. lib. xiv, cap. 4 et 8, et de Natura  
rerum, cap. 3).

4. Nihil quod, etc. Ms. nihil olerum, quod ad viro-  
rem pertineat, aut arbustorum reperiri, aut videri ne-  
queat. Sed reponendum queat pro nequeat. In eodem  
Ms. permutterat pro commorari

nere, vel accederè potest, sed hic locus ad extrema hujus spatii inferioris et vicina illius superioris confinia pertinet. In quo tamen loco eorum qui carne vestiuntur vita nequaquam potest commorari.

5. Unde perspicuum est illud superius purissimum, tranquillissimumque spatiū, de quo paulo ante disserruimus, non carnalium habitationi, neque mortalium rerum usibus esse preparatum. Quapropter plurimi catholicorum auctorum illud spatiū primi tū angelis qui lapsi sunt cum suo principe asserunt ad habitandum fuisse destinatum, eo quod desuper cœlestium angelorum neminem cecidisse arbitrantur, sed cœlestes, quandiu in angelica beatitudine fuerant, in quo tamen per tempus non steterant.

6. Quoniam, ut Scriptura inquit, ipse diabolus ab initio mendax est (*Joan. viii, 44*), et in veritate non stetit (*I Joan. iii, 8*), hunc locum habitationis sorte putant perceperisse, quem Scriptura pronuntiat paradisum cœlestem, quæ sub persona principis Cyri ad summum illum angelum apostamat ita loquitor: *Perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti* (*Ezech. xxviii, 13*).

7. Quemadmodum enim homines, post peccatum suum, de terreni paradisi felicitate dejeci, in hujus terræ maledictioni obnoxiae plagali modo habitationem trusi sunt, ut dum in terra peccaverunt, in deterioris terræ mansione postea sub poena delicti viventer, ita et angelos, qui aereo, imo etiam aeris ipsius puriore, spatio peccasse putantur, in inferiorem et ipso aere hoc obscuriore et turbulentiore locum turbabatos de superni et puri aeris, suæque dignitatis felicissimæ sede, misere et **595** infelicitè sub exspectatione futuri examinis, in quo durius condemnabuntur, vivere aestimant; ut dum aera corpora habent, et in aere nunc commorantur, non inconvenienter aestimentur etiam priorem suæ beatitudinis sedem in aere, sed puriore et subtiliore, pridem habuisse.

8. Qui tamen locus, dum cœlō firmamenti, ut prædixi, pertinet, cœli nomine censemur, sicut Dominus ipse prohibet, dicens: *Vidi Satanam sicut fulgor de cœlo cadentem* (*Luc. x, 18*). Ex ipsis enim loci perspicua ac pura beatitudine peccati sui merito dejectus,

**D** 5. Cod. Ms., mortalium, corporaliumque rerum... eo quod de super cœlestibus angelis neminem cecidisse arbitrantur, subcœlestes vero quandiu, etc.

6. In Editione, post *Dei fuisti*, inepte repetita sunt hæc verba, quæ jam præcesserunt hunc locum habitationis sorte putant perceperisse.

7. Qui aereo. In Ms., qui in superiore etiam aeris ipsius puriore spatio. Mox ex eodem Ms. restitui in inferiorem, etc. Nam in Excuso hæc ita corrupta erant, in inferiorem turbabatis de superni et puri aeris, suæque dignitatis felicissimæ misere, et infelicitè, etc. Ad verba aerea, seu aeria corpora, notatur in Ms.: *Quod dæmones habent aeria corpora*. Profecto antiquissimi theologi ac Patres corpora vel omnibus angelis, vel certe dæmonibus, assignabant, quorum verba refert Petavius, de Angelis, lib. 1, cap. 2, et lib. iii, cap. 1.

8. Dum cœlo. Al., dum de cœlo. Paulo post, Ms., spatii nebulosi aeris hujus infelicem. In Excuso debeat nobis, quod ex Ms. sumpsi, ut etiam tenebra-

A in inferioris spatii, hoc est, nebulosi ac brumosi aeris, infelicem ac miseram habitationem destinatus est; sicut apostolus Paulus contestatur, dicens: *Non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates hujus aeris, adversus mundi rectores tenebrarum harum* (*Eph. vi, 12*). Quæ etiam spiritualia nequitæ in cœlestibus idem Paulus Christum in semetipso denuntiat triumphasse.

9. Dejectis ergo malignis spiritibus cum suo principe diabolo ex illo quem prædiximus limpidissimo subcœlestium spatiorum habitaculo, et postmodum redempto ex Adæ et proprio uniuscujusque delicto per Mediatoris adventum humano genere, eundem locum animarum sanctorum interim esse quieti, dum resurrectionem exspectant futuram, id putatores opinantur: quem etiam cœlestem paradisum autumant esse nominatum, de quo Dominus latroni in cruce consentiens responderat: *Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradyso* (*Luc. xxiii, 43*).

10. Quin imo illo paradyso arboribus consito, et lucido fonte præpollente, anime exutæ corporibus non indigent; quin imo spiritualis homo carnalem usum corpore mortis liberatus non possidet, nec refici terreni paradysi frugiferis arboribus necesse habet, æternus enim temporalibus non utilitur, sed æterna et spiritualia contemplatur.

11. Hæc non confirmantium, sed æstimantium sensibus perstrinximus, præsentim cum et ipsam æstimandi de talibus perspicaciam nobis ipsis non attribuimus. Cum enim necessitas exegerit, harum omnium **596** putationum auctores in medium adducere poterimus, quibus aut fides aut dubitatio ascribi poterit; quorum referendo potius quam defendendo (opiniones) laboramus, nos enim alterius forte melioris, si adsit, assertioni, cui plus vel Scripturæ exempla, vel catholicorum consipientium (æstimationes) suffragaverint, concordiam subire parati sumus. Sed de superiori spatio his utcumque explanatis, ad subsequentia festinemus.

## CAPUT VII.

### De spatio inferiori, et hemisphaerii diversis.

1. Dehinc inferius spatiū aer vocatur, quem terræ sociari diximus, et a quo universæ carnis, quæ

D rum harum, enī in Editione esset harum tenebrarum. Vox brumosus, quam retinui, scribi etiam potest brumosus, et ex Græco idiomate significat folidum, graveolentem apud Cœlum Aurelianum.

9. Id putatores. Ita Ms. Editio minus bene, id est putatores. Postea Ms., *cras tecum eris*, pro *hodie tecum eris*. Sed retinenda lectio Vulgate, a qua non discrepat versio antiqua, neque multi alii Patres, qui ea verbis usurparunt; quæ quo pacto intelligenda sint, facile interpres expedient.

10. Præpollente. Al., pollente.

11. Perstrinximus. Hoc loco desinit in Ms. hoc caput. Forte, non attribuamus. Ex conjectura in Editione Baluziana adduntur voces labores, et æstimationes, quæ in veteri desiderantur. Suspecta quoque est vox consipientium.

CAP. VII. N. 4. Versatur. Crederem, reponendum vescitur. Infra, Ms., quæ ad superiori cœlum pertinent. Pro qui faciunt ad marginem Editionis veteris varia lectio notatur quæ faciunt.

in terra aere versatur, vitam adjuvari, et contineri in nobis, et per nos comprobamus. Qui et aliquando etiam terræ per Scripturas nomine vocitatur; sicut per Psalmistam dicitur, cum in Domini creatoris laudem ordine summo cuncte creaturæ incitantur, et cum consummatis his quæ ad superiorem cœlorum ordinem pertinent, ad hæc aeris spacia pervenitur, taliter subinfertur: *Laudate Dominum de terra, dracones, et omnes abyssi; ignis, grando, nix, glacie, spiritus procellarum, qui faciunt verbum ejus* (Psal. cxlviii., 7).

2. Hucusque enim in aere sermo est qui terræ nomine vocitatur; postmodum namque de humo et inferioris terræ naturis Scripturæ vocibus imperatur: *Montes, et omnes colles; ligna fructifera, et omnes cedri* (Psal. cxlviii., 9). Idcirco autem aer terræ vocabulum sæpe sortitur, quia crassitudine et velut soliditate quam in se habet volantium avium, quamvis maximarum, corpora sustentantur, quæ velut pisces pene aquatilia marinorum fluctuum recondita natando penetrant, sic volucres aeris spacia volando pertransiunt.

3. Cuncta etenim quæ aqua præstat ad conservandum vitam aquatilibus, hæc aer facit volatilibus, quoniam sicut reciproco halitu avium, et omnium quæ in aere et terra vivunt, vita alitur et conservatur, ita eorum quæ in aquis degunt inspirandi exspirandi tractu per aquam vitalis motus reficitur.

4. Unde cum in aerem trahuntur, quia lymphaticum spiramentum non habent, cito deficiunt; sicut et ea quæ in aere vivunt, cum ab eis aer excluditur, ultra vivere non possunt. Sicut autem illa aeris soliditate volatilia, ut dixi, corpora fulciuntur, ita ipsa eadem terrenam, quam in se habet, crassitudinem, propter quam et terræ vocabulum sæpe sortitur, **597** tumida nubium moles sustentatur, et per illam soliditatem aeris crassitudo, nives, et grandines, et glaciem, admittente vi frigoris parit, quando ita efficitur.

5. Nam hoc aeris spatium suæ naturæ insitum habet, ut summi levitate vapores aquarum de terra et maris specie contrahat et colligat, quos in sublime elevans, quandiu minutissimis guttis consistunt, congregatis in se nubibus, ipse per semetipsum aer suspendit. Sed cum, vexante vento, illæ guttulæ in maiores stillas coeunt, aeris amplius natura non ferente, pluvialiter imbres ad terram delapsi cadunt.

2. Ms., hic aer terræ... queve velut pisces, et omnia pene aquatilia. In Excuso deest aeria ante spatio, quod ex Ms. restitui.

2. Degunt, etc. Al., degunt in spirandi respirandi que tractu. Et mox volantia, ut dixi... eadē terrena quam in se habet crassitudine... nubium mole sustentantur... soliditatem aeris crassitudo... parit, quod ita efficitur.

5. Specie. Ms. facie. Paulo post, elevans a terra, quandiu in minutissimis. Pro congregatis, Editio non globalis, quod sensu repugnat, et ex Ms. rejicitur.

6. Ms., quas prædixi... arripuerit, in grandinis lapillis coagulatos frigoris violentia constringit. In impresso erat frigoris vi violentia.

A 6. Si vero ipsas, quas prædiximus, stillas vento in majusculas moles coagitante collatas, antequam deorsum pluant, gelu in nubibus arripuerit, lapillus coagulatus frigoris violentia constringit. Si autem paulo remissiores necdum densatus vapores in guttas, id est, gelu, prævenerit, in nivis speciem magna vis frigoris eosdem transmittit, et quod in se suspensa altius nebula taliter nutrit, non sufferente aere, ac vento dispergente, ad terram dimittit.

7. Sicut de hoc codem Psalmista commemorans, de Domino dicit: *Qui dat nivem velut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum sicut buccellas; ante faciem frigoris ejus quis sustinebit* (Psal. cxlvii., 5)? Et ut ostenderet, sive in terra, sive in nubibus, nubes in aquas iterum resolvi consuescere, paulo post

B subjungit, dicens: *Emittet verbum suum, et liqueficiet ea; flabit spiritus ejus, et fluent aquæ* (Ibid., 7).

8. Ut autem perspicuum sit ipsas aquas hoc modo in nubibus suspendi, in libro sancti Job scriptum videtur: *Qui suspendit aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum* (Job xxvi., 8). Attamen illas aer aquas ad terram et ad mare demittit, quas ex iisdem inferioribus partibus ante sustulit. Et quamvis de salsa pelagi latitudine eas traxerit pluvialis conceptio, per aereum indulcescit. Quemadmodum cum salsa de profundo maris unda propinata per humum terræ infunditur (sicut nautis est frequens consuetudo) in dulcis aquæ saporem statim mutatur. Commutatione vero aeris ventos, et vehementiore concitatione ignes etiam ac tonitrua, occultis imperiis, per angelos, quibus visibilis regitur mundus, sicut et cætera, conditor facit.

9. Nonnulli vero de effectu tonitru illud intendunt, quod cum circa aerem duorum elementorum, hoc est, ignis et aquæ, sunt spatia, unum **598** superiorius, sicut diximus, et unum inferius, et tamen aeris natura utraque in se trahit, id est, aquam vaporaliter de imis, et ignem caunaliter de supernis, ipsa duo contraria sibi elementa configunt.

10. Impossibile namque est absque humidis nubibus et fulgoribus tonitrua moveri, sicut intuentium oculis perspicue patet; in quo conflictu ignis et aquæ confusi sonitus horribilesque fragores suscitantur; et si ignis victor fuerit, terræ atque arborum fructibus non mediocriter nocet; si vero aqua vicerit, frigile D ram vim, tam in arboribus quam in his quæ olerum diversis speciebus nascuntur, non perdit.

11. Illo enī præcipue tempore tonitrua sonant,

7. Cod. ms., nivem sicut lanam... crystallum suæ sicut... in aquas tantum resolvi.

8. In Editione, ad marginem, notatur diversa lectio ligat, pro suspendit. In eadem omittitur aquas post illas aer, et scribitur dimittit. Postea Ms., quemadmodum et cum salsa profundo maris.

9. Cod. ms., inferius, attamen aeris caunaliter de superioribus. Et omittit contraria. Ad marginem Excusi notator, caunaliter esse ex caumate. A cauma, vel caumate dictum caminum docet Isidorus Etymolog. lib. xix, cap. 6, n. 6.

10. Frugiferam. Ms., fructiferam.

11. Sunt. Editio fiant. Pro decrementa Ms. detrimonta.

quo arborum et terrarum fruges in ostensione adhuc sunt, priusquam maturescere incipient. Per creaturas enim aliarum creaturarum incrementa aut decrementa Domini conditoris imperio gubernantur.

## CAPUT VIII.

*De diabolo et natura dæmoniorum.*

4. In hac autem turbulenta ac nebulaea aeris bujus mansione de sublimi felicitate, ut diximus, angeli repulsi cum suo principe commorantur. Sed ille princeps *Satanas* et *diabolus* nominatur, reliqui vero spiritus ipsius principis ministri, qui prius angelii fuerant, nunc dæmones vocantur. Quemadmodum etenim merita, sic et nomina mutaverunt et loca; sed tamen et nunc per Scripturas antiquo vocabulo, eo quod isti negligitæ sunt nuntii, sicut boni spiritus sunt nuntii justitiae, saepe angelii vocantur.

2. Sicut in Evangelio scriptum legitur: *Quem præparavit Pater meus diabolo et angelis ejus* (*Math. xxv, 41*). Et Apostolus ait: *Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet* (*II Cor. xii, 7*). Sed has etiam aedes usque in judicii tempus sub exspectatione terribilis Domini adventus, non sine timore ac tremore, nec infuctuoso, interim possident; scut apostolica dicta perhibent, quibus dicitur: *Nam et dæmones timent, et contremiscunt* (*Jac. ii, 19*). Et ut manifestum sit quod sub exspectatione temporis, in quo derius indicabuntur, vel potius perderunt, hunc locum aeris habitant spiritus immundi, qui in presentia Salvatoris claimabant: *Quid nobis, et tibi, Iesu fili Dei? venisti huc perdere nos ante tempus* (*Luc. iv, 34*)?

3. In adventu namque æterni judicis (quando comunitatis sanctorum omnium oratio complenda est, dicentiam: *Fiat voluntas tua et in terra, 599 sicut in celo* [*Math. vi, 10*]) ad tenebras exteriores servi iniustitiae efficiuntur, cum Dominus adversarios, sicut repulit homo, sic expellit celo, quibus æterni ignis (sicut Dominus ipse testatur) a Patre irremediabiliter præparata est pueria (*Math. xxv, 41*).

4. Qui ideo nec remissionem, nec redemptionem recipere merentur, quia de sublimissimo ordinis statu ceciderunt, ac propter ea nihil aliud in quod iterum, dimisso peccato, vocarentur habuerunt, dum omnem suam beatitudinem, in qua constituti sunt, transgres-

CAP. VIII. N. 1. Ms., *prædictus pro distinus; et dicuntur provocans. Et, per Scripturas sive antiquo vocabulo, sive quod.*

2. In Editione ad marginem diversa appingitur scriptura qui paratus pro quem præparari, etc. Et credunt pro timent. Cod. ms., *hunc locum habitant, omisso aeris; et exclamabant pro clamabant.*

3. Ex Ms. reposui judicis, quod desideratur in Editione. Paulo post. Ms., *sicut in celo, et in terra, et in tenebras. Impressus, sicut repulit e celo, sic expellit humum, quibus.*

4. Merentur. Ms., *merentur, nec possent, et pro diversa scriptura, nec poscunt. Pro iterum, in eodem Ms., varia lectio est tantum. In eodem est revocari, pro vocarentur; et propterea, pro propter quod. Ex Ms. vero scripti in quod iterum, pro in quid iterum, quod Editio exhibebat.*

5. Quoniam, etc. Ms.: *Humanum quicunque genus, etc.*

A sione naturalis boni, quod erant, et dominante legi, in qua conditi sunt, polluerunt; proper quod nec penitentie desiderant, nec etiam, si paenitissent, veniam recipere omnino possent.

5. Quoniam humanum genus à suo conditore redemtionem idecirce promerat accipere, quia de inferiore sui ordinis grado corrigit; cum enim esset adhuc in paradyso terreno positus, generandi officio destinatus, ciborumque esui depositatus, immutacioni meforem, sublimioramque, et spiritualem vitam sine morte reciperet, si quandiu in hac conversatione positus esset, in mandati custodia homo permaneret.

6. Clementia ergo Conditoris ad illius statum ad quenam peccans adhuc non pervenerat per passionem

B Domini revocatur, quem, si inde cecidisset, sicut angelus, nunquam iterum revocaret, quoniam non ad illum gradum, vel ordinem, unde primus homo ceciderat, sed ad alium sublimiorum, quem aperavit, restitutio fuit, dicente Domino: *Eran, sicut angelis in celo* (*Math. xxii, 30; Marc. xii, 28*). Scilicet, quoniam non sicut homines in paradyso; in illam enim mortalitatem, quæ generandæ proli et ciborum cuius depositata pro tempore est, quamvis redempti, homines redire non poterunt; sed post mortem resurgentे spiritualibus corporibus non crescendo, non seneundo, non moriendo, angelicæ felicitatis consortes erunt.

7. Tempus vero diabolice transgressionis si requiriatur, ante tempus visibilium rerum diaboli peccatum

C suis originaliter deprehenditur; omnia enim quæ facta sunt simul et sine tempore facta suisse Scriptura docet, quæ dicit: *Qui virit in æternum, creavit omnia simul* (*Eccli. xviii, 1*). In quibus omnibus etiam infernalis ille ignis æternus, de quo Dominus dicit: *Ite in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo et angelis ejus* (*Math. xxv, 41*). **600** simul factus suisse minime dubitatur. In eo enim quod dicit, creavit omnia simul, nihil non factum in omnibus creaturis reliquit.

8. Cui ergo carcer in illa creaturarum conditione præparatus est, illius peccatum originatiter ipsas creaturas præcessit: nequaquam enim adhuc innocentia poenam Dominus præparasset, si non illius

D Omisit in, quod Editus collocat inter immutationem et melioriem.

6. Ms., *ad quem peccans pervenerat. Sententia aliud exigit, elsi paulo post in eodem Ms. legitur ceciderat, vel ad al. m., quod eum primis verbis coheret. Idem Ms., restitutio fuit dicente... in illam enim immortalitatem... non potuerunt, sed.*

7. Codex Ms., *si requiratur, ante omne tempus. Et infra, nihil non simul factum in omnibus. An senserit Isidorus, angelorum creationem longe aliarum creaturarum creationi præcessisse, vide not. ad lib. I Sentent., cap. 10, n. 3, quo in capite multa de angelis bonis et malis discubantur.*

8. Præparata. Ms., *parata. Et mox, fecit, qui illum peccare præscivit, et cum ejus peccato pariter damnationis ejus poscam, qua servus cruciaretur, effici.*

delictum preparatae peccati precessisse. Sed et hoc etiam sine tempore fecit, qui damnationis ejus peccata, qua aeru fugitivus erunioratur, effecit.

9. Iste autem angelus cum a Conditoris beatitudine recessit, omne sua natura bona, quod in conditione sua habuit, totum amisit; sed sibi metipsi malus, Deus semper bonus perseverat, dum obedientes dominice jussioni, quamvis non sponte, propter potentiam Dei tamen obtemperat. Ex omni enim natura bono quod habuit hoc nunc tantummodo habet, quod Deo creatori ad cuncta obedit imperata.

10. Sed hoc bonum non in diabolo et ministris ejus bonum est, qui idecirca obedient, quia non obediunt non possunt; sed hæc eorum obedientia in Deo bona est, cuius bona quidem voluntati iuvita diaboli mala voluntas, cum bene operari præcipitur, resistere non potest. Sed plerumque accidit ut cum Dei bona voluntate aliquid facere imperatur, ipsius mala voluntas in hoc eodem opere pascatur. Quemadmodum ad decipiendum Achab, impissimum regem, idololatram scilicet, et prophetarum persecutorem, cum, a Domino missus, in quo deciperet interrogaretur, non solum se sponte paratum ad hoc opus obtulit, sed etiam quali consilio illud efficeret indicavit, ac respondit: *Vadam, et ero spiritus mendax, in ore omnium prophetarum ejus.* Et Dominus dicit: *Vade, et fac ita, et decipies Achab* (II Par. xviii, 21).

11. Valde enim convenerat ut qui veros Domini prophetas nec dedisset, pseudoprophetarum falsiloquio seductus et deceptus periret. Ecce promptissime diabolus sua mala voluntate cito ad istud decipiendi impii officium semetipsum obtulit, sed nisi a Domino permisus fuisset, hoc facere non potuisset; in qua re bona Dei voluntas sanctorum prophetarum justam vindicat exercuit, sed malus minister in interiori impii et peccatoris malam suam voluntatem cibavit.

12. Sed nec in hominibus, nec in rebus quæ hominibus subditæ sunt, aliquid absque Dei permissione facere valet, sicut evangelica veritas prohibet, qua reteritur: *Si nos ejici, mitte nos in gregem porcorum* (Matth. viii, 31). Sicut enim in illis hominibus a quibus expellebatur contra Domini præceptum **601** ultra permanere non potuit, sic et in porcos absque ejus introire permissione non potuisse se ostendit.

13. Quod in beato Job et in rebus quas possidebat

A et amiserat similius manifestatur. In quibus iniuncta nequitia absque Conditoris permissione nihil egisse probatur, sicut dicitur: *Nomine nullius sum, ac domum ejus, omnemque substantiam ejus* (Job 1, 40)? Et cum a Domino maligni hostis potestati ejus substantia permititur, ita subinficitur: *Hec universa que habet in manu tua sum; verum tamen in eum non extendas manus tuas* (Job 1, 19). Et hæc ita esse sentiens Job, cum suorum rerum dampna compresisset, ita respondit: *Dominus dedit, Dominus abducit. Quymodo voluit, Dominus fecit: sic nomen Domini benedictum* (Job 1, 21.)

14. Non dixit: *Dominus dedit, diabolus abducit;* certissime enim absque Dei permissione in rebus aut hominibus nihil omnino facere posse adversarium sciens. Sed sapo, ut dixi, in eodem ministerio et ejus adversarii prava voluntas per se pascitur, ei Domini benevolentia, aut justæ vindictæ, aut fructuosa probationis dispensatione ministratur; sub qua bisaria bona et mala voluntatis distributione et malos per vindictas trucidant, et bonos per lenitatem prebent.

15. Ad hoc namque ipsum, quando in hoc sera adhuc libere volitant, usque ad tempus extremi iudicij per ea a Domino differtur, ut pravi ex hominibus eorum consortes et sceleris et punitionis appareant, et boni per tribulationes eorum ab his irrogatas probati manifesti flant.

16. At vero improbi et impuri spiritus, vagi et subtile, animo possibilis sunt, et aereis corporibus inducti, nunquam semescunt, et cum hominibus inimicities exercentes, superbia tument. Faillaces atque in fraude callidi hominum sensus commovent, terrorique mortalibus inferentes, inquietudinibus somniorum, et morbis, et distortione membrorum vitam turbant, præstigia atque oracula singentes, regentesque sortem, cupidinem illiciti amoris et cupiditates humanis cordibus infundunt; et verisimilia mentientes, in bonorum etiam angelorum habitum et lucem se transformat.

**602** 17. Et quemadmodum nequitia, ita et potestatum gradibus distant. Et sicut nunc boni spiritus, horum est, perfecti angeli, impossibilitates aera penetrant, ita et hi, si non peccassent, ea quæ nunc possibiliter loca possident, subjecta sibi, si feliciter et beate vivent, hæc eadem haberent.

zima nota erat, legendum, ut in Job. Nostrum exemplar ms. item dirunt; ex quo pariter resuunt per vindictas, cum in Editione legitur post vindictas.

18. Ut præpi. Editu, ut et reprodi; ita quæ erant erat sparsitæ pro punitione; et eorum præsorū ad his.

19. Sequer conjecturam Editiorum Baluianæ, *Ad minus sensu pro homines senes*, quod Editio vetus exhibet, neque aliud noster Codex indicat; in quo est distentione pro distortione; et ex quo sensu certior, pro solitis, ut olim editum fuit, cum conjectura, ad marg., forte, sibi res. In Baluianæ Editiorum hæc conjectura rejiciunt, quia res noscere minime a demonibus, et quidem solis, reguntur; sed nihil proponunt quo locus corruptus sanctum.

20. Ms., ita et potestate gradibus distant.

48. Et hi etiam quando sua nomina proferunt, ex officiis nequitiae et potestatibus vocabula sibi assumunt, quemadmodum cum a Domino de suo nomine in regione Gerasenorum adversarius interrogatus fuisse, respondens, inquit: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus* (*Marc. v, 9*). Unde manifestum est, non proprii nominis, quod non habuit, sed sui gradus ac potestatis vocabulum protulisse; et requirentem Dominum, quia aliter loqui non potuit, de semetipso quod erat verum indicasse.

#### CAPUT IX.

*De natura aquarum et cursu Oceani.*

1. Post aeris spatia cum suis habitatoribus cursa, nunc ad aquae elementum, quod inter aerem et terram constitutum est, intentio dirigitur: cuius congregatio, sicut Geneseos scriptura declarat, mare vocatur, cum dicitur: *Et congregations aquarum appellavit maria* (*Gen. i, 10*). Quarum ea pars quae per fontes, et flumina, et stagna, terris interfunditur dulcedinem habet, ut et sicutientibus animalibus potamenti, et ceterorum usum solatia praebet, et alendis fructibus terram secundius irrigaret.

2. Propter quod et imbre, qui e nubibus cribrati per aerem defluunt, ut aptius ad frugiferam vim, et sedandam sitim, sicut ante diximus, subvenirent, sapidi sunt. Ea vero pars immutata aquarum, quae per magna terrarum spatia dilatatur, et aquae ipsius fines occultantur, salsuginem et acriorem saporem insitum sibi naturaliter tenet, ut convenienter humanis usibus fructus, quos sapidi liquoris non haberet unda, utilius nutrit.

**603.** Sed utrum sapidum an salsum saporem naturalius, an aequaliter utrumque, aquae habeant, pro certo Deus viderit; quanvis et plerique salsuginem

18. Ms., quemadmodum a Domino de nomine suo adversarius interrogatus dixit, *Legio*, etc.

**Cap. ix. N. 1.** *Usum.* In impresso erat *usum*, quod ex conjectura correxi. Verum in Ms., longe diverso modo huc periodus procedit: *Nunc de aqua, quae inter aerem et terram constituta est, cuius congregatio mare dicitur, unde in Genesi: Et congregations aquarum appellavit maria. Quarum ea pars quae super fontes et flumina terris interfunditur dulcedinem habet, ut et animalibus potum praebet, et alendis fructibus terram secundius irrigaret.*

2. *El imbre, qui e nubibus.* Ita Ms. In Editione corrupte, propter quod quide nubibus; et ad marg. forte, quidem, pro quide. Pro frugiferam, Ms. fructiferam. Editio immutata aquarum congregatio, quae per magna. Cod. ms. omittit congregatio. In Editione Beluziana pro immutata conjiciatur indigitur, vel nominata, et pro aquae ipsius fines, quod obscurum videtur, a qua ipsius (nempe terrae) fines. In Ms., et aquae ipsius fines occultatur. Et ipsius quidem non videtur referendum ad terram; non enim praecessit terra, sed terrarum spatia; neque fines terrae aqua occultantur. Neque vero est cur mutemus vocem immutata, quae idem sonat ac mutata, sicut immuto et muto idem significant. Postea omitti potest, cum nostro Ms., ut convenienter, usque ad nutrit.

3. Ms., saporem naturales, an aequaliter omnes aquae habeant, Deus vidi, quamvis... per humum diffusa dulcescit... dum alterutro in utrumque votest refundi. Repositum difficultis pro difficultius.

4. *Fretibus.* Magis usitatum est fretis. Cod. ms.,

A naturalem esse aquarum saporem putant, dulciores vero terre aut aeris natura condiri estimant; sed tamen quemadmodum salsa aqua per humum perfusa dulcescit, ita et dulcis aqua per marinorum olerum cineres infusa salvi protinus saporis fit; unde uterque sapor naturalis esse suo modo non est difficultas credi, dum ab alterutro in alterum uterque potest refundi.

4. Maris vero fretibus crebro terrarum spatia distinguuntur, ut et gentium terminos intercluderet, et munificentia suorum fluctuum omnes provincias diversorum populorum ditaret, et inter omnes patrias cuncta comunitata invicem commercia necessaria ministraret. Quantam vero concordantiam cum lunae cursibus inundatione et recessu Oceanus habeat, intentibus diligenterque animadvertentibus perspicue patet, qui quotidie ad terram bis venire ac recedere per horas viginti quatuor inde sinenter videtur, cuius cursus tota convenientia in ledonis et malinæ divisus vicissitudines partiatur.

5. Sed ledonis assisa sex semper horas incrementi sui immutata consuetudine compleat, et per totidem horas ipsa spatia quæ texerat retegit. Malinæ autem assisa quinque horas suæ inundationis agit, et per septem horas ejusdem recessu ea littora quæ compleverat vacua reddit; quæ tantam concordiam cum luna videtur habere, ut in ejus medio semper luna nascatur, quæ per septem dies, et duodecim horas, et quartam diei partem, diligent exploratione perseverare videtur.

6. Et ita fit ut cum iterum luna plena minuitur, etiam malina rursum **604** tenebrosa dimidiatur; interpositis vero spatis ledo deprehenditur, qui nec velenilunum, nec nascentis lunæ initia unquam adire

C minus bene, fluctibus, et mox fractuum, pro fluctuum. Postea pro inundatione fortasse scribendum in inundatione, nisi quod num. seq. recurrat inundationis, in Ms., in cessione (quod obscure exaratum est) et recessu; id clare legitur. Pergit Ms., *Oceanus habeat, quod animadvertentibus perspicue patet, qui quotidie convenientia in ledonis et malinæ divisas vicissitudines partitur.* In Editione veteri ad vocem ledonis notatur maris aestuatio; ad vocem malinæ, *Oceani incrementum, aestus.* In Codice nostro huc est nota: *Pap. (forte Papias): Ledona, cum est magis decrescens. Pap. Malina, id est, aestus magis crescentis. Lodo, ledonis apud scriptores medii ævi est maris aestuatio; malina, malinæ, accessus maris, sicut liduna recessus.* Vide opus de Mirabilibus sacrae Scripturæ, inter appendices sancti Augustini, lib. I, cap. 7, ubi tota hæc doctrina, adhibitis verbis ledonis et malinæ, expounitur, et Marcellum Empiricum, cap. 36, a med. In Glossario Isidoriano est *ledo*, non *malina*. Ducasgius multa afferit de utroque hoc nomine, et testimonia undique congerit.

D 3. Pro assisa Ms. bis, ad sua cum nota, esse sua a fido, fidis, et fidens. Ducasgius, verbo *Assisa*, nihil sere habet, quod huic loco possit accommodari. Videtur autem assisa accipi pro inundatione et fluxu.

6. *Initia unquam adire.* Ita Ms. Editione, mendose, initia, in quam adire. Pro numerentur, Ms. inve...iunctur. Quod *Oceani reciprocus aestus ex lunæ augumento et decremente originem trahat, ex sancti Ambrosii opinione docet Isidorus, de Nat. rer. cap. 40.*

cernitur, et per hanc vicissitudinem efficitur ut per omnem communem annum xxiv malinæ et totidem ledones numerentur; in embolismo autem viginti sex malinæ, et ejusdem numeri ledones inveniuntur, quia per omnia cum lunæ cursu inseparabiliter marinus comitatur.

7. Quatuor vero ex his, hoc est, temporum, quatuor mediæ, due scilicet æquinoctiales malinæ, et aliæ duæ, cum aut dies aut nox incrementi et decrementi sui finem faciunt, solito validiores, sicut oculis probare licet, ad inundationem altiores fieri videntur, et majora littorum spatia retegere cernuntur. Et quoniam impossibile est ut non aliqua, licet nobis incognita, spatia deserat, quando per nostrarum terrarum solum exundat, sicut eadem loca a nobis recedens implet, ut nostra assisa ibi sit recessa, et nostra recessa ibi sit assisa, dimidium moris ministerium ignorare fateri compellimur.

8. Sed in hoc et multis similibus nihil nostræ scientiæ conceditur, nisi Creatoris potentiam atque immensitatem clamare, qui *omnia in numero, pondere et mensura dispositi* (Sap. xi, 21). Et interim cum insigni Gentium magistro dicere: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc cognoscam, sicut et cognitus sum* (I Cor. xiii, 9).

9. Ex hoc autem lymphatico elemento piscium et avium, hoc est, omnium aquatilium et volatilium diversa genera facta fuisse Geneseos scriptura proununtiat. Sed piscium, id est, omnium quæ in aquis vivunt animalium, clxi esse genera philosophi qui de rerum naturis ratiocinantur enumerant, quem numerum apostolica sagena velut ex omni genero piscium congregans contraxerat.

10. Aves vero utrum et ipsæ hunc suorum numerum generum habeant, an majorem, an minorem, etsi sint aliqui qui astiment, tamen quia grandi hoc auctoritate firmare non possunt, nec sequendi, nec respuendi sunt; sed cum de aqua omnium avium origo processerit, unde tam diversæ earum consuetudines manendi, seu vivendi, seu natandi existent, ut aliæ in salsis undis semper supernarent, et victum habeant; aliæ in dulcium aquarum stagnis et fluminibus commorenrentur? Aliæ in terra sine 605 uila natandi consuetudine degunt, quarum aliæ in

7. *Æquinoctiales malinæ, et aliæ duæ.* Sic reposui ex Ms.; nam Impressus sine ullo sensu æquinocialis, malinæ duæ. Deinde Ms., probari licet hac adundatione altiores. Et cingere, pro retegere. In Edito erat, ut num assisa ibi sit recessa, et an recessa ibi sit assisa. In Ms., bis, nostra ad sisæ.

8. Ms., nihil aliud nostræ... in numero, et mensura, et pondere dispositi.

9. De numero generum clxi piscium, et mysteriis quæ inde Augustinus et alii colligunt, videndum nosser Isidorus in libro de Numeris, quem antea nondum excusum edidi tom. V, pag. 247.

10. Ms. vivendi, seu volandi, seu natandi. Omitit semper. In Excuso campaniis pro campis, et sublevet, et penetrerent, quæ duo retineri possunt, si pro degunt substituatur degant.

11. *Nisi forte.* Ms. his duobus verbis omissis

A campis, aliæ in silvis, aliæ in montibus, aliæ in palustribus locis fieri consuescunt. Alias ad volandum penna non sublevat, aliæ ita excelsa ac remota aeris spatio volando penetrant, ut æstatis tempore etiam nivem de altissimis nubibus suis pennis deferant.

11. Nisi forte has tam diversissimas consuetudines originis, quamvis de aqua, diversitas conditionis in omnibus avibus efficit, ut ex his aliæ de salsa unda, aliæ ex dulci aqua, aliæ de herbarum rore, aliæ ex arborum constillatione, aliæ ex paludum humore, aliæ ex montium confluxione, aliæ ex aeris vapore, aliæ ex altissimarum nubium fluida conspiratione conditæ sint, atque illud earum unaquæque naturaliter quod suæ conditionis origini pertineret assueceret, ut ibi et inde quæque avis viveret, unde prius B ut esset habuisset.

## CAPUT X.

### *De paradiso.*

1. Et quoniam post aquas terra in elementorum ordine statuta est, primum de paradiſo dicemus, ubi primorum hominum habitatio extiterat; quamvis commemorandi loco sermo ponendus sit, de quo plurimorum diversæ sententiae prolatæ sunt, utrum ipsa immortalis vita, qua homines ante peccatum donati sunt, paradiſi nomine dicta est, an totus hic terrarum orbis tam commode innocenter viventibus dispositus fuerat, ut paradiſus diceretur, quatenus quandiu inculpabiliter sine ullo vitio possessores vixissent, etiam terra ejus habitatio iisdem cuncta feliciter absquo ullo labore ministraretur, ac postmodum ipsis peccantibus atque in deteriora mutatis, etiam orbis eorumdem vitio et viudictæ sententia mutatus est atque obscuratus (quomodo de sole diximus et luna), et sui decorum et frugiferam vim, etsi non totam, maxima tamen ex parte amisisset, ut quæ beatitudini et felicitati bene viventium optulerant male viventium vindictas cumularent.

2. An etiam spiritualiter aliquis locus hujus felicitatis beatitudine plenus, hominibus suæ creationis meritum servaturis, dispositus fuerat, in quo nihil quo beatitudinem corporalem laderet, quandiu mandati patientia servaretur, inerat? Cui sententia Scriptura Geneseos auctoritas non mediocriter suffragatur, dicentis: *Plantaverat autem Dominus Deus 606 paradiſum a principio, in quo constituit homi-*

D exhibet efficit, pro efficit. Editio, paludum. Et, aereo vapore. Postea Ms., quod suæ conditioni est origini... unde prius esse habuisset.

CAP. x. N. 1. Titulus in Ms.: *De paradiſo*, ubi prima hominum habitatio fuit. In Editione erat postquam, pro post aquas. Codex noster: *Et quoniam post aquas terra constituta est, prius de paradiſo, ubi primorum hominum habitatio extiterat, sermo ponendus est; de quo. Impressus, vita, qua ante peccatum hominum donati sunt. Et, tam commode innocenterque viventibus.*

2. Exemplar ms., an etiam specialiter (quod fortasse melius quam spiritualiter) aliquis locus hujus terrene felicitatis plenus hominibus suæ creationis meritum servaturis dispositus erat... in quo constitueret hominem... paradiſus cum dicitur, principatum orbis

*non quem formaverat* (Gen. ii, 8). A principio enim A plantatus paradisus dicitur, dum principatum orbis specialiter hic locus tenet videtur, in quo primus homo statim post sui conditionem constitutus fuisse non dubitatur.

3. Etenim omnibus modis conveniebat ut caput et principium humani generis in capite et principio ponenter orbis, ut inde hominum prelogo membrorum suorum incrementa sumeret, unde terrarum orbis, quem inhabitat, initium acciperet. Cujus paradisi statum cum eadem Scriptura eaumerat frugiferis arboribus constituta, et fonte magno, quo tenuis terra facies rigatur, adornatum enarrat, dum appositum ibi hominem ita inquietus loquitur : *Ex omni ligno paradisi comedere* (Gen. ii, 16). Et mulier ait : *De fructu lignorum quae sunt in paradyso vescimur* (Gen. iii, 2). Et paulo ante profertur : *Et suds ascendebat de terra irrigans universam superficiem terrae* (Gen. ii, 6).

4. In quibus rebus historialiter absque ullis ænigmatibus, ipsius Scripturæ veritatem servari, quid impediret, quomodo et de omnibus quæ de principio nascentiis totius creaturæ visibilis continet corporaliter etiam auctoritas eluet? Factum namque firmamentum, et mare, et terram, et luminaria, et stellas, aquatilia etiam, atque animalia terrena, et hominem ipsum, sicut Scriptura Geneseos investigat historialiter, absque ullis ænigmatibus credimus.

5. An in hoc solummodo, quod paradisi locus frugiferis constitutum arboribus, et magno fonte illustratum, commemorat, nisi in ænigmate non recipiemus? Sed hoc utroque modo potest intelligi, id est, et secundum rerum gestarum historicam narrationem, et secundum tropologiam, id est, juxta moralē explanationem.

6. Scriptura etenim sacra ratione tripartita intelligitur, cuius primus intelligendi modus est cum tantummodo secundum litteram sine ulla figurali intentione cognoscitur, ut sanctus Hieronymus ait : *Actus apostolorum nudam quidem mihi videntur sonare historiam*. Secundus modus est cum secundum figuralem intelligentiam absque aliquo rerum respectu investigatur, ut prima et extrema pars Ezechielis, et Cantica Canticorum, et Evangelii quarundam paraboliarum expositio, quæ aliud loquuntur, et aliud agunt.

7. Tertiū modus est cum, salva historica rerum narratione, mystica ratione intelligitur, sicut arca Noe, et tabernaculum, et templum historialiter facta sunt, et intellectualiter Ecclesiæ mysteria per-

3. Ms., quem inhabitant, initium caperet. Cujus... enarrat, dum dicitur, *Ex omni ligno*.

4. Cod. ms., hominem ipsum historialiter creditus, omissis aliis.

5. In Impresso erat paradisi locus : substitui paradiſi locum.

*Ibid.* Fructiferis. Ms., frugiferis. Et mox, nisi ænigmatico non... intelligi, id est, secundum... narrationem, et juxta moralē explanationem.

6. Hieron. Epist. 150, q. 12, ante fin.; et in Ezech., I. v, c. 16.

*Ibid.* Videntur. Ita Ms. Editio, videatur. Intra, Ms.

hæc designantur. Siq; nimirum ei paradisi locus prioris Adæ, qui forma futuri 607 existimat, et Ecclesiæ futuræ, quæ est terra sequentia Adæ, mysteria praesigurabat.

8. Dum vero ibi nomen immortaliter et beatæ viveat, nunquid et toto orbis subjectio sibi non subjaceret? Quid enim illum ab ingressu orbis intercluderet, qui in creaturis nocere sibi aliquid non timeret, dum ignis non praret, non aqua mergeret, non bestiarum fortitudine maceret, non spicarum vel cajuicunque rpi aculei vulneraret, non absentia aeris suffocaret, non omnia quæ nocent mortaliibus, impeditarent?

9. Corpus enim immortale, et invulnerabile, et illædibile, nihil quod mortem, et vulnus, et lassitudinem inferret in omnibus creaturis, quæ adusque Creatorem offendere, per ipsoobedientiam inteneret. Paradisi ergo habitatorem lustrare omnia quæ sibi fuerant subjecta quid prohibuit, cum et hoc facere Dominus eum non solus non interdixit, sed imperavit, dicens : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam; et dominamini piscibus maris, et volatilibus caeli* (Gen. i, 28).

10. Sicut enim angelis in his quæ sibi subjecta sunt a sede cœli discurrere liberum est, et tamen in celo habent sedes, quid et homines in paradyso constitutos discurrere per omnem creaturam sibi subjectam sine suo labore impeditaret? Quemadmodum namque a dolore, et senectute, et morte, immunita corpora possidebant, ita et omni labore et pigredine carentia habebant.

11. At vero cum paradisi colonus in loco suo terræ felicitatis peccatum commisisset, in maledictæ terræ habitationem detrusus, protinus illa omnia, quæ prius possedit, partim amisit, partim cum labore conservavit. Et illo excluso a sede beatitudinis, possibilis iterum redeundi interclusa est, et ita factum est, ut quemadmodum angelus apostola, cum suis de summa sui paradyso serenitate dejectus, calliginosum hujus aeris locum sortitus est, sic et homo de sui paradyso terrena beatitudine in maledictæ humi terræ habitationem detrusus est.

12. Sic etenim scribitur : *Et ejecit illum Dominus Deus de paradyso, et projecit in terram de qua sumptus est. Et constituit ante paradysum cherubim, habentem flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitae* (Gen. vii, 23). In quo demonstratur, quod quamvis ligni vita viam cherubim dicitur custodiare, ne tamen homines regredi possent, totum

omittit et Evangelii... aliud agunt.

7. Historica. Ita Ms. Impressus, Historicorum. Pro ratione, Ms. narratio.

8. Ms., in creaturis aliquid sibi quod nocere, non timeret.

9. Interdixit. Sic Editio Baluziana, cum in priori esset indicit.

10. Cod. ms., creaturam, cum libuisse, sine suo labore... pigredine ei fastiditate carentia.

12. Ms., de paradyso voluptatis, et projecit... cherubim flammeum habens gladium... cherubim dicimus custodiare.

etiam paradisum jubentur defendere, dum flammeum gladium non ante lignum solummodo vitæ, sed ante totum paradisum Scriptura indicat esse positum.

13. Non satis autem eluet de qua arbore specia-  
liter Adam comedenter, sed clarum est quod statim post peccatum nuditatem suam fici **608** foliis arboris texit, cui soli in tempore sua carnis Dominus Jesus, paulo ante quam mortem pro Adæ delicto suscepisset, maledixit, et cito eruit, cum diceret : *Nunquam fractus et te nascatur in æternum* (*Matth. xxi, 19*), hoc est, qui hominibus ultra, sicut superius diabolus, nocere possit. Ecce in hanc arborem, id est, sicut, maledictum delicti Adæ, quæ totam terram inficeret, priusquam sanguinis sui rore ipsam mundaret, Christus collegit.

14. Utrum autem ab hac primitus homo culpam, an de alia suscepit, pro certo Deus viderit. Attamen illa, quæcunque nunc est, quæ tunc scientiæ boni et mali arbor dicta fuerat, non est putandum quod tantum nunc utentibus nocere possit, quantum potuit tunc in paradyso constitutis, ut etiam nunc utentibus ea arbore mortem conferre possit; non enim in arboris natura mortiferum aliquid inesse credendum est, aut etiam ut boni et mali scientiam facere valeret, sed mandati Domini transgressio, quo præceptum est ne de hoc ligno comedere, mortem eff. cit.

15. Cujus obedientia si esset, hoc erat scire bonum; et inobedientia dum fuit, hoc est nosse malum. Quorum tamen distantiam homo nisi transgressione intelligere non potuit; quando enim solummodo bonum possidebat, quid esset malum et quomodo sibi noceret ignorabat. Ut autem manifestum sit quod in hoc ligno qualicunque præter originalem inobedientiam nihil inesset nocivum, ecce non hujus, sed ligni vitæ via excluditur, in cuius exclusione prioris delicti misericorditer remissio præparatur.

16. Si enim homo post peccatum illud originale de ligni vitæ fructu comedisset, commissi penitus maculam misere in æternum et infelicitate in corpore senectuti et doloribus obnoxio moriendo deponere non posset; nullo enim alio modo hoc delicti facinus deleri nisi morte Dominus præparavit, quod per adventum postea in carne Filii sui Iesu Christi futurum esse præscivit, et prædestinavit, ut per illius

13. Cod. ms., nuditatem fici arbore texit... paulo ante, quam mortem suscepit, maledixit... terram inficerat, priusquam.

14. Utentibus. Ms., his, vescientibus, omissis ea arbore post alterum vescientibus, et omissis etiam quo præceptum mortem efficit.

15. Editio, præter originalem obedientiam ligni scientiæ boni et mali nihil esse nocivum; quod ex Ms. corrixi.

16. Deleri. Desideratur in Edito hoc verbum. Pro moreretur, Ms. deleretur. Omitit corporis; item, et in celo mansionem; item, quod nobis in principio præparatum est. Pro vobis præparatum idem Ms., vobis paratum.

CAP. XI. N. 1. In titulo Ms. : *De situ terreni orbis, quem. Omissis porro. Mox exhibet quem habitat... non inclinabimur... Abyssus vestimentum ejus. Ex quo in-*

**A** mortem nostra culpa moreretur, et per illius resurrectionem lex nostræ mortis evacuaretur, et per ipsius corporis ascensionem, et in celo mansionem nostræ humanitati immortalitas donaretur, et angelicæ et spiritualis vitæ consortium quod nobis in principio præparatum est, donaretur; sicut et in extrema futuri judicii vocatione in dextera constitutis certum est a Domino dictum : *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi.*

## 609 CAPUT XI.

*De situ orbis terrarum, quem inhabitat genus humanum.*

1. Porro de terrarum orbis situ, quem inhabitat genus humanum, Psalmista ad Dominum ait : *Qui fundasti terram super stabilitatem suam; non inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus; super montes stabunt aquæ* (Psal. cxii, 6). Ex quo intelligitur non super alterius elementi soliditatem, nisi super suam stabilitatem et firmitatem terram esse fundatam. Utrum vero sibi aliquid, sicut ipsa aquæ, et aquæ aeris, et aer spatio superiori, et ipsum firmamento, et firmamentum aquæ superioribus, substitutum sit, ipse poyil, qui ubique et undique cuncta conspicit.

2. Ea vero parte quæ hominibus ad habitandum data est, quadrifarium orbem statutum esse multi prodiderunt auctores: quarum partium quatuor vocabula quatuor litteris nominis primi terrigenæ, hoc est, Adam, incipere, sapientes intelligunt. *Anatole*, scilicet, *Dysis*, *Arctus*, *Mesimbria*, id est, Oriens, Aquilo, Auster, Occidens. Conveniebat enim ut qui suo genere totam terram impleret, suo nomine quatuor quadrati orbis partium vocabula colligeret.

3. Quatuor quoque temporum articulis anniversario ordine distinguitur, atque impleto anni spatio, terreni orbis dispensatio semper sine cessatione in circulum redigitur. Veris autem tempore, quo mundus fuerat institutus, semper vernal; æstate autem floret, et fructificat; autumno maturescit, et aptum suorum fructuum mortalibus usum tribuit; hieme vero decidit, et arescit.

4. Sed hanc augmenti sui et decrementi consuetudinem patitur quandiu servituti corruptionis obnoxia mortalium officio mancipatur. Cum enim nascendi et moriendi in hominibus conditio cessaverit, tunc etiam

**D** telligitur... nisi super vim suam terram esse fundatam. In Excuso erat et ipso, pro et ipsum; et constitutum, pro substitutum. Illico Ms. : substitutum sit, Deus novit. Ea ergo parte, etc.

2. Quadrifarium orbem statutum esse. Ita Ms. In editione, quadrifarius orbis status esse, quod non coberet. Vocabula græca quatuor partium mundi ita respondent Latinis: *Anatole* est *Oriens*, *Dysis* *Occidens*, *Arctus* *Sæptentrio*, sive *Aquilo*, *Mesimbria* *Meridies*, sive *Auster*. In Impresso scribitur *Dysis* et *Mesimbria*. Alii scribunt *Mesembria*. Confér *Ductangium*, qui in hanc rem quosdam versus allegat.

3. Institutus. Ms., constitutus. Et infra, maturescit hiemo arescit, omisso aliis.

4. Cod. ms., et detrimenti sui consuetudinem. Omittit imo Domini per *Isaiam*.

viriditatis, et ariditatis succ incrementa et damna ipsa terra non habebit, cum Isaiae vaticinium, imo Domini per Isaiam completum fuerit: *Ecce ego creo cœlos novos, et terram novam, et non erunt in memoria priora, sed gaudebitis, et exsultabitis in his quæ ego creo.*

**610** 5. Quoniam dum immutatis corporibus homines spiritualiter vivent, necesse est ut immutata in melius habitandi loca, id est, spiritualia habitent. *Hoc corpus* (ut Paulus ait) *seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale; seminatur in contumelia, surget in gloria. Necesse est enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* (*I Cor. xv, 42 seq.*). Cum enim corruptio et mortalitas in corporibus esse desierint, tunc mortalibus uti et corruptilibus homo non necesse habebit.

6. Quod et in Dominici corporis resurrectione probatum fuisse Evangelia sancta confirmant, dum linteamina, quibus fuerat involutum, post resurrectionem ejus in monumento sola posita esse denuntiant, quemadmodum de Petro dicitur: *Et ridit linteamina sola posita, et abiit, et secum mirans quod factum fuerat* (*Joan. xx, 5*). Novis ergo corporibus, non indigentibus iis quæ vitæ corruptibilis usus requirit, nova terra cum novo cœlo ad habitandum creabitur, hoc est, hujus terræ natura et superficies in spiritualem statum, qui spiritualibus conveniat, absque aliqua mutabilitate instaurabitur.

7. Sed quando hoc fiet? Quando Jerusalem laus creata fuerit in terra, et populus ejus gaudium, et exultatio, et quando sancti in his quæ Dominus creat gaudebunt, et quorum sol non occidet, et luna non minuetur; cum redempti a Domino venerint in Sion cum laude, et lætitia fuerit sempiterna super caput eorum, et obtinuerint gaudium, et lætitiam, et fuderit dolor, et gemitus, et completi fuerint dies luctus eorum, et lugentes consolati fuerint, et absterrerit Deus omnem lacrymam ab omni facie sanctorum, et opprobrium populi sui deleverit, et omnium lugentium Sion mœror depositus fuerit, et acceperint coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris, et vocati fuerint in ea fortes justitiae: cum benedicti ad dexteram venerint, et sicut sol fulserint in regno patris eorum.

#### CAPUT XII.

##### *De natura hominum post peccatum.*

1. Sed hujus interim orbis habitationi post originale

5. Vivent. Ms., vivunt.

6. Post resurrectionem ejus in monumento. Sic Ms. Editio, post resurrectionem et in monumento. Pre mirans, Ms. admirans.

7. In Ms. ita desinit hoc caput: *instaurabitur. Sed tunc hoc fiet, quando Jerusalem creata fuerit in terra. In excuso mendose erat, sed dum hoc fiet?* In Editione Baluziana corrupte esse dicitur *pro spiritu mœroris, neque placere, pro sacco mœroris. Conjicitur Pallium laudis pro sacco lamentationis, eanticum lætitiae pro spiritu mœroris. Neque satis sanum videtur, et vocati fuerint in ea fortes justitiae.*

CAP. XII. N. 1. *Quod in conditione.* Sic Ms. Editio omittit in.

A peccatum homines destinati, non totum quod in conditione sua habuerant naturale bonum **611** perdiderunt; sed vitiatum primitus delicto parentis, pravis insuper moribus corruerunt, et ita sit ut sicut cum labore terræ maledictæ fructus percipiunt, sic et bonum naturale quod in se habent non absque laboriosa cura custodiare possunt.

2. Et quomodo in serpente, et muliere, et viro consentiente, in protoplasti transgressione tripliciter ceciderant, pari modo tribus vulneribus afflicti omnes ejusdem filii, id est, dolore, senectute, morte deficiunt, et omne bonum, quod in se insitum naturaliter a Conditore suscepserant, studioso labore ex parte aliqua inventum magna animi vigilantia vix conservant; et quocunque bonum per studium Dei munere quæsitum inveniunt, præter iniquam mammonam hæredibus non relinquunt, et omnes artes, quas suggillatim in vita capiunt, in hujus vitæ defectu pariter, dum spiritus funditur, amittunt.

3. Parique infirmitatis conditione pauperes et reges, stulti et sapientes vexantur. Nam similiter omnes somno indigent, et cibo refici, et vestibus indui necesse habent. Passionibus vitiorum carnalium aut gravantur, aut corrumpuntur; motibus animi, id est, ira et amore, concupiscentia et timore angustiantur. Dolore, et senectute, et morte deficiunt. De præteritis cito exuntur; de præsentibus modice utuntur; de futuris incerta omnia præstolantur.

4. Eodem modo auditu, visu, tactu, gustu, odoratu sentiunt et vivunt. Eodem etiam nexo originalis peccati astringuntur; eodem Redemptoris munere ditati undis baptismatis et Spiritu sancto abluuntur; sed et his hominibus, aut redemptionis fidem, aut opera fideli negligentibus, pariter cum transgressoribus angelis et diabolo suo principe poena debetur æterna; servantibus vero, sive per Scripturæ documenta, sive per naturæ bonum munimina, primæ conditionis jura, Redemptoris munere vita præparata est futura.

#### CAPUT XIII.

##### *De diversitate peccantium, et loco pœnaru.*

1. Sed quoniam peccatorum diversa conditio est, sunt quædam crimina, quæ per ignem judicii purgari possunt; quædam vero æterni ignis poena plectenda sunt; et ex his quædam æterna poena digna sunt, quædam ad judicium non pervenient, quædam post judicii examinationem **612** perpetuae damnationis sortem subeunt; sicut Paulus apostolus inquit: *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt præeuntia*

2. Ms.: *Et quomodo in transgressione Adæ tripliciter ceciderant. Idem Cod. omittit, bonum; et præter iniquam mammonam.*

3. *Angustiantur. Editus, angustantur. Post morte deficiunt, illico terminatur hoc caput in Ms.*

4. *Sed et his. Ita rescripsi ex conjectura. Excusus, sed ex his; et postea, sive Scripturæ. Addidi per ex conjectura in Editione Baluziana. Malim etiam cum auctoribus hujus Editionis bouæ munimina, nisi forte magis placeat bonum munimen.*

CAP. XIII. N. 1. *Plectenda. Ms., complectenda. Et mox, damnationis pœnam subibunt, sicut. Pro præeuntia, in Vulgata præcedentia. Pro quosdam, Ms. quorundam.*

*ad judicium; quosdam autem et subsequuntur (I Tim. v, 24).*

2. De his enim qui iudicio carent, Dominus ipse protestatur et dixit: *Qui non credit in Filium jam iudicatus est (Joan. iii, 18).* Unde intelligitur quod qui fidei sortem subire non merentur, nec gratiam baptismi consequuntur, ad futurum non exituri sunt iudicium, sed ex hac vita Evangelii sermone examinati exhibunt, quo scribitur: *Amen dico tibi, nisi renatus quis fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei (Joan. iii, 3).* His etiam Psalmista verba concordant, quibus ait: *Non resurgent impii in iudicio (Psalm. 1, 5).*

3. Qui autem post ablutionem baptismi peccatorum multitudine gravantur, et ipsi in duas factiones dividuntur: quidam namque ex ipsis, priusquam ex ipsa vita exeat, Scripturæ sacræ vocibus iudicantur; de quibus Paulus apostolus loquitur, dicens: *Nolite errare: neque adulteri, neque fornicarii, neque ebriosi, neque maledici, neque idolis servientes, neque avari, neque molles, neque muscularum concubidores, neque fures, neque rapaces, regnum Dei possidebunt (I Cor. vi, 9).* Qui enim hæc et his similia crimina capitalia usque ad mortem absque medicamento faciunt, iudicati de ea vita ad perpetuas poenas exhibunt.

4. De quorum reatu conviva pectoris Domini Joannes loquitur: *Est peccatum usque ad mortem? non pro illo dico ut roget quis (I Joan. v, 16).* Ad mortem enim peccatum deducit, qui licet in extremo vitæ termino de præteritis criminibus poenitendum egere neglit. Et notandum est, juxta Jacobum apostolum, quod qui in uno ex his offenderit, factus est omnium reus. Qui enim dixit *Non mæchareris, ipse dixit Non occides. Quod si non mæcharis, occidas autem, factus es legis transgressor (Jac. ii, 10).*

5. Quidam vero ad extremum divini examinis iudicium, qui his capitalibus criminibus non involventur, reservati, ex hoc sæculo vadunt, et tamen sententia superni iudicis æternæ damnationis sortem subibunt, qui, misericordiae opera contempnentes, Christum in pauperibus nec cibo, nec 613 potu reficiunt, nec vestibus induunt, nec hospitio recipiunt, nec illi infirmantibus, et alligatis in metallis, et carcéribus visitationis solatia ferunt, propter quod ab

2. Ms.: *Dominus dicit: Qui non credit in Filio jam iudicatus est. Unde intelligi datur, quod... iudicium; unde evangelista: Amen dico vobis, nisi... potest introire in regnum Dei. Inde Psalmista: Ideo non resurgent. Vulgata: Ideo non resurgent impii, etc.*

3. Ms.: *Gravantur, quidam priusquam ex hac vita exeat... neque fornicatores, neque ebriosi... his similia peccata capitalia usque ad mortem absque poenitentia faciunt. Sententia, quæ hoc loco asseritur, de distinctione infidelium et peccatorum Christianorum, quorum alii capitalibus criminibus usque ad mortem gravantur, alii vero peccatis quidem mortalibus urguntur, sed quæ communia sunt, neque ita gravia, ex quo colligitur infideles et peccatores Christianos, capitalibus criminibus oppressos, exire de hac vita jam iudicatos, alias autem peccatores ad extremum divini examinis iudicium reservari; hæc, inquam, sententia multorum fuit veterum Patrum, ut indicavi in Isidoriani, cap. 23, n. 17 et 18. Vide etiam differentiam*

*A ipso audient: Ite, maledicti, in ignem æternum, quem preparavit Pater mens diabolo et angelis ejus (Matth. xxv, 41).*

6. Non enim ad appetenda regna cœlorum sufficit non agere mala, si quis non curavit facere bona; per prophetam enim Isaiam pariter a Domino præcipitur: *Quiescite agere perverse, discite benefacere (Isai. 1, 18).* Per Psalmistam quoque hæc eadem verba idem Domini Spiritus concinnat, dicens: *Declina a malo, et fac bonum (Psal. xxxvi, 27).* Et ut ostenderetur quod post terrorem tam terribilis hujus quam prædiximus sententiæ nulla poenitutine judex flecteretur, in fine cunctæ disputationis ita subinsertur: *Tunc ibunt hi in ignem æternum (Matth. xxv, 46).*

7. De illius autem ignis æterni loco, id est, inferni ergastulo, multi dixerunt quod corporalis locus sit, ubi peccatorum corpora cruciabantur; nisi enim ignis ille corporalis et locus esset, quomodo resurgentium corpora cruciata teneret, in quibus corporalitatis veritas ita passibilis erit, ut stridoribus dentium et lacrimabilibus fletibus subjaceat; sicut ipsius Domini et judicis verba declarant, dicentis: *Inutili servum mittite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentium (Marc. xxv, 30).* Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur. (Isai. LXVI, 24; Marc. IX, 45)?

8. In quo dicitur loco ad regem Babylonis per Prophetam ita: *Subter te sternetur linea, et opertorium tuum erunt vermes (Isai. XIV, 11.)* De quo loco quidam etiam dixit: *Sicut terræ in profundo aquarum, sic inferna in profundo terrarum sunt. Unde de illo scriptum videatur illud quod scriptum est: Quod neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, inventus est, qui possit aperire librum, et solvere signacula ejus (Apoc. V, 2).* Unde perspicue patet hunc locum qualecumque sub terra esse, qui *infernus inferior et terra oblinicia* vocitatur.

9. Sed hic ignis dum præparatus diabolo dicitur, et angelis ejus, quali corporalitate esse putandus est, qui angelos cruciare potest? Animam quoque divitis, exutam corpore, infernalis ille ignis cruciassæ describitur, dum dixit: *Quia valde crucior in hac flamma (Luc. XVI, 24).* Nisi forte hanc virtutem ille ignis et locus habet, ut angelos et animas, et corpora, eodem inter impium et peccatorem, lib. I Different., n. 298, et lib. I Sentent., cap. 27.

4. Cod. ms., de quo Joannes ait: *Est peccatum ad mortem... qui usque in extremo vitæ. Quod fortasse genuinum est.*

5. *Involventur. Excusus, involvantur.*

6. Ms., bona, sicut ait Isaias: *Quiescite... benefacere. Et Psalmista: Declina... hujus, quam prædiximus, sententia.*

7. *Id est, inferni ergastulo.* Ms. id omittit. Idem Ms., crucienda pro cruciata. In Editione erat subiectum, quod ex Ms. mutavi in subjaceat. Pergit Ms.: *Ut Dominus ait servum inutili mittite in tenebras... ubi vermes eorum non moriuntur, et ignis non extinguitur. De quo loco quidam etiam dicit. Sic ut terræ, etc., omissis aliis.*

8. *Patet. Ms., dicitur. Et vocatur, pro vocitatur.*

9. Ms., de filiis æternæ resurrectionis dicitur.

modo eruciare possit et reuinere. Vel certe dum de **A**lliis resurrectionis et aeternae beatitudinis dicitur: *Et erunt sicut angeli in caelo* (*Marc. xii, 25*).

**10.** Nimirum et filii aeternae damnationis, eum ad peñam ignis aeterni corpora resumperient, et ipsi erunt sicut demones in inferno; ut **B**14 filii bona resurrectionis, cum sint filii Dei, bonorum angelorum consortium, et filii aeternæ mortis, cum sint filii diaboli, consortium angelorum satanæ subeant. De quibus dicitur: *Et congregabuntur congregazione unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur* (*Izai. xxiv, 22*). Quod utrum ad augendas an ad minuendas penas futuram sit, ignoramus.

#### CAPUT XIV.

##### *De igne purgatorio.*

**1.** At vero hi qui aeternæ vita solatia percipient, hinc et ipsi modo largitionis munere regni cœlorum beatitudinem sument. Quibusdam namque ex his adhuc in terra positis, dum pro Christo pauperes efficiuntur, regnum cœlorum non promittitur, sed absens licet in labore et fatigatione perseverantibus interim donatur, cum dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (*Matth. v, 3*).

**2.** Similiter et qui persecutions hominum pro justitia sustinent, eadem mercedis retributione gaudent, dum subinfertur: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (*Matth. v, 10*). Non dixit quoniam ipsorum erit, ut vocationem futuram sperarent, sed cum a corporibus exhibunt, velut per semetipsos recepturi sunt quod in corporibus commorantes interim dopo largitoris possident; atque idcirco et his adhuc in terra positis dicitur: *Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo. Et quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo* (*Matth. xviii, 18*).

**3.** Ac si diceret: in hoc intelligitur quod regnum cœlorum adhuc in terra commorantium vestrum est, dum quemcunque a peccatis solveritis, ut illius possessio esse possit, hoc possidebit; et quemcunque in massam perditionis destinatum excluseritis, ab eodem regno exelusus erit. His igitur præcepit Dominus: *Gaudete, et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in celis* (*Matth. v, 12*). Ac si diceretur, dum nomina vestra de terræ hereditatis consoritio causa regni ecclesiæ deleta sunt, et abjecta, vos aeternæ patriæ heredes inter omnes scribi necessari est.

**4.** Hi ergo cunctas in hac vita pressuras et mala recipientes, absque examinis aliqua tribulatione et, ut ita dicam, sine vocatione aeternam refrigerium

**10.** Ms., dum ad peñam ignis aeterni corpora resument... filii boni resurrectionis... Satanæ subeant. Reliqua hujus capitulis omittit Ms. In Editione deerat ad ante angendas. Quod attinet ad doctrinam hoc capite expressam, conferenda ea est cum *Nb. i. Sentent.*, cap. 28 et 29.

**Cap. xiv. N. 1.** Cod. Ms., regnum cœlorum promittat, cum dicitur: *Beati.*

**2.** Pro justitia. Ms., propter justitiam. Ms., soluta et in celis. Ac si diceret: *Ez* hoc intelligitur.

**A** intrabunt; quorum gratia et aliqui post purgationem vocabuntur, solatum sine fine possidebunt, quibus post examinationem dicetur: **615** *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum* (*Matth. xxv, 34*). Quod propter solata pauperum, imo Christi in pauperibus, possidere merebuntur, dum esurienti cibum, siccianti potum, nudo vestitum, vaganti domum, infirmanti et in carcere posito Christe præbentes visitationem, in suis minimis fratribus ministratio præbebatur.

**5.** In ipsorum autem vocatione manifestum videtur quod nunc usque longiuscule a Christo, quamvis in dextera fuerint constituti, sunt, quibus postmodum dicitur a summo judice: *Venite, benedicti* (*Ibid.*). Ac si diceret: Qui hoc usque in examinationis purgatione, quandiu aliquid habulstis immunditia quod judicij igne purgaretur, a salute longiuscule fuistis, nunc, ad purum examinati ab omni, vel modica, culparum labore, propius accedite et venite.

**6.** Quasdam culpas in futuro remitti Dominus ipse non denegat, cum dicitur: *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet redempcionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, sed reus erit aeterni delicti* (*Marc. iii, 29*). Ex quo intelligitur quasdam esse peccata quæ etsi in hoc sæculo non remittantur, in futuro tamen judicio per ignem deleri possunt. Si autem ita non esset, hanc distinctionem Dominus nequaquam posuisse.

**7.** De quo igne Baptista Joannes, Domini præcursor adventus, loquitur ad Iudeos: *Venit post me, cuius non sum dignus culdeamenta portare; ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* (*Matth. iii, 11*). Hoc est: Qui peccata vestra quæ præcesserunt Spiritu sancto per aqua baptismum abluerunt, vel solvet, et quasdam ex his quæ postea sequentur eriminiibus per ignem purgatorium remittet. De illo enim igne, qui non mundare impios judicates, sed perdere damnatos accendit; ab eodem Joanne paulo post abstinenter: *Onus ventilorum in manu sua; et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum; paleas autem comburet igne incendiabilis* (*Matth. iii, 12; Luc. iii, 17*).

**D** 8. Aliud enī est, igni baptizari, aliud igni comburi inextinguibili. De quo etiam igitur Idem Joannes ait: *Omnis arbor quæ non facil fructum bonum, excidetur et in igne mittetur* (*Matth. iii, 10*). De igne vero purgationis Dominus ipse in Evangelio loquitur: *Qui autem dixerit fratri suo, Fasie, reus erit gehennæ* (*Matth. v, 22*). Non dixit igne aeterni; nēmō quia hoc delictum per ignem purgatoriū, politus quam perpetua flamma, paniri credendum est.

**5.** A peccatis. Editio omittit a, Cod. ms., possidet. His igitur præcipit Dominus.

**4.** Præbentes: Id est, præbentibus illis.

**5.** Ab omni vel modico. Impressus, ab omnibus modo.

**6.** Ms., cum dicit... non habet remissionem peccatorum, neque.

**7.** Ms., de quo igne Baptista Joannes: *Venit post me, etc. Editio, baptizabit.*

**8.** Cod. ms. Dominus dicit: *Qui dixeris.*

9. De hac quoque differentia eorum quos ignis futuri læsura non langeret, et eorum qui post ignis detrimentum salutem percipient, Paulus apostolus expōnit, ita dicens : *Fundamentum enim aliud nemo potest posse præter id quod possum est, quod est Jésus Christus. Alius autem superedificat aurum, argentum, lapides pretiosos; alius vero ligna, fenum, stipulam; et cuius opus manserit, quod superedificavit, mercatum accipiet;* **¶ 16** *si cuius arserit opus, detrimentum patiatur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem* (1 Cor. iii, 12 seq.).

10. Per hæc autem duo edificia, id est, aurum, et argentum, et lapides pretiosos, et ligna, fenum, stipulam, perfecta et minus perfecta, super fidem Christi edificata opera designantur; sed illa, qua per ligna, fenum, stipulam designantur, quamvis fragilia, non tamen polluta fieri demonstrantur.

11. Unde intelligitur, non principalia crimina, qua maculant (quorum operarios a regno Dei Paulus exclusit), sed illa quæ non multum nocent, quamvis minus edificant, per hæc posse designari, hoc est, inutiliter matrimonio legitimo uti plusquam sufficit; ciborum abundantia vesci immoderate; quacunque relectari; ira usque ad verba intemperata moveri; rebus propriis plusquam necesse est delectari; negligentius orationi quam horarum expedit convenientia insistere; vel tardius quam competit surgere; immoderate risu vocem exaltare; somno plusquam necessitas exigit corpus indulgere; verum reticere; otiosa loqui; quod non ita in re sit, opinari verum; quod falsum putaveris, in rebus quæ ad fidem non pertinent, approbare; bonum quod faciendum est negligenter oblivisci; inordinatum habitum habere. Hæc, et his similia, peccata per ignem purgari posse, non est denegandum, et eorum factorem, si majoribus non gravetur, sic tamen quasi per ignem salvari putandum est.

12. Peccatores autem in extremo vitæ presentis termino, utrum hic plene remissionem peccatorum accipiunt, an igne purgatorio eorum delicta deleantur, ipse scit qui, renes et corda conspiciens, poenitentiae dignitatem considerat, qui latroni in cruce pene jam sine tempore, sine opere penitenti respon-

9. Ms. Paulus apostolus dicit : *Si cuius opus arserit, detrimentum, etc.*

10. Ms., opera designantur. Unde intelligitur, etc. Sic in hoc Ms. saepe multa omittuntur, quæ reapse necessaria non sunt.

11. Cod. ms., quæ maculunt, sed hæc quæ non multum nocent, per hæc posse signari... abundantia vesci, ita usque... delectari, negligentia orationis, quam horarum expedit convenientia, vel tardius... immoderate vocem exaltare..., loqui; quod in re non sit opinari; bonum quod faciendum est... salvari posse credendum est. Ex Ms. restitui, verum retinere; otiosa loqui, cum in impresso esset, verbum retinere; otiosa loqui. Obscura sunt etiam, quæ sequuntur in Editione, ac fortasse præstiterit ea ad exemplar Ms. corrigere.

12. Deleantur. Sic Ms., pro delebuntur in Editione. Infra, Ms., impius a via sua mala, omnium iniquitatum suarum, quas... omni qui excogitari in præsentis potest tormentorum, etc. In Isidorianis c. 25, n. 17

A dit : *Hodie tecum eris in paradyso* (Luc. xxiii, 43). Et ad Ezechielem inquit : *Quacunque die conversus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum quas operatus est non recordabor* (Ezech. xxxiii, 12). Sed de illo purgatorio igni hoc animadvertisendum est, quod omni quem excogitare in præsentis potest homo tormentorum modo et longior et acrior sit.

## 617 CAPUT XV.

*De futura vita.*

1. De illa autem vera beatitudine futuræ vitæ exponit sancta Scriptura : *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se* (1 Cor. ii, 9). De quibus Dominus ait : *Erunt sicut angeli in cælo* (Marc. xii, 23). Et ejusdem Domini excelsius aliiquid de his sermo denuntiat : *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum* (Matth. xiii, 43); sol scilicet justitiae timentibus nomen Domini orietur, in cujus pennis est sanctitas, qui in monte faciem Moysi cum Elia coram apostolis evacuavit; cui dum sancti compatiuntur, simul congloriabuntur.

2. In eo autem quod prius dixerat : *Erunt sicut angeli in cælo* (Marc. xii, 23), intuendum est quod sicut angelii prius per naturam mutabiles facti, quod probatum est in his qui ceciderunt, nunc vero immutabiles, ut peccare nos metuant, nec possint, per Dei contemplationem effecti sunt, sic homines et ipsi per naturam mutabiles, quod in Adam et ejus semine exploratum est, creati, post resurrectionem Conditoris contemplatione immutabiles effecti, nec desiderabunt peccare, nec poterunt; omnis enim rationabilis creatura quæ Dei contemplatione reficitur, peccare non potest.

3. Non quod libera voluntatis arbitrium vitio carentes angeli et homines non habeant; omne enim quod volunt in illa vita, hoc faciunt, sed velle aliquid quod bonum non sit nequaquam possunt; unde quia nunquam male volunt, delictum aliquod omnino non committunt.

4. Sed hæc perfecta bona voluntas per contemplationem superni Conditoris perficitur, dum quod creatura per se habere non potuit, ipsius largitoris munere donatur; unde perspicue intelligitur quod angelii vel

et 18, ostendi doctrinam ab Isidoro hoc capite de igne purgatorio traditam, cum catholico dogmate maxime congruere, et cum his quæ alibi Isidorus docuit. Adde cap. ultimum regulæ monachorum, de defunctis. Ezechielis textus allegatur ex cap. 33, 12 et 19, quibus in locis verba aliquatenus variant in Vulgata, scilicet vers. 12 : *Impietas impii non nocet ei, in quacunque die conversus fuerit ab iniuritate sua.* Et vers. 19 : *Et cum recesserit impius ab iniuritate sua, fecerit judicium et justitiam, vivet in eis.* Sententia eodem recidit, de qua videri potest Petavius, lib. vii, de Poenit., cap. 15, contra Arnaldum.

Cap. xv. N. 4. Ms., in cælo. Et alibi : *Tunc justi. Postea impressus, sol scilicet justitiae et qui timentibus; quod ex Ms. correxi.*

2. *Nec desiderabunt peccare, nec poterunt.* Sic liber mis. In impresso doceat peccare.

3. Ms., *delictum aliquod non admittunt.*

4. *Conditoris.* Ms. *judicis;* et *peccare, pro delin-* querere.

homines, qui sive in cœlo, sive in paradiſo, pecca-  
verant, Deum non viderunt, quoniam si illum vidis-  
sent, nullo modo postea poſteā poſſent delinqueret.

5. Sed hæc contra respondens forte aliquis dicet : Cur ergo post visionem gloriæ, unde facies Moysi in solitudine rutilabat, ad aquas contradictionis offendit ? Et Petrus post Unigeniti gloriā in monte cum Moyse et Elia ostensam, in atrio ſacerdotum Dominum ne-gavit ? Cui propositioni facile respondet ut quod Moy-  
ses per angelum vel creaturam aliam **618** poſte-  
riora gloriæ vidit. Et Petrus et cæteri diſcipuli per corpus humanum rutilare Christi divinitatem con-  
ſpexerunt ; ſi enim per ſemetipsam divinitatem con-  
ſpexiſſent, nullo modo in carne poſteā vi-  
vere poſſent.

6. Ipſe namque Dominus Moysi respondit : *Nemo videbit faciem meam, et vi-  
vet* (*Exod. xxxiii, 20*). Sancti ergo poſt reſurectionem non per figurās et ſemigata Dominum videbunt, ſicut de hoc eodem gentium insignis Magiſter pronuntiat : *Quia per ſpecu-  
lum in enigmate videamus ; cum autem vene-  
rit quod perfectum eſt, tunc cognoscam ſicut cognitus sum* (*I Cor. xiii, 12*). Quemadmodum poſſessor Dominicī pectoris conviva potens ait Joannes : *Videbimus eum ſicuti eſt* (*I Joan. iii, 2*) ; quando complebitur quod Ecclesiæ per Iſaiam prophetam promittitur : *Non erit ibi amplius ſol ad lucendum per diem, neque ſplen-  
dor lucis illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem  
ſempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam* (*!ſai. lx, 19*).

7. Ex quo intelligitur quod non per creaturem, ſed Domini ipſius ma-  
jestate Ecclesia illuminabitur, cum  
perpetua felicitatis ſerenitate ſecura conſortium an-  
gelicæ dignitatis ſubire permittitur, in qua ſerenitate  
euncta prospera ſine argente pressura poſſidebit ;  
cum neque tenebris lux, neque morte vita, neque  
dolore ſalus, nec tristitia gaudium, neque ſenectute  
juventus, neque amor charorum absentia, neque de-  
fectu, neque ulla vilitate pulchritudo, neque infirmi-  
tate fortitudo, neque justitia peccato terminabitur,

6. Videbunt, etc. Cod. ms. : Videbunt, ut Paulus ait : *Videamus nunc per ſpeculum et in enigmate. Cum autem... cognoscam, quia cognitus sum. Sic Joannes ait : Videbimus eum... neque ſplendor lunæ illuminabit te.*

7. Cod. ms., ſed per Domini ipſius ma-  
jestatem Ecclesia... charorum absentia, vel defecione, neque ulla...  
terminabitur etiam et ſupra hæc etiam fuerit illa quæ  
nec cogitatus, neque ratio ulla hominis adhuc.

8. Creavit. Ms., fecit.

9. Corporale aliq-uid, etc. Editio minus bene et cor-  
porale aliq-uid in ſua natura haberet, aut nunquam calorem de ignea, aut flatum ex aerea, aut humorem ex aquatica, aut crassitudinem, et soliditatem ex terrena materia haberet. In eadem Editione et eternitatem et mutabilitatem, ad marginem fortassis immutabilitatem.  
De qua conjectura in Editione Baluziana ſubjuguntur, alii viderint. Noster Ms., et eternitatem et mutabilem.  
Hinc retineri poterit mutabilitatem, qua: mutabilitas animæ per liberi arbitrii poſteatam amplius decla-  
ratur. Pergit Ms. : *Dignoscitur. Hanc autem (Forte,  
hæc autem) Dei imaginem in eternitate, similitudinem  
in arbitrio libere poſteatam poſſidet. Quod clarius  
Editio videtur.*

A etiſi ſupra hæc etiam fuerint illa, quæ nec cogitatus  
nec ulla ratio hominis adhuc in terra poſti appre-  
hendere valet.

8. Ex his autem omnibus creaturem, quarum per-  
ſtrinximus ordinem, quædam ex nihilo, quædam ex  
aliquo Conditor creavit; eorum enim et terram, mare et quæ ex eis facta ſunt, ex informi materia  
condidit; ipam vero informem materiam, et ange-  
lorum ordines, de quibus prædiximus, et animam  
humanam, ex nihilo fecit. Animam etenim neque de  
ſemetipo, neque de aliqua qualibet ſubjacente crea-  
turarum corporalium materia, fieri Deus inſtituit,  
quoniam non Dei partem, ſed Dei creaturem credi-  
mus eſſe. Si enim de ſemetipſo eam Deus feciſſet,  
nequaquam poſſibilis, et mutabilis, et misera eſet.

9. Item, ſi ex creature corporalibus illam creasset,  
corporale aliq-uid in ſua natura haberet, aut calorem  
de igne, aut flatum ex aere, aut humorem ex  
aqua, aut crassitudinem et soliditatem ex terra  
haberet; ſed quia hiſ omnibus caret, incorpoream  
illam eſſe conditam convenit, et per ipsam in-  
corporatatem, et eternitatem, et mutabilitatem, et  
liberi arbitrii poſteatam, eamdem cum angelis  
habere ſubtantiam, creandique originem dignoſci-  
tur. **619** Hæc autem Dei imago non in eternitate  
similitudinem in arbitrio libere poſſidet; de qua  
imaginis Dei similitudine impressa Propheta com-  
memorat, dicens : *Signatum ſuper nos lumen vultus  
tui* (*Psal. iv, 7*).

10. Utrum autem ſingulis corporibus ſigillatim a  
Deo mittantur, an ex Adam venire, et ex parenti-  
bus, ſicut naſcentium corpora, putandum ſit, cum  
a multis et ſapientibus viris diſputatum ſit, et la-  
men de hac quæſitione nihil cui plus fides accommoda-  
da eſſe pouerit reliquerint, quid nos de tanta et  
tam periculosa re aliquid tentare oportet, vel quid  
nos ad horum ambages, in quibus ſe invicem partes  
vincunt, cum proprias expoſitiones aſtruere non po-  
ſunt, proferre emolumenti conſert?

10. Sigillatim a Deo mittantur. Sic Ms. Editio, ſi-  
gillatim admittantur. Pro diſputandum, malum diſpu-  
tatum. Poſteā vel quid nos, etc., ex Ms. ſumpsi;  
nam Excusus confufe habebat : *Vel quid nobis ho-  
rum, in quibus ſe invicem, etc. In Ms. ita terminatū  
totum opus : Quæ a multis lectoribus insolubile  
(insolubilis) eſt dictu, ſcientiæ Conditoris reſervemus.  
Liber Isidori de Ordine creaturem explicitur. Eiſi  
autem certum nunc omnibus catholicis ſit, ac pro  
ſide tenendum, animas ſingulis corporibus a Deo  
ſigillatim mitti, neque ex Adam per traducem,  
velut naſcentium corpora, venire, tamē olim non-  
nulli Patres cum sancto Auguſtino in hac quæſitione  
haſerunt; et Isidorus, qui eorum verba plerumque  
exſcribit, eamdem dubitationem indicat, non ſolum  
in hoc opere, ſed in aliis etiam, ut in libro Differen-  
tiar. rerum, n. 105 et seqq., ſimiſibus verbiſ et ſen-  
tentiis, eamdem controverſiam proponit ex Fulge-  
rio : *Utrum, inquit, ſicut caro naſcentium, ſic omnes  
animæ ex Adam venire credantur, an novæ ſiant, etc.  
His ergo propositiōnibus de origine animæ partes ſe  
invicem vincunt. Quia unaqueque earum alteram pro-  
positionem deſtruit, et ipsa non ratiō aſtruere, quod  
proponit. Vide not. ad eum loc.**

11. Et idcirco, ne supra nos aliquid appetamus, hanc quæstionem, quæ a multis scriptoribus insolubilis esse dicta est, scientiæ Conditoris reservemus, quoniam quæcunque ex carnibus agni paschalisi comedientis saturitas consumere non potuerit, cura non exigua verax crastino flamma consumit, per quod intelligitur quia omnia quæ Scripture sacre corpore nostræ investigationis scientiam effugiant, dominicas sapientiæ rogo igne illustrata et consummata sunt.

12. Sed et illa quæ velut per exiguum fenestram nostri sensus et sapientiæ ex ante aliqua ejus gratiæ illuminatione attigimus, ad perfectum omnia scire, sicut oportet, non valemus; ex parte enim cognoscimus, quandiu in hoc sæculo sumus; sed si ad illud Patris lumen inestimabile lumen perveniamus, tunc cognoscemus sicut cogniti sumus.

13. Ecce, venerabilis Pater, de ordine creaturarum tibi proponenti, 620 juxta ingeniolis mei modulum, compendioso sermone summatum respondi. Cujus munusculi mercedem orationibus tuis compensabo; non quod exiguitatis meæ obsequium in obedientia

13. Totum hunc epilogum in ms. nostro omnino abesse annotavi in Isidorianis, cap. 23, n. 18. Videatur legendum orationibus tuis compensatio. Sed nihil ausim mutare. Pro nam et in gazophylazio quod ex conjectura in Editione Baluziana legendum astrictur, in veteri Editione erat omnia esse in gasophylasio.

14. Et contra garrientium. Sic recie in Baluziana

A tua veneratione et auctoritate conferre possit digna, sed obedientiæ conatus et ea quæ non valet assequi, implet; nam et in gazophylacio templi pauperis viduæ æris exiguum munus multorum divitium auro copioso præfertur, et in aurato tabernaculo, ubi argentum et gemmarum pretiosarum, byssi et purpuræ, et hyacinthi, et cocci, dona conferuntur, etiam eorum qui pelles caprarum deferunt diligentia non despiciuntur.

14. Hanc igitur et tu simili modo meæ parvitalis obedientiam placido pectoris tui portu non dedignare, et contra garrientium instabiles fluctus testimoniæ auctoritatis præsentis opusculi naviculam non te pigeat gubernare. Ego enim, bonis et catholicis lectoribus consentiens, invidorum non curo B querelas, qui sine pennis in terra reptantes volant ranarum nidos avium irrident. Contra quos tuæ rationis scuto protectus, et Domini pergam suffragio armatus, ad patriam festinare tutus utroque latere curabo. Deo enim placere curantes, minas hominum venitus non timemus. Deo gratias. Amen.

Editione emendatur pro *transgarrientium*. Pro *timore* substitui *temone*, et pro *queriolas*, vel *querelas*, ut est in Editione, solum *querelas*. Malim etiam *armatus*, et ad *portum* *festinare*, etc., ut in Isidorianis, loc. cit., inuebam, ubi etiam ex Codice Escorialensi nonnullam lectionis varietatem adverti, quam necessarium non est repetere.

## ORDO RERUM QUÆ IN SEXTO TOMO CONTINENTUR.

**DE FIDE CATHOLICA LIBER PRIMUS**, 449.—**CAP. I.** Quod Christus a Deo Patre genitus est, *ibid.*—II. Quod Christus ante secula ineffabiliter a Patre genitus est, 452.—III. Quia Christus Deus et Dominus est, 454.—IV. De Trinitatis significantia, 457.—V. Quia Filius Dei, Deus, homo factus est, 460.—VI. De nomine Iesu, 465.—VII. Christus ex semine Abrahæ secundum carnem fuit, *ibid.*—VIII. De tribu Juda ortus est Christus, 468.—IX. Quia de stirpe David natus est Christus, 469.—X. Quia Christus de virginie sine virili coitu genitus est, 468.—XI. In Bethelehem natus est Christus, 470.—XII. Stellæ indicio Christi nativitas monstratur, 471.—XIII. Munera magi obtulerunt, *ibid.*—XIV. A Deo Patre unctus est, 472.—XV. Quod pauper et abjectus primo adventu venit, *ibid.*—XVI. Quia signa et virtutes fecit, 474.—XVII. In corpore videndus erat, 475.—XVIII. Iudei non erant eum agnitos, 476.—XIX. Quia eum non agnoscentes Iudei, congregati sunt adversus eum, 477.—XX. Venundatus est, 478.—XXI. Quia a discipulo suo traditus est, *ibid.*—XXII. A semetipso traditus est, 479.—XXIII. Comprehensus est, *ibid.*—XXIV. Judicatus est, *ibid.*—XXV. In passione a discipulis deseritur, 480.—XXVI. A falsis testibus accusatus est, *ibid.*—XXVII. Clamaverunt Iudei ut crucifigeretur, 481.—XXVIII. Iudei posteritate suam damnaverant, *ibid.*—XXIX. Flagellatus, et palmis caesus est, *ibid.*—XXX. Arundine Christi caput percussum est, 482.—XXXI. Spinis coronatus est, *ibid.*—XXXII. Veste coccinea induitus est, *ibid.*—XXXIII. Ducta patetrum, tacuit, 483.—XXXIV. Crucem portavit, *ibid.*—XXXV. Crucifixus est, 484.—XXXVI. Clavis manus ejus, et pedes affixi sunt, 485.—XXXVII. Inter duos latrones crucifixus est, 486.—XXXVIII. Quia divisa sunt vestimenta ejus, *ibid.*—XXXIX. Felle et aceto potatus est, *ibid.*—XL. Quia hyssopo circumdederunt spongium aceto plenum, 487.—XL. Quia titulus crucis ejus corruptus non est, *ibid.*—XLII. In cruce pendens, Patrem pro inimicis suis deprecatus est, *ibid.*—XLIII. Pro nostris peccatis crucifixus est, *ibid.*—XLIV. Quia mortuus est, 488.—XLV. Quia in passione ejus tenebrae factæ sunt, 489.—XLVI. Non frergerunt ejus crura, *ibid.*—XLVII. Lancea percussus est, 490.—XLVIII. De latere manavit sanguis et aqua, *ibid.*—XLIX. Sepultus est, 491.—L. Lapis ad ostium monumenti positus est, *ibid.*—LI. Descendit ad inferos, *ibid.*—LII. Descendens de morte quas voluit liberavit, *ibid.*—LIII. Corpus Christi in sepulcro non vidit corruptionem, 492.—LIV. Resurrexit ab inferis, 493.—L. Apostoli ad prædicandum missi, *ibid.*—LVI. In celum ascendit, 494.—LVII. Sedet ad dexteram Patris, 495.—LVIII. Regnum Christi perpetuum erit, *ibid.*—LIX. Christus post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit, 496.—LX. Apostoli variis linguis locuti sunt, *ibid.*—LXI. Venturus est ad judicandum, *ibid.*—LXII. Epilogus operis, 498.

**DE FIDE CATHOLICA LIBER II**, 499.—**CAP. I.** De gehennæ vocatione, *ibid.*—II. Cunctis gentibus in Christum credere jussum est, 503.—III. Iudei et gentes ad Christum vocantur, 503.—IV. De vocatione gentium ad fidem ante Hebreos, 508.—V. Quia in fine mundi in Christum credituri sunt Iudei, *ibid.*—VI. Plurimi ex Iudeorum populo non erant credituri, 510.—VII. Ob incredulitatem Iudeorum Christus ad gentes erat transiturus, 512.—VIII. Quia, projectis Iudeis, gentes introierunt, 513.—IX. Iudei propter peccatum in Christum debellati atque dispersi sunt, 514.—X. De ruina Jerusalem, 515.—XI. De spretriis Iudeis et Synagogæ reprobatione, 517.—XII. De perpetua ruina Jerusalem, *ibid.*—XIII. De irreparabili desolatione Iudeorum, 519.—XIV. Quod, Veteri Testamento evacuato, Novum futurum erat, 520.—XV. De tessallatione Sabbathi, 522.—XVI. De circumcisione consummatione, 524.—XVII. De sacrificiis, 526.—XVIII. De escis, 527.—XIX. De sacramentis fidelis Christianæ, 528.—XX. Scriptura non solum historialiter, sed etiam mystica intelligenda est, *ibid.*—XXI. Quia Testamentum legis Iudei non intelligunt, 529.—XXII. Quod Iudei, nisi credant in Christum, non intelligent Scripturam, *ibid.*—XXIII. Quod duo Testamenta a Deo sunt tradita, 530.—XXIV. Quod peccatorum remissio futura erat per baptismum, *ibid.*—XXV. Quod christiane gentes sanctificari debeant, 533.—XXVI. Quia per signum crucis credentes salvantur, 534.—XXVII. Quomodo sacramentum Eucharistie præfiguratum est, 535.—XXVIII. Recapitulatio operis, 536.

**SENTENTIARUM LIBER PRIMUS**, 537.—**CAP. I.** Quod Dens summus et incommutabilis sit, *ibid.*—II. Quod immensus et omnipotens sit Deus, 541.—III. Quod invisibilis sit Deus, 542.—IV. Quo i ex creature pulchritudine agnoscatur Creator, 543.—V. Quod ex usu nostro quadam species ad Deum referatur, 544.—VI. Quod Deo nulla temporum successio

ascribuntur, 587. — VII. De temporibus, 548. — VIII. De mundo, 549. — IX. Unde malum, 552. — X. De angelis, 554. — XI. De homine, 559. — XII. De anima ceterisque sensibus, 562. — XIII. De sensibus carnis, 563. — XIV. De Christo, 563. — XV. De sancto Spiritu, 568. — XVI. De Ecclesia et heresis, 571. — XVII. De gentibus, 578. — XVIII. De lege, 576. — XIX. De septem regulis, 581. — XX. De differentia Testamentorum, 586. — XXI. De symbolo et oratione, *ibid.* — XXII. De baptismo et communione, 587. — XXIII. De martyrio, 590. — XXIV. De sanctorum miraculis, 591. — XXV. De Antichristo et eius signis, 592. — XXVI. De resurrectione, 594. — XXVII. De iudicio, 595. — XXVIII. De gehenna, 597. — XXIX. De peccata impiorum, 598. — XXX. De gloria sanctorum, 599.

SENTENTIARUM LIBER SECUNDUS, 599. — CAP. I. De sapientia, *ibid.* — II. De fide, 601. — III. De charitate, 602. — IV. De spe, 603. — V. De gratia, 604. — VI. De praedestinatione, 606. — VII. De conversis, *ibid.* — VIII. De primordiis conversorum, 608. — IX. De confliktu conversorum, 609. — X. De remissa conversione, 610. — XI. De exemplis sanctorum, 611. — XII. De compunctione cordis, 615. — XIII. De confessione peccatorum, et penitentia, 614. — XIV. De desperatio peccatum, 617. — XV. De his qui a Deo deseruntur, 618. — XVI. De Ihs qui ad delictum post lacrymas revertuntur, 619. — XVII. De peccato, *ibid.* — XVIII. De levioribus peccatis, 620. — XIX. De gravioribus peccatis, 621. — XX. De manifestis occultisque peccatis, 625. — XXI. De peccati amore, *ibid.* — XXII. De peccandi necessitate, 624. — XXIII. De peccanti consuetudine, *ibid.* — XXIV. De peccati recordatione, 625. — XXV. De cogitatione, 626. — XXVI. De conscientia, 627. — XXVII. De intentione mentis, 628. — XXVIII. De sensibus carnis, 628. — XXIX. De sermone, 629. — XXX. De mendacio, 632. — XXXI. De iuramento, 633. — XXXII. De viuis, 634. — XXXIII. Quod ex viuis vita, et ex virtutibus virtutes oriuntur, 635. — XXXIV. De male usis virtutibus, *ibid.* — XXXV. De similitudinibus virtutibus, 636. — XXXVI. De appetitu virtutum, 637. — XXXVII. De pugna virtutum adversus vitia, 638. — XXXVIII. De superbia, 639. — XXXIX. De fornicatione, 640. — XL. De continentia, 645. — XLI. De cupiditate, 645. — XLII. De gula, 647. — XLIII. De ebrietate, 649. — XLIV. De abstinentia, 651.

SENTENTIARUM LIBER TERTIUS, 653. — CAP. I. De flagellis Dei, *ibid.* — II. De gemina percussione Dei, 653. — III. De infirmitate carnis, 658. — IV. De tolerancia diuina correptionis, 659. — V. De tentationibus diaboli, 660. — VI. De tentamentis soniorum, 668. — VII. De oratione, 671. — VIII. De lectio, 679. — IX. De assiduitate legendi, 680. — X. De doctrina sine gratia, 682. — XI. De superbis lectoribus, *ibid.* — XII. De carnalibus lectoribus et hereticis, 683. — XIII. De libris gentilium, 683. — XIV. De collatione, 688. — XV. De contemplatione et actione, 689. — XVI. De contemptoribus mundi, 691. — XVII. De sanctis qui se a consortio saeculi separant, 692. — XVIII. De preceptis aliorum monachorum, 693. — XIX. De humilitate monachorum, vel opere, 694. — XX. De tempeste monachorum, *ibid.* — XXI. De monachis qui curis sacrae occupantur, 695. — XXII. De his qui a Deo mundi amore praedipiuntur, 696. — XXIII. De jactantia, 697. — XXIV. De hypoeristi, 699. — XXV. De invidia, 700. — XXVI. De simulatione, 701. — XXVII. De odio, *ibid.* — XXVIII. De dilectione, 702. — XXIX. De scitis amicitia, *ibid.* — XXX. De amicitia ex iugure orta, 703. — XXXI. De malorum concordia, *ibid.* — XXXII. De correptione fraterna, 704. — XXXIII. De praepositis Ecclesie, 705. — XXXIV. De indignis praepositis, 706. — XXXV. De iudicis praepositis, 707. — XXXVI. De doctrina et exemplis praepositorum, *ibid.* — XXXVII. De his qui bene docent, et male vivunt, 708. — XXXVIII. De exemplis pravorum sacerdotum, 709. — XXXIX. De praepositis carnalibus, *ibid.* — XL. De iracundis doctoribus, 710. — XLI. De superbis doctoribus, *ibid.* — XLI. De humilitate praepositorum, 711. — XLIII. De doctrinae discretione, *ibid.* — XLIV. De silentio doctorum, 713. — XLV. De prehendenda sacerdotali protectione in plebe, *ibid.* — XLVI. De disciplina sacerdotum in his qui delinquunt, 714. — XLVII. De subtilis, 717. — XLVIII. De praefatis, 718. — XLIX. De justitia principum, 720. — L. De patientia principum, 721. — LI. Quod principes legibus tenentur, 723. — LII. De iudicibus, 724. — LIII. De acceptancee personarum, 726. — LV. De munieribus, *ibid.* — LV. De testibus, 727. — LVI. De eusidio, 728. — LVII. De cypressoribus pauperum, *ibid.* — LVIII. De tribulatione iustorum, 730. — LIX. De amatoribus mundi, 731. — LX. De amatoribus misericordie, 732. — LXI. De brevitate vite, 733. — LXII. De exitu, 736.

#### DE ECCESTIASTICIS OFFICIIS, 737.

PRÆFATIO. LIBER PRIMUS. — DE ORIGINE OFFICIORUM, 737. — CAP. I. De Ecclesia et vocabulo Christianorum, 739. — II. De templis, 741. — III. De choris, *ibid.* — IV. De canticis, *ibid.* — V. De psalmis, 742. — VI. De hymnis, 743. — VII. De antiphonis, *ibid.* — VIII. De precibus, 744. — IX. De responsoriis, *ibid.* — X. De lectiōibus, *ibid.* — XI. De libris Testamentorum, 745. — XII. De scriptoribus sacrorum librorum, 747. — XIII. De laudibus, 750. — XIV. De offertoriis, 751. — XV. De missa et orationibus, 752. — XVI. De Symbolo Niceno, 753. — XVII. De benedictionibus, 754. — XVIII. De sacrificio, *ibid.* — XIX. De tertia, sexta et nona officiis, 757. — XX. De vespéris, 758. — XXI. De completis, *ibid.* — XXII. De vigiliis antiquitate, 759. — XXIII. De matutinis, 760. — XXIV. De Dominicis die, *ibid.* — XXV. De sabato, 761. — XXVI. De Nativi Domini, *ibid.* — XXVII. De Epiphania, 762. — XXVIII. De Pascha, 763. — XXIX. De Coena Domini, 764. — XXX. De Parasceve, *ibid.* — XXXI. De Sabbato Paschæ, 766. — XXXII. De die sancto Pascha, *ibid.* — XXXIII. De Ascensione Domini, 768. — XXXIV. De Pentecoste, *ibid.* — XXXV. De festivitatibus martyrum, 770. — XXXVI. De encenisiis, 771. — XXXVII. De jejuniis Quadragesimæ, *ibid.* — XXXVIII. De festiis Pentecostes, 773. — XXXIX. De jejuniis septimi mensis, *ibid.* — XL. De jejuniis Kalend. Novembr., 774. — XLI. De jœliis Kalendarum Januariorum, *ibid.* — XLII. De triduani jejuni consuetudine, 775. — XLIII. De diversorum dietetum ac temporum jejuniis, *ibid.* — XLIV. De vario usu Ecclesiasticorum, 776. — XLV. De carnium usu, vel piscium, 777.

LIBER SECUNDUS. — DE ORIGINE MINISTRATORUM, 777. — CAP. I. De clericis, *ibid.* — II. De regulis clericorum, *ibid.* — III. De generibus clericorum, 779. — IV. De tonsura, *ibid.* — V. De sacerdotio, 780. — VI. De chorepiscopis, 786. — VII. De presbyteris, 787. — VIII. De diaconibus, 788. — IX. De custodibus sacrorum, 790. — X. De subdiaconis, *ibid.* — XI. De lectoribus, 791. — XII. De psalmistis, 792. — XIII. De exorcistis, *ibid.* — XIV. De acolythis, 793. — XV. De ostiaris, 794. — XVI. De monachis, *ibid.* — XVII. De penitentibus, 801. — XVIII. De virginibus, 804. — XIX. De viduis, 807. — XX. De conjugatis, 809. — XXI. De catechumenis, de exorcismo et sale, 814. — XXII. De competentibus, 815. — XXIII. De symbolo, *ibid.* — XXIV. De regula Iudei, 817. — XXV. De baptismo, 820. — XXVI. De chrismatæ, 822. — XXVII. De manuum impositione vel confirmatione, 824.

#### SYNONYMA, 825. — Prologus prior, 825. — Prologus alter, 827.

Liber primus, 827. — Liber secundus, 845.

REGULA MÓNACHORUM, 867. — CAP. I. De monasterio, 869. — II. De eligendo abbate, 870. — III. De monachia, 870. — IV. De conversis, 871. — V. De opere monachorum, 873. — VI. De officio, 875. — VII. De collatione, 877. — VIII. De codicibus, *ibid.* — IX. De mensis, 878. — X. De feris, 880. — XI. De lejunio, 881. — XII. De habilitate monachorum, *ibid.* — XIII. De stramentis, 883. — XIV. De delinqüentibus, 884. — XV. De sepius peccante, *ibid.* — XVI. De culpa indulgentia, vel culpati correctione, *ibid.* — XVII. De delictis, 885. — XVIII. De excommunicatione, 886. — XIX. De familiari vita, 888. — XX. Quid ad quem pertinet, 889. — XXI. De infirmis, 891. — XXII. De hospitibus, 892. — XXIII. De protectione, 893. — XXIV. De defunctis, 893.

EPISTOLÆ, 899. EPIS. I. Isidori Leudemundo episcopo, *ibid.* — II. Isidori Braulioni archidiacono, 898. — III. Isidori Braulioni archidiacono, *ibid.* — IV. Isidori Massone episcopo, 899. — V. Isidori Helladio aliisque episcopis, 902. — VI. Isidori Claudio duci, *ibid.* — VII. Isidori Redempto archidiacono, 903. — VIII. Isidori Eugenio episcopo, 908. — IX. Isidori Braulioni episcopo, *ibid.* — X. Braulioni episcopo Isidoro, 909. — XI. Isidori Braulioni episcopo, 910. — XII. Braulioni episcopo Isidoro, *ibid.* — XIII. Isidori Braulioni episcopo, 914.

DE ORDINE CREATURARUM, 913. — CAP. I. De fide Trinitatis, *ibid.* — II. De creatura spirituali, 916. — III. De aqua qua super firmamento sunt, 920. — IV. De firmamento caeli, 921. — V. De sole et luna, 926. — VI. De spatio superiore, et paradiiso coeli, 928. — VII. De spatio inferiori, et hemisphaeris diversis, 928. — VIII. De diabolo et natura dæmoniorum, 931. — IX. De natura aquarum et cursu Oceani, 938. — X. De paradiiso, 938. — XI. De situ orbis terrarum, quem inhabitat genos humānum, 942. — XII. De natūra hominum post peccatum, 943. — XIII. De diversitate peccantium, et loco poenarum, 944. — XIV. De igne purgatoriū, 947. — XV. De futura vita, 950.

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## OPERA OMNIA

ROMÆ ANNO DOMINI MDCXCVII EXCUSA

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA EDITAS,  
QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT,

NOVA NUNC ET ACCURATORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSE,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

### TOMUS SEPTIMUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

—  
1850

# ELENCHUS OPERUM

QUÆ IN S. ISIDORI OPERUM TOMO SEPTIMO CONTINENTUR.

---

Liber de natura rerum.	Col.	963
Chronicon.		1017
De regibus Gothorum, Wandalorum, etc.		1057
De viris illustribus.		1081
Appendices.		1107

EXCELLENTISSIMO ET EMINENTISSIMO PRINCIPI, ET D. D.

# LUDOVICO BORBONIO

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI TIT. S. MARIE DE SCALA, ARCHIEPISCOPO TOLETANO,  
CANCELLARIO MAJORI CASTELLÆ, ADMINISTRATORI ARCHIEPISCOPATUS HISPALENSIS,  
COMITI CHINCHONIS, MAGNATI Hispaniæ PRIMÆ CLASSIS, PRÆCLARI REGII  
ORDINIS Hispanici CAROLI III MAGNA CRUCE, ATQUE ORDINUM  
SS. JANUARII ET FERDINANDI INSIGNIBUS DECORATO, ETC.

## FAUSTINUS AREVALUS.!

*Non dubitabam, Princeps eminentissime, quin opus sexto abhinc anno auspiciis et munificentia Domini mei Francisci Lorenzanae S. R. E. cardinalis edi cœpum, et nunc tandem post tot tantarumque rerum discrimina ad exitum perductum, gratum tibi acceptumque, si a me offerretur, futurum esset; tamen, ne id facere auderem, impidebar cum ingenuo quodam pudore, conscientiaque tenuitatis meæ, tum maxime amplitudinis tuæ contemplatione, quæ quanta sit, quantique fieri ab omnibus debeat, non poteram non intelligere. Ac destituisse plane, fateor, ab eo tibi offerendo, omnemque istam cogitationem penitus abjecisset, nisi is quem proxime nominavi, Franciscus Lorenzana cardinalis gravissima sua auctoritate intercessisset; qui quidem dubium ac verecundantem suadendo atque hortando, ac tantum non jubendo, cogendoque, ad id impulit quod me vides modo facere, timide quidem ac pudenter, sed tamen obsequentiissime, ut deceat, et humillime. Et sane qui facere poteram ut ei morem non gererem? Nec vero hic quidquam aliud, etsi postulare id a me locus videtur, de illius viri laudibus attingam; quod minime necesse est apud te qui eum et jam inde a prima pueritia plane cognitum ac perspectum habes, et observare etiamnum, ac diligere, non secus atque parentem filius, perseveras. Sed ad Isidorum accedamus. Est hic projecto communis omnium nostrum, quicunque Hispani nati sumus, magister et parens. Sed, præter communia cætera, sunt illi tecum quædam propria, quæ faciunt ut jure quodam vestro uterque, et ille, perfecta jam ejus operum Editione, venire ad te debeat, et tu vicissim advenientem excipere. Rexit ille, at quanta cæterarum sedium approbatione, ne dicam, invidia! rexit Hispalensem Ecclesiam; idemque concilio Toletano iv omnium celebrissimo præfuit, et luculentissimos canones digessit. Vides igitur, eminentissime Princeps, quam istud opus proprie ad te respiciat, qui exemplo parentis optimi, serenissimi Hispaniarum infantis Ludovici Borbonii, utramque sedem Toletanam et Hispalensem singulari prudentia regis, et sanctissimis moribus informas. Succurrebat etiam illud quod Joannes Grialius Philippe III, [Hispaniarum regi catholico, jam olim suggessit, dum regiam Matritensem Isidori operum Editionem illi nuncuparet; cuius Isidori, inquit, ipse a stirpe genus ducis. Sed gratius fortasse jucundiusque tibi accidet, quod Notkerus Balbulus Salomonem, Constantiensem deinde episcopum, sæculo nono præmonebat, cum aliquot rerum ecclesiasticarum scriptores illi commendaret: « Libri, ait, Isidori Hispaleysis episcopi, Etymologiarum nomine titulati, omnimoda te perficiunt scientia. Item Sententiarum ejus utilissimus liber. Item alius de Officiis et ordinibus ecclesiasticis. Qui tibi mox Dei gratia futuro sacerdoti maxime sunt necessarii; in quibus omnem rationem, et nomina singularum festivitatum et jejuniorum reperies, ut praeco Dei populo futuras stationes prænuntiare possis. » Quibus doctrinis cum ipse, Princeps eminentissime et Presul amplissime, a pueritia assueveris, quippe gravissima exercitatus disciplina, ut hoc tanto munere, ad religionis catholicæ amplificationem et ad Hispanice decus, quam diutissime incolumis fungaris, omnium bonorum votis mea adjungere nunquam intermittam.*

*Ex Urbe, pridie Idus Martias, an. 1803.*

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE NATURA RERUM AD SISEBUTUM REGEM LIBER.

### Præfatio,

DOMINO ET FILIO SISEBUTO ISIDORUS.

¶ 1. Dum te præstantem ingenio, facundiæque, ac varia flore litterarum non nesciam, impendis lamen amplius curam, et quædam ex rerum natura vel cassis q̄ me tibi efflagitas suffraganda. Ego autem satias facere studio animoq̄ tuo decursa priorum monumenta non demoror, expediens aliqua ex parte rationem dierum ac mensium, anni quoq̄ metas, et temporum vicissitudinem, naturam etiam elementarum, solis denique ac lunæ cursus, et quorumdam causas astrorum, tempestatum, scilicet signa, atque nocturnum, necnon et terræ positionem, alios quoque maris astus.

2. Quia omnia, secundum quod a veteribus viris, ac maxime sicut in litteris catholicis virorum scriptis sunt, proferentes, brevi tabella nosavimus. Neque enim earum rerum naturam noscere superstitione scientia est, sed tantum sana sobriaque doctrina considerentur. Quinimo si ab investigatione veri modis omnibus procul abscent, nequaquam rex ille sapiens diceret: Ipse mihi dedit horum guse sunt scientiam veram, ut sciām dispositiones cœli, et virtutes elementorum, conversionum mutationes, et divisiones temporum, annorum cursus, et solarum dispositiones.

3. Quapropter incipientes a diē cuius prima procreatio in ordine rerum visibilium erat, deinceps cetera de quibus opipari quosdam gentiles vel ecclesiasticos viros novimus, prosequamur, eorum in quibusdam causis, et sensus, et verba ponentes, ut ipsorum auctoritas dictorum fidem efficiat.

### CAPUT PRIMUM.

De diebus.

1. Dies est solis orientis præsentia, quoque ad occasum perveniat. Dies gemine appellari solet: propria a solis exortu, donec ruras oriatur, abusive a solis ortu, quoque veniat ad occasum. Spatia diei duo sunt, interdiuum et nocturnum; et est dies horarum xxiv; spatium, horarum xii.

2. Partes abusivi diei tres sunt: mane, meridies, et suprema. Initia diei alii a solis ortu putant, alii ab oc-

TIT. — *De Natura Rerum.* Ex Cod. Goth. Ovet., Brailone et Sieberto in Isidori Vita, atque etiam ex Beda, qui Isidori exemplo libros suos de Natura rerum inscripsit, cum alias de Astronomia, vel de Mondo, vel de Naturis rer. liber hic inscribatur.

PRÆF. — N. 1. A me tibi efflagitas suffraganda. Id est, supplenda, ut lib. i Sent., cap. 10, de angelis: *Mutabilitatem itaque naturæ suffragatur in illis contemplatio Creatoris.* Hoc est, supplet, compensat mutabilitatis insirmam conditionem, et naturæ debili subsidio est. Gloss., suffrago. Bonō. Itemque Bonō, adjuvo, suffrago, subvenio, opitulor.

*Ibid.* Ego autem satias facere studio animoq̄ tuo decursa priorum monumenta non demoror. Hoc est: ego opere non parco, quominus evolvendis priorum scriptorum monumentis, ex ipsis studio animoq̄ tuo satisfaciam.

*Ibid.* Caput 76 in Isidorianis hoc titulo prænotatur: *De natura rerum liber Isidori ad Sisebutum regem.* Editiones, mss. Codices, excerpta, caput quodam hujus libri nondum editum. Carmen astrologicum huic libro additum, fortasse Isidori, compendium metricum ejusdem libri nondum editum, fortasse sancti Eugeni Toletani. Hunc librum notationibus suis Grialius illustravit, cuius nomine propterea proferuntur

A casu, alii a media nocte. Nam Chaldei a solis exortu diei initium faciunt, totum id spatium unum diem appellantes. Egyptii autem ex initio noctis sequentis diei originem trahunt. Romani autem a medio noctis oriri diem volunt, et in medio noctis finiri.

3. Dies in principio operum Dei a lumine habebat exordium ad significandum hominis ipsum. Nunc autem a tenebris ad lucem, ut non dies obscuretur in noctem, sed nox lueescat in diem, sicut scriptum est de tenebris lumen clarescere, quia a delictorum

B Pro decursa priorum monumenta, q̄lii decursis priorum monumentis. AREV.

2. Al., viris didicimus, ac maxime. AREV.

CAP. I. — N. 1. De diebus. Ex Ovet. et lib. v Etymolog. Al., De die.

*Ibid.* Dies est... suprema. Sunt hæc eadem paulo pleniora in Etymolog.

2. Chaldei ab exortu. Secundum Persas ab ortu solis, in Etymolog. Babylonii sole exorto, Agell. lib. iii, cap. 2, et Macrobius (e quo sunt hujus capituli pleraque) i Saturn., cap. 3.

*Ibid.* Egyptiit ex initio nocti. Secundum Egyptios ab occasu solis, in Etymolog. ex Serv. v An.

*Ibid.* Abusivi; al., abusive, vel abusiva. AREV.

*Ibid.* Spatium diei pro dimidio diei nescio an apud alios reperiatur. Initium diei a solis occasu Hebrei ducunt, quod nonnulli Itali adhuc sequuntur. Primum mundi diem ex vespere præeunte et mane succedente compositum fuisse, et sic alios dies processisse, docent Petavius et alii qui de opere sex dierum accurate scriperunt. AREV.

3. De tenebris lumen clarescere. Ita Ms. Goth. et August., lib. primo Quæst. Evang., cap. 7; Splendescere Vulg., cap. 4 Epist. II ad Cor.

*Ibid.* Sicut scriptum; al., sicut in Apostolo scri-

tenebris liberatus homo ad lucem fidei scientiaeque pervenit. Propheticæ autem dies scientiam divinæ legis significat, nox vero ignorantie cæcitatem secundum Osœ prophetam, qui dicit: *Nocti assimilari matrem tuam; factus est populus meus tanquam non habens & scientiam.* Item nonnunquam dies prosperitatem significat sæculi, nox vero adversitatem.

4. *Fasti* dies sunt quibus jus fatur, id est, dicitur, ut nefasti quibus non dicitur. Feriati dies, in quibus res divina fit, et abstinere homines a litibus oportet. Profesti, festis contrariorum, id est, sine religione; festi tantum otii et religionis sunt; alii dies sunt qui et communis vocantur. Siderales, in quibus sidera mo-

psum. Post scientiasque pervenit, aut, ut nonnulli exhibent, scientiæque pervenit, non exiguum fragmentum in multis mss. exemplaribus inseritur in hæc verba: «Mystice quoque dies imagine legis portat. Sicut enim dies claritas obscura tenebrarum illuminat, ita et lex viam viæ demonstrans, depellit tenebras errorum, lucem declarat virtutem, et iniquorum peccata arguens, bonos ad meliora perducit. Festi autem dies in veteri lege isti sunt. Dies azymorum Phase quarta decima dies mensis est primi, quando luna plenissima, abjecto fermento, agnus immolabatur. Dies Pentecostes est, quando in vertice montis Sina lex data est Moysi, in qua de frugibus primi panes propositionis offerabantur. Dies Sabbatorum est in quo otium celebratur in lege, et in quo manna in deserto non licebat colligere. Dies Neomeniarum est celebratio novæ lunæ; semper enim Judæi in principio mensium, hoc est, in prima luna diem festum agebant. Sed idcirco in principio mensium hoc faciebant, quia, deficiente luna, tempus finitur, et iterum, nascente luna, incipitur. Dies Tubarum septimi mensis principio est, quando Judæi, solemnitatem agentes, amplius tuba canebant, et plurima offerebant sacrificia quam per singulos menses. Dies Scenopegia est mense septimo quinta decima die mensis, in quo tabernaculorum solemnitatem veteres celebrabant. Scenopegia tabernacula interpretantur. Dies jejuniū quarti in mense Julio est septima decima die mensis ejusdem, quando Moyses, descendens de monte, tabulas legis consregit. In eo etiam die et Nabuchodonosor urbis Jerusalem primum muros destruxit. Dies jejuniū quinti in mense augusto est quando pro speculatoribus ad terram sanctam remeantibus sedilio in castris est orta, et factum est, ut per desertum quadraginta annis laboriose discurrent, et in eremo omnes perirent. Siquidem et in eo mense a Nabuchodonosor, et multo post tempore a Cæsare Tito templum eversum est atque succensus, et in opprobrium perdita gentis exaratum est. Dies jejuniū septimi in mense septimo est, qui appellatur October, in quo occisus est Godolias, et reliqui, qui erant in Jerusalem, juxta quod loquitur Jeremias. Dies jejuniū decimi est in mense decimo, qui apud nos December vocatur, quando in Babylone cuncti captivi agnoverunt, quinto mense templum fuisse destructum, et fecerunt planetum atque jejunium. Hæc beatissimum Hierouymus in commentariis Zachariæ scripsit. Nonnullæ variae lectiones in MSS. occurunt, ut dies jejuniū quarti in mense julio est quarta decima ejusdem mensis die. Et postea qui apud nos Januarium vocatur, quando agnoverunt, quartu[m] mense templum fuisse, etc. Locus Osœ in Vulgata ita profertur: *Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, ea quod non habuerit scientiam.* Versio antiqua apud Sabatierum: *Nocti assimilavi matrem tuam. Et assimilatus est populus meus, quasi non habens scientiam.* AREV.

4. *Fasti* sunt, in quibus jus fatur. Macrob., lib. 1, cap. 16: *Fasti sunt in quibus licet prætori fari tria*

A ventur, et homines a navigationibus excluduntur; justi continui triginta. Præliares, quibus fas est hostem bello lacessere, de quibus liber regum testatur, dicens: *Eo tempore quo solent reges ad bella procedere.*

5. Intercalares dies sunt quinque, qui juxta Agyptios supersunt 5 duodecim mensibus, et incipiunt a nono Kalendas Septembribus, et quinto Kalendarum memoratarum finiunt. Dies epactarum sunt undecim, qui per singulos annos ad cursum lunarem accrescent. Nam dum in annum XII lunæ CCCLIV dies habeant, remanent ad cursum anni solarem dies XI, quos epactas Agyptii vocaverunt, pro eo quod ad inveniendam lunam per totum annum adjiciantur.

B verba solemnia: *Bo, disco, addico.* His contraria sunt Nefasti. Noti sunt Ovidii versus:

Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur;  
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Ibid. Atri dies sunt, qui et communis. Macrob., ibid.: *Dies autem postriduanos ad omnia majores nostri cauendos putarunt, quas etiam atros velut infusa appellatione damnarunt, eosdem tamen nonnulli communis ad emendationem nominis vocitaverunt.* Ovid., i Fasti:

Vendicat Ausonius Junonis cura Kalendas,  
Idibus alba Jovi gradior agna cadit,  
Nonparum intela Deo caret, omnibus istis,  
Ne fallare, cave, proximus ater erit.  
Omen ab eventu est, illis nam Roma diebus  
Marte sub adverso tristia dama tullit.

Ibid. Justi... Præliares. Macrob., cap. 17: *Præliares a Justis non segregaverim. Siquidem Justi sunt continui triginta dies, quibus exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce positum est.* Præliares autem omnes, quibus fas est res repelare, vel hostem lacessere. Festus: *Justi dies dicebantur triginta cum exercitus imperatus, et vexillum in arce positum esset.* Aliud genus justorum xxx dierum refert Agell., lib. xx, cap. 1: *Confessi, inquit, aeris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecunia causa, quam dissolvent, eosque dies decemviri justos appellaverunt, velut quoddam justitium, id est, juris inter eos quasi interstitutionem quamdam et cessationem, quibus diebus nihil cum his agi jure posset. Post deinde nisi dissolvent, etc.*

Ibid. Excluduntur. Al., excluduntur, quinto decimo die de Januario, et quinto decimo die de februario. AREV.

5. Intercalares sunt dies quinque, qui juxta Agyptios. Macrob., cap. 15: *Tunc Horus: Dies hic, inquit, intercalaris, antequam quintus annus incipiat, inserendum, cum Agypti matris artium ratione consentit.* Sed in illorum mensibus explicandis videtur operum quos tricenum dierum omnes hatent. *Eo quod explicitis XII mensibus, id est, CCCLX diebus exactis, tunc inter Augustum et Septembrem reliquos quinque dies anno suo reddunt, annectentes quartu[m] quoque anno exacto intercalare, qui ex quadrantibus confit.*

Ibid. Et incipiunt IX Kalend. Septemb. Hoc pugnare videatur cum Macrobi verbis recitatis. Nam Horus, exactis CCCLX diebus, reliquos quinque anno suo redi dixit, Isidorus vero ultimo mensi nondum completo interserere dies quinque intercalares, id mihi non ita videtur; nam ex ejus mente ultimus dies mensis duodecimi apud Agyptios est decimo Kalendas Septembribus: huic adductar quinque dies, q[ui] anno bissextili sex, et quinto Kalendas Septembribus

Ibid. Solstitialis dies sunt. Solstitiali nomine brypmam quoque more suo comprehendit, et ita inf., cap. 8: *Solstitiali duo sunt.*

Ibid. Quinque, etc. En Kalendarib[us] rationem, quam Gallia non multis ante annis adoptavit. Quod autem Grialius putat, Isidorum ultimo mensi nondum completo interserere dies quinque intercalares, id mihi non ita videtur; nam ex ejus mente ultimus dies mensis duodecimi apud Agyptios est decimo Kalendas Septembribus: huic adductar quinque dies, q[ui] anno bissextili sex, et quinto Kalendas Septembribus

tur. Solstitiales dies sunt, in quibus sol stat, cre-scenti spatio dierum, vel noctium. Äquinotiales dies sunt, in quibus dies et nox æqualibus horarum spatis evolvuntur.

## CAPUT II.

### *De nocte.*

1. Nox est solis absentia, quandiu ab occasu rur-sus ad exortum recurrit. Noctem autem fieri umbra terrarum, quam datam ad quietem corporis credimus, non ad alicujus operis officium. Duobus autem modis nox in Scripturis accipitur, id est, aut tribulatio persecutionis, **6** aut obscuritas cæci cordis. Nox a nocendo dicta, quod oculis noceat.

2. Noctis partes sunt septem: crepusculum, vesperum, conticinium, intempestum, gallicinium, crepu-sculum, et matutinum. Crepusculum dicitur, id est, creperum, quod dubium dicimus, hoc est, inter lucem et tenebras. Vesperum, oriente stella, cui hoc nomen est.

3. Conticinium, quando omnes silent; conticere enim silere est. Intempesta, id est, importuna, quando agi nihil potest, et omnia quieta sunt. Gallicinium autem dictum est, propter gallos lucis prænuntios. Crepusculum matutinum, inter abscessum noctis et diei adventum.

## CAPUT III.

### *De hebdomada.*

1. Hebdomada apud Græcos et Romanos septem dierum cursu peragitur. Apud Hebreos autem septem anni sunt. Declarat hoc Daniel de septuaginta hebdomadis. Hebdomada autem septem feriis constat. Feria quoque a fando dicta est, quasi fari, eo quod in creatione mundi per singulos dies dixit Deus fiat. finitur annus, et quarto Kalendas Septembbris incipit primus dies primi mensis anni sequentis. In Gallico recenti Kalendario annus incipit decimo Kalendas Octobris. A.R.E.V.

*Ibid.* Sol stat, crescenti. Al., sol stat, in majori latitudine quam habere possit crescente. A.R.E.V.

CAP. II.—N. 4. Umbra terrar. Ambros., iv Hexam., cap. 3: Est enim nox ut peritiores probarunt, qui nobis cœtate vel munere praecucurserunt, umbra terra. Et paulo post: Unde liquef quod noctem faciat umbra terrar. Indicat autem Basilium.

*Ibid.* Quam datam ad quietem corporis. Amb., lib. 1, cap. 10: Noctem enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, non ad muneris alicujus vel operis functionem.

*Ibid.* Nox a nocendo. Ut in Etymolog., ex Atteo Capitone et aliis.

2. Noctis partes. Vid. Etymolog. lib. v.

*Ibid.* Crepusculum. Non.: Crepera res proprie dicitur dubia. Unde et crepusculum dicitur dubia lux.

*Ibid.* Orienti stella. Al., a noctis orientis stella. A.R.E.V.

3. Conticere. Al., conticescere. A.R.E.V.

CAP. III.—N. 4. Apud Hebreos autem septem anni sunt. Non quia apud illos dierum etiam hebdomas sit, ut Levit. xii: Sin autem semiannam pepererit, immunda erit diuibus hebdomadibus.

*Ibid.* A fando. Al., a feriendo, et mox fieri, pro fari. Forte, a fiendo, quo alludit fiat. Quod dies Dominicus dicatur prima feria, quia primus est post feriam, hoc est, Sabbatum, et sic feria secunda, etc., observatio propria Isidori est, quam Mazochius, tom. iii Spicilegii ad Act. Apost.; c. 10, confirmat. A.R.E.V.

A Item quia dies Sabbati, ab initio feriatus habetur. Inde dies Solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria. Item dies Lunæ proinde secunda feria, quia secundus est a feria, id est, Sabbato, qui est feriatus. Sic et ceteri dies tali ex numero sumpserunt vocabula.

2. Apud Romanos autem hi dies a planetis, id est, ab erraticis **7** stellis vocabulum acceperunt. Primum enim diem a sole vocaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut idem dies caput est cunctorum dierum. Secundum a luna, quæ soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutuat lumen. Tertium a stella Martis, qui Pyrois vocatur.

3. Quartum a stella Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintum a stella Jovis, quam Phæthona dicunt. Sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt, qui inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum a stella Saturni, quæ septimo cœlo locata, triginta annis fertur expiere cursum suum.

4. Proinde autem gentiles ex his septem stellis nomina diebus dederunt, eo quod per easdem aliquid sibi effici aestimarent, dicentes habere ex sole spiritum, ex luna corpus, ex Mercurio linguam et sapientiam, ex Venere voluptatem, ex Marte servorem, ex Jove temperantiam, ex Saturno tarditatem. Talis quippe existit gentilium stultitia, qui sibi finixerunt tam ridiculosa figmenta.

## CAPUT IV.

### *De mensibus.*

1. Mensis est luminis lunaris circuitus, ac reintegratio, sive a nova ad novam cursus. Cujus figura plerumque hujus vitæ cursus intelligitor, quæ suis incrementis, quasi mensis peragitur, **8** ac diminutionibus certissimis terminatur. Mensem autem antiqui defi-

2. Quæ soli magnitudine proxima. Ut spectantibus quidem propter propinquitatem videtur, cum sit aliqui siderum omnium minima: Cicer. in Somn. Scip.: Erant autem eæ stellæ, quas nunquam ex hoc loco vidimus, et eæ magnitudines omnium quas esse nunquam suspiciati sumus. Ex quibus erat ea minima quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

*Ibid.* A stella Martis, quæ Pyrois. Mendose in omnibus libris Vesper pro Pyrois inversis litteris. Ut etiam lib. iii Etymolog.

*Ibid.* Mutual. Al., mutualatur. Illico tertius, et sic deinceps quartus, etc. A.R.E.V.

3. Quam quidam candidum circumflexum. Stilbona potius. Vid. not. ad cap. 28, lib. v, Etymolog.

*Ibid.* A stella Saturni quæ septimo cœlo locata. Mendose lib. o. sexto cœlo, ut etiam in plerisque lib. Etymolog.

*Ibid.* Septimo cœlo; ita nonnulli nostri MSS. A.R.E.V.

4. Ex Mercurio linguam et sapientiam. Ingenium et lingua, in Etymolog., ex Serv.

*Ibid.* Ex Marte servorem, a Marte sanguinem. *Ibid.*

*Ibid.* Ex Saturno tarditatem, a Saturno humorem. *Ibid.*

*Ibid.* Dederunt. Al., indiderunt. Postea, ex sole ignem, ex aere spiritum. A.R.E.V.

CAP. IV.—N. 4. Sive a nova ad novam cursus. Cujus, etc. Omiserant librarii vocem cursus similitudine sequentis vocis, cuius, decepti. Quam nos ex Etymologiis restituimus. Sic enim illuc, cap. 31: Unde et apud Hebreos, menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lune cursu enumerantur, qui est de nova ad novam.

*Ibid.* Antiqui definierunt: Quandiu Luna Zodiacaum circumflexum perducitur. Verba sunt Hygini, extremo libro quo.

*Ibid.* Reintegratio. Al., remigratio. A.R.E.V.

nierunt: Quandiu luna Zodiacum circulum perduciter.

2. Antiqui autem gentiles mensibus nomina quædam ex diis suis, quædam ex causis, quædam vero ex numero, imposuerunt, incipientes a Martio, quia ex ipso anni exorientis ordinem servaverunt. Hunc autem Martium propter honorem Romuli sic appellaverunt, quia eum Martis filium esse crediderunt. Aprilēm vero, nullo deorum suorum nomine, sed de re propria, quasi Aperilem nominaverunt, eo quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem.

3. Inde mensem Maium, pro Maia Mercurii matre, quam deam sibi propter maiores decreverunt. Deinde Iunium a Junone, quam sororem vel conjugem Jovis fuisse testantur. Alii autem, sicut Maium pro majoribus, ita pro junioribus Junium vocari dixerunt. Item Iulium a Julio Cæsare, Augustum vero ab Octaviano Augusto vocaverunt. Nam prius Julius Quintilis, et Augustus Sextilis vocabantur. Sed eorum nomina a Cæsaribus Julio sive Augusto sunt commutata.

4. Jam September, eo quod septimus sit a Martio, qui est principium veris. Simili quoque ordine October, et November, et December, ex numero imbrum atque veris vocabulum acceperunt. Porro Januarium ex nomine Jani vocaverunt, sed specialiter Januarius appellatur, eo quod janua sit

2. Antiqui autem gentiles mensibus nomina quædam ex diis... a sacris Lupercorum appellaverunt. Totus locus sumptus ex Aug., lib. xviii contr. Faust., cap. 5, paucis quibusdam inversis. Vidend. etiam Macrobi., lib. i Saturni., cap. 12.\*

3. Sororem, vel conjugem; hoc est, sororem, et conjugem. AAEV.

4. October, November, December, ex numero imbrum atque veris. Nihil bujusmodi apud Augustinum, sed a numeris, vel a numerorum ordine. Ergo lusisse Isidorum in notatione, an potius hæc illi adjecta cum P. Chacone, putabimus? Quod item suspicari eadem causa licet de verbis illis: *Sed specialiter Januarius appellatur, eo quod janua sit anni aliqua principium.* Nam hujus notationis, neque Augustinus, neque Macrobius, meminit.

*Ibid.* A febris, etc. Alii: « Duobus modis, sub idolo, et sub re, id est, a febris sacris lupercorum appellaverunt, quia omnes immunditias corporum suorum solo hoc mense abluebant, et febricitabant in aqua frigida. Sub re dicitur, quia solent creature multæ in eo conjungi. Itaque, etc. » ARGV.

5. Plerique Ancum Sabinor. regem. Numæ, qui Sabinus fuerat, ex filia, nepotem; quo respexit Catullus in hymno Dianæ:

Sis, quoque tibi placet,  
Sancta nomine, Romulique,  
Aunque ut solita es, bona  
Sospites ope gentem.

Quod mirum non vidiisse virum eruditissimum, qui veram scripturam ex libris antiquis resituit. Non enim Romanos tantum indicare voluit Catullus, cum Romulique Aunque dixit; sed Romanos, qui paternum genus ad Romulum, maternum vero ad Ancum, hoc est ad Sabinas referunt.

\* In toto hoc libro Grialio tribuenda sunt notæ quibus nullum affixum est nomen. EDIT.

A anni atque principium. Februarium autem 9 a Februis sacris Lupercorum appellaverunt. Itaque apud antiquos Latinos decem mensibus cursus anni computabatur. Sed Januarium Romani, Februarium Numa Pompilius addidit, atque in duodecim menses annum distinxit.

5. Plerique autem asserunt Ancum Sabinorum regem prius annum in menses divisisse, Idus, Kalendasque, et intercalares dies instituisse. In Codicibus autem sanctorum Scripturarum duodecim menses fuisse anni etiam ante diluvium ostenditur. Sicut enim ibi legitur: *Aqua autem imminebatur usque ad undecimum mensem. Undecimo autem mense, prima die mensis apparuerunt capita montium.* Sic enim tunc dinumerabatur mensis, sicut et nunc. Sed non quos B Kalendas, sed quos luna coepit et finita concludit.

6. Kalendas autem a colendo dictas. Apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. Idus quoque dicta a diebus, vel ab idilio, et Nonæ a nundinis. Menses autem omnes apud Latinos ex Kalendis sumunt principia. Apud Hebreos ex luna nascentis recursu.

7. Apud Ægyptios autem principia mensium ante Kalendas 10 quatuor, vel quinque dies pronuntiantur, juxta quod formula subjecta declarat. (Vide pag. seq.)

*Ibid.* *Duodecim menses fuisse anni etiam ante diluvium.* Hoc ita esse nihil velat, id tamen non satis probat locus ex Genesi adductus, cum præsertim ibi decimi tantum menses fiat mentio, non (ut est in Isidorum libris) undecimi. Id accidit, quia apud LXX. Interpretes ubi nunc ē τῷ δεκάτῳ μηνὶ legitur, ἁπτόμενον in aliis exemplaribus legebatur.

*Ibid.* Alii, ad decimum mensim... apparuerunt camina montium. Sic enim tunc dicumerabantur menses. AREV.


6. Kalendas autem a colendo dictas. Quod in Etymologiis non de sua, sed de aliorum sententia pronuntavit. Constat autem a calendo, hoc est, vocando nominatas. Vid. Macrobi.

*Ibid.* Vel ab Idilio; al. Edilio. Sed placet Idilio. Nam sacrum quod Jovi singulis Idibus Iduli agna fiebat, Idulum dictum ait Festus in *Sacra via*. Imo Idulis (inquiries) agna et Idulum ab Idibus ipsis potius dicta. Quasi id mirum, aut novum Isidoro, priora quæ sint, e posterioribus ducere, dum de utriusque magis liqueat. Sic enim apud illum quatuor a figura quadrata, et testis a *testamento*, et jejuniū a *jejuno intestino*, et sexcenta bujusmodi. Sed videndæ aliæ elegantissimæ notationes Iduum apud Macrobiū.

*Ibid.* Nonæ a nundinis. Nihil Nonis cum nundinis. Imo, quod aliquando nundinæ in Nonas incidebant, cautum, ait Macrobius, quomodo nundinæ in Nonas ne incurrent.

7. Apud Ægyptios autem principia mens., etc. Cur id faciant e Macrobiī verbis, cap. 1 relatis, constabit.

*Ibid.* Quatuor, vel quinque dies, etc. Al., quatuor, vel quinque, sive sex, seu septem, aut octo dies pronuntiantur. Figura indicata, aliisque ad caput 37 simul exhibentur. AREV.



Deinde reverteris ad quartum Kalendas Septembres, atque ratione complentur dies ccclx duodecim mensium Agyptiorum. Quinque dies supersunt, quos dicitur vixit, vel intercalares, sive addititios vocaverunt. De quibus superius memoratum est.

#### CAPUT V.

##### *De Concordia mensium.*

1. Januarius cum Decembri in horarum mensura concordat. Februarius cum Novembri spatium aequaliter consumit. Martius consistit Octobri. Aprilis sequitur Septembrem. Maius respondet Augusto. Junius compar est Julio.

#### CAPUT VI.

##### *De annis.*

1. *Annum* est circuitus solis ac redditus per duodecim menses, cuius quidem nomen figurate significat unne tempus vitae hominis, sicut per Isaiam dicitur:

*Cap. V. — N. 4. Vide Palladii Horologium.*

*Cap. VI. — N. 4. Annum est circuitus solis ac redditus. Macrob., lib. i. in Somp., cap. 6: An fractum, solis ac redditum annum vocans: an fractum propter, Zodiaci ambitum; redditum, quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur.*

*Ibid. Vulgata, ut praedicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro. AREV.*

2. Alii ab Equinoctio verno, ut Hebrei. Post Moysem, nam antea ab autumno putabant.

*Ibid. Alii a solstitio, ut Graeci. Non dixit a quo solstitio: atqui constat Graecis duo anni fuisse initia, eaque a duabus solstitiis ducta. Unum naturale a Bruma, quo respexisse putatur Terentius in Phormio,*

*A. tunc: Predicare annum Domini acceptabilem. Quoniam non ille quo Dominus predicavit, solus fuit acceptabilis, sed et totum tempus, juxta quod ait Agostinus: Ecce nunc tempus acceptabile. Finem denique huius anni diem iudicii adjunxit, dicens: Predicare annum Domini, et diem retributionis.*

2. *Annum autem, quasi annum, dici quidam potest, id est, circulum. Unde et anni dicti sunt diminutives. Principium autem **I** anni alii a bruma putant, ut populi Romani; alii ab aequinoctio verno, ut Hebrei; alii a solstitio, ut Graeci; alii ab autumno, ut Agyptii. Annum autem sapientes hujus mundi partim civilem, partim naturalem, partim magnum esse dixerunt. Ceteri annus est, qui in unus astri recursu per menses duodecim terminatur.*

3. *Annum naturalis est, cum se soli luna supponit, ut inter orbem solis et orbem nostros media facta, minone:*

*Aruspex vetuit ante Brumam aliquid novi Incipere.*

*Alterum civile, qua ratione μηνον διεγέρει μήτρα θερμάς τροπάς, vi de Legib., vocat Plato. Idque propter Olympiensem certamen, quod proximo post solstitium aestivum plenilunio celebrabatur. De hoc posteriori initio locutum Isidorum potius reor. Nam et hoc sollem solstitium veteres appellavere.*

3. *Sed a Milesio quodam philosopho. Iaert., in Thalete, et Plutarch. ii de Placitis philosophorum. Sed quis hunc annum naturalem appellavit? Lunaris, igitur, legendum? Ne id quidem satis placet.*

*Ibid. Quem annum antiqui sexcentesimo anno. Cor-*

tembras totius efficiat solis, quod dicitur eclipsis; omnis ratio diutius obscura fuit, sed a Mitessio quodam philosopho exposita est. Annus magnus dicitur, quo omnia sidera certis temporibus, numerisque completis, ad suum locum vel ordinem **12** revertuntur. Quem annum antiqui sexentesimo anno finiri, vel adimpleri dixerunt.

4. Solstitialis annus est, cum sol, expleto per omnia signa circuitu, in id unde principium cursus sui sumpsit recurrerit; ipse est solaris annus, vel civilis, qui diebus **CCCLXV** peragitur. Annus lunaris communis est, qui per **xii** lunares menses decurrit, id est, dies **CCCLIV**. Annus embolismus est qui lunas **xiii** et dies **CCCLXXXIV** habere monstratur, in quo anno longius dies Paschæ protenditur. Annus bissextilis est in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. Annus jubilæus est remissionis, qui septenis annorum hebdomadibus, id est, **XLIX** annis texitur, in quo juxta legem clangebant tubæ, et ad omnes revertebatur antiqua possessio.

5. Olympias autem est apud Græcos annus quartus, ab Olympio agone, qui venit transversis annis quatuor. In quibus finem sortitur agonis tempus, propter quadriennii cursum solis, et propterea quod singulis annis trium horarum consumptione in quadriennium dies unus completer. Itac tempore mittebant circum civitates admonere, ut non solum undi-

ita ediderimus repugnabibus omnibus libris, ratio reddenda est. Nam in impress. et Manuscriptis velutioribus, ut in Ovet., Goth., vicesimo, in alio pervertendo **xx** anno legitur. Hanc rationem qui expedire non quererunt, undevigesimo fecerunt, ut est in alijs duobus recentioribus Manuscriptis Valent. et Malacitan., annum, scilicet, magnum cum decemnovenali luna cyclo nullo neque exemplo, neque ratione confundentes. Nam neque quisquam ita locutus est, neque in eo lunari circulo sidera omnia, sed luna sola ad ordinem suum redit. Ita sane (inquis) sed quid vicesimo, vel undevigesimo cum sexentesimo, aut cur sexentesimo recta scriptura putabatur? Beda, qui hujus libri plurime in suis de Nat. Rer. et ratione temporum translati, cap. 9 libri de Ratione temp., prioris Editionis, ita scribit: *Annus magnus est dum omnia sidera, certis oursibus exactis, ad locum suum reveruntur, quem sexcentis annis solaribus Josephus dicit impleri.* Item, lib. de Nat. Rer., posterioris Edit., cap. 35: *Annus magnus est, cum omnia simul errantia sidera ad sua quæque loca, quæ simul habuerent, recurrunt.* De quo Josephus in primo Antiquitatum libro, cum longitatem primorum hominum describeret, ita weniuit: *Nullus quem ad vitam modernam, et annorum brevitatem, quibus nunc vivimus, vitam comparans antiquorum, putet falsa quæ de illis sunt dicta; et eo quod nunc vita tanto non ducatur tempore, credat neque illos ad vitæ illius longitudinem pervenisse.* Illi namque, cum essent religiosi, et ab ipso Deo facti, cumque eis pabula opportunita ad manus tempus existarent præparata, tantorum annorum curriculis rite vivebant; deinde propter virtutes, et gloriæ utilitates, quas jugiter perscrutabantur, id est, astrologiam, et geometricam, Deus eis amplius vivendi spatium condonavit; quæ nunc haud ediscere potuissem, nisi sexcentis viventis annis, per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Varietatem autem hanc peperit anceps lectori scriptura hujusmodi: *vix* °, et quæ vel vicesimo, vel sexentesimo cuivis promptum facere. Non est autem hic annus ille magnus vere vertens Platonicus, de quo Cicero in

A que, sed etiam ab omni genere, omniisque natura et sexu convenirentur.

6. Lustrum quinquennli tempus est apud Romanos. Dictum autem lustrum, quia census per quinquennium in republica agebatur. Deinde post peractum censem, sacrificio facto, urbs Roma **13** lustrabatur. Indictiones Romani invenerunt, quæ per singulos annos usque ad quintum decimum venientes, rursus ad primi anni principium revolvuntur.

7. Æra quoque Cæsaris Augusti tempore posita est. Dicta autem æra, ex quo orbis æs reddere professus est Romano populo. Æra a die Kalendarum Januariarum accrescit. Bissexus autem, a sexto Kalendas Martiis usque ad diem pridie Kalendarum, in lunæ cursu apponitur. Annus Ægyptiorum sine bissexto habet B initium quarto Kalendas Septembribus, cum bissexto autem a tertio Kalendarum suprascriptarum.

## CAPUT VII.

### De temporibus.

1. Sicut ait Ambrosius, tempora sunt vices mutationum, in quibus sol certa cursus sui dimensione anni orbem diffusa varietate distinguit. Tempora autem motes siderum sunt. Unde et Deus, cum hæc institueret, dixit: *Et sunt in signa, et tempora, et dies, et annos, id est, in aliquo mutabili motu, cuius aliud prius, aliud posterius præterit, eo quod simul esse non possint.* Tempus juxta Hebreos integer

Somn. Scip., in illo enim sidera omnino omnia, in hoc vero errantia tantum ad loca unde profecta sunt simul revertuntur. Atque hunc etiam annum magnum definit lib. v Etymolog.: *Qui fit omnibus planetis in eundem locum recurrentibus post annos solstitiales plurimos.* Et Balbus apud Ciceronem, lib. ii de Natura deorum: *Quarum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt. Qui tunc efficitur, cum solis et lunæ, et quinque errantium ad eamdem inter se comparationem, confectis omnium spatis, est facta conversio.* Quid autem antiquorum nomine unum Josephum intellecerit Isidorus, more suo fecit. Sed ne longius abeamus, endem modo, cap. 4 precedentem de Hygino dixit: *Mensem autem antiqui definierunt, quandiu Luna Zodiacum circulum perducitur.*

Ibid. Alii, quem annum antiqui magnum vocaverunt, unde a vicesimo anno fieri, vel adimpleri dicerunt. Alii, quem annum antiqui **XXXII**, undevigesimo anno finiri, vel impleri dicerunt. AREV.

4. Solstitialis annus. Verba sunt Ambrosii, lib. iv, cap. 5.

Ibid. *Annus jubilæus.* De quo Levit. xxv.

Ibid. *Alii, juxta legem clangebant tubis.* AREV.

5. Olympias. Olympias quartu anno exacto, quinto inito, agebatur; lustrum quinto expleto condebatur. Quare quinquennes olympiadas, et quinquennia lustra apud auctores reperiuntur nbit mirum. Vid. v Etymolog., cap. 37.

6. Indictiones Romani invenerunt. Quarum initia et causas alii retulere, qui de emend. temporum scripserunt.

Ibid. Fragmentum de inductione ex Codice Albinio exstat in appendice 6 ad Etymolog., lib. v, cap. 36. AREV.

7. *Dicta autem æra.* Eadem lib. v Etymolog.

CAP. VII. — N. 1. Sicut ait Ambrosius. Cuius sunt hujus capituli pleraque. lib. iv, cap. 5.


Ibid. Juxta Hebreos integer annus. Ita quidem apud Danieliem loco citato. Alias Hebreis idem significat tempus quod reliquis gentibus.

annus est, secundum illud in Daniele : *Tempus, et A copulatur, atque miscetur, eo amplius aerem ipsum vaporat, et humore exsiccatu terra fatiscit in pulvarem, et adolescere facit semina, et tanquam succos virides maturescere cogit poma silvarum.* Tunc, quia et sol aestivis flagrat ardoribus, minoros umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc illuminat locum. Autumnus est, dum rursus sol, a summo coeli descendens, infringit aestuum magnitudinem, et, paulisper relaxato ac deposito calore, praestat temperiem, sequente tempestate ventorum, et turbine procellarum, et vi fulminum tonitruumque sonantium.

2. Juxta Latinos autem unius anni quatuor tempora ascribuntur : hiems, veris, aestatis, atque autumni. Hiems est cum sol in meridianis partibus immoratur, tunc enim sol longius abest, terra que rigescit gelu, atque stringitur, et prolixiora sunt spatia noctis quam diei. Hinc causa oritur, ut hibernis statibus nimia vis nivium, pluviarumque fundatur. Ver est, cum sol ex meridianis decedens partibus super terram reddit, et noctis ac diei exæquat tempora, et temperiem aeris reducit, atque sovens omnia, repetendos cogit in partus, ut terra germinet, ac resoluta sulcis semina reviviscant, atque omnium generum que in terris vel aquis sunt annuis fetibus successio propagetur.

3. Aetas est, cum sol in septentrionem se subigit, et spatia diurna producit, noctes vero arctat et stringit. Itaque quo magis usu assiduo aeri huic

4. Quoniam certis distinctionibus vicissitudines temporum juxta priorum definitiones perstrinximus, nunc qualiter eadem tempora naturalibus circulis sibi in vicem colligantur, experiamus. Ver quippe constat ex humore et igne, aestas ex igne et siccitate, autumnus ex siccitate et frigore, hiems ex frigore et humore. Unde etiam sunt tempora commotionis temperamenti dicta : cujus communionis haec est figura.



5. Quorum temporum haec sunt principia : ver exoritur octavo Kalendas Martias, permanens dies xci. Aetas incipit nono Kalendas Junias, dies xci. Autumnus sumit principium decimo Kalendas Septembbris, dies xciii. Iliems inchoat septimo Kalendas Decembbris, dies xc; unde flunt anni dies ccclxv. Haec

C itaque secundum naturalem temporum differentiam.

6. Cæterum juxta allegoriam hiems temporalis intelligitur tribulatio, 15 quando tempestates et turbines saeculi incumbunt. Aetas est fidei persecutio, quando doctrina perfidiae ariditate siccatur. Ver autem novitas est fidei, sive pax, quando post hiemis tribulationem

*Ibid. Diffusa. Al., inconfusa. AREV.*

2. Alii, rigescit, gelatur, atque stringitur. AREV.

5. Quorum temporum haec sunt principia. Vulgus ternos menses singulis anni temporibus assignat. Astrologi ex Zodiaci signis aestatem et hiemem a solstitio et bruma, ver et autumnum ab æquinoctiis ausplicantur. Medici temperiei rationem solam ducentes, duplo fere majora hiemem et aestatem quam ver et autumnum faciunt. His enim ver æquinoctio incipit,

Aprilis prope finem desinit ; autumnus nondum exacto Augusto incipit, Novembribus initio ferme terminatur. Isidorus alia ratio placuit. Nam æquinoctiis, solstitione et brumæ singulos menses præponens, anni tempora distinguit, quæ tamen ratio Bedæ non probata est lib. de Nat. Rer., 2 Edit., cap. 54.

*Ibid. Octavo Kalend. Al., septimo Kal. AREV.*

6. Perfidiæ ariditate. Al., mihius bene, per fidem ariditatem. AREV.

tranquillitas Ecclesiae redditur, quando mensis novem, id est, pascha agui celebratur, quando terra floribus, id est, Ecclesia sanctorum cætibus decoratur.

7. Annus itaque ambitu solis et mensium explicatur. Tempora mutationum vicibus evolvuntur. Mensis lunæ incremento senioque conficitur. Hebdomada septenario dierum numero terminatur. Dies et nox recursantium lumen ac tenebrarum alternis vicibus reparantur. Hora motibus quibusdam et momentis expletur.

### CAPUT VIII.

#### *De solstitio et æquinoctio.*

1. Solstitia duo sunt : primum biemale octavo Kalendas Januarii, quo sol stat, et crescent dies. Alterum æstivum, octavo Kalendas Julias, quo sol stat et crescent noctes. His contraria duo æquinoctia sunt; unum vernal, octavo Kalendas Aprilis quo dies crescent : alterum autumnale, octavo Kalendas Octobris, quo dies imminuantur.

2. Solstitium autem dicitur, quasi solis statio. Æquinoctium vero, quod tunc dies et nox in æquitatem horarum duodenaruim revertantur, coæquatatis spatiis suis. Solstitium autem æstivum ideo lampas dicitur, eo quod ex eo die lampas solis claritatem majorem accipiat, caloremque nimium adventu æstatis infundat.

### 16 CAPUT IX.

#### *De mundo.*

4. Mundus est universitas omnis, quæ constat ex cœlo et terra. De quo apostolus Paulus ait : *Præterit enim figura hujus mundi.* Secundum mysticum autem sensum, mundus competitor homo significatur : quia sicut ille ex quatuor concretus est elementis, ita et iste constat quatuor humoribus uno temperamento commixtis.

CAP. VIII. — N. 4. *Hiemale* viii Kalend. Januar. Nunc ex kalendario Gregoriano xi Kalend. Januar.

Ibid. *Quo sol stat.* Non quod sol unquam stet, sed quod sisit cursum non ulterius descendens, sed regrediens. Quod idem de æstivo (quod solum solstitium appellant antiquiores) intelligendum. Neque enim ulterius sol ascendit.

Ibid. Alterum æstivum viii Kalend. Jul. Nunc xi Kalend. Jul.

Ibid. *Vernale* viii Kalend. April. Nunc xiii Kalend. April. Autumnale vero Kalend. Octob.

Ibid. *Quo sol stat.* Hoc est, stare videtur, dum descendit, et regreditur. AREV.

2. Alii, quod ex eo perfundat diem lampas solis claritate majore, caloremque nimium advenientis æstatis accipiat. AREV.

CAP. IX. — N. 1. *Quia sicut ille ex quatuor elem.* Haec magis expolivit lib. i Sentent., cap. 41.

Ibid. *Concreus.* Al., *creatus.* AREV.

3. *Nam quemadmodum erigitur mundus.* Virgil., i Georg.

Mundus ut ad Scythiam, Riohæasque arduus arces,  
Consurgit, premitur Lybiæ devexus in Austros.

Ibid. *Pars septentrionalis.* Al., *pars occidentalis.*

A 2. Unde et veteres hominem in communionem fabricæ mundi constituerunt. Siquidem Graece mundus κόσμος, homo autem μητρόκοσμος, id est, minor mundus, est appellatus; licet et per mundum nonnunquam Scriptura peccatores insinuet, de quibus dictum est : *Et mundus enim non cognovit.*

3. Formatio mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in australem. Caput autem et quasi facies, orientalis regio, ultima pars septentrionalis. Nam partes ejus quatuor sunt : prima pars mundi est Orientis. Secunda meridiana. Tertia Occidentis. Ultima vero et extrema septentrionalis. De qua Lukanus :

Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis  
Perpetuaeque premunt hiemes.

B

### CAPUT X.

#### *De quinque circulis.*

4. In definitione autem mundi circulos aiunt philosophi quinque, quos Graeci zonas vocant, in quibus dividitur orbis terre. 17 Has Virgilius in Georgie ostendit, dicens : *Quinque tenent cœlum zonæ.* Sed singamus eas in modum dexteræ nostræ, ut pollex sit circulus Arcticus, frigore inhabitabilis; secundus circulus Therinus, temperatus habitabilis; medius circulus Isemerinus, torridus inhabitabilis; quartus circulus Chimerinus, temperatus habitabilis; quintus circulus Antarcticus, frigidus inhabitabilis.

2. Horum primus septentrionalis est, secundus solstitialis, tertius æquinoctialis, quartus hiemalis, quintus australis. De quibus Varro dixit :

At quinque ætherius zonis accingitur orbis,  
Ac vastant imas hiemes, medianaque calores :  
Sic terræ extremes inter medianaque coluntur.  
Qua solis valido nunquam rota ferreat igne.


Quorum circulorum divisiones talis distinguit figura. (Vide pag. seq.)

D De quatuor mundi partibus ita explicatis vide Etymologiar. lib. iii, cap. 30, et 41. AREV.


CAP. X. — N. 1. *Quas Graeci zonas vocant.* — *Quas Graeci parallelos,* id est, zonas vocant, libri omnes. Mediodose, ut appareat ex iii Etymolog., cap. 45, et lib. xiii, cap. 6. Ubi cum his eadem repetantur, tamen ha duæ voces, *parallelos*, id est, non leguntur. Eas quisquis addidit parum Græcam vocem existimat zonan, legeraque apud Pliniu, lib. vi, cap. 33 : *Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellare, Græci καπαλλῆλον.*

Ibid. Virgilius, de quinque zonis, i Georg., 322. AREV.

2. *Qua solis valido nunquam rota ferreat igni.* Ex lis qui fragmenta poetarum edidere. Veterum tamen librorum scripturas referemus, si quis forte melius conjiciat : *Quam solis valido nunquam ut afferre a igne.* Ovet. *Quam solis valido nunquam aut afferre igne.* Toletan., Malacitan. et Valent. *Quam solis valido nunquam vis auxerat igne.* Impress. Unde quis fortasse fecerit. *Quas solis valido nunquam vis afferat ignes.* Nam illud auxerat ex afferat duobus digammis scripto confectum putamus, vel etiam : *Quas solis valido nunquam vis afflet ab igni.*



3. Sed ideo æquinoctialis circulos inhabitabili-<sup>A</sup> dine et mobilitate conjugitur. Rursus aer igni communione acuti et mobilis colligatur. Terra autem et ignis a se separantur, sed a duobus mediis aqua et aere junguntur. Hæc itaque ne confusa mixta intelligantur, subjecta expressi pictura.



4. Solstitialis vero circulus, qui in Oriente inter septentrionalem et æstivum est collocatus, et iste qui in Occidente inter æstivum et australem est positus, ideo temperati sunt, quod ex uno circulo rigorem, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius :

Has inter, medianamque duæ mortalibus ægris  
Munere concessæ divum.

18 Sed qui proximi sunt æstivo circulo, ipsi sunt  
Æthiopes nimio calore perusti.

#### CAPUT XI.

##### *De partibus mundi.*

1. Partes mundi quatuor sunt : ignis, aer, aqua, terra. Quarum hæc est natura : ignis tenuis, acutus et mobilis; aer mobilis, acutus et crassus; aqua crassa, obtusa et mobilis; terra crassa, obtusa, immobili. Quæ etiam sibi ita commiscentur. Terra quidem crassa, obtusa et immobilis, cum aquæ crassitudine et obtusitate colligatur. Deinde aqua aeri crassitu-

2. Cæterum sanctus Ambrosius eadem elementa per qualitates 19 quibus sibi invicem quadam naturæ communione commiscentur ita his verbis distinguit : *Terra, inquit, arida et frigida est; aqua*

*proximi. Alioqui inter se longe distantes.*

CAP. XI.—N. 2. Cæterum sanctus Ambrosius. Lib. III, cap. 4.

*Ibid. Jugabiles qualitates. Ita Ovet. Jugales, reliqui et Ambros.*


3. Sed æquinoctialis circulus inhabitalis. Primus Avicenna habitationi commodissimum dixit, quod reapse compertum est.

*Ibid. At contra septentrionalis et australis circuli sibi conjuncti. Sibi, id est, æquinoctiali conjuncti, et*

frigida atque humida; aer calidus atque humidus; ignis calidus atque siccus. Per has enim jugabiles qualitates sic sibi singula commiscentur. Terra enim, cum sit arida, et frigida, conjungitur aquæ per cognitionem qualitatis frigidæ. Rursus aqua aeri per humorē, quæ humida est aer. Aqua vero quasi quibusdam duobus brachiis frigoris, atque humoris, altero terram, altero aerem videtur complecti, frigido quidem terram, aerem humidum.

3. Ipse quoque aer medius inter duo compu-

gnantia per naturam, hoc est, inter aquam et ignem, utrumque illud elementum sibi conciliat, quia aquæ humore et igni calore conjungit. Ignis quoque, cum sit calidus, et siccus, calore aeri annexatur, siccitate autem in communionem terræ sociatur, atque ita sibi per hunc circuitum, quasi per quemdam chorūm concordi societate convenienti. Unde et Graecæ στοιχεῖα dicuntur, quæ Latine elementa vocantur, eo quod sibi convenient et concinunt. Quoruī distinctam communionem subjecti circuli figura declarat.



### CAPUT XII.

De cœlo.

1. Cœlum spiritualiter Ecclesia est, quæ in hujus vita nocte sanctorum virtutibus, quasi claritate side-

nt. Per quemdam chorūm concordi societate convenienti. Per quemdam chorūm concordiæ societatisque, Ambrosius.

Ibid, Unde et Graecæ στοιχεῖα. Mendose libri omnes, xix. Nam, præterquam quod apud Ambrosium et Basiliūm στοιχεῖα, etiam xiii Eymolog., cap. 3: Graeci autem elementa στοιχεῖα nuncupant, eo quod sibi societatis concordia, et communione quadam con-

veniant. Brem, folget. Pluraliter autem cœli vocantur, sicut omnes, vel angeli intelliguntur. Siquidem illi p̄d̄t̄los etiam prophétas et apostolos accipere debentur. De quibus scriptum est: Cœli audirent gloriæ domini;

et sibimet adversum, quam pellis extensio, et camera connexio? Et utrum undique, sicut sphæra, cum concludat terram, in media mundi mole libratur, et eam ex una parte operat, velut discus, sicut philosophi putaverunt?

¶ Resp. Hæc duo testimonia, quæ in Scripturis reporta sunt, sibi invicem concordant; similique et philosophorum opinio in modis sphæræ. Nam et camera similitudo convenit cum sphæra secundum eam partem sphæræ qua super est. Ergo illa si sphæra non est, ex una parte contum terra contingit. Si autem sphæra, undique camera est.

¶ Sic quidem et discus sicut camera et sicut sphæra, figuratur. Sed illud quod de pelle dictum est, qualiter concordare possit dissenserunt. Quia vero camera non solum curva, verum etiam plana recte dicitur, profecto et pellis non solam in planum, verum etiam in rotundum sinus extenditur. Nam et utes, et vesica pellis est.

¶ Quæritur, quomodo cœlum vocatur firmamentum, cum sciatur moveri. Si moveretur, quomodo vocatur firmamentum? Si autem sit, quonodo sidera, quæ in illo fixa sunt, creduntur ab oriente usque in occidentem, et rursus in orientem circumire?

¶ Resp. Non propter stationem cœli, sed vocatum est firmamentum, sed propter firmitatem et transgressibilem terminum superiorum aquarum, atque inferiorum, eo quod in suo circulo firmam permaneat, et aquas super se armiter atque intransgressibiliter conservatas contineat.

¶ Quæritur alium sicut illud cœli sit, quod em

cœlos enim cœlorum si bene intelligimus, sideros aeriorum quasi superiores inferiorum accipimus, sicut dictum est: Laudate eum, cœli cœlorum. Satis appareat, hunc aerium non solum cœlum, sed etiam cœlos dici, sicut dicuntur et terræ, neque aliud significat quam illa quæ singulariter terra dicitur, cum dicens orbem terrarum, et orbem terræ.

¶ Nomina autem cœlorum hæc sunt: aer, æther, olympus, spatium igneum, firmamentum, cœlum angelorum, cœlum Trinitatis.

¶ Quæritur quæ forma et figura cœli esse credenda sit, cum in Scripturis sanctis et pellis, et camera figuram ejus inveniamus. Quid enim tam diversum,

utique quod **21** ipsi adventum et mortem, ipsi quoque resurrectionem Christi et gloriam mundo annuntiaverunt.

**2.** De cœli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi: *Cælum Græco vocabulo οὐρανός dicitur; apud Latinos autem propterea cælum appellatur, quia impressa stellarum lumina, veluti signa, habens, tanquam cælatum dicitur, sicut argentum, quod signis eminentibus resulget, cælatum vocatur.* Hujus enim esse subtilem naturam etiam Scriptura demonstrat, dicens, quod firmavit cœlum sicut sumum.

**3.** Partes autem ejus: chous, axis, cardines, convexa, poli, sidera. Chous, quod cœlum continet. Unde Eutius: *Vix solum completere choum terroribus cœli.* Axis, linea recta, quæ per medium pilam sphæram tendit. Cardines, extreme axis partes sunt. Convexa, **22** extrema cœli. Poli, ex cœlestibus circuitis cacumina, quibus maxime sphæra nititur: quorum alter ad Aquilonem spectans Boreus, alter terræ oppositus Austronotus dictus est.

cedit omnia spatia aeris, omnemque altitudinem, ubi etiam luminaria, stellæque constituantur quarta die, an ipse aer vocetur firmamentum? Merito ergo queritur, cum multi affirmant: aquarum naturam super sidereum cœlum esse non posse, eo quod sic habeant ordinatum pondus suum, ut vel super terram fluctuant, vel in aere proximo terris vaporaliter ferantur.

¶ Dicunt quoque igneum esse cœlum, et non posse cum eo concordari naturam aquarum, et quod cœlum sit rotundum, et volubile, et ardens, et in illo volubili circuitu aquas stare non posse. Resp. Desinant insanire qui hoc putant, atque confusi cognoscant hoc quod Veritas ait.

¶ Et nos eis ex ipsis visibilibus naturis asseramus Scripturæ fidem, ut possint cognoscere quæ illis dubietas de invisiibilibus erat. Nam Scriptura consuetudo est non solum nomine, sed etiam illorum (sic) aerem hunc cœlum appelliare; et cum aves in aero volvent, cœli volatilia appellantur, et serenum atque nubilum cœlum dicimus de aere.

¶ Nam et ipsis Dominus, cum de nubibus loqueretur, inquit: *Faciem cœli probare potestis.* Igitur et aer, qui est inter vapores humidos, unde superioris nubila conglobantur, et maria subterfusa, ostenditur esse cœlum inter aquam et aquam.

¶ Non ergo impediuntur pondera elementorum, quia si potest aqua ad tantas guttarum minutias pervenire, sicut videmus, ut super istum aërem vaporaliter seratur, qui natura levior est vel quis, cur non possunt super illud levius cœlum minutioribus gultis et levioribus emanare vaporibus?

¶ Et quod illi asserunt, stellam quam Saturnum appellant esse frigidam, et quod per annos triginta peragat circulum suum, eo quod superiori circulo graditur, quod (sol) facit per annum, luna per mensem, et ista ideo brevius, quia inferius tenet locum; unde ergo sit illa stella frigida, quæ tanto ardenter esse debuit, quanto super celos rapitur, quæ quotidianis diebus velocius currit, nisi quia facit eam frigidam esse aquarum natura, quæ super summum illud cœlum est?

¶ Cognoscant ergo bi, et insanire desinant, quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, et illæ potuit aquas glaciali soliditate stabilire in celo. Nam quod ipsi dicitur: *Qui volvis orbem stellis ardentibus resurgentem, nonne divina providentia necessario prospexit, ut intra orbem cœli, et super orbem redundarent aquæ, quæ illa ferventis axis incendia tempe-*

**A** 4. Cœlum autem ab Oriente ad Occidentem, secundum in die et nocte verti sapientes existimant. Hoc autem rotundum, volabile, atque ardens esse dixerunt. Cujus sphæram super aquas esse putaverrunt, ut in ipsis volvatur, ejusque incendium temperent. Sphæram autem confirmant, nec principium habere, nec terminum, pro eo quod rotunditate sui, quasi circulus, unde incipiat, vel ubi desinat, facile non comprehendatur. *Æqualiter enim ex omni parte fertur esse collecta, et omnia similiter respiciens, atque a centro terræ æquis spatii distincta;* ipsaque sui æqualitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat, ac nullo fulcimento subiecta sustentetur.

**B** 5. Cujus perfectionem sphæram vel circuli multis argumentationibus tractans, rationabile Plato Fabricatoris mundi opus insinuat. Primo, quod ex una linea constat. Secundo, quod sine initio est, et sine fine. Tertio, quod a puncto efficitur. Denouo, quod motum ex se habeat. Deinde quod careat indicio angularium, et quod in se cœteras figuræ omnes includat,

rarent, ne conflagatio superioris inferiora elementa succenderet?

¶ Nos vero quomodo, et qualeslibet aquæ ibi sint (ignoramus); esse eas super summum illud cœlum minime dubitamus. Major enim est Scriptura ejus auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas. AREV.

**C** 2. Ambrosius in libris.... cœlatum vocatur. Lib. II, cap. 4.

*Ibid.* Hujus enim esse subtilem.... sicut sumum. Lib. I, cap. 6. Sunt vero latissimæ verba, cap. 51, ex LXX Interpret., ὅτι οὐρανὸς ἡστέρας ἐστερπόδην.

3. Cous, vel covus, vel chous. Varro, lib. IV: Sub jugo medio covum, quod bura extrema addita oppillatur, vocatur covum a covo. Festus: *Cohum, lorum, quo temo buris cum jugo colligatur, a cohibendo dictum.* Cohum Poetus cœlum dixerunt a Chao, ex quo pulabant cœlum esse formatum. Ego a cohibendo hoc quoque ducium arbitror. Quod etiam voluisse videtur Isidorus, dicens: *Cohum, quod Cœlum continet.*

*Ibid.* Poli ex cœlestibus circuitis cacumina.... dictus est. Hyginus, lib. I: *Hujus autem (de axe loquens) cacumina, quibus maxime sphæra nititur, poli appellantur, quorum alter ad Aquilonem spectans, Boreus; alter appositus Austro, Notius est dictus.* Nihil tamen in Isidoro mutavimus. Nam, et australis, et notium, et austronotum, vel austronotum, bunc polum dici constat. Terræ vero oppositum dixit Isidorus, quod objectum terræ (ut ait Arati interpres) a nobis non videatur. Vid. lib. III Etymolog., et lib. XIII.

*Ibid.* Sidera. Chous, quod cœlum continet. Al., hemisphæria. Chous, quo cœlum continetur. AREV.

**D** 4. Atque ardore esse dixerunt. In his fuit etiam Plato, qui cœlum astræ ignea esse scripsit. Sed (ut interpretatur Galenus) non hoc igne, qui urendi vim habeat, sed alio, qui luminis tantum sit particeps. Antiquorum rationem refutavit Aristoteles; ita tamen, ut Basilio et Ambrosio (quos hic nostri auctores habebat) suam ipse probare non potuerit.

*Ibid.* Ejus incendium temperent. Idem, cap. seq., ex Ambros.

*Ibid.* Sphæram autem confirmant. Hygin., I. I, initio, *Ibid.* Cœlum autem, etc. Al., hemisphæria duo sunt, quorum alterum ei super terram, alterum subter terram. Cœlum autem, etc. AREV.

5. Quod careat indicio angulari. Ita o. libri. Forte Incisione angulari. Cicero: *Nihil incisum angularis.*

*Ibid.* Quod in se cœteras. In se stellarum, lib. o., mendose.

et quod motum inerrabilem habeat, siquidem sex alii motus errabiles sunt, ante, a tergo, dextra, laevaque, sursum, deorsum. Postremo, et quod necessitate officiatur, ut haec linea ultra circulum duci non possit.

6. Duo sunt autem, ut diximus, poli, quibus cœlum volvitur, Boreus, quem Aquilonium vocamus. Hic Arcti, id est, septentriones, qui nobis semper apparent. Cui contrarius est Notius, qui australis dicitur. Hic est, qui terra, ut ait Cicero, legitur, et **23** ἀπόνος a Græcis nominatur. Tanta autem polus celeritate ferri dicitur, ut nisi adversus ejus precipitem cursum astra currant, mundi ruinam faciant. Fertur enim ejus præceps volubilitas cursu siderum temperari. Unde Lucanus :

Sideribus que sola fugam moderantur olympi,  
Occurruntque polo, diversa potentia prima  
Mundi lege data est.

### CAPUT XIII.

*De septem planetis cœli et eorum conversionibus.*

1. Ambrosius sanctus, in libro Hexaemeron sic

6. Tanta autem polus celeritate, etc. Eadem lib. iii Etymolog., cap. 34.

Cap. XIII. — N. 1. Ambrosius s. in Lib. Hexam.

Cap. 2 lib. ii.

*Ibid.* Opusculum Isidori de harmonia et cœlesti musica, quod in Isidorianis, cap. 86, num. 3, recensuit, ad hoc caput et ad sequentia referri potest, et est hujusmodi : « Luna est primus planetarum, minima stellarum, sed major cœstis videtur, quia proxima terræ nobis circulo fertur. Hujus corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permistum. Unde proprium lumen non habet, sed in modum speculi illuminatur, et ideo luna quasi lucina, id est, a luce nata, nominatur.

« Quod autem quasi nubecula in ea videtur, ex aquæ natura creditur. Dicitur enim (*quod*) si aqua permista non esset, terram, ut sol, illuminaret, seu illustraret, imo ob vicinitatem maximo ardore vastaret. Globus namque ejus multo terra est amplior, licet ob altitudinem circuli sui videatur vix modii, fundo major.

« Luna ea parte lucet, qua soli est opposita; ea autem parte est obscura, qua a sole est aversa. A sole vero longius remota lucet tota. Non enim crescit, nec minuitur, sed objectu terræ lumine quod a sole accipit irradiatur.

« Haec licet quotidie violentia firmamenti ab oriente in occidentem feratur, tamen contra mundum nitens omnia zodiaci signa **xxvii** diebus pervagatur. Ciculum autem suum **xviii** annis perambulare affirmatur.

« Luna **iv**, si rubeat, quasi aurum, ventos ostendit; si in summo cornicolo maculis nigrescit, pluvium mensis exordium; si in medio pleni luminis, serenum.

« *De Mercurio.* — Secundus planeta est Mercurius, qui ei Stibol. Globus natura igneus, lunam magnitudine vincens, lumen a sole accipiens, signiferum **ccxxix** diebus percurrentes.

« *De Venere.* — Tertius planeta est Venus, qui et Vesperus, Lucifer, et Vesper; rotundus, igneus, contra mundum nitens, ut Mercurius, signiferum percurrit **cclxviii** diebus.

« *De Sole.* — Quartus planeta est sol, inde dictus, quia solus lucet cœstis stellis obscurans, vel quod sit super omnia lucens, forma sphæricus, nam igneus; magnitudine octies terram viacens, omnibus stellis lumen præbet.

« Hic ab Oriente in Occidentem impetu firmamenti feratur, sed contra mundum nitens, per totum zo-

A loquitur, dicens : Legimus in David : Laudate eum cœli cœlorum. Utrum enim, unum sit cœlum an plures, contentio est, dum aliqui multos esse **24** asserunt, alii autem, præter unum, alias esse negant. Philosophi autem mundi septem cœlos, id est, planetarum globos concono motu introduserunt. Quorum orbibus conexa memorant omnia, quod sibi nexos et velut inseritos versari retro et contrario cœstis motu ferri arbitrantur. Siquidem in ecclesiasticis libris, et cœli cœlorum leguntur, et apostolus Paulus usque ad tertium cœlum fuisse se intelligit raptum. **25** Sed de numero eorum nihil sibi præsumat humana temeritas. Fecit autem eos Deus non informes, vel confusos, sed ratione quadam ordine suo distinctos. Nam superioris circuli cœlum proprio discreto termino, et æquibus undique spatiis collectum ostendit, atque in eo virtutes spiritualium creaturarum constituit. Cujus quidem cœli naturam artifex mundi Deus aquis temperavit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elementa succenderet. Dehinc circum cœlum inferioris

diacum **ccclxv** diebus graditur, cœlum autem suum **xxviii** annis perambulare traditur.

« Hujus præsentia diem, absentia vero ejus efficit noctem. Sicut enim tota die super terram, sic tota nocte lucet sub terra. Aquilonarem partem cœli persagrans, facit nobis longos dies, et æstatem; Australem vero percurrentes, inducit nobis breves dies, et hiemem.

« Sol in ortu suo maculosus, vel sub nube latens, pluviale diem præsignat; si rubeat, sincerum; si paleat, tempestuosum. Si concavus videtur, ita ut, in medio fulgens, radios ad austrum emitat, tempestatem humidam et ventosam præsignat; si pallidus in nigras nubes occidat, aquilonis ventum.

« *De Marte.* — Quintus planeta est Mars, qui Eryxona, globus igne servidus, percurrit signiferum duobus annis.

« *De Jove.* — Sextus planeta est Jupiter, qui Ephelonta dicitur, rotundus, temperatus, zodiacum peragrans **xii** annis.

« *De Saturno.* — Septimus planeta Saturnus est, qui Ephelonta dicitur, spiritus gelidus, contra mundum, ut superiores, gradiens, signiferum **xxx** annis percurrentes. In ortu Saturni post **xxx** annos qui imagoinem de aere funderet, loqui eam cum homine probaret. Omnes autem post **xxxx** annos circulos suos peragrati.

« Terræ centro absides planetarum, id est, circuli, altissimæ sunt : Saturno in Scorpione, Jovi in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno. Luna in arietis mediis ovium partibus, et e contrario a terræ centro humiliæ atque proximæ. Suus cuique color est : Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Vespéro resplendens, Mercurio radians, Luna blandus, Soli ardens.

« Mutantur autem colores propinquis circulis natura; frigidior in palorem, ardenter in ruborem, ventosus in horrorem, atque in obscuritatem. Signifer, id est, circulus **xii** signorum dividitur in **xii** partes per latus. Sub his feruntur **vii** planetæ. Sol sub mediis tantum duabus. Luna per totam latitudinem. Venus excedens cum binis partibus duabus in medio **iv** supra duabus in terra. Mars sub **iv** mediis. Jupiter sub media, et supra eam duabus. Saturnus sub duabus mediis, ut sol.

« Hi septem orbes cum dulcissima harmonia voluntur, ac spavissimi concentus eorum circuitiones efficiuntur. Qui sonus ideo ad nostras aures non pervenit, quia ultra aures fit, et ejus magnitudo ne-

est, non uniformis, sed multiplici motu solidavit, nuncupans enim firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.

#### CAPUT XIV.

*De aquis quae super cœlos sunt.*

1. Hæc est Ambrosii sententia : « Aqæas super cœlos sapientes mundi hujus aiunt esse non posse, dicentes : igneum esse cœlum, non posse concordari cum eo naturam aquarum. Addunt quoque, dicentes rotundum, ac volubilem, atque ardente esse orbem cœli, et in illo volubili circuitu aquas stare nequam posse. Nam necesse est, ut deflant, et labantur, cum de superioribus ad inferiora orbis ille detorquelur, ac per hoc nequam eas stare posse aiunt, quod axis cœli concito se motu torquent eas velvendo effunderet. »

2. Sed bi tandem insanire desinant, atque confusi agnoscant, quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, potuit et illam aquarum naturam glaciali soliditate stabilire in cœlo. Nam cum et ipsi dicant volvi orbem stellis ardentibus resurgentem, nonne divina Providentia necessario prospexit, ut inter orbem cœli redundarent aquæ, quæ illa ferventis axis incendia temperarent?

#### CAPUT XV.

*De natura solis.*

1. Hæc sunt verba Ambrosii in Libro Hexaemeron. Solem, inquit, philosophi negant cœlidæ esse naturæ, eo quod albus sit, non rubicundus, aut rutilus in speciem ignis, et ideo quod nec ignitus natura sit. Si quid habet caloris, ferunt præ nimio motu conver-

strum angustum auditum excedit, nullus enim sonus a nobis percipitur, nisi in hoc aere efficiatur.

« A terra autem usque ad firmamentum cœlestis musæ membranter. Ad cuius exemplar nostra inventio affirmatur. In terra namque I gamma, in Luna A, in Mercurio B, in Venere C, in Sole D, in Marte E, in Jove F, in Saturno G ponitur; profectio mensura musicæ artis inventitur.

« Unde a terra usque ad firmamentum vii toni repenterunt; a terra enim usque ad Lunam est tonus, a Luna usque ad Mercurium est semitonus, a Mercurio usque ad Venerem semitonus; inde usque ad Solem tria semitonæ; et a Sole usque ad Martem tonus: inde ad Jovem semitonus; inde ad Saturnum semitonus; inde ad Saturnum iii semitonæ, quæ simul juncta vii tonos efficiunt.

« Tonus autem habet xv, ccxxv milliarum, semitonus vero vii, ccxxii, et semissim. Unde et philosophi ix musæ fixerunt, quia a terra usque ad cœlum ix consonantias deprehenderunt, quas homini naturaliter insister inveniuntur.

« De homine, qui musica est. — Sicut enim mundus habet vi tonis, et nostra musica vi vocibus distinguuntur, sicut compago, unde corpus, vi modis conjugiter, dum corpus iv elementis, anima tribus viribus copulantur, quæ musica arte naturaliter reconciliantur; unde et homo microcosmus, id est, minor mundus dicitur; dum sic consono numero cœlesti musicæ participare cognoscitur.

« A terra autem usque ad Lunam sunt cxxvi stadiorum, quæ sunt xv, ccxxv millaria. A Luna ad Mercurium vii, ccxxii millaria, et semis. Inde ad Venerem tantum. Inde ad Solem xxiii, cccccxxvi millaria. Inde ad Martem xv, ccxxv millaria. Inde ad Jovem vii, ccxxii millaria, et semis. Inde ad Saturnum tantum. Inde ad firmamentum xxiii,

cionis occidere. Quod ideo discordant patient, ut nihil videatur humoris consumere, quia calorem, quo humor, vel minutur, vel plerumque extauritur, non habet naturalem. Sed nihil agunt, cum ita proportionant, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat, an ex passione, vel ex alia causa.

2. Nos autem credimus eum siue habere virtutem illuminandi, **¶** ita etiam vaporandi. Igneus est enim sol; ignis autem et illuminat, et exurit. Quidam autem dicunt solis ignem aqua nutriti, et ex contrario elemento virtutem luminis, et vaporis accipere; unde frequenter solem videamus madidem, aique torquentem; in quo evidens dat indicium, quod elementum aquarum ad temperiem sui sumpserit.

3. Hoc quantum ad nataram ejus pertinet. At vero B juxta spiritualem intelligentiam, sol Christus est, sicut in Malachia scriptum est: *Vobis autem credentibus justitie sol orietur, et sanctitas in pinnis ejus.* Merito autem Christus sol intelligitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem, et secundum spiritum de occasu rursus exortus. Item sol illuminat, et exurit, et opaco tempore confusus sanos, febrilentes vero flagrantia geminati caloris incendit; ita et Christus credentes fidei spiritu vegetante illuminat, negantes de eterni ignis ardore torrebit.

#### CAPUT XVI.

*De quantitate solis et luna.*

1. Rursus in eodem opere Doctor idem ita testatur: *Solis radius nulli proprior, nulli longinquier est.* C Similiter et luna globus æqualis est omnibus. Similis sol est et Indis et Britannis; eodem momento ab ultis

cccxxvi militaria.

« Sunt itaque a terra usque ad cœlum militaria d millia, et novem millia, et ccclxxv militaria. Ignem per globos planetarum transcedimus, nunc cœlestia penetremus. Nomina quedam planetarum ita scripsi, ut in Ms., et apud nonnullos mediis scriptores reperiuntur. Quæ de imagine in ortu Saturni dicuntur, astrologi in judicialiam sapient. Arev.

2. Cujus quidem cœli naturam Deus aquis temperavit. Ibid., cap. 3.

Ibid. Alii, propter sustentationem solidatum aquarum supernarum. Hec veterum opinio, quod cœlum Deus aquis temperaverit, explicatur in opusculo relatio ad cap. 42, num. 1. Alia vide in Not. ad Dramatum, lib. i, vers. 25, 157. Arev.

CAP. XIV.—N. 1. Hæc est Ambrosii sententia. Lib. D ii cap. 3.

2. Ut inter orbem cœli, et supra orbem, addit Ambrosius.

Ibid. Gratianus, sed ut tandem. Arev.

CAP. XV.—N. 1. Hæc sunt verba Ambros. vel ex alia causa. Lib. ii cap. 3.

2. Non autem credimus eum siue habere virtus extirrit. Ejusdem. lib. iv, cap. 3.

Ibid. Igneus est enim sol... torquent. Arati interpres: Sol interea, dum ignes sit, præ nimio motu conversionis suæ amplius irascit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriti, et e contrario elementu virtutem luminis, et caloris accipere, unde videmus eam sapientem madidam atque torquentem.

Ibid. In quo evidens ... sumpserit. Verba sunt Ambrosii, loco citato.

3. Opaco tempore. At, opaco tempore. Arev.

CAP. XVI.—N. 1. Rursus in eod. op. Doctor idem. Lib. iv, cap. 6.

Ibid. Eodem momento ab utique videtur. Hoc,

*que videtur, cum oritur, nec cum vergit in Occasum A minor apparet Orientalibus; nec Occidentalibus, cum oritur, inferior quam Orientalibus aestimatur. Quantum distat, inquit, Oriens ab Occasu, tantum hoc sibi invicem distat. Sed sol a nullo distat, nulli presentior, nullique remotior est.*

*2. Neque moveant quemquam, quod tanquam cubitalis in orbe suo videtur, cum oritur; sed considerare oportet quantum intersit spatii 28 inter solem et terram, quod aspectus nostri infirmitas et quædam ægritudo vix valeat intendere. Hunc autem ampliorem aliquot partibus, quam terram esse sapientes describunt.*

*3. Lunam minorem esse dicunt quam solem; omnia enim quæ proxima sunt nobis majora videntur, longinquitate autem locorum visus languescit. Lunam ergo videmus prope nos esse, nec eam majorem aspetui nostro quam solem. Ideoque, cum sol longe superior sit a luna, tamen nobis major videtur: jam, si prope nos accesserit, multo majorem futurum.*

### CAPUT XVII.

#### *De cursu solis.*

*1. Dicunt antiqui, Aratus et Hyginus, solem per seipsum moveri, non cum mundo verti uno loco manentem. Nam si fixus manaret, necesse erat eodem loco occidere et exoriri a quo pridie fuerat exortus, quemadmodum cætera siderum signa oriuntur et occidunt. Præterea, si ita esset, consequens erat dies et noctes omnes esse æquales, et quam spaciose hordiernus dies esset, tam longus semper esset futurus.*

*2. Nox quoque simili ratione semper æqualis permaneret, sed quoniam inæquales dies aspiciamus, et solem alio loco eras occasum, alio occidisse hæsternum videamus, ideo qui diversis locis occidit, et exoritur, putant eum philosophi nequaquam cum mundo fixum volvi, sed ipsum per se moveri. Qui postquam ardenter 29 rotam Oceano luxerit, per incognitas nobis vias ad locum unde exierat regreditur, expletisque noctis circulo, rursus de loco suo festinus erumpit; obliqua enim et fracta linea per Austrum pergit ad Boream, et ita ad Orientem revertitur. Hiems autem tempore per plagam meridianam currit. Estate vero Septentrioni vicinus est. Sed quando per Austrum currit, vicinior terræ est; quando vero iuxta Septentrionem, sublimis attollitur.*

*alizque similes antiquorum opiniones, jam nunc D valde rejiciuntur. AREV.*

*2. Hunc autem ampliorem quam terram. Octies maiorem terra, ait Macrob., lib. i in Somn. Scip., cap. 20. Vid. Plutarch., lib. ii de Placit. philos.*

*3. Lunam minorem... majorem futurum. Verba sunt Hygin., lib. iv, cap. de Luna. Sed corrigendum ex Isidoro Hyginus.*

*Ibid. Hyginus, lib. 4, cap. de luna 14, in Edizione Munckeri: Quæ proxima sunt nobis, majora necesse est esse (legendum videri) quam quæ longo dissidente intervallo videmus... quam solem. Illud quæque necesse est, cum sol longe absit a luna, et a nobis major videtur, si prope accesserit, multo majorem futurum: scilicet aspectui nostro. AREV.*

*CAP. XVII.—N. 1. Dicunt antiqui Aratus et Hyginus. Arati interpres, cap. penultimo; et Hygin., lib. iv, capite de Sole. Cujus sunt hæc omnia verba: So-*

*A 3. Cui ideo Deus diversa cursus constituit loca, et tempora, ne dum semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea vapore consumeret. Sed ut Clemens ait, diversos accipit cursus, quibus aeris temporaries pro ratione temporum dispensentur, et ordo vicissitudinum permutationaque servetur. Nam dum ad superiora concenderit, ver temperat: ubi autem ad summum cœlum venerit, festivas accedit calores. Descendens rursus, autumni temporiem reddit; ubi vero ad inferiorem redierit circum, ex glaciali compage cœli rigorem nobis liberali frigoris derelinquit.*

*B 4. Ex ipso ewina sunt horas; ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses et anni numerantur; ex ipso vicissitudines temporum sunt, et cum sit iste minister bonus, gentius ad vicissitudines temporum moderandæ, tamens ubi secundum voluntatem Dei correptæ mortalibus datur, incandescit acrius, et urit munūm vobementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum, et corruptio terris injicitur, et iues animalibus, et pestilens per omnia mortalibus annes inducitur.*

*C 5. Qued autem Sol oriens per Austum, id est, meridianum, iter habet, et decursa australi parte invisibilis vadit in locum suum rediens, ad instar quippe Ecclesia fabricatus est hic mundus, in quo Dominus Iesus Christus, sol æternus, partem suam perecurrit, unde et Meridianum vocant. Aquiloni vero, id est, adverse parti non ortus, sicut iidem, cum in judicio venerit, dicent: Justitiae lumen non illuzit nobis, et Sol non est ortus nobis. Timentibus autem Dominum ortum Sol justitiae, et sanitas in pinnis ejus, sicut scriptum est. Malis vero meridie nox est, sicut legitur: Dum sustinent 30 ipsi lumen, faciat sunt illis tenebrae; dum sustinent fulgorem, in obscura nocte ambularerant.*

### CAPUT XVIII.

#### *De lumine lunæ.*

*1. Alii Sanctus Augustinus in Psalmi decimi expositione: «Quæritur, inquit, unde habet luna lumen. Duæ tantum opiniones traduntur, sed quæ sit harum verax, dubium fertur quemquam scire posse.» Alii namque dicunt proprium eam lunen habere, globique ejus unam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram, et dum movetur in circulo suo,*

*D lem per seipsum moveri, usque ad illa, nequaquam per seipsum fixum volvi, sed ipsum per se moveri. Nisi quod ea quæ illi sine cunctatione pronuntiant, ea Isidorus ipse tribuens veluti addubitans profert:*

*2. Qui postquam ardenter inservit Oceano rotam. Mirum ni hæc Lucretii sunt.*

*Ibid. Cras occasum. Al., cras oriturum. AREV.*

*3. Cui ideo Deus.... consumeret. Versa sunt Ambrosii, lib. ii, cap. 3.*

*Ibid. Sed ut Clemens ait, diversos accipit cursus... annus inducitur. Verba sunt Clementis, lib. viii Recognitionum.*

*5. Verba Malachiae sunt: Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae, et sanctas in pinnis ejus. AREV.*

*CAP. XVIII.—N. 1. Augustinus, in ps. x, et lib. iii de Genes., cap. 45.*

eamdem partem, qua lucet, paulatim ad terras con- verti, ut videri a nobis possit, et ideo prius quasi corniculato lumine fulget.

2. Nam et si formes pilam ex parte media candidam, ex parte obscuram, tunc eam partem, quae obscura est, si coram oculis habebas, nihil candoris asperies; cum coeperas illam candidam partem paulatim ad oculos convertere, primum veluti cornua candoris videbis; debinc sensim crescat, donec tota pars candens opponatur oculis, et nihil obscurum alterius partis videatur; quam si denuo paulatim converteris, incipit obscuritas apparere, et candor minui, donec iterum ad cornua redeat, ac sic totus candor ab oculis avertatur, et sola iterum obscura pars possit videri. Quod fieri dicunt, cum lumen lunæ videtur crescere usque ad quintamdecimam, et rursus usque ad tricesimam minui, et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat.

3. At contra alii dicunt lunam non suo fulgere lumine, sed a sole accipere lumen. Sol enim illi loco superior est. Hinc eventit ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore vero, quam habet ad terras, obscura sit. Cum vero ab illo discedere coepit, illustretur ex ea parte, quam habet ad terram, incipiens a cornibus. Sicque paulatim, sole longius discedente, pars omnis subterior illuminatur, donec efficiatur quintadecima luna. Post dimidium autem mensem, cum coepit ex alio semicirculo propinquare soli, quanto magis superiore parte illustratur, tanto magis **31** ab ea parte quam terris avertit, non potest excipere radios solis, et propterea videtur decrescere.

4. Illud certe manifestum est, et cuiilibet advertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi a sole recedendo, neque minuantur, nisi ad solem ex parte alia propinquando. Ab illo ergo accipit lunen, et cum sub illo est, semper exigua est; cum vero ab illo longius abcescerit, sit ampla, suoque ambitu plena. Si eniun suo lumine uleretur, necesse erat semper eam esse æqualem, nec die **xxx** exilem fieri; et si suo lumine uleretur, hujus nunquam eclipsis fieret.

5. Cæterum, quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna hujus mundi speciem tenet, quia sicut ista menstruis completionibus deficit, ita mundus ad conflationem temporum currans quotidianis defectibus cadit. Luna quippe elementi sui varietate diversis cursibus desinit ut crescat, crescit ut

4. Si enim suo lumine uleretur... exilem fieri. Verba sunt Hygini, cap. de Luna.

6. Sicut enim luna deficit... coronatur. Ambrosii sunt verba lib. **iv**, cap. 8.

*Ibid.* Larga roris. Ambros. lib. **iv**, cap. 7.

*Ibid.* Crescant omnes fructus. Forte, crescent omnes fructus. Bracontius, pag. 243, lib. 1, vers. 733 et seqq.:

Qui luna crescente globo jubel æquaora crescant fluctibus adjectis, crescent cum sonibus amas.

Vide notam. AREV.

7. Item sicut septem formas. Ead. lib. III Etymolog., solidemque species assignat lunæ Clemens lib. **vi**, Strom. et Seleucio Mathematico. Ex quo et Isidori

A desinat. Sed ideo alternis vicibus commutationem sideris representat, ut doceat homines ex ortu mortuorum, et ex morte victuros; atque ideo cum sene- scit, mortem corporum prodit; cum augetur, æternitatem indicat animarum.

6. Nonnunquam vero eadem luna etiam Ecclesia accipitur, pro eo quod sicut ista a sole, sic Ecclesia a Christo illuminatur. Sicut enim luna deficit atque crescit, ita Ecclesia defectus habet et ortus. Frequenter enim defecibus suis crevit, et his me- ruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, et confessorum martyrio coronatur. Item sicut luna larga est roris et dux humentium substantiarum, ita Ecclesia baptismi et prædicationum. Et quemadmodum, luna crescente, crescent omnes fructus, atque ea minuente, minuantur; non aliter intelligimus et Ecclesiam, in cuius incremento proficimus cum ipsa. Cum vero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuimur.

7. Item sicut septem formas habet luna, sic tot gratias meritorum **32** habet Ecclesia. Primam enim figuram, bicornem habet; secundam, sectilem; tertiam, dimidiem ex majore; quartam figuram plenam habet; quintam, iterum dimidiem ex majore; sextam, iterum sectilem; septimam, bicornem. Eodem constat numero etiam distributio charismatum, quæ per Spiritum sanctum toti Ecclesiae conferuntur. Septima autem semis, et vicesima secunda semis, in suo orbe media est. Cæteræ proportionales sunt.

#### CAPUT XIX.

##### *De lunæ cursu.*

1. Lunam per alios ortus et occasus, Hyginus ait, necesse est moveri, non stare, idque facilius quam de solis luce intelligitur. Quia cum a sole accipiat lumen, et ita nobis lucere videatur, non est dubium eam moveri potius quam stare. Terris autem vicina luna breviori orbe convertitur, et iter quod sol in diebus **ccclxv** peragit, ista per triginta dies percurrit. Unde et antiqui menses in lunæ annos autem in so- lis cursu posuerunt.

2. Itaque luna per tricenos dies duodenis vicibus cursum perficiens, consuminat annum secundum Hebreos, aliquibus diebus adjectis; secundum Romanos, bisexto semel in quadriennio unius diei adjectione celebrato. Cujus etiam augmentis decremen- tisque, mira quadam Providentie arte, omne quod giguitur, alitur atque crescit. Nam et defectui ejus compatiuntur elementa, et processu ejus quæ fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum ipsius mente has nos species tum hic, tum etiam in Etymologiis reformavimus. Sectilem autem non sex- tilem ex veteribus libris appellamus dimidiem vel semissem.

*Ibid.* In textu Grialii erat, tertiam dimidiem ex majore. AREV.

CAP. XIX. — N. I. Lunam per alios ortus... potius quam stare. Verba sunt Hygini omnia, licet non continenter apud eum legantur.

*Ibid.* Terris autem vicina luna... percurrit. Verba sunt Interpretis Arati, numero dierum lunæ tantum mutato.

2. Itaque luna per tricenos... celebrato. Verba sunt Ambrosii lib. **iv**, cap. 5.

maritumorum, siquidem echinus ostreæque in aug-  
mento lunæ pleniores reperiuntur.

### 33 CAPUT XX.

*De eclipsi solis.*

1. Solem sapientes dicunt altius currere, lunam autem proximam esse terræ. Hæc ergo, dum deorsum ad idem signum vel lineam qua sol vehitur, convenerit, objicit se soli, et tenebras totius orbis efficit. Quod tantum intermenstruo contingit. Nam tunc luna in eadem parte signi est qua sol vehitur, ideoque sit illi proxima, et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen ejus videtur: veluti si aliquis oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus illa videri poterit; quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia potuerunt apparet.

2. Simili itaque ratione cum ad solis locum vel lineam luna pervenerit, tunc proxima ei esse videatur, et radios ejus ita coram oculis nostris obscurare, ut lumen non possint ejicere. Cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen ejicit, et ad oculos nostros transmittit. Quapropter ita soli objicitur luna, sicut lunæ opponitur terra; quæ utraque lumina cum ad terras non pervenient, defecisse dicuntur. Alii autem dicunt defectum solis fieri, si foramen aeris, quo sol radios fundit, aliquo spiritu contrabatur sive obturetur. Hoc physici et sapientes mundi dicunt.

3. Cæterum doctores nostri mystice hujus eclipsis mysterium in Christo dixerunt esse comple-  
tum tunc cum, interruptio æterni fœderis cursu C insolito, turbata ordinem suum elementa perdide-  
runt, cum sacrilegæ factum conjurationis sol iste ver-  
rus horrescens, insertis in populo judaico errorum tenebris, paululum semetipsum per mortem abscondit, ac de cruce depositus, sese in sepulcro abditus oscuravit, donec tertia die augustior solito huic mundo, id est gentibus, claritatis suæ potentiam præ-  
sentaret; ac sicut sol in virtute sua resplendens, tene-  
bras operi sæculi illuminaret.

### 34 CAPUT XXI.

*De luna eclipsi.*

1. Luna non deficit, sed obumbratur, nec di-  
minutionem sentit corporis, sed objectu obumbrantis terræ casum patitur luminis. Hanc enim philosophi non habere lumen proprium, sed eamdem a sole illuminari defendunt; et quia ea dimensione distat a sole, ut per medium terram si quid directum trajiciatur, contingere possit solem sub terram, lunam autem supra terram; et quia usque ad lunarem circulum

*Ibid. Echinus, ostreæque, etc. Dracontius, loc. cit.: Crescat et inclusum capite genus omne cerebri,  
Et minuantur aquæ, luna minuente, liquentes.*

Plura de his dixi in nota. AREV.

CAP. XX. — N. 1. Solem sapientes dicunt... trans-  
mitit. Totus locus ex Hygini lib. I<sup>IV</sup>, cap. de Luna.

*Ibid. Pro vehitur in nonnullis MSS. bis est utitur,  
et fortasse legendum vertitur. AREV.*

2. Si foramen aeris, etc. Quod Anaximandro placuit. Plutarch. II de Placit. cap. 20 et 24.

CAP. XXI. — N. 1. Pleraque ex eod. Hygin. cap.

A umbræ terræ extenditur, ideo evenit nonnunquam ut solis radii, objiciente se mole terræ vel umbra, ad eam non pervenant.

2. Patitur autem hoc quintadecima luna, quoque centrum atque umbram obstantis terræ exeat, videatque solem vel a sole videatur. Constat ergo lunam ex solis radiis lumen accipere, et dum objectu terræ solem non aspicerit, tunc lumen smittere. Nam dicunt stoici omnem terram montibus claudi, quorum umbra fertur luna subito non apparere. Unde Lucanus:

Jam Phœbe totum fratrem cum redderet orbem,  
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

3. Figuraliter autem per lunæ defectum Ecclesiæ persecutio intelliguntur quando martyrum ca-  
dibus et effusione sanguinis, tanquam illo defectu B et obscuratione, quasi cruentam faciem luna ostendere videtur, ut a nomine Christiano torreantur infirmi. Sed sicut ista post defectum perspicua illustratio clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse videatur, ita Ecclesia, postquam per martyrum confessionem suum pro Christo sanguinem fuderit, majore fidei claritate resplendet, atque insigniori lumine decorata semetipsam latius in toto orbe diffundit.

### 35 CAPUT XXII.

*De cursu stellarum.*

1. Stellæ quidem cum mundo vertuntur; non, stante mundo, stellæ vagæ feruntur, exceptis his quæ planetæ vocantur, id est errantes, quæ vagis moventur ordinibus. Cæteræ, quæ aplanæ appellantur, uno loco fixæ cum mundo volvuntur. Ideo autem planetæ, id est errantes dicuntur, quia per totum mundum variò motu discurrent.

2. Partibus autem diversis inter se moventur sidera. Nam quædam superius, quædam inferius currunt. Unde et illa quæ terris propinquiora sunt, quasi majora nobis videntur quam ea quæ circum coelum volvuntur. Longinquitate enim locorum vista languescit. Hinc accedit ut intervallo longe inter se distantium circulorum, alia celerius, alia tardius ad cursus sui exordium revertantur.

3. Nam quædam sidera, celerius exorta, serius occidere existimantur; quadam etiam, tardius cæteris exorta, citius ad occasum pervenient. Quædam vero pariter oriuntur, et non simul occidunt. Omnia autem suo tempore ad cursum proprium revertuntur. Radiis D autem solis præpedita sidera, aut anomala sunt, aut retrograda, aut stationaria. Juxta quod et poeta meminit, dicens:

. . . . Sol tempora dividit ævi,  
Mutat noctis diem, radiisque potentibus astra  
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.

de Luna.

2. Nam dicunt Stoici. Ita MSS. omnes; historici Im-  
press. Hyginus: Etsi nonnulli dicerunt in solis cursu evenire, ut cum pervenerit ad eum locum ubi occidere dicatur, ibi montium magnitudine a nobis lumen averti solis, et ita noctem videri. Quod si ita fit, nimis eclipsim solis verius quam noctem dicimus.

3. Figuraliter autem. Ex Aug. in ps. x.

CAP. XXII. — N. 1. Stellæ quidem cum mundo ver-  
tuntur. Id probat Hyginus ibid. Vid. lib. III Etymelog.  
a cap. 60 usque ad 70.

## CAPUT XXIII.

*De positione septem stellarum errantium.*

1. In ambitu quippe septem cœlestium orbium, primum in inferioris sphæra círculo luna est constituta. Ideo proxima terris posita, ut nocte nobis facilius lumen exhibeat. Dehinc secundo **36** círculo Mercurii stella collocata, soli celeritate par, sed vi quadam, ut philosophi dicunt, contraria. Tertio círculo Luciferi circumvectio est, inde a genitilibus Venus dicta, quod inter quinque stellas plus lucis habeat. Nam, ut prædictimus, quemadmodum sol et luna, ita et hæc umbras facit.


2. Quarto círculo solis cursus est collocatus, qui preinde, quia omnibus est lucidior, medius est constitutus, et tamen superioribus quam inferioribus lucore praestet. Ratione autem divina sic constitutus est, quia præclara omnia in medio esse debent. Porro quinto, círculo Pyrois sidus dicitur collocatum, quod illi Marti assignant. Sexto Phaethontis siem, quem Jovis appellant. Jam summo cœlo, id est in mundi vestine, stella Saturni est posita, quæ quidem dum

A summum cæstum tenet, sublimiorque sit omnibus, natura tamen ejus frigida fertur, approbante Virgilio:

Frigida Saturni sese quo stella receptet.

3. Hæc autem sidera errantia appellantur, non quod ipsa errant, sed quod nos errantes faciant; quæ sidera Graece planetæ dicuntur. In sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus, ideoque sol et luna directo cursu vehuntur. Ita vero retrogradantur, vel anomala efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt; ceterum quando tantum detrahant, retrograda dicuntur; stationem autem faciunt quando stant.

4. Anni autem singularum stellarum hi sunt qui in sphæra subjecta continentur. Quibus per annos ad reversionem circuli sui iisdem signis et partibus veniunt. Nam luna octo annis fertur explete círculum suum, Mercurius annis xxii, Lucifer annis ix, **37** Sol annis xii, Pyrois annis xv, Phaeton annis xii, Saturnus annis xxx. Quorum orbium aliquæ stellarum positionem subditæ demonstrat figura.



CAP. XXIII.—N. 1. *Inde a gentilibus Venus dicta.* Non dicta est Venus, quod plus lucis habeat, sed Lucifer. Ita enim Elymolog. : *Quod inter omnia sidera lucis plus ferat.*

*Ibid.* *Ita et hæc umbras facit.* Plinii lib. ii, cap. 8, de Venere. Claritatis quidem tantæ, ut unius hujus stellaræ radiis umbras reddantur.

2. *Quarto círculo sol.* Ciceronem sequitur. Nam Plato secundo círculo collocabat. Vid. Macrobi. lib. i in Somn. Scip., cap. 19.

*Ibid.* *Porro quinto círculo Pyrois.* Mendose libri om-

nes hoc quoque loco Vesper pro Pyrois habebant.

3. *Non quod ipsa errant.* Cicet. ii de Nat. deor., errantia appellantur, cum omnium minime errant.

*Ibid.* *In sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus.* Itaque Isidoro non videntur errantes. Ut neque Arato quinque tantum numeranti.

Nam, quæ per his sex signorum labier orbe. Quinque solent stellæ.

3. *Retrogradantur.* Al., *retrogradantur.* Melius esset retrogradiuntur. Cf. not. ad l. iii Etym., c. 67, n. 1. *An.*

4. *Nam luna octo annis.* Ita MSS. omnes, etiam lib. iii

## CAPUT XXIV.

*De lumine stellarum.*

1. Stellas non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicunt, nec eas unquam de celo ascendere [Al. abscedere], sed veniente sole celari. Omnia enim sidera obscurantur, sole oriente, non cadunt. Nam dum sol ortus sui signa premiserit, omnes stellarum ignes sub ejus luminis fulgore evanescunt; ita ut praeter solis ignem nullus sideris splendor videatur. Hinc etiam et sol appellatus, eo quod solis apparet obscuratio cunctis sideribus. Nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna, et tota nocte fulgente, plerique astra non luceant. Esse autem etiam per diem in celo stellas probat solis deliquium, quod quando sol objecto orbe lunae fuerit obscuratus, clariora in celo videantur astra.

2. Stellarum autem, secundum mysticum sensum, sancti viri intelliguntur. De quibus dictum est: Qui numerat multitudinem stellarum. Sicut enim omnes stellae a sole illuminantur, ita sancti a Christo gloria celestis regni glorificantur. Et sicut prae fulgore solis et vi maxima luminis ejus sidera obtunduntur, ita et omnis splendor sanctorum in comparatione gloriae Christi quodammodo obscuratur. Et quemadmodum stellae sibi differunt claritate, ita justorum diversitas meritorum discretione.

## CAPUT XXV.

*De lapsu stellarum.*

4. Falsa autem opinio et vulgaris est, nocte stellas cadere, cum sciamus ex aethere lapsos igniculos ire per celum, portarique 38 ventis, vagique lumen sideris imitari; stellas autem immobiles fixasque permanere in celo.

2. Nam illud quod ait poeta:

*Sæpe etiam stellas vento impidente videbis  
Præcipites celo labi, neque per umbras.  
Flammarum longos a tergo albescere tractus.*

Et iterum:

*..... Lapsa per altum  
Aero disperso trahere carentia sulcos  
Sidera, et summis etiam quæ fixa tenentur  
Astra polis.*

Sed hi poetæ voluntarie ad opinionem vulgi se contulerunt. Cæterum philosophi, quibus cura est mundi querere rationem, illa asserunt quæ superius membrata sunt.

**Etymolog.**, præter Malacitanum in quo xix annis recentiore ipsan videtur hoc loco repositum. Hoc fortasse octennium illud de quo Plutarch, extremo lib. II de Placitis.

CAP. XXIV. — N. 1. *Stellas omnes non habent lumen.* Macrobius lib. 1. In somn., cap. 49, lunam unam, atque lumen, cæteras omnes stellas suo lumine, ait.

*Ibid. Celari.* Al., *celare dicimus.* AREV.

CAP. XXV. — N. 1. *Falsa autem opinio.* E Serv. i Georg. ad vers. 365:

*Sæpe etiam stellas, vento impidente, videbis  
Præcipites celo labi.*

2. Versus Virgilii sunt tres illi, *Sæpe etiam;* reliqui *Lapsa per altum*, etc., neque Virgilii sunt, neque integri videantur; sed cujusnam sint, nunc non occurrit. AREV.

CAP. XXVI. N. 1. *Deliramentia.* Al. *deliramentis*

## A

## CAPUT XXVI.

*De nominibus astrorum.*

1. Legitur in Job, dicente Domino: *Nunquid conjungere vales micantes stellas Pleiades, et gyrum Arcturi, poteris dissipare? Nunquid producis Luciferum in tempore suo, et vesperum super filios terræ consurgere facis?* Et iterum alibi: *Qui facit Arcturum, et Orionem, et Hyadas.* Hæc nomina stellarum dum in Scripturis legimus vanis deliramentis assensum non præbeamus, qui falsis opinionibus vocabula ista in astris ex hominum nominibus, vel aliarum creaturarum vocabulis imposuerunt. Ita enim stellarum quarundam gentilium sapientes nomina, sicut et direrunt, indiderunt.

B 2. Quod vero eisdem nominibus sacra utitur Scriptura, non eorum idcirco vanas approbat fabulas, sed faciens ex rebus visibilibus invisibilium rerum figuram ea nomina pro cognitione ponuntur, quæ late sunt cognita, ut quidquid in cognitum significat, facilius per id quod est cognitum humanis sensibus innotescat.

3. Arcturus est ille quem Latini Septentrionem dicunt, qui septem stellarum radiis fulgens, in seipso revolutus rotatur, qui ideo Plastrum vocatur, quia in modum vehiculi volvitur, et modo tres 39 ad summam elevat, modo quatuor inclinat. Hic autem in coeli axe constitutus semper versatur, et nunquam mergitur. Sed dum in seipso volvitur, et nox finitur.

C 4. Per hunc Arcturum, id est Septentrionem, Ecclesiam septenario virtute fulgentem intelligimus. Nam sicut in aere cœli Arcturus semper inclinatur versusque erigitur, ita et Ecclesia diversis quidem adversitatibus humiliatur, sed mox consurgens spe et virtutibus elevatur; et sicut ex tribus stellis et quatuor Septentrionis efficiuntur, ita Ecclesia ex fide Trinitatis et operationibus quatuor virtutum principalium consummatur. Vide enim et operibus homo justificatur.

5. Bootes, stella est quæ Plastrum, id est Septentrionem sequitur, qui etiam ab antiquis Arctophylax dicuntur, sive minor Arctos. Unde et quidam eam Septentrionem dixerunt. Hanc spectant præcipue qui navigare nesciuntur. De qua Lucanus:

*..... Velox ulti nocte Bootes;  
Quæ cum ora fuerit, cito facit occasum.*

6. Pleiades sunt multæ juges: stellæ quæ etiam botrum appellamus a multitudine stellarum. Nam et

D poetarum. AREV.

3. Arcturus est ille quem Latini Septentrionem. Hæc eadem in III. Etymologiæ, de Arelo aliquanto aptius dicuntur. Sed hoc loco Arcton, et Booten, sive Arctophylacem, et Arcturum, quæ propinquâ sunt, confundit, ut ipse paulo post fatetur.

5. Hanc spectant præcipue qui navigare noscuntur. Utravis ursa utuntur nullo periculo nautæ, quod ultraque Polo proxima exiguum circulum deseribat. Ita Ovidius:

*Esse duas Arctos, quærum Cynosura vocatur  
Sidonis. Elicen Graia carina notat.*

*Ibid. Cito facit occasum.* Alii addunt: xv. *Keten-* das Octobris. *Hyades sunt quinque in medium Vela-* teræ in fronte Tauri positæ. *Pleiades*, etc. AREV.

6. Pleiades. L. dicens III. Etymolog.

*Ibid. Multæ juges;* fortasse, *multijuges.* AREV.

spat septem esse dicuntur, sed amplius quam sex nullus conspicere potest. Hæc ab oriente surgunt, et appropinquante diei claritate stellarum ejus ordo distenditur. Pleiades autem ex pluralitate vocatae sunt, quia pluralitatem Græci πλειάρα appellant. His Latini Vergilias appellaverunt, eo quod vere orientur, et eo magis cæteris prædicantur, quod his exorientibus stellas significatur, occidentibus hiems ostenditur, quod aliis penitus non est traditum signis.

7. His autem stellis, ab eo quod septem sunt et splendide nunciant, sancti omnes septiformi spiritus virtute fulgentes significantur; **40** ab eo autem quod sibi vicinantur, sed non se contingunt, charitate proximos, et tempore divisos Dei prædicatores ostendunt.

8. Orion stella est\*. Hic autem Orion gladius dictus est. Unde etiam eum Latini Jugulam vocant, sidus, ut videtur, armatum et stellarum luce terribile, quod ignorare magnæ difficultatis est, adeo ut quamvis rudes oculos, tamen præ fulgoris splendore in seipsum rapiat. Hi quippe Oriones in ipso pondere temporis biennalis exoriuntur, suoque ortu imbres et tempestates excitant, et maria terraque perturbant.

9. Oriones autem significant martyres. Nam sicut isti nascuntur in coelo tempore hiemis, ita in Ecclesia martyres procedunt tempore persecutio- nis. Procedentibus Orionibus, mare turbatur et terra; obortis vero martyribus, terrenorum et infidelium corda tempestate jactantur.

10. Lucifer, stella nitens, quæ omnium maxima et clarior esse videtur. Nam quemadmodum sol et luna, ita hæc umbram facit. Ista igitur orientem solem præcedit, atque mane nuntians tenebras noctis lumine sui fulgoris dispergit. Cujus figura est Christus, qui, velut Lucifer, per incarnationis mysterium pro- duicitur; per quem lux fidei, tanquam dies secutura, monstratur.

11. Lucifer autem bipertitus est: sicut hujus pars sancta est, sicut Dominus in Apocalysi de se et Ecclesia dicit: *Ego sum genus et radix David, Stella splendida et matutina. Item: Qui vincit, dabo ei stellam matutinam.* Pars autem alia Luciferi, diabolus esse dignoscitur. De quo scriptum est: *Quomodo cecidisti de caelo, **41** Lucifer, qui mane oriebaris?* et quod etiam in

7. Ab eo quod septem sunt. Clem., Strom. vi, septem esse serio affirmat, et Basil. in cap. iii Isa. septem ait apparere, quamvis parvas et glomeratas, et Ovid. fast. iv:

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Cic. ex Arato:

Hæc septem vulgo perhibentur more vetusto Stellaræ, cernuntur vero sex undique parvae. At non interius putari convenit unam, Sed frustra temere a vulgo ratione sine ulla Septem dicier, ut veteres statuere poetæ, Astero cunctas ævo, qui nomine dignant Alcyone, Meropeque Celeno, Taygeteque. Electre, Steropeque simul sanctissima Maia.

8. Orion stella est\*. Asterisco notavimus locum, quem facile explere possis, vel ex tertio Etymolog. vel ex Arati interprete a quo Isidorus hæc mutuatus est. Sic enim ille: *Orion, qui et incola dicitur, ante tauri vestigia fulget, et dicitur Orion ab urina, id est ab inundantia aquarum. Tempore enim hyemis habet orum, cum more et terras tempestatibus turbat. Hunc*

A coelo super stellas Dei dicit se sedem positurum, et cadens de coelo confringitur.

12. Vesperus est stella occidentalis noctem du- cens. Hic solem occidentem sequitur, et tenebras succedentes præcedit. Hic autem Antichristi exprimit typum, qui tanquam vesper consurgit, ut ait Job, su- per filios terræ, ut cæca noctis successu carnarium corda offuscat. Quod ideo auctore Deo fit, quia pro infidelitate præcedenti, qua renuerunt Christo crede- re, Antichristum suscipere meruerunt.

13. Cometes stella est quæ velut comas luminis ex se fundit. Hæc cum nascitur, aut regni mutatio- nem fertur ostendere, aut bella, aut pestilentias surgere. De qua Prudentius ait: *Tristis cometæ in- tercedit. Et Lucanus:*

. . . . Et terris minitantes regna cometæ.

Et Virgilius :

. . . Nec diri toties arsere cometæ. Genethliaci autem omnes stellas erraticas quibusdam temporibus cometas fieri dicunt, et prout cuique sunt motus, ita secunda vel adversa portendere.

14. Sirius stella est, quam vulgo Canem appellant. Sirius quippe appellata propter flammæ candorem, quod ejusmodi sit ut præ cæteris lucere videatur. Hæc oriens mundum ardoris nimio calore incen- dit, et æstu suo fructus exurit. Interdum et morbo afficit corpora, corrumpens aerem flagrantia ignis. Ab hac enim stella dies Caniculares nominantur, quoniam hi plus flagrant ardoribus quam totius æstatis tempus.

C

## CAPUT XXVII.

*Utrum sidera animam habeant.*

1. Solet autem quæri, ut ait sanctus Augustinus, utrum sol **42** et luna, et aliæ stellæ, corpora sola sint, an habeant rectores quosdam spiritus suos. Et si habent, utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut animantur canes per animas animalium, an sola sine ulla permitione præsentia. Et dum motus alicujus corporis sine anima esse non possit, stellæ, quæ cum tanto ordine ac tanta ratione moventur, ut in nullo prorsus aliquando cursus earum impe- diatur, utrum animentes sint, et rationabiles videantur, non facile comprehendi potest.

Romanii jugulam vocant, eo quod sit armatus, ut gladius, stellarum luce terribilis, etc.

Ibid. Hic Orion gladius. Ita impress. Pejus multo manusc. omnes: *Hic autem Orion a gladio dictus est.*

Ibid. In nota Grialii fortasse legendum jugula pro incola. AREV.

10. Lucifer stella nitens. Plura hic leguntur in qui- busdam libris, e tertio Etymologiar. hic accita, neque enim in vetustioribus reperiuntur.

13. Cometes. Totidem sere. iii Etymolog.

Ibid. Intercidit. Ita reposui ex Prudentio. Gria- lius, intercedit; nonnulli MSS., inedit. AREV.

14. Sirius quippe appellatur propter flammæ can- dorem, Rectissime, ut ne suspicio quidem illa restet de emendatione loci libri iii Etymolog. Arati interpres: *Sirium autem stellam vocalam putant propter flammæ candorem.*

Ibid. *Æstatis tempus. Ali., Æstatis tempus xv dies de Julio, et xx de Augusto.* AREV.

Cap. XXVII. — N. 1. Ut ait S. Augustinus. Extro- mo libro secundo de Genes. ad litteram.

2. Salomon autem cum diceret de sole : *Gyrans* A *gyrando vadit spiritus, et in circulos suos revertitur, ostendit ipsum solem spiritum esse, et quod animal sit, et spiret, et vigeat, et annuos orbes suos cursu compleat, sicut et poeta ait :*

*Interea magnum sol circumvolvitur annum.*

Et alibi :

*Lucentemque globum lunæ, Titubaque astra  
Spiritus intus alit.*

Quapropter, si corpora stellarum animas habent, querendum quid futuræ sint in resurrectione.

#### CAPUT XXVIII.

*De nocte.*

1. Ambrosium in libro Hexaemeron legi dicentem : « Quæritur qualiter spatium aeris occupet umbra terræ efficiens nobis noctem, cum sol recedit a nobis diemque obdūcit, cum inferiora axis septentrionalis illuminat. Omne enim corpus umbram facit, et naturaliter umbra corpori adbæret, adeo ut etiam pictores umbras corporum quæ pinxerint niantur exprimere, idque artis esse asserant non intermittere vim naturæ.

2. Ergo sicut in die cum a parte solis aliquod corpus hominis vel arboris occurrit, ex ea parte quæ lumen repercutitur umbra subsistit; 43 sic cum rececente die sol ad eum locum pervenerit ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur, sique terræ objectu a septentrionali parte obumbratur aer, adeo ut nobis noctem efficiat hæc ipsa umbra terrarum.

#### CAPUT XXIX.

*De tonitruo.*

1. Tonitrua autem ex fragore nubium generantur. Concepti enim intra sinum nubium ventorum spiritus versantur ibidem. Cumque vehementer sese erupturi eliserint, et virtutis suæ mobilitate in quam-

2. Quærendum quid futuræ sint in resurr. Leguntur hæc in mss. o. quæ videntur sumpta e lib. x de Civit., cap. 29.

Ibid. In Vulgata : *Cyat per meridiem, et flectitur ad Aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.* Versus Virgilii primus existat lib. ii Aeneid., 384, alii lib. vi, 724. Verba Quapropter, etc. absunt ab Editione antiqua. Confer cap. 5. libri de Ordine creaturarum. AREV.

CAP. xxix. N. 1. Ambrosium in Libro Hexaemeron. iv, cap. 3.

2. *Ad eum locum pervenerit ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur.* Non sunt hæc Ambrosii, sed Hygini verba superius cap. 21 a nobis relata.

Ibid. *Sicque terra objectu, a septentrionali parte obumbratur aer.* Voces a septentrionali parte, addidit Isid. quæ apius collocarentur sic : *Obumbratur aer a septentrionali parte, ne objici terra videretur a septentrionali parte.*

CAP. xxix. — N. 1. Tonitrua. Amb. lib. ii, cap. 4 : *Neque enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari.* Unde et de tonitribus, quæ concepto intra sinum nubium spiritu cum se vehementer eruptras eliserit, magno concrepant sonitu, ait Scriptura : *Firmans tonitrua.* Suspicio autem verba Isidori : *Et in morem exsilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emititur, desiderari apud Ambrosium restituendaque ex hoc loco : ante illa verba ait Scriptura, ut parenthesis includantur, totusque locus ita legatur : Neque enim firmamentum*

PATROL LXXXIII.

A libet partem eruperint, magno concrepant murmur, et in morem exsilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emititur.

2. Alias autem tonitruum divinæ vocis supernæ est increpatio, sive clara prædictatio sanctorum, quæ clamore fortis per totum orbem terrarum in auribus fidelium perstrepit, per quod possit culpam suam admonitus agnoscere mundus.

#### 44 CAPUT XXX.

*De fulminibus.*

1. Aiunt naturalium scrutatores causarum, quod ex collisione atque attritu nubium fulgura generentur ad instar silicum duriorum quos cum compulseris invicem sibi, medius ex his ignis elabitur, vel quemadmodum si lignum ligno ras, ignem emitit. Unde et Papinius :

*Fulguraque attritis quotiens micare procellis.*

Hac itaque ratione, cum nubila invicem in se fuerint collisa, illico fulmina mittuntur.

2. Dehinc sequuntur tonitrua, quæ licet sonitu tardiora sunt, præcedenti concussi luminis claritate, pariter tamen cum fulgere emittuntur. Sed eorum sonitus tardius penetrat aures quam oculos splendor fulgoris, ad instar securis arborem procul cedentis, cuius quidem ante cernis ictum quam ad aures perveniat sonitus. Ergo nubium attritu fulmina nascuntur. Nunquam enim sereno cœlo fulgura micuerunt. Unde et Virgilius :

*Non alias cœlo occiderunt plura sereno  
Fulgura.*

3. Fit enim fulmen nube, imbre et vento. Nam cum C ventus in nubibus vehementer agitatus est, sic incalescit, ut incendatur. Dehinc, ut prædictum est, fulgura et tonitrua simul exprimuntur. Sed illud celestius videtur quia clarum est, hoc autem tardius ad aures pervenit. Post fulminis autem jactum, vento-

hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari, Ideo et firmamentum dicitur, quod non sit invulnatum neque remissum. Unde et de tonitribus (quæ concepto intra sinum nubium spiritu cum se vehementer eruimus eliserit, magno concrepant sonitu, et in morem exsilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emititur) ait Scriptura.

CAP. xxx. — N. 1. Aiunt naturalium scrutatores... pervenient sonitus. Concinnavit hæc ex Lucretii versibus hisce. lib. vi :

D Folget item nubes ignis cum semina multa  
Excussere suo concursu, ceu lapidem si  
Percutiat lapis, aut ferrum ; nam tuoc quoque lumen  
Exsilit, et claras scintillas dissipat ignis.  
Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus  
Fulgere quam cernant oculi, quia semper ad aures  
Tardius adveniunt, quam visum, quæ moveant res.  
Id licet hinc etiam cognoscere, cedere si quem  
Ancipiuti videoles ferro procul arboris auctum.  
Aute fit, ut cernas ictum quam plaga per aures  
Det sonitum : sic fulgorem quoque certiorum ante  
Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittunt igni  
E simili causa et concursu natus eodem.

Ibid. Compulseris. Al., expulseris. Forte, com-pulseris. AREV.

2. Unde et Virgilius : *Non alias, etc. Ad quæ verba Servius : Omen est (inquit) et in eo quod sereno cœlo fulgura missa sunt, et in eo quod plura missa sunt.*

Ibid. Grialius, tardiora sunt. AREV.

Ibid. Virgilius versus est 487 lib. i Georg. AREV.

3. Post fulminis autem jact. Ex eodem Lucretii loco

rum 45 erumpere violentiam, sicut furorem tempestatis quem in nubibus conclusi agebant exentes ad terras emittunt.

4. *Lucretius autem dicit fulmina ex minutis seminibus constare, ideo penetrabilia esse; ubique autem fulmen ceciderit, sulphuris odorem emittit.* Virgilius: Et late circum loca sulphure fumant,

*Et Lucanus:*

Aethereoque noctens sumabit sulphure ferrum.

5. In fulminibus sanctiorum accipiuntur miracula, claritate signorum ac virtutum mirantia, atque ad intimam cordis pervenientia. Sublimia loca amplius sentire dicuntur ventos vel fulminis injuriam, quam humilior terra. Unde et Horatius:

Feruntque summas  
..... Fulgora montes.

Nihil autem excelsiora loca a tempestatibus esse decera, ut Olympus, qui constitutio sua nec impetus ventorum, nec fulminum ictus sentit, quia nubes excedit.

#### CAPUT XXXI:

##### De arcu.

1. Clemens Romanos antistes et martyr ita scribit: « Arcus enim in aere ex imagine solis hoc modo formatur. » Dum enim sol in nubibus rarescen-

*Ibid. Alii, erumpit violentia. A&E.*

4. *Lucretius autem dicit. lib. II, his verbis.*

Per facile est jam animi ratione exsolvere nobis Quare fulmineus multo penetrabilior ignis. Quam noster fluit et terris terrestribus ortus. Dicere enim possis coelestem fulminis ignem Subtilem magis e parvis constare figuris. Atque adeo transire foramina quae nequit ignis. Noster hic, e lignis ortus tædaque creatus.

*Ibid. Virgilius versus est 698 l. II A&E.*

5. *Fulgura montes.* Ita omnes libri, ut et Horatiani quidam.

CAP. XXXI. — N. 1. *Clemens Romanor... species ejus formatur.* Sunt haec lib. VIII Recognitionum, sed appareat Isidorum alia interpretatione usum, ac dubitari posse an ex qua circumfertur Rustini sit:

2. *Quadricolor enim est.* Tricolorem vult esse Aristoteles. Isidorum secundus est Beda.

*Ibid.* Post finem hujus capituli in nonnullis MSS. additur fragmentum magna ex parte allegoricum; quod ab Isidori stylo et usu non abhorret: « Arcus autem qui in nubibus appareat, posuit eum Deus in testamentum inter se et nos: cum autem Noah post diluvium egressus fuisset de arca, dixit ei Deus: Ponam arcum meum in nubibus, et erit testamentum inter me, et te, et erit, cum apparuerit arcus meus, recordabor saeculi mei, non adducam aquam diluvii ultra super terram. Arcus autem quatuor colores habet, id est, igneum, purpureum, album, et nigrum. Ignneum colorem trahit de celo, purpureum de aqua, album de aere, nigrum de terra; hos quatuor colores trahit de universis elementis mundi. Tres autem colores manifeste habet arcus, id est, purpureum, sulphureum et igneum. Per hos tres colores tres sententias significat: doas, que transierunt, praeteritas; tertiam, quæ ventura est. Per purpureum colorum significat diluvium; per sulphureum significat ignem qui venit super Sodomitam; per igneum colorum significat ignem qui venturus est in die judicii. Arcus, qui in nubibus appareat, cum radiat nubes ante solem, a magnitudine solis depingitur. Arcus autem, qui a sole resplendet in nubibus, Christi gloriam in prophetis ac doctoribus resurgentem; et significantiam habent hi tres colores, id est, per igneum colorum spiritum sanctum significant, ut in Evangelio ait: Ignem veni mittere super terram, ut

tibus ex adverso refulerit, radiosque suos directa linea humor in nubilo transfundens impresserit; sit repercussio splendoris ejus in nubibus, e quibus fulgor emicans arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anali imaginem exprimit, sic nubes e contra ex rotunditate solis figuram sumentes, orbem efficiunt, et arcus effigiem fingunt. Apparet autem hic non semper, sed cum radietur nubilis celo. Nam rursus cum in se essent hubes atque dehinc huius, confessim arcus forma resolvitur. In nubilum enim densitate arcus aerem in perfecto gyro complectitur. Denique sine sole et 46 hubibus nunquam apparel arcus, quia ex typo radii solis species ejus formatur. »

2. *Quadricolor enim est, et ex omnibus elementis in se rapit species.* De celo enim trahit igneum colorem, de aqua purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Hic autem arcus, pro eo quod a sole resplendet in nubibus, Christi gloriam indicat in prophetis, ac doctoribus resurgentem. Alii ex duobus 47 coloribus ejus, id est aquoso et igneo, duo iudicia significari dixerunt. Unum per quod dudum impi perierunt in diluvio; alterum, per quod postmodum peccatores cremandi sunt in inferno.

ardat. Per album colorum castitatem significat, per igneum dolorum significat persecutionem carnis. Arcus autem, qui in nubibus appareat, quadriginta annis ante diem iudicij visus non erit. Quicunque enim cum peccato vivit, mortuus est Deo, vivit diabolo. Si autem audierit Evangelium Christi, et conversus fuerit ad Deum, resurgit et vivit cum Christo. Qui vero cum peccato suo moriuntur, vadunt in poenam, resurgent ad mortem. Multi vero hic preterunt putantes se diu vivere, ideo non corruguntur. Fallit illos spes sua, non vivit homo quantum putat, non quantum sperat. Audite, ubi dicitur: Non tardes converti ad Deum. Dies malos habemus, quandiu inter homines malos vivimus, testante Apostolo: Vide quomodo caute ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, sedimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Tollit homines malos, et non erunt dies mali. Appententes res alienas, adulteri, perjuri, calumniatores, oppressores. Per homines malos sunt dies mali. Dies ergo malos habemus, quandiu inter homines malos vivimus. Qui vivendo saeculum vicerunt, Elias et Enoch. Sexto die fecit Deus hominem ad imaginum suum. Invenimus, sexto saeculo venisse Dominum nostrum Jesum Christum, ut reformatetur homo ad imaginem Dei. Primum enim tempus tanquam primus dies ab Adam usque ad Noe, secundum tempus tanquam secundus dies a Noe usque ad Abraham, tertium tempus tanquam tertius dies ab Abraham usque ad David, quartum tempus tanquam quartus dies a David usque ad transmigrationem Babylonis, quintum tempus tanquam quintus dies a transmigratione Babylonis (usque ad prædicationem Joannis). Sextum tempus tanquam sextus dies, qui modo agitur usque ad finem. Si sextus dies agitur, videte quid habeat titulus in die ante Sabbatum, quando fundata est terra. Jam audiamus ipsum psalmum, ipsum interrogemus; quoniodio fundata est terra, nec in Genesi sic legitimus. Quando ergo supdata est terra nisi cum sit (sic) cum lectum est modo in Apostolo: Sic tamen state in fide stabiles, ut omnes qui credunt per universam terram. Tunc sit homo ad imaginem Dei; quod significat sextus dies illi: de Genesi, et quomodo illum fecit Deus, quoniodio fundata est terra. Christus venit ut fundaretur terra; fundamentum enim nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus. De illo

## CAPUT XXXII.

*De nubibus.*

9. Notandum est ex libro Job, quod cogitur aer iste visibilis, ut congregetur; congregatus autem in nubes vertitur. Sic ipse dicit: *Subito aer cogitur in nubibus, et ventus transiens fugabit eis* (Job. xxvii, 21.) Et Virgilius:

*Concurrent venti, atque in nubem cogitut aer.*

Nubes autem sancti predicatorum intelliguntur, qui verbi divini pluviam eructibus fundunt.

2. Aer autem iste inanis et tenuis vacuus hominum mentes vagasque significat, qui tamen densatus in nubes vertitur, quia collectus ab inanitate ad levitatem solidatur. Et sicut ex aere inani sunt nubes pluviales, sic ad aerem mundi vanitate colliguntur sancti predicatorum. Nubes autem dictae quod ætherea obtengant, unde et *nuptæ* dicuntur, quod vultus suos velent. Unde et *Neptunus*, quod nube et mari terram tegat.

## 48 CAPUT XXXIII.

*De pluviis.*

1. Legitur in Amos propheta: *Qui vocat aquas maris, et effundit eas super faciem terræ* (Amos ix, 6). Aquæ enim amarissima maris vapore subtili calore aereo suspenduntur, instat medicinalis eucurbitæ, quæ calore superioris circuit humorem, et sanguinem sursum trahit. Hujusmodi itaque ratione aquæ maris per tenuissimos vaporēs in ære suspensæ paulatim concrescunt, ibique igne solis decoctæ in dulcem pluviam saporem vertuntur.

2. Dehinc gravescènter nube modo vi expressæ C ventorum, modo solis calore dissolutæ, in terræ faciem asperguntur. A nubibus ergo rapiuntur aquæ maris, et iterum ab ipsis redundunt in terras. Sed, sicut diximus, ut dulces possint esse in pluviis, coquuntur igne solis. Alii autem dicunt non tantummodo aquæ maris nubes concrescere, sed etiam exhalantis terræ vaporibus, nebulas adolescere, quibus densatis coactisque nubes altius surgere. Atque iisdem labentibus pluvias effundere.

3. Nubes autem, ut prædictimus, apostoli significantur atque doctores. Pluviae ergo nubium quoia sunt apostolorum, quæ quasi guttationem, id est, sententialiter veniunt, sed abundanter deinceps se cunditatem infundunt.

## CAPUT XXXIV.

*De nive.*

1. Ait Ambrosius quod plerumque glacialibus ergo cantat psalmus: *Dominus regnabit, decorum induit, etc.* Verba: *Quicunque enim cum peccato, et seqq., usque ad finem ad alium locum videntur pertinere, neque satis sint integræ.* Arev.

CAP. XXXII. — N. 1. Vid. lib. xiii Etymolog., cap. 7.

Ibid. Apud Jobum, cogetur in nubes; atque ita fortasse hoc loco reponendum. Versus Virgilii est 20, lib. v Æneid. Arev.

CAP. XXXIII. — N. 1. *Instar medicinalis eucurbitæ.* Ex Ambros., lib. II, cap. 3.

3. *Pro sententialiter*, alii *Impræssi sensualiter.* Arev.

CAP. XXXIV. — N. 1. Ait Ambros.... nix funditur. lib. II, cap. 4.

Ibid. Alli, nix funditur super faciem terræ. Nix au-

A venterum flatibus rigentes aquæ solidantur in nivem, et rapido ære nix funditur.

## 49 CAPUT XXXV.

*De grandine.*

1. Simili quoque ratione grandinum coagulatio fit. Aquæ enim nubium rigore ventorum stringuntur in glaciem, atque durescant. Dehinc glacies ipsa partim fragore ventorum communata in fragmina, (partim solis vapore resoluta), frustatim ad terras elabitus. Quod autem rotunda videatur, hoc solis calor efficit, et mora refrenantis aeris, dum per longum spatium a nubibus usque ad terras decurrit.

2. Figuraliter namque grando perfidae duritia est, torpore malitiæ frigida; nix autem homines increduli sunt, frigidissimi atque pigri, et in insima torpore mentis depressi. Item alio intellectu nives sunt homines dilectione frigentes, qui etsi existant candidi puritate baptismatis, non servent spiritu charitatis.

## CAPUT XXXVI.

*De ventis.*

1. Ventus est aer commotus et agitatus, approbante Lucretio:

Ventus enim fit ubi est agitatio percitus aer.

Quod etiam in loco tranquillissimo et ab omnibus ventis quieto brevi flabello approbari potest, quo etiam muscas abigentes aerem commovemus, flatumque sentimus. Quod cum evenierit octultiori quodam motu celestium vel terrenorum corporum per magnum spatium mundi ventus vocatur et diversis partibus coeli nomina etiam diversa sortitus.

2. Quidam autem aiunt, et quod ex aquis aer, ex aere veni nascentur. Clemens autem dicit: *Eo quod montes excelsi certis quibusdam habentur in locis, et ex his velut compressus, et coangustatus* 50 *aer ordinatione Dei cogatur, et exprimitur in ventos, quorum inspiramine et fructus germin concipiat, astivusque ardor temperient sumat, cum Pleiades igne solis ardoribus incandescerint.*

3. Venti autem, interdum angelorum intelliguntur spiritus, qui a secretis Dei ad salutem humani generis per universum mundum mittuntur. Item nonnumquam venti incentores spiritus poni solent, pro eo quod malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succidunt, secundum quod scriptum est: *Follet eum ventus urens* (Job. xxvii, 21).

## CAPUT XXXVII.

*De nominibus ventorum.*

D 1. *Primus ventorum cardinalis, Septentrionalis, fri-* tem significat blandimenta justorum in die judicii, ut est illud: *Et vestimenta ejus albæ, sicut nix.* Arev.

CAP. XXXVI. — N. 1. *Approbante Lucretio: ventus e. f. n. e. a. p. a.* Versus ex lib. vi. Quæ sententia fuit quoque Anaximandri, et Stoicorum, quos reprehendit Aristoteles.

2. *Clemens autem eo quod montes... incandescerint.* Verba sunt Clementis.

CAP. XXXVII. — N. 1. *Primus ventorum cardinalis.* Quatuor quos hic cardinales vocat, lib. xiii Etymolog. principales appellat. Nam cardinales hæc duos tantum nominat Septentrionem et Austrum, Regne a Septentrione illuc, sed ab Oriente incipit. Vid. Plin. lib. II, cap. 27.


gidus et nivalis, flat rectus ab axe, et facit arida frigora et siccas nubes. Hic et Aparcias. Circius, qui et Thrasicias, hic a dextris Septentrionis intonans facit nives, et grandinum coagulationes. Aquilo ventus qui et Boreas vocatur, ex alto flans, gelidus atque siccus, et sine pluvia, qui non discentit nubes, sed strinquit; unde et non immerito diaboli formam induit, qui iniquitatis frigore gentilium corda constringit.

2. Secundus ventorum cardinalis Subsolanus, qui et Apeliotes. Hic ab ortu solis intonat, et est temperatus. Vulturinus ipse, qui et Cæcias vocatur, dexterius Subsolani. Hic dissolvit cuncta atque desiccat. Eurus, ex sinistro latere veniens Subsolani Orientem nubibus irrigat.

3. Tertius ventorum Auster, plaga meridianæ B flante, in Oriente nubila supt, in India serena.

A cardinalis, qui et Notus, ex humili flans, humidus, calidus atque fulminans, generans largas nubes, et pluvias lætissimas, solvens etiam flores. Euroauster, calidus ventus, a dextris intonat Austri. Libonotus, vel Austroafricus ventus est temperatus, calidus a sinistris Austri spirans.

51 4. Quartus est cardinalis Zephyrus, qui et Favonus ab Occidente interiori flans. Iste biennis rigorem gratissimam vice relaxat, flores producit. Africus, qui dicitur Lips ex Zephyri dextro latere intonans : hic generat tempestates, et pluvias, et facit nubium collisiones, et sonitus tonitruorum, et cresentium fulgorum visus, et fulminum impulsus. Corus, qui et Argestes, ex sinistra parte Favonii spirans, eo



5. Quosdam autem Tranquillus proprios locorum status propriis appellat vocabulis, quo ex numero sunt : in Syria Syrus, Carbasus in Cilicia, in Propontide Thracidas, in Attica Sciron, in Gallecia Cir-

C ius, in Hispania Sucronensis. Sunt præterea quidam innumerabiles ex fluminibus, aut stagnis, aut finibus nominati. Duo sunt tamen extra hos ubique spiritus magis quam venti, aura et altanus.

3. *Libonotus*. Mendose libri O., etiam Bedæ, *Euronotus*. Idem enim Euronotus qui et Euroauster.

5. In Propontide *Thracidas*. Ita Ms. O.; Siracidas Impress.; nisi forte Thrasicias qui supra diem cum Circio.

*Ibid.*, *Aura et altanus* Vid. Serv., et Plin., lib. II. cap. 14. Versus, qui de his ventis in excusis libris corruptissimi feruntur, a Manusc. absunt, in Ovetensi Goth. separati ab hoc opere leguntur prope integri, quos, quia non prorsus inelegantes, et antiquiores Isidorovi visi sunt, propoundentes putavimus. Sunt autem hi :

Quatuor a quadro consurgunt limite venti.  
Hos circumgeminis dextra, lævam jugantur,  
Atque ita biseno circumdant flamine mundum.  
Primus Aparcias, alta qui spirat ab axe :

Huic nomen nostra e lingua Septentrio fixit. Circius huic dexter gelido circumtonat antro. Thrasiam Graii propria dixerat loquela. Huic laetus Boreus glaciali turbine mugit : Frigidus bic Aquilo nostris vocatur in oris. At Subsolanus flat rectus solis ab ortu, Graecus Apeliotes aplo quem nomine signat. Huic at Vulturinus dextra de parte levatur, Attica Græciam Graii quem littora signant. Nubifero flat levigatas irrigat auras Dorica quem simili designat nomine lingua. At Notus e medio solis dat flamina cursu : Austrum rite vocant, quia nubila flatibus haurit. Euronotus cui dexter adest, quem nomine misto, Ekuostrum Latii dixerunt voce Latini. Libonotus lævam calidis adtaminat auris, Atibus immeensis ardens, Austroafricus hic est.

## 52 CAPUT XXXVIII.

*De signis tempestatis vel serenitatis.*

1. Tempestas turbo est divini judicii, sicut propheta ait : *Deus in tempestate, et turbine viae ejus* (*Nahum. I. 3.*) Serenitas autem gaudium est lucis aeternae. Signa autem tempestatum navigantibus Tranquillus in Pratis sic dicit : *Mutatio tempestatis expectanda est in asperius, cum in nocturna navigatione scintillat ad remos, et ad gubernacula aqua. In Austrum venti mutatio est, cum lulligines, hirundinesve volant, aut cum delphini totos se saltibus ostendunt, et caudis aquam ferunt. Nam semper inde ventus oritur quo illi feruntur. Nec mirum est muta animalia divinare sub gurgite. Semper enim incipientis auræ motu aquæ inclinantur, quam permutationem maris primi undarum incole sentiunt. Itaque propter impetum pugnant, sive metu, ne deferantur in littora; sive natura, ne aversorum cervices unda præcipiet. Quid ergo? Delphini tantum hanc injuriam timent? Imo et cæteri pisces. Sed hi tantum apparent, quia exsilunt.*

2. Item Varro dicit signum esse tempestatis, dum de parte Aquilonis fulgurat, et dum de parte Euri intonat. Nigidius quoque ait : *Luna si summo corniculo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbre fore; si in medio, tunc cum plena sint in ea cornicula, serenitatem. Certe si rubet, quasi aurum, ventos ostendit. Fit enim ventus ex aeris densitate, densitate obducta, sol ei luna rubescunt. Item si cornua ejus tecta fuerint nebula, tempestas futura est.*

53 3. Aratus autem dicit, si Aquilonium cornu lunæ sit correctius, Aquilonem imminere. Item si cornu Australis sit erectius, Notum imminere. Quarta autem luna futurorum index certissima habetur aurarum. Unde et Virgilii dicit :

Solis ab occasu Zephyri tuba florea servat,  
Ex Itala nomen cui fixum est voce Favoni.  
Huie dextram tangit dictus lips Attide lingua:  
Africus his propria veniens regione vocatur.  
At tu Core fremis Zephyri de parte sinistra:  
Argentea Graio vocitarum ore Camene.

Ibid. Grialius in *textu Thracidas*, in not. *Iracidas*. Quid sentiendum sit de versibus de ventis, quos Grialius in not. proferat, dixi in *Isidorianis*, cap. 76, n. 20 et 21. Nunc varias lectiones exhibeo ex Codice Vaticano Ottobonianum 6, p. 25, ubi rubrica est, *versus ventorum*, et ex *Albanio*. Vers. 1, *limine pro limite*. V. 4, *altus pro alto*. V. 5 : *Huic nostra nomen lingua Septentrion fixit*; in *Bigniana Editione finxit*, pro *si sit*, atque ita etiam nonnulli MSS. habent. V. 6, *hunc dextro, vel huic dextra, pro huic dexter*. V. 10, *medio flat rectus pro flat rectus solis*. V. 13, *littera signat pro littora signant*. V. 14 :

*Nubifero flatu littorum latus irrigat Eurus.*

V. 20, *ad nominat pro adtaminat*. V. 23, *huic dextra mugit, pro huic dextram tangit*. AREV.

CAP. XXXVIII. — N. 1. *Tranquillus in pratis sic dicit*; al., *tranquillis in portis*; al. *Tranquillus in pratis*; al., *Tranquillus in partes*. Legerem *Tranquillo in portu sic disces*; nisi *Tranquilli in cap. de Ventis meminisset*, et quosdam *Græcorum libros suos letiūras*, hoc est, *prata inscripisse*, diceret in *praetatione Plinius*.

2. *Dum de parte Aquilonis fulg.* Virgil. :

At Boreæ de parte trucis cum fulminat, et cum Eurique Zephyrique tonat domus, omnia plenis Rura natant fuisse.

A Sin ortu in quarto, namque is certissimus auctor: Plura neque obtusis per cœlam cornibus ibit. Totus et ille dies, et qui nascentur ab illis Exactum ad mensem pluvia, ventisque carebunt.

4. *Item idem Virgilius dicit: Si sol in ortu suo maculosus sit, atque sub nube latens, aut si dimidia parte apparuerit, imbre futuros. Item Varro ait: Si exoriens concavus videbitur, ita ut in medio fulgeat, et radios faciat partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, tempestatem humidam et ventosam.*

B 5. *Item idem, Si sol, inquit, rubeat in occasu, sincerus fere dies erit: si palеat, tempestates significat. Nigidius quoque: Si pallidus, inquit, sol in nigras nubes occidat, Aquilonem ventum significat. Item Dominus in Evangelio: Si facto, inquit, vespere rubicundum fuerit calum, mane serenum erit. Si mane rutilat triste calum, tempestas futura erit, et cum Auster ventus flaverit, cæstus erit.*

## CAPUT XXXIX.

*De pestilentia.*

1. Pestilentia est morbus late vagans, et contagio suo, quæque tetigerit, polluens. Hæc enim ægritudo non habet spatum temporis quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus languor sinuus cum morte venit. Quæ sit vero causa hujus pestilentiae 54 quidam dixerunt: *Quando pro peccatis hominum plaga, et correptio terris injicitur, tunc aliqua ex causa, id est, aut siccitatis, aut caloris vi, aut pluviarum intemperantia aer corrumpitur. Sicque, naturalis ordinis perturbata temperie, inficiuntur elementa, et si corruptio aeris, et aura pestilens, et oritur pernicies, et corruptio elem. vitium in homines, et cætera animantia. Unde et Virgilii:*

*Corrupto coeli tractu miserandaque venit,  
Arboribusque satisque iues.*

*Ibid. Nigidius quoque... carebunt. Verba sunt interpres Arati, e quo sunt multa restituta, nam mendosissima in omnibus libris erant. Sed eadem longe elegantius Maro :*

*Luna revertentes cum primum colligit ignes,  
Si nigrum obscuro....*

*Ibid. Si cornua ejus tecta fuerint nebula Ita Ms. O. tetra fuerint, apud Arati interpretem.*

*Ibid. Futura est. Alii addunt, et cum Auster ventus flaverit, cæstus erit; quod alii in fine capituli exhibent. AREV.*

3. *Si Aquilonium cornu luna sit correctius, Aquilonem imminere. Item si cornu Australis sit erectius. Ita constanter omnes libri, et apud Arati interpr. Cur autem luna, vel erecta, vel prona videri solet, vid. Bed., cap. 24, lib. de Nat. Rer. Edit. 2.*

*Ibid. Versus Virgilii sunt 432 et seqq. lib. I Georg. AREV.*

4. *Si sol in ortu suo maculosus... tempestatem significat. Verba sunt ejusdem interpretis.*

5. *Rubeat in occasu. Voces in occasu deerant in omnibus nostris libris.*

*Ibid. Sincerus fere. Vox fere non est in Arati interprete, legitur vero in omnibus nostris libris.*

CAP. XXXIX. — N. 1. *Quidam dixerunt. Clemens significat, lib. VIII Recogn., cuius hæc sunt verba: Quando pro peccatis..... et cætera animantia.*

*Ibid. Quæque. Hoc est, quæcumque, ut apud alios, et apud ipsum Isidorum alibi. Nonnulli habent pene omnia quæ, alii solum quæ. Versus Virgilii sunt 438 et seq. lib. III Aeneid. AREV.*

**2.** Item alii aiunt pestifera semina rerum multa ferri in aere, atque suspendi, et in externas coeli partes, aut ventis, aut nubibus transportari. Deinde quaqua feruntur, aut cadunt per loca et germina cuncta ad animalium necem corruptunt; aut suspensa manent in aere, et cum spirantes auras, illa quoque in corpus pariter absorbemus, atque inde langescens morbo corpus, ait ulceribus letis, aut percussione subita examinatur. Sicut enim crux novitate, vel aquarum corpora advenientium tentari consueverunt, adeo ut morbum concipient, ita etiam aer corruptus ex aliis coeli partibus veniens, subita clade corpus corruptit, atque repente vitam extinguit.

### 55 CAPUT XL.

*De Oceano.*

**1.** Cur Oceanus in se reciprocis aestibus revertatur, quidam aiunt in profundis Oceanus esse quosdam ventorum spiritus, veluti mundi nares per quas emissi anhelitus, vel retracti alterno accessu recessuque, nunc evaporante spiritu efflent maria, nunc retracte reducant. Quidam autem volunt cum augmendo lunari crescere Oceanum, et tanquam ejus quibusdam spirationibus retrorsum trahatur, et iterum ejusdem impulsu ac retractu, in mensuram propriam refundatur.

**2.** Alli quoque Oceanus undis alii sidera dicunt, solumque de Oceano aquam haurire ignibus suis, et circum omnia sidera fundere, ut ea temperet, quia sunt ignea. Unde dicunt quia cum haurit undas, erigit Oceanum. Sed utrum ventorum spiritu aquae erigantur, an lunari cursu ingressant, an sole trahente decrescent, hoc soli Deo cognitum est, cuius et opus mundus est, solique omnis mundi ratio nota est.

**2. Item alii aiunt pestifera semina rer. Operae premium quibus ex verbis Lucretii quae restant hujus capituli conflarunt, inspicere. Is igitur ita lib. vi :**

Primum multarum semina rerum  
Esse, supra docui, quae sint vitalia nobis,  
Et contra quae si sit morbo mortificare necesse est.  
Multæ volare ea cum casu, sibi forte cohæria,  
Et perturbant coram, fit mprbilis aer.  
Atque ea vis omnis morborum, pestilentialaque,  
Aut extrinsecus, et nubes, nebulaeque superne  
Per celum venient, aut ipsa aere morborum  
De terra surgunt, ubi putrefactum humida uacta est.  
Intempestivis pluvialisque, et solibus ista,  
Nonne vides etiam coeli novitatem et aquarum,  
Tentari procul a patria quicunque domoque  
Adveniunt, idea quia longe discrepat aer.

Ei paulo post :

Proinde ubi se eccliam, quod nobis forte alienum est,  
Commovet, atque aer inimicus serpere caput,  
Ut nebula, ac bullæ paulatim rapit, et omne  
Qua graditur coniurabit, et immutare coactat.  
Fit quoque ut in nosfrum, cum venient denique opulum,  
Corrumpt, reditque sui simile, atque alienum,  
Hec igitur subito clades nova, pestilentialaque,  
Aut in aquas castit, aut fruges persidit in ipsis,  
Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus,  
Aut etiam suspensa manet vis sore in ipso.  
Et cum spirantes multæ hiq; duriorum auras,  
Illa quoque in corpus periter sorbere necesse est,

*Ibid.* Spirantes, Reponendum videtur spiramus, aut cum Lucretii versibus citatis, cum spirantes deinceps auras. AREV.

**CAP. XL.** — **N. 4.** *Quidam aiunt in profundis Oceanis esse quosdam meatus. Plato in Phaedone.*

*Ibid.* Efflent maria, nunc retrostante reducant. E.,

**3.** Oceanus autem magnitudo incomparabilis, et intransmeabilis latitudo perhibetur. Quod etiam Clemens discipulus apostolorum visus est indicare, cum dicit : Oceanus intransmeabilis est, et hi qui ultra eum sunt mundi. Philosophi autem aiunt quod post Oceanum terra nulla sit, sed solo dense aere nubium cæntineatur 58 mare, sicut et terra subterius, ideo si Lucanus :

*Cura mare convolvit genitos, sum littora Thelys  
Noluit illa pati casu contenta tenere,  
Tunc quoque tanta malis moles crevisset in astra,  
Ni superum rector pressisset nubibus undas.*

### CAPUT XL.

*Cur mare non erescat.*

**1.** Cur mare magis non fiat, ac tantis fluviorum copiis nullatus crescat, Clemens episcopus dicit, eo quod naturaliter salsa aqua fluentum dulce in se receptum consumat, eo quod fit ut illud saltem maria elementum quantumcumque recipit copias aquarum, nibilominus exhaustat. Adeo etiam quod venti rapiunt, et vapor calorique solis assumit. Denique videmus lacus multasque lacunas parvo sub momenti spatio ventorum flatibus solisque ardore consumi. Solomon autem dicit : Ad lacum unde exire, summa revertuntur (Eccles, i, 7).

**2.** Ex quo intelligitur mare idem non erescere, quod etiam per quosdam occulte profundi mentus aquæ revolutæ ad fontes suos refluant, et solito cursu per suos amnes recurrant. Mare autem propterea facilius est, ut omnium cursus fluviorum recipiat. Cujuis enim sit altitudo diversa, indiscreta tamen dorsi ejus aquatilis. Unde æquor appellatum creditur, quod superficies ejus æqualis sit; physici autem dicunt mare aliud esse terris.

*effluent m. n. r. reducuntur.* Ita enim paulo post retrorsum trahi et refundi dicit, nisi ad nares referri possit.

*Ibid.* Quidam autem poluni cum aquamento lacu refundatur. Verba sunt Ambrosii, lib. iv, in libro capituli septimi.

*Ibid.* Quidam, etc. Alii : « quidam philosophi mundum, ut refert Solinus, ex quatuor elementis, quasi quoddam animal est, et dicitur concretum, mortuusque quoddam spiritu, et sic ut in corporibus nostris respirandi habeatur communis, ita in profundis Oceanis esse quosdam meatus repletos spiritu ventorum, velut mundi nares, etc. » Post valent nonnulli addunt ut ait Ambrosius. ARBY.

**2.** Alii Oceanus undis ali disserunt sidera. Vid. sup., D cap. 15.

**3.** Quod Clemens, apostolorum discipulus, auctor fuerit librorum Recognitiōnū, jam etiam agerunt Athanasius, Eusebius, et alii. Nonnulli tamen, ut sanctus Epiphanius, et Bullinus, opus illud a sancto Clemente scriptum fuisse existimant, sed ab hereticis corruptum. Lucani versus sunt C23 et seqq. lib. v. Grialius, mendose, tenere pro teneri. AREV.

**CAP. XL.** — **N. 4.** *Clemens episcopus dicit.* Lib. VIII Recognit.

*Ibid.* Adeo etiam quod venti rapiunt. Lucretius :

*Præterea magnam sol partem destruit zem.*

*Ei mag :*

*Tum porro venti magnam quoque tollere partem,  
Humoris possunt....*

*Ibid.* Lacus, multasque lacunas. Lucretii verbis lusisse videtur : *Multosque lacus, mysticisque lacunes.*

## CAPUT XLII.

*Quare mare salam habeat aquam.*

4. Ruersus Ambrosius doctor docuit dicens : *Mare ipsum circa dicunt 53 veteres saltem, atque amaras habere aquas, praeterea quod est quae ex diversis fluviiis in id influunt, solis ardore, ac ventorum flatibus absumantur, tantumque diurno tempore consumuti, quantum per singulos dies ex annis amniuum eversibus in ipsum inveniuntur. Quod etiam solis ratione fieri perhibetur, qui quod purum, ac leva est ad se rapit, quod vero grave ac terrenum reliquit, quod etiam amarum et impotabile sit.*

## CAPUT XLIII.

*De Nilo.*

1. *Egyptus aeris calorem semperque solem habet; nunquam imbres vel nubes recipit, cuius loca Nilus fluvius aestate tempore inundat, quo pro pluviis utuntur. Oritur enim fluvius idem inter Austrum et Ortum. Etesiarum autem fatus a Zephyri parte, id est, ab Occiduo flat, et habet certum tempus. Nascuntur enim mense Maio, quarum fatus initio languens est, sed per dies augescit.*

2. *Nam flant ab hora sexta in decimam. Harum igitur fatus resistente undis, oppositisque etiam ostiis ejus, quibus in mare influit, arenarum cumulis, Nili fluctus intumescunt, ac retro reverti coguntur. Sicque aquæ excurrentes propelluntur in Austrum. Quibus congestis, Nilus in Egyptum erumpit. Quiuscenibus quoque Etesiis, ruptisque arenarum cumulis, rursus in suum alveum reddit fluvius.*

## CAPUT XLIV.

*De nominibus maris et fluminum.*

1. In Pratis Tranquillus sic asserit dicens : *Exter-*

*Cap. xlii. — N. 1. Rurus Ambrosius, impotabile sit. Lib. ii, cap. 3.*

*Ibid. Ac ventorum flatibus. Hæc verba non sunt Ambrosii, sed veluti ex præcedenti capite repetita.*

*Ibid. Quod etiam solis ratione. Hoc est, solertia et iudicio ei discernendi quædam vi. Itaq; enim Ambrosius : *Quod ex solis quædam dijudicatione fieri perhibetur.**

*Cap. xlii. — N. 1. Totius capitis sententia sumpta et Lucretij ead. de re elegansissimis versibus. lib. vi : *Nilus in aestate crescit, etc. Sed verba Lucretii (quibus libenter uti solet) hoc loco dedita opera fugisse videtur.**

*Cap. xliv. N. 1. De hoc capite, quod nunc primum prodit, nonnulla observavi in Isidorianis, cap. 76, num. 11. Collatis inter se multis ac variis MSS. scripturam quæ optima visa est selegi. Pro in Pratis aliis habent in quælibet libro Putram. Vide not. ad cap. 38, num. 1. Fabricius, Bibliothe. Latij., lib. ii, cap. 24, n. 6, putat, legendum in Variis; nam Suetonii Tranquilli opus de Rebus variis laudant Servius et Carisius; sed non improbat quod Suetonius libros suos de Rebus variis Prata inscripsit, ut Grialius existimat. Minus vero probat quod alii reponunt in Parergis, vel in Arateis. Pro externum, aliis exhibent extrenium. Itro superum et inferum, aliis supernum et infernum. AREV.*

2. *Festus : Estuaria sunt omnia, qua mare, etc. Ex conjectura rescripsi vada; nam in MSS. erat vaga, aut uaga. Seneca, in Agamenn. vers. 872 :*

*Hæc inopis unde brevia communuant vada.*

*Virgilii, I Aeneid., 115 : In brevia et syrtes. AREV.*

3. *Pæstanus. Ita edendum colligo ex Cicerone, ad Attic., epist. 8, lib. xvi : Duo sinus fuerunt, quos trans-*

*Anum mare Oceanus est, internum, quod ex Oceano fluit, superum, et inferum, quibus 58 Italia attulit. Ex his superum Adriaticum dicitur, et Tuscum inferum.*

2. *Fretum angustum, quasi servens mare, ut Siculum et Gaditanum. Estuaria sunt omnia per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit. Altum, propriæ mare profundum. Vada, quibus in mari potest stari, quæ Virgilius brevia appellat, quæ eodem Graeci brachya.*

3. *Sinus maiores recessus maris dicuntur, ut Caspius, Arabicus, Indicus. Minores autem anguli, ut Pæstapua, Amyclanus, et cæteri similes. Flustra motus maris sine tempestate fluctuantis. Nævius in Bello Punico sic sit : Onenaria onusæ stabant in flustris, ac si diceret in solo.*

B 4. *Moles, quæ eminent, et procurrunt mari. De quibus Pacuvius : Omnes latbras sublata mole obtrusas. Sinus cæcus fluctus tumens, needum tamen canus. De quo Atta in Togatis sic sit : 59 Pro populo fluctus cæcos faciunt per discordiam. Et Augustus, inquit, Nos venimus Neapolim fluctu quidem cæco.*

5. *Ditus, quidquid aqua alluit, flumen omnis humor, qui vel modice fluit. Torrens fluvius, qui pluvia crevit, siccitate torpescit : de quo Pacuvius : Flammeæ propiore torrens torpe. Dæna exiit fluminum in Mare. Tafæ aquarum projectus, quales sunt in Apriene flumine quædam maxime precipites.*

## CAPUT XLV.

*De positions terræ.*

C 1. *Qualiter terra super aerem fundata libratis creditur stare ponderibus, sic dicit Ambrosius : De*

*mitti oportuit, Pæstanus, et Vibonensis. In MSS. erat Perianus. Pæstum olim urbs, nunc vicus est Lucanizæ. In nonnullis MSS. erat Amyclanus fluctuantis. Omisi fluctuantis, quia deesse hæc vox in Vatic. Palat. 1448. Alioquin conjici posset Amyclanus, seu Fundanus. In Cod. Albanio, Amyclanus, et certi similes. De sinu Amyclano, qui et Fundanus dicitur, Plinius, lib. xiv, cap. 16. Quod autem angulus pro sinu maris accipiat, constat ex Catone apud Carisium lib. II. pag. 185. Puisch. : *Mare uolis florere videres ultra angulum Gallicum. De flistro, seu flistris, Festus, et Tertullianus de Pallio, cap. 2. Sed Festus flustra ait esse, cum in mari fluctus non inovetur. Pro flustra alii MSS. Isidori habent flustrum, et stabunt, pro stabant. Codex Alban. Unerq; et onerq; stabant, etc. AREV.**

4. *Alii, sub leta mole abstrusas; fortassis sublata. Ex hac molis significatione ortum videtur vocabulum Hispanum muelle de molibus, quæ in portibus ad reprimendos fluctus extrahuntur. Vox sinus hoc loco nescio quid sit. Libenter legerem : obtrusas in sinu, vel obrutæ sinu. Cæcus fluctus, etc. Fluctus cæci hac eadem significatione alii etiam meminierunt, Sisennas, apud Nonium, c. 6, n. 7, et Livius, apud Senecam, Suasor. 7. AREV.*

5. *Alluit. Ali. attulit. Pacuvii verba intelligenda et reformanda sunt ex dictis in not. ad lib. xiii Eymolog., c. 21, n. 2. In MSS. erat torret pro terre. Pro tollæ, aliis tulli, aliis tolli, alijs tollæs. Pro tumora in faucibus adhiberi solet tollæs, tollæ, tollæ, tollæ. Inde puto trâctam significationem ad præcipites aquarum projectus, quia his in locis timent aquæ. Quid, si legas, tholi. AREV.*

Cap. xlvi. — N. 1. Sic dicit Ambrosius. Lib. I, cap. 6.

Ferræ autem qualitate, sive positione sufficiat secundum Scripturam Job sciendum quia suspendit terram in nihilo. » Philosophi quoque similiter opinantur, aere denso terram sustineri, et quasi spongiam mole sua immobilem pendere, sicque, ut æquali motu hinc atque inde, veluti alarum suffulta remigiis, ex omni parte librata propendeat, nec in partem possint inclinari alteram.

2. Verum tamen, utrum, densitate aeris sustineatur, an super aquam pendeat, quia scribitur qui fundavit terram super aquas (*Psalm. cxlv, 6*) ; vel quomodo aer mollis tantam mollem possit sustentare terrenam; aut si super aquas est tam immane pondus, quomodo non demergatur; aut quomodo æquitatis libram teneat ne in alteram partem propensa incumbat; hoc nulli mortalium scire fas est, nec nobis discutere, aut perscrutari licet cuiquam tantam divinæ artis excellētiā, dum constet eam lege majestatis Dei aut super aquas, aut super nubes stabilem permanere. Quis enim, inquit, Salomon, sufficit narrare opera illius, aut quis investigabit magnalia ejus? Ergo quod mortalium naturæ secretum est, divinae potentiae relinquendum est.

## 60 CAPUT XLVI.

*De terræmotu.*

1. Sapientes dicunt terram: in modum spongæ esse, conceptumque ventum rotari, et ire per cavernas. Cumque tantum ierit, quantum terra capere non possit, huc atque illuc ventus fremitum et murmura mittit. Dehinc quærentis vi viam evadendi, dum sustinere eum terra non potuerit, aut tremit, aut dehiscit, ut ventum egerat. Inde autem fieri terræmotum, dum universa ventus inclusus concutit.

2. Unde et Sallustius: Venti, inquit, per cava terræ præcipitati, rupti aliquot montes, tumultique sedere. Ergo, ut diximus, tremor terræ, vel spiritu venti per cava terræ, vel ruina inferiorum, motuque undæ existit. Sic enim et Lucanus ait :

Terra debiscente  
Insolitis.... tremuerunt motibus Alpes.

3. Terræmotum autem illic assidue fieri, ubi cava terrarum sunt, in quibus venti ingrediuntur, et faciunt terræmotum. Nam ubi arenosum est, aut solida est terra, non ibi sit terræmotus. Terræ autem motio pertinet ad judicium, quando peccatores et terreni homines spiritu oris Dei concussi commovebuntur. Item terræ commotio hominum terrenorum est, ad fidem conversio. Unde scriptum est : Pedes ejus steterunt, et mota est terra, utique ad credendum.

CAP. XLVI. — N. 1. Hujus quoque capitil sententia e sexto Lucretii sumpta.

*Ibid.* Quærentis vi viam evadendi. Omiserant librarii illud vi sequentis alterius syllabæ vi similitudine duxi. Notum illud : *Fit via vi.*

2. Unde et Sallust. Venti (inquit) per cava terræ. Citantur eadem verba initio xiv Etymolog., et a Serv., Georg. ii ad vers : *Unde tremor terris.*

*Ibid.* Motuque undæ. Lucretius :

Fit quoque ubi magnas in aquæ, vastasque lacunas,  
Gleba velutata e terra provolvitur ingens,  
Ut jacetur aqua, et fluctu quoque terra vacillet.

*Ibid.* Præcipitati; forte, præcivitari, ut mox sedere. AREV.

## CAPUT XLVII.

*De monte Etna.*

1. De monte autem Etna Justinus in libro Historiarum ita scribit, dicens : *Sicilia tellus tenuis, ac fragilis, et cavernis quibusdam, 61 fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota serme flatibus paleat, neenon et ignibus generandis nutritiisque soli ipsius naturalis materia, quippe intrinsecus strata sulphure et bitumine traditur. Quæ res facit ut spiritu cum igne introrsus collectante frequenter et compluribus locis nunc vapores, nunc fumum eructet.*

2. *Inde denique Etnæ montis per tot sæcula durat incendium, et ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum moles egerunt. Accedunt et perpetua fomenta insularum Eolidum, veluti ipsis undis alatur incendium, neque enim in tam angustis terminis aliter durare tot sæcula tantus ignis potuisset, nisi et humoris nutrimenti aleretur.*

B 3. Hinc igitur fabulæ Scyllam et Charybdim pepperere. Hinc latratus auditus, hinc monstra, hinc redditæ simulacra, dum navigantes, magnis vorticibus pelagi dissidentis, exterriti, latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago collidit. Eadem causa etiam Etnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tardi tenet, donec, per spiramenta terræ diffusus, nutrimenta ignis incendat.

4. Constat autem ad exemplum gehennæ, cuius ignis perpetua incendia spirabunt ad puniendo peccatores, qui cruciabantur in sæcula sæculorum. Nam sicut isti montes in tanta temporis diurnitate usque nunc flammis æstuantibus perseverant, ita ut nunquam extingui possint, sic ignis ille ad crucianda corpora damnatorum finem nunquam est habiturus.

## CAPUT XLVIII.

*De partibus terræ.*

C 1. Nunc terræ positionem definiemus, et mare quibus locis intersumus 62 videatur, ordine exponemus. Terra, ut testatur Hyginus, mundi media regione collocata, omnibus partibus coeli æquali dissidens intervallo centrum obtinet. Oceanus autem regione circumductionis sphæræ profusus, prope totius orbis alluit fines. Itaque et siderum signa occidentia in eum cadere existimantur.

D 2. Regio autem terræ dividitur trifariam, e quibus una pars Europa, altera Asia, tertia Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis oceani finibus, et Herculi columnis. Asiam autem,

CAP. XLVII. — N. 1. *Justinus.* Initio libri quarti, unde sunt hæc omnia usque ad allegorica.

4. *Ignis ille. Al., ignis ille æternus, vel ignis ille gehennæ.* AREV.

E CAP. XLVIII. N. 1. Hoc caput in Editione Grialii prætermissum fuit per exscriptoris aut typographi negligentiam, ut ego quidem arbitror, et dixi in Isidorianis, cap. 76, num. 6. E MSS. et Editis selectio rem scripturarum concinnavi. Bigneus, *definiamus...* intersumus. Inde autem ordinem exponamus. Omittit coeli post partibus, et siderum ante signa. Nonnulli habent abluit pro alluit. Séd alluit legit etiam Muncerus ad Hyginum, pag. 353, qui hoc caput cum capite 8 Astronom. Poetic. Hygini lib. i conferendum

et Libyam cum Aegypto disternat ostium Nili fluvi, quod Canopicum appellatur. Asiam ab Europa Tanais dividit bisarium se conjiciens in paludem, quae Maeotis appellatur. Asia autem, ut ait beatissimus Augustinus, a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit. Europa vero a septentrione usque ad occidentem, atque inde Africa ab occidente usque ad meridiem.

esse et emendandum ait. Verba Hygini sunt : *Terra mundi... centrum obtinet sphærae. Hanc medianam dividit axis in dimensione totius terræ. Oceanus autem regione (Al., e regione) circumductionis... in eum decidere existimantur.* AREV.

2. Bignæus, disternat os Nili fluvi, qui Canopicum. Hyginus, quod Canopicon. Mox Thanus, pro Tanais, et Eothis pro Maeotis. Sic alii errores passim B

A 3. Unde videatur orbem dimidium duæ tenere, Europa, et Africa. Alium vero dimidium sola Asia. Sed ideo illæ duæ partes factæ sunt, quia inter utramque ab Oceano ingreditur, quidquid aquarum terras influit, et hoc mare Magnum nobis facit. Totius autem terræ mensuram geometræ centum octoginta milium stadiorum æstimaverunt.

apud Bigneum. AREV.

3. Mare Magnum. Ita appellat sæpe Isidorus mare Mediterraneum. Vide Etymolog. lib. xiii, cap. 16, num. 1. Pro influit Editio recentior Matritensis, in addendis, pag. 51, interluit. Post æstimaverunt, alii addunt, ccc autem in longitudine, cc in latitudine, in historiæ catholicis hoc dicetur. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# CHRONICON.

### Praefatio.

63 1. Brevem temporum seriem per generationes et regna primus ex nostris Julius Africanus, sub imperatore Marco Aurelio Antonio, simplici historiae stylo elicit. Deinde Eusebius Caesariensis episcopus, 64, atque sanctæ memoriae Hieronymus presbyter, chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam regnis simul et temporibus ordinatam.

2. Post hos alii atque alii, inter quos præcipue Victor Tunnensis Ecclesiæ episcopus, recensitis prædicto-

PRÆFAT.—N. 1. Julii Africani temporum scriptoris meminit, præter alios, Eusebius in Chronico, sub anno redempti orbis 224 et alibi; Augustinus adversus Faustum; Hieronymus, Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, et præfatione in Danieliem; Suidas, dictione Ἀφρικανὸς, et dictione Αἰστός; Eustachius in elegansissimo opusculo Τοῦ Ἐξανδρίου, quod apud me est, nusquam hactenus editum; et omnium copiosissime Photius, in Bibliotheca, quam de libris a se lectis concionavit; qui auctor, cum et ipse hucusque non sine maximo publicæ utilitatis dispendio in tenebris lateat, operæ pretium arbitror ejus verba apponere. Ea sunt numero 34, in hunc modum : Ἀντιγόνῳ Ἀφρικανῷ Ἰστορικόν· οὐτός ἐστιν, ἡ καὶ τοὺς λεγομένους Κεστούς ἐν λόγοις συντάξεις ιδεῖ· ἐστι δὲ σύντομος μέν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαῖων Ἰστορθῆναι παραλιπανῶν. Ἀρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαῖς κοσμογονίας, καὶ κατέστη ἓν τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἐπειρχόσθαι δὲ διαλιθίαντες καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας, ὅτε αὐτῷ, ὡς φησι, καὶ ὃς συγγραψὺν συνεπελέπεται, ἔτων οὐτα δύχυ, τεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πέντε. Οὗτος καὶ πρὸς Ὀριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωστάναν διηγήματος, οὓς εὐκαὶ αὐτῷ ἐν τοῖς ἔργοισις ἀνεγνωσμένους, καὶ ὡς οὐδὲ ἀπολούθον τῇ ἐθεατῇ ἐτυμολογίᾳ, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἡ καὶ ἐπιλούμενος Ὀριγένης ἀντιγραφεῖ. Γράφει δὲ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς Ἀριστείδην ἐν οἷς ἱκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ Μαρθαῖρ, καὶ Λουκᾶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ημῶν γνεalogięas σύμφωνον ἔδειξεν. Legimus, inquit, Africani historicon. Hic ille est qui etiam Cestorum (num ita inscribuntur) libros quatuordecim compositus. Et licet brevis admodum succinctusque sit, nihil tamen eorum quæ scitu digna sunt

C prætermittit. Orditur vero ab orbis creatione, quam Moyses posuit, usque ad Christi adventum progrediens. Summatim etiam ea quæ a Christi temporibus usque ad Macrini Romanorum imperatoris imperium evenere complectit, quo tempore ipsi, ut de se testatur, opus hoc absolutum est; continens in universum annos quinque mille septingentos viginti tres; estique in tomos quinque distinctum. Idem ad Origenem scribit super iis quæde Susanna narrantur; quomodo ipse nihil tale unquam in Hebreorum monumentis legerit, neque omnino quidquam nomen cum etymologia Hebreæ consentiat. Neque τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι neque τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, quæ cuncta Origenes diluens ei respondit. Scribit etiam ad Aristidem Africanum dilucide ostendens discordiam, quæ a nonnullis in Matthæo et Luca de Salvatori nostri generatione inesse existimatur, concordem prorsus esse, sibique per omnia consonare. Hoc Photius.

Ibid. In Isidorianis duo sunt capita de Chronicis Isidori, primum cap. 77, hoc titulo : Isidorus noster Hispalensis versus auctor Chronicæ, quod aliud est a Chronicæ Isidori Pacensis. Compendium Chronicæ Etymologias insertum ab ipso Isidoro. Alterum est caput 78, sic inscriptum : Chronicæ Isidori interpolatum, quod Lucas Tudensis inter sua Chronicæ retulit. Melliti Chronicæ idem atque Isidorianum, alio modo interpolatum, sæpius autem mutilem, et decurtatum. Editiones Chronicæ Isidoriani, prologue Loaice, versio Italica edita, alia Ms. Hispanica; Ms. exemplaria ejusdem Chronicæ. Alia nunc addere nihil necesse est. AREV.

2. Tunnensis. Recte hoc pacto; perperam alias, Tunnensis; sicut enim Victor Tunnensis Ecclesiæ in A

\* Loaice referendæ sunt nota quibus nullum affixum est nomen. EDITA.

rum hispanis, gesta sequentium statum usque ad consulatum Justini Junioris complevit. Horum nos temporum sumptum, ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii et Sisebti Gothorum regis principatum, quanta potius bregitale, notarium, adjicientes e latere descendenter lineam temporum, cuius indicio summa proferuntur saceruli cognoscatur.

*Prima aetas seculi.*

1. Rerum omnium creaturas sex diebus Deus formavit. Primo die condidit lucem, secundo firmamentum coeli, tertio speciem maris et terrae, quarto sidera, quinto pisces et volucres, sexto bestias. 65 atque jumenta, novissime ad similitudinem suam primum hominem Adam.

2. [250] ab arb. c.] Adam, annorum ccxxx, genuit Seth, qui pro Abel natus est, interpretaturque resurrectio, quia in ipso resuscitatum est semen justum, quod est filiorum Dei.

[455] Seth, annorum ccv, genuit Enos, qui primus cepit invocare nomen Domini.

[62:] Enos, annorum cxc, genuit Cainam, cuius nomen interpretatur natura Dei. Per idem tempus Cain primus ante diluvium civitatem condidit, quam de sola multitudine sua posteritatis implevit.

3. [795] Cainam, annorum clxx, genuit Malaleel, cuius nomen dicitur plantatio Dei.

episcopus, ut ex Isidoro, libro de Viris illustribus, constat. Corrige etiam hanc vocem in principio Chronicorum Adonis Viennensis.

*Ibid.* Al., Minoris explicuit, pro Junioris explicuit.

*Ibid.* Heraclii et Sisebti. Libro vero Etymolog. v, Heraclii imperatoris et Suintiliani. Sub his enim principibus Isidorus claruit, ut patet ex divo Idefonso in additione Virorum illustrium ad Isidorum, et ex Braulione Cesaraugustano, de quo relatus in hujus libri nota ultima.

*Ibid.* Possevinus, tom. II Biblioth. select., pag. 556, lib. xvi, cap. 43, intelligit, ut puta, hunc Victorem, cum inter scriptores Hispanos de rebus Iberianis receperet Victorem episcopum Toletanum. AREV.

1. Al.: Primum hominum, quem appellavit Adam.

*Ibid.* Post verba hominem Adam, Cod. Regiovatic. 1852 multa interseruit, Adam cognovit uxorem suam, etc., quae ex Adone eum aliis petita videntur. Atque ita passim alia adduntur, ut Chronicorum ab Isidoriano diversum censeretur debeat. AREV.

2. Adam, auctore Josepho, lib. I, cap. 2, Antiquitat., rufum sonat, quod e ruha terra formatus esset. Idem ex eodem Zonaras, topi. I. August. vero, psalm. xc: Adam orbem terrarum significare ait, quod toto orbe terrarum sparsus sit; quomodo et Cyprianus, tractatu de Sina et Sion. Observa vero Isidorum in annorum suppuratione serie LXX interpretes sequi, ut Julius Africanus, Origenes, Eusebius, aliquique ex Patribus antiquis, quam alii contra rejiciunt. Augustinus, lib. xv, de Civitate Dei, cap. 13, existimat banc annorum depravationem, quae in Codicibus est, vitio ejus accidisse qui de Bibliotheca Ptolemaei primus LXX interpretationem descripsit. Diam supposset. Edicio nostra: Vizit, inquit, Adam centum triginta annos, et genuit filium ad imaginem et similitudinem suam, vocaque nomen ejus Seth. Quam numerandi rationem etiam sequitur Philo, et Hebraeorum Chronicorum, iuxta Hebraicam divinam Scripturam veritatem, dicitur. s. Hieronymus, Questionibus in Genes.: Scinditum, inquit, quad usque ad diluvium, ubi in nostris Codicibus ducentorum et quod excurrat annorum genuisse quis sic sit, in Hebreo habet centum annos et reliquos, qui sequuntur.

*Ibid.* Enos. Gen. v; et Joseph., Antiq. Jud. lib. I, cap. 3. Et Cedrenus, statim in initio. Eadem Ado

A [960] Malaleel, annorum clxv, genuit Jared, qui interpretatur descendens, sive roboran.

[1122] Jared, annorum clxii, genuit Enoch, qui translatus est a Deo, qui etiam nonnulla scripsisse fertur; sed ob antiquitatem, suspecta fidei a Patribus refutata sunt.

4. [1287] Enoch, annorum clxy, genuit Mathusalem, qui iuxta annorum seriem vixisse xiv annis post diluvium reperitur. Sed non reperitur in arca suis, propter quod eum nonnulli cum patre suo Enoch, qui translatus fuerat, aliquantulum suis, donec diluvium preteriret, falsa opinione existimant. Hac generatione concupierunt filii Dei filias hominum.

[1404] Mathusalem, annorum clxvii, genuit Lamach. Hac generatione gigantes nati sunt. Hac quoque etate Jubal ex genere Cain artem musicam reperit, cuius etiam frater Tubal Cain aeris serigne artium inventor fuit.

Vixit ex Isidoro, ut pleraque omnia.

*Ibid.* Al., quod est interpretatum filiorum Dei. Mellitus, quod est stipes filiorum Dei, ex quo Florentius conjicit stirpes, vel stipes, sed potius legendum stirpes, qui est nominandi casus in singulari, et ita legitur in Codice Florentino sancti Marci, qui, ut all nostri, magna ex parte cum Chronicis conformatum, quod Mellitus dicitur. In God. Mulinensi stirpes. AREV.

3. Judas apostolus testimonium ex libro Enoch sumit: Prophetavit, inquit, de his, septimus ab Adam, Enoch dicens: Ecce venit dominus, etc. Bejicitur tamen liber ille a Canone. Et Augustinus, lib. xviii de Civitate Dei, cap. 38, affirmit non suis ab Enoch scriptum; quem Hieronymus inter apocryphos comprehendendum censet, lib. Virorum illustrum, de Iudeo apostoli agere. Contra Terentianus, libro de Habitibus mulierum, suscepit ab Enoch scriptum assertum neque in armariis Iudaicis affirmari, a Christianis tamen non esse rejeciendum; unde ipse integras sectiones citat, praesertim lib. de Idolatria, de Pudicitia, de Cultu Virginum. Ideo facit Origenes, homilia 28, et in Anacephaleos lib. iv de Principiis. De Enoch, et libro ab eo scripto, eruditissime disserit in Epistolam Judae, loco vigesimo de Prophetia, Petrus Marinquez, insignis doctor Hispaniae nostrae.

*Ibid.* Al., interpretatur discedens, sive portans. Al., superponens, sive roboran. Mox sed antiquitatem, pro sed ob antiquitatem. AREV.

4. Post diluvium. De hac multorum hominum libris agitata questione suscepit Hieronymus, super Genes. Et Augustinus super Genesim, questione 2, et lib. de Civitate Dei, xv, cap. 10 et 11. et Ado, in Bravario; Beda probatur, libello de Sex aetatibus.

*Ibid.* Sed non reperitur.. existimat. Hac in quibusdam MSS. despot.

*Ibid.* Annorum 167. In hac sententia est divus Aug., lib. de Civit. xv, cap. 10 et 11, et divus Hieronymus, Quest. in Genes., et Venerabilis Beda, in Chronicis. A quo tamquam numero Complutensis, et Regia Bibliorum. Eiusq; duobus annis, qui in illis minus sunt, discrepant. Alii vero alij haec de re sentiunt, inter quos est Nicephorus, qui in Chronologia sua centum et octoginta septem annos natum Mathusalem genuisse Lanach asseverat. Cujus sententia etiam Ado subscribit, consentanea Aldina, et Germanica Biblio-

5. [1642] Lamech, annorum CLXXX, genuit Noe, A qui divino oraculo arcum adiudicare jubetur, anno etatis sue quingentesimo. His temporibus, ut refert Josephus, scientes illi homines quod aut igne, aut aqua, perire poterant, in duabus columnis, ex latere et lapide factis, studia sua conscripserunt, ne deleteriur memoria eorum quae sapienter invenerant. Quarum lapidea columna fertur diluvium evasisse, et hactenus in Syria permanere.

6. [2242] Noe anno sexcentesimo factum legitur diluvium, cuius arcum Josephus sedisse refert in montes Armenie, qui vocantur 67 Ararat. Fuerunt autem Noe filii tres, ex quibus septuaginta duae gentes sunt ortae, id est, quindecim de Jepheth, triginta de Cham, viginti septem de Sem.

rum Editio, Ceterum in hac temporis diversitate, Hieronymi, Augustini, Isidorique sententiam eo libenter amplior, quod LXX, quos hic noster, toto hoc pene opusculo, auctores habet, in eadem suis animadversioni, ut testatur Lucas diaconus in quadam praefatione quam Isidori Chronicus presul fixit.

5. Qui divino, etc. Al. cui divino oraculo greci scripti juberet... perire debuerant, in quibus... memoria, quae sapienter invenerunt. AREV.

6. Quod Moysi dictum tabe, non tam arcam significat, quam quodvis vas navigationi aptum. Ut apud Graecos πλοῖον. Est autem Josephi locus i. Antiqu. cap. 5.

Ibid. Ararat. Sunt hi montes in Armenia superiore, prope Persas, quibus Græci Taurus appellantur, et Armenia scindunt. A Beroso, ut auctor est Josephus, lib. i. Antiqu., cap. 4, Cordyæus mons, et a Damasceno Baris appellantur. Vide Hieronymus, de locis Hebraicis.

Ibid. septuaginta. Augustini, lib. xv Civitatis, cap. 3, colligit LXXM: nimisq; xv de Japhet, xxxi de Cham, xxvii de Sem, quoniam cap. 11 eiusdem lib. septuaginta duas linguas et gentes totidem tantum exortas suis ex Noe probet.

Ibid. Per annos, In his decem hominum etatibus cumdum annorum numerum, ab Adam usque ad diluvium, sequuntur Eusebius, Hieronymus, Zonaras, Isidorus, lib. Etymolog. vi, c. 39, et alii. Ex Hebraeorum vero sententia tantum sunt a creatione mundi, usque ad diluvium, anni m. ccclvi, ut patet ex Genes. xviii v, et Hebraeorum chirologijs. Est et apud me Chronicum Graece ms. ἐκώνυμον, ubi anni m. ccclxi referuntur, cuius haec sunt verba: Εν τῷ ἔτατο τῷ ετοῦ Σημὶ ἵξασθε τῷ και τῷ Νῶι και τῇ γενέσεως τῷ κοσμοῦ β. σ. ξ. β. ἐγένετο ὁ κατακλυμάς ἐπὶ τῆς γῆς. Anno centesimo Sem, sexcentesimo vero Noe, creationis autem mundi bis millesimo, ducentesimo, sexagesimo secundo, factum est diluvium super terram. Quem numerum Antonius Continus in notis ad Nicephori Chronologiam reponendum censuit. At Josephus, lib. i. Antiqu., cap. 4, diversam ab Hebraica veritatem et LXX Interpretum suppunctionem sequitur. Ait enim ab Adam usque ad universalem pluviam fluxisse annos bis mille sexcentos quinquaginta sex. Adeo sunt variae et discrepantes de mundi etate sententiae, quod Codicium corruptione accidisse arbitror, facile enim in notis numerorum erratur. Et inde tot spacio de annis mundi opiniones quot scriptores inveniuntur.

Ibid. In montibus. Ita nouissimi nostri MSS., et Melitus. In Editione Grialii in montes. AREV.

7. Josephus, lib. i. Antiqu., cap. 14, Sem existimat suis teretum Noe Alium, Japhet vero suis natu maximum, et licet Genes. v scriptum sit: *Noe genuit Sem, Cham et Japhet, et aliis locis primitus numeretur in ordine, affirmant tamen aliqui Hebreorum, id propter eius dignitatem tantum factum, ut pote ex quo Christus genus duxit suis sequere natu minimum; idque hac ratione astruant, quod fere sem-*

Finitus prima etas per annos MCCXLII.

Secunda etas saeculi.

7. [2244] Sem anno secundo post diluvium, cum contum esset annorum, genuit Arphaxad, a quo gens Chaldaeorum exorta est. Iste 68 Sem fertur fuisse Melchisedech, qui primus post diluvium condidit urbem Salem, quae nunc vocatur Jerusalem.

8. [2579] Arphaxad, annorum cxxv, genuit Sala, a quo antiqui Salamitæ, vel Medi.

[2509] Sala, annorum cxxx, genuit Heber, a quo Hebrei nuncupati sunt.

9. [2643] Heber, annorum cxxxiv, genuit Phaleg, cuius tempore turris Babel aedificata est, factaque linguarum divisio. Hujus turris altitudo quadruplex millia dicitur tenere passuum, paulatim a latio-

B per minores natu in genealogia et predicationibus Salvatoris potissimum locum obligant, ut de Isaac, Jacob, Ioseph, Manasses, David, Salomon, divus Augustinus, lib. xvi de Civit. Dei, cap. 2, Sem, Cham et Japhet historiam de Salvatoris vita ac morte interpretatur.

Ibid. Melchisedech, Idem ait Hieronymus quiescit. in Genesim, et epistola ad Evagrium affirmit, usque ad sacerdotium Aaron omnes primogenitos ex stirpe Noe quorum series in hac secunda etate describuntur sacerdotes suis, victimasque Deo immolas. Et hæc sunt primogenita quae Esau fratri suo Iacob vendidit, Genes. xxv.

Ibid. Salem. Hieronymus, epistola ad Dardanum, et ea que est ad Evagrium, sic inquit: Præius Iebus, postea Salem, tertie Jerusalem, nunc Alia. Joseph., lib. vii. Antiquitat., cap. 3, ait quosdam suis qui dixerint eum Hierosolymam poetam Jerusalymam hanc urbem appellasse, quæ appellatio ei primum a David, ex pulsione de summa arce Iebusitis, est attributa. Verum hæc civitas postea, merito suo, ut rerum, ita nominum quoque vagam voluntatemque fortunam experit. De quibus omnibus vide, quæ illustrissimus locus de Mendozâ, quem honoris causa nomine, eruditissime in suo libro memoriali concessit.

8. In Editione LXX interpretum dicitur Arphaxad genuisse Cainam, et Cainam Sala, quod Hebrei rejiciunt, a quibus tantum deceum generationes enumerantur a Noe usque ad Abraham, sicut ab Adam usque ad Noe. Beatus tamen Lucas, cap. iii, unde in recesset, Cainam in hanc generationis seriem inferens, in hoc Graecorum, ad quos scribebat, exemplaria secutus, quibus LXX Editione illis temporibus receptissima et tantum nota erat. Divus Hieronymus, hujus questionis difficultate penè obrutus, fatetur ingenue se, propter ingenii tarditatem, nondum hunc dissolvere non posse. Sic Beda, prologo in Acta apostolorum; Augustini., lib. ii contra Epist. Parmen. Recentiores etiam graviter in hac questione se torqueant, præsertim Lipomannus, Catena in Genes.; Sixtus. Senens., lib. v Bibliothecæ, annot. 88, et lib. vii, hæres. 7; et Hermagrus contra. claus., libello de sex etatibus.

Ibid. Salamitæ. Sic recte, ni fallor, ex Luca Tudensi hunc locum restitui, cum antea legeretur Samaritanæ, vel Medi. Constat enim ex Josepho, lib. viii Antiqu., cap. 12, Samaritas a quodam Samaro nomen sibi inventisse.

Ibid. In plerisque MSS., Samaritæ, vel Indi. AREV.

9. A diluvio, usque ad divisionem linguarum, fluere, secundum Hebraicam suppunctionem, ducenti septuaginta duo anni, ex unaque lingua Hebreæ lxxii lingue, ut ipsis Hebreis placet, factæ sunt: quod colligunt a capitib; familiarium, teste Augustino, lib. xvi de Civitate Dei, cap. 11.

Ibid. Quatuor millia. Locus hic in quibusdam multibus, sed facile ex divo Hieronymo, unde ad verbum de-

ribus **69** in angustias coarctata, ut pondus immens facilius sustentaretur. Describunt ibi tempa marmorea, lapidibus pretiosis, auroque distincta, et multa alia, quæ videntur incredibilia. Hanc turrim Nembro gigas construxit, qui post confusionem linguarum migravit inde ad Persas, eosque ignem colere docuit.

10. [2773] Phaleg, annorum cxxx, genuit Rebu. His temporibus primum tempa constructa sunt, et quidam principes gentium, tanquam dii, adorari consperunt.

[2905] Rebu, annorum cxxxii, genuit Seruch, sub quo Scytharum regnum exortum est, ubi primus regnavit Tanaus.

[3035] Seruch, annorum cxxx, genuit Nachor. Ægyptiorum regnum sumit principium, ubi primus regnavit Zoes.

11. [3114] Nachor, annorum lxxix, genuit Thare, sub quo regnum Assyriorum Sicyoniorumque exoritur. Sed primus in Assyriis regnavit **70** Belus,

sumitur, in integrum restitutus. Is enim super Isaiam, c. 14, ad illud: *Perdam Babylonis nomen: Arx, inquit, id est, Capitolium illius urbis, est turris, quæ, ædificata post diluvium, in altitudine quatuor millia dicitur tenere passum, paulatim de lato in angustias coarctata, ut pondus immens facilius a latioribus sustentetur.* Describunt ibi tempa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque fulgentes, et multa alia, quæ videantur incredibilia. Josephus, lib. i Antiq., cap. 9, hujus turris altitudinem et latitudinem admirandam esse ait. Situm urbis Strabo commemorat, lib. xvi Geographiæ, in urorū circuitum referit Herodotus quadringentorum octoginta stadiorum fuisse. Multa de hac re ab aliis traduntur, qui Græcas Latinasque scripserunt historias.

*Ibid.* Nembro. Josephus, lib. i Antiq., cap. 9, ait Nembro fuisse nepotem Noe, ex filio Cham, turrinque eam Babylonis nomine vocatam a confusione. Cæterum Genes. x dicitur Cham genuisse Chus, Chus porro Nembro, idque etiam habes i Paralipomen., cap. i. Nota obiter quod de eo scribitur Genes. x: *Era robustus venator coram Domino;* ab Augustino, de Civitat. Dei, lib. xvi, cap. 4, legi contra Dominum. Sic, inquit, intelligendus est *gigas ille venator contra Dominum.* Quid autem significatur hoc nomine, quod est *venator*, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor, extinctor? Alii volunt illud, *coram Domino*, hyperbole esse, quod non fuerit sub celo quisquam ei æqualis potentia; unde vertitur, *potens venatione coram Domino.*

*Ibid.* Florezius ex Mellito posuit **IMDCXLIII**, quo in Editione Grialii est **IMDCXLVII**. Codd. miss. variant, alii, **MMDCIX**, alii **MMPLXXIII**, alii alter. Arev.

10. Hinc idolatria ortum habuit; nam, mortuo Belo, Ninus ejus filius, in solarium doloris, statuam patri dicavit, et honores sacrificiaque tribuit. Auctores sunt Hieronymus, in Ose. ii; Hegesippus, de Idolorum origine; Fulgentius, lib. i Mytholog.; Cyriillus, lib. in contra Julianum.

*Ibid.* Scytharum. Quatuor regna uno fere tempore exorta, Assyriorum ab Oriu, Sicyoniorum ab Occasu, Scytharum ab Aquilone, Ægyptiorum a Meridie. Eusebius auctor est. Sed Assyriorum multo erat potius et sublimius cæteris, ut tradit Augustinus, lib. xvi de Civitat. Dei, cap. 47.

*Ibid.* Thanaus. Alii scribunt Taurus. Vid. Herman. Contract.

*Ibid.* Loes. Mincus dictus, auctore Herodoto, et Josepho, lib. viii Antiq., cap. 6.

11. **LXXIX.** Sic Nicæphorus, at Genes. xi, secundum

A quem quidam Saturnum existimant, primumque in Sicyoniis Ægialeus, a quo Ægialea nuncupata est, quæ hactenus Peloponnesus vocatur.

12. [3184] Thare, annorum LXX, genuit Abraham. Per idem tempus Ninus rex Assyriorum regnauit, qui primus bella iustituit, et armorum instrumenta invenit. Hac ætate magica ars in Perside a Zoroaste Bactrianorum rege reperta est. A Nino rege occiditur. Muri quoque, Babylonie a Se-miramide regina Assyriorum ædificantur.

A diluvio usque ad nativitatem Abrahæ, anni **DCCCCXLI.**

Finitur secunda ætas per annos **IMCLXXXIV.**

Tertia ætas.

13. [3284] Abraham annorum c, genuit Isaac, ex Sara libera. Nam primus ex ancilla Agar generuerat Ismael, a quo Ismaelitarum gens qui postea Agareni, ad ultimum Saraceni sunt dicti.

14. [3344] Isaac, annorum LX, genuit geminos, quorum primus Esau, a quo **71** Idumæi, se-

Heb. veritatem, **xxix**; secundum Septuag., **CLXXXIX.**

*Ibid.* Belus. Ita Eusebius, in Chronicō: *Thare, inquit, anno vigesimo octavo Assyriorum rex primus, Belus mortuus est, quem Assyrii Deum nominaverunt, et alii dicunt Saturnum; atque filio suo regnum tradiderunt: vocabatur autem Ninus.* Et idem principio regni Assyriorum: *Primus omnium Asiae, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnarit annis LII.* Quem locum ita legi deprehendit in velusto Ms. Eusebii Codice: *Primus omnis Asiae, exceptis Indis, Ninus, Beli filius, regnavit.* Eamque lectionem amplector, ex Augustino, lib. xvii de Civitate Dei. Et ex ipso Eusebio, lib. x de Præparatione.

*Ibid.* Saturnum. Cicero, lib. i de Natura deorum physicam rationem, non inelegantem, inclusam in fabula Saturni ait, dicens Saturnum quod annis saturetur.

*Ibid.* Ægialæus. Eusebius: *Thare anno quadragesimo nono Sicyoniorum, in Græcia regnauit Europa, defuncto Ægialeo; qui primus Sicyoniorum regnauit, ex quo territorio Peloponnesiorum Ægialea vocabatur.* Pausanias Corinthiacis, et Clemens Alexand., Strom. lib. i.

12. Vide Eusebium, et Augustinum, lib. xxi, cap. 14 Civitat., et Justinum, initio Historiæ. Post verba autem armorum instrumenta, in uno Ms. erant hæc, quæ sequuntur: *Cujus uxor Semiramis Babylo-nie muros instauravit. Ninus etiam bello vicit Cham, qui adhuc vivebat, et regnabat in Bactra; et dicebatur Zoroastes, id est, magico artis inventor, qui et septem liberales artes in quatuordecim columnis scripsit, septem œneis, et septem lateritiis.*

*Ibid.* Alii, genuit Abraham, sub quo Zoroastes magico artis inventor a Nino rege occiditur, murique Babylonie a Simiramide, etc. Arev.

13. Populi Arabicæ postea a Mahometo Bei flagello Saraceni dicti, is enim se Dei prophetam ambitiose et inaudacter jactans, multos Asiae et Africæ populos ad Iudei Christianæ defectionem commovit; quos falsa religione imbuens, Saracenos ex Dei præcepto vocari dicebat, a Sara legitima uxore Abrahæ tanquam legiuimus divinæ promissionis hæredes. Et inde Saracenorum regnum sunit exordium, sub Heraclio imperatore.

14. Sic Genes. xxxvi Esau appellatur pater Idumæorum, et Eusebius in Chronicō. Hos Strabo, lib. vi, ait populos esse inter Indianum et Atabiam sitos ad Occasum, Casio monti proximos, et a Nabathæis ortos.

*Ibid.* Inachus. Eusebius, in Chronicō: *Castor chro-nographus de Argivorum regno quod loguitur consequen-*

cundus Jacob, qui cognominatus est Israel, a quo et Israëlitæ sunt nuncupati. Hoc tempore regnum Græcorum inchoat, ubi primus regnavit Inachus.

15. [3435] Jacob, annorum **xci**, genuit Joseph. His temporibus Serapis, Jovis filius, Ægyptiorum rex, mortiens, in deos transfertur, et Memphis civitas in Ægypto conditur. Tunc apud lacum Tritonidem Minerva in specie virginali apparet, quæ plurimis claruisse ingenis prædicatur. Hæc enim inventrix fabricæ fuisse dicitur, clypeum et arcum hæc reperit, ordiri telam et colorare lanas hæc docuit. Hac etiam ætate Phoroneus rex Inachi filius claruit, qui primus in Græcia leges judiciale instituit.

16. [3545] Joseph vixit annos **cx**. Ex hoc tempore Græcia, Argo regnante, habere segetes cœpit, delatis aliunde seminibus.

[3689] Hebræorum servitus in Ægypto anni **cxlv** post obitum Joseph reperiuntur. His temporibus Prometheus fuisse scribitur, quem singunt fabulae de luto formasse homines. Tunc etiam

*ter persecuemur : reges Argivi ab Inacho, usque in Sthenelum, filium Crotopi. Quem locum ex veteri. Ms. ita corrige : Caster de Argivorum regno ita loquitur : persecuemur consequenter reges Argivorum ab Inacho, usque in Sthenelatum, etc.* Pausanias etiam, lib. ii Corinthiac. Sthenelam filium Crotopi facit. De hoc August., lib. xviii, cap. 8, Civitat. : *Phorohas, inquit, rex Argivorum sextus fuit, et septimi regis Triopæ filius Jasus, et rex nonus Sthenelas, sive Sthenelus, sive Sthenetus, varie quippe in diversis auctoribus inventus.* Hæc August.

15. In alio Ms. : *Erat Jacob annorum **lx**, verum mendose, ut ex sacris litteris manifesta computatio ne colligitur. Nam Joseph de carcere eductus, ut Pharaoni regis omnium interpretaretur, annorum erat triginta, princeps totius Ægypti constitutus, Genes. cap. 41. Idem, dum per fratres patrem accersiri jubet, annorum triginta novem. Nam septem ab expōsito somnio sterilitatis elapsi fuerant, et secundo abundantia jam fere exacto Jacob in Ægyptum venit, Genes. **xlv**, et coram Pharaone respondit se in centesimo trigesimo ætatis anno constitutum, Genes. **xlvi**. Si itaque subducamus **xxxix** annos, a centum triginta, remanebunt utique nonaginta et unus anni, quos agebat Jacob, dum Joseph in senectute genuit.*

*Ibid. Serapis.* Clemens Alexandrinus, lib. i Strom. : *Apis, inquit, rex Argivorum, ædificavit Memphis, et dicit Aristippus in primo Arcadicorum. Aristeas vero Argivus dicit eum nominatum esse Sarapim, et eum esse quem colunt Ægyptii. Nimphodus autem Amphilopolitanus, in tertio de Legibus Asiæ, dicit Apim tantum mortuum, et conditum loculo, qui Σαρός Græce dicitur, suisque repositum in templo dæmonis qui colebatur; et hinc appellatum suis Sarapim, et postea quadam eorum qui illic habitabant consuetudine Sarapim; est autem Apis tertius ab Inacho, qui locus ad verbum est apud Eusebium, lib. x Præparat. Vide Augustin., ex Varron., lib. xviii, cap. 5, Civitat.; Tacitum, lib. xx; et Julianum Firmicum, in eruditio libello de Mysteriis et Erroribus profanarum religionum.*

*Ibid. In nota Loaisæ erat somnio sterilitatis... secundo abundantia.* AREV.

16. Argus fuit quartus Argivorum rex, filius Apis. Euseb. Cœron.

*Ibid. Servitius.* Ægyptiaca servitus tribus modis suppeditari solet, juxta tria diversa temporum initia. Primo ab illa memorabili promissione facta Abrahæ, Genes. **xii** : *Egregere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero*

A frater ejus Atlas astrologiam reperit, motumque cœli et rationem primus consideravit. Tunc fuit et Mercurius, nepos Atlantis, multarum artium peritus. **72** Et ob hoc post mortem in deos translatus. Hac etiam ætate primus Proclitus quadrigam junxit, eodemque tempore Cecrops Athenas condidit, et ex nomine Minervæ Atticos Athenenses vocavit. Iste etiam bovem immolans primus in sacrificio gentili ritu Jovem adorari præcepit. Hoc tempore in Græcia Corinthus condita, ibique picturæ ars a Cleanthe reperta est. Tunc primi Curetes et Corybantes modulata in armis saltationem et consonam invenerunt. Tunc etiam fuisse scribitur in Thessalia sub Deucalione factum diluvium et Phæthonis fabulosum incendium.

B 17. [3729] Moyses annos **xl** in eremo rexit populum de servitute Ægyptia liberatum. Hoc tempore Judæi per Moysem simul cum lege et litteras habere coeperunt. Tunc templum Delphis constitutur; vitis in Græcia invenitur.

C tibi. Ab hac igitur profectione Abrahæ de Haran in terram Chanaam, usque ad exitum filiorum Israel de oppressione et dura servitute Pharaonis, sunt anni **cdxx**, atque ita eos enumerat Paulus, ad Galat. iii : *Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semiui ejus, etc.* Et paulo post : *Hoc autem dico : Testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadragesimos et triginta annos facta est lex.* Et Exod. xii : *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadragesimorum triginta annorum, quibus expletis eodem die egressus est omnis exercitus.* Illud vero observandum post illa verba, *qua manserunt in Ægypto*, in Græcis Codicibus amplius legi, *xai iv γῆ Καναάν*, et notavit Augustinus, Quæstionibus in Exodum, expendens hunc locum, ita ut tota illa peregrinatio, in terra Chanaam, et in Ægypto fuerit, **coxxx annorum**. Sic Cyrilus, et Rupertus. Secunda suppositione est ab eo tempore quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum, in qua numerantur ducenti et quindecim anni. Tertia et postrema a morte Joseph, quo sublatio, fuit vera illa et operosa servitus, qua gens Hebræa exactionibus, injuriis, persecutib; omnibus generis atrita, tandem divino beneficio, duce Moysi, in libertatem asserta est. Duravitque per annos **cxlvi**, ut colligunt Eusebius in Chronicō, Augustinus, lib. de Civitat. **xvi**, cap. 43, et quæstionibus in Exodum.

D *Ibid. Prometheus.* Clemens Alexandrin. lib. i Stromat. : *Tempore Piropo Prometheus, et Atlas, et Epimetheus.* Eusebius a Prometheus ob id homines factos fuisse creditum ait, quod, cum esset sapiens, feritatem eorum et nimiam imperitiam ad humanitatem et scientiam transfiguraret. Idem August., lib. xviii, cap. 8, Civitat.

*Ibid. Proclitus, al., Procellus, Trochilus, atque etiam Arogilus.*

*Ibid. His temporibus Prometheus, etc.* Vide Radorum, ad Martialem, pag. 58. AREV.

17. Primus litterarum inventor fertur fuisse Taatus, teste Eusebii, lib. i, cap. 7, Præparat. Verum idem, lib. x, probat ab Hebreis repartam esse, et propagatam litterarum inventionem. Idem Isidorus, lib. Etymolog. i, cap. 3; Hieron., præfat. in libros Regum; Theodor., super Genes. cap. v, in illud : *Ambulavitque cum Deo, et non apparuit, de Enoch inquit quod primus litteras didicit, et primus descripsit coelestia signa.*

*Ibid. Mellitus, et alii MSS. : Delphis constitutur, Lacedæmon creditur, vitis, etc.* AREV.

**73.** [3756] Josue, successor Moysi, regit populum annis xxvi. His temporibus primus Erichtho-  
dus, Atheniensium princeps, in Graecia quadrigam  
jubxit.

**19.** [3798] Othoniel, annos xl. Cadmus regnat Thebis, qui primitus Graecas litteras inventit. Per idem tempus Linus et Amphion primi tunc apud Graecos in musicā arte clafuerunt: Idemque Dactyli ferrum metallum in Graecia eodem tempore inveni-  
runt.

**20.** [3816] Aod, annos lxxx. His temporibus fabule fictae sunt: de Triptolemo, quod, jubente Cerere, serpentium pinnis gestatus, indigentibus instrumenta volando distribuerit; de Hippocentauris, quod equorum hominumque fuerint natura permisi; de Cerbero triclypeo inferorum cane; de Phryxo et Helle eius sorore, quod ariete vecti per mare transvererint; de Gorgone meretrice, quod critica serpentinibus fuerit, et aspicentes se convertebat in lapides; de Bellerophonte, quod equo pennis volante sit vinctus; de Amphione, quod citharae cantu, lapides et saxa commoverit.

**74.** [3916] Debora, annos xl. Per idem tem-  
pas Apollo citharam condidit, et medicinae artem

**18. Virgil., Georg. 5 :**

Primus Erichthonius, currus, et quatuor ausus  
Jungere eqos.

**19. Othoniel.** De eo iudicium leftio. Iudei autem iudicium Isidorus praetermitit, vel quia partim rexit populum, vel quia non fuit judex, sed dux bellum tan-  
tum, ut est iudicium i. A Josepho, lib. v, cap. 7, C Othoniel Cenes vocatur.

*Ibid.* Cadmus. Clemens Alexand., i Strom.: Cadmus, inquit, fuit Phoenix, qui Graecis litterarum inven-  
tor existit, ut ait Ephorus; unde etiam scribit Herodotus litteras appellatas suisse Phoenicias. Alii autem dicunt Phoenices et Syros, primos excoiffasse litteras.  
*Hac Clement.*

*Ibid.* Utroq. Euseb., ann. 3780, Linus et Thebas; et in Ms., Linus Thebas.

*Ibid.* De Ideis Dactylis Euseb., in Chronico: Idæi, impletis, Dactyli, his temporibus erant, qui ferrum repererunt. Clemens Alex., i Strom., Idæi Dactylos suisse sapientes tradit, inventores litterarum, et numerorum musicorum: Propter quam, inquit, causam sunt appellatis qui sunt apud musicos dactyli. Phryges autem erant et barbari Idæi Dactyli. Et paulo post: Celitus et Damaneus Idæi Dactyli ferrum primi invenientur in Egypro. Alius autem Idæus ferrum invenit temperatram. Fuerant autem Idæi Dactyli Minervæ filii, et Solis, vel, ut alii volunt, Saturni et Alciopes; qui alio nomine Corybantes appellantur. Vide Stephanum, de Urbitibus, et scholia in Apollonius. Et Suidam, in dict. Idæi dactyli.

**20.** Alter Ensebius Chronicus: Triptolemus longa-  
nari Eleusim veniens, ibi frumenta distribuit. Augustinus, lib. xviii, cap. 13, cum Isidorus: His temporibus fabula ficta sunt de Triptolemo, qui, subente Cerere, anguisibus portans indigentibus terris frumenta rotando conseruerat.

*Ibid.* Sorore. In quendam Ms. additur: Quod ariete vecti per terra tollaverint.

**21. Sie Virgil., vii Ad Heid. :**

. . . . Fatino Picus pater, isque parentem.  
Te, Saturne, referit, tu sanguinis ultimus auctor.  
Alter Eusebius quam Isidorus, qui Picum facit ter-  
ritum Regem Latinorum: Ante Eneam, inquit, Janus,  
Saturnus, Pticus, Titinus, Latitius, in Italia regnave-  
runt circiter ann. cl.

A invenit. Fabula quoque tunc ficta de fabro Daedalo, et de Icaro ejus filio, quod apatis sibi pennis volaverint. Haec etate primus regnat Latinus Picus, qui fertur suisse Saturni filius.

**22.** [3956] Gedeon, annos xl. Hac etate urbs Tyria construitur. Alter quoque Mercurius lyram reperiit, et Orpheo tradidit. Hoc tempore Philemon primus apud Pythium chorum instituit. Tunc etiam dicitur suisse magister Herculis Thracus Linus, in arte musica clarus, Argonautarum quoque navigatio tunc scribitur.

**23.** [3959] Abimelech, annos iii. Iste septuaginta fratres suos interfecit. Hercules Ilinum vastavit, et in Libya Antheum palæstricæ artis inventorem interemit.

**24.** [3983] Thola, annos xxiii. Hujus temporibus in Troja, post Laomedontem, regnavit Priamus. Tunc fabula ficta est de Minotoro bestia labyrintho inclusa.

**25.** [4004] Jair, annos xxii. Per idem tempus Hercules agonem olympicum **75** instituit. Carmentis nympha Latinas litteras reperit.

**26.** [4010] Jephite, annos vi. Hujus tempore Hercules, quinquagesimum secundum annum agens, ob morbi dolorem sese flammis injectus. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit; Trojanusque bellum decennale surrexit.

*Ibid.* Per idem tempus Apollo. Confer Radérum, p. 40, ad Martialem. Pro apatis, alii coaptatis. AREV.

**22.** Post Debboram, alienigenæ Hebraeum populum septem annis sibi subjecerunt, qui coniunguntur temporibus Gedeoni, ex Judaorum traditionibus ut reletur Euseb. Chron.

*Ibid.* Tyria. In oraculo Ezechielis de ea sit cerebra mentio, et apud Nelman, lib. i, cap. 12,

*Ibid.* Mercurius. Cicer. lib. iii de Natura deorum, Mercurius quinque suisse ostendit.

*Ibid.* Phitemon, Phidamon. Eusebius.

*Ibid.* Choræ. Hieronymus, epistola ad Dardanum, tom. IV, de diversis genitibus musicorum instrumen-  
torum: Antiquis temporibus, inquit, fuit chorus quoque simplex pellis, cum duabus canticis arietis; et per primam inspiratur, per secundam vocem emittit. Plura ibi habes de aliis instrumentis Musicis, ut est, de organo, tuba, fistula, bombo, cithara, sambuca, etc.

**24.** Josephus, lib. v antiq., cap. 12: Post Abimelech, Jair Galadinus suscepit principatum, praetermit-  
tens regnum Tholæ.

*Ibid.* Minotaro. Eusebius, anno orbis conditi 3960, ut hunc legitur: Ea, inquit, quæ de Minotauro dicuntur, quem Philochorus in secundo Attidis libro, scribit magistratum Minois suisse. Taurum nomine, inhumani atque crudelis. Quo in loco corrupte est, magistratum D Minois, pro magistratum militum, ut constat ex Plutarcho in Theseo et Servio, apud Virgilium, vi. Minos vero rex a Graecis mire celebratus fuit, quod cum Jove per novem annos familiariter esset versatus, ut refert Clemens Alex. Strom. ii.

**23.** Jair. Clem. Alex. praetermitit Jair.

*Ibid.* Carmentis, Evandri mater, qui Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit; ut testatur Clemens Alex., Strom. i. Inde Carmentalis porta, apud Virg., Eneid. viii :

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Vide Servium, et Isidorum, lib. i Etymolog., cap. 3 : Carmentis, inquit, dicta, quæ carminibus futura canebat.

**26.** Abesæ. Sic est cap. xii Judee. Josephus, lib. v. Antiq., cap. 12. Absanis (habet) de tribu Iuda, civitas Bethlehem. Clemens Alex. i Strom. Abathem appellat. In Eusebius Chronicus est, Hesebon, ut in quibusdam Isidori exemplaribus.

[4017] Abesan; annos vii. Amazones primum arma A serens interimitur. Et Carthago a Didone ædificatur, prophetantibus in Judæa Gath, Nathan et Asaph.

[4025] Abdon; annos viii. Hujus anno tertio Troja capta est, et Æneas Italiam venit.

27. [4045] Sampson; annos xx. Ascanius Æneas filius-Albam condidit. Ulyssis quoque fabulus, sive Syrenarum, eodem tempore fictæ sunt.

28. [4085] Heli sacerdos annos xl. Arca Testamenti ab alienigenis capitur. Regnum Sicyoniordum finitur.

[4125] Samuel et Saul; annos xl. Lacedæmoniorum regnum exstitit. Alitus in Græcia Homerus primus poeta 76 fuisse putatur. A promissione Abraham usque ad David anni CCCXL.

Finitur tertia ætas per annos MCCCXXV.

#### Quarta ætas sæculi.

29. [4165] David regnat annos xl. Codrus, Atheniensis rex, sponte se pro salute patriæ hostibus off

Ibid. Abdon. Refert Judicum historia, cap. xii, post Abesan, qui septem annis judicavit Israel, successisse Ajalon, sive Elon, qui judicavit Israel decem annis. Post quem judicavit Abdon annis duo: Verum Eusebius, in Chronico secundus Septuaginta, annos Ajalonis retinet, ut ipse testatur. Post Hezron, inquit, in libro Hebræorum tertius Ajalon, rexisse populum annos x, qui non habetur apud LX Interpretes. Idem Josephus lib. v, cap. 12, Vocaturque ab eo Elon, de tribu Zabulon. Sic Clemens i Strom., a quo appellatur Eglon.

27. Livius ab situ porrectæ in dorsum orbis; Longam Albam appellatam scribit lib. i.

28. Eusebius Chron.; Heli sacerdos; annos xi. In Hebræorum libro anni inveniuntur xl. In Septuaginta autem interpretatione, xx, Josephus lib. v, cap. 6, quadraginta annos affirmat tenuisse principatum, vixisse vero nonaginta; atque ita Clemens Alex. Strom.

Ibid. Sicyoniorum. Finem accepit regnum Sicyoniorum post 862 annos, ut Eusebius testatur: Ita nullum in terra imperium excellens, florens perpetuamque est; quousque veniet sæculum illud immortale, in immortalitate rutilus Dei decoratum.

Ibid. Samuel. Josephus, l. vi Antiq., c. 13. Loquens de morte Samuellis, qui præfuit, inquit, populo sotus, post mortem quidem Heli sacerdotis, annis duodecim; cum Saul vero rege, annis decem et octo. Venerabilis Beda in libello de Sex Ætatibus: Samuel, inquit, annis duodecim; et docet Josephus. Saul prius Hebreorum rex annis viginti. Et hujus quia in Canonica Scriptura non habetur mentio, de Antiquitate Josephi libris temporis regni notavimus. Clemens Alex., lib. i Strom., Samuelem viginti septem annis cum Saul regnum obtinuisse scribit, et mortuom esse duobus annis ante Saul. Chronicum Græcum ms. utriusque annos viginti tribuit, ita ut Eusebius et Isidorus non abs re tot etiam annos posuisse videantur.

Ibid. Domerius. Clemens Alex. l. i Strom. scribit Cratetem Grammaticum ditisse Homerum fuisse circa reditum Heraclidarum, hoc est, octoginta annis post captam Trojam. Etatoshenes vero centesimo anno post raptam Trojam fuisse refert. Theopompus autem quingentis annis post eos qui in illo militarunt vivisse assetit. Alias ut ætate Homeri opiniones vide eodem loco.

29. David. Lib. III Reg., cap. ii, dicitur in Hebron regnasse septem annos, et in Hierusalem xxxiii, qui collecti sunt quadraginta. Idem est in Paralip., cap. x. Et Clemens Alex. i Strom.

Ibid. Carthago. Eusebius anno mundi 3980 ex sententia Philostrati scribit, a Zaro et Carthagino

prophetantibus in Judæa Gath, Nathan et Asaph. 30. [4205] Salomon regnat annos xl. Iste quartus regni sui anno templum Jerosolymis ædificavit, consummatumque anno octavo.

31. [4222] Roboam regnat annos xvii. Regnum Israël à Juda dividitur, sub quo decem tribus a duabus separatae sunt, et Reges in Samaria habere coepiunt. Hac ætate Samos conditum; et sibylla Erythræa illustris habet.

32. [4225] Abia regnat annos iii. Sub quo Hebreorum pontifex maximus Abimelech insignis est habitus.

[4266] Asa regnat annos xli. 77 Prophetabant in Judea Achias, Amos, Jehu, Joel, et Azarias,

[4291] Josaphat regnat annos xxv. Prophetabant Elias, et Eliseus, et Abdias, Azarias, et Michaelis.

[4299] Joram regnat annos viii. Prophetabant Elias, et Eliseus, et Abdias.

Tyriis Carthaginem fuisse conditam. Idem tamen anno 4154: Carthago, inquit, condita est; ut quidam volunt a Carchedone Tyrio, ut vero alii Didone filia, post Trojanum excedit annis 133.

Ibid. Gath. Sic Eusebius Chronico. II Paralip. dicitur quod Asaph constitutus princeps lantantium monumen Domini, et cap. xxix, quod hymnos composit.

Ibid. Prophetantibus, etc. De ætate qua prophetæ singuli prophetarunt, agit Isidorus in Proemio ad Veterum Testamentum, et Mattiana in notis. Argv.

30. Salomon. Sic III Regum cap. ix; et II Paralip. cap. ix. Clemens Alex. i Strom. Josephus autem lib. viii, cap. 7, Antiq. ait eum regnasse annis octoginta, vixisse quatuor et nonaginta.

Ibid. Octavos Regum iii, cap. 6, ædificatam domum Doriorum dicitur annis septem. Idem Josephus lib. viii, c. 4. Sed hic Isidorus Eusèbium sequens, annos hexaginta regni quo consilij tridicare templum, connumerat cum septein Beda ait, annis septem ædificatur, octavo dedicatur.

31. Samaria. Ibi primo regnat Jeroboam, de quo III Regum cap. xi, et II Paralip. xi et XIII.

Ibid. De Erythræe sibyllæ vaticinio, vide August. lib. viii, cap. 23, Civit. et Laetant. Firmian. lib. i de Divinis Institutionibus.

32. Abia. III Regum cap. xv, et Paralip. II, cap. xiii. Euseb.; Joseph., Bed. Verum Clem. Alex. huic annos XXIII attribuit, atque fuisse filium Sadoc.

Ibid. Abimelech erat filius Sadoc, ut Clemens Alex. est auctor Strom. i.

Ibid. In aliis Mess. legitur: Prophetabant in Iudea Agæus et Jehu, Amos, et Joel, et Zacharias, et Michaelis. Verum alterum Codicum lectionem sequi malo: Nam et Eusebius Chronico: Prophetabant; inquit, Achias, Sameas, et is qui fuerat apud altare Samaria Jehu, Joëde, Azarias, qui et Ananias. Idem ait ipse Isidorus lib. v Etymolog., cap. 19. Aggaeus autem temporibus regis Darii prophetavit, ut constat ex ipsius propheta, cap. i. Similiter et Zacharias, ut ipse de se auctore est, prophetæ sue initio, et Eusebius in Chronico. Hieronymus etiam prologo ejusdem prophetæ.

Ibid. Josaphat. In Clemente Alex., i Strom., scribitur Josaphat annos tantum regnasse quinque. Quo tempore, inquit, prophetabant Elias Thebites, et Michaelis filius Jeble, et Abdias filius Ananias. De prophetis Isidorus lib. vii Etymolog., cap. 7.

Ibid. Abdias. Hieronymus in prologo ejus prophetæ, ex Hebreorum scriptis colligit, hunc tempore Achab regis Sanaria floruisse centumque prophetas a persecutione impie Jezebelis conservasse, eosque specubus inclusos pane et aqua pavisse, ut etiam videtur est III Reg., cap. 18.

[4300] Ochozias regnat annum i. Elias rapitur, cuius annus ius septem insignia miracula numerantur.

33. [4307] Athalia regnat annos vii. Jonadab, filius Rechab, sacerdos (clarus habetur, etc. Joiada pontifex, qui solus, post Moysen, vixisse annos centum triginta perhibetur).

[4347] Joas regnat annos xl. Zacharias 78 propheta interficitur. Eliseus moritur, cuius virtutes quatuordecim praedicantur. Lycurgusque legislator apud Graeciam insignis habetur.

[4376] Amasias regnat annos xxix. Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam, alii vero superius.

34. [4428] Azarias annos liii. Olympias primum Graecis instituitur. Agnus in Graecia loquitur. Sardanapalus rex sponte incendio concrematur. Assyriorumque regnum in Medos transfertur. Tunc Hesiodus poeta claruit. Atque Phidon Argivus mensuras et pondera reperit. Ossee, Amos, Isaias, et Jona, in Iudea hac aetate prophetantibus.

35. [4444] Joathan regnat annos xvi. Remus Ro-

*Ibid.* Elias Tesbitis, sacerdotis magni, insignia septem miracula haec sunt : 1. Triennii siccitatem cœlum clausit. 2. Oravit rursum, et cœlum dedit imbre. 3. Mortuum mulieris filium ad vitam revocavit. 4. Ejus virtute hydria farinæ non defecit, vas olei perpetuo fonte manavit. 5. Ejus verbo ignis de cœlo super sacrificium descendit. 6. Duos quinquagenarios cum militibus corlesti igne combussit. 7. Jordanem transiens tactu melotis abruptit. Isidorus lib. de Vita et Morte sanctorum.

35. *Altatio.* Clemens Alex. lib. i Strom. Gottholia regnat octo annis; erat ex genere Achab.

*Ibid.* Jonadab. Fuit filius Semona, fratri David. Regum II, cap. xiii. Et aliis Jonadab, filius Recab, qui vixit sub Jehu, et aliis regibus, IV Reg. x, et Jeremieæ xxxv.

*Ibid.* Fuit Joiada sacerdos bonus, et pietate vitaque innocentia insignis. De eo dicitur II Paralip. cap. xxiv, quod mortuus est, cum esset cxxx annorum.

*Ibid.* Eliae Elias discipulus his miraculis claruit : primo Jordanem transitu suo divisum refrenans, undam retro convertit. 2. Aquas Hierico steriles secundas fecit. 3. Pueros insultantes sibi bestiis vorandos tradidit. 4. Sterilem mulierem secundavit. 5. Et ejus filium suscitavit. 6. Decem panibus plebem refecit. 7. Naaman a lepra liberavit. 8. Lepra aspergit discipulum. 9. Ferruin aquis supernatare fecit. 10. Hostes Syriae cœcitate percussit. 11. Incredulo mortem praedixit. 12. Hostem quadrigarum fragore suffagavit, obsidionemque dispersit. 13. Famem repulit. 14. Post mortem cadaveri vitam dedit. Sic fere Isidorus lib. de Vita et Obitu sanctorum Patrum.

*Ibid.* In uno Ms. est, Lycurgusque legislator Apollonius. Existimo legendum legislator Apollinus; ut ita dictum accipiamus, quod quascunque leges Lacedemoniis serebat, id Apollinus instinctu facere se dictaret. Vide Plutarch. in ejus Vita, Valerium Maximum, atque alios.

*Ibid.* Apud Clement. Alexand. i Strom. corrupte legi existimo : Amasius ejus filius annis xxxix pro xxix. Nam ita Eusebius, Josephus, Nicophorus et alii.

34. Azarias. In alio Ms. erat Ozias, quomodo et apud Nicophorum, et in Chronicō Graeco, quod apud me est; recte, sic enim etiam appellatur lib. ii Paralip., cap. 26, et a Clemente Alex. i Strom. Ozias, inquit, sedecim annorum erat, cum regnare cœpisset, et lxx annis regnavit super Ierusalem, fuitque leprosus. Idem annotavit Procopius Gazeus, in Commentariis super Isaiam, ad titulum prophetæ. Hujus autem tempore

A mulusque nascuntur, prophetantibus in Iudea Osse, Joel, Isaia, et Michæa.

[4460] Achaz regnat annos xvi. Cujus temporibus Romulus Romanum condidit. Et 79 Sennacherib Assyriorum rex, decem tribus ex Samaria in Medos transtulit, atque in Iudeam Samaritas eccolas misit.

36. [4489] Ezechias regnat annos xxix. Sub quo prophetabant Isaias et Ossee. Hoc tempore Romulus primus milites ex populo sumpsit, centumque à populo nobilissimos viros elegit, qui ob aetatem senatores, ob curam ac sollicitudinem reipublicæ patres vocati sunt.

37. [4549] Manasses regnat annos xv. Per idem tempus Romanis præfuit Numa Pompilius, qui prius apud Romanos pontifices et virgines vestales instituit, falsorumque deorum numerositate civitatem implevit. Duos menses in annuū Rorianis ad decem menses adjectit; Januarium diis superis, Februarium diis inferis dedicavit. Tunc quoque sibylla Samia claruit.

regnum Assyriorum ad Medos translatum fuisse, trahunt Eusebius, Beda, Ado, Tudensis, alii.

*Ibid.* De tempore quo prima Olympias fuerit constituta, a plerisque dubiatum est. Eusebius Chronicō, ex Africani Sententia, scribit eam tempore Joathan regis Hebraeorum, primum numerari cœptam. Idem lib. x Praeparat. eam ad Isaiae tempora trahit. Clemens Alex. i Strom. in xxxiv anno Nicandri primam olympiadē cum aliis ponit. Chronicō nostrum Graecum, omnium clarissime : ΝΑ ἐτοῦ Ὁξιοῦ καὶ Ἀκάριου βασιλεῶς Ιουδᾶ, πρώτη ὀλυμπίας ἑτέρη ὥρα τοῖς Λαζαρίνοις προσφέτευσεν Ἰσαῖας υἱὸς Ἀμάς, Ὀστέος τοῦ Βενετί, Ιωάννη, τοῦ Βαθουνί, καὶ Μεχαικής ὁ Μαραθόνης. Quinquagesimo primo, inquit, anno Οὐαὶ regis Iuda, qui etiam Azarias appellatur, prima olympias instituta est sub Iphilo : quo tempore prophetabat Isaías, filius Amos, Osée filius Beeri, Joel filius Bathuel, Oded, et Michæas Morashites. Et mox : ἣ πρώτη ὀλυμπίας ἥρχθη παρὰ τοῖς Ἐλληστοῖς, η τοῖς ἴοτοῖς τετράτετρης. Prima olympias apud Graecos, incepit, quæ quatuor est annorum.

*Ibid.* Hieronymus in Prologo super Jonam, affirmat Jonam prophetasse temporibus Jeroboam, filii Joas. Augustinus lib. xviii de Civitat., cap. 27, regnante Osia, prophetasse auctor est. Idem et Clemens Alex. i Strom., sicut Isidorus.

*Ibid.* A Graecis. Ita Ms. In Editione Grialii Graecis, omisso a. Pro instituitur, alii constituitur. Arex.

35. Romam condidit. Olympiad. 7. Dionys.

*Ibid.* Quod hic Sennacherib tribuitur, IV Reg. cap. xvii et xviii, et Tobie cap. i de Salmanasar dicitur, quem Eusebius utroque nomine censeri sit : cum tamen Tobie i pater Salmanasar, filius Sennacherib dicatur. Josephus lib. x Antiq. cap. 1, patrem vocat Sennacherib, Clemens i Strom. Salmanasar;

*Ibid.* Duæ voces ex Samaria, a plerisque Ms. desinunt, non recte, ut constat ex Adone, et Clemente, primo Strom., ubi ait Salmanasar, regem Assyriorum, transmigrare fecisse eos qui habitabant in Samaria, ad Medos et Babylonem.

36. Romulus. Liv., Euseb., Aurel., Dionys.

*Ibid.* Qui ob aetatem. Div., Vici., Dionys.

37. Sic Eusebius in Chronicō : *Duos menses anno addidit, Januarium et Februarium, cum ante hunc tantum decem menses apud Romanos fuissent, adeo ut ultimus December diceretur. Capitolium quoque a fundamentis aedificavit, et congiarium dedit axes (lege asse) ligneos, et scortaeos.*

38. [4556] Ammon regnat annos XII. Hujus temporibus Tullus Hostilius, Romanorum rex, prior in republica censum egit; quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat, primusque purpura et fascibus usus est.

39. [4586] Josias regnat annos XXXI. Thales Milesius philosophus physicus claruit, qui, defectibus solis acutissima perscrutatione comprehensis, astroligiae numerom primus investigavit, prophetantibus in Iudea Jeremia, Olsa et Sophonia.

40. [4599] Joachim regnat annos XI. Hujus tertio anno Nabuchodonosor Iudeam captam tributariam fecit. Tunc Daniel, Ananias, Azarias et Misael in Babylone claruerunt.

[4610] Schedias regnat annos XI. Hunc rex Babylonis, secundo veniens ad Jerusalem, cum populo captivum duxit, templo incenso, anno adiunctionis sue CCCXLIV. Per idem tempus Sappho mulier in Graecia diverso poemate claruit. Solon leges Atheniensibus dedit.

41. A David usque ad transmigrationem Babylonis anni CCCCLXXXV.

Finitur quarta ætas, per annos quatermille sexcentos, et decem.

#### Quinta ætas sæculi.

42. [4680] Hebreorum captivitas, annorum LXX,

38. Reg. IV, cap. XXI: Viginti duorum annorum erat, cum regnare ceperisset, duobus quoque annis regnavit in Jerusalem; interfectus a servis suis occubuit. Idem Clemens Alex. i Strom. et Josephus lib. X, cap. 4, Antiq. qui eum vixisse quatuor et viginti annos, et in regno regisse duos ait. Nicephorus tamē, ut Isidorus, duodecim ejus regni annos enumerat. Idem sait Eusebius LXX supputationem secutus, cum ipse testetur Hebreos tantum duos annos regni illius agnoscere. Verum hæc discrepantes sententiae facile conciliari poterunt, si decem annos quibus Ammon cum Patre regnavit duobus jungas quibus solus.

39. Reg. IV, cap. XXII, de Josia rege justo et æquum observantissimo habes. De eodem cap. XXIII dicitur: Non fuit similis illi, neque post eum surrexit similis. Triginta uno anno regnavit in Jerusalem. Idem Clemens Alex. i Strom. et Josephus lib. X, cap. 6. Eusebius annum unum addit, ut Isidorus.

Ibid. Thales. Euseb. Chron. agnoscit ait Olympiade 36. Laertius nasci eundem anno i Olympiadis 35: Necio quam bene utrumque. Plinium de his consule lib. II Naur. Histor., cap. 12.

40. Ante hunc regnavit Joachaz tribus mensibus, ut, præter sacras litteras, auctor est Eusebius, Josephus, Nicephorus, Theodoretus, et Chronicon nostrum Graecum. Hunc Eliachim vocat Jeremias, teste Anastasio, post quem successit Joachim, qui alio nomine Eliachim dicitur, teste Josepho lib. I, cap. 7, Antiq.

Ibid. Anno, etc. Eusebius 442 annos hic ponit ex sententia Clementis Alex. i Strom. Josephus vero, lib. X, cap. 10, tempulum concrematum post quadringentos septuaginta annos, et mentes sex, diesque decem. Niceph. in Chronologia post annos 424, Anastasius, 434. Ita sunt variae et discrepantes de temporibus sententiae.

42. Ita est apud Jeremiam, cap. XXV: Servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis; ei cap. XXIX; Cum cæperint impleri in Babyone septuaginta anni, visitabo vos. Paralipom. etiam II, cap. XXXVI, dicitur Cyrus dimisisse populum captivum anno regni sui primo, ad expletum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremias. Idem Esdræ lib. I, cap.

PATROL. LXXXIII.

A in quibus ignis ab altari Dei sublatus, et absconditus in puto, post septuagesimum regressionis suæ annum, assumitur inventus vivus. Per idem captivitatis tempus, Judith historia conscribitur. Pythagoras quoque philosophus et arithmeticæ artis inventor; et Pherecydes, historiarum primus scriptor; atque Xenophanes, tragœdiarum inventor, insignes habentur.

43. [4714] Darius regnat annis XXXIV. Hujus secundo anno Judæorum 81 est resoluta captivitas; a quo tempore in Jerusalem non reges, sed principes fuerunt, usque ad Aristobolum. Tunc Romani, pulsis regibus, consules habere cœperunt.

44. [4734] Xerxes regnat annis XX. Æschylus, Pindarus, Sophocles et Euripides, tragœdiarum scriptores, celebrantur insignes. Herodotus quoque historiarum scriptor, et Zeuxis agnoscitur pictor.

45. [4774] Artaxerxes, qui et Longimanus, regnat annis XL. Eo regnante, Esdras sacerdos incensum a gentibus legem renovavit, et Nehemias Jerosolymorum muros restituit. Aristarchus etiam, et Aristophanes, atque Sophocles, tragœdiarum scriptores habiti sunt. Hippocrates quoque medicus, ac Socrates philosophus, et Democritus claruerunt.

46. [4795] Darius, qui et Nothus, regnat annis XIX. Hæc ætas habuit philosophum Platonem, et Gorgiam primum rhetorem

1 et II. Idem Daniel cap. IX, Josephus lib. XI, cap. 4. Nicephor. Chronolog., Clemens Strom. i suis ait hanc captivitatem septuaginta annorum.

Ibid. Stobæus, in epistolis, pag. 222, ad Joannem Dackerium S. J. scribens, de ætate qua Judith fluoruit, fuse disserit, et scriptores cum Isidoro consentientes clarissimos recenset. AREV.

43. Annis XXXIV. Eusebius, annis XXXVI. Sic Herodotus, Nicephorus et alii. Clemens Alexand. i Strom. quadraginta sex numerali, qui ita colligit regum Persarum tempora: Cyrus regnavit annis XXX, Cambyses XIX, Darius XVI, Xerxes XXVI, Artaxerxes XL, Darius VIII, Artaxerxes XIII, Ochus vel Arses III; ita ut sint in universum anni 235. Alexander Macedo, extinto Dario rege Persarum. Et inde ortum habuit regnum Maccorum. Hic Clemens; unde apud eundem mendum in numeris esse existimo, cum ad annos ducentos triginta quinque Persarum extendat imperium, quæ summa cuin annis regum non convenit. Observa hoc insuper loco, alios præterea reges ab Eusebio ponit, sed rejici a Clemente, Isidoro et aliis, quod menses duntaxat aliquot regnarunt, ut Artabanus menses 2, secundus Xerxes menses 2, Sogdianus menses 8; ut etiam eamdem ob causam a plerisque omittantur imperatores Otho, Galba, Vitellius, ut notavit Plutarchus in Vita Galbae. De regibus Persarum, vide Herodotum, et Thucydidem, et Metasthenem. Hi non statuunt imperium Cambysis ante Darium, adversus quos est Plato lib. de Legibus, Clemens, Josephus, Orosius, et Nicephorus in Chronolog., et consonuni est sacris litteris, ex Esdra I cap. II. Et in annorum supputatione etiam discrepantes, et variae reperiuntur sententiae, ut constat ex Tertulliano adversus Judeos. Ibid. Secundo. Ita Eusebius et Clemens Alexand. i Strom., Josephus lib. XI, cap. 2 et 3.

44. Vide Josephum lib. XI, cap. 5. Paulus Orosius lib. II, cap. 2, annis XX.

45. Aristophanes fuit comicus. AREV.

46. Ita Eusebius, Tertull. adversus Judeos, Nicephorus, Beda, et alii; Ado tantum agnoscit annos XVIII.

Ibid. Mellitus, qui et Nothus, ann. 48. AREV.

47. [4833] Artaxerxes regnat annis xi. Hujus tempore Esther historia docetur esse expleta. Plato quoque et Xenophon Socrati insignes habentur.

48. [4858] Artaxerxes, qui et Ochus, regnat annis xxvi. Demosthenes 82 orator primus agnoscitur, et Aristoteles dialecticus primus praedicatur. Plato moritur.

49. [4865] Arses, Ochi filius, regnat annis iv. Xenocrates philosophus illustris habetur.

50. [4869] Darius regnat annis vi. Alexander, Illyricos et Thraces superans, dehinc Hierosolymam capit, atque templum ingressus, Deo hostias immolat. Hucusque Persarum regnum stetit. Dehinc reges Graecorum incipiunt.

51. [4874] Alexander Makedo regnat annis v. Hujus enim quinque anni postremi in ordine temporum numerantur quibus monarchiam Asie, destructo Persarum regno, obtinuit. Nam septem ejus priores in Persarum regibus supputantur. Dehinc Alexandri reges incipiunt.

52. [4914] Ptolemaeus, Lagi filius, regnat annis xl. Hic, Iudeam capiens, plurimos Hebreorum in Aegyptum transtulit. Hoc tempore Zeno Stoicus, et Menander comicus, et Theophrastus philosophus ciaruerunt. Per idem tempus Machabaeorum liber incheatur primus.

53. [4952] Ptolemaeus Philadelphus regnat annis xxxviii. Hic Iudeos 83 qui in Aegypto erant abs-

47. Eusebius, Nicephorus, Tertull. adversus Iudeos, Beda, et alii. Hic ab Hebreis Assuerus, dicitur, a LXX Interpretibus Artaxerxes cognomento Mnemon non Memnon, ut in Eusebio et aliis.

48. Eusebius, Beda et Chronicum Graec. Nicephor. xxii habet. Tertullianus adversus Iudeos xxiv. Clemens Alex. iii, qui hunc eundem cum Arse fuit.

49. Eusebius, Nicephor. Beda, Ado autem iii, duntaxat ponit. Alter Tertull. adversus Iudeos.

50. Josephus lib. xi, cap. 7 et 8. Diiodorus Siculus lib. xvii. Ille fuit Arsaces filius, Ochi nepos; cuius meminit Quintus Curtius, Plutarillus, Arianus: breviter omnes, qui res Alexandri Magni memoria tradiderunt. Tertulliano et Curtio hic Metas cognomento dicitur: Codmanus primum appellatus Justin. lib. xix.

51. Sic Josephus, et ipse in Etymologiar. lib. v, Tertull. annos x. Nicephorus in Chronic., sublatu Dario, regnasse ait annos 6, rerumque potissimum ante Darii mortem annis xii; mortuum in Babylone attatis anno trigesimo quinto vel, ut alli, trigesimo sexto. Octodecim igitur annis ex Anastasi sententi regnum obtinuit. Atque ita Clemens Alexand. i Strom. qui ita Macedonum reges enumerat: Alexander annis regnabit xviii. Ptolemaeus, Lagi filius, xl. Ptolemaeus Philadelphus xxvii. Evergetes xxv. Philopater xvii. Epiphantes xxiv. Philometor xxxv. Fuscon xxix. Laethrus xxxvi. Dionysius xxix. Cleopatra xxii. Postquam fuit regnum Cappadocum octodecim dierum. Fiant ergo simul conjuncta Mæcetionum tempora anni trecenti duodecim, dies octodecim. Huc Clemens, Tertull. lib. adversus Iudeos aliter.

52. Fusa de hac re habes apud Josephum lib. xv, cap. 19, et Zonaram, t. I. Apud Euseb. in Chronic. ita habes: Theophrastus philosophus agnoscitur, qui a divinitate loquendi, ut ait Cicero, nomen accepit. Theodorus Athenaeus agnoscitur. Ubi nota corrupte legi Athenaeus pro Atheus: θεος enim dictus fuit, ut constat ex Laerio in Aristippo.

53. De hac re, an LXX Interpretates fuerint spiritu Dei afflati, necne, est questio inter Augustinum et

A solvit, et vasa sancta Eleazarum pontifici restituens, se, tuaginta Interpretes petuit, ac divinas Scripturas in Graecum eloquium transtulit. Per idem tempus Aratus astrologus agnoscitur, atque argentei nummi Romæ primum eunduntur.

54. [4978] Ptolemaeus Evergetes regnat annis xxvi. Sub quo Jesus, filius Sirach, Sapientiae librum composuit.

55. [4995] Ptolemaeus Philopator regnat annis xxvii. Ab isto Judæi prælio victi, ix millia armatorum corruerunt. Per idem tempus Sigilius Marcellus consul obtinuit.

56. [5019] Ptolemaeus Epiphantes regnat annis xxix. Hujus tempore gesta sunt que secundū libri Machabaeorum historia continet. Hac gesta Romani vicos Graecos liberos esse jusserunt, dicentes: Impium est servos esse apud quos philosophia primum orta est, magistra morum, inventrix liberalium disciplinarum. Per idem tempus Ennius, prius poeta Latinus insignis Romæ celebratur.

57. [5654] Ptolemaeus Philometor regnat annis xxxv. Hunc Antiochus prælio superavit, et Iudeos varia calamitate oppressit. Per idem tempus Scipio Africam vicit. Terentius comicus claruit.

58. [5085] Ptolemaeus Evergetes regnat annis xxix. Hoc tempore, consule Bruto, Hispania a Romanis obtenta.

59. [5100] Ptolemaeus Soter regnat annis xxx. Hieronymum. Vide August. lib. xviii, cap. 42 et 45, Civit. et Hieronym. in proemio Paralip. et in epist. ad August. Consule etiam Justin. in Apologetice, Tertull. adversus gentes, Joseph. lib. xii, cap. 2, Philonen denique Iudeum in Vita Moysis.

Ibid. Cudunior. Euseb. Chron., Argenteus nummus C primum in Urbe figuratus, ubi lego, signatus.

54. xxvi. Ita quidem Euseb. xxv, Nicoph., Tertull., Clem. xxiv, Epiph.

Ibid. Anno xxvi. Ita in nota Editionis Gelatii, quod retineendum ex aliis exemplaribus, quamvis in nouissima sit xxvii. In textu Gelatii erat xxxvi. ARV.

55. xvii. Sic Clem., Euseb., Nicoph., Tertullian., Ado. xxi, Epiph.

56. xxiv. Ita Euseb. xxvii, Nicoph., xiii, Epiph.

Ibid. Locum de Eanio, qui apud Eusebium corruptus est, obiter eveneranda libert. Sic enim nunc legitur: Ennius poeta, septuagenario major, articuli merbo perire, sepultusque est in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab Urbe milliarium. Quidam ossa ejus Rhodiam ex Janiculo translata affirmant; ubi pro Rhodiam substituo Rudia, hde etiam scripti Codicis adiutus, reique veritate id cogente; fuit enim Enni patria Rudia, vetus Apulia oppidum, testis Meta lib. ii, Post Barium, inquit, Egnatia et Enni clue nobiles Rudie, quo ejus ossa translata veriam sit.

Ibid. Sepulcrum Scipionum, in quo e marmore exstabat Ennius, propo portam sancti Sebastiani situm erat, de quo videri possunt Eschinardus in descriptione Roviae, Vasius et alii. ARV.

57. Iudeos. Leguntur hæc Machabaeorum ii, ubi Antiochus radix peccati appellatur.

58. Annis xxix. Ita Eusebius, Nicoph., Epiphantes et alii. Tertullian. xxvii. Hic Clementi Fusc. n. est. Male in lib. Etymologiarum D. Isidori, Parisis anno 1580 impresso, Evergetes annis 24 quntakat regnasse scribitur.

Ibid. Alii, per consudem Brutum, quod Chronicis Etymologiarum congruit: Brutus Hispaniam subegit. ARV.

59. xvii. Ita Euseb., xvi et menses sex Nicoph., Epiph.

**Varro, Cicerone nascuntur. Thraeces Romanis subjiciuntur.** A Cleopatrae, per Julium Cæsarem in ditionem Romanorum transit.

60. [5110] Ptolemæus Alexander regnat annis x. Syria per Gabiniū ducem in Romanorum dominium transiit. Poeta quoque Lucretius nascitur, qui postea se furore amatorio interficit.

61. [5118] Ptolemæus, Cleopatrae filius, regnat annis viii. Per idem tempus Plotius Gallus Romæ Latinam rhetorican docuit primus. Tunc quoque Salustius Historiographus nascitur.

62. [5148] Ptolemæus Dionysius regnat annis xxx. Pompeius, Hierosolyma capta, Judæos Romanis tributarios fecit. Per idem tempus Cato philosophus claruit: Virgilius nascitur Mantua, Horatius Venusii. Tunc etiam Apollodorus, præceptor Augusti, clarus habetur, et Cicero laude oratoria celebratur.

63. [5150]. Cleopatra regnat annis ii. Hæc Ptolemæi regis Ægyptiorum soia filia, et fratri Ptolemæi soror et conjux effecta. Quem dum fraudare regno voluissest tempore belli civilis, in Alexandria occurrit Cæsari iuram obsideant, et per speciem atque stuprum regnum sibi et necem Ptolemæo apud Julium impetravit. Atque Alexandriæ regnum, tertio anno regni

60. x. Epiph., xiii.

61. Plotius. De hoc Eusebius in Chron.: Plotius, inquit, Gallus primus Romæ Latinam rhetorican docuit, de quo Cicero sic resert: Memoria tenet primus Latine docere cœpisse Plotium quendam. In Ms. est amplius, Memoria tenet pueris nobis primum, etc.

62. xxx. Epiph., xxxi.

Ibid. Apollodorus Pergamenus, Græcus orator, præceptor Claudi et Augusti, ut constat ex Suetonii Octavio.

63. Eusebius annos xxx habet, et Plotarchus in Antonio, et Nicæphorus, et alii. Epiphanius amplius ponit xxxii. Isidorus duos tantum ponit. Nam Julius Cæsar, tertio Cleopatrae regni anno, solus post occidum a spadonibus Alexandrinî regis Pompeium obtinuit quidquid Romano perebat imperio. Indeque Alexandrinum regnum in Romanorum ditionem transit, ut idem infra-affirmat. Ideo est apud Tudemsem, in Cod. ms., et ideo hunc annorum numerum placuit retinere, quem etiam Etymologiarum ms. Cod. habent. Idque exigit locus in Tiberio ubi dicitur Christus passus annis peractis a principio mundi 5289; a qua suppeditatio Eusebius ipse tantum duos annos discrepat. De Cleopatra sic fore Xiphilinus, ex Dione, in Julio Cæsare: Cleopatra, inquit, forma pulcherrima fuit, tum vero flore etatis, et facundia omnibus præstante, eratque apud omnes quibuscum versabatur gratiosa. Et paulo post de Cæsare loquens: Ipe Ægyptum in suam potestatem ditionemque rededit, tradidique Cleopatrae, cuius causa bellum gererat.

Ibid. Mellitus: Cleopatra ann. ii. Hujus tertio anno Julius Cæsar imperium sumit. Per idem tempus Siculus, Græci scriptor historie, clarus habetur. Caius Julius Cæsar regnat, etc. AREV.

64. Hic antea... vocati sunt; alii: Hic primus Romanorum singularem obtinuit principatum, a quo etiam Cæsares appellati sunt. Ab hinc sequuntur imperatores. AREV.

65. Augusti nomen inde sumptum ait Suetonius in Augusto, quod loca religiosa, et in quibus auguratus quid consecratur, augusta dicantur, ab acto, vel ab avium gestu gestuve. Dio etiam in Monarchia, Augustum dictum ait, quasi qui hominum naturam excederet, propterea quod ea quæ sacrosancta et in maximo honore sunt augusta esse dicuntur: quamobrem, inquit, cum Græci oracula nominabant, scilicet, cultus et honore dignissimum. Cuius nominis appellatio,

B Cleopatrae, per Julium Cæsarem in ditionem Romanorum transit.

64. [5155] Caius Julius Cæsar regnat annis v. hic antea consul creatus Gallias obtinuit; de Britannia triumphavit: postremum civili bello aversus Pompeium adhibito, monarchiam totius imperii obtinuit. Ex cuius nomine sequentes imperatores Cæsares vocati sunt.

63. A transmigratione Babyloniis usque ad nativitatem Domini nostri Jesu Christi, anni DLXXXVII.

Finitur quinta ætas per annos quinques mille centum quinquaginta quinque.

Sexta ætas saeculi.

66. [5211] Octavius Augustus regnat annis LVI. Iste in imperio, post Siculum bellum, triumphos tres egit: Dalmaticum, Asiaticum, postremo 86 Alexandrinum adversus Antonium, inde Hispanum: deinde, terra marique pace toto orbe parta, Jani portas clausit. Sub cuius imperio septuaginta hebdomadæ in Daniele scriptæ compleuntur, et cessante regno et sacerdotio Judæorum, Dominus Jesus Christus in Bethleem Judæ ex Virgine nascitur, anno regni ejus XLII.

quemadmodum imperatoris, ad ceteros qui eum subsecuti sunt pertinuit propter suum et amplissimum eorum imperium.

Ibid. Annis. LVI. Sic Eusebius, Victor et alii. Nicephorus et Cassiodorus menses sex adjicunt. Clemens Strom., an. XLVI, menses 4, diem 1. Dion, Mortuus est, inquit, XIV Calend. Septembrie, quo die primum constat factus fuerat, vixitque annos septuaginta quinque menses decem dies 26. Erat enim nona Calendas Octobris natus. Regnavit, postquam Victoria potius est apud Actium, quatuor et quadraginta annos, diebus tredecim exceptis. Verum Eusebius et Isidorus ejus imperium numerant a morte Juli Cæsaris.

Ibid. Septuaginta hebdomadæ. Al., Septuaginta novem. Vid. Dan., cap. IX.

Ibid. Locus est insignis Danielis IX, quem Tertull. aduersus Judæos multo alter interpretatur quam ceteri chronographi; sic enim inquit: A primo anno Darii debemus computare quando hanc visionem vidit Daniel. Videamus igitur anni quomodo impletantur usque ad adventum Christi. Darius enim regnauit ann. xix. Artaxerxes regnauit ann. XL. Deinde r. x Octavius, qui et Cyrus, regnauit an. XXIV. Argus anno uno. Alius Darius, qui et Melas nominatus est, an. XXII. Alexander Macedo ann. XII. Deinde, post Alexandrum, qui et Medis et Persis regnarat, quos revicerat, et in Alexandria regnum suum firmaverat, quando et nomine suo, eum appellavit. Post eum regnari illuc in Alexandria Soter annis XXXV. Cui succedens Philadelphus regnauit annis XXXVIII. Huic succedit Evergetes annis XXV. Deinde Philopator annis XVII. Post hunc Epiphanes ann. XXIV. Item aliis Evergetes ann. XXIX. Soter ann. XXXVIII. Ptolemæus ann. XXXVIII. Cleopatra annis XX mensibus VI. Item adhuc Cleopatra conregnari sub Augusto an. XIII. Post Cleopatram Augustus aliis ann. XLII. Nam omnes anni Imperii Augusti fuerunt anni LVI. Videamus autem quoniam quadragesimo et primo anno imperii Augusti, quo post mortem Cleopatrae imperavit, nascitur Christus. Et supervixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis XV. Et erunt reliqua tempora annorum in diem nativitatis Christi, et in annum Augusti LXI post mortem Cleopatrae anni CDXXXVII menses VI. Unde adimplentur LXII hebdomadæ et dimidia quæ efficiunt annos CXXXVII menses VI in diem nativitatis Christi. Et manifestata est justitia aeterna, et unctus est Sanctus sanctorum, id est Christus, et signata est visio, et prophete, et dinita sunt peccata, quæ per

**87.** [5234] Tiberius, filius Augusti, regnat annis **xxii.** Iste, dum per cupiditatem reges ad se venientes non remitteret, multæ gentes a Romano imperio recesserunt. Hujus decimo octavo regni anno Dominus crucifixus est, annis peractis a principio mundi quinque mille ducenti viginti novem.

**68.** [5238] Caius Caligula regnat annis **iv.** Illic avaritia, crudelitate et luxuria sævus fuit, atque in deos se transferens, in templo Jerosolymorum statuam Jovis Olympii sub nomine suo poni jussit. Per ideam tempus Mathæus apostolus Evangelium primum in Judæa scripsit.

**69.** [5252] Claudius regnat annis **xiv.** Eo regnante fidem nostrinæ Christi omnibus in eum credentibus remittuntur.

Et infra: Itaque ostendentes et numerum annorum, et tempus **ix** duarum et dimidia hebdomadarum adimpletarum, tunc venisse Christum, id est, natum, rideamus quid aliae **vii** et dimidia hebdomades quæ sunt subdivise in abscissione priorum hebdomadarum, in quo actu sint adimpta. Post enim Augustum, qui supervixit post navitatem Christi, anni **xv** efficiuntur, cui succedit Tiberius Cæsar, et imperium habuit anni **xxii**, mensibus septem, diebus viginti: hujus quintodecimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi **xxx** cum paterneretur. Item Caius Cæsar, qui et Caligula, annis **iii**, mensibus **viii**, diebus **xiii**. Nero Cæsar, annis **ix**, mensibus **ix**, diebus **xiii**. Galba mensibus **vii**, diebus **vi**. Otho mensibus **iii**, diebus **v**. Vitellius mensibus **viii**, diebus **x**. Vespasianus anno primo imperii sui debellavit Judæos, et fuit anni **xlii**, mense **vi**. Nam imperavit annis **ix**, atque ita in diem expugnationis suæ Judæi impleverunt hebdomadas **LXX** prædictas a Daniele. Igitur expletis his quoque temporibus, et debellatis Judæis, postea cessaverunt illic libamina et sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam et uncio illuc exterminata est post passionem Christi. Erat enim prædictum exterminari illic unctionem, sicut est in Psalmis prophetarum: Exterminaverunt manus meas, et pedes. Quæ passio hujus extermynii intra tempora **LXX** hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare, cœs. Rubellio Geminio et Rufio Geminio, mense Martio, temporibus Paschæ, die **viii** Calendarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam a Moyse fuerat præceptum. Itaque omnis synagoga filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, cum vellet eum dimittere: Sanguis hujus super nos et super filios nostros, et si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris; ut adimpleri possent omnia quæ de eo fuerant scripta.

Hæc Tertullianus; verum Clemens Alexandr. Strom. existimat natum Dominum nostrum **xxviii** anno Augusti, cum primum iuberet census descriptionemque fieri, hebdomadasque Danielis ita fere connumerat ut Tertullianus, passumque Christum quinto decimo anno imperii Tiberii, dum ageret annum **xxx**, quamvis in annorum computatione discriben est inter eos. Eusebius vero ab utroque dissentit, et **x** anno imperii Augusti existimat Danielis vaticinium in Hyrcano ultimo Judæorum sacerdote completum, et hebdomadas facere annos **483**. Ita in annorum ratione nihil est constans, neque certum. De-hac re vide etiam Augustinum lib. de Civitat. Dei **xviii**, cap. **34**, et Cedrenum in Compend., et inter nostros neotericos, Finum, atque Galatinum, et Burgensem Hispanum in doctissimo Scrutinio Scripturarum.

Ibid. Fabricius, pag. **262** Bibliograph. antiq., Si-geberium et, ex Riccioli's tide, Philonem Judæum cum Isidoro de anno quo natus est Christus consentire tradit, et innumeræ alias sententias inter se discrepantes recenset. AREV.

**67.** Filius. Adoptione intellige. Erat enim filius Li-

te, Petrus apostolus **88** contra Simonem Magum Romanum pergit. Marcus quoque evangelista Alexandriae Christum prædicens, Evangelium scripsit.

**70.** [5266] Nero regnat annis **xiv.** Hic injuria, crudelitati et luxuria deditus, retibus aureis piscabatur. Matrem et sororem prostituit et interfecit; senatum multum extinxit; multas reipublicæ provincias et urbes amisit; urbem quoque Romanam incendit, ut Trojani excidii imaginem spectaret. Hujus temporibus Simon Magus, cum altercationem proposuisset cum Petro et Paulo apostolis, dicens se quandam virtutem esse Dei magnam, medio die, dum ad patrem volare promittit in cœlum, a dæmonibus, a quibus in

vice uxoris ipsius, et Caii Drusi Neronis.

**B** Ibid. Annis **xxi**. Sic Eusebius, vel **xxi** (inquit) ac aiunt nonnulli. Nicephorus, Orosius, Victor, Cedrenus, Tertull. aduersus Judeos ei tantum annos **xxii** tribuit, menses **7**, dies **20**. Dion Nicæus an. **xxii**; mens. **7**, dies **20**. Sic Zonaras, nisi quod dies **vii** habet.

Ibid. Reges, etc. De hoc ita Eusebius in Chron. Tiberius multis reges, ad se per blanditiæ evocatos, nunquam remisit; in quibus Archelaum Cappadocem, cuius in provinciam versam Mazacam nobilissimam civitatem Cæsaream appellari jussit. Lege vero ex MSS.: Cuius regno in Provinciam verso, etc. Hac de re scribunt Tacitus et Dion in Tiberio.

Ibid. Hujus decimo. De die et anno mortis Christi variæ sanctorum sunt sententiae apud Tertull. aduersus Judeos, Clemencem, et Eusebium, ceterosque antiquos. Patres, quæ omnia Onufrius Panvinus Augustinianus in unum collegit, elegantè editio Scholio, lib. II Comment. in Fastos.

Ibid. Viginti novem; ali, viginti octo. AREV.

**C** 68. Dion in Tiberio Caligulæ cognomen propterea huic datum scribit, quod cum suis magna ex parte in exercitu educatus, caligis militaribus pro urbanis uteretur. Augustum etiam Cesarem Caligam a militibus per illusionem ab usu caligarum vocatum suisse testatur Dion in Augusto.

Ibid. Annis **iv**. Eusebius, Clemens, Nicephorus, et Cassiodorus ann. **iii**, mens. **x**. Josephus lib. II Belli Judicii, cap. **10**, ponit ann. **iii**, mens. **vi**. Alter lib. **xix** Antiquit. cap. **2**, Extinctus est (inquit) Caius quarto imperii sui anno, minus mensibus quatuor. Tertul. aduersus Judeos an. **iii**, mens. **8**, dies **13**, ponit.

Ibid. Græcæ an Hebraice scripsit Matthæus quæri solet. Hieronymus in Catalogo, Hebraicæ, inquit, Evangelium ejus habetur usque hodie in Bibliotheca Cæsariensi. Idem lib. III contra Pelagian. Similiter Eusebius lib. III Histor. Ecclesiast. cap. **18**, et lib. **iv**, cap. ultimo, Nazianzen. etiam Iræneus, et Nicephorus cap. **45**, lib. **ii**, testantur eum patrio sermone Evangelium suum scripsisse.

**D** 69. Annis **xiv**. Nicephorus agnoscit annos duntaxat **xiii**, mens. **i**. Epiphanius annos totidem, menses **ii**. Josephus lib. **xx**, cap. **10**, Antiq. imperasse scribit ann. **xiii**, mensibus **viii**, diebus **xx**; sicut Dion et Zonaras. Suetonius simpliciter ait eum decimo quarto imperii anno excessisse. Euseb. et Cassiod. numerant annos **xiii**, menses **ix**, dies **xxviii**. Tertull., annos **xiii**, menses **vii**, dies **xx**.

Ibid. Marcus, etc. Euseb. lib. II Histor. Ecclesiast. cap. **5** et **16**. Niceph. lib. **ii**, cap. **15** et **16**.

**70.** Annis **xiv**. Sic Europius, Sueton. Chronicæ Græcum, Ado, alii. Euseb. ann. **xiv**, mens. **vii**, diebus **xxviii**. Epiph. ann. **xiii**, mens. **vii**, dieb. **xxvii**. Niceph. ann. **xiii**, mens. **i**. Dion Nicæus vixisse ait ann. **xxx**, regnasse **xiii**, mens. **viii**. biduo minus. Paulus Orosius lib. **vii**: Principatum, inquit, adeptus est, mansuete in eo annis non plenis **xiv**. Tertul. contra omnium sententiam undecim tantum annos, mens. **ix**, dies **xiii** ponit, Cassiod., ann. **xiii**, mens. **vii**, dies **xxvii**.

Ibid. Matrem. Dion in ejus Vita existimat cum non

Fære serebatur, adjurante eos Petro, per Deum, Paulo vero orante, dimissus crepuit. Ob cuius necem a Neroni Petrus crucifigitur; Paulus gladio cæditur. Hac tempestate Persius poeta moritur. Lucanus quoque ac Seneca præcepto Neronis interficiuntur.

71. [5276] Vespasianus regnat annis x. Iste in disciplina militari strenuus **89** multas provincias; quas Nero amiserat, belando Reipublicæ restituit. Immemor offensarum fuit, convicia in se dicta leviter tulit. Hujus secundo anno Titus Jerosolymam cepit atque subvertit, ubi undecies centena millia Judæorum fame et gladio perierunt. Sed et præter hos quoque centum millia publice venundata.

72. [5278] Titus regnat annis xi. Iste in utraque lingua tanto facundissimus exstinctus, ut causas Latine ageret, poemata et tragœdias Graecæ compoperet; tanto autem bellicosissimus fuit, ut in oppugnatione Jerosolymorum, sub patre militans, duodecim propugnatores duodecim sagittarum confideret ictibus. Porro in imperio tanta bonitatis fuit, habuisse consuetudinem cum matre Agrippina, sed cum alia huic simili, ad quam alludens, dicebat se cum matre consuetudinem habere. De matris morte Dion copiose et Suetonius.

*Ibid. Sororem... Simon Magus.* Ita Niceph. lib. II, cap. 36. Chrysostomus lib. I adversus vituperatores vite monasticæ. Res gestas Petri cum Simone Mago conscripsit Linus Thuscus.

*Ibid. Seneca.* Mores et mortem Senecæ ita describit Dion in Nerone, nescio an vere, et utraque maxime aliena fuisse a viro philosopho (*refert*): *Cum enim tyrannidem, inquit, improbaret, tyramni præceptor erat; cumque insultaret illi qui cum principibus versarentur, ipse a palatio non decedebat: assentatores detestabantur, cum ipse reginas coleret et libertos; divites reprehendebat* **C** *is cuius facultates erant aureorum tricies centena millia: quique luxum aliorum damnabat, quingentos tripodas habuit de ligno cedrino; pedibus eburneis, similes et pares inter se, in quibus canebat. Mortuus denique est, contra quam philosophum decebat, animo abjecto atque inbecillo.*

73. Ante Vespasianum imperaverunt Galba, Otho et Vitellius annum unum, mens. IX, teste Eusebio: qui propterea forte etiam ab Isidoro omittuntur, et ab Orosio, quod Plutarchus in Galba hos non tam Romani imperii quam comedie cuiuspiam fuisse imperatores scribat. Ex Dione Galba imperavit mens. IX, dies 43. Otho dies XC. Vitellius annum unum, dieb. Decem exceptis. Ex Clemente vero, Galba mens. VII, dies VI. Otho mens. V, diem unum, Vitellius mens. VII, diem unum.

*Ibid. Annis. x.* Eusebius, Nicephorus. Chronicon Graecum, et Cassiodorus ann. IX, mens. XI, dieb. XXII. Epiphanius ann. IX, mens. VII, dieb. XII. Dion ann. X, dieb. sex minus: sic et Zonaras, Orosius nono principatus anno profluvio mortuum scribit. Terullianus ait annis XI regnasse. Cedrenus annis X, dieb. VIII.

*Ibid. Undecies, etc.* Sic Eusebius: *Titus, Judæa, capta et Jerosolymis subversa, sexcenta millia virorum interfecit; Josephus vero scribit undecies centena milia fame et gladio periisse, et alia centum millia captivorum publice venundata;* hæc Eusebius.

*Ibid.* Post Neronem et ante Vespasianum, in nonnullis MSS. inseritur: *Post Neronem Galba regnavit mensibus 4. Occisus est in foro. Romæ Otto regnavit diebus CCV. Vixit annis XXXVII. Ipse se interfecit in Italia apud Ebraicum (sic). Vitellius regnavit mensibus octo. Vixit annis LVII. Occisus est a Vespasiani ducibus.* AREV.

72. *Annis. II.* Suetonio et Dion regnavit annis II, mensibus totidem, diebus XX. Eusebio annis II, mens.

A ut nullum omnino puniret, sed convictos adversus se conjurationis dimitteret, atque in eadem familiaritate qua antea habuerat retineret. Hujus etiam inter omnia fuit illud celebre dictum: *perdidisse diem quo nihil boni fecerat.*

73. [5294] Domitianus, frater Titi, regnat annis XVI. Illic post Neronem secundus, superbia exsecrabilis, Deum se appellari jussit, Christianos persecuti paganis instituit. Sub quo apostolus Joannes in Patmos insulam relegatus, Apocalypsin scripsit. Iste mulos senatorum in exsilium misit ac peremit; cunctos quoque qui de genere David erant interici jussit, ut nullus Judæorum ex regali superasset origine.

74. [5295] Nerva regnat anno I. Vir imperio moderatus, æqualem se et communem omnibus præbuit. Hujus tempore Joannes apostolus ab exilio Ephesum rediit, atque efflagitatus ab Asio episcopis, Evangelium novissimum editilit.

75. [5314] Trajanus regnat annis xix. Iste militi. Eutrop. ann. II, mens. VIII, diebus XX. Nicephorus, Cassiodorus, Beda et aliis, annis II, mens. II. Epiphanius ann. II, mens. II, diebus II, cum Isidorus, Orosius facit lib. VII. Zonaras ponit annos duos sex diebus minus. Cedrenus ann. III.

*Ibid. duodecim.* Dion in hujus Vita: *Titus, inquit, non modo senatorem, quandiu principatum tenuit, nullum interfici jussit, sed nec alius quisquam sub ejus imperio morte affectus est. De criminis impietatis nunquam cognovit, neque permisit alius ut cognoscerent: Nemo enim, inquit, injuria me afficeret aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur. Ea vero quæ falso de me dicuntur prorsus negligo.*

*Ibid. Perdidisse diem.* Suetonius memorabilem, inquit, meritoque laudatam voce dedit: *Amici, diem perdidisti.*

*Ibid. Ad verba duodecim propugnatores in textu Grialii Indicium erat nota, qua fortassis intercidit. Mellitus exhibet: Perdidisse diem se, quo commodi cuiquam nihil fecerit. Alii addunt: Vixit annis 40. Cum ingenti omnium luctu in eadem villa, qua pater ejus, morbo abscessus est. Sic de singulis imperatoribus nonnulli interpolati Codices annos vitae exprimit, et locum quo obierunt; quæ tamen Isidorus non esse ex vetustis exemplaribus colligitur.* AREV.

73. Annis XVI. Euseb. ann. XV, mens. V. Sic Epiph., Cassiodor. et Niceph. Suetonius simpliciter decimo quinto imperii anno mortuum asserit sicut Orosius. Dion Nicæus regnavit, inquit, ann. XV, dieb. 5. Zonaras, ann. XV, mensibus X.

*Ibid. Deum.* Eusebius: *Primus Domitianus Dominum et Deum appellari jussit.* Idem Dion. Suetonius: pari, inquit, arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic capi: *Dominus et Deus noster sic jubet: unde institutum posthac ut non scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter.*

*Ibid. Christianos.* Ilæc fuit secunda Ecclesia persecutio: prima enim fuit sub Nerone, de qua Eusebius lib. III Historie Eccl., cap. 15, et Aug. lib. XVIII, cap. 52, de Civitate Dei, et Paulus Orosius lib. VII et Alex. Monachus libello eius rupero τοῦ σωτηροῦ σταυροῦ qui in bibliotheca mea est, nondum editus.

74. Anno I. Eusebius anno uno, mens. IV. Sic Nicephorus, Cassiodorus, Epiphanius, Clemens et Zonaras. Dion, Eutropius, Beda, Ado et alii IX diebus adjiciunt.

*Ibid. Alii, anno I, mensibus IV.* Illic primo edictio sua cunctos exiles revocavit. Unde Joannes evangelista ab exilio, etc. AREV.

75. Trajanus. Mores hujus eleganter Xiphilinus ex-

rabili virtute Romanum imperium usque in Orientem longe lateque produxit. Babyloniam et Arabiā cepit, et usque ad Indicē fines, post Alexandrū, accessit, **91** liberalis cunctis, atque tranquillus. Cūjus inter alia dicta, illud sertor egregium, ut dum interrogaretur quod niūnū circa omnes communis esset, respondit talem se imperatorem esse privatis qualem sibi imperatorem privatus optasset. Simon Cleophas, Jerosolymorum episcopus, hujus tempore crucifigitur, et requiescit Joannes apostolus.

**76.** [5555] Adrianus regnat annis **xxi**. Iste Trajanī gloriæ invictus, provincias Orientis Persis redidit, et Euphratem fluvium finem imperii Romani posuit. Idem quoque Judæos secundo effectos rebelles **92** subjugat, urbemque Jerosolymam restaurat, eamque ex suo nomine *Æliam* vocat. Per idem tempus Aquila Ponticus, interpres secundus post Septuaginta ritur; et Basilides Hæresiarcha agnoscitur.

**77.** [5357] Antoninus Pius regnat annis **xxii**.

Dione depinxit: *Statuas*, inquit, *durens*, aut *argenteas* sibi fieri retulit, *bonaque quæcumque videlicet inventa sunt in palatio* constitutis quibus ea Domitianus per infuriant ademerat. *Civibus Romanis qui in summa forent egestate*, agrum de lit, ad aureorū *decimam milia*; *eius usq[ue]ri amplectere* divisioneque quibuscum viris senatori brachis imperata. Cumque egret pecunia, magnum numerum vestrum, multaque rasa argentea atque aurea, et reliquam spolietatem, non modo de privatis suis, sed etiam de principali bus rebus, multa etiam prædia multaque domos, atque in summa omittit, præter ea quæ necessaria erant, vendidit. Neque vero in pretiis harum rerum sordidus, sed in hoc ipso benignus era multus et liberalis fuit. Ille Dion, qui et alia adjungit quæ summam hujus viri moderationem argunt.

*Ibid.* Annis **xix**. Sic Epiphanius, Chronicon Graecum, Orosius, cum aliis. Euseb. ann. **xix**, mens. **vi** ut Nicophorus et Zonaras. Clemens, ann. **xix**, mens. **vii**, dieb. **xv**. A Dione. Eutropio, Beda, Cedreno et Adone ponuntur ann. **xix**, mens. **vi**, dies **iv**, ut et a Cassiodoro.

*Ibid.* Babyloniā. In alio Ms. erat: Asiam, Babyloniā et Arabiam cepit. Eusebius ita: *Trajanus, vicit regē Decebalo, Daciam fecit provinciam. Heberos, Sauromatas, Asraenos (lege Adiabenos) Arabes Bosphoranos, Colchos in fidem accepit, Seleuciam, et Ctesiphontem, et Babylonem occupavit.* Quod autem pro Asraenos, Adiabenos legam, facit Dion apud Xiphilinum, qui aut hunc Adiabenem omnem, quæ pars Assyria ad Niniū pertinuit, in potestatem suam redegisse. Fuit autem Trajanus, ut est apud Xiphilinum, a Nerva Cæsar et Imperator factus: eum tamen ipsi propinquū non dicescent. Neque enim illæ conjunctionem sanguinis anteposuit publica utilitati; neque rursus eum deterruit quod Trajanus homo Hispanus, nec Italus erat, nec Italicus, quodque ante eum nemo alterius nationis in imperium Romanorum obtinuerit. De Trajano præter alias ex antiquis beripsero: Dion, Sextus Aurelius, Eutropius, Sextus Rufus, Athmianus Marcell. lib. **xiv**, Plinius in Panayrico, et lib. **i** Epistolarum.

*Ibid.* Institui. Postquam (inquit Dion) Romanum venit, multa fecit ad emendandum corrigidendumque s'atum Relp. atque in gratiam bonorum, quorum in primis curam gesit; n'm civitatibus Italice multa targitis est ad educationem tiberorni, in quos magna beneficia contulit. Et mox: *Trajanus, inquit, nulli invidebat, perdebatque neminem: bonos omnes ornabat honoribus, et dignitatibus angebat; ex quo febat ut neque timeret quemquam, nec haberet odio.* Nullam fidem habebat calumniatoribus, nulla ira tenebatur, abstinebat ab altera pecunia, non mitius quam ab iniquis credibus; magnos sumptus fecit, belli pacisque temporibus multa

A iste propter elementum tale cognomentū accedit, quia in orienti regno Romano, cauclibus lucensis, cunctorum debitis relaxavit: unde et pater patris appellatus est. Iste primus imperium Romanū oebis, cum Antonino Juniore, sequata potestate, divisit. Eo regnante, Valentinus et Marcion barebare prodontur, atque Galenus medicus, Pergamo genitus, Roma clarius habetur.

**78.** [5375] Antoninus Minor regnat annis **xviii**. Illic ad Parthos projectus Seleuciam, Assyriae urbem, cum quadringentis millibus hominum cepit; de Parthis et Persis triumphavit. Eo regnante Montanus Cataphrygarum auctor, et Tatianus, a quo hæresis Encratitarum, exorti sunt.

**B** **79.** [5368] Commodus regnat annis **xiii**. Iste luxuriam multa fuit. Sub hoc Theodosius Ephesius, interpretis tertius, apparuit; atque Ireneus episcopus Lugdunensis doctrina habetur insignis.

eaque apprimè necessariā edificavit. Lege apud eumdem plura que hujus viri mores vitamque commendant.

**76.** De hoc ita Spartanus: *Origo imperatoris Adriani vetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniis.* Si quidem Adrie ortos maiores suos, apud Italicam Scipionum temporibus resedisse, in libris vita sue Adrianus ipse commemorat. Adriano pater *Ælius Adrianus*, cognomento *Afer*, fuit consobrinus Trajanī imperatoris, mater *Vomitia Paulina Gudibus* orta. Dion, quod erat municeps Trajanī dicit.

*Ibid.* annis **xxi**. Sic Eusebius, Orosius, Nicephorus, alii. Dion et Zonaras ann. **xx**, mens. **ix**. Eutropius ann. **xxi**, mens. **i**, dieb. **xx**, et ita Cassiodorus, nisi quod diem auferit. Libellus de Vitis Imperatorum C ann. **xxi**, mens. **ii**, ut Spartanus. Cedrenus an. **xxiv**.

*Ibid.* Dion: *Ælianu[m], inquit, Capitolinam appellavit, et coloniam deduxit; et ubi templum Dei fuit, alterum Iovi adsciri curavit, Iudeis graviter fortibus quoil externæ gentes in sua urbe habitarent, sacraque p[ro]regrina in ea fierent.*

*Ibid.* De Basiliide hæretico Euseb. lib. **iv** Hist. Eccles. cap. **7**, et Ireneus lib. **i**, cap. **27**. August. de Hæresib. Niceph. diversis in locis.

**77.** Annis **xxii**. Sic Epiphanius: Eusebius vero anni, **xxiii**, mens. **ii**; Orosius et ex eo Ado Vieunensis, annis **xx** et non plenis tribus imperasse tradunt; Eutropius **xxii** integrōs agnoscit, ut Chronicon Graecum. Nicophorus **xxii** tantum, mens. **ii**. Libellus de Vitis Imperatorum nuper sub Aurelii Victoris nomine Antwerpieditus **xx** duntaxat agnoscit; contra Xiphilinus ex Dione **xxiv**, et cum eo Cedrenus.

*Ibid.* Forte legendum ex Eusebio et Paulo Orosio lib. **vi**, cap. **9**. Valentinus, et Cerd[us] magister Narbonis; quāvis constat ex eodem Euseb. lib. **iv** Hist. Eccles., cap. **10**, Marcionem et Cerdonem eodem tempore Romæ perversa sua dogmata disseminasse.

**78.** Antoninus. Hic cognomen Philosophus fuit vir bonus, ut ait Dion, quippe in quo nihil ficti similitudine inesset. Ille Orosius annis **xiv** tantum imperasse ponit. Euseb., Beda. et Ado. ann. **xix**, mens. **i**. Niceph. ann. **xix**, mens. **ii**. Zonaras ann. **xix**, dieb. **ii**. Cedrenus **xix** dies omittit.

*Ibid.* Encratitarum. De hac hæresi vide Eusebium lib. **iv**, cap. **27**, Histor. Eccles. et Ireneum lib. **i** aduersus hæres., cap. **9**; d[icitur]cunque Eucreatita quasi continentis, postea Severiani a Severo, Tatiani successore, appellati. De quibus vide præterea Nicephorus lib. **iv** Eccles. Histor., cap. **4** et cap. **11**.

**79.** Annis **xiii**. Sic Eusebius, Orosius, Herodianus, Beda, Nicophorus, alii. Eutropius vero ann. **xiiii**, mens. **8**. Dion, ann. **xii**, mens. **9**, dieb. **xiv**, ut Clemens et Zonaras. Cedrenus. **xiv** dies omittit.

80. [5389] **Elias Pertinax regnat anno i.** Ille, supplicante senato, **93** ut uxorem Augustam, et filium Cesarem facaret, renuens, ait sufficere sibi debere quod ipse imperaret Invitus.

81. [5407] **Severus Pertinax regnat annis xviii.** Iste multa bella feliciter gessit: Parthos vicit, Arabiām obtinuit, Britanniam bellando recepit, litterarum et philosophia scientiam habuit. Hujus tempore Symmachus, interpres quartus, agnoscitur; Narcissus Hierosolymorum episcopus virtutibus plurimis celebratur: Tertullianus Afer in Ecclesia illustris habetur; Origenes Alexandriæ studiis eruditus.

82. [5414] **Antoninus Caracalla, Severi filius, regnat annis vii.** Hic impatiens libidinis fuit: hunc etiam suam uxorem duxit. Nihil memorabile gessit. Hujus tempore in Jerico quinta editio divinarum Scripturarum inventa est, cuius auctor non appareat.

83. [5415] **Macrinus regnat anno i.** Hic cum filio regnans nihil memorabile temporis brevitate gesserunt. Nam post annum unum, seditione militari pariter interfici sunt.

**94. 84. [5419] Aurelius Antoninus regnat annis iv.**

80. **Anno i. Eusebius, Epiphanius, Nicephorus et alii vi tantum menses ponunt, Eutropius lxxxi dies. Dion lvii, ut etiam Zonaras et Cedrenus.**

Ibid. **Hic, supplicante, etc.** Ita Eusebius, sed aliter Capitolinus: **Pertinax, Inquit, neque uxoris Augustae appellationem recepit, et de filio dixit: Cum meruerit.**

81. **Ante Severum Pertinacem ponendum erat Didius Salvius Julianus, qui, ut tradit Dion, imperavit dies lxvi, seu, ut Eutropius et Orosius, mens. vii.**

Ibid. **Annis xviii.** Sic Euseb., Epiphanius, Nicephorus aliique pene omnes. Eutropius ann. xviii, mens. x. Dion, ann. xvii, dieb. iii, Zonaras in Dion annos legit xvi, in dieb. et mensibus ei aliqui par. Cedren. ann. xvii, mens. viii.

Ibid. **Britanniam. Tempore Titi Cn. Julius Agrippa prius Romanorum Britanniam circumfusam undique mari cognovit.** Dion in Tito.

Ibid. **De Symmacho Eusebius lib. vi Eccles. Histor., cap. 13, ubi de Narciso et Origene celebris sit mentio.**

82. **Antoninus Caracallus dictus, ut scribit Dion, quod proprium genus indumenti excogitavit in modum penulae. Id barbatum discissumque, et consutum erat ex multis partibus, eoque indutus erat semper, ex quo Caracallus cognominatus est; jussitque militibus, ut se eodem genere vestis induerent. Vide Eutrop. et alios. Noveraea ejus appellabatur Julia ex Eusebio, Dion et alii.**

Ibid. **Annis vii. Sic Epiphanius, Nicephorus et alii. Spartianus et Cedrenus ann. vi, ut et Eusebius, Orosius in imperio mansisse ait annis non plenis vii. Dion. vi, mens. 2, dieb. aliquot.**

83. **Anno i. Ita Eusebius, Niceph., Orosius, alii. Dion et Zonaras anno. i, mens. ii, tribus diebus exceptis, Eutropius ann. i, mens. ii; pessime Cedrenus ann. viii.**

Ibid. **Eusebius Chronicus: Macrinus occiditur in Archaide: Herodianus, in Chalcedone Bityniae urbe. Verum Dion de ejus morte sic habet: Chalcedonem navigavit, ibique remansit; eo venere milites missi a Psendautonio, a quibus comprehensus perductus est in Cappadociam: ubi postquam intellectu filium suum captum esse, dejectus ex eorum vechiculo (nec enim vincitus erat) frigite humerum; nec ita multo post occisus est.**

Ibid. **Melitius, regnat anno i. Romæ amphitheatum incensum. Abgarus vi sanctus regnavit Edessa. Pseudoantoninus, de quo Dion, et Aurelius Antoninus Heliogabalus numeri sed. AREV.**

84. **Annis vi. Ita Eusebius, Nicephorus, Orosius, alii. Eutropius ann. ii, mens. viii. Dion. ann. vii,**

**A**llie dum obscene vivere, et ipse tumultu militari interemptos est. Cujus temporibus sexta editio inventa est Nicopoli; Sabellius haeresiarcha oritur.

85. [5432] **Alexander regnat annis xiii.** Ille Persas gloriissime vicit; civibus favorabilis fuit. Hujus temporibus Origenes Alexandriæ claruit, et Romæ Ulpianus insignis jurisperitus.

86. [5435] **Maximinus regnat annis iii.** Iste primus ex militari corpore, absque decreto senatus, imperator efficitur, et Christianos persecutur.

87. [5441] **Gordianus regnat annis vi.** Ille rebellantes Parthos et Persas afflixit. Rediens victor de Persis fraude suorum interiit. Hujus temporibus Zephyrinus, testimonio Spiritus sancti in specie columbae super caput ejus descendenter, Romæ episcope ordinatur.

B 88. [5448] **Philippus regnat annis vii.** Iste primus inter imperatores **95** credit Christo. Hujus etiam primo anno millesimus annus Romanæ urbis fuisse docetur expletus.

89. [5449] **Decius regnat anno i.** Hujus temporibus saeculus Antonius monachus in Ægypto doce-

mens. ix, dieb. iv. Herodian. ann. vi. Zonaras et Cedren., ann. iii, mens. ix, dieb. iv.

Ibid. **Eusebius in Chronicō: Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cum matre Semasira. Semiamira, Lampridius; Sænida, Herodianus; Sænea, Eutropius.**

85. **Annis viii. Sic plerique omnes: unus Herodianus annos xiv. Eutropius ann. xiii, dies viii, Cedrenus ann. xii, mens. viii, Zonaras, x tantum annos habet.**

Ibid. **Euseb. in Chron. Alexandr. Xerxes regem Persarum gloriissime vicit, ubi, ex Lampridio et Herodiano, Artaxerxes videtur legendum, sicut et in Orosio et Cassiodoro.**

C Ibid. **Grialius, hujus temporis. AREV.**

86. **Annis iii. Sic Eusebius, Niceph., Chronicō Grecum, et alii. Eutropius ann. iii, et dieb. aliquot. Zonaras et Cedrenus, nescio quomodo, ann. vi.**

Ibid. **In alio erat: militari cohorte; verum censui legendum: ex militari corpore, auctoritate Eusebii: sic enim inquit, primus ex corpore militari, et aliorum Codicum.**

Ibid. **Persequitur. De hac persecutione præter alios scribit Aymo lib. vi, cap. 7, et Alexander Monachus της επίστως τραπού.**

87. **Annis vi. Ita Eusebius, Niceph., Paulus, Eutropii interpolator, Orosius, atque alii omnes.**

Ibid. **Zephirinus.** In alio Ms. est, **Flavianus**, verum id lego Zephirino accidisse apud Eusebium lib. Eccles. Hist. cap. 21, et apud Niceph. lib. v, cap. 26. Idem etiam Fabiano evenisse refert Aymon lib. vi, cap. 10. In Ms. etiam ubi **Flavianus** legitur post dictationem ordinatur, adjicitur: **Licet quidam hoc verius de Zephirino adfirmant.**

Ibid. **Multi MSS. sic referunt: Hujus temporibus Flavianus (Legendum, Fabianus) testimonio... ordinatur, licet quidam hoc verius de Zephirino affirmat. Mellitus, corrupte, Severino pro Zephirino. Loaisa de Zephirino ab Eusebilio id narrari a-scribit; alii contra Fabianum pro Zephirino apud Eusebium, lib. vi Histor. eccles., cap. 23, al. 29, legunt. Vide Natural. Alexandr., sacerculo tertio Hist. eccles., cap. 2, et Pagium, in Vitis Pontificum. AREV.**

88. **Annis vii. Sic Eusebius, Nicephorus, Orosius, Cedrenus, aliique pene omnes. Zonaras a quibusdam tradidit ait annos v imperasse, a nonnullis vi et totidem menses.**

89. **Anno i. Sic Chronicō Grecum ms. Eusebius vero, Nicephorus, Ado et alii annum unum ponunt et vi menses. Eutropius ipsum cum filio imperasse tradit**

tur exortus, a quo primum monasteria condita sunt.

90. [5451] Gallus, et Volusianus ejus filius, regnant annis II. Novatus, Cypriani Episcopi presbyter, Romanum veniens, Novatianam hæresin condidit.

91. [5466] Valerianus cum Gallieno regnant annis XV. Cyprianus primum rhetor, deinde episcopus, martyrio coronatur. Gothi quoque Graeciam, Macedoniam, Asiam Pontumque depopulantur. Valerianus Christianis persecutionem movens, a rege Persarum Sapore captus, ibi in dedecore vita consenuit.

92. [5468] Claudius regnat annis II. Iste Gothos, Illyricum Macedoniamque vastantes superat. Paulus Samosatenus hæresiarcha agnoscitur.

93. [5474] Aurelianus regnat annis VI. Iste Romanorum imperium bellando pene ad fines priores perduxit; qui, persecutionem adversus Christianos efficiens, fulmine corripitur et sine mora occiditur.

94. [5475] Tacitus regnat anno I. Hujus vite brevitas gestorum nihil dignum historia praenotat.

95. [5481] Probus regnat annis VI. Iste militia strenuus, et civitate preclarus, Gallias a barbaris occupatas bellando Romanis restituit. Hujus tempore Manichæorum hæresis orta est.

96. [5485] Carus cum filiis Carino et Numeriano

biennio, Orosius triennio, Cassiodorus biennio, mensibus IV.

*Ibid.* Mellitus, *exortus. Romæ amphitheatrum incensum.* Alia omittit. AREV.

90. Annis II. Beda ac cæteri sere omnes IV menses adjiciunt. Nam quod in Nicephoro legitur imperasse uno duntaratum anno et mensibus IV sine mendo non puto, ut liquet ex enumeratione consulum, apud Cassiodorum.

*Ibid.* De Novato heretico scribit Eusebius lib. vi Eccl. Histor., cap. 33, et Pacianus epistola tertia ad Symphor., et Socrates lib. IV, cap. 23, qui in concilio Romano condemnatur, ut constat ex Eusebio lib. VI, cap. 59, Theodoret. lib. III, Cypriau. lib. II, epist. 1, et lib. IV, epist. 2.

92. Annis II. Sic et in Eusebio scriendum testis est Zonaras in Claudio, pro quo nunc legitur ann. I, mens. IX, ut in Nicephoro. Eutropius intra biennium mortuo periisse ait.

*Ibid.* De Paulo Samosateno vide Euseb. lib. VII Hist. Eccl., cap. 25; Epiph. hæres 69. Et in concilio Antiocheno convictus est: Aymon lib. VII, cap. 7, et 10, Niceph. lib. VI, cap. 26 et 29.

93. Annis VI. Ita Cedrenus: verum Eusebius, Nicephorus, Orosius, Eutropius et Zonara, imperio sex annos potius tradunt, paucis mensibus exceptis.

*Ibid.* Eusebius in Chronicis sic habet: Aurelianus cum adversus nos persecutionem invaserit, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit; ac non multo post inter Constantinopolim et Heracleam in Cænophorio via veteris occiditur. Flavius Vopiscus ita: Cum iter sacerdotum apud Cænophorium mansuitem, quæ est inter Heracleam et Byzantium, malitia notarii interemptus est. Vide præterea de ejus morte Euseb. lib. VII Eccl. Hist. cap. 26, Aymon lib. VII, cap. 2 Niceph. lib. VI, cap. 19. Ad. Beda et reliqui omnes a suis interissimis scribunt.

94. Ab aliis sex mensibus ei assignantur, à Cedreno anni II.

*Ibid.* Alii, Tacitus regnavit anno I; quo occiso apud Pontum, oblitus Florianus imperium diebus LXXXIX. AREV.

95. Menses IV Euseb., Niceph., Eutropius, Orosius, aliquique adjiciunt. Zonaras non integris sex ann. imperasse scribit.

A regnat annis II. Carus, postquam de Persis triumphavit, victor circa Tigridem castra penens, iactu fulminis concidit.

97. [5503] Diocletianus et Maximianus regnabant annis XX. Diocletianus, divinis libris adustis, Christianos toto orbe persecutus. Iste primus gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit, dum sola purpura retro principes uterentur. Hi autem Imperatores varia bella gesserunt, Persis victis, recepta Mesopotamia. Qui postea, pariter fastigio imperii relicto, privati vixerunt.

98. [5505] Galerius regnat annis II. Hujus imperii brevitas nihil dignum historia contulit.

99. [5535] Constantinus regnat annis XXX. Hic Persis bellum paravit; ad cuius adventum adeo trepidaverunt, ut supplices occurserent promittentes imperium perfidere. Christianus quoque effectus, licetiam dedit Christianis libere congregari, et in honorem Christi 97 basilicas construi. His temporibus hæresis Ariana exoritur. Nicæum quoque concilium a Constantino ad condemnationem Arii congregatur. Tunc et Donatistarum schisma oboritur. Per idem tempus crux Christi ab Helena, Constantini matre, Hierosolymis reperta est. Constantinus autem, in

*Ibid.* De hæresi Manichæorum a Mane Persa exorta scribit Eusebius, lib. VII Eccl. Histor., cap. 25. Hilarius de Trinitate lib. VI. Cyrillus Catech. VI. Epiphian. hæres. 66.

96. Eusebius Choronicus habet: *Carinus prælio victus apud Murgum occiditur;* Vopiscus, *apud Murtium.*

97. Annis XX. Sic Eusebius, Niceph., Orosius, alii. Cedrenus 22, Aurelius Victor. 25, non sine mendo, ut liquet ex supputatione consulum in Cassiodoro.

98. Eusebius Choronicus, Galerius, inquit, biennio Augustus imperium tenuit, mos cum alio annis sex.

99. Annis XXX. Eusebius, Beda et Ado I in mensis addunt. Nicephorus 31 annos habet, Chronicum Graecum ms. XXX ann. et inensem I. Ex Aurelio Victore colliguntur anni XXXII. Cedrenus trigesimo tertio imperii anno mortuum scribit. Aurelius etiam Victor ponit post Galerium alias duos Galerios, Armentarium et Galerium Maximum, et Alexandrum.

*Ibid.* Christianus. De Baptismo Constantini, præter Eusebium et Zonaram, initio tom. III scripait copiose Cedrenus in ejus Vita. Quod fuerit Sylvestro sanctissimo Romæ papa baptizatus septimo imperii sui anno, et a lepra liberatus, refert Niceph. lib. VII, cap. 41. Ambrosius vero de obitu Theodosii, quod in vita extremo baptismi gratiam obtinuerit, affirmit. Idem testatur Alexander Monachus lib. de Inventione salutis crucis; quem Nicomedæ obiisse ait, hoc opportune adeptum, ut in Jordane, quod summopere desideraverat, baptizaretur; quam sententiam etiam probat Hermes, Socrates, et Theodoreus, ut auctor est Nicephorus, lib. VIII, cap. 54, quibus consentiunt Rusinus, Oros., Cassiodor. et alii.

*Ibid.* Cruz, etc. An crux in qua salus nostra vitaque auctor peperit, habuerit quatuor brachia, et an corpus Domini nostri quatuor fuerit clavis translatum, disputat pie et eleganter Lucas episcopus Tudensis Hispanus ad ersus Albigenenses, quem ms. in bibliotheca habeo. De ejus inventione Alexand. Monachus nondum editus, qui apud me est Graece ms.

*Ibid.* In uraniam dogma. Hanc sententiam docte refellit Cedrenus in Compendio Histor. in Vita Constantini.

*Ibid.* De baptismis Constantini satis superque ab aliis disputatum est. In Codice Florentino sancti Marci, pro Constantinus autem in extremo... fide male,

extremo vita<sup>s</sup> sue ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus, in Arianum dogma convertitur: heu, prob dolor! bono usus principio, et sine malo.

100. [5359] Constantius et Constans regnaverunt annis xxiv. Constantius crudelitate morum terribilis, a Persis multa perpresso est. Deinde Arianus effectus catholicos toto orbe persecutus. Cuius etiam favore Arius fretus, dum Constantinopolin ad ecclesiam pergeret, adversus nostros de fide dimicaturus, divertens per forum Constantini ad necessariam causam, viscera ejus repente simul cum vita effusa sunt. Per idem tempus Athanasius et Hilarius doctrina et confessione fidei celebrantur. Hæresis Anthropomorphitarum 98 in Syria, et Macedonia, et Constantinopoli nascitur. Donatus artis grammaticæ scriptor, ac p̄receptor Hieronymi, Romæ illustris habetur. Antonius monachus moritur. Ossa Andreæ, et Lucæ apostolorum Constantinopolim transferuntur.

101. [5561] Julianus regnat annis ii. Hic ex clero imperator ac paganus effectus, ad idolorum cultum convertitur, ac Christianis martyria intulit. Liberales litteras Christianos docere vel discere vetuit. Qui etiam, dnm in odium Christi templum Jerosolymis Judæos reparare permisisset, atque ex omnibus provinciis Judæi collecti nova templi fundamenta jacent, subito nocte oborto terra molu, saxa ab ino fundamentorum excussa, longe lateque sparsa sunt. Igneus quoque globus ab interiori æde templi egressus,

haec subrogantur: *Cumque bellum in Persas moliretur, in villa publica juxta Nicomediam dispositam bene rempublicam filii tradens, diem obiit.* Cod. Alban. omittit ex omnia, *Constantinus autem... fine mali.* Omissit pariter Codex Cæsenas antiquissimus Etymologiarum, in quo insertum est hoc Chronicum, pro alio breviori quod plerique alii Etymologiarum Codices exhibent. Ac fortasse Isidorus ab aliquo adjecta sunt. In Editione Grialii scribitur *Arrius, Arianus: sed communior scribendi ratio est Arius, Arianus; atque id ita observatur in Historia Gothorum eiusdem Editionis.* AREV.

100. Annis xxiv. Sic Orosius, Niceph., Cedren. et Chronic. Græcum. Hieronymus in suo ad Eusebiūn Chronicō, mens. v diesque xii addit. In Ado. eponuntur anni xviii, mens. v, dies xiv.

*Ibid. Diversens.* De morte Arii Rustinus lib. x Eccles. Histor. cap. 13. Et Cedren. cum Epiph. lib. ii contra Hæres. sic inquit: *Noctu Arius ad sellam progressus, necessarii oneris deponendi, gratia, crepuit, quemadmodum et Judas quondam.* Idem Theodoreus lib. i Eccles. Hist. cap. 14.

*Ibid. Donatus.* Hieronymus Donatum vocat p̄ceptorem suum multis in locis; præsentim in Commentariis in Eccles. cap. i, in illud: *quid est quod fuit?* et in Apologia, adversus Rustinum, et scripsisse Commentarios in Virgilium ait.

*Ibid. Ossa.* Postea Melphin (corrigere Amalphim) ossa Andreæ apostoli translatæ sunt. Caput Pio secundo Romanum allatum et in Basilica dñi Petri collocatum.

*Ibid. Alii: Antonius monachus centum annorum agens in eremo moritur.* AREV.

101. Annis ii. Consentit Nicephorus et Chronicum Græcum. Hieronymus a quibusdam anno i, mens. vii, ab aliis ann. ii, mens. viii, regnasse traditum ait. Orosius i ponit imperii annum, et mens. viii. Paulus Diaconus iii imperii anno extinctum assertit.

*Ibid.* De morte Juliani variæ sunt opiniones, ut est apud Niceph., lib. x, cap. 24; Hieronym. in additionibus in Chronicon Eusebii, et Zonar., lib. iii,

A sus, plurimos eorum suo prostravit incendio. Quo terrore reliqui pavescunt, Christum confitebantur invitati. Et, ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum crucis apparuit signum. Julianus autem contra Persas procedens, facta congressione, jaculo suscepto, interiit.

102. [5562] Jovianus regnat anno i. Qui, dum se ab exercitu imperatorem legi consiperet, seque Christianum affirmans, paganis praesesse non posse adsereret: *Et nos, inquit omnis exercitus, qui per Julianum nomen Christi abjecimus, tecum Christiani esse volumus.* Quibus ille auditis, imperii sceptra suscepit, firmataque pace 99 cum Persis, rediit; qui, lege protinus data, Christianis privilegia reddidit, ac templa idolorum claudi p̄cepit.

103. [5576] Valentinianus et Valens frater ejus regnant annis xiv. Gothi apud Istrum bivarie, in duobus Fridigerno et Athalarico divisi sunt regibus. Sed Fridigernus Athalaricum Valentis, Ariani imperatoris, auxilio superans, suadente eodem, in hujus beneficij gratiam, ex catholico Arianus cum omnigenito Gothorum effectus, errorem secutus est ipsius. Tunc quoque Gisulas, Gothorum episcopus, ad instar Graecarum litterarum, Gothis tunc reperit litteras, et utrumque testamentum linguam in propriam transtulit. Photinus quoque, et Eunomius, atque Apollinaris hæresiarchæ eodem tempore agnoscuntur.

et Cedrenum, et Aimonem de Christianarum rerum Memoria, lib. ix. Paulus Orosius sic lib. vii, cap. 50: *¶ Itaque postquam a Ctesiphonte castra movit, dolo cùjusdam transfugæ in deserta perluctus, cum vi siis et ardore solis, atque insuper labore areuarum confessus periret exercitus, imperator tanto rerum periculo auxius, dum per vasta deserti incautius evagatur, ab obvio quodam hostium equite, conto ictus, interiit.*

*Ibid. Alii, aliqui, pro reliqui; et eorum pro cunctorum.* AREV.

102. Anno i. Menses viii, Hieronymus et Orosius ix. Niceph., Cedrenus, amplius xv dies ponunt. Chronicum Græcum: mens. x, dies xv.

*Ibid. Qui lege.* Cedrenus ait edictum per totum Romanum imperium emisisse; idem Niceph., lib. x, cap. 39. Ammianus Marcellin. Christianæ legis studijs suis asserit.

103. Annis xv. Sic et Chronicum Græcum: *Ἐβαστάνεται, inquit, Πρωπίων ὁ εὐτὸς ληθεώταρος Οὐαλερίους τὴν τοδινήν.* Niceph., ann. x, mens. ix. Orosius, lib. vii, cap. 32, in imperio mansisse ait ann. xi. Cedrenus Valentianum xi annis imperasse, Valentem postea triennio, scribit.

*Ibid.* In alio Ms. erat: *Sed Fridigernum Alaricus superans; verum corrupte ut constat ex Eutropio in Valente, qui Athalaricum a Fridigerno, auxilio Valentis, victum affirmat.*

*Ibid.* Eutropius, lib. xii, in Valente, Ulphilus episcopus Ariensis, qui moratus sub Constantio fuerat, et cum Eudoxio et Aetio Ariensis. Niceph., lib. xi, cap. 48, eum vocat Ulphilam; Rodericus Toletanus, in sua Historia, Gudilam, lib. ii, cap. 1; Ado, Ulphilam. Sunt qui Gulflam et Gulfilam.

*Ibid.* Photinus. Concilium Syrmense adversus eum congregatur, Niceph., lib. ix, cap. 3. Socrat., lib. i, cap. 29. Sozomenus, lib. iv, cap. 5 et 6. A Damasco damnatur, Niceph., lib. xii, cap. 17 et 18.

*Ibid.* Eunomius. Rustinus, lib. x, cap. 25; August., lib. de Hæres., cap. 54; Hieronymus, in iv Ocas. Ad-

104. [5582] Gratianus cum fratre Valentimano regnat annis vi. Ambrosius, Mediolanensis episcopus, in catholicorum dogmateclaruit. Priscillianus haeresim in Islandam nominis sibi in Hispaniam invexit. Martinus, episcopus Turinorum Galliae civitatis, multis miraculorum signis effusit.

105. [5590] Valentinius cum Theodosio regnat annis viii. Synodus Constantinopoli, et sanctorum Patrum colligitur a Theodosio, in qua omnes haereses condemnantur. Hieronymus presbyter in Bethleem toto mundo clarus habetur. Priscillianus, accusante Iacobo, a Maximo tyranno gladio ceditur. Per idem tempus caput Joannis Baptistae Constantinopolim est perductum, et in septimo millario civitatis humatum. Gentium quoque templum per totum orbem, iubente Theodosio, eodem tempore subvertuntur. Nam adhuc iste meata manebant.

106. [5593] Theodosius, cum Arcadio et Honorio regnat annis iii. Per idem tempus Joannes anachoreta virtutum miraculis habetur insignis; qui etiam Theodosio considente, de Eugenio tyrranno victoriatus illi predixit.

107. [5616] Arcadius cum fratre Honorio regnat annis xiii. Iujus temporibus Augustinus episcopus doctrinæ scientia insignis habetur. Joannes quoque Constantinopolitanus, et Theophilus Alexandrinus, illustres episcopi prædicantur. Per idem tempus Donatus, Episcopus, virtutibus insignis est habitus. Qui draconem ingentem, expuens in ore ejus, porcum, quem octo juga boum ad locum incendi vix trahere potuerunt, ne aerem putredo ejus corrumperet. Per idem tempus corpora sanctorum habacte et

versus eum scripsit Basilius, et primum concilium Constantinopolitanum in eum est habitum Damaso P. M. De Haeresi Apollinaris est apud August. haeres. 55, et Theodor., lib. v, cap. 10.

*Ibid.* *Gilsulas.* Nomen genuinum videtur esse *Wulfila*, et hinc apud alios *Gulfila*. Nam septentrionalibus gentibus *Wu* valeat in pronuntiando *yu*, ut observavi in prolegomenis ad *Dracontium*, cap. ix, n. 95. Iterum de *Wulfila* in *Historia Gothorum*, num. 8. Post verba *eodem tempore agnoscentur* quidam Ms. addunt: *Hucusque Eusebius et Hieronymus.* AREV.

104. Annis vi. Concordant Orosius, Prosper, Paulus Diaconus, Zonaras et alii; Ado, vii.

*Ibid.* De Priscilliano vide divum Augustinum, lib. de Haeresib., haeres. 7, et Hieronymum, ad Ctesiphontem, et in Catalogo: Leonem papam, epist. 93; Severum Sulpicium, lib. ii Eccles. Historiæ; concilium Toleton. i, et Bracarense, ubi ejus errores et impietas recensentur.

105. Annis viii. In alib exemplari ix, sed viii scribendum existimo ex suppotatione Coss. qui apud Cassiodorum recensentur. Prosper vii tantum ponit. In Etymologiarum mss. Codd. nunc vi, nunc vii, aliquoties etiam viii et ix habentur.

106. Annis iii. Convenit Prosper, et ipse in Etymologiis. Eutropius; lib. xiii. Mansitque in imperio annis undecim, cum iam in Oriens partibus sex annis, Gratiano largiente et simul imperante, regnasset. Idem Paulus Orosius, lib. vii, cap. 35. Idem Paulus Diaconus, lib. xiii, in princip.

*Ibid.* De isto Eugenio grammatico et litterarum doctore, postea milite, vide Paulum, lib. xiii, in principio. De Joanne autem anachoreta est insignis mentio apud Roffusam, lib. xi, cap. 32, et dix; et Prosperum

A Michæl prophetarum divina revelatione produntur. Goths Italiani deprædantur. Vandali atque Alani Gotias aggrediuntur.

107. Annis [5621] Honorius, cum Theodosio minori, fratri filio, regnat annis xv. His Imperatoribus, Goths Romanum capiunt, Vandali quoque et Alani, et Suevi, Hispanias occupant. Hoc tempestate Pelagius adversus Christi gratiam erroris sui dogmata prædicat; ad cuius damnationem concilium, apud Carthaginem, ccxv episcoporum congregatur. Hoc tempore Cyrilus, Alexandriæ episcopus, insignis est habitus.

109. [5648] Theodosius Minor, Arcadii filius, regnat annis xvii. Vandali ab Hispania ad Africam transeunt. Ibi catholicam fidem Arianae impietate subvertunt. Per idem tempus Nestorius, Constantinopolitanus episcopus, sua perfidiae molitur errorem; aduersus quem Ephesina synodus congregata, ejus impium dogma condemnat. Hoc etiam tempore diabolus in specie Moysi Judæis in Creta apparet, dum eos per mare pede sicco ad terram reprobationis promittit perducere, plurimi necatis, reliqui, qui salvati sunt, confessim ad Christi gratiam convertentur.

110. [5654] Martianus regnat annis vi. Coejus initio Chalcedonense concilium geritur, ubi Eutyches cum Dioscoro Alexandrinico episcopo condemnantur. Hujus autem sexto Imperii anno, Theodosius rex Gothorum, cum ingenti exercitu Hispaniam ingrediuntur.

111. [5670] Leo Major cum Leone Minore regnat annis xvi Alexandria, et Aegyptus synodus Chalcedonensem detrectans, errore Dioscori heretici langiens, immundo repleta spiritu, canina rabie latrat.

Cum Zonara et Paulo Diacono, lib. xiii.

107. Annis xiii. Ita Prosper, Cassiodorus, Sigerbertus, et Tudens. Niceph. addit mens. iii; Cedrenus et Chronicon Graecum xiv annos ponunt. Epitome Chronicorum Severi cognomento Sulpiti, quæ apud me est ms. xii tantum agnoscit. Paulus Orosius, lib. vii, cap. 36, post patris excessum xii annis regnasse affirmat.

*Ibid.* Ex Sozomeno, lib. vii, cap. 25, constat sanctum Donatum Eudoreæ, in Epiro, fuisse episcopum, et Nicophoro, lib. xii, cap. 45, ubi Eureæ, in Epiro, dicitur episcopus.

*Ibid.* Exspuens, etc. Al., exspuens in vs ejus necessitatem, quem, etc. AREV.

108. Annis. xv. Ita Cassiodorus, Tudensis, Ado, et ipse in Etymologiis. Sigerbertus annum unum destrahit; Prosper unum adjicit.

D 109. Annis xxvii. Ita Cassiodorus, Paulus Diaconus, Tudensis, et alii. Sigerbertus tradit eum utrique regno solum iii, annis impasse, posteaque sibi Valentinianni Placidæ amictæ sue, ex Constantio filium ascivisse, cum eodemque aliis xxiv annis regnasse, qui simul collecti nostrum numerum expletent. Prosper xxx ann. ponit; Beda xxvi, Martinus Polon. xxvii, ut noster hic.

*Ibid.* Regnat, etc. Al., regnat annis xxv. Gens Wandalorum ab Hispaniis ad Africam transit. Ibid., etc. AREV

110. Annis vi. Ita Paulus Diaconus, Sigerbertus, Tudens, et alii. Cassiodorus cum Cedreno vii. Ad Vienensis: Marianus, inquit, imperator obit sexto Imperii sui anno, sexto mense completo.

*Ibid.* Theodosius. In alio Ms.: Theodosius, August, et Sigerbertus, Theodosius, similiter Ado Vienensis. Theodosius Toletanus, lib. ii, cap. 8, Theodosius.

111. Annis xvi. Ita Nicophorus, Cassiodorus, Paulus

Per idem tempus apparuit haeresis Acephalorum Chalcedonense **102** concilium impugnantium, qui ideo Acephali, id est, sine capite nominantur, quia, quis primus eam haeresin introducerit non inventur, cuius haeresis peste plurimi hactenus orientalium languent.

**112.** [5687] Zenon regnat annis xvii. Ab isto Acephalorum haeresis defenditur, et decretum Chalcedonensis concilii abdicantur. Iste Zenon Leonem Augustum filium suum interficeret querens, pro eo mater ejus alium figura similem obtulit, ipsumque Leonem occulte clericum fecit, qui in clericatu usque ad Justiniani tempora vixit. Per idem tempus corpus Barnabae apostoli et Evangelium Matthei ejus stylo scriptum, ipso revelante, repertum est.

**113.** [5714] Anastasius regnat annis xxvii. Iste, Acephalorum errorem vindicans, episcopos Chalcedonensis synodi defensores exilio damnat, Evangelia quoque, tanquam ab idiotis evangelistis composita, reprehendit atque emendat. Eo tempore Fulgentius episcopus in confessione Dei et scientia claruit. Trasemundus, Vandalorum rex, in Africa catholicas Ecclesias claudit, et cxx. episcopos in Sardiniam mittit, contra Catholicos sævit. Per idem tempus apud Carthaginem O'ypnus quidam Arianus, in balneis sanctam Trinitatem blasphemans, tribus igneis jaculis, angelo immittente, visibiliter est combustus. Barbas quæque quidam Arianus episcopus, dum contra regulam fidei quemdam baptizans dixisset: t. Baptizat te **103** Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu

diacon. Sigebertus Palmerius, et alii. Beda cum Cedreno xvii, Zonaras xviii.

*Ibid.* Acephali. Niciphorus, lib. xviii, cap. 45. Duxem Injus haeresis facit Severum Antiochenum, et subdit Acephalos ob eam causam sic dictos, quod sub episcopis non essent.

**112.** Annis. xvii. Ita Niciph., Cassiod., Ado et alii. In Sigeberti Chronico scribitur xix ann. regnasse. Sunt qui dicant ann. xvii, mens. vi. Consule Chronicum Mercatoris et Onuphrii fastos. Cum Isidorus faciunt Graeci nostri annales έξατος ζώνων αργυρούτος ἔτη ζ.

*Ibid.* Zete Zenon. Gotfridus in Pantheo, historicus non indil gens, Conradi III a sacris scriniis praefectus, Chron. part. xvi, versibus id extulit:

Zeno pater patris regis paterna tenet,  
Inclitus ejus erat Leo illus, unicuius haeres,  
Militia validus, prælia saepè gerens.  
Ille necem quæsuisse patris falso reputatur.  
Zeno pater, cui dicta patent, jubet ut moriatur,  
Mater ab appositi obviat arte satis...

*Ibid.* Cedrenus: *Eo*, inquit, *tempore reliquias beati apostoli Barnabæ inventavant. In Cypro jacebat cadaver id sub arbore ceraso, Evangelium quod sanctus Matthæus composuerat in pectore gerens manu Barnabæ scriptum.*

*Ibid.* Iste Zenon... querens, etc. Nominativus absolutus pro ablativo, ut multis aliis in locis notatum est. AREV.

**113.** Annis xxvii. Sic ipse in Etymologiis, Tuden-sis, et Ado, cum Paulus Diacono. Niciphorus vero et Cedrenus mens. iv addunt; Zonaras iii. Evagrius, lib. Hist. iii, cap. 41, imperii anno vigesimo septimo, mensibus et diebus iii, additis excessisse tradit. Consule Onuphrium. Godofredus anno imperii 28, fulmine iecit, interissae scribit. Pomponius Lætus ponit ann. xxiv, mens. ii, dies xxix.

*Ibid.* Legendum, contra omnium exemplarium scripturam, historicæ veritate cōgente: *Barbam quoque*

*A sancto, o statim aqua fontis illius quæ fuerat ad baptizandum deportata nusquam apparuit. Quod aspiciens, qui baptizandus erat, confessum ad catholicam Ecclesiam abiit, et iuxta morem evangelice fidei baptismum Christi suscepit.*

**114.** [5723] Justinus Major regnat annis ix. Iste synodi Chalcedonensis amator Acephalorum haeresim abdicat. Hujus tempore, post Trasemundum Childericus, ex Valentinianni imperatoris captiva filia genitus, in Vandalis regnum suscepit, qui sacramento a Trasemundo astrictus, ne Catholicis in regno suo faveret, antequam regnum susiperet, episcopos ab exilio reverti jussit, eisque proprias Ecclesias reformare præcepit.

**115.** [5762] Justinianus regnat annis xxxix. Iste, Acephalorum haeresin suscipiens, omnes in regno suo episcopos tria Chalcedonensis concilii capitula damnare compellit. In Alexandria Theodosianam et Caena haereses oriuntur. In Hispaniam per Athanaildum tyrannum Romanus miles ingreditur. Belisarius patricius mirabiliter de Persia triumphavit. Qui deinde a Justiniano in Africam missus, Vandalorum gentem delevit. In Italia quoque Totila, Ostrogothorum rex, a Narse Romano patricio superatur. Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandriam perducitur, et in ecclesia sancti Joannis Baptistæ humatur.

**104** **116.** [5773] Justinus Minor regnat annis xi. Ille ea quæ adversus Chalcedonensis synodum fue-

*quidam Arianus episcopus, dum contra regulam fidei baptizans, dixisset: Baptizo te, Barba, etc. Ex Paulo Diacono, lib. xv. Cæterum, inquit, Deuterius episcopus Ariani Byzantii baptizans quemdam virum Barbam nomine, cu "contra regulam fidei, etc. Et Cedren.*

*Ibid. Mittit... Olympus quidam. Ali. mittit. Fulgentius quoque in confessione fidei, et scientia floruit. Olympius quidam. AREV.*

**114.** Annis ix. Sic Beda, Cedrenus, Chronicus Graecum, Palmerius et alii. Niciphorus in menses adjungit. Zonaras xx dies, Marcellinus, Theodorus Lector, et Evagrius, lib. iv Histor., cap. 9, ann. ix, dies xxiii; Sigebertus, ann. x; Paulus Diaconus, xi. dies xxviii ann., mens. et dies omittit, lib. xv.

*Ibid. Tria capitula. Isidorus, de Viris illustribus, in Justiniano, de synodo Chalcedonensi: Tria capitula damnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni episcopi dicta, et rescripta Theodorei, et epistolam que dicitur Ibae, Edessæ episcopi.*

*Ibid. Narse. Narses Euunchus, cubicularius Justiniani, exarchus Italæ factus. Paulus, lib. xvi, et Ado.*

**116.** Annis xi. Justinus Minor Sigeberto xii annis imperavit; Niciphoro xii ann., mens. ii, dieb. 20; Zonara et Cedreno ann. xiii.

*Ibid. Tempore Justini, sub Vigilio papa congregatum est concilium Constantinopolitanum; verum non intelligitur, nisi de prima synodo Constantinopolitana cl. Patrum sub Theodosio seniore celebrata, in qua symboli forma data est, quam tota Grecorum et Latinorum prædicta confessio in Ecclesiis. Vide de*

rant edita, destruxit, et symbolum cl. Patrum sa- A cristicci tempore concinendum populo præcepit. Armenii tunc primum idem Christi suscipiunt. Gepidæ extinguntur a Longobardis. Per idem tempus Martinus, Bracarensis episcopus, apud Gallæciam prudentia et doctrina catholicæ fidei clarus habetur. Narses patricius, postquam sub Justiniano Augusto, Totilam Gothorum regem in Italia superavit, Sophiæ Augustæ Justini conjugis minis perterritus, Longobardos a Pannoriis invitavit; eosque in Italiam introduxit. Hac tempestate Leovigildus, rex Gothorum, quasdam Hispaniæ regiones sibi rebelles in potestatem sui regni superando redegit.

117. [5780] Tiberius regnat annis vii. Longobardi, pulsis Romanis, Italiam adeunt; Goths, per Ilermenegildum Leovigildi regis filium, bisarie divisi, B mutua cæde vastantur.

118. [5801] Mauricius regnat annis xxi. Suevi a Leovigildo rege obtenti Gotibus subjiciuntur; idem quoque Goths, Recaredo religiosissimo principe provocante, ad fidem catholicam convertuntur. Abaræ adversus Romanos dimicantes, auro magis quam ferro pelluntur. Ab Hunnis Thracia occupatur. Hoc tempore Leander episcopus in Hispaniis ad gentis Gothorum conversionem doctrina fidei et scientiarum claruit.

hac re Valeriodum, de Rebus Eccles., cap. 23, et concil. Toletan. iv.

117. Annis vii. Convenit Beda, Ado et ipse in Ety-mologiis, Cedrenus, et Annales Græci, ann. iv; Zonaras, ann. iv, mens. x, dies viii; Niceph., ann. v; Sigebert., et Tudens., ann. vi. De varietate annorum Tiberii, Contius in notis ad Niceph. Chronologiam disserit.

Ibid. In Codice Urbinovaticano, de quoq Schel- strati, tom. I, pag. 593, post cæde vastantur, ad-ditur et ipse martyrio coronantur. AREV.

118. Annis xxi. Concordant Sigebertus, Ado, et Beda. Niceph., ann. xx, mens. iv. Cedren., ann. xx, mens. iii, dies ii; Palmerius, ann. xx; sic Zonaras et ipse Niceph. Eccles. Hist.; similiter Pomponius Lætus.

Ibid. Leander. Leandri vitam describit divus Isidorus libello de Viris Illustribus.

Ibid. Mellitus. Goths, Recaredo principe intendeente, ad catholicam fidem revertuntur. Eo tempore Gregorius Romæ episcopus insignis celebratur; tuncque Abares, etc. Alii, pro ab Hunnis... claruit, id exhibent, hoc tempore sanctus Gregorius Romæ episcopus ins- gnis habetur. AREV.

119. Annis. viii. Sic Niceph., Zonaras, Cedrenus, Ado, Tudens. et alii. Onuphrius, ann. viii, mens. iv, dieb. ix.

Ibid. Antiquis quatuor aurigantium, teste Cassiodoro, factiones a colore nominatae fuere, veneta, prasinæ, alba, rosea, quibus, ut scribit Suetonius, duas alias addidit Domitianus, alteram aurati, alteram purpu-rei panni. Igiter id genus hominum seditionorum a coloribus nomina accepit. Xiphilinus in Caligula tradit huic imperatori aurigam querendam, a colore vestis viridis, Prasinum appellatum, maxime in deliciis fuisse.

120. Sisebutus, rex optimus, et religiosissimus fidei catholicæ propugnator et cultor acerrimus, Gundimari regis successor, concilium quartum Toletanum, quæ magna synodus appellatur, congregavit, ubi cap. 55, dicitur temporibus religiosissimi principis Sisebuti Judavos ad fidem Christianam coactos fuisse. Ad hunc Isidor. librum de Natura rerum scripsit.

Ibid. In nonnullis MSS. in Gallia, ut videtur, exaratis, aut inde descriptis, haec ita concinnantur: Heraclius annis xvii regnavit. Hic imperii sui anno & dñm sanguin. Sisebutus Gothorum... convertit, præ-

A 105 119. [5809] Phocas regnat annis viii. Iste so-ditione militari imperator effectus, Mauricium Augu-stum et multis nobilium interfecit. Hujus tempore Prasini et Veneti per Orientem et Ægyptum civile bellum faciunt, ac sese mutua cæde prosterunt. Prælia quoque Persarum gravissima adversus rem-pub. excitantur; a quibus Romani fortiter debellati, provincias plurimas, usque ad Euphratrem fluvium, et ipsam, ut dicunt, Illicrosolymam amiserunt.

120. [5814] Heraclius dehinc quintum agit imperii annum. Cujus initio Sclavi Græciam Romanis tu-lerunt. Persæ Syriam, et Ægyptum, plurimæque provincias. In Hispania quoque Sisebutus, Gothorum rex, quasdam ejusdem Romanæ militiae urbescipit, et Iudeos sui regni subditos ad Christi fidem convertit.

B 121. Fiunt igitur ab exordio mundi usque in praesentem æram 654, hoc est in anno quinto imperioris Heraclii, et quarto 106 gloriostissimi principis Sise-butii, anni quinques mille octingenti quatuordecim.

122. Residuum sæculi tempus humanae investigatio-ni incertum est; omnem enim de hac re questionem Dominus noster Jesus Christus abstulit, dicens: Non es vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Et alibi: De die autem, in-quit, illa ei hora, nemo scit, neque angeli celorum,

C ter eos qui fuga lapsi latenter migraverunt ad Francos. Hujus imperioris temporibus usque ad imperii sui annum 14 et Lotarii gloriostissimi principis regni sui anno 40, multa reipublica ubique pene a diversis gentibus dispedita illata fuerunt. Hujus tempore Persæ Chalcedonem usque pervenerunt. Illi murum longam trahentes, et ad menia Constantinopolis accedentes cum prædicto imperatore in muro stante mutuo collo-quuntur, qui accepto pretio pacis ab eo recedunt. Resi-duum sextæ ætatis tempus humanae investigationi in-certum est, etc. AREV.

121. Et quartu. In alio ms. erat quinto; verum male, cum ex Isid. ipso, in Historia Gothorum constet Sisebutum Heraclii ann. 2 ad publica gubernanda evectum. Observa autem esse quosdam qui existimant Isidorum bis Chronicorum uum edidisse, primo usque ad annum quintum Heraclii, et quintum Sisebuti, nempe ad annum Mundi 5814, deinde vero additis ann. 13, usque ad 18 Heraclii, et 7 Suintili., nempe ad annum ab orbe condito 5827. In multis exemplaribus pri-mam invenio conclusionem hujus Chronicæ. In exemplari autem Soriensi, quod omnium antiquiss. est, duplex ejus conclusio legitur, prior quidem, quam nos posuimus, posterior vero hoc modo: Heraclius dehinc 18 agit imperii annum, cuius initio Sclavi, etc. Fiunt igitur ab exordio mundi, usque in praesentem æram 655, hoc est, in anno 18 imperii Heraclii, et 7 religiosi principis Suintili., MMMDCCCLXXVI.

D Residuum sæculi tempus, etc., ut sup. Vasæus, lib. i Annualium Hispanicorum, cap. 4, affirmat se in-venisse Chronicum Isidor. usque ad 5 annum Suintili-ani, qui fuit annus Domini 626. Est etiam apud me Chronicum Isidoris ms. diversam ab omnibus aliis con-clusionem habens. Verum de hac duorum Editionum opinione dicam quod sentio: Existit Chronicum hoc divi Isidori semel duxata ab eo evulgatum fuisse, cum in prefatione dicat (ut in antiquis, quibusq. et emendatissimis exemplaribus legitur) se scribere usque ad Sisebuti tempora; aliquot vero annis post librum Etymologicarum ab eodem fuisse conscriptum, in cuius lib. v, cap. 37, usque ad 5 (alias 7) Suintili-ani annum, et Heraclii 18, progrediuntur. Nam illud certum est, Isidorum ultimo librum Etymologicarum ad Braulionis Cæsaraugustani petitionem scripsisse,

nisi Pater solus. Unusquisque ergo de suo cogitet transiit, sicut sacra Scriptura ait: *In omnibus operis testatur divus Ildefonsus in additione Virorum Iusti. Scripsit quoque, inquit, ultimo, ad petitionem Braulionis, Cæsarangustani episcopi, librum Etymologiarum; quem cum multis annis conaretur perficere, inesperto opere, diem extremum visus est clausisse.* Idem affirmat Braulio ipse in ejus Vita, atque opus hoc relictum fuisse titulis, non libris distinctum,

*A*ribus memorare novissima. Quando enim unusquisque de sæculo migrat, tunc illi consummatio sæculi est. quod postea ab ipso factum est. Puto itaque conclusionem, quæ est in *Etymologiis*, ab aliquo in *Chronicon translatam*, et vicissim *Chronici in Etymologias*; et in *Chronico legendum usque ad 5 Sisebūt annum, in Etymologiis usque ad 7 Saintilani.* Hæc mibi occurunt; qui secus sentit, non rejicio ejus conjecturam.

## 107 SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# HISTORIA DE REGIBUS GOTHORUM, WANDALORUM ET SUEVORUM.

### Prologus.

1. *Omnium terrarum, queque sunt ab occiduo neque ad Indos, præcnerimia es, o sacra, semperque felix principes, gentiumque mater Hispania. Jure tu nunc omnium regina provinciarum, a qua non Occasus tantum, sed etiam Oriens lumina mutuat. Tu decus, atque ornementum orbis, illustrior porto terræ: in qua gaudet multum ac largiter floret Geticae gentis gloria secunditas.*

2. *Merito te omnium ubertate dignentium indulgentior natura ditavit. Tu baccis opima, vis profusa, messibus lœta, segete vestiris, oleis inumbraris, vite prætexeris. Tu florulenta campis, montibus frondua, piscibus littoribus. Tu sub mundi plaga gratissima sita, nec æstivo solis ardore torreris, nec g'aciali rigore tabescis, sed temperata cœli zona præcincta, zephyris felicibus enutriris. Quidquid enim arva secundum, quidquid metalla preiosum, quidquid animantia pulchrum et utile ferunt parturis. Nec illis amnibus posthabenda, quos clara speciosorum gregum fama nobilitat.*

3. *Tibi cedet Alpheus equis, Clitumnus armentis, quanquam volucres per spatha quadrigas olympicis sacer palmis Alpheus exerceat, et ingentes Clitumnus, juvencos capitoliniis olim immolaverit victimis. Tu nec Etrurie saltus uberior pabulorum requiris, nec lucas Molochi palmarum plena miraris, nec equorum cursu tuorum eleis curribus invidebis. Tu supersuis secunda fluminibus, tu auristuis fulva torrentibus. Tibi sons equi genitor. Tibi vellera indigenis sucata conchyliis ad rubores tyrios inardescunt. Tibi fulgurans inter obecura penitorum monium lapis jubare contiguo vicini solis accenditur.*

4. *Alumnis igitur, et gemmis dives et purpuris, rectoribus pariter et dotibus imperiorum fertilis, sic opulenta es principibus ornandis, ut beata pariendis. Jure itaque te jam pridem aurea Roma caput gentium concupivit, et licet te sibimet eadem Romulea virtus primum victrix spoponderit, denuo tamen Gothorum forentissima gens post multiplices in orbe victories certatum rapuit et amavit, fructuque hactenus inter regias insulas et oves largas, imperii felicitate secura.*

P.R.F. N. 4. Hoc elogium Hispaniae, sive prefatio in Historiam Gothorum desideratur in antiquis Editionibus operum sancti Isidori, ut observavi in Isidorianis, cap. LXXIX, cui hunc feci titulum: *Historia de regibus Gothorum, Wandalorum et Suevorum Isidoro contra Pellizerium vindicatur.* Codices mss., Editiones inter se diverse *Chronicon Visigothorum, Wulæ dictum, an sit Isidori. Monitum de hoc Chronico ex Editione Patrum Toletanorum. Exemplar interpolatum Historiae inter Chronica Tudensis. Alia mutila, ut videtur, ab Isidori tempore, et cur? Verba Isidori de sancti Hermenegildi adversus Patrem bello exposita. Mirur Isidori et aliorum Patrum Ecclesiae Gothicæ silentium de gloriose sancti Hermenegildi martyrio. Obsequium episcoporum Ecclesiae Gothicæ in quibusdam arduis regum factis. Quo uberiorum sermonem in Isidorianis adhibui, ut difficiliora quæque loca operum sancti Isidori enucleare, eo nunc minus mihi laborandum fuit in hujus aliorumque ejusdem Isidori operum notis adorandis. Ac potuissem sane multo brevior fuisse in Isidorianis, si in subjiciendis annotationibus abundare voluisseni.*

B Nunc variam prefationis scripturam indicabo. Quæque. Ita recte Labbeus, pro quæcumque; nam quique pro quicunque ac ipit; alii que. Ibid., ac largiter flore; al., ac nullum foret. AREV.

2. *Lata. Al., lata. Ibid. Frondua. Codex Legionensis frondea. Ibid. Gregum. Id retinendum cum Labbeo, neque erat cur Florexus et Editor Matriensis recentis Editionis sancti Isidori præferrent Grecorum epm Grotio. AREV.*

3. *Cedet. Malum cedit; et in Mss. quidem sœpe e occurrit; ro i. Ibid. Olympicis. Grotius, olim Pisius, quod corruptum est. Ibid. Invidebis, al., invidenter. Apud Labbeum deest. Hæc periodus: Tu nec Hertria inidebis. Quod dicitur uberior pabulorum intelligendum est uberior pabulus, sere ut paulo post palmarum plena. AREV.*

4. *Romulea. Al., Romula. Ibid. Victrix, Ita Cod. Legionensis; alii, victus, aut victam. Ibid. spoponderit; al., desponderit, aut possederit. Ibid. Regias insulas; al., regna, insulas. Jam *Chronicon ipsum* quod sequitur, Joan. Baptista Perez nonnullis notis illustravit. AREV.*

## INCIPIT HISTORIA.

**1091.** Gothorum antiquissimum esse gentem certum est : quorum originem quidam de Magog, filio Japhet, suspicantur educi a similitudine ultimæ syllabæ, et magis de Ezachiele propheta id colligentes. Retro autem eruditio eas magis Getas quam Gog et Magog appellare consuevit. Gens fortissima etiam Judæam terram vastatam describitur.

2. Interpretatio autem nominis eorum in linguam nostram *tecti*, quo significatur *fortitudo*; et re vera, nulla enim gens in orbe fuit que Romanum imperium adeo fatigaverit ut hi. Isti enim sunt quae etiam Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertimuit, Cæsar exhorruit. (*Ez Oros.*) Per multa quippe retro aëcula ducibus usi sunt, postea regibus, quorum oportet tempora per ordinem cursim exponere, et quo nomine actaque regnaverint, de historiis libata retexere.

3. Anno ante æram conditam xii, dum pro tripiendo reipublicæ imperio, Cn. Pompeius et C. Julius Cæsar arma civilia commovissent, Goths, ad praebendum Pompeio auxilium, in Thessalam adversus Cæsarem pugnaturi venerunt. Ubi dum in Pompei exercitu Æthiopes, Indi, Persæ, Medi, Græci, Armeni, Scythæ, ac reliquæ Orientis gentes evocatae adversus Julium dimicassent, isti præ ceteris Cæsari fortius resistiterunt. Quorū Cæsar copia et virtute turbatus fertur fugam meditatus esse, nisi nox prælio finem dedisset. Tunc Cæsar ait nec Pompeium scire vincere, nec Cæsarem possevinci. Nam si Pompeius vincere nosset, hodie cum tam asperis viris Casarem superasset.

4. *Æra ccxciv.* Anno imperii Valeriani et Gallieni primo, Goths, **110** descensis montibus Alpibus, quibus inhabitabant, Græciam, Macedoniam, Pontum, Asiam atque Illyricum vastaverunt. Ex quibus Illyricum et Macedoniam 15 ferme annis tenuerunt. Deinde a Claudio Imperatore superati sedes proprias repetunt. Romani autem Claudium Augustum pro eo quod tam fortissimam gentem a finibus reipublicæ removisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in capitolio auream statuam collocauerunt.

5. *Æra ccclix*, anno xxvi imperii Constantini, Goths, Sarmatarum regionem aggressi, copiosissimis

1. Hieronym., in Quæst. Heb., Genes. x : *Et certe Goths omnes retro eruditu magis Getas quam Gog et Magog appellare consueverant.*

*Ibid.* Gothorum, etc. Al., *Gothorum antiquissimum esse regnum* *Ibid.* *Retro autem eruditio... consuavit;* al., *Romani autem cdiu... conseruerant.* *Ibid.* *Getas fortissima...* *describitur.* Omittitur id, ut multa alia, in Codice Labbeano. Fabricius, in Bibliograph., pag. 48, laudat Fabianum Turner, qui de præstantia lingue veteris Gothicæ, et Surahilmum, qui de origine linguae Gothicæ scripserunt. AREV.

*Ibid.* *In linguam nostram tecti, quo;* al., *in linguam nostra dicti, quod.* Alvarus Cordubensis quedam ex hoc Isidoris loco sumpxit. Vide, inf., not. ad n. 67. AREV.

3. Alii illum, pro Julianum, et ei pro Cæsari; et inquit, pro meditatus esse. ANGU.

4. *Æra 294*; al., mendose, *æra 214.* *Ibid.* *Primo.*

A super Romanos irruerunt agminibus, vehementi viritate cuneta gladio et depredatione vastantes. Adversus quos idem Constantinus sciens instruxit, ingentique certamine vix superatos ultra Danubium expulit, se diversis gentibus virtutis gloriam clarus, sed de Gothorum victoria amplius glorioseos. Quem Romanî, acclamante senatu, publica laude prosecuti sunt quod tantam gentem vicerit, quod patriam rem publicam reformaverit.

6. *Æra cdvii*, anno v imperii Valentis, primus Gothorum gentis administrationem suscepit Athanacius, regnans annos xiii, qui, persecutione crudelissima adversus fidem communam, voluit se exercere contra Goths, qui in gente sua Christiani habebantur, ex quibus plurimos, qui Idolis immolare non acqueverunt, martyres fecit; reliquos autem multis persecutionibus affectos, dum pro multitidine horret interfiscere, dedit licentiam, imo magis coegerit de regno suo exire, atque in Romanî soli migrare provincias.

7. *Æra cxxv*, anno xxi imperii Valentinis, Goths in Istrum adversus semitopeos in Athanacico et Fridigerno divisi sunt, alternis sece credibus depopulantes. Sed Athanacius Fridigernum Valentinus imperatoris suffragio superat. Hujus rei gratia legatos cum munib' ad eundem imperatorem misit, et doctores propter suscipiens Christianæ fiduci reglam posuit. Valens autem a veritate **¶** catholice fidei devius, et Ariana heresis perversitate detulit, missis hereticis saecordibus, Goths persuasione nefanda sui erroris dogmati aggregavit, et in tam præclararam gentem virus pestiferum semine pornicoso transdidit, sicutus errorum quæcum recente crudelitas ebilit, tenuit, diuine servavit.

8. Tunc Gelffus eorum Gothorum episcopus Gothicas litteras condidit, et scripturas Novi ac Veteris Testamenti in eamdem linguam convertit. Goths autem, statim ut litteras et legem habere coeperunt, instruxerunt sibi dogmatis sui Ecclesiæ, talis juxta eundem Arium de ipsa divinitate documenta tenentes, ut credent Filium Patri maiestate esse minorem, et aeternitate posteriorem. Spiritum autem sanctum, nec Deum esse, neque substantiam Patris existere, sed per Filium creatum esse, utriusque ministerio deditum,

Ita Labbeus, et cum eo Florezius; in Editione Grialii, minus bene, secundo. Ljudebrogius legendum ait *æra 293*, anno 3. Montes Alpes vocabantur quilibet montes excelsi. Vide Etymolog. lib. xiv, cap. 8, num. 18. AREV.

*Ibid.* *Æra 369.* Id reliaendum; alii alios numeros indicant. Pro an. 26, mendose apud Grial. 16. AREV.

6. *Æra 407.* Perezius edidit 408, cum nota, al. 407; sed hoc verum est, quod ex Fastis Iacianis alii que monumentis Florezius demonstrarunt. Pro affectos dum pro; al. affectos dum præ; et postea in Romanorum migrare provinciam. ANGU.

7. Allii, *trans Istrum...* *populantes*, Grialii Editio, in Istrium, AREV.

8. Neque substantiam. Labbeus neque ex substantia. De Gultila, aut Wulfila, dictum in not. ad Chronicorum quan. 103. Fabricius, pag. 45 Bibliogr., recenset

et siborum obsequio subditum. Atque quoque Patris sicut personam, sic et naturam asserentes; eisim Filii, aliam denique Spiritus sancti, ut jam non (secundum sancte Scripturæ traditionem) unus Deus et Dominus coleretur, sed, juxta idolatriæ superstitionem, tres dei venerarentur. Cujus blasphemia malum per decessum temporum, regumque successum, annis ccxiii tenuerunt. Qui tandem reminisceptes salutis suæ, renuntiaverunt maliæ perfidia, et per Christi gratiam ad unitatem fidei catholicæ pervenerunt.

9. *Æra cxxvi*, anno xiv imperii Valentia, Gothi, qui primum Christianos a terra sua expulerant, rugus ipsi ab Hunnis cum rege suo Athanarico expulsi sunt; transitoque Danubio, cum vim ferre non posse Valentis imperatoris, se se non depositis armis tradunt, et Thraciam ad inhabitandum accipiunt. Sed ubi viderunt se opprimi a Romanis contra consuetudinem propriæ libertatis, ad rebellandum coacti sunt. Thraciam ferro incendiisque depopulantur, deletoque Romanorum exercitu, ipsum Valentem jaculo vulneratum, in quadam villa fugientem, succenderunt, ut merito ipse ab eis **112** vivus temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus æternis tradiderat.

10. Invenerunt autem eo prælio Gothi confessores priores Gothos, quos dudum propter fidem a terra sua expulerant, et voluerunt eos sibi ad prædæ societatem conjungere. Qui, cum non acquievissent, aliquanti interficiuntur. Alii, montuosa loca tenentes, et refugia sibi qualiacunque construentes, non solum perseveraverunt Christiani catholici, sed etiam in concordia Romanorum, a quibus dudum excepti fuerant, permanerunt.

11. *Æra cdxix*, anno imperii Theodosii Hispaniæ, Athanaricus cum Theodosio jus amicitiamque disponens, mox Constantinopolim pergit, ibique quinto decimo die postquam fuerat a Theodosio honorabiliter susceptus interiit. Gothi autem, proprio rege defuncto, aspicientes benignitatem Theodosii imperatoris, initio foedere, Romano se imperio trididerunt et fuerunt cum Romanis **xxviii** annis.

12. *Æra cdxx*, anno imperii Theodosii iv, Gothi, patrocinium Romani foederis recusantes, Alaricum regem sibi constituant, indignum judicantes Romanos esse subditos potestati, eosque sequi, quorum jam **D**

Georgii Friderici Heupelli dissertationem de Ulphila, seu versione qualior evangelistarum Gothicæ. AREV.  
9. In Editione Grialii, mendose, annus 48 Valentia p. u. anno 14 designatur. Pro a terra sua, al. a se. q. suis. Perezius scribebat Ugnis, et pro alia lectione Hyannis, quod magis communè est. Pro deletoque, quod alii exhibent, in Editione Grialii est dejectoque. Perezius fortasse volebat dejectoque. Pro succenderunt, etc. alii succendunt, ut merito ipse ab eis vivens. AREV.

10. *Alii*. Vide Eutropium.

11. *Interiit*: al. moritur, AREV.

13. *Quinto*. Ita corredit Florezius, quamvis anni habeant quartu, usi etiam num. seq. posuit 44 pro 46, quia ita melius anni xix cam anni imperatorum consentiunt, et in tribus æris sequentibus eadem ratio numerandi servatur. Pro ad prædandas quascunq; alii ad tendendas quaque. AREV.

A pridem leges imperiumque raspuerant, et de quorum se societate prælio triumphanties averterant.

13. *Æra cxxxvii*, anno imperii Honorii et Arcadii quinto, Gothi, in Alarico et Radagaiso divisi, dum semetipsos in duabus regni partibus variis cædibus lacerarent, ob excludium Romanorum concordes electi, consilium in commune constituunt, parique intentione ad prædandas quascunque regiones Italie ab invicem dividuntur.

14. *Æra cdxlii*, anno Honori et Arcadii xi, rex Gothorum Radagaisus, genere Scylha, cultui idolatriæ deditus, barbaricæ immanitatis feritate savissimus, cum ducentis armatorum milibus Italizæ partes vehementi vastatione aggreditur, spondens in contemptum Christi **113** Romanorum sanguinem diis suis libare, si vinceret. Cujus exercitus, a Stilicone duce Romano in montuosis Thuscianis locis circumclusus, famæ est potius quam ferro consumptus. Ipse postremum rex captus et interfictus est.

15. *Æra cdxlvii*, anno imperii Arcadii xv, extincto Radagaiso, Alaricus consensu regni, nomine quidem Christianus, sed professione hereticus, dolens tantam multitudinem Gothorum a Romanis extinctam, in vindictam sanguinis suorum adversus Romanum prælrium gessit, obessamque impetu, igue, gladiis, irrumpit, siveque Urba cunctarum gentium victrix, Gothicis triumphis victa succubuit, eisque capita subjugaque servivit. Tam autem Gothi clementea ibi extiterunt, ut volum antea darent, quod si ingredierentur Urbem, quicunque Romanorum in locis Christi invenirentur, in vastatonem Urbis non mitteteret. Post hoc igitur volum, aggressi Urbem, omnibus et mors et captivitas induita est, qui ad sanctorum limina congerunt. Sed et qui extra loca martyrum erant, et nomen Christi et sanctorum nominaverunt, et ipsis simili misericordia pepercérunt.

16. In reliquo autem, eis præda hostium patuit, ferendi tamen immanitas refrenata est. Incursantibus autem in illa vastitate per Urbes Gothis, dum quidam potens virginem consecratam ætate provectam represisset, eamque honeste admoneret ut, si quid apud se auri argenteique esset, proferret: illa fideli conscientia, quod habuit protulit; cumque ille vasorum formam

14. Pro anno 44, alii exhibent 40, ut nuper dictum. Grotius, cum ducentis armatis Sarmatarum milibus; at Labbeus cum Edi. Grialii facit. AREV.

15. *Æra cdxlvii*. Vide Procopium, Jornandem, Marcellinum, Paulum Diaconum.

*Ibid.* In Editione Grialii, anno imperii et Arcadii. Fortasse Editor voluit, anno Honorii et Arcadii, ut alii habent. Verum Florezius legendum probat anno imperii Honorii, delecto Arcadii nomine tum in hac æra, tum in duabus sequentibus 448 et 454, siquidem Arcadius jam obierat, et tredecim tantum annos cum Honorio regnaverat, ut ex Isidori Chronico patet. Librarii, ut credere par est, ex præcedentibus æris Arcadii nomen cum Honorio conjunserunt. Pro impietu, igne, gladiis, Labbeus minus bene impietu magna clavis; pro Romanorum, alii Christianorum. AREV.

16. *Sacram hostiam*. Labbeus, sacra hosti, quod fortasse melius. AREV.

et pulchritudinem ex illa antiqua Romanorum opulentia miraretur, virgo ait: *Hæc vasa mihi de sacrario Petri apostoli deposita sunt; præsume, si audes. Ego sacram hostiam dure non audeo.* Gothus ille ad nomen apostoli magno pavore perterritus, regi hoc pernuntium refert, qui confessum rex reportari omnia ad sacrarium sancti Petri **114**, per virginem illam summa cum reverentia jussit, dicens: *Cum Romanis gessi bellum, non cum apostolis Dei.*

17. Redit igitur virgo reverentissimis officiis honorata, redeoat et cum illa omnes qui ei se sociaverant, super capita sua vasa illa aurea et argentea cum hymnis et canticis reportantes, exeritis undique jussu regis ob defensionem armatorum custodiis. Concurrunt undique ad voces canentium de latronis agmina Christianorum. Concurrunt etiam et pagani, atque admixti inter eos, dum servos Christi se esse fingunt, etiam et ipsi calamitatis excidium evaserunt.

18. Hac tempestate Gothi Placidam Theodosii principis imperatoris filiam, Arcadil et Honorii imperatorum sororem, cum ingenti auri argenti que thesauro Romæ capiunt; adeptisque multis opibus Romanorum, tertia die, incensa eversaque in partibus Urbe, discedunt; inde concensis navibus, cum ad Siciliam exiguo ab Italia freto divisa transire disponerent, infesto mari periclitati multum exercitum perdiderunt. Quibus tanta fuit gloria de Romanæ urbis obtenuit, ut in ejus comparatione nihil se mali passos tempestate illa arbitrarentur, dama naufragii eventu victorice compensantes. Mors Alarici confessum secuta, vigesimo octavo regni anno defunctus est in Italia.

19. *Æra cdlvii, anno imperii Honorii xvii, et primo Theodosii Minoris, Alarico post captiæ Urbera defuncto, Athaulfus a Gothis Italæ regno præficitur annis vi.* Iste, quinto regni anno de Italia recedens, Gallias adiit, Placidam Theodosii imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, conjugem sibi assumpsit. In qua prophetia Danielis a quibusdam creditur suis completa, qui ait filiam regis Austræ conjungendam regi Aquilonis, nulla tamen de germe ejus sobole subsistente. Sicut, et idem in sequentibus **115** propheta sub-

17. *Reportantes, exeritis, etc. Editio Grialii, reportantes. Exercitus undique jussu regis ob defensionem armatorum custodiis concurrunt. Undique ad voces, etc. Mox Labbeus agmina pagauit, qui dum Christianos se esse fingunt, etc. AREV.*

18. *Placidam. Al., Placidam.*

19. *Editio Grialii indicat æram 449, annum 17 Honorii, et annum 6 Theodosii Min. ris. Florezius ex aliis Editionibus, et ex ipso Isidoro alibi restituit æram 448, annum 16 Honorii, et annum primum Theodosii Minoris; sed annum hujus Theodosii cum aliis Editionibus omnino omittit, qui ab Isidoro alibi non exprimitur, cum annos Honorii nominat. In Editione Lindenbrogiæ omittitur Honorii nomen, et annus primus Theodosii Minoris exprimitur. Secundum Isidorum, ait Lindenbrogius, *Arcadius obiit anno Christi 410, æra 448.* Florezius præsert cum Labbeo in quo, pro in qua. Editio Grialii, quibus ait, pro qui ait. AREV.*

**A** jungit dicens: *Nec stabit semen ejus. Nullus enim de utero illius exstitit genitus, qui patris in regno succederet.* Athaulfus autem dum, relictis Galliis, Hispanias peteret, a quodam suorum apud Barcinonam inter familiares fabulas jugulatur.

20. *Æra cdli, ann. imperii Honorii xxii post obitum Athaulfi, a Gothis Sigericus princeps electus est, qui, dum ad pacem cum Romanis esset promptissimus, mox a suis est interfactus.*

21. *Æra et anno quo supra, Walia Sigerico succedens, tribus annis regnum tenuit, belli causa princeps a Gothis effectus, sed ad pacem divina providentia ordinatus, mox enim cum regnare cœpit, foedus cum imperatore Honorio pepigit, Placidam sororem ejus, quæ a Gothis Romæ capta fuerat, ei honorifice reddidit, promittens imperatori propter rem publicam omne certamen implendum. Itaque ad Hispanias per Constantium patricium evocatus, Romani nominis causa cædes magnas Barbaris intulit.*

22. *Wandalos Selinguos in Bætica omnes bello extinxit. Alanos, qui Vandalis et Suevis potentabantur, adeo cecidit, ut extinctio Atace rœge ipsorum, pauci qui superfluerant, oblio regni nomine, Gunderici regis Vandalorum, qui in Gallicia resederat, se regimini subjugarent. Confecto igitur Walia bello Hispaniæ, dum instructa navalí acie, in Africam transire disponeret, in freto Gaditani maris vi gravissimæ tempestatis effractus, memor etiam illius sub Alarico naufragii, omisso navigationis periculo, relictis Hispaniis, Gallias repetit; dataque ei ab imperatore ob meritum victorice secunda Aquitania cum quibusdam civitatibus consilium provinciarum usque ad Oceanum.*

23. *Æra cdlvii, anno imperii Honorii xv, Rego Walia defuncto, Theuderetus successit in regno annis xxxiii. Qui regno Aquitanico **116** non contentus, pacis Romanæ foedus recusat, pleraque municipia Romanorum vicina sedibus suis occupat, Areolas nobilissimum Gallia oppidum multa vi obsecsum oppugnat. A cuius obsidione, imminentे virtute Aetii Romanæ militie duci, non imunitus discedit.*

24. *Remoto igitur Valentianiani imperatoris jussu a potestate militari Aetio, dum Theuderetus Narbonensi urbi diutina obsidione ac fame esset infestus, rurus*

**D** 21. *Joannes Fridericus Moldener in Specim. rei numariae veteris exhibet numum Walie cum obscura epigraphe. AREV.*

22. *Vandalos Selinguos. Nonnulli inter Vandalo et Selinguos ita distinguunt, ut veluti duas nationes intelligentur. Sed conjunctim legendum, et eisdem esse Vandalo, et Selinguos ostendit in Prolegom. ad Dracontium, pag. 73. Pro superfluerant, alii superfluerant, Editio Grialii, mendose, superfluerat. Labbeus, acie, Africam transire moliretur. AREV.*

23. *Anno imperii Honorii 25. Ita Florezius ex Labbeo, Editio Grialii, anno imperii nono Theodosii Minoris, omisso nomine Honorii. Probat Florezius omittendum potius Theodosii Minoris nomen, neque annum ejus nonum, sed decimum in utrissim in æram 457. Pro Theuderetu, alii scribunt Theodericus. Lindenbrogius posuit æram 467, et annum vicesimum Theodosii Minoris, ac consequenter xxiii annos tantum Theuderedo assignavit. AREV.*

a Litorio, Romanæ militiæ duce, Hunnis auxiliantibus, effugatur. Litorius autem, dum primum res prosperas adversus Gothos gessisset, denuo dæmonum signis aruspicumque responsis deceptus, bellum cum Gothis imprudenter initit, amissaque Romano exercitu, miserabiliter superatus interiit. Fecitque intelligi quantum illa que cum eodem perire multitudine prodesse potuerit, si fide potius quam fallacibus dæmoniorum ostentis uti maluisset.

25. Extincto igitur Litorio, pace deinde Theuderdus cum Romanis invita, denuo adversus Hunnos, Galliarum provincias sæva populatione vastantes, atque urbes plurimas evertentes, in campis Catalaunicis, auxiliante Aetio, duce Romano, aperto Marte conflixit, ibique præliando victor occubuit. Gothi autem, dimicante Thiburismundo, Theuderedi regis filio, adeo fortiter congressi suut, ut inter primum prælium et postremum trecenta fere millia hominum in eo certamine prostrarentur.

26. Multa eodem tempore cœli et terræ signa præcesserunt, quorum prodigiis tam crudele bellum significaretur. Nam, assiduis terræmotibus factis, a parte Orientis luna fuscata est, a solis occasu stella cometes apparuit, atque ingenti magnitudine aliquandiu fulsit. Ab Aquilonis plaga cœlum rubens, sicut ignis aut sanguinis effectum est, permistis per igneum ruborem lineis clarioribus in speciem hastarum rutilantium deformatis. Nec mirum ut tam ingenti cæsorum strage divinitus tam multa signorum demonstraretur ostensio.

27. Hunni autem, usque ad internectionem pene cæsi cum rege 117 suo Athila, relictis Galliis, Italiam perfugiunt, aliquantis civitatibus irruptis. Qui et ibi partim fame, partim cœlestibus plagis percussi, interierunt. Misso insuper a Marciano imperatore exercitu, fortis plaga cœduntur, affectique nimium ac diminuti, sedes proprias repetunt, ad quas rex eorum Attila, mox, ut remeavit, occubuit.

28. Post ejus obitum Hunnoruni gens proprio se insuper excidio devastavit. Statimque inter filios ejus de obtinendo regno magna sunt exorta certamina. Atque ita Hunni, qui tot cladibus antea diminuti fuerant, rursum mutuis sese gladiis conciderunt. In quibus illud mirum est, ut, dum omne prælium detrimentum habeat populorum, isti vice versa cadendo proficiant. Sed proinde est quia in disciplinam fidelium positi sunt, sicut populus est gentis Persarum.

29. Virga enim furoris Dei sunt, et quoties indignatio ejus adversus fideles procedit, per eos flagellantur, ut, eorum afflictionibus emendati, a seculi cupiditate et peccato semetipsos coerceant, et cœlestis regui hære-

25. Populatione. Al., depopulatione. AREV.

26. Grialius, effectus est. Ibid. Tam ingenti. Flores cum Labbeo in tam ingenti. AREV.

27. Irruptis. Labbeus, interruptis. AREV.

30. Omnia exemplaria consentiunt in æra 490, et anno priuilegio Marciani; et id videtur esse positum ex mente Isidori, ut patet ex æris sequentibus, et ex Idaci Chronico interpolato, cui hæc supputandi ratio congruit. Cæterum alii alias chronologiam sequuntur; ex quorum sententi Marcianus regnare cepit anno 480, cui respondet æra 488. Grialius, filius

A ditatem possideant. Adeo autem hæc gens horrida est, ut cum famem in bello fuerit passa, venam tangat equi, et sic excludat hausto sanguine famem.

30. Æra cxxc, anno primo imperii Marciani, Turismundus, filius Theuderedi, provehitur ad regnum anno uno. Qui dum in ipsis regni sui exordiis feralis ac noxiis hostilia inspiraret, et multa ageret insolentius, a Theuderico et Frigidarico fratribus est occisus.

31. Æra cxci, anno ii imperii Marciani, Theudericus, post fraternalm necem, in regnum succedens, imperavit annis xiii, qui pro eo quod imperatori Avito sumendi imperialis fastigii cum Gallis auxiliis præbuisset, ab Aquitania in Hispaniam, cum ingenti multitudine exercitus, et cum licentia ejusdem Aviti imperatoris, ingreditur, anno regni quinto. Cui cum magna copia rex Suevorum Recchiarius occurrens, duodecimo ab Asturicensis urbis miliario, apud flumen qui Urbicus appellatur, inito mox certamine, superatus est, cæsis Suevorum 118 agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis. Ipse postremo rex telo saucius fugit, præsidioque suorum carens, ad locum Portuale capitur, regique Theuderico vivus offertur.

32. Quo perempto, multis qui de priore certamine supersuerant sese tradentibus, aliquantis nibilominus trucidatis, regnum pene destructum est, finitumque Suevorum regnum. Reliqui autem Suevi qui remanserant in extrema parte Gallæciae, Massilia filium, nomine Maldram, sibi regem constituant: regnum reparatur Suevorum. Occiso Recchiario, Theudericus de Gallæcia ad Lusitaniam victor succedens, dum Emericensem urbem deprædarri moliretur, sanctæ martyris Eulaliae ostentis perterritus, cum omni protinus exercitu discedit, et Gallias repetit.

33. Mox deinde partem unam exercitus, duce Ceurila, ad Bæticam provinciam mittit, partem aliam sub Singerico et Nepotiano ducibus ad Gallæciam dirigit, qui Suevos apud Lucum sæva deprædatione vastaverunt. In Galliis autem Agrippinus comes et civis, Ægidio comiti Romano simul, ut Gotboruni mereatur auxilia, Narbonam tradidit Theuderico. Post aliquot legati a Remismundo Masdræ filio rege Suevorum missi, ad Theudericum venerunt, pacem amicitiamque poscentes. Similiter Theudericus ad Remismundum remittit cum armorum adjectione, vel munerum, directa etiam conjugi, quam haberet. Sallanem quoque legatum denuo Theudericus mittit ad Remismundum. Qui, reversus ad Gallias, Theudericum ab Eurico fratre suo reperit interfectum.

34. Æra div, ann. imperii Leonis viii, Euricus pari

Theuderedis. AREV.

35. Portucale. Al., Portuncalem, vel Portualem, vel Portalem. AREV.

36. Eulalia. Florezius, tom. VI Hisp. sacr., append. 7, edidit Chronicon martyrum auctoris vetustissimi, in quo mentio fit sanctæ Eulaliz Emeritensis, non Barcinonensis. Vide commentar. ad Prudent., pag. 941. Pro Maldram, et, num. seq., Maldra, Editio Grialii habet Maldram, et Masdræ, sed præferendum videtur Maldram, eis. cum Florezio, et ita scribitur hoc nomen in Historia Suevorum, num. 88. AREV.

scelere quo frater succedit in regnum ann. xvii. in quo honore provectus, et criminis, statim legatos ad Leonem imperatorem dirigit. Nec mora, partes Lusitanie magno impetu depraedatur. Exercitum inde alium militit, qui captam inde Pampilonam et Cæsar-Augustam, misso exercitu, capit, superiore quoque Hispaniam in potestatem **119** submitit. Tarraconensis etiam provinciæ nobilitatem, quæ ei repugnaret, exercitus irruptione evertit. In Gallias autem reversus, Arelatum urbem et Massiliam bellando obtinuit, suoque regno utrasque adjectit.

**35.** Iste quodam die, congregatis in colloquio Gothis, tela quæ omnes habebant in manibus, a parte ferri vel acie, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem vidit aliquandiu habuisse mutatam. Sub hoc rege Gothi legum statuta in scriptis habere coepérunt, nam antea tantum moribus et consuetudine tenebantur. Obiit Arelati Euricus rex, morte propria defunctus.

**36.** **Aera** **dxii**, ann. x imperii Zénonis, Eurico mortuo, Alaricus, filius ejus, apud Tolosanam urbem princeps. Gothorum constitutus, regnans ann. **xxiii**, adversus quem Fludujus Francorum princeps Galliæ regnum affectans, Burgundionibus sibi auxiliantibus, bellum movet, hisi que Gothorum copiis, ipsum postremo regem apud Pictavium superatum interficit. Theudericus autem Italiam rex, dum Interium generi compresisset, confessim ab Italia profectus, Francos proterit, partem regni, quam manus hostium occupaverat, recipit, Gothorum iuri restituit.

**37.** **Aera** **dxi**, ann. **xvii** imperii Anastasii, Gisaleucus, superioris regis filius ex concubina creatus, Narbonæ princeps efficitur, regnans annos quatuor; sicut genere vñissimus, ita infelicitate et ignavia summus. Benique dum eadem civitas a Gundebaldo Burgundionum rege direpta fuisset, iste cum multo

**34.** (Col. præced.) **Partes.** **Al.**, **partem.** **Ibid.** **Nobilitatem**, quæ ei repugnaret; **al.**, **civitas** quæ ei repugnaverat. **Ibid.** **Evertit;** **al.**, **peremit.** **Ibid.** **In potestate** **submitit;** **al.**, **in potestate sua militit;** **et utramque** **pro utrasque.** AREV.

**38.** **Sub hoc rege, etc.** De origine juris Gothici sermonem habui in Isidorianis, cap. 92, num. 8 et seqq., ubi adverti, ante Euricū aliquas videri fuisse leges Gothicās, quāvis primus Euricus eas cum aliis in unum corpus redigeret. AREV.

**36.** **Fludujus.** **al.**, **Fludildus.** **Cladovæm** ait Aymunus. PEREZ.

**Ibid.** **Aera** **521**, **anno** **10.** Ita plerique Isidoriani Codices, quod Isidoriana Chronologia concordit Nonnullæ Editiones æram assignant 522, et Pagius Eurici mortem ad æram 523 referit, quod magis etiam Florezius placet. Pro Fludius Labbeus legit **Fluduvicus.** Pro generi, Florezius, cum Grotio, generis sui; Labbeus, generi sui. AREV.

**37.** **Aera** **545.** Editio Grialii, **aera** **544**, quod mendum videtur, ut ex annis imperatoris, et aliis locis Isidori Florezius colligit. AREV.

**38.** Alii, aique ab Ebbane Theuderici regis duce. Masdeus, tom. X Historia Hisp., pag. 311, asserti Chronicum regum Visigothorum, et Gisalicum refert regnasse annos tres, et unum in latere. Alii dicunt regnasse annos quindecim, fortasse quia ejus regnum conjungunt cum sequenti Theodorici. AREV.

**A** sui dedecore, et cum magna suorum clade, apud Barcinonam se contulit, ibique moratus quounque etiam regni fascibus a Theuderico fugæ ignominia privaretur.

**120** **38.** Inde præfectus ad Africam, Vandalorum suffragium poscit, quo in regnum posset restituī. Qui, dum non impetrasset auxilium, mox de Africa rediens, ob metum Theuderici Aquitaniam petiit, ibique anno uno delitescens, in Hispaniam revertitur, atque a Theuderici regis duce duodecimo a Barcinona urbe nullario, commissio prælio superatus, in fugam vertitur, captusque trans fluvium Druentium Galliarum interiit, sicque prius honorem, postea vitam amisit.

**39.** **Aera** **dxix**, anno **xxi** imperii Anastasii, Theudericus Junior, cun janitidum consul et rex a Zénone imperatore Romæ creatus fuisset, peremptioque Odouacro rege Ostrogothorum, atque devicto fratre ejus Honoulfo et trans confinia Danuhii effugato, **xlvi** annis in Italia regnasset, rursus extincto Gisaleico rege Gothorum, Hispaniae regnum **xv** annis obtinuit, quod superstes Amalarico nepoti suo reliquit. Inde Italiam repetens, aliquandiu omni cum prosperitate regnavit, per quem etiam urbi Roma dignitas non parva est restituta. Muros namque ejus iste redintegravit, cuius rei gratia a Senatu inauram statuam meruit.

**40.** **Aera** **dlxv**, ann. **imperii Justiniani I.**, **Regresso** in Italiam Theuderico, et ibidem defuncto, Amalaricus nepos ejus **v** annis regnavit. Qui, cum a Childeberto Francorum rege apud Narbonam prælio superatus fuisset, ad Barcinonam trepidus fugit, effectusque omnium contemptibilis, ab exercitu jugulatus Narbonæ in foro interiit.

**121** **41.** **Aera** **dlxix**, anno **imperii Justiniani VI.**, post Amalaricum Theudis in Hispania creatus, in regnum annis **xvii**, mensibus **v**, qui dum esset haereticus, pacem tamen concessit Ecclesiæ. Adeo ut licentiam

**59.** Odovacro; **al.**, Odoucre, vel Odohero; mox, in Italia vicet regnasset. Pro superatis, quod cum Grotio et antiquis Editionibus Florezus retinuit, Editio Grialii et Labbeus, superstites. Pro urbi Romæ, alii **Urbis regia**, vel **regiae urbi**. Theudericus annis **xi** fuit in Hispania, inde Italiam repetens, per consorium regnavit cum Amalarico, qui post mortem Theuderici solus regnavit annis quinque, ut mox dicitur. AREV.

**40.** **Aera** **564** cum **anno** **1** **Justiniani** **conjuncti** Isidorus, ut ex aliis quoque ejusdem locis arguitur. Alii annum Justiniani primum ad æram 564 referunt. In nonnullis Editionibus minus bene legitur æra 566, anno **imperii Justiniani primo**. Judicium Grialii de hac æra 564 et anno 1 Justiniani habet in Isidorianis, cap. 36, num. 15. Baronius, ad annum 531, num. 12, et Pagius, ad eum locum, agunt de concilio Toletano apud Montanum episcopum anno quinto Amalarici. Pro Childeberto, alii Theuderico. Pro Narbone, malum Narbone: hoc certe melius, et infra occurrit. AREV.

**41.** **Exsistissent**, sic Labbeus. Editio Grialii, extiterunt. Mox, oblata, viam; **al.**, **objecta**, vicem. Apud Bignæum Francorum reges quinque fuisse dicuntur; sed Conradus Samuel Schurzleischios, in Disput. histor. civil., Lipsiæ 1609, tom. I, disp. 3, num. 18, advertit interpolatum fuisse locum; nam tunc solum fuere quatuor Francorum reges. Confer Baronium, tom. VII, ad ann. 542. AREV.

catholiceis episcopis daret in unum apud Toletanam urbem convenire, et quæcunque ad Ecclesie disciplinam necessaria existissent, libere licenterque disponere. Eo regnante, dum Francorum reges cum infinitis copiis in Hispaniam convenienter, et Tarragonensem provinciam bello depopularent, Gothi, duce Theudisco, obicibus Hispaniae interclusi, Francorum exercitum multa cum admiratione victoria prostraverunt. Dux idem, prece atque ingenti pecunia sibi oblata, viam fugæ hostibus residuis unius diei noctisque spatio præbuit. Cætera infelici turba, cui transitus collati temporis non occurrit, Gothorum perempta gladio concidit.

42. Post tam felicis successum victoriæ, transfretum inconsulte Gothi se gesserunt. Denique, dum adversus milites, qui Septem oppidum, pulsis Gothis, invaserant, Oceanî freta transsisset, idemque castrum magna vi certaminis expugnare, adveniente die Dominico, deposuerunt arma, ne diem sacrum prælio funestarent. Hac igitur occasione reperta, milites repentina incursu aggressi, exercitum mari undique terraque conclusum, ignavum alique inermem adeo prostraverunt, ut ne unus quidem superasset qui lantæ clavis excludere præteriret.

43. Nec mors, prævenit mors debita principem. Vulnerator enim a quadam in palatio, qui jamdudum dementis speciem, ut regem deciperet, simulaverat. Fixit enim arte insaniam, perfoditque principem, quo vulnere ille prostratus occubuit, et vi gladii indignantem animam exhalavit. Fertor autem inter effusionem sanguinis conjurasse ne quis interficeret pereussorem, dicens se congregam meriti recepisse vicissitudinem, quod et ipse privatus ducem suum sollicitatus occiderat.

122<sup>44.</sup> Era DLXXXVI, ann. Imper. Justiniani XXIII, Interempto Theudi Theudisclus superioris principis dux Gothis præficitur, regnans ann. I, menses III, qui dum plurimorum potentum connubia prostitutione publica macularet, et ob haec instrueret animalium ad necem multorum, præventus conjuratorum manu Hispali inter epulas jugulatur, confessusque gladio extinguitur.

45. Era DLXXXVII, imper. Justiniani XXIV, extincto Theudisco, Agila rex constitutur regnans ann.

43. *Mors debita; al., mors deinde.* Quod additur, *indignantem animam, videtur sumptum ex ultimo verbo Aeneidos:*

Vitaque cum gemitu fugit indigasta sub umbras.  
AREV.

44. Annum Justiniani 23 cum Labbeo et Floreio ascripsi; in Editione Grialii annus 22, per errorem, ut videtur, assignatur. Pro menses tres in Chronicô Visigothorum est menses sex, dies tredecim; apud Labbeum diverso charactere menses septem. AREV.

45. Hic etiam in Editione Grialii per errorem, de quo supra in æra præcedenti, apponitur annus 23, pro anno 24, qui in nota pro varia lectione indicatur. Erat etiam varia lectio pro æra; sed idem numerus 687 in textu et in nota exprimebatur; itaque ignorans quidnam potius Perezius voluerit, eam notam sustulit, qua nihil aliud quam numerus æra, qui in

A v. Iste aduersus Cordubensem urbem prællum movens, dum in contemptum catholicæ religionis beatissimi martyris Acisceli injuriam inferret, hostiumque ac jumentorum cruce sacrum sepulcri ejus locum, ut profanator, pollueret, inito aduersus Cordubenses cives certaminé, poenas dignas, sanctis inferentibus, meruit. Nam belli præsentis ultione percussus, et filium ibi cum copia exercitus interfectum amisi, et thesaurum omnem cum insignibus opibus perdidit.

46. Ipse victus, ac miserabili metu fugatus, Emeritam se recepit. Adversus quem interjecto aliquanti temporis spatio, Athanagildus tyrannidem regnandi cupiditate arripiens, dum exercitum ejus contrâ se Hispali missum virtute militari prostrasset, videntes Gothi proprio se everti excidio, et magis metuentes ne Hispaniam milites Romani auxilli occasione invaderent, Agilanem Emeritæ interficiunt, et Athanagildi sese regimini tradiderunt.

47. Æra DCCII, anno imper. Justiniani XXIX, occiso Agilane, Athanagildus regnum quod invaserat tenuit ann. XIV. Hic cum Jamdudum sumpta tyrannide, Agilanem regno privare conaretur, 123 milium sibi auxilia ab imperatore Justiniano poposcerat, quos postea submovere a flibus regni molitus non potuit. Adversus quos hucusque conflictum est. Frequentibus antea præmissi cœsi, nunc vero multis casibus fracti atque finiti. Decessit autem Athanagildus Toti propria morte, vacante regno mensibus V.

48. Æra DCV, ann. II Imperii Justini Minoris, post Athanagildum Liuva Narbone Gothis præficitur, regnans ann. III, qui secundo anno, postquam adeptus est principatum, Leovigidum fratrem non solum successorem, sed et participem regni sibi constituit, Hispaniæque administrationi præfecit, ipse Galliæ regno contentus. Sicque regnum duos cepit, dum nulla potestas patiens consortis sit. Huic autem unus tantum annus in ordine temporum reputatur Liuva regis, reliqui Leovigildo fratri annumerantur.

49. Æra DCVI, ann. III Imperii Justini Minoris, Leovigildus adeptus Hispaniæ et Galliæ principatum, ampliare regnum bello et argere opes statuit. Studio quippe ejus exercitus, concordante favore, victoriarum, multa præclare sortitus est. Cantabros namque iste obtinuit, Aregiam iste cepit, Sabaria ab eo

D textu apparebat, continebatur. In Editione Grialii desideratur corpori post Ascisceli. Alii, inferret, oscium que, ac jumentorum horrore sacrum, etc. AREV.

46. Hispalim, ita Fiorense cum Labbeo. Editio Grialii et aliae, Hispali. AREV.

47. Fracti, aliquæ finiti. Fiorense cum aliis addit: Fidem catholicam occulte tenit, et Christiane volde benevolus fuit. AREV.

48. Æra 605, anno secundo imperii, etc. Id reiherendum cum Editione Grialii ostendit Florezius, quamvis alias Editiones alias numeros ascribant. Linvam tribus tantum annis regnasse ex Isidoro colligitur; at Biclarensis quinque ejus regni annos enumerat. Post reputatur verba Liuva regis in aliis Editionibus non existant, et abundare sit Florezius. Ego crediderim legendum hinc autem, atque ita recte procedit sensus. AREV.

49. Æra 606. Labbeus, Æra 607, quod rationi

Jannis devicta est, ceaserunt etiam armis illius plurimae rebelles Hispaniae urbes. Fudit quoque diverso prælio milites, et quædam castra ab eis occupata dimicando recepit. Hermenegildum deinde filium imperii suis tyrannizantem, obsessum exsuperavit. Postremum bellum Suevis intulit, regnumque eorum iura gentis suæ mira celeritate transmisit. Hispania magna ex parte potitus. Nam antea gens Gothorum angustis finibus arctabatur, sed offuscavit in eo error impietatis gloriam tantæ virtutis.

50. Denique Arianæ perfidiae furore repletus, in catholicos persecutione commota, plurimos episcoporum exilio relegavit. Ecclesiarum 124 reditus et privilegia abstulit, multos quoque terroribus in Arianam pestilentiam impulit, plerosque sine persecutione illectos auro rebusque decepit. Ausus quoque inter cætera hæresis suæ contagia etiam rebaptizare catholicos, et non solum ex plebe, sed etiam ex sacerdotialis ordinis dignitate, sicut Vincentium Cæsar-augustanum, de episcopo apostatam factum, et tanquam a cœlo in infernum projectum.

51. Exstitit autem et quibusdam suorum perniciosus, nam quoscunque nobilissimos ac potentissimos vidi, aut capite truncavit, aut, opibus ablatis, proscriptis, et proscriptos in exsilium misit. Fiscum quoque primus iste locupletavit, primusque ærarium de rapinis civium hostiumque manubib; auxit. Primusque etiam inter suos regali ueste opertus in solio resedit. Nam ante eum, et habitus et consensus communis ut populo ita et regibus erat. Condidit etiam civitatem in Celtiberia, quam ex nomine filii, Recopolim nominavit. In legibus quoque ea quæ ab Eurico incondite constituta videbantur, correxit, plurimas leges prætermissas adjiciens, plerasque superfluas auferens. Regnavit autem ann. xviii, defunctus propria morte Toleti.

52. Æra ccxxiv, ann. iii imper. Mauricii, Leovigildo defuncto, filius ejus Recaredus regno est coronatus, cultu prædictus religionis, et paternis moribus longe dissimilis. Namque ille irreligiosus, et bello promptissimus, hic fidei pius et pace præclarus; ille armorum artibus gentis imperium dilatans, hic gloriosus eamdem gentem fidei trophæo sublimans. In ipsis enim regni sui exordiis catholicam fidem adeptus totius Gothicæ gentis populos, inoliti erroris labo deserta, ad cultum rectæ fidei revocat.

temporum non congruit. Grotius et Labbeus, adépto Hispaniæ principatu, omissis Galliæ. Pro præclare sortitus est, Labbeus præda resortitus est. Pro Sabaria, alii historici Sabaudia. Florezius, cum Grotio: Fudit quoque diverso prælio Justini milites, quos Athanagildus ad auxilium evocaverat, et quædam castra, etc. De sancti Hermenegildi bello et martyrio recole, si placet, dicta in Isidorianis, cap. 79, n. 25 et seqq. AREV.

51. Exstitit, etc. Sermo est de Leovigildo, ut perspicuum est. Riscus, tom. XXX Hisp. sacr., pag. 430, merito reprehendit Ambrosium Morales, et Franciscum de Padilla, qui id de Vincentio Cæsar-augustano acceperant. AREV.

52. Anno quarto. Ita correxit Florezius ex Biclarensi et aliis locis hujus Chronicæ, cum in Editione Grialii legeretur anno tertio. Pro gentis imperium,

A 53. Synodus deinde episcoporum ad condemnationem Arianæ hæresis, de diversis Hispaniæ et Galliæ provinciis congregat. 125 Cui concilio ideu religiosissimus princeps interfluit, gestaque ejus præsentia sua et subscriptione firmavit, abdicans cum omnibus suis perfidiis, quam hucusque Gothorum populus, Ario docente, didicerat, et prædicans trium personarum unitatem in Deum, Filium a Patre consubstantialiter genitum esse, Spiritum sanctum inseparabiliter a Patre Filioque procedere, et eæc amborum unum Spiritum, unde et unum sunt.

54. Egit etiam gloriose bellum adversus infestas gentes fidei suscepto auxilio. Francis enim sexaginta ferme millium armatorum copiis Gallias irrueruntibus, missis Claudio duce adversus eos, glorioso triumphavit eventu. Nulla unquam in Hispaniis Gothorum victoria, vel major in bello, vel similis exstitit. Prostrati sunt enim et capti multa milia hostium, residua vero exercitus pars, præter spem in fugam versa, Gothis post tergum insequentibus, usque in regni sui finibus cæsa est. Sæpe etiam et lacertos contra Romanorum insolentias et irruptiones Vasconum movit. Unde non magis bella tractasse, quam potius gentem, quasi in palestræ ludo, pro uso certaminis videtur exercuisse.

55. Provincias autem quas pater bello conquisivit, iste pace conservavit, æquitate dispositus, moderamine rexit. Fuit autem placidus, mitis, egregiæ bonitatis; tantamque in vultu gratiam habuit, et tantam in animo benignitatem gessit, ut omnium mentibus influens, etiam malos ad affectum amoris sui attraheret. Adeo liberalis, ut opes privatorum, et Ecclesiarum prædia, quæ paterna labores fisco associaverat, juri proprio restauraret. Adeo clemens, ut populi tributa sæpe indulgentiæ largitione laxaret.

56. Multos etiam ditavit rebus, plurimos sublimavit honoribus. Opes suas in miseria, thesauros suos in egenis recondens, sciens ad hæc illi suis collatum regnum, ut eo salubriter frueretur, bonis initii bonum finem adeptus. Fidem enim rectæ gloriæ, quam initio regni percepit, novissime publica confessione poenitentiae cumulavit. Toleti fine pacifico transiit, qui regnavit annos xv.

126 57. Æra ccxxxix, an. imperii Mauricii xix, post Recaredum regem regnat Liuva filius ejus an. II, Dignobili quidem matre progenitus, sed virtutis in alii gentem imperio. Pro detersa, Florezius, cum Editione Grialii, deserta. Grotius, Labbeus et auctor Vitæ sancti Isidori, apud Boilandianos, detersa. Vide notam ad num. 43 hujus Vitæ in Isidorianis, appendice 2, tom. II. AREV.

53. Florezius cum Grotio, unitatem in Deo, Filium. Labbeus, unitatem, Deum Filium. AREV.

54. Alii, fidei susceptæ auxilio. Pro mox. Unde alii, movit. Ubi. Ex Floro videtur sumptum more lacertos in fine præmii: Imperium... sub Trajano principe moret lacertos. Pro certaminis, Labbeus utilitatis. AREV.

55. Florezius nonnulla addidit, quæ Labbeus charactere diverso edidit: Rexit. Multi quoque adversus eum tyrannidem assumere cupientes, detecti sunt, siveque machinationis consilium implere non potuerunt. Fuit autem, etc. AREV.

dole insignitus. Quem in primo flore adolescentiae Wictericus, sumpta tyrannoide, innocuum regno deject , præcisaque dextra occidit anno ætatis xx, regni vero ii.

58. *Æra* **DCXL**, an. imp. Mauricii **xxi**, extincto Liuvane, Wictericus regnum, quod vivente illo invaserat, vindicat ann. vii. Vir quidem strenuus in armorum arte, sed tamen expers victoriae. Namque adversus militem Romanum prælium sæpe molitus, nihil satis gloriose gessit præter quod milites quosdam Segontiæ per duces obtinuit. Hic in vita plura illicta fecit, in morte autem, quia gladio operatus fuerat, gladio periit. Mors quippe innocentis iuulta in illo non fuit: inter epulas enim prandii conjuratione quorumdam est interfactus, corpus ejus viliter est exportatum alicet sepultum.

59. *Æra* **DCXLIX**, an. imp. Phocatis octavo, Gundemarus post Wictericum regnat an. ii. Hic Vascones una expeditione vastavit, alia militem Romanum obsedit. Morte propria Toleti decessit.

60. *Æra* **DCL**, an. imperii Heraclii **ii**. Sisebutus christianissimus post Gundemarum, ad regale fastigium evocatur, regnat ann. viii, mens. vi; qui initio regni Judæos ad fidem Christianam permovens, æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam; potestate enim compulit quos provocare fidei ratione oportuit. Sed, sicut est scriptum, sive per occasionem, sive per veritatem, donec Christus annuntiatur: Fuit autem eloquio nitidus, sententia docius, scientia litterarum magna ex parte imbutus. In judiciis justitia et pietate strenuus ac præstantissimus, mente benignus, **127** splendore regni, præcipuus, in bellicis quoque documentis ac victoriis clarus.

61. Astures enim rebellantes, missis exercitu, in ditionem suam reduxit. Ruccones montibus arduis undique conceptos per duces evicit. De Romanis quoque præsens bis feliciter triumphavit, et quasdam eorum urbes expugnando sibi subjicit, residuas inter fretum omnes exinanivit, quas gens Gothorum post in ditionem suam facile rededit. Adeo post vicioriam clemens, ut multos ab exercitu suo hostili præda in servitutem redactos, pretio dato, absolve-

57. (Col. præced.) Florezius, cum Editione Grialii et Biclarensi, annum 19 Mauricii designat; alii alias annos minus bene indicant. Vide not. ad num. **52**. AREV.

58. In Editione Grialii, error est numerorum scilicet **DCL**, pro **DCXL**, quod Florezius notavit; sed non advertit, ut videtur, mendum a Grialio in erratis corrigendis emendatum suis. Florezius, cum Labbeo, Segontiæ, Grialii Editio, Sagontia, alii Segontia. AREV.

59. Octavum Phocatis annum cum Labbeo et Florezius restitutimus, cum in Editione Grialii et aliis annis sextus indicetur per librariorum incuriam, aut Editorum negligentiam. Ceterum quod Florezius notat, in Editione Grialii mendose suisæ **548** post 648 designatam, non advertit etiam hoc loco errorem in erratis animadversum et correctum suis. Alii anno ætatis **16**. AREV.

60. *Permoxens*; al., *promoxens*. Florezius, cum Labbeo, per veritatem Christus annuntiator, in hoc gaudeo, et gaudebo. Fuit autem, etc. AREV.

61. Post reduxit, Labbeus charactere cursivo ad-

A ret, ejusque thesaurus redemptio existeret captivorum. Hunc alii proprio morbo, alii immoderato medicamenti haustu, alii veneno asserunt imperfectum. Cujus exitus non modo religiosis, sed etiam optimis laicis exstitit luctuosus. Relicto Recaredo filio parvulo, qui post patris obitum princeps paucorum dierum, morte interveniente, habetur.

62. *Æra* **DCLIX**, ann. imperii Heraclii **x**, glorioissimus Suintila gratia divina regni suacepit sceptra. Iste sub rege Sisebuto ducis nactus officium, Romana castra perdomavit, Ruccones superavit. Postquam vero apicem fastigii regalis concendit, urbes residuas quas in Hispaniis Romana manus agebat, prælio conserto obtinuit, auctamque triumphi gloriam præ ceteris regibus felicitate mirabili reportavit. Totius Hispaniæ infra Oceani fretum monarchia regni primus idem potitus, quod nulli retro principum est collatum. Auxit eo prælio virtutis ejus titulum decorum patritorum obtentus, quorum alterum prudentia sum feicit, alterum virtute prælia sibi subjicit.

63. Habuit quoque et initio regni expeditionem contra incursus Vasconum Tarraconensem provinciam infestantium, ubi adeo montivagi populi terrore adventus ejus perculti sunt, ut confestim, quasi debita jura noscentes, remissis telis et expeditis ad precem manibus, supplices ei colla submittarent, obsides darent, **128** Ologitin civitatem Gothorum stipendiis suis et laboribus conderent, pollicentes ejus regno ditionique parere, et quidquid imperaretur efficare.

C 64. Præter has militaris glorie laudes plurimæ in eo regiæ majestatis virtutes, fides, prudentia, industria, in judiciis examinatio, strenua in regendo regno cura, præcipua circa omnes munificencia largus, erga indigentes et inopes misericordia satis promptius. Ita ut non solum princeps populorum, sed etiam pater pauperum vocari sit dignus.

65. Hujus filius Racimirus in consortium regni assumptus, pari cum patre solo constitutus, in cuius infantia ita sacræ indolis splendor emicat, ut in eo et meritis et vultu paternarum virtutum effigies prænotetur. Pro quo exorandus est coeli atque humani

D dit per ducem suum Rechilanem, quod Florezius seculatus est. Labbeus et Grotius omittunt alii veneno. Pro habetur, Florezius, cum Labbeo, abii; sed apud Labbeum legendum puto obit. AREV.

66. In Hispaniis. Ita Labbeus, et mendum puto in Editione Grialii, in Hispanis, quod etiam Florezius expressit. Pro patriciorum, alii præfectorum. AREV.

67. Ologitin; al., Ologicus; al., Ologitum. In his nominibus propriis multum variant Codices, ut Ruccones pro Ruccones; et Riccimirus pro Racimirus. AREV.

68. Hæc vivo Suintila scripta. Atqui damnatur in concilio iv Toletano, in quo subscribit Isidorus. Pseq.

Ibid. Difficultatem quam Perezius attigit, cur Isidorus hoc loco Suintilam tantopore laudet, in concilio vero Toletano quarto damnat, explicui in Isidorianis, cap. 79, num. 20 et seqq. AREV.

69. Concessu patrio; al., concessu patrio; et ascensione pro successione, et comparatis vel comportatis, pro computatis. AREV.

generis rector, ut sicut exstat concessus patriae natus. Ita post longissimum parentis imperium sit et regni successione dignitatem. Computatis igitur Gothorum regum temporibus ab exordio Athanarici regis, usque ad quintum gloriosissimi Scientiae principis annum, regnum Gothorum per annos CCLVI, Deo favente, reperitur esse porrectum.

*Item recapitulatio ejusdem Isidori in Gothorum laudem.*

66. Gotberum antiquissima origo de Magog filio Japhet fuit, unde et Scytharum genus erat. Nam iudicem Gothi Scythica probantur origine natii. Unde non longa a vocabulo discrepat. Demutata enim ac detracta Hetera, Getae, quasi Scythae, sunt nuncupati. Hi igitur Septentrionis glacialia juga inhabitantes circa Scythica regna, queque sunt ardua montium cum casteris gentibus 129 possidebant, quibus secessus impetu gentis Hunnorum pulsi, transgressaque Danubio, Romanis se dederebat. Sed, dum injurias eorum non sustinerent, indignati, regem sibi ex sua turba legunt, Thraciam irruunt, Italiam vasant, obsecram Urbem capiunt, Gallias aggredinuntur, patefactisque Pyrenaeis montibus, Hispanias usque pervenient, ibique sedem vitam atque imperium locaverunt.

67. Populi natura pernices, ingenio alacres, conscientia viribus freti, robore corporis validi, statuere proceritate ardui, gestu habituque conspicui, manu prompti, duri vulneribus, juxta quod ait poeta de Ispes:

Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.

Quibus tanta exstitit magnitudo bellorum, et tam extollens gloriae victoriae virtus, ut Roma ipsa victrix omnium populorum, subacta captivitatis jugo, Geticis triumphis accederet, et domina cunctarum gentium illis ut famula deserviret.

68. Hos Europe omnes tremuerunt gentes, Alpium his cessare obices. Vandala et ipsa crebro opinata barbaries non tantum praesentia eorum exterrita, quam opinione fugata est. Gothorum vigore Alanii extincti sunt, Suevi quoque hactenus intra inaccessos Hispaniarum angulos coarctati, etiam eorum armis periculum

66. In titulo, pro *recapitulatio*, aliis *capitulatio*. Et illico: *Gothi de Magog, Japhet filio, orti, et cum Scythis una probantur origine suti*. Unde, etc. Pro *Septentrionis*, al. *Occidentis, et Danubium transeuntes, pro transgressaque Danubio; et arma sumunt, pro regem sibi ex sua turba legunt*. AREV.

67. Tam extollens; al., tam excellens. Ad hunc Isidori locum alludit Alvarus Cordubensis, epist. 20, ad Transgressorem: *Sed ut me qui sim cognoscas, et amplius me tacendo devites, Virgilium audi*:

Mortem contemnunt, laudato vulnere, Getæ.

*Nec non ei illud. Getes, inquit, quo pergit ego. Unde et illud exstat poeta: Hinc Dacus premat, inde Getes oscurrat. Ego sum, ego sum; quem Alexander vitandum putavit, Pyrrhus pertinuit, Caesar exhorruit. De nobis queque et master Hieronymus dicit, Cornu habet in fronte, longe luge. Florezius, ex nota marginali Biblioth. veter. Hisp. tom. 1, pag. 349, prima Editio his, observat falso illos versus Virgilio tribuit. Isidorus quidem Virgilium non nominal. AREV.*

A fatis experti sunt, et regno, quod desidiosa corpore tenuerunt, turpiori muto dispendio caruerunt, quamquam tenuisse huicque valde sit mirum, quo sine experimento defensionis carere potuerunt,

69. Sed quis poterit tantam Gotberum gentie edicere virium magnitudinem, quandoquidem duarum multis gentibus vix procum causa et munera regnare licuerit, his tamen libertas magis de congreessione quam de petita contigit pace, atque ubi sese necessitas 130 bellandi oppessit, vires eos potius quam preces adhibuisse? Porro in armorum artibus spectabilis salis sunt, et nos solum hastis, sed et jaculis equitando confligunt. Nec equestri luctum prælio, sed et pedestri incident. Verumtamen magis equitum præpeti curauit, usque et postea: *Getes, inquit, quo pergit agno*.

70. Exercere enim se talia ac prælia præludora maxime diligunt. Luderum certamina seu quotidiano gerunt. Hoc sola luctum armorum experientia huicque carebant, quod classica bella in mari gerere non studebant. Sed postquam Sisebodus princeps contesti gratia regni usurpauit sceptra, ejus studiis ad tantam felicitatis virtutem profecti sunt, nam solum terras, sed et ipsa maris suis armis adeant, subactusque serviat illis Romanus miles, quibus servire tot gentes et ipsam Hispaniam videt.

#### Vandalorum Historia.

71. Era cxxiiw, ante biennium irruptionis Romanas urbis excitatae per Stiliconem gestae Alanorum, Sævorum et Vandalorum, trajecto Rheno flvio, in Gallias irruunt, Francos pretrarunt, directeque impetu ad Pyrenæum usque pervenient, cuius obice per Didymum et Verianum Romanos nobilissimos ac potentissimos fratres occupauit, ab Hispania tribus annis repulsi, per circumiacentes Gallie provincias vagabundur. Sed postquam iidem fratres, qui privato praesidio Pyrenæi claustra tuebantur, ob suspicionem tyrannidis, insentes, et nulla culpa obnoxii, a Constantio Cesare interficiunt, era cxxlii, memoratae gentes Hispaniarum provincias irrumpanter.

72. Era cxxlii, Vandali, Alanii et Suevi Hispanias occupantes, necq. vastationesque cruentis dis-

73. *Hos, etc. Ali. Hi Europæ omnes trivere gentes; et quantum opinione, pro quam opinione. AREV.*

69. *Quo pergit; al., quod pergit. AREV.*

70. *Ei ipsam Hispaniam videt. Ita Grialii editio, et intelligi, quibus Gothis servire tot gentes, et ipsam Hispaniam Romanus miles videt. Florezius cum Labbeo et Grotio, et ipsa Hispania videt: quod minus verum puto. AREV.*

71. *Era 444, recte exprimitur in Editione Grialii; in aliis immuno quantum aberrant numeri. Verba ante biennium irruptionis Romanæ sunt Orosii, lib. vii, cap. 40; et forsitan Orosius intelligit primam irruptionem, vivente Radagaiso, de qua loquitur cap. 37 lib. vii. Perezius notavit, in vet. ead. inscripsi Chronicum Vandalorum, non Hispanum. Pro Verianum, ali. Verianum, vel Veriniendum. AREV.*

72. *In textu Grialii designatur era 456, et in nota pro varia lectione era 446, quæ omnia cum Labbeo preferenda, quoniam Florezius rationibus non contentumendis probet substituendum etiam 447. Pro distinctione, ali. distinctione. AREV.*

cursionibus faciunt, urbes incedunt, substantiam direptam exhauiunt, ita ut humanæ carnes vi famis 131 devorarentur a populis. Edebant filios sive matres; bestiæ quoque morientium gladio, famæ ac peste, cadaveribus assuetæ, etiam in vivorum efferebantur interitum, atque ita quatuor plagiæ per omne Hispaniam sævientibus, divine iracundia per prophetas scripta olim prænuntiatio adiupletur.

73. Æra CDLIX, post plagarum diram pergiciam, quibus Hispania cæsa est, tandem Barbari, ad pacem ineundam, Deo miserante, conversi, sorte in possessionem sibi ejus provincias dividunt. Gallæcia, enim Vandali et Suevi occupant; Alani Lusitaniam et Carthaginensem provinciam; Vandali autem, cognomine Selingui, relicta Gallæcia, et postquam Tarragonensis provinciæ insulas devastarunt, regresi, Bæticam sortiuntur. Hispani autem per civitates et castella residua plagiæ afflicti Barbarorum dominantium sese servituti subjiciunt. Primus autem in Hispania Gundericus rex Vandalorum successit, regnans Gallæciæ partibus annis XIIII. Qui, dum, ruptio sedere pacis, Suevorum gentem in Erbasis montibus obsideret, relicta obsidione Suevorum, Baleares Tarragonensis provinciæ Insulas deprædatur. Deinde, Carthagine Spartaria eversa, cum omnibus Vandals, ad Bæticam transit, Hispalim diruit, actaque cæde, in dñeptionem mittit. Qui cum auctoritate regiæ potestatis irreverenter manus in basilicam Vincentii martyris civitatis ipsius extendisset, mox Dei iudicio in foribus templi dæmonio corruptus interiit.

74. Æra CDLXVI. Gisericus, frater Gunderici, succedit in regnum annis XL. Qui, ex catholico effectus apostata, in Arianam primus 132 fertur transisse perfidiam. Hic de Bæticæ provinciæ littore cum Vandalis omnibus, eorumque familiis, ad Mauritaniam et Africam, relictis Hispaniis, transfretavit. Cui Valentianus Junior, Occidentis imperator, non valeus obsertere, pacem mittit, et partem Africæ quam Vandali possiderent tanquam pacifice dedit, conditionibus ab eo sacramenti acceptis ne quid ultra invaderet.

75. Ille autem, de cuius amicitia nihil ambigebatur, violata sacramenti religione, Carthaginem dole-

73. In Editione Grialii perperam exprimitur æra 439, pro 449. Gundericus, Godiglisci patris successor, regnasse dicitur in Gallæcia annos 18, computato anno 441, quo Vandals sora in Gallæciæ regnum obvenit, et anno 428, quo oblit, quamvis iam ab anno 420 ad Bæticam secessisset. De hoc Gunderico plurima commentatus sum in proleg. ad Draconium, num. 96, pag. 72, et rursus num. 115, pag. 89. Montes Erbasj, qui hic memorantur, videntur esse iuvantes nunc dicti de Arbas inter Ovetum et Legionem. Alii appellant montes Erbasorum, aliis Nervastos, aut Nervosos. Vide Florezius, tom. XV Hisp. sacr., pag. 61. Idem Florezius, tom. IX, pag. 400 seq., observat ex Idacio, et aliis, basilicam sancti Vincentii fuisse olim ecclesiam principem Hispalis, quæ tamen distincta fuerit ab ecclesia nunc sancto Vincentio dicata, et quæ extiterit in loco ubi nunc est ecclesia cathedralis. AREV.

74. Æram 466 ex Florezi repono; Editio Grialii indicat æram 468; Labbeus, 467. Pro Gisericus, alijs

A pacis invadit, omnesque opes ejus, excrucialis diverso tormentorum genere civibus, in jus proprium vertit. Deinde Siciliam deprædatur, Panormum obcedit. Arianam pestilentiam per totam Africam introuit, sacerdotes Ecclesiis pellit, martyres plurimos facit, et juxta prophetam Danielis, demutatis mysteriis, sacerdotum ecclesias Christi hostibus tradidit. Nec jam divini cultus loca, sed suorum esse habitacula jussit.

76. Adversus quem Theodosius Minor, Orientis imperator, bellum paravit, quod ad effectum non venit. Hunnis enim Thraciam Illyricumque vastationibus, exercitus ad Vandals missus, ad defendendos Thraeces Illyrianosque, ex Sicilia revocatur. Majorianus autem imperator de Italia Hispanias veniens, cum in Carthaginensi provincia aliquantas navea sibi ad transitum adversus Vandals preparasset, eas de littore Carthaginensi commoniti Vandali per proditores arripiunt. Sicque Majorianus, a sua dispositione frustratus, Italiam revertitur, atque, a Ricchimiro patritio fraude circumventus, occiditur.

77. Quo comperto, Gisericus, non contentus solis Africæ vastationibus, pavibus adveetus, Romanum ingreditur, direptisque per XIV dies opibus Romanorum, relictam Valentianum, et alias ejus, et multa millia captivorum secum tulit. Mox Carthaginem redit; et, per legatos ab imperatore postulata pace, Valentianum relictam Constantiopolim remittit, quarum unam ex filiis suis filio suo Hugnerico iure matrimonii copulavit. Sieque post multarum provinciarum clades, 133 Christianorumque spolia atque neces, moritur regni sui anno XL.

78. Æra DVI, post Gericum, Ugnericus, Giserici filius, regnat annis VII, mensibus V, habens in conjugio Valentianum filiam, quam pater ejus ex Roma, cum matre captivam adduxerat, qui et ipse, Ariano suscitatus furore, Catholicos per totam Africam, atrocior patre persecutur, ecclesias tollit, sacerdotes et cuncti ordinis clericos in exsilium mittit. Monachos quoque atque laicos quatuor circiter milia exsilii durioribus relegavit, martyres fecit, confessoribus linguis abscidit, qui, linguis abscissis, perfecte usque ad finem locuti sunt.

Genericus, aut Gaisericus, aut quo nunc usitatis, Gisericus. Pro possiderent, alii possederant. De Generico quedam notavi in proleg. ad Dracon., num. 122, pag. 87 et seq. AREV.

75. Nihil Al., jam nihil, quod Florezius tenuit. AREV.

76. Illyrianosque. Ita MSS. et Editio Florezius, Illyrianosque. In Editione Grialii in Carthaginensem provinciam. Praferendum, cum Labbeo et alii, in Carthaginensi provincia. Pro dispositione, alii intentione; alii, dispensatione, AREV.

77. Gisericus in vet. Cod., pro Gisericus. PAREZ. Ibid. Alii, Romanorum, relicta Urbe, uxorem Valentianum. AREV.

78. In Editione Grialii æra notatur 508, in aliis 504. Florezius astruit æram 506, ex Idacio aliisque rationibus. Vide num. 74, cum nota. Pro Giserico filius, alii Gunderici filius; et infra, et cunctos sacerdos ordinis clericos. AREV.

79. Tunc Lætus, Neptensis civitatis episcopus, gloriose martyrio coronatur. Qui dum Ariani contagii labo variis poenis maculari non potuit, victor repente cœlos obtinuit. Ugnericus autem inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in Catholicos exercuerat, octavo regni anno, ut Arius pater ejus, interioribus cunctis effusis, miserabiliter vitam finivit.

80. Æra **dxiv**, Ugnerico succedit Guntamundus, regnans ann. **xii**, qui statim Ecclesiæ pacem reformat, Catholicos ab exsilio revocavit.

81. Æra **dxvi**, Guntamunde mortuo, Trasemundus regnat ann. **xxvii**, mens. **iv**. Iste, Ariana insania plenus, Catholicos insectatur, ecclesias claudit, Sardiniam exsilio ex ouni Africana Ecclesia **cxx** episcopos mittit, Carthagine moritur. Cujus tempore Fulgentius, Ruspensis episcopus, in nostro dogmate claruit. B

82. Æra **DlIII**, post Trasemundum Ildeericus, Ugnerici filius, ex Valentiniani imperatoris filia natus, regnat ann. **vii**, mens. **iii**. Iste, sacramento a decessore suo Trasemundo obstrictus, ne Catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret, aut privilegia restauraret, priusquam regnaret, ne religionem sacramenta violaret, præcepit **134** et sacerdotes catholicos ab exsilio reduci, et ecclesias aperiri, quem Gilimer, assumpta tyrannide, regno privat, et cum filiis carceris custodiæ mancipat.

83. Æra **DLX**, Gilimer regnum cum tyrannide sumpsit, multos nobilium Africæ provinciæ crudeliter extinguens, multorumque substantias tollens, adversus quem Justinianus imperator, visitatione Læti episcopi, qui ab Ugnerico Vandalorum rege martyr fuerat factus, exercitum cum Belisario magistro militum duce mittit. Initioque idem Belisarius prælio Guntimirum et Gebamundum regis fratres primo prælio superatos interficit, deinde ipsum Gilmirum in fugam versum. Africam capit nonagesimo septimo Vandalorum ingressione anno.

84. In ipso autem Belisarii occurruso priusquam congressio fieret, Gilimer tyrannus Ildeericum regem cum

79. Labbeus, *episcopus quem contagii labes Ariani venenis maculare non potuit. Ugnericus, etc.* AREV.

80. Florezius, cum Labbeo adoptat æram **514**. *Editio Grialii 515.* AREV.

81. Trasemundus ab aliis vocatur *Transimundus*, vel *Trasemundus*, vel *Trasimundus*, vel *Trasamundus*. AREV.

82. In Editione Grialii erat nota *aera 554*, cum varia lectione in nota *aera 553*, quod præferimus cum Florezius ex dictis ad num. 78; Grotius, mendose, *post Guntamundum pro post Trasemundum. Pro restaurare, alii restituueret.* AREV.

83. *Editio Grialii recenset æram 561.* Florezius, cum Labbeo, æram **560**. *Pro visitatione, alii incitatione, alii visitatione nocturna; malum visione nocturna.* Pro *Guntimirum*, alii *Guntherum*; pro *versum*, Labbeus *vertit*; Florezius, cum Grotio, *vertens*. Notat Florezius, ac multis probat, aut sanctum Isidorum exemplar Chronicum Tunensis secutum, in quo anni regum Vandalorum male dispositi erant, aut aliquem exscriptorem æras ad annos regum, in quibus numerorum error inciderat, accommodasse; nam æra annis

A quibusdam generis ejus affinitibus occidit. Belisarius autem Gilmirum tyrrannum capit, eumque cum divitiis ex rapinis provincialrum et Africæ conquisitis Constantinopolim Justiniano imperatori adducit. Sieque regnum Vandalorum cum populo atque stirpe deletur æra **qlxiv**, quod permanxit cxiii ann., a Gunderico rege usque ad Gilimirum interitum.

#### *Sueorum historia.*

85. Æra **CDXLVII**, Suevi, principe Hermerico, cum Alanis et Vandals simul Hispanias ingressi sunt, atque omnem Gallæciam cum Vandals occupant. Vandals autem Africam transeuntibus, Gallæciam soli Suevi sortiti sunt, quibus præfuit in Hispanias Hermericus annis **xxxii**. Gallæci autem in parte provincie regno suo utebantur. **135** Quos Hermericus assidea vastatione deprædans, tandem morbo oppressus, pacem cum eis fecit, Recchilanem filium suum in regnum substituit, qui cum magna parte exercitus missus, Andevotum Romanæ militiæ ducem cum multis copiis ad Singilum Bæticæ provinciæ fluvium, inito bello, prostravit, magnis ejus aurri argenteique copiis occupatis. Inde Emeritam obsessam ingreditur, atque obtentam propria regno associat. Hermericus autem pater ejus, per annos **vii** diuturno languore affectus, interiit.

86. Æra **CDLXXIX**, Hermerico defuncto, Recchila, filius ejus, regnat ann. **viii**, qui post obitum patris, Hispali obtenta, Bæticam et Carthaginensem provincias in suam potestatem reducit, atque inde Emeritæ, sub cultu, ut ferunt, gentilitatis vitam finivit.

87. Æra **CDXXXVI**, Recchiarus, Recchilanis filius, catholicus factus, succedit in regnum annis **ix**, accepta in conjugium Theuderedi regis Gothorum filia. Initio regni auspicatus Vasconias deprædatur; mox ad Theuderedum sacerorum suum profectus, Cæsarugstanam regionem reineans, Gotbis auxiliantibus, vastat. Tarragonensem provinciam, quæ Romane imperio deserviebat, invadit. Carthaginenses regiones, quas Recchila pater ejus Romanis reddiderat, in prædam mittit. Ad ultimum, dum Theudericus rex Gothorum in Hispaniam ingredetur, inito

regum, servato æquali numero, respondent. Sed vera chronologia regum Vandalorum hæc est: Gundericus cepit Carthaginem anno 439, obiit 477. Hunnericus obiit 484, Guntamundus 486, Trasemundus 523, D Hildericus 530, Gilimer 533. AREV.

84. *Æra DLXIII*, in vet. cod., pro **DLXIV**. PEREZ.

85. *Singilum. Al., Singilum, pro Singilum.* PEREZ.

*Ibid.* Florezius reposuit æram 447, ex Idacii Chronico et alius monumentis. Grialii Editio cum Labbeo statuit æram 446. AREV.

86. Grialii Editio astruit æram 478, Florezius 479, et annos octo regni Rechilanis enumerat, sed ita ut primus includatur in hoc numero. In Editione Grialii anni 7, et in nota 8. ex vet. cod. Pro Emerite, quod alii referunt, Grialii Editio, *Emeritam.* AREV.

87. In æra 486 consentiunt omnes optimæ Editiones. Pro *Theuderedi*, alii scribunt *Theuderici*, alii *Theodorici*. Idem est rex qui mox *Theudericus* vocatur. Pro initio regni, alii initia regni. Florezius, cum Labbeo, invadit, irruptaque per dolum *Illedensi* urbe, egit ibi *magnam captivitatem*. *Carthaginenses*, etc. Quid ex Idacio sumptum videtur. AREV.

*Ibid.* Annis **ix**. Annis **viii** in vet. Cod.

prælio adversus eum, primo fugatur, deinde captus occiditur.

88. *Aera* cœxv, extincto Recchiario, Suevi, qui remanserant in extrema parte Gallæciae, Maldrum Massilæ filium regem sibi constituant. Mox bisariam divisi, pars Frantanem, pars Maldrum regem appellant. Nec mora, Frantane mortuo, Suevi, qui cum eo erant, Recchimundum sequuntur, et, cum Maldrum pace inita, pariter 136 partes Lusitanæ deprædantur. Maldrum autem tertio regni anno a suis jugulatur.

89. *Aera* cœxix. Maldrum interfecto, inter Frumarium et Remismundum oritur de regni potestate dissensio; sed Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat, Flaviensis urbis conventum gravi evertit excidio. Remismundus autem vicina sibi pariter Auregensium et Lucensis conventus maritima populatur.

90. *Aera* dii, Frumario mortuo, Remismundus, omnibus Suevis in suam ditionem regali jure revocatis, pacem cum Gallæcis reformat, legatos foederis ad Theudericum regem Gothorum mittit, a quo etiam per legatos, et arma, et conjugem, quam haberet, accepit. Inde ad Lusitaniam transit. Conimbriam pace deceptam diripit. Olyssipona quoque ab eo occupatur, civis suo, qui illi præcerat, tradente Lusidio. Hujus tempore Ajax, natione Galata, effectus apostata Arianus, inter Suevos, regis sui auxilio, hostis catholicæ fidei et di-

88. *Nec mora.* Id genuinum puto cum Labbeo et aliis. Grialii editio, nec mox. AREV.

89. *Remismundum*; al., *Reccimundum*; al., *Recchimundum*, vel *Rechimundum*. Pro *Auregensium*, quod Florezius prefereundum ait, alii *Auriensium*; alii, *Arensum*. AREV.

90. *Inde ad Lusitaniam.* Citatut in epistola Innoc. III ad Petrum Compostell. Isidorus, in *Chronicis*, de Gothis, titulo de Suevis.

*Ibid.* *Revocatis.* Florezius, cum Labbeo, vocatis. AREV.

A vinæ Trinitatis emergit, de Gallicana Gothorum regione hoc pestiferum virus afferens, et totam gentem Suevorum lethalis perfidiae tabe inficiens. Multis deinde Suevorum regibus in Ariana heresi permanentibus, tandem regni potestatem Theudemirus suscepit.

91. Qui confessim, Arianae impietatis errore destructo, Suevos catholicæ fidei reddidit, innidente Martino, monasterii Dumieusis episcopo, fide et scientia claro, cuius studio et pax Ecclesiæ ampliata est, et multa in Ecclesiasticis disciplinis Gallæciae regionibus instituta. Post Theudemirum Miro Suevorum princeps efficitur, regnans ann. xiii. Hic bellum secundo regni contra Ruccones iutulit. Deinde in auxilium Leovigildo Gothorum regi adversus rebellem filium expugnandum Hispanum pergit, ibique terminum vitæ clausit.

137 92. *Huic Heboricus filius in regnum succedit*, quem adolescentem Andeca, sumpta tyrannide, regno privat, et monachum factum in monasterio damnat, pro quo non diu est dilata sententia. Nam Leovigildus, Gothorum rex, Suevis mox bellum inferens, obtento eodem regno, Andecanem dejecit, atque detonsum, post regni honorem, presbyterii officio mancipavit. Sic enim oportuit ut quod ipse regi suo fecerat, rursus idem congrua vicissitudine pateretur. Regnum autem Suevorum deletum in Gothos transfertur, quod mansisse CLXXVII annis scribitur.

91. Miro cœpit æra deic, ex concil. II Bracchar. PEREZ.

*Ibid.* Labbeus, *contra Romanos Ruccones*. In nota Perezii, *Ruccones in vet. cod.*, quod ipsum exstat in textu, atque adeo fortasse in nota legendum esset *Ruccones*. Vide Biclarenses, ad annum 572, infra, Labbens: *Adversus rebellem filium ad expugnandam Hispanim venit, et vitæ terminum clausit.* AREV.

*Ruccones in vet. Cod.*

92. Audeca in vet. Cod. pro *Andeca*.

*Ibid.* Presbyterii. Al., presbyteri; et congruenti pro congrua. AREV.

## 138 SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

### LIBER.

#### Praefatio.

1. *Quamvis superioris plurimi veterum tractatorum inter Græcos et Latinos scriptores doctissimi annotentur tamen reor ipse etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigisse.*

I. 139	Xystus, papa Romanus.	V.	Osius, episc. Cordubensis.
II.	Macrobius, diaconus.	VI.	Toranius Rufinus, presbyter Aquileiensis.
III.	Philastrius, ep. Brixensis.	VII.	Verecundus, ep. Africanus.
IV.	Theodorus, ep. Mopsuestenus.	VIII.	Victorinus, episcopus.

1. *Superius*, id est, in Hieronymo et Gennadio. PEREZ. *Ibid.* In *Isidorianis* caput 80 sic inscripti: *Liber* D *Isidori de Viris illustribus. Editiones hujus libri, miss. exemplaria. Praefatio Zaccariae. Harduini delicia contra*

- IX. *Italius, episcopus Gallicæ.*  
 X. *Eusebius, ep. Dorolitanus.*  
 XI. *Cerealis, ep. Castellanens. in Africa.*  
 XII. *Ferrandus, diaconus Carthag.*  
 XIII. *Petrus, episcop. Ilerden.*  
 XIV. *Marcellinus, presbyter.*  
 XV. *Itatus Clarus, ep. Hispanus.*  
 XVI. *Siricius, pont. Romanus.*  
 XVII. *Paulinus, presbyter Mediolan., postea ep. Nolanus.*  
 XVIII. *Proba, uxor Adelphi.*  
 XIX. *Joannes Chrysostomus, episc. Constantinop.*  
 XX. *Sedulius, presbyter.*  
 XXI. *Possidius, ep. Africanus.*  
 XXII. *Primasius, ep. Africanus.*  
 XXIII. *Proterius, ep. Alexandrinus.*  
 XXIV. *Paschasius, ep. Siciliensis.*  
 XXV. *Julianus Pomerius.*  
 XXVI. *Eugipius, abbas Lucullanensis.*  
 XXVII. *Fulgentius, ep. Ruspensis in Africa.*  
 XXVIII. *Eucherius, ep. Lugdunensis Francie.*  
 XXIX. *Hilarius, ep. Arelatensis.*  
 XXX. *Aprilius, ep. Pacensis, in Hisp.*  
 XXXI. *Justinianus, imperator.*  
 XXXII. *Facundus, ep. Hermianensis.*  
 XXXIII. *Justinianus, ep. Valentinus.*  
 XXXIV. *Justus, ep. Urgellitanus.*  
 XXXV. *Marienus, ep. Dumiensis.*  
 XXXVI. *Avitus, ep. Viennensis.*  
 XXXVII. *Dracontius.*  
 XXXVIII. *Victor, ep. Tunnensis.*  
 XXXIX. *Joannes, ep. Constantinop.*  
 XL. *Gregorius, papa Romanus.*  
 XLI. *Leander, ep. Hispal.*  
 XLII. *Lucinianus, ep. Carthagin.*  
 XLIII. *Severus, ep. Malacitanus.*  
 XLIV. *Joanues, ep. Gerundens.*  
 XLV. *Entropius, ep. Valentinus.*

pleraque veterum scripta perstringuntur. Notas Joannis Baptistæ Perez, expresso ejus nomine, proferam. Aliarum notarum summam colligam, laudatis nominibus auctorum, Miræi, Schotti, Fabricii, Aguirrii, Florezii, Editoris operum Patrum Toletanorum, et Zaccariae; qui postremus, ut in Isidorianis observavi, hunc solum librum ex omnibus Isidori operibus notationibus illustraverat, quia bibliothecam ecclesiasticam Fabricii, in qua liber hic Isidori continetur, excudere festinabat, quamvis ne id quidem perfecerit. In indice virorum illustrium quem Perezius praemisit, num. 17, notabatur: *Paulinus presbyter Mediolanensis, postea episcopus Nolanus.* Hoc postremum prætermisi. Confer notam ad cap. 17, num. 21. Quod Isidorus ait, *quamvis superius, recte Perezius explicuit de libris ejusdem argumenti a Hieronymo et Gennadio conscriptis. Nihilominus Miræus, qui hanc præfatiunculam appendicet de duodecim scriptoribus ecclesiasticis præfixam videbat, hæc duodecim capita non esse Isidori ex ea colligebat.* Zaccariae *quam nonnullus serupulus restabat, quia scilicet Honorius Augustodunensis exemplar Isidorianum nactus fuerat, cuius initium esset ab Osio.* Verum de hac diversitate exemplarium dixi jam in Isidorianis, loc. cit. Etsi autem Isidorus ait se eorum scriptorum memoriam facere, quorum lectionem recolebat se

- A XLVI. *Maximus, ep. Cæsaraugustan.*  
*Hæctenes Isidorus.*  
*Hinc Braulio, ep. Cæsaraug.*  
 XLVII. *Isidorus, ep. Hispal.*

### CAPUT PRIMUM.

2. *Xystus episcopus Romanæ urbis, et martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum, tam brevi eloquio, ut 140 in singulis versiculis singulæ explicitentur sententiae. Cui quidem opusculo hæretici quædam contra ecclesiasticam fidem inseruerunt, quo facilius, sub nomine tanti martyris, perversorum dogmatum recipere assertio. Sed is qui catholicum sese meminit, probando legit, et ea quæ veritati contraria non sunt recipiat. Quidam autem putant eumdem librum ab hæreticis, non a Xysto, fuisse dictatum. Resellit autem hanc opinionem beatissimus Augustinus, qui in quodam opere suo ab eodem martyre hoc opus compositum esse fatur.*

### CAPUT II.

3. *Macrobius diaconus studium sancti Cypriani ingeniumque secutus, complexus est congrua ex utroque Testamento adversus versutias hæreticorum capitula, de scilicet Dei Patris majestate, et Filii Dei adventu, ejus incarnatione, sive passione, resurrectione, et ascensione in cœlos, parique modo, et de electione gentium, et reprobatione Judæorum. Deinde subjecit etiam cetera ad utilitatem vitæ et disciplinæ religionis pertinentia, omnia hæc in centum distincta capitula.*

### CAPUT III.

C 4. *Philantirus, Brizionis episcopus. Hic longe ante beatissimum Augustinum edidit librum de Hæreticis, singulas quasque demonstrans, sive quæ in populo Judæorum ante incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat, sive quæ post Domini adventum Salvatoris, adversus catholicam fidem exortasse, quas idem centum viginti octo esse describit, sicut de eo idem vir magnæ gloriae Augustinus, et doctor clarissimus, meminit.*

attigisse, tamen id non ita intelligendum est, ut omnes, quos nominat, scriptores legerit; sed satis est quod pterosque aut aliqua singulorum opera evoluerit. AREV.

2. *Xystus.* Vel primus anno Christi 117, vel secundus anno 257. Hic, et qui sequuntur tredecim, usque ad Marcellinum, ex unico exemplari Pontis sancti, apud Galistrum Cauriesia diocesis descripti sunt. In reliquo libris desiderabantur, qui ab Osio inciperant, et ex ipso et Marcellino unum fecerant caput. PEREZ.

Ibid. composuit, etc. Sententias esse Xysti philosophi, non martyris, ait Hieronym. ad Ctesiphontem, et xviii Ezech., et i lib. in Jovinianum, quo deceptus Rudinus, et retractat Augustinus. PEREZ.

Ibid. Ab hæreticis, ait Gelasius, 45 distinct. PEREZ.

Ibid. Quid sentiendum sit de Proverbii Xysti nomine vulgatis, docet Miræus, ad cap. 17 Gennadii. AREV.

3. *Macrobius.* Apud Gennadium dicitur presbyter Afer, hæreticus, Donatianus, sive Montensis. PEREZ.

Ibid. Miræus, hoc loco, ac sepe alibi, notas Perezil per errorem Loaisæ ascribit. An autem idem sit Macrobius, de quo Gennadius, cap. 5, non ita explratum videtur. AREV.

4. *Hic longe.* Anno Christi 380. PEREZ.

Ibid. August., ad Quodvultdeum, de Hæreticis.

PEREZ.

## 141 CAPUT IV.

5. *Theodorus Mopsuestiensis urbis episcopus*, ita clara, copioseque scientia doctrina refusa esse referatur, et praedicaretur (si referre fas est) mille voluminum sumnam in Graeco conscripsisse, adversus omnium hereticorum errores. Hunc Acephalorum episcopi in præjudicio Chalcedonensis concilii, Justiniano 142 principe compellente, damnare post mortem cum Iba et Theodoreto episcopis concurserunt. Demenstrat eum laudabilem virorum testimonia claris-

*Ibid.* De Philastrio multa Mirceus ex sancto Augustino, Gaudentio, Bellarmino, Baronio et aliis; plura Fabricius in Bibl. med., qui librum Philastri de Haeresibus in lucem emisorat. Prodiit etiam in Bibliotheca Patrum Galliæiana liber idem Philastri recognitus, præmissa docta præfatione in prolegomenis. Quod idem in accuratissima hac Bibliotheca fieri solet, cum aliorum opera inserviunt. *Anav.*

5. *Theodorus*. Etiam laudatur a Theodoreto Sozomeno, et Evagrio, sed damnatur a synodo Constantiopol. v, et a Gregorio, lib. vi, epist. 190. Isidorus aliquot locis hujus libri, nempe agens de Theodoro, Justiniano imperatore, Facundo, et Victore Tunnenensi, quin, et lib. viii Etymolog., cap. 5, et in Chronico, loquens de Justiniano, aliquibus videri possunt non satis fuisse regius concilio qualem vacunam Constantiopolitano. Res tota sic gesta est: Theodorus Cyrenicus episcopus, cuius multa habebamus doctrinam opera, et Ibas episcopus Edessensis, anno Christi 448, in concilio heretico Ephesino secundo (factione Dioscori episcopi Alexandrii, qui fuit hereticus Eutychianista) absentes damnata sunt, quasi ecclesia pulsi. Vide Evagrium, lib. i Hist. Eccl., cap. 10. Causa est addita, quod Theodorus adveresus duodecim anathemata Cyrilli scripsisset; Ibas vero ad Marinum Petram epistolam haud calobiliter misisset. Deinde anno 451, in Chalcedonensi synodo generali sub Leone papa Romane illa secunda Euphratensis synodus abrogata, et Theodorus atque Ibas episcopi ecclesia suis restituti sunt. Evag., lib. i, cap. 4, et lib. ii, cap. ult. Inde magne tragodice ortas, provincias, et imperatoribus ipsa diversa sententibus de recipienda synodo Chalcedonensi, quia in hoc ipso Evagrio et Liberato Carthaginensi atque Paulo Diacono, leges. Donec tandem in quinta synodo generali Constantiopolitana habita sub Vigilio papa et Justiniano imperatore, anno 553, damnata sunt scripta Theodoris adversus Cyrrilum, et Ibas Edessensis episcopi ad Marinum, Theodorusque Mopsuestiensis episcopi opera, quia in ea epistola valde laudabantur. Hec quidem graviter a multis accepta sunt, quasi in eo Chalcedonensis synodi auctoritas improbaretur. Evag., lib. iv, cap. 37. Legentes enim in Chalcedonensi synodo illos ecclesiis suis restituti, simul illorum opera approbata fuisse existimarent. At distinguere auctores ab operibus velo aportuerat, ut docet Justinianus impetrat. in Sede sua professione, et Preclavis Constantinopolitanus in epistola que in ista synodo Constantinopolitanam recitat. Iude posita diuinis contentiones in Ecclesiis viguerunt, de recipienda hac synode Constantinopolitanâ. Cujus defensores ab adversa parte per calumnias vocabantur heretici acephali et impugnatores trium capitulorum synodi Chalcedonensis. Itaque Aegypius et Africa, ut Liberatus et Victor Tunnenensis, nundum editus, testantur, Ilyricum quoque, ut est apud Paulum Diaconum Aquileien., lib. xviii, Romanis pontificibus hoc concilium Constantinopolitanum probantibus aliquandiu restiterunt. Ausi etiam sunt hi duo auctores Africani, Liberatus Carthaginensis et Victor Tunnenensis, Vigilio papæ impouere, illius opera Theodosius Augustus eorum trium capitulorum defensionem exstitit. Quae calumnia ex tribus Vigiliis epistolis, quas in quinta

A simus Ecclesiam doctorem fuisse. Visit usque ad imperium senioria Leonis.

## CAPUT V.

6. *Ozias Cerdicensis ecclesias civitatis Hispaniarum episcopus*, eloquentia viribus exercitatus. Seruit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam palestro ac diserto comptam eloquio; compositeque et aliud opus de interpretatione vestimenta sacerdotiale quia sunt in Veteri Testamento, egregio quidem sensu et ingenio elaboratum. In Sardicensi

synodo recitantur, facile convincitur, et ex iis quæ Patres in sexta synodo falso de Vigilio conficta queruntur. Hispaniam povero in Africorum aliquando fuisse sententia suspicor ex tam multis verbis Isidori ad defensionem trium capitulorum inclinantibus. Nisi fortasse Isidorus haec verba ex sui Victoris Tunnenensis Chronicone hausit, quo auctore libere utitur, vel certe sero ad Isidorum et Hispanos pervenire potuit Constantinopolitanæ synodi approbatio a Romania pontificibus Vigilio, Petacio et Gregorio in primis facta. Præsertim cum ignorasse aliquanto tempore Hispania ejus synodi auctoritatem potuerit, id quæ noluisse adesse Vigilium papam Romanum audivisset. Hunc factum patet ut Isidorus, sexto lib. Etymolog., cap. 16, post quatuor synodos generales hujus quintæ Constantinopolitanæ jam pridem habita non meminerit, quam tamen papa Gregorius ejus æqualis carteris quatuor prioribus parens esse auctoritatem definivit. Plura leges in ipso Gregorio de hismodi defensoribus trium capitulorum, nempe u lib. Registr., epist. 36, et inductione 11, epist. 10, et lib. iii epist. 4. Nam vitiatum fuisse exemplar synodi Chalcedonensis a Constantinopolitanis sit Gregorius v, lib. Regial., epist. 14, et lib. vii, epist. 53, inductione 2. *Panz.*

*Ibid.* Senioris Leonie. Anno Christi 457. At Theodorus sit sub Theodosio junior. *Panz.*

*Ibid.* Judicium Gratiæ de controversia trium capitulorum ab Isidoro narrata habet in Isidorianis, cap. 36, n. 26. De eadem agit Mirceus in not. ad sancti Isidori cap. 33. Exstat egregia Joannio Giesbert disputatione theologicæ, sive defensio Ecclesiae in negotio trium capitulorum, præmissa verbi sapienti Gregorii Magni, *De personis tantummodo, non de fide aliquid gestum est.* Sirmontius quoque, in sua prefatione ad Facundi de qua cap. 3d, n. 49, opera in eodem argumento versatur: *Nec vero faciunt esse possit, inquit, trium capitulorum causa, quam Facundus defendit;* in qua, si verum loqui placet, honestius fuerat eum Vigilio cedere, quam vincere anno Justiniano. Ac concludit: *cujus ipsius pacis studio Vigilius successores, cum paucos juri contra nisi viderent, usque omnium in Ecclesiis mens et vox esset, asservantes ei ipsi tandem et synodo (Constantinopolitanæ) incertæ ad id tempus auctoritatem, concilii generalis vim, nonneque sua confirmatione præbuerunt.* Ad Isidori certo notitiam non venerat quod iam Romani pontifices certam auctoritatem synodi Constantinopolitanæ asservissent, dum scripientes laudabat, qui tria capitula cum concilio Chalcedonensi defendebant. *Anav.*

6. In Sardicensi. Anno Christi 547. *Perez.*

*Ibid.* Florezius, tom. X Hisp. sacr. tract. 33, cap. 5, probat Osium non Cordubæ, sed in Oriente decessisse anno 557. De Osio accuratissime scriptit Michael Josephus Maceda in opere sic inscripto: *Osium vero Deum, hoc est, Osium vere innocens, vere sanctus. Disputationes duas. I. De communione Osii loper. II. De sanctitate et cultu legitimo ejusdem. Bononiae 1790, in-4°.* In codice Theodosii, itemque Justiniani exstat ad Osium lex Constantinæ de his qui in Koetcia mandevit. Epistola Osii ad Constantium Augustum inserta est in Biblioth. Parvum, Galland. t. V, p. 81. Epistola de laude virginitatis non exstat. *Anav.*

etiam concilio quamplurimas edidit ipse sententias. A

7. Hic autem post longum senium vetustatis, id est, post **143** centesimum primum annum in ipso jam limine vita a fidei limitibus subruens, serpentis Jaculo concidit. Nam accersitus a Constantio principe, minisque perterritus, metuens ne senex et dives damna rerum vel exsilium pateretur, illico Ariane impietati consensit, et vocabulum *homousion*, quod simul cum Patribus sanctis ceteris Ecclesiis sequendum tradiderat, arreptus impietatis furore, damnavit: cuius quidem vitam, ut meruit, confestim exitus crudelis finivit.

#### CAPUT VI.

8. Toranius Russinus scripsit ad quemdam Paulinum presbyterum de Benedictionibus patriarcharum triplici intelligentia librum satis succinctum, et clara brevitate compositum. Ille autem juxta mysticum sensum, ea quae de Dan, filio Jacob, scripta sunt, non recte de Domino nostro interpretatur, dum procul dubio ad Antichristum eadem pertinere sanctorum Patrum probet assertio.

7. *Cuius quidem, etc.* Vide infra in Marcellino. PEREZ.

*Ibid.* Miræus, in favorem Osii, præter Baronum, allegat Alderetum, lib. 1, cap. 3, de Antiquit. Hisp. AREV.

8. Meminit Gennadius. Vide Gelas., dist. 15. PEREZ.

*Ibid.* Toranius. Al., *Tyrannius*, vel *Torannius*. Cap. 17, num. 21, dicitur Paulinus presbyter composuisse librum de benedictionibus patriarcharum triplici intelligentiae genere, diversum tamen a libro Rufini, ut ad eum locum dicam. Rufini pro se apologia ad Anastasiū papam legitur in Biblioth. Galland. t. VIII. AREV.

9. Anno Christi 552, Verecundus quidam, Junensis episcopus in provincia Africa Bizacena, defensor trium capitulorum, anno ante habitam synodus Constantiopolit. quintam generalem, jussu Justiniani imperatoris, exsul Chalcedone moritur. Haec Victor Tunnensis narrat. Puto autem omnino hunc fuisse de quo loquitur Isidorus. Vidi porro hujus Verecundi ipsum libellum de Pœnitentia hexametrī scriptum, cuius hoc est initium :

Quis mibi moesta dabit lacrymosis imbris ora?

Is liber Gotbicis litteris descriptus fuit olim Ecclesie Ovetensis, postea apud Michaelem Ruyzium Azarium amicum meum, Rodolphi imperatoris secretarium. PEREZ.

*Ibid.* Codex de quo Perezins, hodieum asservatur in bibliotheca sanctæ Ecclesie Toletana; et ejus fit mentio in Editione operum sancti Eugenii. AREV.

10. Victorini duo referuntur Hieronymo, unus episcopus Pitabionensis martyr; alter rhetor Afer. Alii quoque duo a Gennadio, unus rhetor et poeta Massiliensis, qui commentaria in Genesin versibus scripsit, quæ ad nos usque pervenerunt, et postremus Aquitanus. Ego opus Victorini adversus Manichæos et Marcionistas, quod ab Isidoro refertur, non vidi, neque usquam scio extare, sed puto fuisse illius Massilieus poëta, nam episcopum fuisse non meminit Gennadius. PEREZ.

*Ibid.* Adversus Marcionistas. Vide Augustin., de Hæres. lib. 1, cap. 21. et Ireneum, lib. 1, cap. 28. PEREZ.

*Ibid.* Libelli duo recensiti Victorini editi fuerunt a Sirmundo Lutetiae, 1630. Alia ejus opera extant in bibliotheca Patrum; quæ omnia Miræus putat esse Victorini rhetoris Afri. Neque hunc Hieronymus episcopum dicit. Victorinus Aquitanus fuit calculator. Miræus putat libellos qui hic recensentur esse Victorini Afri rhetoris. Eos edidit Sirmondus; post alii. De Victorinis consulendus Gallandius in prologo-

#### CAPUT VII.

9. Verecundus, Africanus episcopus, studiis liberalium litterarum disertus, edidit carmine dactylico duos modicos brevesque libellos, quorum primum de Resurrectione et Judicio scripsit, alterum vero de Pœnitentia, in quo lamentabili carmine propria delecta deplorat.

#### CAPUT VIII.

10. Victorinus episcopus composuit et ipse versibus duo opuscula **144** admodum brevia: unum adversus Manichæos reprobantes Veteris Testimenti Deum, veramque incarnationem Christi contradicentes; alium autem adversus Marcionistas, qui duo principia, id est, duos deos singunt: unum malum, justum creaturarum conditorem et retributorem factorum; alterum bonum, animarum susceptorem et indultorem criminum.

#### CAPUT IX.

11. Itacius, provinciae Gallæciae episcopus, secutus chronicam Eusebii Cæsariensis episcopi, sive Hieromenis tom. IV Bibliothecæ Patrum, ubi exhibet, pag. 49 et seqq., Victorini episcopi Petavionensis et martyris tractatum de fabrica mundi, et scholia in Apocalypsin; item, t. VIII, ubi, pag. 133 et seqq. recentiss Fab. Mar. Victorini Afræ opera, quæ existant, omnia, notisque illustrat; inter quæ est liber unus contra Manichæos, sed prosa, non versibus conscriputus. AREV.

11. Anno Christi 481. Idacius, sive Itacius, duos ponit Isidores, quos quia falso in unum multi etiam nostros confundunt, facturus rem gratam videbor, si Idacius omnes distinguam. Reperio enim quinque hoc nomine Hispanos, qui ad tres redigi posse videntur. (Vide scholion de Idaciis tribus.) Primus est Itacius (sic enim hic scribitur in veteris omnibus Codicibus) cognomento Clarus, episcopus Ossonobensis, relegatus ob cædem Priscilliani cum Ursacio, anno fere Christi 390, de quo Sulpicius Severus in Historia Ecclesiastica, Hieronymus, et Isidorus. Is scriptis contra Priscillianum, ut sit Isidorus, sed non exstat. Secundus Idacius episcopus Emeritensis iisdem temporibus cum superiori, persecutor quoque Priscilliani, ex eodem Sulpicio Severo. Uterque vero subscriptur in synodo Cæsarangustana. Tertius Idacius, sive Itacius (nam utroque modo scriptum reperio) episcopus Lamecensis in Gallæcia, auctor Chronicorum nondum editi, quod manu scriptum habeo. Is se conversum ait anno Christi 417, scriptisse vero usque ad octavum annum Leonis, ait Isidorus, nempe annum 481. Sigibertus ait usque ad annum 490. Trihemius primum cum tertio confundit. Poterat et videri quartus Idacius Clarus, cuius opus exstat adversus Varidamum Arianum. Sed is, ut puto, idem est cum primo Ossonobensi exsule. Potuit enim dum peregrinatur, opus Varidami videre Neapolii urbo Campaniæ, quod de se ipse narrat. Quartum (quintum) etiam adderit aliquis illum Idacium episcopum, qui cum Turibio Asturicensi concilium celebravit adversus Priscillianistas, jussu Leonis papæ anno 447, ut est in epistola Leonis ad Turibium, et in altera epistola ipsius Turibii ad Idacium et Ceponium, quan habeo manuscriptam. Sed hic Idacius ex comparatione temporis, et Gallæciae provincie potuit esse idem cum tertio illo Lamecensi chronographo. PEREZ.

*Ibid.* Idacii Chronicum emendatissimum edidit Florezius, tom. IV Hisp. sacri, qui de Idaciis plura disputat, et contra communem opinionem probat auctiorem Chronicum non esse Idacium episcopum Lamecensem, ac videri potius eum fuisse episcopum Aquilavensem, in Gallæcia. Quod Idacius, accusa-

dymi presbyteri, 145 quæ usque hodie in Valentis Augusti imperium edita declaratur, debinc ab anno primo Theodosii Augusti usque in annum imperii Leonis octavum subjunctam sequitur historiam, in qua magis Barbararum gentium bella crndelia narrat, quæ premebant, Hispaniam. Decessit sub Leone principe, ultima jam pene senectute, sicut etiam præfationis sua demonstratur indicio.

## CAPUT X.

12. Eusebius, Dorolitanæ urbis episcopus. Hic in cœtu Chalcedonensis concilii contra Dioscorum haereticum Alexandrinæ urbis episcopum librum obtulit, ac præsenti synodo omnes Diqscori errores et blasphemias recitat. Hunc enim ac sanctum Flavianum Constantinopolitanum episcopum idem Diqscorus in Ephesina secunda synodo excommunicatiois sententia dejecerat, eo quod pro orthodoxa fide contra haeresin repugnaret. Unde postea idem Eusebius in Chalcedonensi synodo innumerabilium malorum ejus crimina, vel blasphemias detegens, damnationis ejus sententiam super eum a sancto concilio imprecatur, scilicet, ut quod juste ille alii intulerat, in eo juste retorqueretur.

## CAPUT XI.

13. Cerealis, Castellanensis Ecclesiæ episcopus. Hic, dum apud Carthaginensem Africæ provinciæ urbem venisset, de fide sanctæ Trinitatis cum Maximiano, Ammouitarum episcopo, concertatus est, respondens propositionibus ejus, non eloquiorum argumentis, sed de testimoniosis sanctorum Scripturarum. Exstat hoc ipsum ejusdem opusculum novem et decem responsionum capitulis præsignatum.

## CAPUT XII.

14. Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ diaconus, 146 multum in sacris Scripturis floruisse asseritur, Priscilliani, fuerit episcopus Lamecensis, asseruit quidem Quesnellius, sed hoc etiam incertum esse, idem Florezius ostendit. Idacii Chronicum et Fastos habes in cit. Bibl. Galland., tom. X, p. 323. AREV.

12. In cœtu, etc. Actione 3 Concil. Chalced. — Ibid. Ephesina. Anno Christi 448. — Ibid. Chalædonensi. Anno 451. PEREZ.

Ibid. De Eusebio Dorilæi episcopo, et de sancto Flaviano Baronius fuse agit in Annalibus, et in not. ad Martyrologium Rom., die 18 februarii. In Editione Grialii, mendose, Borolitanæ urbis. AREV.

13. Exstat, etc. cum aliis in Haeræologie. PEREZ. Ibid. Gennadius Cerealem Castulensem, seu Cata-lauensem episcopum recenset, cap. 96, quo loco videndum Miræus. Pro concertatus est, melius esset concertavit; sed illud genuinum videtur. Pro Ammouitarum, alicubi legitur Arianorum, seu Africorum, sed legendum videtur Ariomanitarum. Notat Florezius, in exemplari Marianæ deesse de ante testimoniosis. AREV.

14. *Scriptum.* Editus est Romæ ab Achille Statio. Ibid. Quid prodest. Idem scripsit Pontianus episcopus Afer ad Justinianum imp. — Ibid. Si quis. Contra definit concil. v. Constantinopol., act. 5; de Theodore Mopsuesteno, vide 24, quæst. 2. PEREZ.

Ibid. Ferrandus diaconus floruit anno 507. Ejus opera edita exstant, Paræneticus ad Reginum Comitem, epistolæ, breviatione canonum, etc. Eadem a nonnullis ascribitur Vita sancti Fulgentii Ruspensis epi-

A multasque cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium et Anatolium Romanos diaconos consulentes eum, utrum liceat quemquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic locutus est, dicens: « Quid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si quis adbuc in corpore mortis hujus accusatus et damnatus, antequam mereretur absolviri, de Ecclesia raptus est, absolviri non potest humano iudicio. Si quis accusatus et absolutus in pace catholica Ecclesia transivit ad Deum, condemnari non potest ulterius humano iudicio. Si quis accusatus ante diem sacri examinis repentina vocatione præventus est, intra sinum matris Ecclesia constitutus, divino intelligendus est iudicio reservari, et de hoc nullus homo potest manifestam proferre sententiam, cui si Deus indulgentiam dedit, nihil nocet nostra severitas; sed si supplicium præparavit, nihil prodest nostra benignitas. »

## CAPUT XIII.

15. Petrus, Herdensis Hispaniarum Ecclesiæ episcopus, edidit diversis solemnitatibus congruentes orationes, et missas eleganti sensu, et aperto sermone.

## CAPUT XIV.

16. Marcellinus, Italiæ presbyter, scripsit Theodosio Minoris, Arcadioque imperatoribus, opusculum unum, in quo retexit gesta episcoporum qui ad destructionem homousion Arimini convenerunt; quique ita totum mundum perfidia impii dogmatis turbaverunt, ut vix pauci antistites existerent qui in inviolabili fidei cultu perseverarent. Exponit quoque de Ario, dum ad synodum pergeret cum Alexandro disputatus, qualiter conversus in via ad necessariam causam, viscera ejus fuissent diffusa. De fine quoque Osii Cordubensis urbis episcopi, qui, metu imperatoris, fidem prævaricatus, perfidiæ assertor et impiescopi. AREV.

15. *Missa in officio Gothico est quedam oratio, de qua vide not. lib. 1 Offic. eccles., cap. 15, num. 1.* AREV.

16. *Marcellinus.* Hujus meminit Gennadius in Faustino presbytero. — Ibid. Convenerunt. Anno 539. PEREZ.

Ibid. Marcellini Historia de Osii Cordubensis morte iidem verbis, sed paulo fusior exstat in Codice Gothicus bibliothece Complutensis ad finem Isidori de Viris illustribus, sine nomine auctoris Marcellini. Porro Osius nobilissimus olim confessor, et doctissimus, ab Augustino et Athanasio laudatus, Constantino imperatori etiam per litteras familiaris (ut est in Cod. Theodos., titul. de Sacrosanctis Ecclesiis), qui que in conciliis Eliberitano, Niceno et Sardicensi, cum magna sui laude fuerat Catholicorum propaginator, tandem senio delirans, in Syruensi synodo ad Arianos defecit. De quo vide etiam Hilarium, lib. de Synodis; Athanasium, lib. de Unitate Trinitatis; Sulpicii Severi Historiam, et Honorium Augustodunensis, lib. de Scriptoribus Eccles. PEREZ.

Ibid. Homousion. Ali., homousii. De sancto Gregorio Eliberitano Martyrologium Rom., die 24 Aprilis. In Editione Patrum Toletan. ad hunc locum eruditæ nota subjicitur, qua ostenditur commentaria esse quæ Marcellinus narrat de fine Osii; quo in argumento Natalis Alexander, Floresius, aliquæ versati sunt AREV.

tatis effectus fuerat 147 associetur, eis talia proferit. A  
Nam post impiam, inquit, Osii prævaricationem, dum  
sanctus Gregorius, Eliberitanus episcopus, in Cordu-  
bensi urbe iuxta imperiale doctorem fuisse adiectus,  
ac minimo vellet illico communicare, commotus Osius di-  
cit Clementino Constantii praefecto vicario, ut mitteret  
eum in exsilio. At ille inquit: *Nec audio episcopum in*  
*exsiliū mittere, nisi prius eum ab episcopatu deficeris.*

17. Ut autem vidit amictus Gregerius quod Osius  
vellet ferre sententiam, appellat Christum totis  
fidei sui viceribus, exclamans ita: *Christe Bone,*  
qui venturus es judicare vivos et mortuos, ne pa-  
tiaria hodie humanam preferri sententiam adver-  
te me minimum cursum tuum, qui pro fide nominis mei,  
ut reus assistens, spectaculum factus sum; sed tu ipse,  
queso, in causa tua hodie judica, ipsa sententiam pro-  
ferre dignare per ultiōnem. Non ego, quasi motuus  
exsiliū, fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum  
supplicium grave sit, sed ut multi prævaricationis  
errore liberentur, cum præsentem viderint ultiōnem.  
His dictis, ecce repente Osius residens fastu quasi  
regalis imperii, cum sententiam conaretur exprime-  
re, os vertit, distorquens pariter et cervicem, ac de-  
cessu in terram eliditur, atque illico expiravit.

18. Tunc, admirantibus cunctis, etiam Clementinus  
ille gentilis expavit, et licet esset judex, tamen timens  
ne in se simili suppicio judicaretur, prostravit se ad  
pedes sancti viri, obsecrans ut sibi parceret, qui in  
eundemvirae legis ignorantia pettasset, et non tam pro-  
prio arbitrio quam mandantis imperio. Inde est quod  
solus Gregorius ex numero vindictantium integrum  
fidei, nec in fogam versus est, nec passus est exsiliū,  
tusque enim fuit de illo ulterius judicare.

18. *Vindictantium. Vindicat martyres apud Optatum,*  
lib. I. PEREZ.

19. *Præcilius.* Vide Epiphan., lib. I, cap. 34, et  
Iren., lib. I, cap. 6 et 8. — *Ibid.* De Mano Cyrillos,  
cateches. 60, et Epiphan., lib. II, cap. 661. PEREZ.

*Ibid.* Marcum istum e Gallia in Hispaniam concessisse,  
ubi fernam nobilem Agaren, et Helpidium  
Mætorem cedaxit, ostendit Florezius tom. XV. Hisp.  
sacr. pag. 13, ex Sulpicio, et S. Hieronymo. Inde  
notata est Præcilius hæresis. Idem Florezius de Iatio  
aggit tom. XIII, pag. 180, et tom. XIV, pag. 215. AREV.

20. *Siricius.* Anno 385. — *Decretale*, etc. Exstant  
epistole. — *Himerius.* Himerius temp̄ vocatur in  
vel. Cod., non Himerius. — *Et aliam.* De qua vide  
Ambros., epist. 8 et 81. PEREZ.

*Ibid.* Schottus monet legendum Siricius, non Sir-  
cius. Zaccaria miram dissensionem inter chronologos  
notarat esse, quod attinet ad epocham pontificatus a  
Siricio suscepti, de qua videri possunt Papebrochius,  
Merque Pagius, Blanchinius et alii. Epistola Siricii,  
uti alii genuina alterum pontificum, accurate typis  
commisso sunt a Constantio; post quem Siricii epi-  
stolas et decreta Gallandius recudit, tom. VII bibliotheca Patrum, pag. 833. Pro Himerius, alii malunt  
Himerium, quia obstat auctoritas Codicis a Perezio  
allegati. Epigraphæ bapticas sancti Pauli Romæ, a  
Marangonio divulgatae, antea pontificatus tribuunt  
Siricio quindecim, moneta undecim, dies viginti qui-  
que. AREV.

21. Anno 410 fuit episcopus Nolanus. Paulinus hic,  
de quo multa mentio apud Hieronymum, Augustium,  
Ambrosium, Gregorium, et Gennadium. Frustra enim  
multa nostra ratio Honorium Augustodunensem se-  
cuti, Paulinos duos faciunt, unum Nolanum episco-

## 148 CAPUT IV.

19. Raelius, Hispaniarum episcopus, cognomento  
et eloquio clarus, scripsit quendam librum sub  
Apologeticæ specie, in quo detestanda Præcilius  
dogmata, et maleficiorum ejus artes, Hispidumque  
ejus probra demonstrat, ostendens Marcam quen-  
dam Memphis magistrum artis scientissimum, di-  
scipulum suisse Manis et Præcilius magistrum.  
Hic autem cum Ursacio episcopo ob necem ejusdem  
Præcilius, cuius accusatores existabant, Ecclesiam  
communione privatus, exilio condemnatur, ibique die  
ultimo fungitur, Theodosio Majore et Valentiniiano  
regnantibus.

## CAPUT XVI.

20. *Siricius*, clarissimus pontifex, et Romanæ sedis  
antistes, scripsit decretale opusculum directum ad  
Emmerium Tarragonensem episcopum. In quo, in-  
ter alias ecclesiasticas disciplinas, constituit hæreti-  
cordum baptismus nequaquam ab Ecclesia residen-  
dum. Reperimus et aliam ejus epistolam ad diversos  
episcopos missam, in qua condemnat Jovinianum  
hæreticum, atque Auxentium, ceterosque eorumdem  
sequaces. Praefuit Romæ annos quatuordecim. Obiit  
Theodosio et Valentiniano regnantibus.

## CAPUT XVII.

21. *Paulinus*, presbyter, explicit in *Benedictionibus*  
patriarcharum tripli intelligentie genere librum  
sæc. suæ in brevitate 149 compositum. Ideo  
etiam, potente Augustino, conscripsit Ambrosii vitam  
signis floribus, siue doctrinis et meritis apostolô-  
rum non imparem. Si quidem et Constantius episco-  
pus Germani vitam continxerit, editumque Paulini  
Oranius edidit.

pum, alterum presbyterum Mediolanensem, aucto-  
rem Vitæ sancti Ambrosii, cum ipso Paulino, in  
epistola ad Alypium, scribat se, licet in Hispania  
ordinatus fuit presbyter, a Lampio episcopo Barci-  
nonensi, tamen beneficio sancti Ambrosii assecu-  
tum esse ut ubicunque terrarum degere, Ambrosii  
presbyter diceretur. Porro hujusmodi Vitæ, que ab  
Isidoro commemorantur, nempe Ambrosii Mediola-  
nensis, Germani Antisiodorensis, et Paulini Nolani,  
episcoporum, edita a Paulino Constantio et Orani,  
existant in vetustissimo exemplari Ecclesiae Toletanae,  
et seruntur impressæ apud Laurentium Surium. PEREZ.

*Ibid.* Fallitur Perezius cum multis aliis, quod  
Paulinum ab Isidoro laudatum crediderit huius episcopum  
Nolani, ut jam notarunt Miræus et editor  
operum Patrum Toletanorum, qui observat dubitari  
posse an Paulinus, sancti Ambrosii diaconus, un-  
quam ad presbyteratus ordinem ascenderit, cum  
solum id apud Isidorum legitur. Zaccaria adit Paulinum  
presbyterum Mediolanensem, scriptum Vitæ  
sancti Ambrosii, distinguendum etiam esse a Paulino  
Biterrensi, etsi duos hos Paulinos Duplaius  
confuderit. Putarunt Caveus et Oudinus Isidorum  
per oscitantiam Rusini opus de eodem argumento,  
de quo supra, num. 8, Paulino astinxisse; sed opus  
Paulini diversum est, cuius fragmentum Martianæ  
editit inter Hieronymianam, et integrum libellum  
Mingarelli, in Anecdota veterum Patrum Latino-  
rum, Bononiae, 1731. Putat Mingarellius Isidorum  
scripsisse dupli intelligentie genere, quia id magis  
operi congruit. Constantium, quem episcopum Isi-  
dorus nominat, Zaccaria vult esse presbyterum a  
Sidonio celebratum, de quo Oudinus; et ita oppor-  
tunior est comparatio inter Constantium et Oranium

## CAPUT XVIII.

22. Proba, uxor Adelphii proconsulis, femina, idcirco inter viros ecclesiasticos posita sola, pro eo quod in laude Christi versata est, componens centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versiculis. Cujus quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen opuscolum inter apocryphas Scripturas inseritur.

## 150 CAPUT XIX.

23. Joannes, sanctissimus Constantiopolitanus ecclesie episcopus, cognomento Chrysostomus; cuius oratio, et plurimam cordis compunctionem, et magnam suauitatem tribuit, condidit Graecos eloquio multa et preclaras opuscula. E quibus aetate Latinis, chrobas ejus de lapsis libellis, scriptis ad quendam Thedorem, lamentis et exhortationibus plenis, utpote illam a bona conversatione dejectum. Et quia mea nocti vitam cum eo in uno eademque monasterio exercuerat, ideo conversatione ibi facte-est in libris ipsius admonuit, provocans eum ad propositum, atque excedens, nulli peccatori, vel impio, si ad penitentiam redeat, desperandum.

24. Legimus ejusdem et librum alium, cuius prænotatio, est *Neminem posse laedi ab alio, nisi a semetipso*. Ad personam quoque ejusdam nobilissimæ matronæ Gregorii reperitur opus ejus insigne de conver-

presbyteros, et Paulinum etiam presbyterum. Schottus putabat Oranium esse cognomen Fortunati poete, qui post Severum Sulpicium de Pontio Paulino, sive esse eo qui fuit Nolani episcopus, conscripsit versibus. Gallandius, tom. VIII Biblioth., pag. 211, editum Paulini Nolani episcopi carmina quædam auctiora et emendatoria, ex Mingarelli recensione; et tom. IX, pag. 23, Paulini Mediolanensis tria opuscula, scilicet Vitam sancti Ambrosii, Libellum aduersus Cosleatum, et aliud de Benedictionibus patrarcharum, et in prolegomenis ad hunc tomum IX contra Tillenontium et Fontaninum cum Fabricio et Iandato Mingarelio caput hoc Isidori tueretur. Inter opera Paulini Nolani existat ejus Vita ab Uranio, sive Oranio conscripta. AREV.

22. Proba. Anno Christi 410, exstat cognomine Falconia Valeria. — Centonem. Meminit Ilieron. ad Paulinum. Apocryphum vocat Gelasius, dist. 15. PEREZ.

*Ibid.* In Ms. Aguirriano: Proba, quæ cognomento Falconia dicitur, uxor, etc. Miraeus putat Isidorum deceptum, quod Probam uxorem Adelphii dixerit; sed potius ipse decipitur, quod poetram Probam crediderit fuisse Aniciam Faltoniam Probam, consulun matrem, filiam et uxorem, ut observat Fontaninus, de antiquit. Hortæ, lib. II. De Nobilissima familia Aniciorum, vide commentar. ad Prudentium, lib. I contra Symmachum, vers. 533 et seqq. Ex eadem familia fuit Proba uxor Adelphi, quanvis hic in catalogis proconsulum, qui aliunde nobis noti sunt, non reperiatur. Pro in laude, alii in laudem. De hoc centone, vide notas ad Decretum Gelasii post Sedulum, num. 52, pag. 425 et seqq. Confer etiam Didacum Covarruviam, lib. IV variar. Resolut., cap. 14, in distinct. 15. AREV.

23. Joannes, etc. Anno 5. 8. PEREZ.

*Ibid.* De sancto Joanne Chrysostomo videri possunt Monisfruconius in Editione operum sancti Doctoris, Fabricius in Bibl. Graeca, tom. VII, pag. 560 et seqq., et Hollandiani, tom. IV septembbris. Zaccaria notat contra Juan. Georgium Walchium, in Hist. ecclast. Novi Testamenti, pag. 1374, Chrysostomi

A satione vita, et institutione morum, sive de compunctione virtutum et vitiiorum. Est etiam et alias liber ejusdem apud Latinos de compunctione cordis. Alter quoque scriptus ad quendam Eutropium, cum palatio pulsus ad altarium confugisset.

25. Multos præterea composuit diversosque tractatus, quos enumerare perlongum est. Cujus quidem studii, etsi non omnia, tamen quam plurima eloquentiae ejus flueta de Graeco in Latinum sermonem 151 translata sunt. Hic autem, decimo tertio anno episcopatus usq. discordia Theophili Alexandrinus episcopi, oppressus. Faventes episcopi nostri Arcadii imperatori damnaverunt eum innocentem, atque ab episcopatu dejectum, Pontem in exsilio retransierunt. Caput trigesimo quinto anno, die functionis ad exsilio Constantinopolim revocator, etiam in Apostolorum ecclesia sepultur.

## CAPUT XX.

26. Sedulius, presbyter, editi: tres libres, dactylico heroico metro compositos, quorum primus signa et virtutes Veteris Testamenti potentissime resonant reliqui vero gesterum Christi sacramenta vel miracula intonant.

## CAPUT XXI.

27. Possidius, Africanæ provinciæ episcopus. Hic style persecutus est vitam sancti Augustini, cui etiam operi subjicit indiculum scriptorum ejus, enu-

C caginamentum jam sexto excula, et ante octavam synodus, anno . . . 680 habitam, obtinuisse. In verbis etiam qui ab Isidoro editi pro sua bibliotheca dicuntur, Joannes Chrysostomus vocatur, et ratio nominis redditur. Quisnam interpres Latinus fuerit duorum libellorum, quibus Isidori ævo utebatur Latinitas, non constat. Anianum, vel Mutianum scholasticum, nonnulli indicant. AREV.

24. De compunctione. Al., de compunctione. Vide Isidoriana, cap. 84, num. 20, ubi de Conflicto virtutum et vitiiorum, qui Isidoro ascribuntur, disserui. Opuscula quædam sancti Joannis Chrysostomi recente edita leguntur in Biblioth. Galland. tom. VIII, pag. 239, et tom. XIV, in append. pag. 136. AREV.

25. Decimo tertio anno. Forte anno 7; nam sanos e sedis constat ex Marcellino et Niceph. Constantia. — Dejectus anno Christi 404, ex Marcellino; mortuus exsul, anno 407, ex Paulo Diac. — Corpus. Hac adduntur in uno exemplari. PÆRA.

*Ibid.* Ex historia pro certo ponendum Chrysostomum anno 7 fuisse oppressum. Advertit Schottus, in uno Ms. Tolet. pro episcopi nostri legi episcopi novem. Alii omnint nostri et novem, quod meliorum et veriore sensum reddit. Quod Pontum Chrysostomus in exsilio retrusus dicitur, ita est intelligendum, ut Comanicis ad Pontum Euxinum obiret, dum ex variis alijs locis ad Pityuntiem deportaretur. Ex alijs Editionibus reposuit anno a die functionis; nam in Editione Grialii amittitur. AREV.

26. Sedulius. Anno 430. — Tres libras. Laudat Gelasius, dist. 15. PEREZ.

*Ibid.* In prolegomenis ad Sedulum vitam ejus exposui, et de operibus disserui. Videri etiam potest Zocarice Historia literaria Italæ tom. IV, pag. 200. Annotations in Epistolas Pauli, quæ alterius Seduli sunt, Sedulio poëta Miraeus affligit, in quibus verba quædam Pelagi, seu aliquaj Pelagiani notantur, sive ab alijs intrusa, sive ab auctore adoptata. AREV.

27. Possidius. Ita vct. Cod. non Possidonius. Fuit episcopus Calamensis in Numidia, in vii concil. Carthag., anno 418 — ritam, etc., exstat. PÆRA.

merans quanta idem beatissimus doctor scripsit, ubi A plusquam quadringentorum librorum volumina sup-putantur. Homiliarum vero et epistolarum quæstio-numque infinitus modus est, ut pene vix possit quisquam articulo suo aliena tanta scribere, quanta ille proprio labore composuit.

## CAPUT XXII.

28. Primasius, Africanus episcopus, composuit ser-mone scholastico de Hæresibus tres libros directos ad Fortunatum episcopum, explicans in eis quod olim beatissimus Augustinus in libro Hæreseon imperfec-tum, morte interveniente, reliquerat: in primo 152 namque ostendens quid hæreticum faciat, in se-cundo et tertio digerens quid hæreticum demonstret.

## CAPUT XXIII.

29. Proterius, Alexandrinæ Ecclesiae antistes, scri-pvit epistolas ad Leonem Romanæ sedis episcopum de festivitate paschali. Hunc autem Leonis Augu-sti temporibus Dioscori hæretici successores, au-tore Timotheo, seditione facta, crudelissime pere-merunt, ipsumque Timotheum sibi pro Alexandrino episcopo statuerunt.

## CAPUT XXIV.

30. Paschasinus, Siciliensis episcopus, edidit unam epistolam paschalem, ad Leonem supradictum pa-pam directam, in qua refert paschalis mysterii miraculum his verbis: *Est, inquit, possessio, quæ appellatur Mæltinas, in montibus arduis, ac silvis densissi-mis constituta, illuc perparva atque vili opere con-structa Ecclesia est, in cuius baptisterio nocte sacro-*

*Ibid.* Notæ in Editione Grialii confusæ erant. Joannes Salinas Possidii indiculum et Vitam anno 1731 Romæ typis edidit, ejusque fidem tuetur contra Joannem Clericum, sive Phereponum, in animo-adversionibus ad sancti Augustini opera. Vitam Pos-sidii, ab oculato teste conscriptam, habet etiam apud Bollandistas ad diem 17 Maii. AREV.

28. Primasius. Anno 553. *Ibid.* Fortunatum. Pro-vincie Byzacenæ dicitur in vœ concil. Constantinop., collat. 2. *Ibid.* Demonstret. Exstant ejus Comment. in Apocalyps. PEREZ.

*Ibid.* Post demonstrat in nonnullis Editionibus additur: Claruit Justiniano regnante; pro Justiniano, mendose, Juliano. Mirætus ait Primasium obiisse, non anno 440, ut Xystus Seuensis refert, sed 503. Perezius indicat annum 553. AREV.

29. Proterius. Anno 457. *Ibid.* Hunc autem, etc. Nicephorus, lib. xv, cap. 15; Liberatus, cap. 16. PEREZ. D

*Ibid.* Epistola Proterii de paschale edita fuit ab Ägido Bucherio, cap. 2 commentarii ad Victorii Aquitani canonem. Pro successore Zaccaria conjiciebat sus-fragatores. Mors Proterii contigit anno 457, quarto, vel, ut alii malunt, quinto Kal. Aprilis. AREV.

30. Epistolam. Anno 445 scripta est epistola. Exstat cum epistolis Leonis, tom. I Concil. Paschasinus hic Lilybetanus (in Sicilia) episcopus fuit, legatus Leonis papæ in concil. Chalcedonens. anno 451. *Ibid.* Bapti-zandi hora. Contigit anno 447. Simile miraculum in Hispania, anno 583, ex Gregor. Turonens., lib. x, cap. 22, et Sigeberto. PEREZ.

*Ibid.* Notæ Editionis Grialii hoc quoque loco confusas in ordinem redegi. Paschasinus; al., Pa-schasius. Pro Mæltinas, al., Miltinas; al., Menti-na; et pro discedit; al., minus bene, descendit. Quod refert sanctus Gregorius Turonensis simile miraculum in Hispania accidisse, mirum, inquit

A sancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis sit, vel fistula nec aqua omnino vicina, fons ex sese repletus; paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorum 153 nullum sit, ut venerat aqua, ex sese discedit. Claruit sub Theodosio Juniore, Arcadii imperatoris filio.

## CAPUT XXV.

31. Julianes quidam, Gallus, cognomento Pome-rius. Hic octo libros de animæ Natura in dialogi mo-rem conscripsit. Horum primus continet quid sit anima, vel qualiter credatur ad Dei imaginem facta. In secundo loquitur utrum anima corporea, an in-corporea sit. In tertio disserit primo homini unde anima sit facta. In quarto utrum nova anima sine peccato fiat, an peccatum primi hominis ex illo pro-pagata originaliter trahat.

B 32. In quinto describit quæ sit facultas animæ. In sexto eloquitur unde sit illa discordia qua carni spiritus, vel caro spiritui adversatur. In septimo autem scribit de differentia vitarum et mortium, vel resurrectione carnis et animæ, sive de morte car-nis, ac de ejus resurrectione. In octavo loquitur de his quæ in fine mundi futura sunt, vel de quæstionibus quæ solent de resurrectione proposi, sive de finibus bonorum atque malorum.

33. Hic tamen, in secundo ejusdem operis libro, Ter-tulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdam hoc fallacibus argumentis astruero contendens. Edidit etiam unum libellum de Virginib-ibus instituendis, alios quoque tres de futura vita contemplatione, vel actuali conversatione, necnon de vita atque virtutibus.

Schottus, id ab Isidoro non recenseri, neque hoc loco, neque in libris Etymologiarum, ubi de cereo paschali agit. Alia miracula huic affinia narrat Joannes Moschus, in Prato spirituali, cap. 214 et 215, alia alii, ut videri potest in not. ad librum sancti Ildefonsi, de Cognitione baptismi, tom. II Patrum Toletanorum, cap. 105, pag. 210, ubi eruditissi-mus auctor ostendere conatur simile miraculum, quod Ildefonsus commemorat, esse illud ipsum quod Gregorius Turonensis Hispanie ascripsit, quamvis Ildefonsus locum miraculi non expresserit. Semper tamen mirum videri debet quod neque Isidorus, ne-que Ildefonsus in Hispania hujusmodi miraculum contigisse indicaverint. Epistola Paschasini a Miræo scripta dicitur anno 447. Quod Perezius ait, Contigit anno 417, ad miraculum referri videtur. AREV.

31. Julianus. Anno 450. PEREZ.

*Ibid.* Gallus. Maurum ait fuisse Gennadius. Falso ergo confundunt quidam Pomerium cum Juliano epi-scopo Toletano, qui obiit anno 690. PEREZ.

*Ibid.* Antiquissimum est hic error, quo Julianus Toletanus cum Juliano Pomerio confunditur, ut ex veteribus Codicibus liquet. Alioquin Julianus Toletanus sæpe Pomerium laudat, sequiturque. Vide Hispaniam sacram, tom. V, pag. 300, et Vitam sancti Juliani Toletani episcopi, tom. II Patrum Toletanorum. Observandum quod Gennadius, eisi Maurum natione dicit Pomerium, in Gallia tamen ordinatum presbyterum asserit; quo forte alludit Isidorus, dum Gallum vocat; vel omittendum est Gallus cum non-nullis Editionibus. AREV.

32. Speculator Schottus octavum librum de his quæ in fine mundi futura sunt, esse Prognosticon illud, quod Duaci Boetius Epo edidit. At hoc Pro-gnosticon certo est opus Juliani Toletani, in quo identidem verba Pomerii referuntur. AREV.

## CAPUT XXVI.

**36. Eugipius,** abbas Lucullanensis oppidi, Neapolitanae. Ille ad quendam Paschasiū diaconum libellum de Vita sancti **154** monachi Severini transmissum brevi stylo composuit. Scripsit et regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario jure reliquit. Claruit post consulatum Importuni Juniores, Anastasio imperatore regnante.

## CAPUT XXVII.

**35. Fulgentius,** Afer, ecclesiae Ruspensis episcopus, in confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiosissime eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac disserendo subtilis, scripsit multa. E quibus legimus, de gratia Dei et libero arbitrio libros Responsiorum septem, in quibus Fausto, Galliz Regiensis urbis episcopo, Pelagianæ pravitati consentienti, respondens, obicitur ejus profundam destrinere calliditatem.

**36. Legimus** et ejusdem libram de sancta Trinitate ad Felicem directum notarium; librum quoque Regulæ veræ Cœli, et alium de Sacramento Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. Exstant, et duo ejusdem libri de Veritate prædestinationis, ad episcopos missi, in quibus demonstratur quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam prævenit, et quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere justificans præeligit, quosdam vero in suis reprobis moribus occulto quodam judicio derelinquit.

**37. Est** et liber alterationis ejus, quo de fide cum

**34. Exstat** Vita apud Surium. De Severino Gregor. lib. vii, epist. 84. Paul. Diac., lib. i, cap. 12.

Importunus consul anno Christi 509. Ad Eugipium exstat epist. Fulgentii Ruspensis. Eugipium se vidisse ait Cassiodor. lib. i Divin. Inst. PEREZ.

*Ibid.* Eugipium, quem Cassiodorus se vidisse ait, alium juniorum Eugipium esse, Fabricius cum aliis observat. Conjectura Loaisæ et Schotti, legendum post consulatum Importuni et Decii junioris, non placet Zaccaria, nam Importunus consul solus fuit; et potuit Importunus junior dici ratione aliquus fratris sui, aut alterius ex familia viri ea aetate celebris, nec tamen consulis; aut Junior agnomen fortasse erat. Quod si mutare quidquam placeat, censem Zaccaria Junioris ab imperito librario positum pro iterum, aut pro illustris. AREV.

**35. Fulgentius.** Anno 500. PEREZ.

*Ibid.* Joannes Molanus eruditam præfationem adjecti Editioni operum Fulgentii, a Joanne Olimmierio typis Plantinianis procuratae. In biblioth. Galland., tom. XI, pag. 250 et seqq., legere licet librum Petri diaconi et aliorum ad Fulgentium et alios episcopos Africæ, de Incarnatione et gratia Jesu Christi, et librum Fulgentii, et aliorum episcoporum de eorum argumento ad eundem Petrum diaconum; inter opera vero Fulgentii Ferrandi diaconi eodem tomo, pag. 329 et seqq. recensita, vita sancti Fulgentii Ruspensis episcopi a Ferrando, ut videtur, conscripam. Codex Regiovatic. 125, pag. 69, exhibet sermonem Fulgentii episcopi de Natali Domini, Cypriates aliqui, etc., et pag. 82, sermonem Fulgentii Carthaginensis episcopi de sancto Stephano. AREV.

**37. Trasamundus** scribi etiam solet *Thrasamundus*, *Transamundus*, et *Trasimundus*; ac similis varietas occurrit in Historia Gothorum, n. 81. AREV.

**38. Eucherius.** Anno 450. Lugdunensis episcopus

A Thrasamundo rege idem beatus Fulgentius disputavit. Ad Fertandum quoque, ecclesiae Carthaginensis diaconum, unum de interrogatis Questionibus scripsit ibellum. Inter haec compositus multos tractatus **155**, quibus sacerdotes in ecclesiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenii ejus monumenta. Haec tantum ex pretiosis doctrinæ ejus floribus carpsimus. Sors melior, cui delicias omnium librorum ejus præstiterit Dominus. Claruit sub Thrasamundo rege Vandalorum, Anastasio imperatore regnante.

## CAPUT XXVIII.

**38. Eucherius,** Franciae episcopus, elegans sententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatensem antistitem eremi deserta petentem unum opusculum de Laude ejusdem eremi luculentissimum, et dulci sermone dictatum, in quo opere laudamus doctorem, et si pauca, tamen pulchra dicentem. *Brevitas*, ut ait quidam, *laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet.*

## CAPUT XXIX.

**39. Hilarius,** Arelatensis episcopus, scripsit Vitam parentis et prædecessoris sui, sanctissimi ac venerabilis Honorati episcopi, suavi ac præclaro prædictam eloquio.

## CAPUT XXX.

**40. Apringius,** ecclesiae Pacensis Hispaniarum episcopus, disertus lingua, et scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsin Joannis apostoli subtili sensu atque illustri sermone melius pene **156** quam veteres ecclesiastici viri exposuisse videntur.

C fuit apud Gennadium et Marcellinum. *Brevitas*, etc. Ciceronis sunt verba. (in Oratore ad Brutum.) PEREZ.

*Ibid.* Franciae episcopus; al., Franciae presbyter; fortasse quia non nunquam etiam episcopi presbyteri dicebantur, atque ita aliquando sanctus Joannes Chrysostomus loquitur. De Eucherio videri potest P. De Colonia, in historia litteraria urbis Lugdunensis. Fabricius, tom. II Biblioth. med. avi, de Eucheris agens, observat quod Dionysius Faucharius quedam velut Isidori verba ex hoc opere affert, que in nullo Codice veteri, in nulla Editione legitur, scilicet: *Scripsit alia in multis sacros libros commentaria non minus necessaria quam uisilia, præcipue vero in Genesin, et libros Regum, ad Salonium et Veranium fratres episcopos, opus prolixum et doctissimum.* AREV.

D 39. Anno 432. De hoc Gennadius. PEREZ.

**40. Apringius.** Anno Christi 540. Apringii nomine multorum manibus circumfertur opus ingens manuscriptum in Apocalypsin. Sed ego, cum viderem Codicem ipsum Gothicum Legionensem scriptum æra millesima octava, animadversi inde auctoris nomen non constare, sed editum opus in gratiam eujusdam Eterii. Quin et in præfatione ille auctor ait se collegisse sua ex libris Victorini, Isidori, et Apringii, ut manifesto constet non esse illum Apringium cuius Isidorus meninit. PEREZ.

*Ibid.* Florezius, tom. XIV Hisp. sacr., ubi agit de episcopis Pacensis, ait Apringium floruisse ab anno 531. Suspicatur opus ms. de quo Perezius loquitur esse Beati, cui cum Etherio errores Elipani confutavit: quod ex nonnullis MSS. confirmat Bayeius in not. ad Biblioth. veter. Hispan. Nic. Antonii. Prodiit hoc commentarium beati, ut creditur, Matriti, 1770. Antiquioris commentarii Apringii meminit Braulio epist. 25, tom. XXX Hisp. sacr. AREV.

Scripsit et nonnulla quæ tamē ad nōtūtām nostrā fectioñē minime pēvenerunt. Claret temporibus Thēudis principis Gothorum.

## CAPUT XXXI.

41. Justinianus imperator, quedam libros de incarnatione Domini edidit, quos etiam per diversas provīdias misit. Condidit quoque et rescriptum contra Illyricanam synodum, et adversus Africānus episcopos Chalcedonensis synodi defensores per verso studio: in quo tria capitula damnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni episcopi dicta, sive rescripta Theodoreti, et epistolam, quæ dicitur Iam Eusebi episcopi.

## CAPUT XXXII.

42. Facundus, Afar, Hermianensis ecclesiae episcopus, duodecim libres pro defensione trium capitulorum scripsit, quorum stylo elicuit præfata tria capitula in præscriptione apostolice fidei, et Chalcedonensis synodi impugnationes, suisē damnata, id est, epistolam Iusti Edessentis episcopi ad Marinum Persam directam, et Theodorem Mopsuestenum episcopum, et Theodoreum Cyri episcopi dicta. Claret post consulatum Basili, anno decimo regnante Justiniano imperatore.

## CAPUT XXXIII.

43. Justinianus, de Hispania, ecclesiae Valentiniæ episcopus, ex quatuor fratribus episcopis, eadem matre progenitis unus, scripsit librum Responsiorum ad quemadmodum Rusticum de interrogatis Quesitionibus: quarum prima responsio est de Spiritu sancto; secunda est contra Bonosianos, qui Christum

44. Anno 553. Sumpta hæc ex Libero et Victore Tunensi.

Synodus Illyriciana, anno 549. Damnat etiam Justinianus in fidei sua professione, quæ exstat I tom. Concil. Vide scholion de Theodoro Mopsuesteno, supra ad cap. 4. PEREZ.

Ibid. Negotium trium capitulorum, quantum satis est, supra, num. 5, explicui. ANEV.

42. Sumpta ex Victore Tunensi Claruit, etc. Anno Christi 551. PEREZ.

Ibid. In præscriptione apostolice fidei; al., in præscriptione apostolice fidei, hoc est, in his quæ præscribebat et condemnabat apostolici fides, ut exp̄litat Schottus, sicut apud Livium, lib. x, dec. 4. Persei criminis sunt criminis quæ Perseus objiciebat. Gallandius, tom. XI sue Bibliotheca, pag. 865 et seqq., libros duodecim Facundi pro defensione trium capitulorum notis Sirmundi illustratos, et a Josepho Blanchino emendatos ac suppletos inseruit. ABEV.

43. Anno 531. PEREZ.

Ibid. Justinianus hic videtur ille ipse qui Valentino concilio temporibus Theudis subscripsit secundo loco, et a nonnullis dictus est Justinus; sed ex MSS. Florezii, tom. VIII Hisp. sacr., pag. 160 restitutus nomen Justiniani, quem ab anno 531 episcopum ordinatum suisse colligit, et saltem usque ad annum 546 vixisse. ANEV.

44. Libellum, etc. Exstat. Nebridius episcopus Egarensis subscribit in II concil. Tolet., anno Christi 527; et in concil. Tarac., anno 516. PEREZ.

Ibid. Pro Urgellitana, aliis Orgellitanis, vel Orgellitanis. Postea, pro quibus, etc., aliis de quibus, quia nobis incogniti sunt, magis reticendum fatetur. Vera lectio est quam apposul, quamvis vitiosa fortasse videatur. Ea exstat etiam apud Leoniam et Grialium,

A adoptivum Filium, et non proprium, dicunt; tercia responsio est de baptismo Christi, quod iteratè non licet; quarta responsio est de distinctione baptismi Joannis et Christi; quinta responsio est quia Filius sicut Pater 157 invisibilis sit. Floruit in Hispanis temporibus Thēudis principis Gothorum.

## CAPUT XXXIV.

44. Justus, Urgellitanæ ecclesiae Hispaniarum episcopus, et frater prædicti Justiniani, edidit libellum expositionis in Cantica canticorum, totum valde breviter atque aperte per allegoriam sensum discussiōis. Hujus quoque fratres Nebridius et Elpidius quedam scripsisse feruntur, quibus quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur.

## CAPUT XXXV.

B 45. Martinus, Dumensis monasterii sanctissimus pontifex, ex Orientis partibus navigans, in Galliciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis regulam fidei et sanctæ religionis constituit, ecclesias construavit, monasteria condidit, copiosaque præcepta p̄m institutionis compositi.

46. Cujus quidem ego ipse legi librum de Differentiis quatuor virtutum, et aliud volumen Epistolarum in quibus hortatur vita 158 emendationem et conversationem fidei, orationis instauriam et elemosynarum distributionem, et super omnia cultum virtutum omnium et pietatem. Floruit, regnante Theodemiro rege Suevorum, temporibus illis quibus Justinianus in republica et Athanagildus in Hispaniis imperium tenuerunt.

nisi quod apud hos legitur e quibus, pro quibus. Atque ita fere explicat Nic. Antonius, lib. v Biblioth. vet. Hisp., cap. 5, n. 235. Sensus est quæ quia non cognoscimus. Vide not. ad epistolam IIIisidori, num. 4. in Spicilegio Dacherii, tom. III, inter epistolulas miscellanæas, pag. 119, epistola secunda est Justi episcopi Orgellitani ad Sircam papam: Scieus te, etc. Desinat, in Domino sove. Offert tractatum libri in Cantica canticorum. ANEV.

45. Martinus, episcopus Dumensis, natione Panponius fuit, ut ex Gregorii Turonensis Historia constat, et ex ipsius Martini epitaphio a se composto, quod ex vetusto libro descripturn habemus. Ejus hoc est initium:

Pannoni genitus transcendens æqua vasta  
Gallecia in gremium divinis nutibus actus.

Fundavit monasterium Dumense in Gallicia, ut dicitur in decimo concil. Tolet.; itaque subscribit Martinus episcopus in concil. primo Bracar., anno Christi 561. Inde factus archiepiscopus Bracarens., subscribit in secundo concil. Bracar., anno 562. Præfuit vero his ecclesiis annos triginta ex Gregorio Turonens., in Chron., et lib. primo de Miraculis Martini Turonensis, cap. 11, et Aimqno, lib. III, cap. 39. Ejus aliqua opuscula feruntur impressa, plura nos habemus nondum edita. PEREZ.

Ibid. Sanctus Martinus episcopus fuit ab anno 572 ad annum 580. Ejus Vitam ac res gestas describit Florezii, tom. XV Hisp. sacr., et in ter appendices ejusdem opera collocat, quorum nonnulla tunc primum lucem viderunt. Gallandius, tom. XII sue Bibliotheca, pag. 273 et seqq., opuscula septem sancti Martini Damensis collegit, et recensuit; ignarus lat. Editionis a Florezio adornatus. Pro in Gallaciam, mendos, nonnulli Editi in Gallias. Scribitur etiam Gallecia. ANEV.

## CAPUT XXXVI.

47. **Aitus**, Viennensis episcopus, scientia sacerdotum litterarum doctissimus edidit quinque libellos heroico metro compositos, quorum primus est de Origine mundi, secundus de Originali peccato, tertius de Essentia Dei, quartus de Diluvio mundi, quintus de Transitu maris Rubri. Scripsit et ad Fuscinam sororem de Laude virginitatis librum unum pulcherrimo compositum carmine, et eleganti epigrammate coaptatum.

## CAPUT XXXVII.

48. Dracontius composuit heroicis versibus Hexameron creationis mundi, et luculenter quidem composuit et scripsit.

## CAPUT XXXVIII.

49. Victor, Tonnensis ecclesia Africanus episcopus. Hic a principio mundi usque ad primum Justini Junioris imperii annum brevem per consules annos bellicarum ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit Historiam, laude et notatione illustrem, 159 ac memoria dignissimam. Hic, pro defensione trium capitulorum a Justiniano Augusto Ecclesia sua pulsus, exilio in Aegyptum transportatur.

50. Inde rursum Constantinopolin vocatus, dum Justiniano imperatori, et Eutychio, Constantinopolitanæ urbis episcopo, obrectatoribus eorumdem trium capitulorum resisteret, rursus in monasterio ejusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione (at diem) permanens, moritur.

## CAPUT XXXIX.

51. Joannes, sanctæ memorie Constantinopolitanus episcopus, natione Cappadoc., ad quem beatus Gregorius librum Regule pastoralis scripsit, vir in-

47. Anno Christi 490. Vide Gregor. Turonens., Sigebertum et Adonem. — *Liberos*, etc. Exstant impressa. PEREZ.

*Ibid.* Avitii epistole existabant apud Sirmondum, qui nonnullas publicavit, tom. I conciliorum Galliæ. Gallandini, tom. X sue Biblioth., pag. 697 et seqq., præter poemata quæ Isidorus laudat, collegit epistolæ, homillas et aliorum opuscularum fragmenta. AREV.

48. Exstat impress. Vide infra in Eugenio III. PEREZ.

*Ibid.* Dracontii Carmina duplo auctiora quam antea prodierunt ex MSS. Vaticanis edidi Romæ, 1791, notisque recensui. In prolegomenis fose de auctore disserni, quem Hispanum fuisse conjiciebam. An presbyter fuerit, non constat. AREV.

49. Victoris Tunnensis episcopi babeo Chronicum manuscriptum, in quo, post Eusebium, Hieronymum et Prosperum, tempora prosequitur a consulatu XVIII Theodosii Junioris, id est, anno Christi 444, usque ad annum primum Justini Junioris, id est, Christi 567. Ibi sumum deplorat exstium, quo mihi valde dignus fuisse videbor. Restituit enim Vigilius papæ Justiniani Imp. et synedi Constantinopol. decretis, dom tria capitula, de quibus supra diximus, mortuus defendit. Hic apud Isidorum, lib. v Etymolog., cap. 38, falso Turonensis scribitur, ab aliis Tunensis, Tribenio Commenensis, sed ipse se in vestito Codice Tunnensem vocat. Puto esse oppidum Africæ proconsularis, quod Tunis Polybio et Straboni vocatur, Tuniense Plinio, Livio autem Tunis, Tunetis, inflectitur. Nobile bis temporibus ob expeditiōnem Caroli Quinti Caesaris. Hujus Victoris membrinerunt ciuius Ado Vienensis, et Otho Fritsigenas, lib. 3, cap. 4. PEREZ.

A stimabilis abstinentia, et eleemosynis tantum largissimus, ut zelo avaritiae adversus eum imperator Mauricius permotus, urbe pauperes pellendus ediceret.

52. Hic Graeco eloquio edidit de sacramento baptismatis rescriptum ad bonæ recordationis dominum nostrum et prædecessorem Leandruim episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententiæ. Claruit temporibus Mauricii principis, defunctusque est Augusto eodem regnante

## CAPUT XL.

53. Gregorius papa Romanæ sedis apostolicæ præsul, compunctione timoris Dei plenus et humanitate summus, tantoque per gratiam Spiritus sancti scientia lumine prædictus, ut non modo illi in præsentibus

B temporibus quisquam doctorum, sed nec in præteritis quidem par fuerit unquam. Hic in exordio episcopatus edidit librum Regule pastoralis, directum ad Joannem Constantinopolitanæ sedis episcopum. In quo docet qualis quisque 160 ad officium regiminis veniat, vel qualiter, dum venerit, vivere, vel docere subjectos studeat.

54. Idem etiam, effigiente Leandro episcopo, librum beati Job mystico ac morali sensu disseruit, totamque ejus propheticam historiam triginta quinque voluminibus largo eloquentia fonte explicuit. In quibus quidem quanta mysteria sacramentorum aperiantur, quantaque sint in amore vita æternæ præcepta, vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo sapiens explicare valebit, etiam si omnes artus ejus vertantur in linguis.

C 55. Scripsit etiam, et quasdam epistolæ ad prædicatorem Leandruim, e quibus una in eisdem libris Job titulo præfationis annexetur; altera eloquuntur de met-

*Ibid.* Victor a Grialio Tununensi vocatur lib. v Etymolog., cap. 38, num. 7. Schottus, ex Ms. Ingolstadiensi, malebat Tunmuensis. Nonnulli communiscentur Tunmuensis, quæ Aegypti est urbs. Ejusdem Victoris meminit Isidorus in præfatione ad Chronicon. Observandum quod Victor post Prosperum, ut ait Perez, tempora prosecutus est, atque a deo continuavit historiam quam ab origine mundi Eusebius auspicias fuit. Ejus Chronicon pluribus in locis restitutum, notisque illustratum, tom. XII sue biblioth. Gallandini editio. AREV.

D 51. Jejunator vocatura Nœcph. Constantinop. PEREZ. *Ibid.* Joannes Jejunator diversus est ab alio Joanno Cappadoce Constantinopolitano episcopo, qui obiit anno 533 de quo Fabricius, tom. XI Biblioth. Graecæ, pag. 157. In Isidori textu fortasse ab alio adjectum est, natione Cappadoc. Memoria Joannis Jejunatoris a Græcis celebratur quarto nonas Septembbris. Obiit anno 595. Vide P. Le-Quien, tom. I Orient. Christ., col. 226. AREV.

53. Constantinopolitanæ. Ita lib. Registr., epist. 4. Non ergo ad Joannem Ravennatem, ut in impress. PEREZ.

*Ibid.* Non solem in impressis, ut ait Perezius, sed etiam in multis MSS. antiquis, liber Regule pastoralis directus apparet ad Joannem Ravennatem. Sed præferenda videatur auctoritas Isidori, et Registr., que, capite 4 libri Ildefonsi de Vir. illustr. comprobatur, nisi dicamus ad utrumque fuisse eum librum directum. AREV.

E 55. Epistolæ ad Leandrum, etc. Et aliae, lib. iv Registr., epist. 46. cap. 90, et lib. vii, epist. 125. Altera Primo lib. Registr., epist. 41. PEREZ.

sione baptismatis, in qua inter cætera ita scriptum A est: *Reprehensibile, inquit, esse nullatenus potest infantem in baptimate mergere, vel semel, vel ter, quando in tribus mersionibus personarum Trinitas, et in una potest Divinitatis singularitas designari.*

56. Fertur tamen idem sanctissimus vir, et alios libros morales scripsisse, totumque textum quatuor Evangeliorum sermocinando in populis exposuisse, in cognitum scilicet nobis opus. Felix tamen, et nimium felix, qui omnia studiorum ejus potuit cognoscere. Floruit autem Mauricio Augusto imperatore. Obiit in ipso exordio Phocatis Romani principis.

#### CAPUT XLII.

57. Leander, genitus patre Severiano, Carthaginensis provinciae, professione monachus, et ex monacho Hispalensis Ecclesiae provinciae Bethicae constitutus episcopus, vir suavis eloquio, **161** ingenio præstans-tissimus, vita quoque etiam atque doctrina clarissimus, ut, et sive ejus atque industria populi gentis Gothorum ab Ariana insanis ad fidem catholicam reverterentur. Illic namque in exsilio sui peregrinatione compositi duos adversus haeticorum dogmata libros, eruditione sacrarum Scripturarum diti-simos, in quibus vehementi stylo Arianae impietatis confudit atque detegit pravitatem, ostendens, scilicet, quid contra eosdem habeat catholica Ecclesia, vel quantum distat ab eis religione, vel sive sacramentis.

58. Exstat et aliud laudabile ejus opusculum ad-

*Ibid.* Post designari nonnulli Editi sic pertungunt: *Exterea edidit*\*, quod totum mysticum ejus intellectum in **xxii homiliis** disserit; *homiliae autem Evangeliorum;* item *dialogi more cum Petro habitos de virtutibus Patrum libros* quatuor, in quorum dissertatione et verborum flores et sensum deponit venustates. Fertur, etc. Post editum aliquid decesse Loaisa et Fabricius animadvertis. Miraus observat Dialogos sancti Gregorii a Melchioris Cani calumnias Baronium egregie vindicare in notis ad Martyrol. Rom., die 23 Decembris. AREV.

56. *Evangeliorum*, etc. Exstant Homil. xl in *Evangelia*. — Obiit. Anno Christi 604. PEREZ.

*Ibid.* *Evangeliorum*, etc. Hoc arguit intrusa esse quæ de homiliis, num. præc., in nonnullis Editionibus adjunguntur. AREV.

57. *Provinciae*, etc. Falso Lucas Tudensis et alii addunt duce. — Ab Ariana, etc. In concil. iii Tolet, ann. 589, Greg. iii Dialog., cap. 31, et Gregor. Turon. PEREZ.

58. Ad *Florentinam*, etc. Lib. de Virgin. exstat Oveti (jam impressus). PEREZ.

*Ibid.* In *toto psalterio*, etc. Inveniuntur orationes pro officiis ecclesiasticis excerptæ ex psalmis iuxta primam et secundam Editionem sancti Hieronymi, ut fusius explicui in Isidorianis, cap. 87, n. 20 et seqq. AREV.

59. *Floruit.* Anno Christi 600. — *Vita terminum.* Leander Hispalensis quo anno fuerit mortuus, ambigunt nostri historici. Itaque libet in gratiam nostri Isidori, qui et illius germanus et successor in Ecclesia Hispalensi fuit, annum mortis Leandri certo constiuiere. Ego Leandrum anno Christi 600 mortuum, colligo ex his conjecturis. Primum quod illum ait Isidorus frater vita sanctum tempore Recaredi regis, quem regem constat obiisse anno Christi 600. Nam successisse Recaredo Livium regem, æra 659, id est, Christi 601, tradit Isidorus libro de Gothis. Non vero mortuum Leandrum ante istum annum 600, ex eo liquet, quod Gregorius papa ad Leandrum Hispalensem scribit, vii lib. Registr., epist. 123, iudi-

A versus instituta Arianorum, in quo, propositis eorum dictis, suas responsiones opponit. Præterea edidit unum ad Florentinam sororem de Institutione virginum et contemptu mundi libellum, titulorum distinctionibus prænotatum. Siquidem, et in Ecclesiasticis Officiis idem non parvo laborevit studio; in trio enim Psalterio duplice editione orationes concrapsit: in sacrificio quoque, laudibus atque psalmis, multa dulci sono compedit.

59. Scripsit et epistolæ multas: ad papam Gregorium de baptismo unam, alteram ad fratrem, in qua præmonet cuique mortem non esse timendam. Ad cæteros quoque episcopos plurimas promulgavit familiares epistolæ, et si non satis splendidas verbis, acutas tamen sententiis. **162** Floruit sub Recaredo B viro religioso, ac principe gloriose, cuius etiam temporibus mirabili obitu vita terminum clausit.

#### CAPUT XLII.

60. Lucinianus, Carthaginis Spartarizæ episcopus, in Scripturis doctus: cuius quidem multas epistolæ legimus, de sacramento denique baptismatis unam, et ad Eutropium abbatem, qui postea Valentim episcopus fuit, plurimas. Reliqua vero industrias et laboris ejus ad nostram notitiam minime venerunt. Claruit temporibus Mauricii Augusti. Occubuit Constantiopolis, veneno (ut ferunt) extinctus ab ænulis, sed, ut scriptum est: *Justus quacunque morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit.*

**C** 61. *Vita nono sui pontificatus, nempe anno Christi 599.* Ita constat summa annorum episcopatus Isidori, qui fratris Leandro successit, ut diximus. Praefuit enim Isidorus seu Ecclesiae Hispalensi prope quadraginta annos, auctiore sancto Ildefonso. Cum vero certissimum sit Isidorum mortuum anno Christi 636, id quod paulo post in Isidoro confirmatum, si quis retrocedat, facile, et mortem Leandri, et initium Isidori reperiat, vereque illud de quadraginta prope annis ab Ildefonso dictum cognoscet. PEZ.

*Ibid.* *Vita.* Al., *vita actualis*, vel *vita mortalis*. AREV.

60. *Lucinianum, sive Licinianum* (utroque enim modo scriptum repertus), quidam ex nostris super tradidierunt Carthagine translatum suis ad episcopatum Valentini, non satis intellectis verbis Isidori, qui non Lucinianum, sed Eutropium ait suis episcopum Valentini ad quem scripsit Lucinianus multas epistolæ. Hujus Luciniani epistola ad papam Gregorium edita est cum ipsa Moralibus. Ego vero præterea hanc et hujus Luciniani atque Severi ejus collegar docissimam epistolam manuscriptam ad Epiphanium diaconum, ubi angelos probat esse incorporeos, et alteram ad Vicentium, non Caesarugustanum, sed Ebisitanum insulæ episcopum, crecentem epistles quædam de celo cecidisse. PEZ.

*Ibid.* *Claruit.* Circa ann. 590. PEREZ.

*Ibid.* In Vulgata legitur: *Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Sanctus Eulogius Cordubensis in Apologeticæ, paragrapho *Quid enim,* legi eodem modo ac sanctus Isidorus. Sanctus Ambrosius, de Obitu Valent., exhibet partier quacunque morte. Quod attinet ad epistolæ quas de celo cecidisse Vincentius Ebisitanus episcopus credebat, de quibus Perezius in nota, observandum, etiam Lucam Tudensem contra Albigenses, lib. iii, cap. 18, mentionem facere de quibusdam epistolæ, quas Albigenses spargebant, flingentes, a Filio Dei suiscriptas, et per angelorum manus homicibus transmissas. AREV.

## CAPUT XLIII

**61. Severus, Malacitanæ sedis antistes, collega et socius Luciniiani episcopi, edidit libellum unum ad versus Vincentium Cæsaraugustanæ urbis episcopum, qui ex catholico ad Ariana pravitatem fuerat devo-litus. Est, et alias ejusdem de Virginitate ad sororem libellus, qui dicitur annulus: cuius quidem latet cognovisse titulum, ignorare eloquim. Claruit temporibus praedicti imperatoris, quo etiam regnante vi-tam finivit.**

## CAPUT XLIV.

**62. Joannes, Gerundensis ecclesiae episcopus, nativi-tate Gothus, 163 provincia Lusitanæ Scalabi natus. Hic, cum esset adolescentis, Constantinopolin per-rexit, ibique Graeca et Latina eruditione munitus, post decem et septem annos in Hispanias reversus est, eodem tempore quo incitante Leovigildo rege, Ariana ferrebat insania. Hunc supradictus rex, cum ad nefandæ hæresis crudelitatem compelleret, et hic omnino resisteret, exilio trusus, et Barcinonem relegatus, per decem annos multas insidias, et persecutio-nes ab Arianis perpessus est.**

**63. Qui postea condidit monasterium quod no-men Biclaro dicitur, ubi congregata monacho-rum societas, scripsit regulam ipsi monasterio**

**61. De Vincentio Isidorus, lib. de Gothis in Leo-vigildo. PEREZ.**

*Ibid. Claruit. Anno 590. PEREZ.*

*Ibid. Collega et socius. Scilicet, in aliquo monas-terio. Vide Florezium, tom. XII, pag. 303. Severus fuit episcopus Malacitanus ab anno 578 ad 601, cir-citer. Pro ex catholico, al., ex catholica; al., ex ca-tholica fide. Pro annulis, Schottus, ex vestigiis ve-teris scripturæ, colligebat legi posse aureolus. AREV.*

**62. Pro Scalabi natus, alii, Scalabitanus; et credu-litatem, quod fortasse melius pro crudelitatem. De Joanne Gerundensi, seu Biclarensi, Florezius, t. VI, Append. 9, ubi Chronicum ejus illustratum producit. Idem Chronicum, pluribus in locis, restitutum prodidit in biblioth. Gallandii, qui, quainvis Florezii Editio-nem ignoraverit, tamen plura addit lectu digna etiam in Prolegomenis tom. XII. AREV.**

**63. Joannis Biclarensis abbatis Chronicum, cuius Isidorus meminit, habeo descriptum ex vetustissimo libro Gothicó. Hic auctor, ut de se ipse ait, Victoris Tunensis Chronicum ulterius perduxit ab anno Chri-sti 566 usque ad 500, ubi nostrorum regum Leovi-gildi et Recaredi historiam per singulos imperatorum annos doctissimo persequitur. PEREZ.**

*Ibid. Scribere. Alii, scripsisse, quod notandum; nam ex verbo scribere colligunt multi Joannem Bi-clarensem adhuc iu vivis fuisse, cum Isidorus haec scriberet. Joannem bunc ex Orientali ecclesia neu-nullo ritus in liturgiam Gothicam invexisse Pinus in dissert. de liturg. Goth., cap. 2, § 3, colligit, et cum Nic. Antonio apud Isidorum, n. 62, legit post decem et septem annos, pro septimo denum anno, quod*

**A** profuturam, sed et cunctis Deum timentibus satis necessaria. Addidit in libro Chronicorum ab anno primo Justinii Junioris principatus, usque ad annum octavum Mauricii principis Romanoru[m], et quartum Recaredi regis annum, historico compo-sitoque sermone valde utilem Historiam: et multa alia scribere dicitur, quæ ad nostram notitiam non per-venierunt.

## CAPUT XLV.

**64. Eutropius, ecclesiae Valentiniæ episcopus, dum adhuc in monasterio Servitano degeret, et pater es-set monachorum, scripsit ad papam Lucinianum, cu-jus supra fecimus mentionem, valde utilem epistola-m, in qua petit ab eodem quare baptizatis infantib[us] chrisma, post hæc uncio tribuatur. Scripsit et ad B Petrum 164 episcopum Ircavicensem de districione monachorum salubri sermone compositam epistolam, et valde monachis necessariam.**

## CAPUT XI.VI.

**65. Maximus, Cæsaraugustanæ civitatis episcopus, multa versu prosa que componere dicitur. Scripsit et brevi stylo historiolam de iis que temporibus Gothoru[m] in Hispanias acta sunt, historico et compo-sito sermone, sed et multa alia scribere dicitur, quæ nec-dum legi.**

**Bignous edidit. Sed apud hunc corrigi potest *septimo decimo anno. AREV.***

**64. Pene Entropium abbatem Servitanum et Lean-drum episcopum fuit summa conciliis tertii Tolet., ait Jeann. Biclar., anno 589. De monasterio Servitano Ildefonsus in Donato. Ircavensem. Forte Ereavi-cense. PEREZ.**

*Ibid. Lucinianum; de quo num. 60. Alii. Licinia-num, vel Licinum. Pro Ircavensem, alii Irataben-sem. Schouus conjiciebat Ercaviensem. Pro distric-tione, alii, institutione, alii, distinctione. Florezius, tom. VII, pag. 70, asserti Gothos dixisse Arcariensem, Romanos Ircavensem; Petrum autem episcopum Ircavensem suisse ait ab anno circiter 589 ad au-num circiter 600. Haec postrema epistola existat in append. Collectionis regularum Holstenni; eadem cum alia de octo vitiis in Bibliotheca Patrum Lugdun nsi, tom. XXVII; Florezius, tom. VIII Hisp. sacr., inter episcopos Valentinos, ex Isidoro, Eutropium rece-cepit. AREV.*

**65. Subscriptit in tribus concil. ms., Barcinon., Tolet. et Egaren., anno 590, 610, 614. — Isidorus scribit hunc librum usque ad annum 610. PER Z.**

*Ibid. Maximo huic astigitur suppositum Chronicum, de quo plura N.C. Antonius. Pro scribere, ali- D scripsisse. Post hoc cap. 46 in libro Isidori sequitur. Praenotatio librorum sancti Isidori a Braulione e. ita, quæ in Isidorianis, cap. 3, num. 1 et seqq. descri-pta et illustrata fuit. Continuatio sancti Ildefonsi, quæ ab aliis etiam adjungi solet, inter appendices exhibe-tur. AREV.*

# AD S. ISIDORI HISPALENSIS OPERA APPENDICES.

## APPENDIX PRIMA.

### S. ILDEFONSI TOLETANI EPISCOPI LIBER DE VIRORUM ILLUSTRIUM SCRIPTIS.

(Hunc libro, quem ad hie ponendum opportunam causam habebat Romanus Editio, reservamus in nostra Biblio-theca locum propriorem, — Patrologia, scilicet, tomo LXXXV, inter S. Ildefonsi alia opera.)

## APPENDIX II.

### 170 ARCHIEPISCOPI TOLETANI VETERES.

Ex Editione Cratii, et tom. III Patrum Toletanorum.

1. Sanctus Eugenius (Circa 412) missus a sancto Dionylio, et martyri Parvius. — 2. Melanius (312 et ante) in concilio Eliberitano. — 3. Pelagius (Circa 325). Hinc numerare incipi sanctus Ildefonsus, et catalogus sancti Ameliani, forte a pace Constantini. — 4. Patronus. — 5. Turibius. — 6. Quintus. — 7. Vincentius. — 8. Paulatus. — 9. Natalis. — 10. Audentius, de quo Gennadius. Vide Ildefonsum, cap. 2. — 11. Asturius (400, al., 405), de quo Ildefonsus, cap. 2. — 12. Isicius. — 13. Martinus. — 14. Castinus. — 15. Campeius. — 16. Sinticio, vel Sinticius. — 17. Praumatus. — 18. Petrus I. Hic aliqui Hectorum inserunt ex concilio Tarracensis velutus Codice. — 19. Celsius. — 20. Montanus (322 ad 531), de quo Ildefonsus, cap. 3. — 21. Julianus. — 22. Bacauda. — 23. Petrus II. — 24. Euphemius, seu Euphimius (579 et seqq.). Subscriptis tertio concilio Toletano, anno 589, apud exterios etiam inirandus, ut patet ex tom. I Antiquit. eccles. Schelstrati. — 25. Exuperius. — 26. Conantius. Alii praeferunt Adolphium. — 170 27. Adolphus (597). Subscriptis euidam concilio Toletano anno duodecimo Recaredi. — 28. Aurasius (603 ad 615), de quo Ildefonsus, cap. 5. — 29. Sanctus Heiliadius (615 ad 625), de quo sanctus Ildefonsus, cap. 7. — 30. Justus (633) : de quo sanctus Ildefonsus, cap. 8. — 31. Eugenius II (636), de quo Ildefonsus, cap. 12. — 32. Eugenius III (646), de quo Ildefonsus, cap. 13. — 33. Sanctus Ildefonsus (657). De eo Julianus. — 34. Quiricus (667). Subscriptis concilio Toletano

A xi. — 35. Sanctus Julianus (690). De eo Felix. — 36. Siselerius (690). Depositus in concilio Toletano xvi. — 37. Felix (693). Subscriptis concilio Toletano xvi. — 38. Guntericus, seu Gundericus (700). — 39. Sindredus (Circa 710). Rorpat Saracenorum tempore fugiens, subscriptis concilio Romano sub Gregorio II. Eodem tempore Oppa, seu Oppas intrusus. Item Urbanus functus munere absentis episcopi Sindredi.

Hinc sequentes episcopi sub jugo Saracenorum.

40. Urbanus (Post 721) primum vicarius, deinde, ut credi potest, post obitum Sindredi episcopus. — 41. Sunieredus (Circa 740) — 42. Concordius (Circa 760). — 43. Cixila (Circa 774). Scribit Vitam sancti Ildefonsi, et ad illum scribit Adrianus papa. — 44. Eliandus (Circa 783). Ejus opinio damuata in concilio Francordiens, ann. 794. — 45. Gumesindus (Circa 820). — 46. Wistremirus (Circa 850), de quo et mecum sanctus Eulogius Cordubensis hoc tempore. — 47. Sanctus Eulogius Cordubensis (859), eleitus anno 859, quo martyr obiit. — 48. Bonitus. — 49. Joannes (Circa 950). Obiisse agra 994 dicitur in Codice sancti Aquillani. — 50. Paschalis (1058). Ordinatus fuit Legione, anno 1058. Episcopus adhuc Toletanus erat anno 1067. Vide Hisp. sacr. tom. XXXV, pag. 83. Aliorum episcoporum notitia desideratur, usque ad annum 1086, quo post ereptam e Saracenorum jugo Toletum Bernardus repudiatus fuit archiepiscopus.

## APPENDIX III.

### CARMINA S. ISIDORO ASCRIBTA,

Versus qui in Bibliotheca sancti Isidori episcopi Hispalensis legebantur, et alii sancto Isidoro ascripti.

I. Sunt hic plura sacra, sunt hic mundalia Q

[ plura :

180 Ex his si qua placent carmina, tol-

[ le, lege.

Prata vides plena spinis, et copia florum.

I. Quid in his versibus peculiari animadversione dignum sit, accurate expositum fuit in Isidorianis, cap. 81. Nunc tantum repetendum eos ad exactas metri ac Latinitatis leges non esse compositos. In titulo 1, vers. 1, alii mundalia, pro mundalia; vers. 3. floris, pro florum; vers. 5. gemmae Editi, mendose,

Si non vis spinas spenero, sume reas.

Hic geminae radiant veneranda volumina

[ legis,

Condita sunt pariter hic nova cum veteri.

II. Ille Origenes ego, doctor verissimus olim,

pro gemine; vers. 6, posset legi hic nova cum vetera, ut in similibus versibus Alvari Cordubensis observatum fuit in Isidorianis, cap. cit., num. 9.

II. Alii, Ille ego Origenes; alii Ille Origenes ego, vel Ille ergo Origenes. In Codice Matritensi, et in Vaticano palatino, post 1 versum sequitur :

Præreptus subito lingua nocente fui.  
Condere, si creditis, studii tot millia libros,  
Quot lego missos ducit in arena viva.  
Nulla meos unquam tetigit blasphemia  
[sensus].

Sed vigil et prudens, tutus ab hoste fui.  
Sola mihi casum Periarchon dicta dederunt,  
Hic me conjectum impia tela premunt.

III. Gallia me genitum, me Pictavis ore tonant  
Doctorem Hilarium misit alumna suum.

IV. Ambrosius doctor, signis Insignis, et hymnis,  
Enitet hic titulus, enitet eloquitis.

V. Mentitur, qui te totum legisse fatetur.  
An quis cuncta tua lector habere potest?  
Namque voluminibus mil'e, Augustinus, re-  
[fuges].

Testantur libri quod loquor ipse tui.  
Quamvis multorum placeat prudentis libris.  
Si Augustinus adest, sufficit ipso tibi.

VI. Hieronymus interpres, variis doctissime lin-  
[guis].

Te Bethlehem celebrat, totus te personal  
[orbis].

Te quoque nostra leto pemit bibliotheca li-  
[bris].

VII. Nominis Joannes Chrysostomus inde vocatus,  
Aurea quod nostrum lingua coruscat opus.  
181 Constantinopolis me praceptor resul-  
[get].

Et celebrior libris doctor ubique meis.  
Composui mores, virtutum prælia dixi,

Et docui miseris crimina flere reos.

VIII. Charlus eloquio eunctis, Cypriano, resulges.  
Tu modo doctoreras, tu modo martyr ades.

IX. Si Maro, si Placitus, si Naso, et Persius hor-  
[ret],

Lucanus si te, Papiniusque teget,  
Par erat eximio dulcis Prudentius ore,  
Carminibus varis nobilis ille satis.

Quem primum fidelis Graecia clara dedit.  
Celsus eram meritis, et clarus copia fandi,  
Præreptus subito...

Pro Graecia, Vat., gratia; et pro clarus, Matr., men-  
dose, clarus.

III. Fortasse :

Gallia me genitum, me Pictavis ora tonantem...

Pro alijs alii aliquae.

IV. Enitet; al., eminet.

V. Corrupe apud Florezium, Augustine,

Mentitor qui te totum legisse fatetur.

Pro en quis alii aut quis. De re ipsa vide Etymo. 67.  
Lib. vi, cap. 7, n. 3. Versu 4, alii, que loquor. Pro  
ipse, alii ipsi, quod metro non congruit. Pro pruden-  
tia, alii volumina, quod fortasse præferendum, quam-  
vis metro repugnet.

VI. Alii perperam, te totus concelebrat orbis. Non-  
nulli Editi indicant post hunc versum alium penta-  
metrum desiderari; sed videntur potius esse tres  
hexametri sine ullo pentametro. De tertio verso di-  
ctum in Isidorians, loc. cit.

VII. Vocatus; al., vocaris, vel vocatur. Codex Vat.  
Pal. habet vocatus; vel hoc, vel vocabar tenendum,  
Versus 2 sic in Ms. Matr., mendose:

Aurea quod nostris promere lingua tuis.

Pro nostrum, alii nostra. Mox vers. 5, mendose, Cod.  
Matrit. :

Composui mores hominem, virtutem præmia dixi.

Vide librum Isidori de Vir. Illustr., ubi de sancto  
Joanne Chrysostomo agit, ejusque opus de compu-  
gnatione virtutum et vitiiorum laudat.

VIII. Resulges; al., resulgens.

X. Tedeit: Ita scribendum pro tædet, ut prima  
corripi possit. Pro par erat, alii, par erat.

X. Genitibus. Al., minus bene, genibus. De hoc

A X. Perlege facundi studiosum carmen Aviti,  
Ecce Juvencus adest, Sedulusque tibi.  
Ambo lingua pares, florentes versibus ambo,  
Fonte evanglico pocula larga ferunt.

Desine gentilibus ergo inservire poetis,  
Dum bona tanta potes, quid tibi Calliroen?

XI. Historias rerum et transacti tempora seculi,  
Condita membranis haec simul arca gerit.

XII. Quantum Augustino clares tu, Hippone, ma-  
[gistro],

Tantum Roma suo præsule Gregorio.

XIII. Non satis antiquis doctoribus impar haberis,  
Leander vates. Hoc tua dicta docent.

XIV. Conditur hic juris series amplissima legum,  
Veridico Latium qua regi ore forum.

Non sucos libros gestant haec scrinia nostra.

Qui cupis, ecce lege, si tua vota libert.

Tolle hic segniliem, pone fastidia mentis.

Crede mihi, frater, doctior inde redit.

An dicis forte: Quid iam mihi ista neces-  
[se est?]

Quod mediter studii non superesse mihi.  
Explicui historias, percurriique omnia legis,

182 Vere hec si dicio, jam nihil ipse sa-  
[pis,

XV. Quos claros orbe celebrat medieina magi-  
[stros,

Ilos præsens pictos signat imago viros.  
Sunt medico dona, quandiu quisque laborat.

Æger jam surgit, nulla lagena venit.

Quod debes medico, redde æger, ne mala rur-  
[sus]

Occurrant, curret denuo nemo tibi,  
Pauperis attendat medicus censem, atque

[potentis:]

Dispar conditio dispari habenda modo est.

Si fuerit dives, sit justa occasio lucri;

Si pauper, merces sufficit una libi.

C illito vide prolegomena ad Juvencum, num. 92, et  
ad Sedulium num. 167. Ex mendo Ms. A archivii  
vol., quam in Gahope, conjici posset quid tibi Callio-  
pe? pro quid tibi Calliroen? Alii, Callirhoeem; alii  
alia.

XI. XII. Eusebius, Orosius, Gregorius.

XIII. Leander vates. Al. Isidore antistes, ut dixi in  
Isidorianis, loc. cit.

XIV. Theodosius, Paulus, Galus

Ibid. Alii, Non parvos libros gestant, etc., vel Per-  
multos libros gestant, etc. Iloc, et tria sequentia disti-  
tchia constituent primum titulum Bibliotheca a domino  
Isidoro editum in Ms. Matritensi, quem subsequitur  
alius titulus: sunt hic plura, etc., usque ad sume ras,  
ut supra in primo titulo. Pro pone, male alii de-  
pone. Pro frater, alii lector. Subinde :

quid jam mihi tanta necesse est

Quo mediter studio, nil superesse mei

Alii :

Quod meditem studiis, nil superesse mei,

vel :

Quod meditem studiis, nil superesse mei.

Fortasse, nil super ecca, pro superesse. Mox :

Explicui historias, et percurri omnia legis,  
Verba, haec si dicis...

Alii :

Explicit historias, percurri omnia legis.

XV. Cosmas, Damianus, Hippocrate, Galenus.

Ibid. Sunt medico. Corrupe Editi, Sunt medio. In  
nonnullis MSS., ante versum Quod debes legitur Item,  
et ita etiam ante versum, Pauperis attende: quod indi-  
cat, duos diversos esse hos titulos, quamvis pro  
medico omnes compositi sint. Pro carret denuo alii  
occurret denuo.

## XVI. Quidquid Arabs aris, quidquid fert Indus odo-

[ris,  
Quidquid et Ionii pervehit unda maris.  
Cinnamomum, myrrham, folium, casiamque  
[nitement,  
Balsama, thus, calantium, coryciumque cro-  
[cum,  
Hæc possunt magnorum pigmentaria regum,  
Et dominus immensis proflua divitis.  
Nos viles fruimur pratorum germinis herbas,  
Quas humiles valles et juga ce'sa ferunt.  
Ergo sacri Ilesperidum montes, et rura va-  
[le.

Nam multis curis munera nostra valent.  
Hic odorata jacent, hic spirant cinnama, thura,  
Quæque opulentus Arabs, quæque Sabæa  
[feret.

Unguenti genera dum sint gratissima plura,  
Nil rosa, nil viola gratis esse potest.  
Cedet Elinus, cedet Amaranthus illis,  
Cedet et hic Cypro quæ regione venit.  
Unguenta hic cernis varia, quæ Græcia misit,  
Plurima et Hesperia de regione sumus.

Vascula concreta fragilis de pulvere terræ  
Pigmenta gerimus, pocula nulla damus.

XVII. Qui calamo certare novit cum mortua pelle,  
183 Si placet, hic veniat; hic sua bella  
[gerat.

Quisque vagus fuerit media librarius hora,  
Suspensus binis feriatur terga flagellis.

XVIII. Si plus, bis, terque, quaterque fieri quod vult  
Scriba magis nosce, eo oportet, amice.  
Si sapis, et sentis, hoc tibi dico, tace.

Non patitur quemquam coram se scriba lo-  
[quentem,  
Non est hic, quod agas, garrule, perge  
[foras.

XIX. Hunc cecinit Salomon mira dulcedine librum  
Qui tenet egregias Sponsi, Sponsæque ca-

[menas,  
Ecclesiæ et Christi laudes hinc inde canentes.  
Et thalami memorat socios sociasque fideles.  
Has, rogo, mente tua, juvenis, mandare me-  
[mento.

Cantica sunt nimium falsi hæc meliora Ma-  
[ronis.

Hæc tibi vera canunt vitæ præcepta perennis,  
Auribus ille tuis male frivola falsa sonabit.

## XVI. Versu 2, alii :

Quidquid Idumæi pervehit unda maris.

Pro pervehit, fortasse prorenit. Versu 6. Al. :  
Et dominus immensa proflua deliciis.

## Versu 7. Al. :

Nos vilibus fruimur pratorum germinis herbis.

## Versu 9. Al. :

Ergo Pieridum sacri montes, et rura volete.

## Sic abundat sacri. Versu 11. Al. :

Hic odorata jacent spirantia cinnama thura,  
Quæque serent seres, quæque Sabæa feret.  
Unguenti genera dum constant florida plura  
Nil rosa, vel violis gratis esse potest.

Melius esset cedet et his, pro Cedet et hic. Pro Cypro,  
alii Cyprium, et qui, pro quæ.

XVII. Novit. Al., capit. Hæc omnia usque ad finem,  
perge foras, de-unit in Muratorio. Versu 3, scripti  
quisque, quod accipi solet pro quisquis. In Editis et  
Mss., quisquis vagus, aut qui vagus hic. Fortasse hi  
duo versus hexametri alium titulum de eadem re  
constituebant.

XVIII. Ad interventorem. Florezinus, mendo-e, ut  
arbitor, ad interventorem. In duobus primis versi-  
bus obscurus est sensus. Pro bis, alii dis. Ulimum  
distichon ad alium titulum de eodem interventore

*Carmen de eclipsi luna.*

Tu forte in luco lento vaga carmina gignis,  
Argutosque inter latices et musica flabra  
Pierio liquidam perfundis nectare wentem.  
At nos congeries obnubit turbida rerum,  
5 Ferrataeque premunt milles milite curas.  
Legicrepi tundunt, latrant foræ, classica turbant.  
Et trans Oceanum ferimur porro usque, nivosus  
Cum teat Vasco, nec parcat Cantaber horreas.  
En quibus indicas ut crinem fronde Phœbi  
10 Succingant, bederæve comas augustius umbræ.  
En quibus flammantem juhebas volitare per æstrum.  
Quin mage pernices aquilas vis pigra elephautum.  
Præcurreret, volucremque pigeus testudo mo-  
flogsum

184 Quam nos rorifluam secentur carmine lu-  
[nam.

15 Sed tamen incurvus per pondera terrea nitens,  
Dicam, cur fesso livescat circulus orbe,  
Purpleumque jubar nivei cur lateat oris.  
Non illam, ut populi credunt, migrantibus antris  
Infernæ ululans mulier prædira sub umbras  
20 Deirabit altivago e speculo; nec carmine vicia  
Vel rore Stygias \*\*  
Vincibilemque petit clamorem; quippe per æstrum,  
Qua ciliatus limes dispescit turbida puris,  
Inviolata meat; sed vasto corpore tellus,  
25 Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris  
Detinet umbriferis metis tum sidere crasso  
Pallescit teres umbra rotæ, dum transeat axem  
Aggeræ volox tumuli, speculoque rosanti  
Fraterius reparet per coelum libera flaminas.  
30 Sed quia mira putas, cur, cum vis maxima solis  
Bis novies major clueat, quam terreus orbis,  
Nunc circumgat terrestres lumine metas,  
Sume ratum rationis opus; namque aspice Phœ-  
[bum,

35 Quam sublimis eat convexa per aurea mundi,  
Quamque humilem terram collustret curribus altis:  
Hic ingens utcunque libet vel desuper ignes  
Sparscerit, obliquo vel cum radiaverit axe  
In terram radii franguntur; cetera solis  
Lumina, qua major jaculis radiantibus exit,  
40 Nil obstante globo, tendunt per inania vasta,  
Donec pyramidis peragat victa umbra cacumen:  
Per quam cum Phœbe validos agit uda jugales,  
Insima vicinis nonnunquam decolor umbris  
Fratre caret, vacuoque exsanguis deficit ore.

## videtur pertinere.

XIX. De his versibus dixi in Isidorianis, cap. 65,  
num. 46, et cap. 81, n. 12. Eos allis Bibliotheca  
versibus annexo, quia ad idem genus pertinent.  
Editio Matrinensis Ulloæ in 2 vers. exhibet egregias,  
pro egregias, et in vers. 7 omittit præcepta, pro quo  
in nota conjicitur simulacra. Nos sequimur Codicem  
Vaticanicum 650.

D Vers. 4. Quid de hoc carmine sentiendum, habes  
in Isidorianis, cap. 76, n. 12 et seqq. Ad mss. Co-  
dices et Editiones correctius quam hactenus illud nunc  
producemus. Pro in luco, alii in lucis.

8. Cum teneat. Forte, cum tentet.

12. Pernices. Ita recte Cod. Regiovatic. 255. Editio  
Pisauri præveniens, Ulloæ pernices; ex quo confir-  
matur legendum pernices.

21. Editio Ulloæ ita, corrupte :

Vel rore Stygias authere terra matri crepantem.

Ex quo veram scripturam expiscari aliquis possit.

25. Dispescit : Al., dispexit, vel despexit.

25. Lumina. Al., culmina.

26. Detinet. Al., deserit; al., desinet.

28. Pro aggerei, alii aggere, alii mendose ageret.

31. Clavat. Al., luceat.

35. Curribus altis. Al., cursibus altis.

36. Vel desuper. Al., ut desuper; al., cum desuper.

- 45 Cur autem sola spoliatur lumine luna,  
Nil vero mirum est; quippe illam lucis egenam  
Lux aliena sovet, quam cum pars proxima mea  
Invidet, expectat radios male cœnula fratri.  
At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris.  
50 Et proprium cunctis jubar est, nec sole rubescunt.  
Sed etiam \*\*\*  
185 Porro ultra solem rapitur cum vertice coeli.  
Jam cur semestri non semper paleat orbe,

51. Sed etiam. Editio Ulloæ.  
Sed etiam adiens astralibus impetu celo.  
Quid inde erui possit, alii videant.  
53. Devis tortos. Sic Editio Pisaurensis ex cor-  
rectione, ut videtur, Petri Pisezi. Editio Ulloæ, de-  
sist ortos.  
56. Colligit anfractus. Editio Ulloæ, et Ms. Vatic.,

- A Inflexi præstant obliquo tramite cursus.  
55 Namque vagans errore rato cum devia tortos  
Colligit anfractus, metam sol eminus exit,  
Intorquetque pepulum noctis, radiisque sororem.  
Hæc eadem ratio est, subitis cur frangitur umbris  
Augusti solis rutulum jubar, indiga lucis  
60 Quando inter terram et solem rota corporis almi  
Luna meat, fratrem rectis objectibus areas.

- Dum legit anfractus.  
58. Cur. At., ubi, Al., ibi.  
59. Editio Ulloæ huic versui præponit Quando  
inter terram, etc.  
60. Atm. Sic Editio Ulloæ; alii, atmæ, forte, pro  
alma.  
61. Vide Isidoriana, loc. cit.

## APPENDIX IV.

### CHRONICA REGUM VISIGOTHORUM.

Era quadragesima in Gothis primus rex Atha-  
naricus efficitur. Post hunc Alaricus; quo in Italia  
nortun, Athaulfus eligitur. Isto reguante, Goths, re-  
Hæta Italia, Gallias, ac postea Hispanias, occupant.  
Anni vero regum hac summa notantur.

1. Athanaricus (*E. H. 407; An. Ch. 369*) regna-  
vit annos xxx.

2. Alaricus (*E. H. 420; A. C. 382*) regnavit an-  
nos xxviii, in Italia.

3. Athaulfus (*E. H. 449; A. C. 411*) regnavit an-  
nos vi.

4. Segericus (*E. H. 454; A. C. 416*) regnavit  
annos vii. Alibi, semis tantum.

5. Wâlia (*E. H. 454; A. C. 416*) regnavit an-  
nos iii.

6. Theuderetus (*E. H. 457; A. C. 419*) regnavit  
annos xxxiii.

7. Turismundus (*E. H. 490; A. C. 482*) regnavit  
annos iii. Alibi i.

8. Theudericus (*E. H. 491; A. C. 455*) regnavit  
annos vii. Alibi, xiii.

9. Eurius (*E. H. 504; A. C. 466*) regnavit annos  
xv. Alias, xvii.

186 10. Alaricus (*E. H. 521; A. C. 483*) regna-  
vit annos xxxii.

11. Gisaleucus (*E. H. 541; A. C. 506*) regnavit

APPEND. IV. N. 1. Apud sanctum Isidorum era de-  
signatur 407. Pro an. 13 Athanarici, in Editione  
PP. Toletanorum conjectura est ann. 42. Numeri  
era Hispaniae, et anni Christi intra parenteses notati  
sunt ex Editione Grialini, in qua post Chronicon Go-  
thorum attenetur catalogus regum Gothorum in His-  
pania ex Isidoro, ex conciliis vetustis Hispaniae, et  
ex hac Chronica collectus. Vide Isidoriana, cap. 79,  
n. 9 et 10.

3. In eadem Editione, pro annos vi, fors. ann. v.

4. Segericus. Al., Sigericus. In ead. Ed. Malim pro  
annos vii legi dies vii. Lindenbrogius exhibit annos  
vii, alibi semis tantum D. Quod obscurum est.

5. Forte, annos iv.

6. Al., Theudericus... annos xxiii. Ex conjectura  
ann. 52.

7. Turismundus; al., Thurismodus. Et annus i,  
non tres assignandi.

8. Theudericus; al., Theudericus. Retinendi anni  
13, non 7.

9. Annos xv. Al., annos xx, ei ex conjectura, xviii.  
Ceterum auctor secutus videtur sanctum Isidorum

in Historia Gothorum:

11. Gisaleucus; al., Geselicus, vel Gesaleucus, vel  
Gesericus. Lindenbrogius post annum i, addit: Alibi  
xv. Cuius rei ratio non intelligitur, nisi fortasse unia-

annos iii, et in latebra annum i. Alibi, xv.  
12. Theudericus (*E. H. 549; A. C. 514*) de Italia  
regnat in Hispania, tutelam agens Amalarico nepoti  
suo per consules annos xi. Alias, xv.

Amalaricus (*E. H. 561; A. C. 523*) regnavit annos v.

13. Thendis (*E. H. 569; A. C. 531*) regnavit an-  
nos vi, menses vi. Alias, a. xviii, m. v.

14. Theudisclus (*E. H. 586; A. C. 548*) regnavit  
annum i, menses vi, dies xiii.

15. Agila (*E. H. 587; A. C. 549*) regnavit an-  
nos v, menses vi, dies xiii.

16. Athanagildus (*E. H. 592; A. C. 554*) regnavit  
annos xv, menses vi. Alias, annos xiv. VACAT regnum  
menses v. Et alibi xiii.

17. Livua (*E. H. 603; A. C. 567*) regnavit an-  
num i.

18. Leovigildus (*E. H. 606; A. C. 568*) regnavit  
annos xviii.

19. Recaredus (*E. H. 624; A. C. 586*) regnavit  
annos xv, menses vi, dies x.

20. Item Livua (*E. H. 639; A. C. 601*) regnavit  
annum i. Alias, ii, menses vi.

21. Witericus (*E. H. 641; A. C. 605*) regnavit  
annos vi, menses x.

22. Gundemarus (*E. H. 648; A. C. 610*) regnavit  
annum i, menses x, dies xiv.

tur hujus regnum cum regno Theuderici, qui annis  
xi fuit in Hispania. Vide sanctum Isidorum.

12. Theudericus; al., Item Theudericus. Alium  
ejusdem nominis præcessisse item indicat, ut infra  
in Livua, et in Recaredo, n. 20 et 24. Falsi sunt  
numeri annorum xli. Regnavit annos xv, per con-  
sortium. Alii exhibent annos xi, quia totidem in His-  
pania commoratus est. Masdeus, tom. X Hist. Hisp.,  
p. 311, chronicam regum Visigothorum describit, et  
observat, Amalarico tribui annos quinque, quia qua-  
tuor primi anni numerantur in Theuderico. Pro anno  
Christi 523, alii 526. Pro Amalaricus, alii Amaderi-  
cus.

13. Annos xvii numerandi ex Isidoro, potius quam xvi.

14. Alii, menses v, pro menses vi.

15. Menses vi. Al., menses iii.

16. Alii, annos xiii. Qui annos xv numerant, ab  
anno quo primum rebellavit exordiuntur.

17. Masdeus intelligit annum i, solus. Postea dux  
cum filio.

18. Leovigildus; al., Leubegildus; al., Livigildus.

19. Menses vi. Al., mensem i. Annis xv recensentur  
ab anno quo titulum accepit.

20. Retinendus annus i, potius quam duo.

22. Dies xiv. Al., xiii, Al., ix.

23. Sisebutus (*E. H.* 650; *A. C.* 612) regnavit annos VIII, menses XI, dies XVI. Alias menses VI.
24. Item Recaredus (*E. H.* 659; *A. C.* 631) regnavit menses III. Alias, paucis dies.
25. Quintila (*E. H.* 659; *A. C.* 631) regnavit annos X.
26. Sisenandus (*E. H.* 680; *A. C.* 631) regnavit annos IV, menses XI, dies XIV.
27. Chindilla (*E. H.* 674; *A. C.* 636) regnavit annos III, menses IX, dies IX.
28. Tulga (*E. H.* 678; *A. C.* 640) regnavit annos II, menses IV.
- 187** 29. Chindasuinthus (*E. H.* 680; *A. C.* 642) regnavit annos VI, menses VIII, dies XI. Item cum filio suo Domino Reccesuintho regis regnavit annos IV, menses VIII, dies XI. Obiit pridie Kal. Octobris, era DCXCI.
30. Reccesuintho (*E. H.* 687; *A. C.* 649) regnavit annos XXII, menses VII, dies XI. Obiit Kal. Septembribus, die 4 feria, hora 3, era 710, anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 672, anni cycli decennovennialis 8, luna 3. Idem cum patre suo regnavit annos IV, menses VIII, dies XI.
31. Suscepit autem dominus Wamba (*E. H.* 710; *A. C.* 672) regni gubernacium eodem die quo ille obiit, in supradictis Kalendis Septembribus, dilata incarnationis solemnitate usque in diem III Kal. Octobr.,
23. *Dies XVI*; male alii, *dies VI*.
24. *Menses III. Al., menses IV. Male, annos III, apud alios.*
26. *Annos IV. Al., annos III. Masdeus asserit annos IV esse contra concilia Toletana. Pro dies XIV Lindenbrogins dies XVI.*
27. *Menses IX. Al., menses VIII, quod unice placet Masdeo.*
29. *Chindasuinthus; al., Cindasuindus, vel Chindasuindus. Alii minus bene annos reguli cum filio dicunt esse tres, et dies duodecim. Lindenbrogius perperam assignat eram 661.*
30. *Reccesuintho. Al., Reccesuindus. Pro regnavit, alii solus regnavit, sed delendum est solus. Pro menses VII, alii menses III, alii VI, pro dies XI, Aguirrius dies XII, alii dies II. Lindenbrogius, corrupte, annos XIII. Oinnino retinendi numeri texus, etiam in anno incarnationis 672, pro qua Lindenbrogies posuit 662.*
- A luna 21, era qua supra. Idem quoque gloriosus Wamba rex regnavit annos VIII, monsem I, dies XIV. Accepit quoque paenitentiam praedictus princeps die Dominico exente, hora noctis prima, quod fuit pridie Idus Octobris luna 15, era 718.
32. Suscepit autem antea succedente die, secunda feria, gloriosus dominus noster Ervigius (*E. H.* 718; *A. C.* 680) regni sceptra, quod fuit Id. Octobris, luna 16, era 718, dilata unctione solemnitate usque in supervenientem diem Dominicum, quod fuit XII Kalendas Novembres, luna 22, era qua supra. Item quoque gloriosus Ervigius rex regnavit ann. VII, diebus XXV, in quo die in ultima aegritudine positus elegit sui successorem in regno gloriosum nostrum dominum Egicanum, et altera die, quod fuit XVII Kal. Decembres, sexta feria, sic idem dominus Ervigius accepit paenitentiam, et cunctos seniores absolvit, qualiter cum iam dicto principe gloriose domino Egicane ad sedem regni sui in Toledo accederent.
- B 33. Uctus est autem dominus noster Egica (*E. H.* 725; *A. C.* 687) in regno in ecclesie sanctorum Petri et Pauli prætoriensis sub die VIII Kal. Decembres, die Dominicano, luna 14, era 725.
34. Uctus est autem Witiza (*E. H.* 739; *A. C.* 701) in regno die quo fuit XVII Kal. Decembres, era 734,
- C 31. *Domnus. Al., gloriosus dominus. Pro diem XIII, alii, male diem XIV.*
32. *Autem. Al., statim. Ibid., noster; al. omittunt. Pro XII Kal., male Aguirrius XIV Kal. Post diebus XXV, Masdeus supplet usque ad V Idus Noverbris; et altera die explicat alia die, quin necesse sit esse diem proximum. Pro Decembres, male Aguirrius Septembribus. Lindenbrogius, et Aguirrius desinunt in luna 22, era quæ supra. Reliqua Maiansius et Florelius addiderunt.*
33. *Die quo. Fortasse, die quæ, vel, ut num. 32, die quad. In Editione Patrum Toletanorum notatur recte Florelium legere XVIII Kal. Masdeus contendit legendum XII Kal. Decemb. era 739, hoc est, anno 701. Alii assignant annum 702. In Catalogo regum Visigothorum Editionis Grialii additur Witizam regnasse ann. X, Rodericum ann. I, et, juxta alios, III. Haec omnia cum chronologia sequenti conferri possunt, ut mutuam sibi operam ferant.*

## APPENDIX V.

### Chronologia, et series Gothicorum regum ex Codice Regiavaticano 667.

**188** 1. Primum in Gothis regnavit Athanaricus annis XIII, late prius per Valentem imperatorem Hispanum Ariaram cum omni Gothorum gente intravit. Sub isto legem Gothi, ac litteras habere coepérunt; et cum eodem rege ab Hunnis de terra propria expulsi sunt. Rex quoque Constantiopolis vitam finivit sub imperatore Theodosio (*Vide Isidoriana*, c. 79, n. 11).

2. Alarius regnavit annis XIV. Iste ob vindictam Gotorum, quos Romani interficerunt, exercitum movit, et Romanum cepit, ibique Placidum Theodosii imperatoris filiam cum opibus multis deprendavit. Postea in Italia obiit sub imperatoribus Honorio et Arcadio.

3. Ataulfus regnavit annis VI. Iste supradictam Placidam conjugem accepit, et regni anno 5 de Italia Gallias adiit. Et dum Hispanias petere voluisse, a suis interfectus est in Barcelona sub imperatoribus Honorio et Arcadio.

4. Sigericus regnavit ann. I. Iste, dum pacem cum Romanis habere voluisse, max a suis est interfactus sub imperio praedicto.

5. Wallia regnavit ann. III. Belligerator fuit; cum imperatore Honorio pacem habuit, et sororem ejus

Placidam ei reddidit. Iste Hispanias ingressus, Vandulos et Silingos [Al., Vandulos Selingos] in Baetica bello extinxit, et Alanos ad nihilum redagit. Ad Africam classe transire disposuit; sed Gaditanum mare eum non dimisit. La Gallias rediit, quique vitam finivit sub imperio Honorii.

6. Teuderetus regnavit ann. XXXIII. Iste Litorium ducem Romanum, et cum eo multa milia Romanorum extinxit; ex Hunnis ducentia milia interfecit, ibique prælando occidit sub imperio Theodosii Minoris.

7. Turismundus filius ejus regnavit ann. I, qui dum feralis et noxius esset, a Theuderico, et Frigidario, et fratribus, interfactus sub imperatore Marciano,

8. Theudericus regnavit ann. XIII. Iste dum Gothis Avito imperatori suuere auxilium dedit; et ob hoc inde cum licentia idem Aviti imperatori cum integrum exercitu Hispanias intravit, et milliariorum 42 ab Asturica apud Urbicum fluvium Recchiarum Sueverum regem prælio superavit, eumque persequens, in Portucale cepit atque occidit. Bractam [*Forte*, Bracharam] cepit; sive inde per Lusitaniam ip-

Gallias redit; ibique ab Eurico ejus fratre occisus sub imperatore Leone.

9. Emericus regnavit ann. xxvi. Iste Lusitanam depraedavit, Pamplonam, et Cæsarangustam cepit, et Gothis legem dedit. Areatae oblit sub imperatore Zenone.

10. Alaricus, filius ejus, regnavit ann. xxiii, quem Flodovæus rex Francorum apud Pictavium bello interfecit. Ob cujus vindictam Theodericus 189 sacer ejus Italæ rex Francos perterrituit, et regnum Gothis nullum restituit sub imperatore Anastasio.

11. Gesericus, Alarici filius, regnavit ann. iv. Iste a Gundebaldo Bergundionum rege in Narbona superatus, ad Barcelonam fugit. Inde ad Africam ad Vandalos pro auxilio perrexit, et non impetravit. Inde reversus, apud Barcelonam a duce Thenderici Italæ regis interfecitus sub imperatore Anastasio.

12. Theudericus supradictus, occiso Gisaleico, regnum Gothorum tenuit ann. xv; et superstili neptili suo Amalarico reliquit. Ipse Italianam rediit, et ibi vitam finivit sub imperatore Justiniano.

13. Amalaricus regnavit ann. v. Iste a Childeberto Francorum rege superatus, Narbone interficit sub imperatore Justiniano.

14. Theudis regnavit an. xvii. Iste, quamvis hereticus, pacem concessit Ecclesiæ, et episcopis licentiam dedit in Toletana urbe concilia peragere. Francorum reges infra Hispanias usque Minium superavit; eumque in palatio quidam insaniam simulando interfecit sub imperatore Justiniano.

15. Theudisclus regnavit ann. i; qui dum toros multorum macularet, et obliter multis necem excogitaret, mox inter epulas gladio Hispani jugulatur sub eodem Justiniano.

16. Agila regnavit an. v. Iste dum ad Cordubam urbem pugnaret, et in contemptu Christi sepulcrum sancti martyris Aciscli quodam horrore pollueret, filium ibi cum multa copia imperfectum, et omnem thesaurum regum amisit, et Emeritam fugit; ibique sui cum interfecerunt sub imperatore Justiniano.

17. Athanagildus regnavit ann. xiv. Iste contra milites Justiniani imperatoris, quos ipse contra Agilanem petierat, diu confixi, atque eos extinxit. Toleti morte propria decessit sub imperatore Justiniano.

18. Livua regnavit ann. iii, in Narbona. Iste fratris Leovigildo Hispaniæ administrationem dedit; ipse Galliæ præfuit.

19. Leovigildus, adepta Gallia, et Hispania, regnavit ann. xiv. Iste valde haeresi Arianæ deditus, persecutionem Catholicis intulit, et ecclesiarum privilegia tollit. Massonam Emeritensem episcopum exsilio relegavit. Suis perniciosus fuit, potentes per cupiditatem damnavit. Suevos superavit, et Gallæciæ regnum Gothis admisit. Primus regali ueste operitus solio resedit. Urbem in Celtiberia fecit, et Recopilum nominavit. Gothorum leges ante correxit, et Toleti propria morte decessit sub Mauricio imperatore.

20. Recaredus, filius ejus, regnavit ann. xv. Iste, in exordio regni sui catholicam fidem adeptus, omnem Gothorum gentem ad cultum Dei, rectaque fidei revocavit, et per synodus episcoporum Gallæciæ et Hispaniæ fidem catholicam confirmavit. Francorum hoste LX millia in Hispania bello prostravit, et tempora regni sui omni bonitate honoravit. Fine pacifico Toleti decessit, imperatore Mauricio.

21. Livua, filius ejus, regnavit ann. ii. Iustum præ-

cisa dextra innocuum Wictericus occidit, et regnum sibi suscepit sub imperatore Mauricio.

190 22. Wictericus regnavit ann. vii, vir quidem strenuus in armorum arte, sed expers victoriarum; quod fecit recepit. Inter epulas enim prandii a suis interfectus est sub imperatore Phoca.

23. Gundemarus regnavit anno n. Vascones una expeditione vastavit, et morte propria Toleti decessit sub imperio Heraclii.

24. Sisebutus regnavit ann. viii. Iste potestate Judiciorum ad fidem Christi perduxit, et ecclesiam sanctas Leocadiam Toleti opere miru fundavit. Astures et Vascones in montibus rebellantes humiliavit, et suis per omnia benevolus fuit. Hunc quidam proprio morbo, alli potionis hausto haud moderato asserunt occisum sub imperio Heraclii. Tunc nefandus Mambrinus in Africa nequitiam legi stultis populis praedicavit.

25. Suintila regnavit ann. x. Victoria et consilio magnus fuit. Vascones devicit, dnos patricios Romanos cepit; omnes Hispaniam et Galliam strenue rexii, et ob meritum pater pauperum vocatus est; et sine proprio Toleti decessit sub imperio Heraclii.

26. Sisenandus regnavit ann. iv. Iste synodos episcoporum egit; patiens fuit, et regulis catholicis orthodoxos existit. Toleti vitam suavit sub imperio Heraclii.

27. Chintila regnavit ann. iii. Synodos plurimas Toleti cum episcopis egit, et subdolium regnum fide firmavit. Toleti decessit sub imperio Heraclii.

28. Tulga regnavit ann. iii. Blandus in omnia fuit.

29. Chindasuinthus regnavit solus ann. vi, et cum filio suo Reccesuintho ann. iv. Hujus tempore quieti Hispania, et per synodos eruditæ Ecclesiam. Toleti obiit sub imperio Constantini Novi.

30. Wamba regnavit ann. ix. Primo regni sui anno rebellante sibi Paulo duce cum quadam parte Hispaniæ, prius feroces Vascones in Aquibus Cantabriæ perdonauit; deinde cunctis civitatibus Gothis et Galliæ captiæ, ipsum padrem Paulum in Menauense urbe vietum celebri triumpho sibi subjecit. Postea ab Ervigio regno privatur sub imperio Constantini Novi.

31. Ervigi regnavit ann. vi. Iste synodos multas Toleti cum episcopis egit; filiam suam conjugem dedit Egicani. Toleti obiit sub imperio Justiniani.

32. Egica regnavit ann. xv. Iste dum regnum accepit, filiam Ervigii cum juratione Wambæ subjecit. Filium suum Witthanem principem secundum regno prefecit. Toleti decessit sub imperio Leonis.

33. Witiza regnavit ann. x. Toleti vitam univit sub imperio Tiberii.

34. Rodericus regnavit ann. iii. Iustus tempore era 739. Farmalio terra Saraceni evocati Hispanias occupaverunt, regnumque Gothorum caperunt; quod adhuc usque ex parte pertinaciter possident; et cum Christianis die noctuque bella inueniunt, et quotidie confligunt, dum prædestinationis usque divina debinc eos expelli crudeliter jubent. Reges Gothorum defecerunt. Sunt (sic) sub uno ann. 314; Alarico regnante ab era 301, ingressi sunt Gothi in Italiam. Post hujus annos reges Gothi Gallianæ ingressi sunt.

191 Post septem annos Gothi Hispaniam migraverunt. In era d. IX. LXV. (forte, 835) regnavit Carolus Francorum rex, et patricius Romæ.

## APPENDIX VI.

### EXPOSITIO IN CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS.

CAP. I. — 1. *Osculetur me osculo oris sui. Tangat A me dulcedine praesentiae sua, quem saepius a prophetis promissum audivi. Quia meliora sunt ubera tua vino. Dulcedo evangelicas doctrinæ austoritate leguli melior est. Fragrantia unguentis optimis. Dominus Spiritus sancti: A christma Christus, id est, ab unctione unctus, quod nomen cum gratia sancti Spiritus in baptismio effunditur in omnes fidèles. Ideo adolescentes dilexerunt te. Electorum animæ gratia baptismatis renovatae.*

2. *Trahe me post te. Ut ascendentem in celos sequar. Introduxit me rex in cellaria sua. Fide in gaudia coelestis patria interna. Exultabimus, et latibularum in te memores uberum tuorum super vinum. In te, non in nobis; memores per omnia, fidei gratiam super legis esse doctrinam. Recti diligunt te. Nullus te diligit nisi rectus; et nullus est rectus nisi qui te diligit. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem. Vox Ecclesiæ de suis pressuris. Nigra in pressuris persecutionum, sed formosa in decore virtutum.*

3. *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. In tentatione obscurata dæmonium, formosa in mortificando desideria carnalia. Nolite me considerare, quod fuscus sim, quia decoloravit me sol. Nolite mirari, si hominibus despici sim foris ob tentationem testus. Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodi. Acerbitas filiorum Synagogæ me fecit vineam Jerosolymis non custodire, sed multarum esse vinearum, id est, Ecclesiarum per orbem custodem. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubas in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Indica mihi pastorem meum, quem tota mente diligo, et in quibus pascas et requiem habest, ne, testu tentationum turbata, per sodalium, id est, hereticorum conveuticula eum quærere incipiam.*

4. *Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum tuorum. Si ignoras, te sub bujusmodi tentationum conditione mibi esse sponsata, egredere a meo conspectu, et variis errantium actus seque. Et pasce hædos tuos juxta tabernacula pastorum. Id est, perditos nutri auditores, secuta iusipientium doctrinas magistrorum. Equitatu meo 192 in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Sicut priore populum de Egyptio liberavi timore, sic te, sponsa mea, si in me confidaris, liberabo inanibus minis.*

5. *Pulchrae sunt genæ tuæ, sicut turturis. Tanta te verecundia salutaris virtute decoravi, ut castitatem promissæ mibi fidei nulla doctorum pravorum seductione corrumpas. Collum tuum, sicut monilia; murenas aureas faciem tibi, vermiculatas argento. In collo doctores designantur. In monilibus opera exprimuntur, quia ea quæ verbo docent operibus ostendunt. In murenulis Scriptura sacra ostenditur, quæ auro spiritualium sensuum fulget interior, et argento cœlestis eloqui nitet exteriorius.*

6. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Rege Christo in beatitudine cœlestis secreti quiescente, sanctorum virtus magnæ nobis gratiam suavitatis administrat. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Mors dilecti mei, quam pro mea salute subiit, sem-*

CAP. I. — N. 4. *Quid de hac Expositione sentendum sit, in Isidorianis, dixi, c. 65, n. 45 seq. In Cantico cantorum mystice interpretando Hebrei, sanctique Ecclesiæ Patres consequuntur. Inter cætera opus Ludovici a Ponte in Cantica cantorum dignum maxime est quod legitur. Pro a christma fortasse legendum a chrysostate.*

A per in mea memoria commorabitur. Botrus cypri dilectus mens mihi in vineis Engaddi. Qui fuit fasciculus myrræ in amaritudine passionis, ipse est botrus Cypri in dulcedine resurrectionis. Myrra tristificat, vinum latifical. In vineis Engaddi propter charismata divina, que post resurrectionem largi tui est in baptismio suis participibus. Engaddi, locus boedi, baptismum significat.

7. *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es. Pulchra in simplicitate cordis et munditia operum. Oculi tui columbarum. Quia sensus tui spirituali sunt intelligentia predit.*

8. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, ecce tu pulcher es. Tu solus naturaliter pulcher, ego ex te pulchra. Lectulus noster floridus. Pax sanctæ Ecclesiæ et virtutibus sanctis florescit, et spirituali prole multiplicatur. Tigna domorum nostrarum cedrina; laquearia nostra cypressina. Tigna et laquearia doctores sunt in sancta Ecclesia propter munimenta et decorum. Cedrina et cypressina propter eximias virtutes eorum et odorem bonæ vitæ.*

CAP. II. — 1. *Ego flos campi, et lilyum corallium. Ego decus mundi, et gloria humilium. Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Tu requiem queris, et laudes lectuli; recordare quod candior tribulationum aculeos officeris, et major est fructus predicationis, quam quietis.*

2. *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Sicut malus visus, odore, gustu, antecellit ligna sylvestria, sic Christus antecellit omnes sanctos, qui illi Dei dicuntur, sed gratia, ille solus natura. Sub umbra illius quem desideravram sedi. Eodem protegente, quem semper adesse quæsivi, quiesco, et secura permaneo. Et fructus ejus dulcis gutturi meo. Quia gratia sue cœlestis dulcedine me refecit.*

3. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Cella 193 vinaria Ecclesia debet intelligi, in cuius unitate solummodo Spiritus sanctus dari solet et accipi. Cujus gratia hoc loco vini nomine designatur. In qua cella ordinata charitas est, ut quisquam Deum toto corde plusquam seipsum diligat. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languesco. Consolamini me exemplis, seu incipientium, seu terminantium viam salutis, duuaduc in hujus peregrinationis tædio amore supernoæ visionis languesco. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplectabitur me. In lava Christi temporalia ejus bona, in dextera perpetuae vitae beatitudo designatur. Quia hic per spem mentem roboret, et illic per remunerationem glorificat.*

D 4. *Adjuro vos, filiae Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitetis, nec evigilate factis dilectam, quo adusque ipsa velit. Contestor pacificas fidelium animas, per suas quæcumque virtutes, quæ per munda et ruminantia animalia signatae sunt, ne pia fratrum studia aliqua importunitate impediant; sed sic quisque de proximi profectu, sicut de suo gaudeat.*

5. *Vox dilecti mei. Subauditur, haec est; quem audi adjurantem filias Jerusalem, ne me in ejus amplexu quiescentem susciarent. Ecce iste venit satiens in montibus, transiliens colles. Tales enim saltus fecit*

6. *Quod Sponsa in Canticis Ecclesiam exhibeat, censem plerique Patres et interpretes recentiores.*

5. *Murenuma est a murena; nihilominus multi scribunt murenuma sine diphthongo.*

CAP. II. — N. 3. *Cella vinaria typus Ecclesiam significari, docent etiam Cassiodorus, Ausilius, Beda, et alii sacre Scripturæ interpretes.*

dilectos meus. De cœlo venit in uterum, de utero in præscipium, de præsepio in crucem, de cruce in sepulcrum, de sepulcro rediit in cœlum. Iste, qui elevatus est super omnes montes, et colles; id est, sanctorum altitudines.

6. *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum.* In assumptione carnis et humilitate capræ; in varietate virtutum et innocentia hinnulo cervorum Christus comparatur, id est, patriarcharum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, propiciens per cancellos. Indutus pariete nostra mortalitatis latuit, sed propiciens ad nos per cancellos, et fenestras miracula fecit, ut ex miraculis appareret Deus, qui ex passionibus latuit. En dilectus meus loquitur mihi. Ad prædicandum me bortatur, dicens:

7. *Surge, propra, amica mea, formosa mea, et veni.* Surge de stratu quietis, in quo tuimet solius curam agere queris; propra tu, et veni ad impendendam etiam proximis curam salutis per studium sedulæ prædicationis. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit. Jam frigus infidelitatis, et unbar iniquitatis recresserunt, quæ totum orbe usque ad tempus Dominicæ incarnationis tegebant. Flores apparuerunt in terra nostra. Id est, initia fidei et justitiae floruerunt in mundo, crescente Ecclesia.

8. *Tempus putationis advenit.* Id est, ut, amputatis inutilibus vanæ religionis sarmentis, futuro fidei fructui præparentur corda hominum. *Vox turritis audita est in terra nostra.* Id est, Christi Salvatoris nostri dicentis: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Ficus protulit grossos suos.* Veteris legis præcepta ceciderunt. *Vineæ florentes 194 dederunt odorem.* Id est, evangelicus populus, seu vites florentes sanctæ conversationis odorem longe lateque dederunt.

9. *Surge, propra, amica mea, speciosa mea, et veni; columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceria.* O sponsa, et amica, cui tanta obtuli bona, surge, et veni, accingere ad certamen, unde æternam quietiem accipies. Columba mea, per infusionem sancti Spiritus. In foraminibus petrae, id est, vulneribus, quæ pro salute sponsus sponsum accepit. In caverna maceria, id est, custodia virtutum cœlestium. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Vox, videlicet, laudis, vel prædicationis. Vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Illius namque vox Domino dulcis est, cui dulce vel verbum Domini annuntiare, vel ipsi Domino laudes resonare. Et illa fides decora est, quæ, ex operibus ornata, adversa pati non metuit.

10. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas.* Id est, vincite hæreticos, et schismaticos, pravos fidei, et dolosos verbo, qui dente pravæ doctrinæ rudes fidelium mentes lacerare solent. *Nam vinea nostra florsit.* Id est, late electorum plebes germinant.

11. *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Id est, solus mihi dilectus, et solus adjutor mihi est. Et ego illi sola sum dilecta, quia nullus alijs recte diligit Christum, nisi unica Ecclesia, et nulla alia ab eo diligitor. Qui pascitur inter lilia. Id est, munditia fidei, et candore virtutum. *Donec aspiret dies, et inclinentur umbras.* Donec venturi saeculi lux oriatur æterna, et umbras, id est, errores præsentis vitæ transeant. Revertere, similis esto capreæ, hinnuloque cervorum super montes Bethor. Obsecro, dilecte mi, ut saepius dulcedine visitationis tua revertaris ad me, qui carne, quam de patriarcharum origine sumpsisti, super omnes altitudines cœlestium montium ascendi, ut laborem peregrinationis meæ speculatione eternæ patriæ releves.

CAP. III.—1. *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea;* quæsivi, et non invi. Jam dum, inquit, multo studio quæsivi Dominum; sed quia adhuc illecebris carnis meæ subditus fui, et teubris ignorantia obsecata, non inveni lumen veri-

A tatis, id est, Dominum. *Surgam, et circibo civitatem,* per vias et plateas queram quem diligit anima mea, quæsivi illum, et non inveni. Proposui animo meo surgere de lectulo carnalium voluptatum, terras ac marius circumire, et philosophorum audire magisteria; sed nec sic inveni illum.

2. *Invenierunt me vigiles, qui custodiunt civitatem.* Num quem diligit anima mea, vidistis? Vigiles sunt qui custodiunt Ecclesiam apostoli, et doctores, qui gentilitatem veritatis indagino sollicita invenierunt. *Paulum, cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea.* Dum me illorum magisterio tradidi, mox lumen veritatis, quod quæsivi, inveni. *Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ,* et in cubiculum genitricis meæ. Teneo illum firma fide, donec in fine saeculi per officium prædicationis introducam illum in domum, et in cubile 195 Synagogæ, quæ me genuit in Domino, et sit unum ovile, et unus pastor.

3. *Adjuro vos, filie Jerusalem, etc.* Ideo hunc versum repetit sponsus, ne minorem Ecclesiam gentibus congregata, quam de Judæis habere sollicitudinem putaretur, sed ut sit de utrisque una sponsa, et illa dilectionissima.

4. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Miratur Synagoga quonodo gentium populus, nullo circumcisionis mysterio emendatus, nulla prophetarum admonitione eruditus, subito ab infinitis voluptatibus per desertum idololatrias et gentilitatis ad alta virtutum culmina, et sponsi amplexus ascendisset. *Sicut virgula sumi ex aromatibus.* Igne amoris accensa oumi nisi virtutum ad cœlestia tendit.

5. *Myrræ, et thuræ, et universi pulveris pigmenti.* Ex mortificatione carnalium voluptatum, et puritate orationum, et omnium virtutum odore. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israel.* Lectulus Salomonis est conversatio sanctorum; sexaginta fortes prædicatores sunt sancti, et fortissimi bellatores, qui mundo corde digni sunt dominum videre.

6. *Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Tenent enim gladium spiritus, quod est verbum Dei, qui quod ore docent opere complent. Uniuscujusque ensi super femur suum propter timores nocturnos. Nocturni timores sunt in die tentationis occulti. Ensis predicatoris est custodia vigilans, carnis concupiscentias premens, ne verbum prædicationis immunditia vite maculet.

7. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* Ferculum Salomonis est sancta Ecclesia, quæ credentes ad æternæ beatitudinis epulas levat, quæ de foribus animo, quasi de lignis impetrabilibus, constructa est. Columnæ ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum. Columnæ argenteæ sunt doctores eloquilius fulgentes. Reclinatorium aureum est spes perpetua quietis fidelibus promissa.

8. *Ascensum purpureum.* Quid est ascensus purpureus, nisi martyrum sanguis, et passio Redemptoris nostri? quia non ascenditur ad epulas vitae, nisi per mysterium passionis Christi. *Media charitate constravit propter filias Jerusalem.* Omnis enim qui charitatem habet Dei et proximi, ad hanc requiem, et ad eas epulas letus perveniet. Hæc omnia ornamenta Ecclesie præstiti Christus omniam charitatem, qua dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis.

9. *Egredimini, et videte, filii Sion, regem Salomonem.* Egredimini mente, et actu de turbulentis mundi cœnversatione, ut regem pacis valeatis videre. *In diademate, quo coronavit eum mater sua.* Videte Dominum Christum in humanitate, quoniam de Virgine marie suscepit, in majestatis paternæ dextera collocavit. *In die desponsationis illius.* Id est, in tempore incarnationis illius, quo ad copulandam sibi Ecclesiam sponsam ex virginali uteo processit. *In die letitiae cordis ejus.* Id est, redemptionis humani generis, quæ fuit dies letitiae Christi.

**196** CAP. IV.—**1.** Quam pulchra es, amica mea; quam pulchra es? Pulchram dicit Ecclesia, et pulchram repetit, quia hanc est actione et praedicatione vides esse laudabilem. Oculi tui columbarum. Sensus tui spiritualium sum rerum contemplatione excellentes, ac venerandi. Absque eo quod intrinsecus latet. Magna est gloria quippe aperti operis, sed longe incomparabilius aeterna retributionis, quae necdum visideri potest.

**2.** Capilli tui, sicut greges caprarum. Possunt in capillis populi fideles accipi, qui maximum decus sua numerositate praebent Ecclesiae. Quae ascenderunt de monte Galaad. Galaad acervus testimonii interpretatur, qui bene convenit adunatae multitudini sanctorum. Deiles tui sicut greges tonsorum. In capillis fragiliorum, in dentibus vero perfectiores quique ad regendam Ecclesiam apli designantur.

**3.** Quae ascenderunt de lavacro. Id est, fonte sacri baptismatis, qui et tonsi, et loti sunt, hoc est, mundi renuntiando seculo, et vita lavacro mundati. **Omnes gemelis fetibus,** et sterilis non est in eis. Non est qui fetus boni operis in eis non agat. Sicut vita coccinea, labia tua, et eloquio tuum dulce. Vitta coccinea doctrina veritatis intelligitur. Labia sponsae coco assimilantur, quia dominici sanguinis quo redempia est, premium praedicare non cessat Ecclesia, vel quia praedicatione sancta ardore charitatis flammescit.

**4.** Sicut cortex mali Punici, gena tua. In geno verecundia, in malo Punico passio Christi exprimitur. Habet ergo ruborem in geno sponsa mali Punici, cum sacramentum dominicæ crucis verbis facetur, et factis probat. **Sicut turris David, collum tuum.** Turris Ecclesiae est, collum praedicatorum, quorum fides et constantia in eadem civitate firma est, et undique inexpugnabilis. Quae aedificata est cum propugnaculis. Propugnacula autem ejus civilis Scripturarum sanctorum munimina sunt, vel Patrum præcedentium.

**5.** Mille clypei pendunt ex ea. Quia, quot in diversis libris praecipia sunt, toti subiectoris nostri munimina, quibus contra insidias omnes defendimur. **Omnis armatura fortium.** Omnis instructio est vel operationis, vel doctrinae ecclesiastice, per quam non solum evadimus, sed etiam superavimus. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli caprea genelli; qui partuntur in illis, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Duo ubera, duo sunt populi ex circumcisione venientes, et gentilitate; qui per humilitatem quidem parvus se intelligunt, et peccatores, sed charitate currentes, omnia obstatua mundi transeunt, qui pascentur in illis, hoc est, candidissimis sanctorum Patrum exemplis, donec presentis mortalitatis umbras aeterno die aspirante transeamus.

**6.** Vadam ad montem myrræ, et ad collum thuris. In myrra mortificatio carnis, in thure devotionis orationis exprimitur; quasi diceret sponsus: Frequentabo eos, et pia propitiis illustratione glorificabo, quos in passionis, sive orationis virtute sublimes esse perspicio.

**7.** Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano. Libanus candor interpretatur, id est, anima bonis actibus candidata, quam tortio hortatur **197** sponsus ut veniat. Primo vivens in carne per bona opera; secundo, absoluta carne ad percipiendam vitam beatam; tertio, recepto corpore ad fruenda post resurrectionem gaudia perfecta.

**8.** Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Leones propter superbiam, pardi propter crudelitatem maligni sunt spiritus; montes vero Amana superba intiduum corda, ubi humundi spiritus sedem habent, designant. Dum sancti praedicatorum tales ad viam salutis convertunt, coronantur de capite, et vertice montium, id est, principibus super-

A borum, quis de labore certaminis crevit corona gloriae.

**9.** Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, perfugasti cor meum. In vulneratione cordis in glorianda amoris Christi in Ecclesia intelligitur. In uno oscularum tuorum, et in uno cruce colli tui. In unitate sancta doctorum, id est, octolorum, et unitate sancta plebis, id est, capillorum. Quam pulchra sunt matrem tuæ, soror mea sponsa. Item in mammarum nomine sancti doctores designantur propter consolacionem infirmorum et parvolorum sustentationem que lache exprimitur. **Pulchriora sunt uera tua** in vino. Suavitas gratia pulchrior est austerior legis. Et odor tuorum unguentorum super omnia aromata. Fama suavissima diffusa per totum orbem fideli latet est quam veteris legis et patrum in ea, que in culto Iudea coangustabatur.

**10.** Favus distillans fabula tua, sponsa. Favus mel in cera est. Mel autem in cera spiritualis est divinorum sensus, in littera mel stillans, quia multipliciter sensus pene singulæ sententiae habent: fabula spiritualis sunt doctorum, qui multis faros sensus aeris litteris inesse pandunt. **Mel et lac sub lingua tua,** ha lacte eruditio parvolorum, in melte perfectior doctrina fortiorum signatur; sublingua, id est, in meditatione cordis.

**11.** Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Vestimenta Ecclesiae opera sunt ejus, quae odori thuris comparantur, quia cuncta, quae sancta pro Domino agit Ecclesia, orationum pro ea vicem redundat. **Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fors signatus.** Hortus conclusus Ecclesia est, quia multularia spiritualium operum germina gignit; fors est, quia doctrina salutari redundat; conclusus, quia Domini protectione munita persistit: signatus, sermone fidei.

**12.** Emissiones tuae paradisus malorum Punicorum, cum pomorum fructibus. Per irrigationem sacri baptismatis Ecclesia paradisum ex se emisit malorum Punicorum, id est, sanctorum martyrum: cum pomorum fructibus, id est, cum sanctorum virtutum fructu. **Cypri cum nardo, nardus, et crocus.** Cyprus arbor aromaticæ est, significatque ecclesiæ gratia benedictionem. Nardus dominicae passionis typum; crocus charitatis fervorem exprimit; conjungitur cypris nardo, cum divina gratia confortat nos **198** pro Christo patientem nardus croco conjugatur, cum charitate Christi mortem liberato suscipimus.

**13.** Fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani. Fistula, quæ et cassia, arbor aromaticæ est, sed modica, et ideo spiritu bimiles designat. Item cinnamomum qui seipsos despiciunt signat. Quæ et ipsa est brevis arbos, sed odorifera et dulcis. Sed fumigatio magnam habet laudem et dulcedinem apud Dominum. **Cum universis lignis Libani.** Sicut fistula et cinnamomum humiles sanctorum cogitationes signant, ligna Libani sublimes eorum actiones demonstrant. Myrrha et aloë arbores sunt aromaticæ, quæ continentiam carnis exprimunt.

**14.** Cum omnibus primis unguentis. Id est, charismatibus virtutum excellentioribus, et pulchra est conjunctio harum arborum, quia dum carnem a lascivis refrenamus, consequens est ut majora spiritus dona porcipiamus. **Fons hortorum, palus aquarum viventium,** quæ fluunt impetu de Libano. Utrumque Ecclesia; et fons est hortorum, quæ spiritantes gignit fructus, et palus aquarum viventium, quæ impetu fluunt de Libano, propter occulta mysteria quæ sancti propter revelationem sancti Spiritus eos panduntur; aquarum viventium, propter eloqua divina, quæ de invisibilibus divinis gratia precedunt thesauris; de Libano, de ipsa Ecclesia dicti, quæ et

CAP. IV.—N. 12. Calmetus, ad cap. 1, 13, ita cyprium describit: *Arbuscula maii Punici altitudine, foliis oleo similibus, albo et odorato flore, fructu in-*

*star racemi pendente, odore suavissimo. De aliis arboreis odoriferis conferti potest Isidorus, in Etyolog., lib. xvii, cap. 7 et 8.*

*candida est per munditiam illae, et alta per virtutem gloriae.*

18. *Surge, Aquila, et veni, Auster, perfla hortum meum.* In Aquilone enim aduersa mundi, in Austro blandimenta designantur, qua gemina impugnatione probatur Ecclesia. *Consurge permittens vox, non imperantis.* Et fluant aromata illas. Id est virtutum constantiam iniro odore dispergat.

CAP. V. — 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Veniat Dominus in Ecclesiam suam, ut eam ipse conservet immaculatam ubique, et fidei fruge secundet. *Et comedat fructum pomorum suorum.* Et libenter accipiat, gratauerque inspiciat opera servorum suorum.

2. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa.* Veni (inquit) sepsibile in Ecclesiam meam, et venio, ut corrigam, adjuvem, et conseruam. *Messui myrram meam cum aromatis meis.* Per myrram passio, vel mortisfatio, per aromata onines virtutes exprimuntur. Multa myrram cum aromatis, quando martyres cum caeteris electis ad maturitatem præmiorum perduti.

3. *Comedit savum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* In favo et vino prædicatores, in melle et lacte auditores intelliguntur, et utrosque internus judex approbat et remunerat. *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi.* Amici, faciendo quæ præcipio, obsecro, ita facili sanctorum, quasi epulis præcipuis, præcordia vestra replete.

4. *Ego dormio. Donatio gratia Dei, in pace præsentis vita eum colo. Ei cor meum vigilat.* Quo tranquillus sub incursibus externis quiesco, eo altius in ius video quam bonus est Deus. *Vox dilecti mei psalantis.* Pulsat ostium cordis, cum Dominus nos ad profectum virtutum excitat. 190. *Aperi nihili, id est, cor paude nihili, soror mea.* Atrita mea, quia arcanorum meorum conscientia. Columba mea, quia spiritus mei dono illustrata. Immaculata mea, quia sola aspectu meo digna.

5. *Quid caput meum plenum est rora, et cincinni mei guttis noctiam.* Caput Christi Deus. Cincinni sunt fideli um collectiones. In rora et guttis noctium frigens charitas in multis ostenditur quam in Domino et proximis habere debuerunt, luto necessario excitat. Dominus fideles quoque ad prædicationis studium, quo provocata ad laborem docendi respondet Ecclesia.

6. *Exspoliavi me tunica mea, quomodo induar illa?* Ac si aperte dicat, deserui negotia secularia tui causa, quomodo repeatam illa? *Labi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Jam sorentis compunctionis fletibus ablui cogitationes terrenas; quomodo mundi sordibus terreni polluar? quia prædicationis officium sine occupatione seculari via esse potest.

7. *Dilectus mens misit manum suam per foramen.* Manum quippe suam dilectus per foramen misit, cum nos Dominus occulta invisibiliter compunctione ad opus virtutum accedit; nobisque in memoriam revocat, quonodo et quanta de sinu Patris descendens pro nobis est passus. *Et tenet meus intremuit ad tactum ejus.* Haec recolens intima conscientia sponsa, tota expavescit; et pigritham quietis accusans, ad laborem prædicationis festinat; unde sequitur.

8. *Surrexi, ut aperirem dilecto meo.* Id est, verbum Domini prædicarem. *Manas meæ stillaverunt myrram, et digitæ meæ pleni myrra probatissima.* In manus enim opera, in digitis deseratio signatur. In myrra continetia et passiones: quæ tunc probatissima est, cum solumentu pro charitate Dei et proximi vel continentia sit, vel passiones sunt.

9. *Pessulum ostiæ mei aperit dilecto meo.* Pessulum dilecto aperit, qui templum sui pectoris divina visitatione et inhabitatione dignum fecerit. Ille declina-

A *versus, atque transierat.* Quia nulli in hac vita plena visio Dei, sieut in futuro conceditur, ideo transire dicitur dilectus, id est, in futurum se videendum et perfruendum plenus ostendit.

10. *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Quanto suavis, inquit, vocem atque viciniam dilecti mei occupi, tanto sublimius quidquid in me frigidum erat, charitate incaluit; et quidquid rigidum erat, liquefactum est. Quæsivi, et non inventi illum. Quia donum compunctionis et dulcedinis intimæ non in arbitrio est volentis, sed in miseratione dominantis, ideo non semper habent illum sequaliter, quia non ita se offert Deus in exilio laborantibus quomodo in patria regnantibus.

11. *Intervenerunt me vigiles, qui circumveniunt civitatem, percusserunt me, vulneraverunt me, interunt pallium meum mihi custodes murorum.* Custodes civitatis, id est, Ecclesia, sancti sunt doctores, qui sedula prædicatione circumveniunt corda singulorum, et spiculis coelestis amoris vulnerant, 200 et, ut magis ardenti, inflammascent, et vetustæ conversationis lumen eis subtrahunt.

12. *Adjero vos, filia Jerusalæ, si inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore tangere.* Merito languet sponsa, cum gladio verbi Dei percussa, terruunt exult amictum; et filias Jerusalæ, id est, Deo dignas animas adjurat, ut sui amoris magnitudinem ad Dominum referant; et pro ejus videunda gloria supernum sibi poscant auxilium.

13. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos?* Ubacero te, quia sic adjurasti me, ut amore quo te langescere dicis me quaque per verbum prædicationis facias ardevere, et mihi ostendas qualis sit dilectus tuus ex ea parte qua possit dñigi, non timeri, quia perfecta charitas foras mitit timorem.

14. *Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex millibus.* Candidus, quia sine peccato; rubicundus sanguine passionis Christi, qui solus mediator Dei, et hominum. *Caput ejus aurum optimum.* Caput Christi Deus, qui solus bonus et optimus. *Comæ ejus sicut elat e palmarum, nigrae quasi cornua.* Comæ cæteræ sunt sanctorum, quæ Deo fidelis simulatu adherent. Elata, vel electæ palmae propter caput Christi, nigrae ob pressuras.

15. *Oculi ejus quasi columbae super rivulos aquarum.* Oculi ejus doctores sunt, per quos Ecclesia videt quæ recia sunt; qui bene columbe propter simplicitatem, et rivulus aquarum propter charismata divina comparantur. *Quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluentia plenissima.* Lacte lotas dicit, id est, gratia divina et dulcissima inundat; et resident juxta fluentia plenissima, id est, omnium donorum spirituum abundantia. Potest in rivulis veteris legis eruditio, et per fluentia plenissima perfecio evangelice doctrinæ signari, quia sancti prædicatores de thesauris suis proferunt nova et vetera.

16. *Genit illius, sicut areola aromatum consistit a pigmentariis; labia ejus lilia distillantia myrram primam.* In genit Salvatoris nosiri et modesta pietas shinul et soveritas exprimitur. Areolis aromatum virtutes, et dulcedo, et fama designantur. Consiste a pigmentariis prophetis et apostolis, his futuræ incarnationis ejus arcana, illis facta narrantibus. Labia ejus verba sunt doctrina ejus. Lilia, quia claritatem coelestis regni promittunt. Distillantia myrram primam, quia per contemptum voloplatiæ præsentium ad hanc pervenientium esse prædicant.

17. *Manus illius tornatiles, aureæ, plena hyacinthis.* Manus, id est, opera, quia quæ verba docuit, lacris implevit. Tornatiles, quia in se omnem regulam iustitiae tenent. Unde dicit: Oportet me omnem iustitiam adimplere. Sunt et manus aureæ, quia omnia

B. *Frigens charitas, etc.* Ia sive sanctus Angustinus, tract. 57 in Joann., et alii Patres, et sacra Scripturae interpres ad hunc locum.

qua in homine gessit, divitias glorias perfecit. Plena hyacinthis, quia ad spem nos celestium atque amorem excitant, quia hyacinthus aurei coloris gemma est.

18. *Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris.* Venter dilecti fragilitatem humanitatis ejus designat, eburneus decorum castitatis. Sapphirus **201** sublimitas est celestium virtutum. Distinctus sapphiris, quia partim humana fragilitas esurie, tentatione, fatigatio, morte, partim divina celitudo miraculis, resurrectione et ascensione gloria-intelligitur.

19. *Crura illius columnæ marmoreæ, qua fundatae sunt super bases aureas.* Crorum vocabulo itinera incarnationis Christi insinuantur, qua columnis marmoreis propter firmitatem et rectitudinem comparantur. Fundatae super bases aureas, quia quidquid de eo vel per eum gestum est, omnia divinae provisionis consilio ante tempora saecularia disposita sunt.

20. *Species ejus, ut Libani, electus, ut cedri.* Ut Libanus celitudine et gratia arborum alios montes, sic Dominus Christus omnes sanctos meritorum celitudine et gratia virtutum antecellit. *Electus, ut cedri.* Sicut alias arbores, qua in Libano nascuntur, cedri superant dignitate sua; ita Christus omnes qui in Ecclesia ad vitam nascuntur sua transcendit gloria.

21. *Guttur illius suavissimum.* In gutture interna dulcedo verborum illius memoratur, quam qui sapit, non esurit. *Et totus desiderabilis.* Quid amplius queris? Totus desiderabilis est, quia totus Deus, et totus homo, in quem desiderant et angeli propicere. Deus in majestate Patris, homo in virginitate matris. In illo creator, in hac salvator.

22. *Talis est dilectus mens, et ipse est amicus mens.* Quanto devotionis quisque diligit Dominum, tanto familiariter habet amicum Dominum. E talem necesse est ut intelligas eum, si vis eum amicum habere. *Quo abii dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* Vox Synagoga; pro decore enim carminis variantur personæ colloquentium. Sed tantum Christi Ecclesia, quia sponsæ vocabulo exprimitur, designatur pulcherrima mulierum. Pulchras sunt singula Ecclesiae sanctorum; sed pulcherrima universitas totius sanctæ Ecclesie per totum orbem. *Quo declinavit dilectus tuus, et quaremus eum tecum?* Qui aliquando in terra corporali specie versatus est, dic, quo declinavit ille, ut sequamur illum tecum?

CAP. VI. — 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum.* Quasi dixisset, illus descendit in hortum, id est, Ecclesiam suam, ut eam fonte gloriarum suarum, quasi aream aromatum, irrigaret, ut virtutum floribus germinaret. *Ut pascatur in horis, et lilia colligat.* Ego dilecto meo locum habitatioris preparo in me, et ipse mihi apud se, qui sei per inter sancta desideria mentium castarum pascitur. Hactenus sanctæ Ecclesie vox est querentis ac laudantis; nunc, quid quæsusit respondet, subinfertur.

2. *Pulchra es, amica mea, suavis et decora, sicut Jerusalem.* Sanctam Ecclesiam suam amicam dicit, quia ejus virtus desideriorum visioni jam pacis intimæ assimilatur. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Id est, charitate unita, et compacta, ut nullus locus hosti per malum discordiarum aperiatur, quia solumente in unitate pacis terribiles sumus tuos.

3. *Aberte oculos tuos a me, quia ipsi me arolate fecerunt.* Id est, oculis mentis tuarum nisi quædere in tua peregrinationis minore perfecte me cognoscere, quia fieri non potest; quia quo intentius agnoscere queris. **202** eo certius incomprehensibilem intelligentiam; et non quædere in via premium, quod in patria reservatur. *Capilli tui, sicut greges caprarum,* etc. Qui versiculi prius positi sunt, sed repetitio firmatatis est iudicium. In capillis populi, in dentibus

A doctores, in gemellis fetibus præcepta charitatis intelliguntur.

4. *Sicut cortex mali Punici, sic genæ tuæ abeque occulis tuis.* Genæ sanctæ Ecclesie spirituales sunt Patres, qui virtutibus sunt mirabiles, et moribus venerabiles, et in Christi cruce gloriari non erubescentes. Et haec magna sunt valde, quæ videntur in ea; sed multa majora quæ non videntur, et in futuru reservantur.

5. *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus.* Reginæ sunt, quæ amore sponsi et colesis premii intuita per predicationem veritatis et sacri baptismatis fontem solebilem æternæ regi spirituali generant. Concubinæ sunt, quæ carnali solūmodo commodo Christum prædicando, vel baptizando, docent; et ideo illæ perfectione senarii numeri, per denarium, propter decalogum designantur. Adolescentulæ sunt animæ nuper Christo renatae, quarum summa propter multitudinem civium celestium numerum transcendent.

6. *Una est columba mea, perfecta mea.* Sancta videlicet et universalis per totum orbem Ecclesia. *Una est matræ suæ, electa genitrici suæ.* Matri suæ, id est, coelesti Jerusalæ, quæ est mater omnium nostrorum. Unde ad nos gratia Spiritus sancti descendit, per quam nascimur Deo. *Viderunt illam filię, et beatissimam prædicaverunt.* Quas prius dixit adolescentulas, nunc filias nominat; antiqui omnes catholicam laudant Ecclesiam.

7. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens?* Progreditur Ecclesia, quasi aurora, quia iam ortus veri luminis mundo post tenebras longæ ignorantie monstratur. *Pulchra ut luna.* Quia sola justitia illustrata noctem mundi illuminat. *Electa ut sol.* Quia imaginem sui conditoris in vixi justitia, sanctitatem et veritatem portat. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Terribilis aeris potestatibus in unitate charitatis, fidei, et spei.

C 8. *Descendi in horum nucum, ut viderem pomæ convallium.* Horus etenim nucum est Ecclesia præsens, ubi nostræ conscientias alterutrum minime videamus: sed fracta testa corporis, apparebit interior dulcedinis fructus. Poma convallium fructus est humilitatis. Descendit sancta Ecclesia per doctores sanctos ad eos qui prolixient ad fructus bonos, quive adhuc indigent doctrinae irrigatione. *Et inspirerem et floruisse vinea, germinassent male Punica.* Inspicerem si virtutum studia florissent, et si qui ad exemplum dominice passionis præparati essent suum fundere sanguinem.

9. *Nescivi, anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab.* **203** Nescivi dona gracie spiritualis in te, sponsa: sed anima mea conturbavit me propter introductionem evangelicæ quadrigæ, qua Aminadab (qui interpretatur populi mei spontaneus) id est, Christus per totum vehitur mundum. Cui Ecclesia consolando mox respondeat. *Revertere, revertere, Sulamitis:* revertere, revertere, ut inuenire te. Noli turbata esse: sed revertere ad agnitionem tui Redemptoris, qui tibi toties in prophetis, et lege promissus est. Revertere puritate fidei: revertere operum perfectione, o Sulamitis, id est, captiva, iam a vinculis infidelitatis revertere ad tuum Redemptorem, ut salveris.

D CAP. VII. — 1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Tu doles synagogam obduratum: prope est tempus, quod choros bellantium adversus malignos spiritus et laudantium Dominum videbis in ea. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis!* Nunc laudes Ecclesie ab ipso sponso proleruntur; et primo operum constantia et mortificatio voluptatum laudatur in ea, quia filia oriucipis, id est, Christi, ob gratiam baptismi.

*Sulamitis cum Vulgata nostra, ex Hebreo ostendit.* Calmetus.

CAP. vi. — N. 9. *Quamvis veteres missi Codices, antiquæ Editiones ploræque, atque Ecclesia in officio, legant Sulamitis, magis tamen probandum esse*

**2. Juncturae femorum tuorum sicut monilia,** quæ fabricata sunt manu artificis. Dñorum concordia popolorum spiritualis prope secundorum in junctura femorum designatur, quia sicut monile fabricatur manus artificis, sic est ineffabili largitate conditoris nostri armata. In monili bona opera exprimitur.

**3. Umbilicus tuus crater tornatilis,** nunquam indigena pocula. Umbilicus, id est, fragilitas infirmitatis nostræ, crater, cum, conscientia mortalitatis atque infirmitatis nostræ admoniti, calicem verbi salutaris prompta mente proximis propinare satagimus. Venter tuus, sicut acervus tritici vallatus li*m*, etc. Acerbus tritici vallans liliis est, cum abundantia boni operis sola spe perpetua lucis colligitur. In ventre memoria; in tritico multiplicatio boni operis, in liliis castitas exprimitur. Item in tritico panis, et in crater potus, quæ pauperibus dantur, exprimitur.

**4. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capreae.** De duobus uberibus superius dictum est. Duo ubera doctores sunt utrinque populi. In genitissimis duo Testamenta sunt. Gemelli, propter unam concordiam. Collum tuum sicut turris eburnea. Item in collo doctores designati sunt, qui turri eburneæ propter firmatatem et pulchritudinem comparantur. Qui civitati Dei et robur præstant, et decus.

**5. Oculi tui sicut piscinae in Hesebon,** quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Item oculi Ecclesiae doctores propter nutrimentum. Et recte piscinae comparantur, quia fluente doctrinae suis auditoribus præbere non cessant. Hesebon cingulum mœroris interpretatur, quia sancti pro vana lascivia carnis cingulo abstinentia constringuntur; et bene in porta multitudinis, ob abundantiam populorum concurrentium per portam fidei in Ecclesiam.

**6. Nasus tuus sicut turris Libani,** quæ respicit contra Damascum. Item in naso verbi Dei dispensatores causa discretionis designantur. Turris, quia eminentissimum locum tenet in Ecclesia, que respicit contra 204 Damascum, id est, sanguinarium et impiatum (quia Damascus sanguinem bibens interpretatur): significat carnales et crudeles, contra quos sancti doctores, in turri Libani, id est, in imitate Ecclesie semper vigilant.

**7. Caput tuum ut Carmelus,** et cornæ capitum tui sicut purpura regis juncta canalibus. In capite mens designatur, in cornis cogitationes. Et sicut capite membra, ita cogitationes mente reguntur. In Carmelo, id est, sublimibus, et passione Christi, quæ nomine purpura exprimitur, versantur. Canales, præcordia sanctorum, in quibus alligantur tales cogitationes.

**8. Quam pulchra es, et quam decora, charissima, in deliciis.** Pulchra fide, et opere decora, charissima in deliciis, id est, spiritualibus virtutibus. Statura tua assimilata est palmae. Id est, rectitudine operis operis dona semper ad victoriam tendit. Et ubera tua botrys. Uneribus doctores ecclesie propter hoc primus eruditio comparauntur, et botrys æquatur propter mysterium dulcissimum aeternitatis.

**9. Dixi: Ascendam in palmam,** et apprehendam fructus ejus, et erunt ubera tua sicut botrys vineæ. Aproposito enim v. curiosissima crux palmae comparatur, in quam Christus ascendens apprehendit fructus ejus, id est, dona quæ laetus est sanctæ Ecclesie, quæ ex illo tempore botros vineæ germinavit, id est, sanctos doctores, qui majori scientia et gratia propter crucem et resurrecti nem Salvatoris abundant.

**10. Odor oris tui sicut malorum,** guttur tuum sicut vinum optimum. In gutture vox presentis docet ratione, in odore fama absentis demonstratur. Et ideo vino illa propter fragrantiam virtutum, hæc malis ob suavitatem absentis famæ comparatur.

**CAP. VII. N. 7. In Vulgata est vincita canalibus.** In Mss., saepè, *vincita*, et *juncta* confunduntur. Existimant nonnulli *Carmelum* pro purpura sumi ex *Hebreo carmel*, seu *carmil*, ex quo fortasse est

**11. Dignum dilecto meo ad potandum,** labiisque et dentibus illius ad ruminandum. Rapuit enim sponsa verbum ex ore sponsi, quia ille vino optimo eam comparavit et subjecit: *Dignum dilecto meo*, id est, tanta sublimitas est evangelica predicationis, quod ipse dilectus primus per hanc in carne apparet, mundo iter cœlestis apernit. *Labiisque et dentibus*, id est, apostolis prædicatoribusque maximis dedit ad meditandum.

**12. Ego dilecto meo.** Et non alteri, cui totam curam servitutis et dilectionis impendo. *Et ad me conversione ejus.* Me solam diligit et adjuvat, ne deficiam in via. *Egrediamur in agrum, commoremur in vilis;* mane surgamus ad vineas; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiant, si floruerunt mala Punicæ. Quia nullatenus Ecclesia vel ad hene operandum egrediendo procedere, vel in exercitio bona operationis persistendo commorari, vel saltum ad propositum bene agendi assurgere, vel animos auditorum suorum, quantum proficerint, discernere sufficit, nisi gratia Dei adjuta, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum*, etc. Item in agro Christiani, in vineis Ecclesie, in floribus fides, in fructibus virtutes, in 205 malis Punicis martyrum designatur. In his enim singulis sponsa dilecti sui presentiam querit.

**13. Ibi dabo tibi ubera mea.** Id est, parvulorum meorum pædagogos: quia in his omnibus proficiunt doctores sancti. *Mandragoræ dederni odorem in hortis nostris.* Mandragora propter multimoda medicaminum genera sanctorum virtutibus comparatur: porte Ecclesie doctores sunt sancti. In hujusmodi portis mandragoræ dederunt odorem, cum spiritus quisque ex se virtutum famam longe lateque spargunt. *Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, servare tibi.* Poma nova, et vetera, precepta sunt sive promissa Novi Testamenti, et Veteris: quia omnia ad ejus gratiam referunt Ecclesia.

**CAP. VIII.—1. Quis mihi dedit fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris?** Vox ista est antiqua justorum optio imm adveniendum Christi in carne. Sugentem ubera matris meæ, id est, in synagoga nasci, ac nutriti juxta humanæ conditionis naturam. *Et inveniam te foris.* Intus erat dilectus, dum in principio erat verbum; foris, dum Verbum caro factum est.

**2. Ibi deosculer te.** Id est, facie ad faciem videbo, et os ad os loquar. *Et jam me nemo despiciat.* Ante adventum Christi intra angustias Judææ tantum fuit Ecclesia; post Ascensionem in toto mundo dilatata fuit, et venerabilis. *Apprehendam te.* Id est, proupta ae fideli devotee excipiam venientem.

**3. Et ducam in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.** Peracta carnis dispensatio ne, redeuntem letis ducam in domum matris meæ luminibus. In domum matris meæ, ubi cœlestis Jerusalem mater nostra. Ibi me docebis posteriora sperare dona, quæ in lege habuisse. *Et dabo tibi poculum ex vino condito.* Id est, lerventem amorem, variis virtutum pigmentis ornatum. *Et mustum malorum granatorum meorum.* Id est, gloriosum sanctorum martyrum triumphum, qui ferventissima charitate perferunt flammulas, per quas ad te transire non dubitant.

**4. Læra ejus sub capite meo, et dezlera illius amplexabitur me.** Læra carnis Christi dona designat, et dezlera sutura sanctorum cum Christo gaudia exprimit. *Quæ est ista que ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Vox synagogæ mirantis quomodo de deserto gentilias in amplexus subito sposi ascendisset. *Deliciis affluens,* id est,

Hispanicum carmin et carmesi.

? **CAP. VIII. N. 4. Pro Et inveniam te, legendum videtur Ut inveniam te,**

oninium honorum pulchritudine. *Lunixa super dilectionem*, omnia, quæ habet ad gratiam dilecti referens. *Suum*, quem mihi soli mittendum putabam.

5. *Sub arbore malo suscitavi te. Sub arbore crucis a perpetua morte revocavi te*, ut apolos et ceteros eos ex Iudea. *Ibi corrupta est mater tua, illa violata est genitrix tua*. Id est, major plebs, Christum negando, et Barabbam eligendo, reprobata est. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*. Ut dixi ob memoriam **206** cuiuslibet rei signum aliquod ligamus. Per cor cogitatio, et per brachium designatur operatio. Si me velis habere sponsum, iustus charitas sive non sicta sit, et foris operatio devota.

6. *Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus annulatio*. Fortis est usque ad mortem mea dilectio in te, o Synagoga; sed tua temulatio dura in me sicut infernus. Sed verò temulatio in dilectionem, et eris mihi sponsa. *Lampades ejus lampades ignis atque flammarum*. Dilectionis Lampades corda sunt fidelium; ignis, propter servorem cordis; flamarum, propter operationis efficaciam.

7. *Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*. Aquas multas et flumina, tentationum dicit incursum quæ visibiliter, seu invisibiliter, animas fidelium impugnare non desinunt, quibus caritas non cedit. *Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*. Sancti vere totius domus sue substantiam pro dilectionis magnitudine quasi nihil despiciant.

8. *Soror nostra parva est, et ubera non habet*. Prima nascentis Ecclesiæ de gentibus tempora designat, quando adhuc et parva fuit numero, et minus idonea predicare verbum Dei, quæ sponsus Synagoga dixisset de ea: *Quid faciemus sorori nostræ inde, quando altoquenda es?* Aci aperte dicat: Parva quidem numero est Ecclesia gentium, et nequum verbi ministerium subire sufficit. Qui ergo tibi videtur, o Synagoga, de sorore faciendum nostra, quando altoquenda es, id est, per verbi ministerium dicens in fidem? Synagoga tacente, ipse sponsus quid fieri debeat respondet.

9. *Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea*. Aci diceret: Si aliquos habet in se fortes fide, ingenio claros, vel philosophia instructos, addamus illis propugnacula argentea, id est, scientiam divinarum Scripturarum, ut eo sa illis possint totari insirmos atque inductos. *Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrini*. Si sunt simplices, tamen docendi studio inhalantes, proponamus illis priorum exempla justorum, quo certius et efficacius

7. In Vulgata, aquæ multæ non poterunt.

adocendi opus implere possint. Cedri virtutes sanctorum et tabula latitudinem charitatis designant. Ad haec ipsa respondet Ecclesia.

10. *Ego murus, et ubera mea quasi turris*. Ex quo facta sum coram eo quasi patrem repertens, ego de vivis compacta sum lapidibus, et glutino charitatis adunata, et super fundamentum immobile adiuncta. Ubera, id est, doctores fortissimi, cum turris, qui ei parvulos nutrire sciunt, et omnia maligni expellere; et hoc mihi accidit ex eo tempore quo Christus me reconciliavit, et per eum pacem regi.

11. *Vinea fuit pacifico meo in ea, quæ habet populos*. Vinea, id est, catholica Ecclesia fructu abundans sive fuit pacifico, id est, Christo, quia omnia pacificavit in coelis et in terris, in ea congregations quæ multis populus possidet ex toto orbe, non Iudea solum. Traditur ea custodibus prophetis, vel apostolis, vel angelicis potestatibus et dignitatibus.

**207** 12. *Vir autem pro fructu*. Id est, retributione æterna hujus vineæ. *Affert mille argenteos*. Id est, pro acquisitione regni celstis, qui est fructus vineæ, cuncta quæ mundi sunt reliquit. Millennium numerus pro perfectione primitur. Id est, qui omnia reliquit. Argentei pro omni pecunia accipiuntur. *Vinea mea coram me*. Vox sponsi. Verumtamen, et i te aliis commendem eu-todibus, tamen te semper in mea habeo presentia, vobis et remunerans laboris tui devotionem in omnibus. *Mille tui pacifici, Mille tui, subauditur, argentei*. Quasi dixisset: Qui amore meo cuncta sua dimittit, in pace erit, quia omnem substantiam suam, quæ millennarii designatur, pro charitate Dei amittit.

13. *Et ducenti (id est) his qui custodiunt fructus ejus*. Qui sunt doctores sancti, qui omnia mundi dimittunt, et in verbo prædicationis laborare non cessant, hi dupli remuneratione, quæ ducentenario designatur, donantur apud me. *Quæ habitat in hortis, amici auscultant*. Quia locutio nostra fluenda est, hoc ultimum vale a me auditio. Semper habita in hortis virtutum; et scito quia amici, id est, angelici spiritus et animæ sanctorum, semper te considerant, et tuo gaudent aspectu. *Fac me audire vocem tuam*. Id est, vox prædicationis tue, dum vales, semper audiatur a me.

14. *Fuge, dilekte mi*. Aci aperte dicat: Quoniam, in carne apparen, præcepta mihil ac dona vita cœlestis conferre dignatus es, nunc his peractis, revertere in sinum Patris, o mi dilecte. *Assimilare caprae, hinnuloque cervorum super montes aromatum*. Et hoc mihi sit solutum, quia continua visione te nequeo cernere, saltem crebra, visitatio me corporali memento.

## APPENDIX VII.

### DE CONFLICTU VITIORUM ET VIRTUTUM.

1. Apostolica vox clamat per orbem, atque in procinctu fidei positis ne securitate torpeant dicit: *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* (*II Tim. iii. 12*). Et ecce quia Christianitas etiam in suis principiis jam religiosa, jamque fidelis est, desunt pie viventibus in Christo Jesu vincula, verbena, flagella, carceres, equulei, cru-

ces, et si qua sunt diversorum genera tormentorum; quomodo ergo verum erit quod per Apostolum sonuit, ut omnes pie viventes persecutionem patientur? an forte nein pacis tempore vult pie vivere in Christo Jesu, et ideo desunt ista? Quis hoc vel desipiens dixerit?

Num. 4. In Isidorianis, cap. 84, n. 20. et seqq., de hoc libro disserui, quem alii sancto Joanni Chrysostomo, alii sancto Augustino, alii sancto Ambroso, alii sancto Isidoro, alii sancto Leon Magno, alii Ambrosio Autperio ascribunt. Cajetani monitum ad hunc librum descripti, Editiones et Codices mss. recensui. Pro Editione Grialii Cyprianus Suarez

opus emendavit, sed nullas notas aut varias lectiones apposuit. Maurini inter appendices operum sancti Augustini libellum hunc reposuerunt, discrepantia lectionis alicubi notata. De titulo libri videri possunt commentarii nostri ad Psychomachiam Prudenii, ejusdem argumenti et tituli Carmen egregium.

**208** 2. In hac ergo Apostoli sententia non specialis quorundam, sed generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quidem sunt multi intra sinum matris Ecclesiae constituti, qui pie viventes in Christo, contumelias afficiuntur, opprobris, injuriis, derisionibusque lassessunt. Ita vere est illa generalis persecutio, quam Apostolus omnes pie viventes in Christo pati descripsit? Non facile diverim, cum sint quidam religiosi, quibus nemo pravorum audiat in faciem derogare. Alia ergo intelligentia est que immanior et magis noxia est, quam non mortalis intorquet severitas, sed vitiorum gignit adversitas.

3. Dum enim contra humilitatem superbia, contra veram religionem simulatio, contra subjectionem pugnat contemptus, contra Domini timorem inanis gloria, contra fraternalm congratulationem invidia, contra dilectionem odium, contra libertatem justae correctionis detractio, contra patientiam ira militat, contra mansuetudinem protervia, contra satisfactionem tumor, contra spirituale gaudium saeculi tristitia, contra virtutis exercitum torpor, vel ignavia, contra firmam stabilitatem dissolua vagatio, contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam fraudis, vel furtum, contra veritatem fallacia atque mendacium, contra ciborum parcimonianam ventris ingluvies, contra moderatum mordorem inepta latitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis intregritatem immunditia atque luxuria, contra cordis munditiam spiritualis fornicatio, contra amorem patriæ celestis appetitus saeculi praesentis opponens semet immergit, quid aliud quam crudelis pie viventum persecutio aduersus congregataq; virtutum acies debeat?

4. O quam dirus, o quam amarus est superbia congressus, quæ angelos de celo projicit, homines de paradiiso ciuinavit; cuius exercitus, atque armorum conflictus, vicia sunt, quæ breviter comprehensa tetigimus! Sed videamus qualiter castra cœli et inferni dimicent, arma Christi et diaboli collisa decenter.

5. (*Superbia:*) Certe multis, imo etiam pene omnibus meliores verbo, scientia, dixiti, honoribus et cunctis quæ vel carnalibus, vel spiritualibus suppetunt charismatisbus; cunctos ergo despice, cunctis temere ipsum suum etiam ostende.

6. (*Humilitas:*) Memento quia pulvis es (*Gen. iii, 19*), quia cinis es, quia putredo et vermis es, quia etsi aliquid es, nisi tanto te humiles, quanto magnus es, perdes omnino quod es. Nunquid tu altior quam primus angelus? nunquid tu splendidior in terra quam Lucifer in celo (*Ecclesiastes iii, 20*)? Quod si ille de **209** tanta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo tu ad celestem celsitudinem superbiens de iunis condescendes, qui illa, quandiu hic vivis, conditione teneris, de qua per quemdam sapientem dicitur: *Corpus, quod corruptitur, aggrauat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (*Sap. ix, 15*)?

7. Quam densissimis putulans in terra superbiae tenebris lutum nostrum involvi, si potuit in celo stellæ, quæ mane oriebatur (*Isai. xiv, 12*), lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem: *Qui sequitur me (inquit) non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite* (*Ioan. viii, 12*). In quo autem ipsa esset sequenda, alibi præmonuit, dicens: *Discite a me quia misericordia sum et humiliis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (*Math. xi, 23*).

**2. Mortalis; alii, materialis.**

**3. Opponens; al., oppugnans.**

**4. Eliminat; al., extenuavit; al., minavit. Pro collista, al., consilia.**

**5. Per quemdam sapientem. Ita etiam infra. Quam locutionem Ambrosii Autoperi propriam Maurini**

**A** 8. Audi, tumor superbiae, audi dicentem ad hanc humilitatis magistrum: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur* (*Math. xxiii, 12*); et illud: *Super quem requiescat spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et tremendum sermones meos* (*Isai. lxvi, 2*)? Audi quid etiam de illo Apostolo dicat, qui te ad secundam humilitatem invitat. Ait enim: *Qui cum in forma Dei eset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo; humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (*Philipp. ii, 6, 7*). Si ergo tanta humilitate se deprimit divina majestas, quomodo superbire in aliquo debet humana inscrutitas?

**B** 9. (*Inanis gloria:*) Age bonum quod valeas; ostende cunctis bonum quod agis, ut bonus dicaris, ut sanctus et venerabilis ab omnibus prædicaris, ut tanquam Dei electus noscaris, ut nemo te contempnam, nemo te despiciat, sed universi debitum tibi bonum persolvant.

**C** 10. (*Timor Domini, intentio recta:*) Si quid boni aliquando agis, non pro transitorii, sed pro æternis id, honoribus age; absconde quod facis, in quantum potes; quod si ex toto non vales, sit in corde tuo occultandi voluntas, et non erit de ostentatione ultra temperitas, nec criminis erit aliquando manifestare quod semper vis celatum habere. Sic denique duas Redemptoris sententias sibi quasi contrarias videberis adimplesse, quibus dicitur: *Faciente te eleemosynam, nesciat sinistra tua quid facial dextera tua, sed eleemosyna tua sit in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* (*Math. vi, 3*). Et: *vident veatra opera bona, et glorificant Patrem vestrum, qui in celis est* (*Math. v, 46*).

11. Cave prorsus ne illa sententia tibi conveniat, qua de hypocriti dicitur: *Omnia opera sua faciunt, ut beatificentur ab hominibus; amen dico vobis, receperunt mercedem suam* (*Math. vi*). Attende tibi in cunctis quæ agis, ne cenodoxia elatione pulsatus cum his qui etiam de miraculorum signis gloriabantur audias: *Videbam Satanam, sicut fulgur, descendente de celo* (*Luc. x, 18*); sed time, nam scriptum est: *Timor Domini gloria, et gloria, et latitudo, et corona exultationis* (*Ecclesiastes i, 14, 17*). Timor Domini delectabit cor, et dabit latitudinem, et gaudium, et longitudinem diuum. Tumenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur. Et infra: *Radix sapientie timere Dominum, et rami illius longitudo diuum*.

**D** 12. (*Simulatio:*) Quia nihil boni in abscondito facis, ne a cunctis cognitus detesteris, finge te foris quod intus esse non appetis.

13. (*Vera religio:*) Nequaque omnino id agas, sed magis satage bonus fieri, quod non es; nam ostendere hominibus quod non es quid aliud quam damnatio est? Memor esto itaque quod dicitur: *Vobis, Scribae et Pharisei hypocritæ, qui mundatis quod defarsit est calicis et paropisidis; intus autem p'eni estis rapina, et innundatio* (*Math. xxiii, 25*). Phariseæ cæce, munda prius quod intus est calicis et paropisidis, ut fiat mundum quod deforsit est.

14. Itemque illud quod in Evangelio inculcanda repetitur: *Vobis, Scribae et Pharisei hypocritæ, qui similes estis sepulcris deathalis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum, et omni spuriitia; sic et vos deforsis quidem apparatis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocritæ et iniquitate* (*Ibid., 26-28*); nec non et illud, quod de talibus scriptum est: *Venient ad vos in vestimentis ovium,*

existimant.

15. Tibi conveniat; al., te conveniat. Et mox, mercedem suam ab hominibus laudes, quæ amaverunt. Attende, etc. Infra, post *Corona exultationis*, alii alii addunt ex eodem logo Ecclesiastici, quæ plures opinuntur.

*intrinsecus autem sunt lupi rapaces (Math. vii, 15).*

15. (*Elatio*) : Qualis es tu, ut pejoribus obtuleres, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quam illos decnerat imperare, qui tibi non possunt ingenio, vel industria, aut viribus coquari. Obtempera igitur imperio Dei, et non sit tibi ulterius cura de aliquo.

16. (*Beata submissio*) : Si Dei obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio; ipse enim dicit : Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16). Ita (inquit) oportet, sed si talis qui imperat esset, non est talis per quem Deus imperat. Sed Apostolus contra : Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinata sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Quales enim esse debent hi qui imperant, non est subditis discutendum.

17. Et quidem primis Ecclesiae pastoribus Dominus dicit : Scitis quia reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem exercent inter eos benefici vocantur; vos autem non sic, sed qui vult in vobis esse major, erit omnium servus; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis (Math. xx, 25). Sed tamen quia non omnes tales futuros praeviuit, subjecimus omnium personas in discipulis assumens, promonuit dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribae et Pharisei, quaeunque dixerint vobis, facite; quae autem faciunt, facere nolite (Math. xxiii, 2).

18. (*Invidia*) : In quo illo vel illis minor es? cur ergo eis vel aequalis, vel superior, non es? Quanta vales quae ipsi non valent? non ergo tibi aut superiores, aut etiam aequales esse debent.

19. (*Fraterna congratulatio*) : Si ceteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo quam in summum temetipsum conservas; sapere enim de alto peior fit ruina. Quod si tibi, 21 ut asseras, quida superiores vel aequales sunt, quid te iudicet? quid tibi nocet? cave prorsus, ne dum alii locum invides celitusdinus, illum imiteris, de quo scriptum retines: *Incidia diaboli mors introivit in orbem terrarum; minantur autem illum qui sunt ex parte illius* (Sap. ii, 24).

20. (*Odium*) : Absit ut illum ames quem in omnibus contrarium habebis, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te convicis exasperat, qui tibi peccata tua improprietat, qui te dictis, operibus atque honoribus semper praerit festinat? nisi enim tibi invideret, neququam se ita præferret.

21. (*Vilectio*) : Nunquid quia haec quae narras odio habenda sunt in homine, propriea non est amanda Dei imago in homine? sicut Christus, qui in cruce positus inimicos suos dilexit, et ante crux tormentum adinonuit dicens: *Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui oderunt vos, et orate pro peccantibus et caluniantibus vos*, ut sit a filio Patris vestri qui in celis est (Math. v, 44). Et sicut per Salomonem et apostolos dicitur: *Si exurierit inimicus tuus, cibis illum; si sit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus* (Proverb. xxv, 21).

22. Cui sententiae Apostolus ex proprio subjunxit dicens : *Noli vinei a malo, sed vince in bono malum* (Rom. xi, 20, 21); quod contra de his qui sunt fratrem suum homicidum est; et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem (1 Joan. iii, 15). Et rursum : *Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, et in tenebris est usque adhuc, et nescit quo*

45. Ad marginem : *Elatio objicit; al., inobedientia dicit.*

16. *A Deo ordinata*; al., cum Vulgata, Rom. xiii, 1, *A Deo ordinatae*.

21. *Per Salomonem et apostolos*; al., *per Salomonem apostolum*.

*eat, quoniam tenebrae obcœaverunt oculos ejus (1 Joan. ii, 11).*

25. At (inquis) sufficit mihi quod amantes me diligono. Sed Dominus e contrario : Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt (Math. v, 4)? Quid tu ad hanc objicere vales? Certe : Qui odit fratrem suum, manet in morte; et qui diligit, in Deo "anet, et Deus in eo. Omne ergo amaritudinem felis evome, et quanto pacto valueris, charitatis dulcedinem sume; nihil enim spurius, nihil illa beatius est. Deus (inquit Joannes) charitas est (1 Joan. iv, 16); et egregius præparator : Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis (Rom. v, 5). Unde neque immerito deictorum facinora tegere dicitur; sicut scriptum est : Universa delicia operis charitas (Proverb. x, 12).

24. (*Detractio*) : Quis poterit sustinere, quis silentio tegere, quantum ille, vel ille prava committit, nisi forte qui consentit?

25. (*Libertas justæ correptionis*) : Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentienda, sed charitate fraterna in scilicet proximus est redargendus, non autem occulte detrahendus. Quod si objiciatur : Idcirco fratrem coram oculis increpare nolle, ne exacerbatus non correptione proflicit, sed magis ex correptione scandalum sumat, occurrit Scriptura divina, et versa vice hoc magis scandalum esse denuntiat, dicens : *Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum* (Psal. xlvi, 20, 21).

26. (*Discreta correptio*) : Majus enim scandalum sumit, qui sibi detrahente intelligit, quam qui corripiens sustinet, et qui nonnunquam errata delinqüentia ad tempus silentio legenda sunt, ut apriori tempore corriganter, subiungitur : *Hæc fecisti, et tacui*. Ne autem ex hoc discreto silentio detractores sibi plauderent, qui, dum semper occulte derrogare malunt, nunquam in apertam increpationem prosiliunt, adhuc subinfertur : *Existimasti inique, quod ero tibi similis*; acsi diceretur : *Iniquum est cogitare ut inde detractori similis appaream, unde ad tempus reticam, nec derogans, locum aperte correctionis expecto*; unde et protinus subditur : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam, veluti dicereatur*: Non in occulto, ut est tua consuetudo, sed in aperto, ut est mea sollicitudo, aptum corripiendi tempus expectans, peccatorum arguam, et ejus delicia contra faciem illius statuam.

27. At (inquis) non odi, sed amo, quem ita in absconditis dijudicans reprehendo. Iuno magis hunc odis, et non diligis; unde detrahis, et non corrigis. Quia non sit autem detestanda orrectatio proximi, plausibile in locis Scriptura divina testatur; unde est illud : *Detrahente adversus proximum suum occulte, hunc persuepar (Psal. c, .)*; et illud : *Qui detrahit fratrem, detrahit legi (Jac. iv, 11)*; illud que : *Qui detrahit fratrem, eradicabitur; nec non et illud Apostoli Pauli: Vide, ne dam invicem mordetis, abinvicem consumamini (Gal. v, 1..)*.

28. (*Ira*) : Quæ contra te aguntur aequanimiter ferri non possunt, immo patienter tolerare peccatum est, quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulabuntur.

29. (*Patentia*) : Si passio Redemptoris ad mentem reducitur, iniuncta durum est quod non aequo animo toleraretur. Christus enim (ut ait Petrus) passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus (1 Petr. ii, 21). Ipse autem dicit : *Si patrem familias Bezebub vocaverunt, quanto magis dom-*

*23. Egregius præparator. Hoc quoque Ambrosii Autpertii proprium Maurini agnoscunt. Nonnulli contra MSS. addunt Paulus.*

29. *Ille enim, etc. Sic Autpertus, l. i in Apoc., cap. 7, ut notarunt Maurini.*

sticos ejus (*Matth. x., 25*); si me persecuti sunt, et vos persecutur (*Joan. xv., 20, 23*). Sed quanta sunt in comparatione passionum illius quae patimur? ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapsas, spuma, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit; et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo dicitur.

30. Et quid agimus de eo quod dicitur: *Si non compatimur, nec corriganibus* (*II Tim. ii., 12*)? Quapropter retundendi sunt irae stimuli, et ejus metuenda damnatio; unde scriptum legimus: *Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio; qui autem dixerit: Future, reus erit gehennæ ignis*. Ibi tamen remedium invenitur ex eo quod subditur: *Si offensus munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* (*Matth. v., 22, 23*).

31. Acsì aperie diceretur: Nec in corde tacitam precem effundas, nisi prius **213** offendum proximum satisfaciendo ad lenitatis mansuetudinem perducas; munus enim nostrum est oratio nostra, altare vero nostrum est cor. Ille autem qui hoc facere, quoties inter duos sine causa ira fuerit excitata, studuerit, promissam damnationem nequam incurrit. Sed sunt multi qui petenti sibi veniam delicta non remittunt, contra quos illa Domini sententia venit, qua dicitur: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum de cordibus vestris, nec Pater vester caelensis dimittet vobis peccata vestra* (*Matth. vi., 14*).

32. Plura sunt (inquis) quae commisit, et me saepius offendit. Ad haec non ego, sed Dominus respondet. Nam cum Petrus ait eum diceret: *Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies?* et ille ad eum inquit: *Nos dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies* (*Matth. xviii., 22*). Quoniam mulier autem sunt qui suas injurias tarde relaxant, Dei vero citius indulgent? siquicunq; ut occasione Domini iniurias vindicandi, suas vindicent irati.

33. Quid quoque de illis descendunt est qui furore exercitatis usque ad verba prodeunt maledictionis, nisi hoc quod Apostolus ait: *Neque maledici regnum Dei possidebunt* (*I Cor. vi., 10*)? quod Jacobus exaggerando dicitur ait: *Linguam nullus hominum dormire potest, inquietum malum, plena veneno mortisero, in ipsa benedicimus Deum, et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei faci sunt, ex ipso ore prodeunt benedicio, et maledictio* (*Jac. iii., 8*). Non opertet, fratres mei, haec ita heri; nunquid sons ne endem foramine emanat dulcem et amarum aquam? haec de causa alibi etiam dicitur: *Mors et vita in manibus linguae* (*Proverb. xviii., 21*).

34. (*Protervia* :) Nunquid stultis, nunquid insensatis ac bruis animalibus lenita verba, et non magis asperrima (ut tales decepi), dum delinquent, objicienda sunt?

35. (*Mansuetudo* :) Non tua in his persuasio, sed Apostoli sequend. est præceptio, qui de hac sententia dilectionis discipulorum admonet dicens: *Seniores non in crepaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores in omni castitate* (*I Tim. v., 1, 2*). Et rursum: *Servum* (inquit) *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripiendum eos qui resistunt veritati* (*II Tim. ii., 24, 25*).

36. Rursumque: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina (*II Tim. iv., 2*); quod videlicet malum præterit, deterius adhuc subditiis quam prælati nocet; saepius enim contingit ut leniter ac cum charitatis dulcedine prolatam cori optionem spernant,

30. Invenitur; al., innuitur.

31. De cordibus vestris; al. omittunt.

36. Et amabit te. Apud sanctum Ambrosium nonnulla hic adduntur.

38. Qui Christiano nomine censiti; apud sanctum Augustinum, qui Christiana fide censentes, et sup-

A et contra humilitatis verba despectio[n]is emitant jacula; unde scriptum est: *Qui arguit derisorum, ipse sibi facit injuriam* (*Proverb. ix., 7, 8*). Et contra de illo qui per increpationem proficit dicitur: *Argue sapientem, et amabit te.*

37. (*Tumor* :) Testem habes Deum in celis, non habet sit cura quid de te suscipientur homines in terris.

38. (*Humilis satisfactio* :) Non est danda detrahendi occasio, nec susurrandi suspicio; sed si sunt, **214** quae corrigantur, manifestanda; aut certe si desunt, humili pre-testatione neganda, quia et Apostolus admonet nullam occasionem dare diabolo maledicti gratia (*I Tim. v., 14*); quod et in illis detectatus est qui Christiano nomine censiti, in idolio ad comedendum recumbebant; ei quoniam idolum pro nihilo dicentes, immolata quasi innocuos cibos sumerent, intimes tamen fratrum conscientias per hoc factum ad nefarios idolorum usus trahabant (*I Cor. viii., 4*).

B 39. (*Tristitia* :) Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? perpende, cum quo moerore omnes intundendi sint, qui in tanto contra amariudinis felix versantur?

40. (*Spirituale gaudium* :) Geminam esse tristitiam novi, imo duas esse tristitias novi; unam, scilicet, quae saltem, alteram quae perniciem operatur; unam quae ad penitentiam trahit, alteram quae ad perditionem perducit. Tu quidem una ex ilis esse cognoscens, se et omnino quae mortem operaris; non est igitur in his contristandum, quae suades, sed contra magis gaudendum in his quae nequum intelligis, quia et dator gaudi perennis dixit: *Cum persecuta vos fuerint homines, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete in illa die, et exultate; ecce enim merces vestra copiosa est in celis* (*Matth. xv., 11*). Meimento quia nosira religio[n]is culmina: Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu clementiam pati (*Act. v., 41*); nullus ergo moeror locus esse debet, ubi tanta letitia succedit.

41. (*Torpor et ignavia* :) Si lectio[n]i continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris; si indesinenter lacrymas fundis, ipsis etiam oculos amittis; si pro te lati vigiliis psalmariorum censem persolvis, insaniam capitis acquiris; si quotidiano te conficis labore, ad opus spirituale quando conserges?

42. (*Exercitium virtutum* :) Quid tibi adhuc proferenda tam longa temporum promisit spatia? numquid scis si crastina vives die? imo etiam si vel unam horam in hac vita facias? An forte mente excidi quod Salvator in Evangelio dicit: *Vigilate, quia nesciitis diem, neque horam* (*Matth. xxv., 13*)? Quapropter discute torporis inertiam, semperque memento quia regnum celorum non tepidi, non molles, non desides, sed violenti atque ferventes diripiunt.

43. (*Dissoluta ragatio* :) Si Deum esse ubique credis, cur unum singulariter locum, quo tanta mala perpetrantur custodis, ut ad alia potius non transis?

44. (*Firma stabilitas* :) Si ita est ut asseris, quia ubique Deum esse satiris, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia et in ipso Deus est. At, inquis, meliorem inquiro, meliorem invenio; sed respondeo: Nunquid meliorum aut etiam talium invenies, qualiter diabolum et hominem perdidisse cognoscis? memor esto itaque quia primus angelus de celo ruit, et primus homo de paradiſo expulsus ad aerumnam hujus saeculi pervenit (*Gen. iii., 23*). Attende quia Lot exercitio marorum probatus inter Sodomitas **215** sanctus fuit,

plent. Manu in idolum nihil esse. Quod non placet. Alii, qui Christianæ fidei consentientes; apud sanctum Leonem, qui Christianam fidem censentes.

40. Forte mœrori locus.

42. Apud sanctum Augustinum, discute corporis

in monte vero securitate tarpens inebratus cum illis peccavit (*Gen. xix.*); quod videlicet vagationis tedium adhuc alteram speciem reddit, dum quosdam etiam in uno loco perseverantes a spiritualibus retrahens, vel terrenis negotiis implicare, vel rebus vilissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli perpetrans, qui ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sacerdotalibus, ut ei placeat cui se probavit* (*II Tim. ii, 4.*) Et rursus: *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite* (*I Thess. v, 16.*)

45. (*Desperatio :*) Quæ et quanta commisisti? quam gravia crima? quam innumera delicta? et tamen in melius necdum vitam mutasti, necdum conversationem utiliter corrixiisti; ecce enim (ut cernis) mala semper consuetudine obligatus teneris, conaris exsurgere; sed peccatorum oneribus prægravatis relaboris. Quid ergo agendum est, quando de præteritis certa damnatio imminet? de præsentibus emendatio nulla succurrit? nisi ut admittantur rerum temporalium voluptates, dum consequuntur futuri sæculi oblectationes.

46. (*Spei fiducia :*) Si de criminibus agitur et delictis, ecce David adulterio reū simul et homicidio inferni fauicibus Domini misericordia describitur liberatus (*II Reg. xi.*). Ecce Manasse omnia peccatorum nefandissimus, impurissimus, ac sordidissimus, illecebrissimus quoque, per poenitentiam tamen de morte ad vitam rediit (*II Paral. xxxii, 12.*). Ecce Maria Magdalene, innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia carrens, Dominique vestigia lacrymis rigans, capillis detergens, deosculans quoque, et lambens, unguentoque ungens ablu promeruit (*Luc. vii, 37.*)

47. Ecce Petrus, negationis suæ vinculis astirctus, amarissimis lacrymis infidelitatis nodos resolvit (*Luc. xxii, 62.*). Ecce sinu seditione et effusione fraternali sanguinis latro obnoxius unius horæ momento unaque confessionis vocè de cruce ad paradisum transit (*Luc. xxiii, 42.*). Ecce Saulus Ecclesiastus Dei persequens multos pro nomine Christi perimes, et, ut ita dixerim, martyrum cruore totum se insufficiens, apostolus factus, in vas electionis est commutatus (*Act. ix, 1.*)

48. Ubi ergo tot tantaque præcedunt exempla, dent locum desperationis mala colloquia; cum etiam scriptum sit: *In quocunque die conversus peccator ingenuerit, salrus erit* (*Ezech. xviii, 21.*). Et rursus: *Nolo mortem impinari*, dicit Dominus (*Ezech. liii, 11.*). De conversatione in melius necdum mutata quid aliud respondeam, nisi in quod heri quisque non exit, hodie agat, dom adhuc vivere licet, nec differat de die in diem (*Ecclesi. v, 8.*), dum nescit si vel unum correctionis habeat diem, semperque pro viribus desuper accipit prævæ consuetudini resistens dicit manu et vespre: *Nunc ceipi, hæc est mutantio dexteræ* *Excelsi* (*Psalm. lxxvi, 11.*)

49. (*Cupiditas :*) Valde sine culpa es, quod quædam habenda concupiscis, quia **216** non multiplicari appetis, sed egeri pertimescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendiis.

50. (*Mundi contemptus :*) Ista nec apud homines sacerulares sine periculo vel offensione procurantur, quia quanto quisque amplius habere corpori, tanto amplius habere concupiscit; sique ut modum in concepcione non habeat, dum innumeris hujus sæculi curis deserivere festinat. Ut enim ait Scriptura: *Avarus pecunias non impletibit* (*Ecclesi. v, 9.*) Quæ nimurum quam si detestanda, Paulus indicat, dicens: *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (*Coloss. iii, 5.*);

*inertiam... violenti, vimque facientes. Maurini conjiciunt, excute pro discute.*

45. *Consequi. Ita etiam alii passive.*

46. *Peccatorum sordibus. Al., fornicationum sordibus.*

48. *Dent locum. Apud Ambrosium, non dent locum. Maurini observant, dent esse pro cedant. Pro verbis*

**A** quæ sit noxia, idem exponens ait: *Qui volunt divites fieri, incident in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa, et nociva, quæ immergunt homines in interitum et perditionem* (*I Tim. vi, 9.*) ; quæ sit detestanda, quidam sapiens denuntiat, cum dicit: *Avaro nihil est scelerius* (*Eccli. x, 9.*) ; quæ sit noxia, Jacobus aperit, dicens: *Agite, nunc divites, plorate ululant in miseria quæ adveniunt vobis; divitiae vestre patres factæ sunt; restimenta vestra a tineis comesta sunt; aurum et argentum vestrum æruginavit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis* (*Jac. v, 1.*)

51. Sed nec Redemptor noster præterire voluit cupiditatis malum quam noxium esset, ait enim: *Dificile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt* (*Math. xix, 23.*) . Et rursus: *Facilius est canulum per foramen acus transire, quam divites in regnum celorum intrare* (*Marc. x, 23.*) . Si igitur sacerdotalibus viris ita est periculosa cupiditatis industria, quanto magis illis periculosior est qui jam habitu et conversatione sacerdalia esse desierunt, qui totum quod vivunt Deo devoverunt? ad quos specialiter redemptoris transeunt verba quibus destrui possit morbus avaritiae: *Nolite (inquit) solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini: hæc omnia gentes inquirunt; querete primum regnum Dei et iustitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Math. vi, 31.*) .

52. O quam beata, o quam secura, o quam amplectenda sententia! nullus in hac vita securus est ut ille qui nihil præter Christum appetit possidere, cuncta quæ sunt necessaria sub hac sponsione probatur habere, sicut Paulus ditissimus pauper dicebat: *Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes* (*II Cor. vi, 10.*) . Omnia itaque non superflua, sed tantum necessaria, ipso confirmante ac dicente: *habentes victum et vestitum, his contenti simus* (*I Tim. vi, 8.*) .

53. Dicis forte: ideo a sanctis religiosisque viris plura habenda sunt, ut melius ab ipsis quam a popularibus erogentur Christi pauperibus. Ego consentio, sed prælati, non autem subditis, quos maxime illud mulieris Lot exemplum deterret, quæ dum post tergum a Sodomis exiens respexit, in statuum salis conversa spiritum efflavit (*Gen. xix, 26.*) . Unde et Christus tale quid præcavendum denuntiavit, dicens: *Nemo militens manum suam ad aratum, et respiciens retro, aptius est regno celorum* (*Luc. ix, 62.*) . Hinc Petrus ait: *Melius illis esset non cognoscere viam justitiae, quam post cognitionem retrosum converti ab eo quod est illis traditum sancto mandato* (*II Petr. ii, 21, 22.*) . Contingit enim eis illud veri proverbii: *Canis reversus ad vomitum, et sus lota in volutabro luti.*

**217** 54. Qui nimurum avaritiae morbus nunquam melius compescitur, nisi cum dies mortis sine obliuione ineditatur, et cum qualis post modicum in sepulcro faturus sit homo consideratur. Ille certe fixum manebat in illius memoria qui dicebat: *Homo putredo, et filius hominis vermis* (*Job. xxv, 6.*) . Ille ab illius non recesserant corde, qui dicebat: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in eternum non peccabis* (*Eccli. vii, 40.*) . Quid tunc rogo, quid tunc divitiae conservatæ proderent? audi quid dicit Job: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc* (*Job. i, 21.*) ; et Apostolus: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus* (*I Tim. vi, 7.*) ?

55. (*Obduratio :*) Si ea quæ possides egentibus

*In quocunque die, etc., laudatur Ezech. xviii, 21, et lxx, 11. Vide notam ad cap. 14 libri de Ordine creaturarum, num. 12.*

54. Apud Augustinum, audi quid: *Nudus... illuc; audi quid, subintelecto utrobique proderunt.*

55. *Absque pecunia al., abque penuria; sed illud retinendum.*

tribuis, unde subjectos absque pecunia nutrit? 56. (*Misericordia* : ) Si Apostoli modum in hac parte tenueris, utrumque perficere valebis; hinc enim idem ipse ad Corinthios ait (*1 Cor. viii., 12*) : Si voluntas prompta est, ex hoc quod habet accepta est, non secundum id quod non habet; non enim ut alius sit requisito, vobis autem tribulatio, sed ex aquilat. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam supplet, ut ei illorum abundantia vestra inopae sit supp'ementum, ut fiai equalitas, sicut scriptum est : Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit (*Exod. xvi., 18*).

57. Ille quidam justus prolem dilectam admonet, dicens : Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue; si autem exiguum, et hoc ipsum libenter imp. rtire (*Tob. iv., 9*). Ille quoque incarnata Veritas dicit : Verumtamen, quod superest, date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (*Luc. xi., 41*). Audite, obdurate præcordia : Judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam (*Jac. ii., 13*). Quo contra per prophetam Dominum admonet, dicens : Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuum; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris (*Isai. lviii., 7*).

58. Memento quid purpurato diviti contigerint, qui non ideo damnatus est quod aliena abstulerit, sed quod egenti pauperi sua non tribuerit; tunc et in Inferno positus ad petenda minima pervenit, quia hic parva negavit (*Luc. xvi., 20*). Memento etiam quid ad sinistram positis iudex coeli dicturus sit : Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolus et angelus ejus (*Math. xxv., 41*). Et rursus : Esurivit, et non deditis mihi manducare; et cetera quae ibi terribiliter enumerantur.

59. *Furtum* et *fraus*, quamquam gradus diversos habeant locutionis, unum est tamen quod dicunt.

60. (*Furum* : ) Si aliena non tollis, ex proprio dives vel sufficiens esse non vales.

61. (*Fraus* : ) Si cuncta quae tibi prælatus servanda commisit illibata consignas, et nec modicum quid servandum existimas, unde vel propriis utilitatibus consulas, vel amicis et commilitonibus placeas, non habebis.

62. (*Innocentia* : ) Melius est esse pauperem et insufficientem, nullique ex dato placere, quam aliquem ledere furto, vel fraude; qui enim aliena qualibet modo **218** injuste præcipit, ipse sibi regni coelestis aditum claudit; tunc et predicator egregius quosdam redarguit, dicens : Omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos; quare non magis injuria accipisti? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus. An ne scitis quia iniqi regnum Dei non possidebunt (*1 Cor. vi., 7*)? Atque inter cetera subjungit : Neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

63. *Fallacia* atque *mendacium* et ipsa unum dicunt : fallacia autem sit ingenio, mendacium vero simplici verbo, cum tu non dando aliquem londere queritur.

64. (*Fallacia* : ) Quid in petendo moras innectis? non habeo quod tibi tribuere possim. Celans utique in corde quod habet, vel quod sibi conservet, vel quod alius (si voluntas inest) tribuat.

65. (*Mendacium* : ) Ommino quod postulas non habeo; licet non artificioso ingenio, sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur petentem.

66. (*Veritas* : ) Nec artificioso ingenio, nec simplici verbo oporet decipere quemquam, quia quotidie modo mentitur quis, os, quod mentitur, occidit animam (*Sap. i., 11*), et omnibus mendacibus pars il-

57. *Quo contra*. Modum hunc loquendi Ambrosio Aut pto familiarem esse Maurini animadvertis.

63. *Londere*; al., *illudere*.

64. *Quod habet*; al., *qui habet*, vel *quid habet*.

69. *Accuratiores*; al., *lautiores*.

73. Alii, ille potius, qui rara et mala dicere pro-

torum erit in stagno ignis ardenti sulphure (*Apoc. xxi., 8*).

67. (*Ventr's ingluvies* : ) Ad esum Deus omnia munda condidit, et qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concessio contradicet?

68. (*Ciborum parcimonia* : ) Unum horum quod dicas verum est; ne enim homo sine morte ster, omnia ad esum Deus munda creavit; sed ne comedendi mensuram excederet, abstinentiam imperavit; nam inter cetera sua mala saturitate, maxime panis. Sodoma periit, Domino attestante, qui ad Ierusalem per prophetam loquitur, dicens : *Hec est iniquitas sororis tuae Sodome, saturitas panis* (*Exod. xvi., 49*). Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisque accedere, nequænam sciencet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrent.

69. Ille incarnata Veritas per Evangelium ait : Attende, ne graventur corda vestra crapula et ebrietate (*Luc. xxi., 34*). Contra de insatiables Iudeorum voracitate Apostolus dicit : *Multi ambulatū, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et fles dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione eorum qui terrena sapienti (Philipp. iii., 18, 19)*. Et rursus : *Exca ventri, et ventre escis, Deus autem et hunc et has destruet* (*1 Cor. vi., 13*). Ille autem plene hoc vitium superat, qui in sumendis dapibus non solum parcimoniam tenet, ut scilicet refectionem semper esuries imperet; verum etiam accuratiores simul et laudes epulas, excepta corporis infirmitate et hospitium susceptione, contemnit.

70. (*Inertia letitia* : ) Ut quid animi gaudiorum intus abscondis? egredere in publicum letus, dic aliquid foris, unde vel tu, vel proximi rideant, fac eos letos tuu letitia.

71. (*Moderatus mæror* : ) Unde tibi est tanta letitia? nunquid jam diabolum vicisti? nunquid jam interni poenas vicisti? nunquid jam de exilio ad patriam venisti? nunquid jam de tua electione securitate acceperisti? An forte in oblivione venit quod Dominus dicit : *Mundus gaudet, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium* (*Joan. xvi., 20*)?

72. An forte memoria excessit quod idem alibi dicit : *Vx vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis et flabitis* (*Luc. vi., 23*); quodque per Salomonem dicitur : *Risus doloris viscerbitur, et extrema gaudi lucis occupat* (*Proverb. xiv., 13*); et econtra per Evangelium : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (*Math. v., 5*); rursusque per Salomonem : *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia reservantur in futurum incerta* (*Eccle. ix., 1*). Comprise ergo ianam letitiam, qui neclum evasiisti ianam ærumnam. Nonne apud omnes insanus iudicatur to qui in carceris tenebris reclusus gandere conatur?

73. (*Multiloquium* : ) Non res ille tenebitur, qui D plura quidem, sed bona loqui, sed ille, qui saltetara, sed mala dicere probatur.

74. (*Discreta taciturnitas* : ) Verum est quod dicas; sed dum multi bona proferre videntur, saepe cogit ut a bonis locutio inchoata ad aliquid pravum derivetur, hoc ipsum sacra Scriptura pronuntiante, quia in multiloquio peccatum non derit (*Proverb. x., 19*). Et si forte inter innumeris verba declinantur criminosa, sed nunquid declinari poterunt inutilia atque otiosa, de quibus utique ratio erit in futuro reddenda? Tenendum ergo est modus id loquendo, et ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum, sic-

batur.

75. *Inchoata*; al., *inchoans*, Maurini observant congruere regulæ sancti Benedicti, cap. 6, quod hic dicitur, ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum.

ut beatus Psalmista legitur scriisse, dicit enim : *Huius sum, et sicut a bonis (Psal. xxxviii, 3).*

75. (*Immunditia* :) Non est grande scimus sine concubitu maris et feminæ, vel propriis vel alterius inquinari manibus.

76. (*Carnis integritas* :) Non sic ait Apostolus. Quid ergo ait? *Neque immundi (inquit) regnum Dei possidebunt (1 Cor. vi, 9).*

77. (*Luxuria* :) Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignora? accepimus tempus in desideriis perdere non debes, quia quando citius pertranseat nescis; si enim Deus misericordia hominem in voluptate coitus noluissest, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.

78. (*Castitas libitudo* :) Nolo ignorare te fugas quid post hanc vitam recipias; si enim pie et caste viviris, sine fine gaudebis; si vero impie et luxuriose, æternis incendis subjacebis. Iude autem eo castius vivere debes, quo quam citius tempus acceptum pertranseat ignorare te dicas. Quod vero in exordio generis humani ad hoc masculum et feminam Deum creasse prosteris, ut mutuis amplexibus se miscere deberent, omnino verissime dicas; sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est, qui virginitatem vel castimoniam vidualem nequaquam professi sunt, quibusdam autem non tribuitur, id est, qui virgines, vel continentes esse decreverunt; fornicatio vero quia nulli impune concurret non attingit.

**220** 79. An contemnendum putas quod Apostolus iubricis dicit: *Fugite fornicationem: omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat?* Quod si hoc parvipendulum existimas, audi quod postmodum in semipiternu deplores et genas: *Neque adulteri (inquit), neque fornicarii, neque masculorum concubitorum, regnum Dei possidebunt.* O quam parva est concubitus hora, qua perditur vita æterna! quod ergo emolumenatum assert corpori? quodve tribuit lucrum, quod tacito animam dicit ad tartarum?

80. (*Spiritualis fornicatio* :) Nunquid damnandum aliquid agit is qui in corde libidini consentit, et ad opus libidinis non pertransit?

81. (*Munditia cordis* :) Omnino delinquit qui animæ castimoniam non custodit; unde et auctor munditiae in Evangelio dicit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam maceratus est eam in corde suo (Math. v, 28).* Unde et per beatum Job dicitur: *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine; quam enim partem habueret Deus in me despera, et hereditatem Omnipotens de excelsis (Job. xxxi, 1, 2)?*

82. Nisi enim auctori nostro cogitatio pravi consensus displiceret, nequaquam per Isamani diceret: *Austerie malum cogitationum restrarum ab oculis meis (Isai. 1, 16);* et in Evangelio Pharisæis: *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris (Math. ix, 4)?* sed nec Apostolus diceret: *Cogitationum inter se invicem accusantium, aut etiam defendantium, in die qua iudicabit Dominus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum (Rom. ii, 15).*

83. (*Appetitus sæculi praesentis* :) Quid pulchrius? quid honestius? quid venustius? quidve potest esse delectabilius, quam quod in praesenti vita quotidie cernimus? O quam mirabilis cœli camera in aeris jucundus, in lumine solis, in augmento lunæ atque de-

#### 79. Vita æterna; al., vita futura.

81. Unde et per beatum Job; al. *Quo contra per beatum Job, ut supra, n. 57.*

83. Et botrys; al., et botryonibus; al., et in bonis.

86. *Quid enim mihi est in celo; al., quid mihi restat in celo. Vulgata, Deum fortè vivum.*

87. *Hostis nostri, etc. Al., hostis nostri fornicantis casira monstra; al., hosti nostro formidatio magna facia est; casira enim, etc.* Apud alios non ita similiter

**A**fectu, in varietate stellarum et cursu! Nam oblectabilis terra in nemorum floribus, in fructuum suavitatibus, in pratorum rivotrumque amoenitatibus, in segetum culnis luxuriantibus, in viuearum foliis et botrys plenis palmitibus, in umbris silvarum et plainis exitibus, in equorum et canum corsibus, in cervorum et caprarium salibus, in accipitrum volatibus, in pavonum, columbarum, turturnque et omnigenarum avium vocibus, pennis, et collis, et in domorum pictis muris, et laquearibus, in organorum omniumque musicorum in-trumentorum tunnulis cantibus, in mulierum venustis aspectibus, earumque superciliis, et crinibus, oculis, et genis, gulture, et labiis, noso, manibus, atque extrinsecus adhibitis auro et gemmis distinctis monilibus, postrem innumeris cœli et terre, atque maris, varietatibus, nec non et militariis, et si quæ sunt alia, quæ modo non recolit sensus!

84. (*Amor patriæ celestis* :) Si te ista delectant, quæ sub cœlo sunt, cur non magis delectant ea quæ super cœlo sunt? Si carcer ita pulcher est, patria, civitas, dominus qualis est? Si talia sunt ea quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possident filii? si mortales et miseri in hac vita taliter sunt remunerati **221**, immortales et beati qualiter sunt in illa vita uitandi? Quapropter rerebat auctor præsentis sæculi, in quo nullus ita nascitur, ut non moriatur; et succedat auctor sæculi futuri, in quo sic omnes vivificantur, ut deinceps non moriantur, ubi nulla adversitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis lœtia regnat.

85. Si queris quid ibi sit, ubi tanta et talis beatitudine persistit, aliter dici non potest, nisi quidquid boni est ibi est, et quidquid mali est ibi nusquam est. Quod (inquis) bonum est illud? quid me interrogas? A propheta et Apostolo definitum est: *Quod oculus (inquit) non vidit, nec auris audicit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligenterbus se (Isai. LXIV, 4; 1 Cor. II, 9).*

**C** 86. Ad hanc felicitatem multis sæculi divitiis constipatus David anhelabat, cum diceret: *Quid enim mihi est in celo? et a te quid volui super terram (Psal. LXXXI, 25)?* Multis regalibus dapibus abundans, dicebat: *Satiabor, dum manifestabitur gloria tua; sitiuit anima mea ad Deum fontem vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. XII, 3)?* rorsusunque: *Hec me! quia incolatus meus prolongatus est (Psal. CXIX, 5).* Hinc Paulus: *Cupio dissolvi et esse cum Christo; multo enim melius (Philipp. I, 25).*

87. His ita decursis, quanquam multa prætermiserim, tamen, ut mihi videtur, hostis nostri fortia castra montravi, quæ pie viventes in Christo Jesu non desinunt impugnare. Sed neclum his contentus diaholus ad ita convertit argumenta, dum quibusdam insomnis sapientia vera pronuntiat, ut eos quandoque ad falsitatem pertrahat; cum dormientes ante horam vel tempus suscitat, ut eos vigilarii tempore somno gravissimo deprimit; cum psallentes atque orantes sibiles stridentibus, latribus diversis, et inconditis vocibus, jaculæ etiam lapidibus, vel sternoribus, perturbat, ut eos quolibet pacto a spirituibus operibus retrahens inanes efficiat. Tu autem, homo Dei, vigilans studio attende quæ dico, ipso adjuvante qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

opusculum, ut apud Isidorum in Editione Grialii, quam sequuntur. In nonnulli MSS. attende quæ dico, et veritati quæ te vocal, et blande admonet, fidem præbet. Plura alia adduntur apud sanctum Augustinum, et sanctum Leonem, et in nonnullis MSS. sancti Isidori, quæ in Isidorianis, cap. 84, num. 23 et seqq., ex Constantino Cajetano exscripta sunt. De quo epilogi quid ego sentiam videri potest eod. cap., num. 34 et seq.

## APPENDIX VIII.

### EXPOSITIO IN MISSA.

**1. Dominus vobiscum** (*Vid. Isidoriana, c. 84*). **Sicut** populum et orat, ut sit Dominus cum illo. **Et cum spiritu tuo**, atque oratio, ut sicut sacerdos oravit ut Dominus esset cum populo, ita et populus orat ut Dominus **222** sit cum spiritu sacerdotis. Domini dicit sacerdos *Oremus*, rogat omnes orare, ut oratio ejus a Deo minor exaudiatur. Et quanlo dicit *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum*, ad Dominum Patrem orat sacerdos, ut per sonum Filium, qui noster Dominus est aequaliter, sicut Pater, oratio perficiatur. Cum dicit *Qui tecum vivit, et regnat Deus in unitate Spiritus sancti*, volit populum credere et intelligere quod Filius cum Patre sine initio ac sine fine vivit, et regnat, et Deus est, sicut Pater Deus est; et una potestas est *Spiritus sancti* cum Patre, et Filio, atque una substantia, atque in omnibus unitas deitatis.

**2. Per omnia secula saeculorum.** Idem Filius cum Patre in unitate Spiritus sancti sicut ante omnia saecula in deitate fuit, et vixit, ita et in presenti saeculo, et in futuro, ubi justi cum angelis sanctis permanebunt, et injusti cum diabolo cruciabuntur, credatur aequaliter vivere cum Patre, et Spiritu sancto, et nullo fine concludi. *Amen*. Confirmatio orationis est a populo, et in nostra lingua intelligi potest, quasi omnes dicant: *Ut ita fiat, sicut sacerdos oravit; sed propria ejus interpretatio est: Vere, sive fideliter.*

**3. Sursus corda.** Admonet sacerdos populum ut sursus, id est, supra semelipsum, ad Dominum omnipotentem corda levant et fideliciter orient, quod de sursus eis veniat auxilium a Domino caelesti, a quo (omnia) creata sunt. *Habemus ad Dominum*. Responsio populi, quod sicut sacerdos iussit eos sursus corda tenere, sic retinere proficitur. *Gratias agamus Domino Deo nostro*. Sacerdos gratias agit Deo juxta professionem populi, quia confessus est ad Dominum se esse intentum. *Dignum et justum est*. Populus cum sacerdote simul gratias agit Deo, quem justa et digna oratione Deo gratias referre, quia ab ipso omnia bona suscepimus in nomine Domini. Amen.

**4. Vere dignum et justum est, aequum et salutare.** Confirmat sacerdos professionem populi, et dicit quod vere dignum et justum est Deo gratias pro omnibus referre; et quod aequum est, hoc est rectum, sive aequaliter; ac salutare, hoc est, salute plenum, ut ei gratias referamus qui nobis salutem dedit aeternam. *Nos tibi semper et ubique gratias agere*. Conuersus sacerdos ad Dominum post professionem populi, quasi ad presentem loquitur, quia in praesentia Domini semper sumus, et ipse videt cogitationes nostras, et dicit sacerdos, tan de se quam de populo gratias agere. *Domine, quia dominator est omnium, et sub eius dominatione omnia sunt. Sancte, quia sanctus est, et per quem omnia sancta sunt, quia omnia sancta et bona creasti. Pater Graece dicitur pater, Latine genitor, quia ipse genuit Filium sine ulla coniunctione, seu corruptione.*

**5. Pater Latine a patrando dicitur,** hoc est, a perpetrando, quod est a perficiendo, vel adjuvando, quia ipse fecit omnia quae facta sunt. **Et adjuvat omnia** quae adjuvata sunt, et voluit nos filios suos fieri adoptivos per sanctificationem, qua ille sanctificavit nos. **Omnipotens;** quoniam omnia potest, Ideo omnipotens dicitur, et non est impossibile apud Deum omne verbum. **Eterne Deus;** hoc est inter aeternum et perpetuum **223** et temporale. **Eternum** est quod initium non habet, nec finem habebit, sed semper fuit, et est, et erit. **Perpetuum** est quod esse coepit, et finem non habebit. **Temporale** est quod initium habuit, et finem habebit.

**A 6. Et ideo hic dicitur Eterne Deus,** quia nec coepit esse, nec definit esse, sed semper est. Deus a diligendo dicitur, quia omnia diligit, et gubernat, et creavit. Et alter Deus a divinitate dicitur est, quia divinus est, et omnia scit, et omnia dividit, prout vult.

**7. Per Christum Dominum nostrum. Christus Graece, Latinus unctus dicitur.** Ille Christus ante omnia initia a Patre inenarrabiliter genitus est, quod placuit ei: *Spiritus sanctus venit in Mariam virginem*, et unxit unctione divina ejus umerum, et conceptus est de Spiritu sancto, et natus ex Maria virgine.

**B 8. Nam et in Veteri Testamento sacerdotes et reges uiebantur, et ideo christi diebantur, quia uncti erant unctione temporali.** *Ite Christus, per quem Patri gratias agimus, aeternaliter Christus est, et cum Patre aeternus dicitur est; et per ipsum redempti sumus, per quem Patri gratias agimus; et in se Dominus Deus noster est, quia dominatur nobis.* *Per quem maiestatem tuam laudent angeli.* Per ipsum Christum, per quem gratias agimus Patri, maiestatem Patris laudent Angeli, quia ipse aequalis est Patri in divinitate. *Majestas*, quia major est potestas Dei quam honum. Bei maiestatem per Christum laudent angeli, quia Christus simul cum Patre creavit angelos.

**C 9. Angelus enim Graece, Latinus nuntius interpretatur.** Angelus nomen est officii, non naturae, quae aumuntat, sed naturaliter spiritus sunt. *Adorant dominationes*. Majestatem Dei Patris per Filium laudent et adorant dominationes. *Dominationes ordo est angelorum. Decem fuerunt ordines angelorum. Decimus ordo cecidit et versus est per superbiam in diabolum.* Novein autem permanserunt in sanctitate sua. Hec sunt nomina eorum, angeli, archangeli, virtutes, principatus, potestates, throni, dominationes, cherubim, seraphim. Istorum duorum nomina non sunt Latina. Cherub in plenitudo scientie interpretatur. Seraphim incendium dicitur. Cetera nomina supradictorum ordinum sunt Latina, nisi angelorum et archangelorum. Angeli nuntii, archangeli excelsi nuntii denominantur.

**D 10. Gregorius autem papa Romanus in homilia sua super evangelicam lectionem:** *Eran appropinquantes ad Jesum Publicani et peccatores, ut audirent illum, plenissime de his ordinibus exposuit.* Nos vero ad propositum redeamus. *Tremunt potestes.* De supradictis ordinibus dicitur: nou ideo dicit, quod supradicti ordines corporales sint, sed nostro more dicit, quianos tremere ac timere ante dominos nostros solemus. Sed ideo dicit tremere, ut nos intelligamus omnia caelestia, et terrestria, et infernalia, ante conspectum divinae Majestatis tremere ac timere.

**E 11. Caeli celorumque virtutes.** Ipsi caeli visioni divinae obedient, quia se ostendere serenos vel nebulosos non habent potestatem. *Celorum 224 virtutes sunt supradicti ordines angelorum, sicut Gregorius testatur in homilia sua super evangelicam lectionem:* *Erunt signa in sole, luna et stellis. Ac beata seraphim.* De seraphim namque supradicatum est. *Socia exultatione concelebrant.* Omnes predicatores maiestatem Dei Patris per Christum unita exultatione aequaliter concelebrant. *Cum quibus.* Haec est supplicatio nostra, ut ipse caelestis Pater per Christum Filium suum, per quem nos de omnibus ei gratias agimus, dignetur admittere voces nostras, et jungere vocibus predicatorum ordinum angelorum.

**F 12. Supplici confessione dicentes.** Hoc est, humili confessione. Quid humilis confiteri quam nosmetipsos aeterno Patri per Filium aeternum commendare, et de nostra conscientia vel bonitate nihil presumere, et juxta voces angelicas eum semper sauctum

essentialiter credere et praedicare? *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Joannes evangelista in Apocalypsis libro scripsit se videre ante thronum Dei et agni xxiv animalia astantia, et incessanter dicentia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, etc. Ideo enim tribus viibus dicitur *Sanctus*, ut significetur Pater sanctus, Filius sanctus, Spiritus Patris et Fili sanctus. Sed quamvis tripliciter dicatur sanctus, non tamen dicitur plurali numero *sancti*, sed singulari *sanctus*, ut una sanctitas in his tribus personis et una aeternitas intelligatur.

**13. Dominus Deus Sabaoth.** Sabaoth a multis interpretari solet omnipotens, a multis vero exercitu. Ut ipse sit Dominus Deus, et ipse omnes exercitus angelorum atque hominum disponat. *Pleni sunt caeli et terra gloria tua*. Idem ut ejus gloria caeli ac terrae gubernentur, et qui in caelis sunt, et qui in terra glorificent, et honorent nomen ejus. *Osanna in excelsis*. Quomodo nunc dicitur corrupie *Osanna?* antea dicebatur *Osiana*. Osi interjectio est laudantis, sive causa magnificantis. *Anna salvifica*. Sed corrupte dicitur *Osanna*, et intelligi potest: salvifica, vel salvum fac. In *excelsis*, id est, in altis. *Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis*. Quando Christus venit ad Jerusalem, et descendit de monte Oliveti, tunc filii Israel clamaverunt, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*; sed quid significavit illa Christi adventus ad Jerusalem, nisi futuram resurrectionem, quando venturus erit judicare vivos et mortuos, et apparuerit nobis in eadem carne qua pro nobis passus est? et tunc in nomine Jesu omne gemitus fleetetur coelestium, terrestrium, et infernum, etc., quæ Apostolus dixit.

**14. Te igitur, clementissime Pater.** *Te igitur*; hoc est, te certe, clementi-sime Pater. *Clemens* dicitur, quasi clara mens, sive abundans, et *clementissime*, quasi clarissima mente, sive abundantissime, quia ipse clarissimus est mente, et misericordissime Pater. Non ideo eum dicimus clementem, et misericordem, quod membris corporeis, vel corde, aut mente sit compositus, sicut homo; sed ideo clementem et misericordem clamamus, ut illam clementiam et misericordiam super nos ab ipso sentiamus, et intelligamus, unde salvati debeamus.

**225 15. Per Iesum Christum.** Jesus Graece, Latine *Saluator*, sive *salutaris* dicitur. *Saluator* eo quod salvat populum suum a peccatis eorum. Ideo salvat a peccatis, quia potestatem habet dimittendi peccata, sicut ipse dixit: *Ut autem scias quia Filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata* (Matth., ix, 6). *Salutaris* ideo dicitur, quia salutem nobis dedit, ut, si præcepta ejus servemus, vitam aeternam capere valamus. *Filium tuum*, scilicet *Filium tuum unigenitum*, quia ipse est unigenitus ex substantia Patris, nos autem filii adoptivi sumus per ipsum qui unigenitus est, a Patre procedens, Patri coeternus; et idea per eum Patrem postulamus humiliter dicentes:

**16. Supplices te rogamus et petimus.** *Supplices*, id est, humiles. *Uti accepta habeas et benedicas*. *Uti*, id est, accipias et benedicas. *Hac dona, hac munera, haec sancta sacrificia illibata*. Dona sunt, que voluntarie donantur. Munera sunt, quæ pro aliquo munere et mercede offeruntur, sicut nos offerimus Deo, ut peccata nostra diumittantur. Sacrificia sunt, quæ jam cum orationibus consecrantur. Illibata idem est ac immaculata, et ab omni labore malitia aliena. Tunc sunt dona et sacrificia illibata, quando absque scandalorum maculis sunt oblata, et justo sunt labore acquisita. Non, ut multi errant, qui dicunt illibata esse non dedicata. Lege septem collationes Patrum, et in secunda collatione Theonae in nono capite invenies quæ sunt illibata.

**17. In primis quæ tibi offerimus.** Hoc est, quæ tibi offerimus, pro quibus offeruntur indicant: in primis offerri debent pro Ecclesia tua sancta catholica. Ecclesia Graece, Latine congregatio dicitur. Catholica universalis dicitur, quia universi qui in Dominum credunt

A in una debent esse congregatione. *Quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum*. Per totum orbem terrarum pacificatam et adunatam custodire digneris. *Una cum famulo tuo illo*. Hoc est similecum illo qui sedem apostoli Petri tenet, quia Ecclesia, in qua Petrus apostolorum princeps sedet, caput est omnium Ecclesiarum catholicarum. Ideo, quia Petrus dicit Christus: *Tu es Petrus, et super hanc petram, et reliqua (Matth. xvi, 18)*. Et propter hanc haec seuentiam debeimus omnes pro eo orare, qui in eadem est Ecclesia.

**18. Et antistite nostro illo**, id est, pro episcopo; ipse est pastor et predicator noster. *Memento, Domine, famularum, famularumque tuarum, et omnium circumstantium*. Sacerdos antea oravit pro apostolico et episcopo suo. Si episcopus missam celebrat, pro antistite nostro dicere non debet, quis ipse antistes est. Si presbyter celebrat missam, ille debet dicere pro antistite nostro. Jam oratum est pro senioribus; postea orandum est pro populo. Quando sacerdos dicit *Memento, Domine, famularum famularumque tuarum*, deprecatur Dominum Patrem, ut memorare dignetur omnium ad officium missæ, sive masculorum, sive seminarum, advenientium. Et quod dicit *circumstantium*, ipsi masculi et feminæ (intelliguntur), quicunque astant.

**19. Jam sacerdos oravit pro omnibus** qui ad audiendam missam venerunt, **226** tunc demum orat pro his qui oblationes suas afferunt (*Forte, offerunt*). Qui tibi offerunt hoc sacrificium laudes. Laudis dicitur, quod pro laude Dei in primis offerunt, et postea pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ; *tibique reddunt vota sua, aeterno Deo, vivo et vero*. Ideo offerunt, quia vivo et vero Deo omnium filios circumstantium, offerentium et non offerentium, cognita est et nota devotione. Omnes reddunt vota sua. *Vota dicuntur*, quia volenter promittuntur, quia volenter et libenter devovere debeamus. *Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper virginis Mariae genitricis Dei, et Domini nostri Iesu Christi, sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum*.

**20. Communicare,** hoc est, participare memoriam; venerari, hoc est, in memoria honorabiliter tenere quod sancta Maria virgo per adventum Spiritus sancti genitrix facta est Fili Dei Iesu Christi, qui Deus et homo est, per quem Patrem supplicamus, et fidem communicare debeamus, et credere quod, Spiritu sancto veniente, Filius Dei natus est ex ea, et virginitas ejus non est violata. *Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum*. Apostolus dicit in nostra lingua missus. *Martyr dicitur testis*. Apostoli Ideo dicuntur, quia a Christo missi sunt. Martyres dicuntur, quia testes sunt quod Christus passus est pro nobis, et ipsi pro Christo.

**21. Hanc igitur oblationem servitulæ nostræ, sed et cunctæ familie tæ quæsumus, Domine, placatus accipias.** Sacerdos oblationem suam, atque cunctorum qui Deo famulantur, idem qui Domino serviant, commendat, ut Domino placeat (*Forte, placeant*), et ipse nobis propitius sit. *Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos trahi et in electorum tuorum jubeas grege numerari; per Christum Dominum nostrum*. Pro eo quo (sic) sacerdos offert, debet orare, ut sacerdos exaudiatur, et omnium dies in pace disponatur, et ab aeterna damnatione eripiatur. De qua Domini nostre Jesus Christos dilecturos est impius in fine mundi: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, etc.* Et ad illum gregem electorum suorum per angelos sanicos numerari mereamur, cui dicturos erit: *Venite, benedicti Patri mei (Matth. xxv, 34)*, et reliqua.

**22. Quam oblationem in Deum, in omnibus, quæsumus, benedictam, ascriptum, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris.** Supplicat sacerdos ut illam oblationem, quam ille pro se offert, et pro populo, omnipotens Pater dignetur accipere bene-

dictam, et habere a scriptam, hoc est, assigniam, ut sibi placeat. *Ratam*, hoc est, judicata, ut dignam illam judicet in conspectu suo offerri. *Rationabiliter*, justa ratione plenam facere dignetur, quia tunc illi est acceptabilis, si recta credentes pro justa ratione offerimus; iustum est postulare in illa oblatione, quam nos rationabiliter offerimus, ut Pater omnipotens sanctificando faciat. *Ut nōs corpus et sanguis fiat dilectissimi Filiū tui Domini nostri Iesu Christi.* Patri dilectus est Filius, sicut ipse Pater testatus est de cœlo, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, etc.* (*Matth. iii, 17*). Et nos cum diligere debemus, quia ipse prior dilexit nos, et passus est pro nobis.

**227** 23. Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: *Accipite, et manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Similis modo, posteaquam cœnatum est, accepit et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei novi et æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoria facietis.*

24. Quod intermisimus, qui pridie quam patetur, hoc est pridie quam ipse passus esset pro nobis, voluit tradere discipulis suis corpus et sanguinem sui, mysterium, ut illi traderent nobis. Quis unquam crederet quod panis in carnem potuisse converti, in sanguinem vinum; nisi ipse Salvator dicaret, qui panem et vinum creavit, et omnia ex nihilo fecit? Facilius est aliquid ex aliquo sacere, quam omnia ex nihilo creare. Ipse Salvator voluit corpus humanum suscire, et hominem Deo conjungere, ut unus fieret mediator Dei et hominum homo Christus Jesus; ipse voluit per nos panem et vinum offerri sibi, et ab ipso divinitus consecrari, et fidem populum credere verum esse mysterium, quod et ipse tradidit discipulis suis, dicens: *Accipite et manducate ex hoc omnes. Et quando oculos ad cœlum levavit, et Patri gratias egit, nos docuit quod nos Patri semper supplicare debemus, ut ille tam magnum sacramentum per manus nostras persiceret dignetur.*

25. Et cum diceret: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*, jussit nos illius passionis memores esse; quanta pro nobis sustinuit, omni tempore memores esse debemus, quando hoc sacramentum celebramus, et ejus misericordia, non nostri bonitate fiduciam dare. *Unde ei memores sumus, Domine, nos tui serui, sed et plebs tua sancta Christi Filli tui Domini nostri. Memores nos esse sacerdotes profitemur, atque plebem memores esse testamur Christi Filii tui Domini nostri. Ideo sacerdotes sident memores esse dehinc, quia ipsi missam celebrant, quia stulta postulatio est, si postulans nescit quod postulat. Plebs sancta ideo meminisci [Forte, meminisse] debet, quia Christus non solum pro sacerdotibus passus est, sed et pro plebe sancta; ideo dicitur quia fide ac baptismo Christi percepto sanctificata est.*

26. Modo indicant unde meminisci debent, id est, *tam beatæ passionis, necnon et ab inferis resurrectionis, necnon et in cœlos gloriose ascensionis. Christi Filli tui passionis memores esse debemus, quia pati dignatus est pro nobis. Resurrectionis ab inferis, per resurrectionem ejus liberatae [Forte, liberatae anime] sunt. Gloriosæ ascensoris ejus memorare debemus, quia corpus humanum, quod assumpserat, junctum divinitati sine ullius adjutorio propria majestate portavit in cœlum. Ideo diximus, sine ullius adjutorio, ut intelligatur quod non hominum, nec angelorum, nec ullius creature vehicle eum ascendisse in cœ-*

**A** lom, sed à Patre majestatis elevatus est, **228** de quo ipse dixit in Evangelio: *Ego et Pater unus sumus.*

27. *Offerimus præclaræ Majestati tue de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sauctum vitæ æternæ, et calicem salutis perpetuæ. Domine, omnium memores supradictarum honitatum tuarum, offerimus tue Majestati hostiam puram, hoc est, de corpore puro, quia purum est corpus tuum, quod de hoc pane fieri creditus. Hostiam sanctam, quia tu sanctificasti corpus tuum, quando hominem in Deum assumpsisti, et nunc sanctifica hunc panem, ut corpus tuum fiat. Hostiam immaculatam, quia tu sine macula peccati passus es pro nobis.*

28. *Panem sanctum vitæ æternæ, quia tu panis vivus es, qui de cœlo descendisti, et corpus tuum in hoc pane a te sanctificato nos accipere voluisti, et per calicem passionis tue nos sanguinem tuum sumere voluisti, tu sanctifica hanc hostiam, ut nobis corpus tuum et sanguis tuus fiat. Supra quæ propitiatio ac sereno vultu respicere digneris. Illoc deprecamur, ut Pater sanctus supra bona a nobis oblatâ pio et blando vultu et claro dignetur respicere, id est, videre et accepta habere. Sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abraham, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Accepta habuit Dominus munera Abel, quia quidquid optimum invenit, obtulit Dominus; et nos justa munera et munda Deo mundo corde offerre debemus. Abraham proprio filio suo Isaac non pepercit, sed obediens iussioni Domini offerre eum voluit.*

29. *Melchisedech primus sacerdos Domino panem et vinum obtulit, et ideo scriptum est in Psalmo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech (Psal. cix, 4). Quia sicut Melchisedech panem et viuin, ita et Christus in passione sua corpus et sanguinem suum obtulit Deo Patri pro nobis, et in pane, et vino passionis suæ mysterium nos imitari voluit, quando discipulis suis dans panem ac calicem, dixit: *Hoc est corpus meum, et hic est calix sanguinis mei. Et nos supplicare debemus, ut sicut supradictorum Patrum accepta Deo fuerunt munera, ita hanc et nostra.**

30. *Suplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hac perferri per manus sancti angeli tui in sublimè altare tuum in conspectu divinae Majestatis tue. Illuminiter postulamus ut munera nostra super hoc altare, quod videri potest, oblatæ, pater cœlestis jubeat per manus sancti angeli sui perferri in illud altum altare ante divinam Majestatem suam, quod oculis nostris videre non possumus, quia corporale non est, sed spirituale. Et sicut nos divinam Majestatem Patris investigare non possumus, ita nec ea quæ in conspectu ejus sunt debemus investigare, sed potius credere: ut quovad ex hac altaris participatione satrosanctum Filiū tui corpus et sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti et gratia repleamur per Christum Dominum nostrum. Orare debemus Patrem cœlestem, ut omnis qui ex ipsis altaris [Forte, omnes qui ex ipso altari], supra quod nos offerimus Deo Patri in commemorationem Filii sui Domini nostri Iesu Christi, (corpus) **229** et sanguinem predicti Filii sumpserimus, omnem benedictionem cœlestem accipere mereamur per Christum Dominum nostrum.*

31. *Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multititudine miserationum tuarum sperantibus, parum aliquam et societatem donare dignoris cum sanctis apostolis, et martyribus, et omnibus sanctis. Hæc omnia sacrificia ideo sunt oblatæ, tam a sacerdote quam a populo, ut omnipotens Deus peccata nostra non reputet, sed cum sanctis suis nobis portionem tribuat. Intra quorum nos consortium non estimator meriti, sed venie, quæsumus, largitor admittit. Hoc*

rogamus, ut ipse qui dixit: *In quacunque die peccator conversus fuerit, et penitentiam egerit, omnia peccata ejus in oblitione erunt coram me. Non retributionem peccatorum astinet, sed ipse (sic) venie largitor, ut intra sanctorum societatem nos mittat per Christum Dominum nostrum.*

32. Per quem omnia haec dona ille creavit, ipse sanctificet, et benedicat, et prospicit nobis, ut per Christum, per quem facta sunt et in Christo, in quo facta sunt omnia et cum quo facta sunt omnia, qui coæternus est Patri, semper gratias referamus Patri per omnia saecula saeculorum. Amen. *Præceptis salutaribus moniti et divina, etc. Christi præceptis, quæ salute sunt plena, quia ipse est salus æterni, sumus admoniti, et iusti, et divina institutione formati; idem formam et exemplum a Christo Domino nostro accipimus, et ausi sumus orare, sicut ille docuit discipulos suos; et Patrem nostrum credimus, qui nos creavit, et dicitur:*

33. *Pater noster, qui es in cælis. Christus dixit post resurrectionem suam: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum. Alter dixit Patre nōsum, alter Patrem nostrum. Patrem suum, quia proprius Filius est Patris ex substantia Patris ante omnia saecula genitus, Patri coæternus. Pater noster ideo est, quia nos creavit in tempore, et nos filii sumus adoptivi, et hereditati coælesti Patris nostri coælestis possidere debemus, si operibus implemus, quia perceptionem fidei spopondimus. Cœlum a celando dicitur, eo quod celat divina secreta. Alter cœlum a cæstitudine dicitur, eo quod altus est rebus terrenis. Nos autem ideo dicimus Pater noster, qui es in cælis, ut credere ostendamus in Patrem coælestem; et sicut filii præcepta Patris sui implere cupimus, ita et nos ipsius præcepta implere, et ad cœlum semper tendere desideremus.*

34. *Sanctificetur nomen tuum, hoc est, ut nos digni sumus nomen sanctum ejus tenere in cordibus nostris, ut sicut sancti angeli, qui in cœlo sunt, sciunt et intelligunt sanctitatem nominis sui, ita et nos, qui in terra sumus, ipso adjuvante, mereamur sanctitatem ejus cognoscere; ut sicut in cœlo, ita et in terra sit nomen ejus sanctificatum. Adveniat regnum tuum, hoc est, ut nos regnum et potentiam ejus mereamur cognoscere, et ut jam propter nostra peccata diabolus non regnet super nos, sed ipsius regnum adveniat, sicut in Evangelio scriptum est: Regnum Dei intra vos est.*

35. *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra; hoc est, ut ejus voluntatem sicut illi qui in cœlo sunt faciunt, ita nos, qui in terra sumus. 230 fa. Iamus. Terra a terendo dicitur, eo quod præibus teritur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Panis apud Græcos in nostra lingua omnis interpretatur. Et nos oramus ut omnipotens Pater omnes victimæ, spiritualem ac corporalem, nobis largiri dignetur omni tempore. Et dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nihil enim injustum facit, qui sibi debenti debitum requirit, sed si omnipotens Deus a nobis omnia debita nostra requirit, nullus sine dubio invenitur liber; et ideo nos debemus debitoribus nostris debita dimittere, ut nobis Omnipotens nostra dimittat, quia ipse dixit: Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, nec Pater vester coælestis remittet vobis peccata vestra (Matth. xviii., 35). Et atibi: Auseruntur de regno ejus omnia scandala (Matth. xiii., 41); et item sacrificium non recipitur, si illud scandalo offertur; sed ante altare dimitti jubetur, usque dum reconcilietur fratri suo, et tunc offerri mundo corde.*

36. *Et ne nos inducas in temptationem. Illoc est, ne intrenus in illam temptationem, in qua diabolus nos tentat, et ei consentiamus; sed Dominus ipse nos defendat, ne inducamur in temptationem diabolus, quia si Dominus nos dimittit, statim intramur in laqueum diaboli, et ideo postulamus ut ipse nos liberet a malo, hoc est, ab omni impugnatione dia-*

*A bolica. Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus et futuris. Hoc postulamus, ut ipse nos ab omnibus malis liberet, qui nos mundos et bonos creavit, in quo nullum est malum. Præterita sunt, quæ jam ante peccantes commisimus, et ideo flage la sustinemus. Futura sunt, quæ adhuc, diabolo suggestente, venire possunt; et ideo oramus ut ab omnibus liberemur, quia ante conspectum Dei nulla sunt præterita, nec futura, sed omnia sunt præsentia.*

37. *Intercedente pro nobis beata et gloriosa semper virginis Dei Genitricis Maria, et beatis apostolis Petro et Paulo atque Andrea. Invocamus nobis in adjutorium Genitricem Dei, quæ virgo fuit ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Et beatos apostolos, qui nobis mysteria celebranda tradiderunt, ut intercedant pro nobis, quia nos ipsi digni non sumus de præteritis ac præsensib[us] veriam promoveri, nec de futuris cautelam, nisi nobis eorum orationes donetur. Jam oravimus ut libaremur a malis, nunc oremus ut, prædictis sanctis intervenientibus, ipse donet pacem propitiis in diebus nostris, qui poteris est a malo liberare.*

38. *Pacem a tentatione diaboli, ne induceremur in eam; pacem a malis hominibus, ne patiamur flagella eorum. Ut ope misericordiae tuæ adjuti. Hoc est, ut Dei adjutorio adjuti: A peccato sumus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Hoc est a peccatis nostris dimissus in præsenti saeculo non perturbemur iterum peccantes, nec in die judicii æterni perturbationem patiamur. Pax Domini sit semper nobiscum. Christus est pax æterna, qui nos reconciliavit Patri per passionem suam, ne propter peccatum primi hominis in inferno detineremur: hoc orat sacerdos, ut illa pax cum populo permaneat et omnes concordes faciat, ut pacifice cum Christo permaneatur in cœlo regnare.*

231 3. *Ei ideo tunc fecimus pacem, antequam corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi in corpora nostra suscipiamus, quia sine concordia digni non sumus sanctam communionem acribere. Quia munera, si discordiam habemus cum proximis nostris, antequam reconciliemur, a Domino non recipiuntur. Tunc orat clerus, cantando: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus dicitur propter innocenciam, quia nulli hominum, vel bestiarum nocet; et dum ad victimam ducitur, occidente se non ludit, sed occisorum suum post occisionem suam reficit. Ita et Christus nullum lasit, sicut Apostolus dicit: Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (1 Petr. ii., 22). Sed post passionem suam conversos persecutores suos multos per sanctam communionem corporis et sanguinis sui reficit, et credentes facit. Ipse tolit peccatum mundi, quando veniam peccatorum nobis dedit.*

40. *Quia ante passionem ejus justi et peccatores in infernum descenderunt, et in Veteri Testamento remissionem peccatorum nusquam legimus. Christus vero per penitentiam non solum remissionem peccatorum, sed etiam gaudium nobis promisit angelicum, dicens: Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente (Luc. xv., 7). Ipsum Christum, qui est Agnus Dei innocens, qui passus est pro salute mundi, petimus ut misereatur nostri, dicentes: Miserere nobis. Nam et agnus in Veteri Testamento pro peccatis populi offerebatur; et in Novo Testamento Christus semetipsum obtulit Deo Patri, ut peccatum humanum per passionem suam liberaret a peccato; et ideo Agnus Dei tunc cantatur, quando corpus et sanguis Christi percipitur, ut omnes credamus quia ipsis Agni corporis et sanguinis tunc sumuntur, qui peccata mundi tulit moriendo, et vitam æternam nobis donavit resurgendo Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.*

41. *Ei post missam finitam dicit diaconus: Ita,*

*missa est. Diaconus Graecus, minister Latine dicitur. A Ius ante exire debet de ecclesia quam nuntiatum sit ille nuntiat populo, quod illius sunt preces, quia nullus de ministro, et omnes respondeant : Deo gratias.*

## APPENDIX IX.

### SENTENTIARUM LIBER QUARTUS.

**CAP. I.** *De rectoribus, qualiter conversationem habent.* — 1. Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc omnitudinam polluat, qui hoc suscepit officium, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergit. Necesse est ut esse munda studeat manus quae diluere sordes aliorum curat, ne tacta quoque deterrim inquinet, si solidam insequens lutum tenet. Hinc namque per prophetam dicitur : *Mundamini, qui fertis vasa Domini (Isai. LII, 11).* Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad æternam sacraria perducas in sua conversationis fide suscipiunt. Apud semetipsum quantum debent mundari con-piciant, qui **232** ad æternitatem templum vasa viventia in situ proprie spensionis portant. Hinc divina voce præcipitur ut in Aaron pectore rationale judicij viitis ligabitus imprimatur (*Exod. xxviii, 1.*) ; quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxa possidente, sed ratio sola constringat (*Greg. Reg. past. p. II, c. 2; Taio, lib. II Sent. c. 33.*)

2. Nec indiscretum quid vel inutile cogitet, qui, ad exemplum aliis constitutis, ex gravitate vitæ semper debet ostendere quantum in pectore rationem portet. In judicij rationale, quod in Aaron pectore ponitur, præcipitur ut dno: eccliam patriacharum nomina describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur, cum sane orum vestigia sine cessatione considerat, et cogitationes illicitas derelinquit, ne extra ordinis limites operis pedem tenuat. Debet rector subtili semper examine bona malaque discernere, et quæ, vel quibus, quando, vel qualiter congruant, studiose cogitare, nihilque proprium querere, sed sua commoda propinquorum deputare.

3. Sit rector operatione præcipiens, ut vita viam subdit bene vivendo denuntiet, et gressus, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradatur. Per divinam legem præcipitur : *Sacerdos in sacrificium armum dextrum accipiat, et separatum (Exod. xxix, 22), ut non solum sit ejus operatio utilis, sed etiam singularis; nec inter malos tantummodo quæ recti sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute trans-endat.* Sacerdoti in esu pectoricum cum arnio tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semel ipso auctori discat immolare. Et non solum peccatori quæ recta sunt cogitat, sed spectatores suos ad sublimis armo operis invitet (*Greg. Reg. past. p. II, c. 5.*)

4. Nulla præsentis vita rector appetat, nulla per-timescat, blandimenti mundi responcio intimo terroris despiciat. Terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contemnit. Sit rector singularis compassionis proximus, praecinctus contemplatione suæ pensus, ut et per pietatis viscera in se infiltratatem exteriorum transferat, et per speculationis altitudinem semetipsum quoque invisibiliter appetendo transcendat, ne aut alta petens proximorum intima [*At. infirma*] despiciat, aut inliris, roxinorum congruens appetere altæ elinxiat. Pastores non solum sursum sanctum caput Ecclesie videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius in serendo descendunt (*Ibid., c. 5.*)

5. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat, et exit, et qui intus in contemplationem rupit, foris infirmandum negotiis urgetur. Intus Dei arcana con-

siderat, foris onera carnalium portat. Ipsa scilicet Veritas per susceptionem nobis nostræ humanitatis ostensa, in monte orationi inhæret, miracula in urbibus exercet (*Luc. vi, 12*), imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens, ut si etiam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur. Qui re imine pastorali sunt aliis prælati, tales se exhibeant, quibus subiecti occulta sua prodere **233** non eubescant; ut cum tentationum fluctus parvuli tolerant, ad passus mentem qua-i ad matris sinum recurrant. Et hoc quid se inquinari pulsantis culpe sordibus prævident, exhortacionis ejus solatio ac lacrymis orationis lavent.

6. Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruiat, aut, solis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis non impendat. Sacerdotibus per legem præcipitur ut tendentes ludent capita sua (*Ezech. XLIV, 20*), ut videlicet curæ temporalis sollicitudines, et quantum necesse est provideant, et tamen recidantur citius, ne immoderatus ex crescere; dum igitur et per administratam exteriorum providentiam corporum vita protegitur, et rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis et servantur, ut aurem cooperiant, et rosecantur, ne oculos claudant (*Greg. Reg. past. p. II, c. 7, 8.*)

7. Necesse est ut rector solerter invigilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiose interiora penetret, cum provide exteriora subministrat, se magis a subtilis diligenti quam veritatem quarrai, ne cum, bonus aitibus fatus, a mundo videtur alienus, hunc Auctoris reddit extraneum auor eius. Hostis Redemptoris est, qui per recta opera quæ facit ejus vice ab Ecclesia amari concupiscit, quia adulterinus cogitationis reus est, si placere puer sponsæ oculis appetit, per quem sponsus dona transmisit. Necessarium valde rectoribus est ut cura regiomnis tanta moderaminis arte temperetur, quatenus subitorum mens, cum quædam recta sentire potuerit, sic in vocis libertate prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erum, at; ne dum fortasse immoderatus linguis eis libertas conceditur, vita ab his humilitas amittatur.

8. Oportet igitur ut rectores boni sic placere hominibus appellant, ut sua astimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam, quasi quædam viam faciant, per quam corda audientium ad ore Conditoris introducant. Difficile quippe est ut quilibet recta denuntians prædicator, qui non diligitur, libenter auditatur. Omne hoc quod præmisimus rite a rectore agitur, si superne formidinis et dilectionis spiritu afflatus studiose quotidie sacri eloquii præcepta meditetur, ut in eo vim sollicitudinis, et erga celestem vitam provide circumspectio, quam humanæ conversationis usu indesinenter destruit, divinae admonitionis verbis restaurent; et qui ad vetustatem per societatem sacerdotalium ducuntur, ad amorem semper spiritualis patriæ compunctionis aspiratione renovetur (*Ibid., c. 11.*)

9. Quia igitur qualis esse debeat pastor superiorus ostendimus, nunc qualiter docet demonstremus. Non una, eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos per morum qualitas astringit. Sæpe namque aliis officiunt quæ aliis prosunt, quia ei plerum-

que heretæ quæ haec animalia nutritunt, alia occidunt, et lexis sibilis equos mactat, eatus instigat, et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit; 236 et panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Apte tintinnabula vestimentis pontificis describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere, propheta attestante, qui ait: *Sacerdotes tui induantur justitia* (*Psal. cxxxi, 9*)? Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut vita viam cum lingua souitu ipsa quoque opera sacerdotis clament (*Greg. prol. II part. Reg. past. Taio, lib. II, c. 53*).

10. Nos quia infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quid sumus, ut ex propria infirmitate pensemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Consideremus igitur quia aut tales sumus quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando sumus, et si jam divina gratia operante non sumus, ut tanto eos temperantius corde humilis corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his quos emendamus agnoscamus. Scriptum est: *Filiae tibi sunt? Serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illos* (*Ecli. vii, 26*). Infirma quippe animæ, atque ad appetitum mundi deditæ, aliquando melius ex severitate servantur, ut obfirmata facies, id est, per severitatis custodiam ab omni spe frivoles remissionis obducta inconstantem animum terreat, atque a delectatione viliorum distinctionis sua rigore constringat (*Greg. Moral. I. xxiii, c. 13, n. 25; Taio, I. u. c. 36; Greg. I, Ezech. hom. 12, n. 31*).

11. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, quatenus et multum amet, et nunquam contra eum per elationem superbiat; cui tamen amorem suum et humilitatem pro utilitate ejus prodre recusat. Cum per zelum auctiōis moveretur rectoris, curandum summopere est ne haec eadem quæ instrumento virtutis assumatur, menti ira dominetur, ne quasi domina precedat, sed velut ancilla ad obsequium parata a rationis tergo nonquam recedat. Tunc enim contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Qui zelo rectitudinis moveretur, sic culpas delinquentium corrigat, ut ante ipse qui corrigit per patientiam crescat; ut fervorem transcendentendo dijudicet, ne intemperantius excitatus ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine obserret (*Greg. Moral. V, 45, n. 82*).

12. Sunt plerique pastorum qui, dum metiri se nesciunt quæ non didicerunt docere concupiscunt; qui pondus magisterii tanto levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant, ut quia indocti ac precipites doctrinæ artem tenere appetunt, a precipitationis sue ausibus in ipsa locutionis janua repelluntur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Sunt nonnulli qui intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, transcendere alios concupiscunt, atque, attestante Veritate, primos in coenis recubitus, primas in conventibus cathedras querunt (*Math. xxii, 6, 7*); qui suspectum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magisterium ex sola elatione pervenerunt. Ipsi quippe in magisterio lingua confunduntur, quando aliud discit, et aliud docetur (*Greg. Reg. past. p. I, in exord.; Taio, II, c. 37; ibid., c. 1*).

13. Sub magno moderamine pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, 235 vel ligare. Sed utrum justæ an injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est ne is qui subest, et cum injuste forsitan ligatur, obligationis sue sententiam ex alia culpa mercatur. Prædicatores sancti, qui districtum Dei judicium metuunt, animarum judices sunt, et alias dant, vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in Ecclesia epi-

A scopi locum tenent; solvendi ac ligandi auctoritatem suscipiant, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor pontificalis, sed grande pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderationem vita sue index vita sit alienæ. Plerumque contingit ut ipse judicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat. Et sœpe agit ut vel damnet inmeritos, vel alios ipse ligatus solvat (*Taio. I. II, c. 58, circa fin.; Greg., in Evang. hom. 26, n. 4, 5*).

14. Sæpe in solvendis ac ligandis subditis sua voluntatis (*At. volupiatis*) motus, non autem causarum merita, sequitur; unde fit ut ipse et ligandi et solvendi potestate se privet, qui hauc pro suis voluntatibus, et non pro subiectorum meritis exercet. Sæpe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Judicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur; unde recte per prophetam: *Mortificabanti animas, que non moriuntur, et vivificabanti animas, que non vivunt* (*Ezech. xiii, 19*). Viventem quippe mortificat, qui justum damnat; et non victurum vivificare nititur, qui reum suppicio absolvere conatur.

15. Nonnulli episcoporum donum accepti Spiritus in usum solent negotiationis exercere, et miraculorum signa ad avaritiæ obsequium declinare. Hanc est enim quod Simon per impositionem manus edita miracula concupiscens, percipere donum Spiritus pecunia voluit (*Act. viii, 18*); scilicet ut deterius veuderet quod male comparassei. Redemptor noster flagello de restulis factus, de templo turbas ejicit, cathedras videntium columbas evertit (*Joan. II, 15*). Columbas quippe vendere est impositionem manus, qua sanctus Spiritus accipitur, non ad vitæ meritum, sed ad præmium dare. Sunt nonnulli qui nummorum quidem præmia ex ordinatione non accipiunt, et tam sacramentos ordinis pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimisrum, quod gratis accepérunt, gratis non retribuunt, quia de impenso officio sanctitatis nummum favoris expetunt (*Greg. I in Evang. hom. 4, n. 4; Taio. II, 40*).

CAP. II. *De clericis, quales eos esse oporteat.* — 1. Clericus admonendus est, quatenus sic vivat, ut bonum exemplum vitæ sue sacerularibus præbeat. In clero si quid juste reprehenditur, ex ejus vitio ipsa religiosis nostræ aestimatio gravatur. Clerici discant ut quæ a senioribus suis jubent implent, ut humiliiter eorum imperitis subjacent, ut nec subiectio eos conterat, nec locus superior extollat. Clerici discant quomodo ante occulti Arbitri oculos per humiliatem et obedientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis etiam præmia sortiantur. Admonendi sunt clerici, ut tanto circa se sollicitius vivant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis ne præpositorum suorum vitam temere 236 judicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident; ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt clerici, ne cum culpas suorum præpositorum considerant, contra eos audacieores fiant; sed sic eorum prava apud semetipsos disjudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis jugum reverentie non recusent, quia facta præpositorum oris gladio terienda nou sunt, etiam cum recte reprehendenda judicantur (*Taio. II, 44; Greg., I in Evang. hom. 17, n. 18; Reg. past. p. III, c. 4*).

2. Plerosque clericos ab impudentiæ vito nonnisi increpatio dura compescit, quia dum se delinquere nesciunt, necesse est ut a pluribus increpantur. Verecundos clericos plerumque ad melius exhortatio modestia componit, quia eis ad conversionem sufficit quod doctor eis mala sua saltem leuiter ad memoriam reducit. Major protactus modestis clericis adducitur, si hoc quod in eis reprehenditur quasi manu linguae blandientis ex latere tangatur. Pusillanimes clericos aptius ad iter bonum agendi reducimus, si quedam illorum bona ex latere requiramus; ut dum in eis

**a**lia reprehendo corripimus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorum tenetitudinem laus auditam nutrit, quam culpa increpata castigat. Plerumque utilius apud clericos proficimus, si et eorum bene gesta memoramus, et si qua ab eis inordinata gesta sunt, non jam tanquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus. Plerique clericorum dum in culpa sua deprehendi metuntur, semper improbus defensione querunt, se l. pavidis suspicionibus agitatur. Nihil quippe est ad defensandum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius; nam dum fallaciam suam tueri cogitur, duro labore cor fatigatur. Plerumque in culpa clerici deprehensi, dum quales sunt cognosci refugint, sese sub fallacia velamen [Gr. Ed. velamine] abscondunt, et hoc quod peccant, quodque jam aperte cernuntur, excusare moluntur. Plerumque contingit ut is qui pravorum clericorum culpas corripere studet, asperso; falsitatis nebulis seductus, rene amississe se videat, quod de eis jam certum tenebat (Greg., ibid., c. 7, 11).

**CAP. III. De invidis et protervis subditis.** — 1. Plerumque subditi sub pastorali regimine constituti, dum valde se elati presumunt, exprobrando ceteros dediti-  
gnantur, dum singulariter summa testimonia cuncta quae agunt. Subtiliter itaque ab argenteo discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent, ostendatur, quia Domino displicant. Tunc protervos melius corriginus, cum ea quae bene egisse se credunt male acta monstramus; et unde adepta gloria creditur, inde utilis confusio subsequatur. Homines, impati, subditi cum se vitium proterviae minime per-  
petrare cognoscunt, compeniosius ad correctionem veniunt, si alius culpa manifestioris, et ex latere re-  
quisita, improperio confunduntur, ut ex eo quod de-  
fendere neque cognoscant se tenere improbe quod defendunt. Cum proterve Paulus Corinthios adversum se invicem videret inflatos, ut alius Apollo, alius Pauli, alias Cephæ, alias Christi esse se dicentem (1 Cor. i, 12; iii, 4), incestus culpam in medium deduxit, quae apud eos et perpetrata fuerat, et incor-  
recta remanebat, dicens: *Auditur inter vos forniciatio, et talia fornicatio, qualis nec 237 inter gentes, ita ut uxorem patria quis habeat. Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit* (1 Cor. v, 1)? Ac si aperte dicat: Quid vos per proterviam hujus vel illius dicitis, qui per dissolucionem negligenter nullius vos esse mon-  
stratis? Admonendi sunt invidi subditi, ut perpendant quantas cæcitatibus sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione comabescunt; quante in felicitatis sunt, qui melioratione proximi deteriores sunt (Greg. Reg. past. p. iii, c. 8, Taio. ii, 45; Greg., Reg. past. p. iii, c. 40).

2. Dumque augmenta alienæ prosperitatis aspi-  
ciunt, apud semetipsos anxiæ afflicti cordis sui peste moriuntur. Duni se invidi a livore minime custodiunt, in antiqui versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: *Invidia diaboli mors intra-uit, in orbem terrarum* (Sap. ii, 24). Quia enim ipse coelum perdidit, condito homini invidit, et damnatioiem quam perditus adhuc alios perendo cumula-  
vit. Dicendum est invidis quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quidquid in se aliud boni habere videntur interrinnent. Unde scriptum est: *Vita carnium sanitas cordis. Putredo ossium invidia* (Proverb. xiv, 30). Per livoris vitium ante Domini oculos perirent, etiam quæ humanis oculis fortia vi-  
dentur. Ossa quippe per invidiam putrescere est quedam etiam robusta depræire. Ille est vere humilia subjectus in bonis, qui non est defensor in malis; nam tunc de malis suis subjectus arguitur, et contra verba arguentis ascenditur, quando et de bonis suis quasi humiliiter titubat, per humiliatis voces ornari appetit, non doceri.

**CAP. IV. De vita vel conversatione monachorum.** — 1. Omnes monachi sæculum, relinquentes punire

**B**flendo non desinunt quæ deliquerunt. Gravi se mo-  
dere alificant, quia longe huc a facie Conditoris pro-  
jecti, adhuc in aeternæ patris gaudiis non intersunt.  
De quorum corde bene per Salomonem dicitur: *Cor, quod norit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus* (Proverb. xiv, 10). Corda bonorum monachorum amaritudinem suam noverunt, quia ærumnam exsilio, qua projecti lacerantur, intel-  
ligunt, et quam sunt tranquilla quæ perisiderunt, quam confusa in quibus deciderunt, sentiunt. Monachii, qui in amaritudine animæ sunt, mori mundo funditus concupiscunt, ut sicut in seculo ipsi nihil appetunt, ita jam a seculo nulla obligatione teneantur (Greg., Moral. l. v, c. 5; Taio. ii, 45).

2. Plerumque contingit ut jam monachus mundum non teneat mente, sed tamen mundus monachum qui-  
busdam occupationibus astringat, ei ipse quidecum jano mundo mortuus est, sed ipsi mundus adhuc vivit. Adhuc namque mundus eum concupiscit, dum alio, intentum in suis actionibus rapere contendit. Si uno in loco sint mortuus, et vivens, eti mortuus vivum non videt, vivens tamen mortuum videt. Si vero utriusque sint mortui, alter alterum nequaquam videt. Itaque jam mundum non amat, sed tamen ab illo vel non volens amat; eti ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Si vero nec ipse in amore mundum retinet, nec rursum a mundi amore retinetur, viçissim ubi utriusque extincti sunt, quia dum alter alterum non appetit, quasi mortuus mortuum non attendit. Cum hujs mundi gloria tristibus gementibusque tribuitur, poena se valdissimi timoris 238 afficiunt; quia eti ipsi mundum non tenent, adhuc tamen tales esse se metunt, qui a mundo teneantur; quia nisi ei quantumcunque vivent, hos ad usum suum procul du-  
bio non amaret.

3. Mare enim viva corpora in semetipsa retinet, nam mortua extra se protinus expellit. Nonnunquam monachi idcirco ad concepta desideria minime per-  
veniunt, ut, ipsa interveniente tarditate, ad eadem desideria laxato mentis suu dilatentur. Quare quæ extenuari fortasse impleta portant, magna dispositio-  
ne agitur, ut repulsa multiplicitus crescant. Plerique monachorum sic in praesens seculum mortificari appetunt, ut jam perfecte, si liceat, Conditoris sui fa-  
ciem contemplentur; sed eorum desiderium differunt, ut proficiat, et tarditatis suæ sibi nuntiatur, ut crescat. In Canticus cantorum sponsa sponsi sui faciem app-  
helinis eamat: *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea; quæsivi illum, et non inveni* (Cant. iii, 1). Abscondit se sponsus, cum queratur, ut non inventus ardentes queratur. Quare differunt querens sponsa ne inveniat, ut tarditatis sua capi-  
tior redditu, multiplicius quandoque inveniat quod quererebat. Cum spirituales monachi plene mortifica-  
tionem suam appetunt, quanto sunt viciniores ad finem, tanto se exhibent ardentes in opere (Greg., ibid., c. 4, n. 6).

4. Laborando ergo non desierunt, sed magis ad usum laboris crescunt; qui quoniam præmia propin-  
quiora considerant, eo in opere delectabilius exsu-  
dant. Plerique monachorum, qui ab operibus mundi non corpore [al., non torpore], sed virtute, sopiuntur, laboriosius dormiunt quam vigilare potuerunt, quia in eo quod actiones hujus saeculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligientiam torpeat, ne subacta otio ac desiderio ad desideria immunda frigescat, ne ipsis bonis desideriis plus justo inferveat, ne sub discre-  
tione specie sibi met parcent a perfectione languescat. Bonus monachus ab hujus mundi inquietâ con-  
cupiscentia se penitus subtrahit, ac terrenarum actionum strepitum deserit, et per quietis studium, ejus mens virtutibus intenta, quasi vigilans dormit.

**CAP. V. De humilitate vel opere monachorum.** —

1. Admonemus est monachus ut reverentiam, habi-  
tus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua sem-

per circuminspiciat, ac ea quae mundi sunt perfecte A deserat, et quod ostendit humanis oculis habitu, hinc ante Domini oculos moribus praetendat. Omnes monachi qui in curis exterioribus pargi refugunt, simplices in cogitatione atque in conscientiae sue habitatione consistunt (*Tao*, II, 46; *Greg., Moral.*, V, c. 11, n. 20).

2. Hinc de Jacob scriptum est: *Vir antem Jacob habitat simplex in tabernaculo* (*Gen. xxv, 27*). In tabernaculo enim habilitare sese perhibentur electi monachi, cum eis transitoria prosperitas arredit, favorem mundi quasi nescientes dissimilant, et fortis gressu interioris hoc, unde exterior sublevant, calcent. Sepe bona agentes monachii paterna adhuc flagella sentiunt, ut tanto perfectiores ad harderitatem veniant, quanto eos pie feriens disciplina quotidie [*Al.*, etiam de] minimis purgat.

CAP. VI. *De tepiditate vel otio monachorum.* —

1. Nonnulli monachorum modi quidem actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exerceuntur. Hi numerum tempore, non studio, dormiunt, et idcirco in terra conspiciunt, quia caput non in Lapide, sed in terra posuerunt. **239** Plerumque monachus contingit ut quanto securius ab externis actionibus cessant, tanto latius immunda in se cogitationis strepitum per otium congerant. Unde sub *Judea* s. ecce per prophetam torpens otio anima defletur, cum dicatur (*Thren. I, 7*): *Viderunt eum hostes, et deriderunt subdita ejus* (*Tao*, II, 49; *Greg., Moral.*, V, 31, n. 5).

2. Plerumque precepto legis ab exteriori opere in Sabbatho cessatur. Hostes ergo Sabbatho videntes irride, cum magnum spiritus ipsa vacatio otia ad cogitationes illicitas pertrahunt, ut unaquaque anima, quo remota ab externis actionibus Deo creditur servire, eo magis tyranni illitiae famuletur. Per sapientissimum Salomonem dicitur (*Proverb. xviii, 9*): *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est dissipantis sua opera* (*Greg. Reg. past.*, p. III, c. 34).

3. Inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, si operandi ipsa remissio contra hoc quod operationem est pinguis. Si, quod mortis [*Gr. Ed.*, si enim quod mortuum] in nobis est ad vitam non accedit, horum etiam extinguitur, quod quasi adhuc vivum tenetur. In hoc modo o humana anima quasi more navis est contra ierum fluminis concendentis. Uno in loco stare neque quam permittitur, quia ad ima relab tur, nisi ad summum conetur.

CAP. VII. *De adhibendis pro corporis necessitate subsidis.* — 1. Cum naturae nostrae necessitatibus plerumque, plusquam expedit, deseruimus, mentisque curam negligimus, ex miseria negligentie infirmitatis nostrae addimus squalido culpi. Neces- sitates presentes saepe in eis minime discernuntur, quid circa illas per uniuersitatem studiorum, et quid per voluptatis vitium agatur. Infirmitati naturae nostrae negligientiam relaxare nihil est, aliud quam calamitatis miseriam adere, atque actionem [*Al.*, infirmitatem... D per negligeniam... atque vita... squalorem] ex eadem miseria multiplicare (*Greg., Moral.* XX, 14, n. 28; *Tao*, III, 12).

2. Sancti viri in me quod agunt studiosissima intentione discerunt, ne quod plus ab eis naturae sue infirmitas quam sibi debetur exigat, ne sub necessitatibus regimine in eis vitium voluptatis excrescat. Electi viri alio ex infirmitate, aliud ex tentationis suggestione sustinent, et quasi quicunque rectissimi arbitri [*Al.*, arbitres] inter necessitates voluptatis constituti, hanc consolando et sublevando, illam premendo frenant. Unde fit ut etiam infirmitatis sue calamitatem tolerant, tamen ad squalorem miser ac per negligientiam non descendunt.

3. Hoc ipsum enim esse in calamitate est necessitates naturae ex carnis corruptibilis infirmitate sustinere. Presentis vitae necessitates cupiebat evadere qui dicebat: *De necessitatibus meis eripe me* (*Psal.* XXX, 3).

A xxiv, 17). Siebat enim plerumque voluptatum culpas (*ex necessitatum*) occasione prouincere, et ne quid sponte illicium admittere, hoc ipsum satagebat eveni, quod nolens ex radiis tolerabat.

4. Plerique cum legendis membris vestimenta quarunt, non solum que tegant, sed etiam que extollant, expunt; et contra torporem frigoris non solum que per pinguedinem munant, sed etiam que per molitum delectent; non solum que per molitum tantum moleant, sed etiam que per colorem oculos seducant. De his ergo necessitatibus hinc Psalmista desiderans, ait: *De necessitatibus meis eripe me*. Necesse tamen est **240** causa in usum voluptatis vertere, quid est aliud quam calamus? Huius squalorem misericie sociare?

5. Plerumque replemus refectionibus corpus, ne extenuatum deficiat; extenuamus abstinentia, ne nos repletum premat; vegetamus motibus, ne situ immobilitatis intereat; sed citius hoc coilocando sistimus, ne ipsa sua vegetatione surcumbat; adjumento hoc ve tis tegimus, ne frigus intermitat. Et que sunt adiuncta [*Al.*, et quaevisa adjumenta] projicimus, ne calor exurat. Tot ergo diversitatis ibus oculu renies, quid agimus, nisi corruptibilitati servimus, ut saltem multiplices impensis obsequi corpus sustineat, quod anxietas infirmie mutabilitatis gravat (*Greg., Moral.*, IV, 34, n. 68).

CAP. VIII. *De elecrosis inter tumultus reprobatorum bene viventibus.* — 1. Quidam plerique cur non omnes homines sunt qui nobis um vivunt? Mala proximorum ferre nolumus. Omnes sanctos jam dehere esse decernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hoc in re luce clarum patet, dum malos portare remanimus, quam multum adhuc ipsi de bono in nos habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit et cum malis bonus. Beatus Job de semelipsa asse: it dicens: *Frater sui dr. conum, et socius stratiionum* (*Job. xxx, 29*). Hinc Paulus apostolus discipulis dicit (*Philipp. II, 15*): *In medio nationis pravae et perverse, inter quos tuccis, sicut luxuria in mundo* (*Tao. III, 15*, *Greg. I, in Ezech., hom. 9, n. 22*).

2. Hinc Petrus pastor gregis dominici ait: *Justum Lot oppressum a nefandorum impudica conversatione ei ipsi; asperci enim et auditus justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justi inquis operibus cruciabant* (*II Petr. II, 7*). Lumen vita proximorum saepe queritur, mutare locum cupimus, conatur secretum vita remonstris eligere habitaculum, videlicet ignorantes quia si desit sanctus spiritus, non adjuvat locus. Lot deinde in Sodomis sanctus existit, sed in monte peccavit. Quia autem locum mentem non mouunt, ipsi humani generis primus parentes testatur, qui ei in paradyso graviter cecidit.

3. Sed minus sum omnia que loquimur ex terra, nam si locus salvare potuisse, Satan de celo non caderet. Psalmista David ubique in hoc mundo tentationes esse conspicens, quascum locum quod fugeret, sed sine Deo non potuit inuenire. Ex qua re et ipso ubi locum fieri petuit, propter quem et cum quiescivit, dicens: *Esto mihi in Uerum protectorem, et in locum munitem, ut savum me facias* (*Psal. XXX, 3*). Sicut gravioris culpa est inter bonos bonum non esse, ita immensi est praecomi bonum etiam inter malos existit se.

CAP. IX. *De passione electorum et compassione proximorum.* — 1. Sancti viri tribulationum bello deprehensi, uno eodemque tempore alios ferentes atque alios suadentes erunt. Illi opponunt scutum patientie, iis jacula intorquent doctrinæ. Ad ultimum e pugnandi modum mira virtus arte electi viri se erigunt, quatenus et interior sapienter doceant, et foras fortiter adversa contemnant. Illos docentes corrigant, illos tolerantes preuant. Electi viri insurgentes hostes patiendo despiciunt, infirmantes vero cives compatiuntur ad salutem. Illis resistunt, ne et alios subtrahant; de istis metuant, ne vitam rectitudinis

funditus perdant (*Tao*, III, 35; *Greg.*, *Moral.*, III, 21, A n. 39).

**241** 2. Penseretur cuius laboris sit Paulum apostolum uno eodemque tempore et foris adversa tolerare, et intus infirma protegere. Foris pugnas patitur, quia verberibus scinditur, catenis ligatur; intus metum tolerat, quia passionem suam non sibi, sed discipulis obesse formidat. Aliorum casus Apostolus in propria passione metuebat, ne, dum et ipsum discipuli afflictum pro fide verberibus agnoscerent, fideles se profiteri recusarent. Unde et eisdem scriptis, dicens: *Nemo moveatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus* (*I Thess.*, III, 3).

3. O immensa [Ed. Gr., immensæ] charitatis viscera Pauli apostoli! Despicit passiones, quas ipse patitur, et curat ne quid pravae persuasionis discipuli in corde patientur. In se contemnit vulnera corporis, et in aliis vulnera medetur cordis. Dum viri fortes in acie assistunt, illic jaculis adversantia pectora ferunt; hinc scuto postpositos debiles tuerunt, atque ita utrobique velocitate circumspectionis invigilant, quatenus et ante se audaces confodiant, et post se trepidos a vulnere defendant.

**CAP. X. De discretione.** — 1. Magnum est disciplinae magisterium subtilitas discretionis, quatenus quisque rector culpas delinquentium discrete novent parcere, et pie ressecare. Qui autem sic dimittunt peccata, ut non corrigant, aut sic quasi corrigo ferint, ut non dimittant, discretionis spiritum non habent. Scriptum in libro Genesis est: *Si recte offeras, et recte non dividias, peccasti* (*Gen.* iv, 7, sec. LXX). Recite offeratur, cum recta intentione quid agitur; sed recte non dividitur, si non hoc quod pie agitur etiam subtiliter discernatur. Oblata recte dividere, est quælibet bona nostra studia discernendo pensare. Quare niunirum qui agere dissimulat, etiam recte offerens peccat (*Greg.*, II in *Ezech.*, hom. 9, n. 20; *Tao*, III, 42; *Greg. Mor.* III, 13).

2. Sæpe quod bono studio gerimus, dum discernere caute negligimus, quo judicetur sine nescimus. Quare nonnumquam hoc fit reatu [Al., reatus] criminis, quod putatur causa virtutis. Recte ergo offerimus, cum bono studio bonum opus agimus; sed recte non dividimus, si habere discretionem in bono opere postponamus. Ille enim angustam viam ingreditur, qui in cunctis quæ agit discretionis subtilitate sollicitate coarctatur. Nam qui pro voluntate propria secura mente se dilatat, angustæ sibi portæ aditum damnat. Sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant per discretionem conspicit, et ventura vitiorum bella ex alto deprehendit (*Greg.*, I in *Ezech.*, hom. 2, n. 12; *Moral.* XXVIII, 11, n. 26).

**CAP. XI. De paenitentia.** — 1. Omnis peccator in paenitentia duplum habere gemitum debet; nimis, quia et bonum quod oportuit non fecit, et malum quod non oportuit fecit. Cum ad bona opera non assurgimus, necesse est ut nosmetipsos duplicitate defleamus, quia et recta non fecimus, et prava operati sumus. Per beatum Moysen unus turtur pro peccato, alter vero offerri in holocaustum iubetur (*Levit.* v, 7). *Holocaustum* namque totum incensum dicitur. Unum ergo turturem pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum damus; de altero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus [Al., negligimus], nosmetipsos funditus succidentes igne doloris ardemus (*Tao* III, 47; *Greg.*, *Moral.* XXXII, 3, n. 4).

2. Beatus Job per flagella proficiens, et a semetipso in magna sui redargutione dissentiens, dicit: *Idcirco ipse me reprehendo et ago paenitentiam* **242** *in favilla, et cinere* (*Job*. XII, 6). In favilla enim et cinere paenitentiam agere est, contemplata summa essentia, nihil aliud quam favillam se cineremque cognoscere. In cilicio asperitas et punctione peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum.

A Quare idcirco utrumque hoc adhiberi ad paenitentiam solet, ut in punzione cilicie cognoscamus quid per culpam fecimus, et in favilla cineri perpendicularis quid per judicium facti sumus. Considereretur in cinere in mortis sententiam subsequens justa poena vitiorum, quia propter peccatum carnis contumelia surrexerunt.

B 3. Videat homo in asperitate cilicii superbiendo quid fecit, videat in cinere usquequo peccando pervenit. Quasi quodam cilicio peccator pungitur, dum in mente sua aperis redargutionis stimulis confringitur [Al., confricatur]. In cinere autem agit paenitentiam, qui ex primo peccato quid per justum judicium factus sit solerter attendit. In tenebras diem vertimus (*Job*. III, 4), cum nosmetipsos districte punientes ipsa delectationis præbè blandimenta per districtæ paenitentiae lamenta cruciamus. Quare flendo insequimur quidquid in corde tacti [Al., tacti] ex delectatione peccamus. Omnipotens Dominus subtiliter acta nostra considerat, et tamen hæc paenitentibus misericorditer relaxat; qui et duritiam in peccantibus conspicit, sed tamen hanc præveniente gratia (*ad paenitentiam*) einollit (*Greg.*, *Moral.*, IV, 14, n. 26).

C 4. Culpas nostras Dominus enumerat, cum nos ipsos ad singula quæ fecimus deslenda convertit; quas misericorditer relaxat, quia eas dum nos punimus, ipse nequaquam in extremo examine judicat, Paulo attestante, qui ait: *Si nosmetipsos dijudicavimus, non utique judicaremus* (*I Cor.* xi, 31). Quid exterius agimus, nisi paenitentia interveniente diluamus, in secreto judiciorum Dei sub quadam occultatione servatur, ut quandoque etiam de sigillo [Al., de sacculo] secreti exeat ad judicij publicum. Cum vero pro malis quæ fecimus disciplinas flagello attimerim, et hæc per paenitentiam desflemus, iniuriam nostram signat, et curat, quia nec inulta hic deserit, nec in iudicio punienda reservat (*Greg.*, *Moral.*, XII, 17, n. 21).

5. Beatus Job, humani generis assumens personam, dicit: *Signasti quasi in sacculo delicta mea* (*Job*. XIV, 17). Peccata nostra signantur in sacculo, cum mala quæ fecimus, sollicito semper corde pensumus. Quid namque est cor hominis, nisi sacculus Domini, ubi dum studiose conspicimus per quanta delinquimus, peccata nostra quasi in Domini sacculo signata portamus, quia culpas quas nos intuendo et paenitendo cognoscimus, plus nobis conditor relaxat. Recte post signata in sacculo delicta dicitur: *sed curasti iniuriam meam*. Ac si aperte dicat: Quæ modo signas, ut paenitendo videam, agis procul dubio ne in retributione videantur.

**D CAP. XII. De confessione peccatorum.** — 1. Humilitatis testimonia sunt, et iniuriam suam quemquam cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. Usitatissimum humani generis vitium est, et labendo [Gr. Ed., latendo] peccatum committere, et commissum non confitendo prodere, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc augmenta nequitæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpe. Ad hoc primus **243** homo requisitus fuerat, ut peccatum quod transgrediendo commiserat confitendo deleret; et interrogatur ubi esset (*Gen.* III, 10), ut perpetratam culpam respiceret, et confitendo cognosceret quam longe a conditoris sui facie abasset (*Tao*, III, 48; *Greg. Moral.*, XXII, 15, n. 30).

2. Indicia veræ confessionis sunt, si cum quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit. Scriptum est: *Justus in principio accusator est sui* (*Proverb.* XVIII, 17). Non magis peccator, sed justus videri appetit, cum peccatorem se quisque nullo argenteo confitetur. Confessionis veritatem probat, cum alter malum quod fecimus increpat. Quod si superbe defendimus, liqueat quia

peccatores nos ex nobis sicut dicebamus. Curandum presumopere est ut mala quæ fecimus, et sponte faintur, et haec alii arguentibus non negemus. Superbie quippe vitium est, ut quod se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dignatur. Pignus debitoris est confessio peccatoris. A debitor enim pignus accipitur, cum a peccatore jam peccati confessio tenetur.

CAP. XIII. *Quot sint generas somniorum.* — 1. Sciendum magnopere est quod sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine, vel iuventute, aliquando vero illusione, aliquando cogitatione simul et illusione, aliquando revelatione, aliquando autem cogitatione simul et revelatione generantur. Sed duo quæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quatuor in sacra Scriptura paginis invenimus. Somnia etenim si plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent [Forte, non fierent], nequaquam hoc vir sapiens indicaret, dicens : *Multos errare fecerunt somnia, et illusiones vanæ* (*Eccli. xxxiv, 7*), vel certe : *Non augurabimini, nec observabitis somnia* (*Levit. xix, 26*). Quibus profecto verbis, cujus sint detestationis ostenditur quæ auguri conjuguntur (*Greg., Moral. viii, 4, n. 42; Taio iv, 7*).

2. Rursus, nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent, Salomon minime dixisset : *Multas curas sequuntur somnia* (*Eccle. v, 2*). Nisi aliquando somnia ex mysterio revelationis orientur, Joseph præserendum se fratribus per somnum non videret (*Gen. xxxvii, 7*), nec Mariæ sponsum, ut ablato puer, in *Egyptum* fugeret, per somnum Veritas admoneret (*Matth. ii, 13, 14*). Rursus, nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem disserens, a radice cogitationis hincasset, dicens : *Tu rex cogitare capisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc* (*Dan. ii, 29*). Quare qui revelat mysteria ostendit tibi quæ ventura sunt.

3. Quare paulo post : *Videbas, et ecce quasi statua una grandis; statua illa magna, et statura sublimis stabat contra te, et cetera.* Daniel itaque dum somnium et inplendum reverenter insinuat, et ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostendit quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generetur. Cum somnia tot rerum qualitatibus alterent, tanto eis credi difficultius debet, quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti viri inter illusiones atque revelationes ipsas vi-ionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut scient. *Tel quid a bono spiritu percipient, vel quid ab illusione [Al., illusore] patiantur* (*Greg. Dialog. iv, c. 48*).

**244** 4. Si erga somnia mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatis immergebit; qui nonnumquam solet multa vera prædicere, ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falsitate laqueare. Sepe malignus spiritus his quos amore vitae præsentis vigilantes inspicit [*Al. intercipit*], prospera eam dormientibus promittit, et quos formidare adversa considerat, eis hæc durius somnii imaginibus intentat, quatenus indiscretam mente diversa qualitate afficiat, easque aut spe sublevans, aut deprimens timore, confundat (*Greg., Moral. viii, 24, n. 43*).

5. Sepe antiquas hostis etiam sanctorum corda afficere somniis mititur, ut ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem momentumque devientur, quanquam ipsi protinus animum ab illusionibus imaginationis discutiant; sed hostis insidians, quod eos vigilantes minime sperat, eos dormientes gravius impugnat. Illusani generis hostem maligno agere etiam per somnia superna dispensatio benigno permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis præmio somnus vacet.

CAP. XIV. *De nocturnis illusionibus.* — 1. Noctur-

num est somnium tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliiquid corde concipitur, quod tamen corpore non expletur. Somnio nocturno pollutus egredi extra castra per Legem præcipitur (*Deut. xxiii, 10*), quia videlicet dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur indignum se cunctorum fideliū societatis arbitretur, culpa suæ meritum ante oculos ponat, et ex honorum se astimatione despiciat (*Taio, iv, 8; Greg., Moral. ix, c. 55, n. 81*).

2. Nocturno pollutus somnio post occasum solis aqua lotus ad castra per Legem redire præcipitur, quia necesse est ut, detervescente tentationis ardore, uniusquisque fiduciam iterum erga societatem bonorum sumat. Post lavationem aquæ, occumbente sole, ad castra revertitur qui post lamenta poenitentiae, frigescente flamma cogitationis illicitæ, ad fideliū merita persuenda [*Al., præsumenda*] reparatur; ut jam se a cæteris longe esse non astimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.

CAP. XV. *De multimodis argumentationibus Satanæ.* — 1. Per argumenta pestifera antiquus hostis calliditatis suæ vires erigit, et fluxa mortalium corda corruptit, unde vox dominica dicitur ad beatum Job : *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt* (*Job xl, 12*). Testes ejus sunt suggestiones prævae, quibus in (*mentis*) corruptione servescit, atque in constuprata anima iniqui operis prolem gignit. Testiculorum Vehemoth nervi perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta vehementius alligantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccantem fugere appetant, hoc sine alio peccati laqueo non evadant, et culpam faciant, dum vitant; ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari (*Taio, iv, 9; Greg., Moral. xxxi, 20, n. 35*).

2. Aliquando quisque cuncta quæ mundi sunt deserens, ac per omnia frangere proprias voluntates quarrens, alieno se subdere regimini appetit. Sed eum qui sibi ad Dominum præcessere debeat minus cauta inquisitione discernit, cui fortasse is qui sine judicio eligitur, cum præcessere jam coepit, agere quæ Dei sunt prohibet, quæ mundi sunt jubet. Pensans itaque subditus, vel quæ sit culpa inobedientiae, vel quod contagium secularis vitæ, et obedire trepidat, et non obedere formidat, ne **245** aut obediens, Deum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore contentiam.

3. Aperte ergo iste per indiscretionis suæ vitium perplexis testiculorum Vehemoth nervis astringitur, quia aut obtemperans, aut certe non obtemperans, ligatur in culpa transgressionis. Studebat proprias voluntates frangere, et curat eas etiam contemptu priore, solidare. Decrevit mundum funditus relinquare, et ad curias mundi ex aliena voluntate compellitur redire. Est quoddam argumentum, quod ad desiderandum Satanæ versutias utiliter fiat, ut cum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi locus vel aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui in mororum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat ubi brevior murus inventur.

CAP. XVI. *De multimodis vitiis.* — 1. Antiquus hostis tentationis suæ vulnere ab omni parte impepit. Sepe enim dum gala restringitur, ut libido subigatur, inanis gloria aculeus mentem pulsat. Si autem corpus abstinentia afflictione non attenuatur, contra mentem libidinis flamma se excitat. Sepe dum servare parcimoniam uitimur, ad teuciam labimur. Et sepe dum possessa effuse tribunus, ad avaritiam ducimur, quia rursus colligere querimus quod tribunus. Omne peccatum hostis quidecum calidus suadet, sed nos ejus suasionibus consentiendo, assidue peccata perpetrando cumulamus. Plorique dum vittoriosi turbas vel desideriorum carnarium intra se excitant, prostrata mentem pede misere fre-

mentationis calcant (*Tao*, iv, 10; *Greg.*, *Moral.* xiii, 18, n. 19; iv, 50, n. 57).

2. Alius juri se luxurie subdit, atque ante montis oculos schemata turpium perirractationum [At., perpetrationum] singit; et cum effectus non tributus operis, hoc crebrius agitur intentione cogitationis. Voluptatis perfectio queritur, et concussum enormiter animus hinc inde, et sollicitus, et exsiccatus occasionem nequissimam explotionis rimatur. Mens itaque huc quasi quemadmodum populum patitur, quæ insolentiæ vitiiorum tumultu vastatur.

3. Alius ira se dominio stravit, et quid in corde nisi iuria [At. add. etiam], quæ desunt, peragit? Hic semper presentes non videt, absentibus contradicit. Intra semetipsum contumelias profert et recipit; receptis autem durius respondet; et cum qui obviet nullus adsit, magnis elemoribus rixas in corde componit. Turbam itaque hic intus sustinet, quem pondus vehemens inflammata cogitationis premat.

4. Alius juri se avaritiae tradit, et fastidiens propria, aliena concupiscit. Hic plerisque, concupita adipisci non valens, dies quidem in otio, noctes vero in cogitatione versat. Torpet ab utili opere, quia fatigatur illicita cogitatione. Consilla multiplicat, et aliquiu mentis cogitationum inventionibus latius expandit. Nonnequam cupiditate alienæ rei humanus animus vietus jam quasi quæ conceperat possidet, et quasi ad meliorem speciem impulsu cogitationis adducit. Sed mox insidias invidentium considerat, et quid contra se jurgii moveat pensat. Exquirit quid respondeat, et cum rem nullam tenet, jam in defensione rei pugnat. Quamvis ergo nihil de concupita re operit, habet tamen in corde 240 jam fructum concupiscentiae, laborem rixas. Graviter itaque quasi populo premitur, qui instigantis avaritiae tumultu vastatur.

5. Alius tyrannidi superbie subiectitur, et cor miserorum dum contra homines erigit, vitio substernit. Honorum sublimium infulas appetit, exaltari successibus exquirit; totumque quod esse desiderat sibi apud semetipsum cogitationibus depingit. Jam quasi tribunal praesidet. Jam sibi parari obsequia subiectorum videt. Jam quasi exercitus eminet. Jam alius mala irrogat; aliis, quia irrogaverunt, recompensat. Jam apud semetipsum stupitus cœnacis ad publicum procedit, et quibus obsequiis fulciatur conspicit.

6. Homo vitiis subditur, dum in multis phantasmatibus ipsai cogitatione hic illueque versatur. Alia conculcat, alia sublevat. Jam de conculcatis satisfacit odiis, et de sublevatis recipit favorem. Qui igitur tot phantasmatu cordi imprimit, quid iste aliud quam quasi somnum vigilans videt? Dumque tot rerum causas quas singit tolerat, nimurum intrinsecus natus ex desideriis turbas portal. Plerumque homo dum familiariter vitiis jungitur, eorum procul dubio causis implicantur, quibus sepe consentit in illicitis, et mala quæ propriæ semetipsum non appetit, committit propter altera quæ non dereliquit.

*Cap. xvii. De nonnullis vitiis quæ virtutes se esse simulant.* — 1. Plerumque via virtutes se esse manifestantur. Nam semper sub parcimonie nomine se tenacia padiat, contraque se effusio sub appellatione largitatis occidat. Sæpe inordinata renissio pietas eruditur, et effrenata ira spiritualis zeli virtus existimat. Et semper precipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas gravitatis consilium putatur. Necesse est ut electus quisque virtutes ac vita vigilanti cura discernat, ne aut cor tenacia occupet, et parecum so videri in dispensationibus exsulet, aut cum effuse quid fuerit perditur, largum se, quasi miserando, glorietur, aut remittendo, quod ferre debuit, ad æterna supplicia subditos pertrahat, aut immaniter leriendo, quod delinquitur, ipse gravius delinquat, aut hoc, quod agi recte ac graviter potuit, immature perveniens levigat, aut bona actionis meritum differendo ad deteriora permittet.

A Aliquando discretionis imaginem oculis hominum, immundus spiritus objicit, et ad indiscretionis laqueos perducit. Siue est cum impulsu ejus pro infirmitate nobis plus alimentorum quam discreto concedimus, sed indiscreto contra nos bella earnis excitamus (*Tao*, iv, 11; *Greg.*, *reg. post.* p. ii, c. 9; *Moral.* iii, 36, n. 68).

B 2. Aliquando humani generis adversarius imaginem humiliatis ostentat, ut effectum utilitatæ [At., affectum humilitatis] substrahat. Siue est cum quodam plus quam sunt infirmos atque inutiles submetipsis ascerit, ut dum se nimis indignos considerant, res in quibus prodesse proximis poterant, ministrare pertimescant. Diversa [At., universal] vitæ, quæ sub specie virtutum antiquæ hostis occulat, valde subtiliter manus compunctionis examinat. Qui enim voraciter intus dolet, quæ agenda foras, quæ non agenda sint, fortiter prævidet. Si forti studio nos contra vitiorum incentiva stringimus, ipsa etiam vitia ad usum virtutis humilitamus. Nonnullos ira possidet; sed hanc dum ratione subjiciunt, in sancti zeli mysterium vertunt. Nonnullos superbia 247 erigit, sed dum divina fortitudini animum inclinant, hanc ad defensionem justitiae in vicem liberae auctoritatis communiant. Sæpe dum castitatis munditiae quisque extollitur, sorde avaritiae fœdatur, et dum virtute largitatis speciosus ostenditur, luxurie maculæ inquinatur; dumque castitatis atque largitatis decore vestitur, velut ex zelo justitia, crudelitatis atrocitate fuscatur.

C *Cap. xviii. Quid ex virtutibus virtutes, et ex virtutis vicia orientur.* — 1. Omnes virtutes in prospectu C conditoris vicaria ope se sublevant; ut quia una virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minimus, vicissem sua conjunctione fulciantur. Nulla bona sunt cetera, si occulti Judicis oculis castigatis testimonio non approbantur, si vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat, apud auctorem humilitatis et munditiae prodesse nihil prævalet, vel superba castitas, vel humilitas coinquiata. Cum dominio vitiorum contradicimus, iniuriant, quæ nos a Domino separat, reluctamur; cum conuetudinibz violenter resistimus, et, desideria perversa calcantes, contra hanc jus nobis libertatis ingenitæ vindicamus, acerrimo conflictui resistimus; cum culpas poenitendo percutimus, et inaculas soridum fletibus lavamus, et fortiter contra vitia relutamur (*Tao*, iv, 12; *Greg.*, *Moral.* xxi, 3, n. 6).

D *Cap. xix. De cogitationibus noxiis et innoxii.* — 1. Plerumque ex bonis operibus discimus quantum vitæ munditiam in cogitatione construamus; pene cuncta bona opera ex cogitatione prodeunt, sed sunt nonnulla cogitationis acuminæ, quæ ex operatione nascuntur; nam sicut ab anima opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur. Valde necessæ est ut cum cogitatio extra usum ducitur, protinus mens oculus ad opera transacta revoceatur. Ac penset quisquis quid subjectus egerit, et repente cognoscet. Sæpe misericors Dominus eo citius peccata cordis abiuit, quo haec exire ad opera non permittit; et cogitata nequitia tanto citius solvit, quanto effectu operis distractius non ligatur. Per egregium Psalmistam dicitur (*Psal.* xxxi, 5): *Dixi: Pronuntiabo adversum me iniquitatis meas Domino, et tu remisisti iniquitates cordis mei* (*Tao*, iv, 13; *Greg.*, *Moral.* x, 15, n. 26; *Reg. post.* p. iii, c. 29).

E 2. Qui enim iniquitatem cordis subdidit, quia cogitationum iniquitatis pronuntiare velit, indicavit, dum ait: *Dixi, pronuntiabo, atque illico adjungit: Et tu remisisti.* Quam sit de cogitationibus facilis venia, ostendit, qui dum se aliquid adhuc promittit petere, hoc quod se petere promittet obtinuit. In sola nonnullam cogitatione delinquitur, et quia usque ad opus non venit culpa, usque ad cruciatum non pervenit penitentia; sed cogitata afflictio mente in citius tergit quam nimurum tantummodo cogitata iniquitas polluit. Idem Psalmista ait: (*Psal.* xxxvii,

6) : *Computuerunt, et deterioraverunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* (Greg., *Moral.* ix, 55, n. 83).

3. Sæpe namque hoc, quod a conspectu judicis jam fletu interventione deletum est, ad animum per cogitationem redit, et devicta culpa ad delectationem rursus inserpere mititur, atque in antiquo certamine rediviva pulsatione reparatur, ita ut quod prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione postmodum verset in mente. Sancti viri, qui exterioribus ministeriis deservire officii necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta refugunt, ibique cogitationis intima caceum ascendunt, **248** et legem quasi in monte percipiunt, dum, postmodum tumultibus temporalium actionum, in contemplationis suæ vertice supernæ voluntatis sententiam perscrutantur. Sæpe corda justorum subortæ cogitationes poluant, et temporalium rerum delectationem tangunt. Sed dum citius manu sacrae discretionis abiguntur, festine agitur, ne cordis faciem caligo tentationis operiat, quæ hanc jam illicita delectatione langebat (Greg., *Moral.* xxiii, 20, n. 38; *Ibid.*, xvi, 42, n. 53).

4. Nonnunquam in ipso orationis nostræ sacrificio importunæ se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis Domino flentes immolamus. Abraham patriarcha, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiose, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos dum in ara cordis holocaustum Domino offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus et perversæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Domino sperat. Cum intentionem nostram nequam potestas divini adjutorii deserit, quasi sacrificium super petram posuit angelus virga contingit.

5. De petra enim ignis exit, et jus, peilem carnesque consumit, quia efflatus a Redemptore spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, ut omne quod in eo est illatum, et operis et cogitationis, exurat. Plerumque mentem hominis tumultus inanum cogitationum deprimunt: ira perturbat, et cum recedit ira, succedit inepta lætitia; luxuriae stimulis urgetur; astu avaritiae longe lateque ad ambienda quæ terrena sunt tenditur; et aliquando hanc superbiam elevat, aliquando vero inordinatus timor infirmis deponit (Greg., *Moral.* xi, 44, n. 60).

**CAP. XX. De superbia et vana gloria.** — 1. Occasio perditionis nostræ facta est superbia diaboli, et argumentum redemptionis nostræ inventa est humilitas Dei. Multis sæpe superbia luxuriae seminarium fuit, quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, eos caro in infinitis mersit. Qui per superbiam in secreto cordis prius elevantur, postmodum publice corrunt, quia dum occultis intumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. Sic elati justa fuerant retributione feriendi, ut quia superbiendo se hominibus præferunt, luxuriando usque ad jumentorum similitudinem devolvantur. Caudendum nobis est, et omni custodia mens a superbiae tumore servanda; non enim ante oculos Dei vacua transvolant cogitationes nostræ, et nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributio-*nis* (*Tao*, iv, 14; Greg., *Reg. past.* p. iii, c. 47; *Moral.* xxv, 17, n. 28).

2. Si auctorem suum honio superbiendo contemnit, jure et a subjecta carne prælium suscipit; unde et ille primus inobedieus, mox, ut superbiendo peccavit, pudenda contexit. Quia enim contumeliam spiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis invenit, et qui auctori suo esse subditus noluit, jus carnis subditæ, quam regebat, amisit, ut in se ipso videlicet inobedientiæ suæ confusio redundaret, et superatus disceret quod elatus amisisset. Cum res bona agitur, necesse est ut prius ejus elatio in corde vin-*catur*, ne si a radice miseræ intentionis prodeat, amaros nequitias fructus producat. Cordis superbìa

A cum exterius usque ad corpus extenditur, prius per oculos indicatur. Ipsi quippe **249** per fastum tumorem inflati quasi ex sublimi respiciunt, et quo se deprimunt, altius extollunt (Greg., *Moral.* xxiii, 11, n. 20).

3. Plerumque elatos comitari solet liberæ vocis assertio. Loquuntur quidem per superbiam elationis, et insipientiam locutionis, et tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Considerandum est quod plerumque elatos utilius corripimus, si eorum correptionibus quædam laudum fomenta misceamus. Inferenda namque illis sunt aut alia bona, quæ in ipsis sunt, aut dicendum certe quæ poterant esse, si non sunt; et tunc resecanda sunt mala quæ nobis displicant, cum prius ad audiendum placabilem eorum nictem fecerint præmissa bona, quæ placent. Nam et equos indomitos blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius postmodum per flagella subigamus; et amaro pigmentorum poculo mellis dulcedo adjungitur, ne ea quæ saluti profutura est in ipso gustu aspera amaritudo sentiatur; dum vero gustus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amariudinem vacuator (Greg., *Reg. past.* p. iii, c. 17).

4. In quibusdam elatis invectionis exordia permista sunt laude temperanda, ut dum admittunt favores quos diligunt, etiam correctiones recipient quas oderunt. Superbi quippe eo ipso quo videri alius appetunt, a vera Dei essentia longe per elationem sunt; subsistere etenim nequeunt, quia ab æternæ essentiæ soliditate dividuntur; atque hanc primam ruinam tolerant, quia per privatam gloriam in semelipsis cadunt. Sicut per Psalmistam dicitur: *Dejecisti eos, dum allevarentur* (*Psal.* lxxii, 18), quia eo intrinsecus corrunt, quo male extrinsecus surgunt. Sic aurarum flatu stipula in altum raptur, sed casu concito ad ima revocatur. Mens hypocritæ nunquam vacat a malitia cogitatione; nam sive terrena quæque, seu laudem appetat, et aliis invidet, quæ sibi tribui anhelat, et tanto castros perversos ostendere molitur, quanto videri sanctior omnibus appetit, ut ex eo quod alii despicabiles sunt, ipse reverentior semper appareat; unde fit ut de opinione proximi humana judicia linguae sua laqueos protendat, ut eorum, quibus placere appetit, solus estimationem capiat. Contemnit quisque superbis redditum suum, desperat veniam, superbis in culpa; sed tamen testem suæ nequitias intus habet timorem; et quamvis parva videatur foras audaciter agere, de his tamen apud semelipsum cogitur trepidare (Greg., *Moral.* xvii, 8, n. 10).

**CAP. XXI. De avaritia.** — 1. Avaritia est idolorum servitus (*Ephes.* v, 5), velut amphora os cordis in ambitu apertum tenens (*Zach.* v). Multi sensu torpent, sed in his quæ appetunt avaritiae stimulis excitantur. Et qui ad bona videnda cæci sunt, excitantibus præmis ad peragendum mala vigilantes sunt. Per plumbi metallum, cuius natura gravis est ponderis, peccatum avaritiae specialiter designatur, quod mente, quam inficerit, ita gravem reddit, ut ad petendam sublimia attolli nequaquam possit. Scendum est quod Sennar latissima vallis est, quæ linguarum facta diversitate destructa est, quæ scilicet turris Babylon dicta est pro ipsa videlicet confusione mentium atque linguarum. Nec immerito ibi avaritia amphora ponitur, ubi Babylon, **250** id est, confusio ædificatur. Quia dum per avaritiam et impietatem certum est omnia mala exsurgere, recte et ipsa avaritia et impietas in confusione prohibentur habitare (*Tao*, iv, 15; Greg., *Moral.* xiv, 53, n. 63).

2. Astu avaritiae homines accensi eo majora de se opera humanis oculis ostendunt, quo ampliora sibi ab hominibus offerri munera appetunt. Qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, et more avium captus, cum escam terrenarum rerum avide concupiscit, quod stranguletur peccati laqueo, non

agnoscit. Qui in principio hereditari [Forte, hereditare] festinant, sortem sibi in novissima benedictionis amputant, quia dum per avaritiae nequitiam hie multiplicari appetunt, illuc ab æterno patrimonio exhaeredes fiunt. Cupiditas plerumque latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere, quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes statim prædictor egredius insinuat, dicens: *Quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.*

**CAP. XXII. De iracundia.** — 1. Dum tranquillitatem mentis plerumque ira diverberat, dilaniatam quodam modo, scissamque perturbat, ut sibi metipsi non congruat, ac vim intimæ similitudinis amittat. Per iram sapientia perditur, ut quid, quoque ordine agendum sit, omnino nesciatur. Sicut scriptum est: *Ira in sinu stulti requiescit* (Eccl. vii, 10), quia nimur intelligentiae lumen subtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram vita amittitur, etsi sapienter teneri videatur, sicut scriptum est: *Ira perdet etiam prudentes* (Proverb. xv, 1). Quia scilicet confusus animus nequam explet, etiam si quid intelligere prudenter valet. Per iram justitia relinquitur, sicut scriptum est: *Ira viri justitiam Dei non operatur* (Jac. i, 20). Quia dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, sicut scriptum est: *Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ* (Proverb. xxii, 24 seq.). Quia qui se ex humana ratione non temporal, necesse est bestialiter solus vivat (*Tao*, iv, 16; *Greg., Moral.* v, 45, n. 78).

2. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est: *Vir animosus parit rixas, et vir iracundus effudit peccata* (Proverb. xv, 18). Iracundus quippe peccata effundit, quia etiam malos, quos incaute ad discordiam provocat, pejores facit. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est: *Sol non occidat super iracundiam vestram* (Ephes. iv, 26). Quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Per iram sancti Spiritus splendor excluditur, ut juxta vetustam translationem scriptum est: *Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos* (Isai. lxvi, 2) ? Cum enim humilem diceret, quietum protinus adjunxit. Si enim quietem mentis subtrahat suam, sancti Spiritus habitationem claudit. Spiritus sancti recessione animus per iracundiam vacuus ad apertam mox insaniam ducitur, et usque ad superficiem ab intimo cogitationis fundamento dissipatur; nam iræ suæ stimulis accensum cor palpit, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperant oculi, et nequam recognoscuntur noti: **251** ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur ignorat.

3. In nullis itaque iste abruptiis longè est, qui actionis suæ conscius non est. Aliquando homo per iracundiam manus non exerit, sed in maledictionis jaculum linguam vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit, et hoc Deum perpetrare expedit quod ipse perversus homo facere vel metuit, vel erubescit; fitque ut voto et voce homicidium peragat etiam cum a lœsione proximi manibus cessat. Aliquando ira, perturbato animo, quasi ex judicio silentium inducit, et quod foras per linguam non exprimit, intus deterius ignescit; ut iratus quisque collocutionem suam proximo subtrahat, et nihil dicend quā sit aversus dicat. Et nonnunquam silentii severitas per disciplinæ dispensationem geritur, si tamen sollicite in intimis discretionis forma servetur. Sciendum est quod nonnullos ira citius accendi, facilius deserit. Nonnulli quidem tarde commovet, sed diutius tenet. Plerumque iracundia accensi ignes, gravioribus durioribusque noui disperses, accensionem tarde suscipiunt, sed tamen accensi semel difficilius extinguntur; et quia se

A tardius in asperitatem concitant, furoris sui diutius ignem servant. Plerique hominum (quod est nequius) et citius iracundæ flamas accipiunt, et tardius deponunt. Nonnulli vero a se tarde suscipiunt, et citius amittunt. In quibus nimurum quatuor inodis liquido lector agnoscat quia et ad tranquillitatis bonum ultimum plusquam primus appropinquat, et in malo secundum tertius superat.

**CAP. XXIII. Qualiter ira reprimi debet.** — 1. Duobus modis fracta possidere animum ira desuescit. Primus quippe est ut mens sollicita, antequam agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat, qualiter, Redemptoris sui probra cogitans, ad adversa se preparat, que nimurum venientia tanto fortior excipit, quanto se cautius ex præscientia armavit. Qui improvidus ab adversitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens invenitur, eunque citius iniurias necat, quia non repugnantem accipit [*Al. perforat*]. Nam qui mala imminentia per sollicitudinem prævenit, sieque pernoctat, hostiles incursum quasi in insidiis vigilans exspectat; et inde ad victoriam valenter accingitur, nude valde nesciens deprehendi putabatur. Solerter animus autem actionis sue primordia cuncta debet adversa meditari, ut semper hoc cogitans, semper contra hec thorace patientia munitus, et quidquid non accesserit, providus superet, et quidquid non accesserit, lucrum petet. Secundus servandæ mansuetudinis modus est, ut cum alienos excessus aspicimus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus (*Tao*, iv, 17; *Greg., Moral.* v, 45, n. 81).

2. Considerata infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pie meminit quod fortasse adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Quasi aqua ignis extinguitur, cum, surgente furore animi, cuique sua ad mentem culpa revocatur, quia erubescit peccata non parcere, qui vel Deo vel proximo sæpe se recolit C parcenda peccasse. Solerter sciendum est quod alia est ira quam impatiens excitat, alia quam zelus format. Illa ex vitio, haec ex virtute generatur. Si nulla ira ex virtute surgeret, divina animadversio 252 impetum Phinees per gladium non placasset. Hanc iram, quia Heli non habuit, motum contra se implacabiliter supernæ ultiōnis excitavit. Nam quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra illum ira districti æterni rectoris exarsit. *Irascimini, inquit Psalmista, et nolite peccare* (*Psalm. iv*, 5).

3. Quod nimurum nou recte intelligunt, qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Sic enim proximos amare precipimur, ut iis errantibus, sicut nostris vitiis, irascimur. Unde per Salomonem dicitur: *Melior est ira quam risus* (Eccl. vii, 4), quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Idem Psalmista ait: *Turbatus est præ ira oculus meus* (*Psalm. vi*, 8). Ira quippe per vitium mentis oculum extécat. Ira autem per zelum turbat, quia qui saltē rectitudinis æmulatione concutitur, ea, que nisi tranquillo corde percipi non potest, contemplatio dissipatur. Ipsa zeli per mansuetudinem recta æmulatio æterna post paululum in tranquillitate mentis oculum largius aperit, quæ haec interim per commotionem claudit; et unde mens turbatur, ne videat, inde proicit, ut ad videndum verius clarescat.

**CAP. XXIV. De invidia.** — 1. Invidere non possumus nisi eis quos in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo est qui invidia occiditur; quia ipse testimonium perhibet, quod eo minor sit, cuius invidia torquetur. Parvulus est qui livore occiditur, quia, nisi inferior existeret, de bono alterius nou doleret. Sciendum sumnopere est quia quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano cordi virus infunditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, et imprimende malitia pestem evomit. De quo nimurum scriptum est: *Invidia diaboli more intravit in orbem terrarum* (*Sap. ii*, 24). Nam cum de-

victum eorū litoris putredo corrupit, ipsa quoque exteriora indicant quam graviter animum vesania instigat. Per invidiam color pallore afficitur, et oculi deprimentur. Mens accenditur, et membra frigescunt. Fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Cumque in latebris cordis crescens absconditur, odium dolore cæco tenebrat [At., terebrat] conscientiam, et vulnus inclusum, nil lœtum de propriis libet. Quia tabescentem mentem sua pœna satiat, quam felicitas torquet aliena; quanto extranei operis in altum vera fabrica ducitur, tanto fundameatum mentis lividæ profundius suffuditur, ut quo alii ad meliora præparant, eo ipsa deterius ruat. Qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in aliis actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam cum invidia mentem tabeficerit, cuncta quæ invenerit bene gesta consumit. (*Tao*, iv, 18; *Greg.*, *Moral.* v, 46, n. 84).

**2.** Per sapientissimum Salomonem dicitur: *Vita carnium sanitas cordis. Putredo ossium invidia* (*Proverb.* xiv, 30). Quid enim per carnes, nisi infirma quædam, ac tenera, et quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit ut quidam cum vera cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi videantur. Quidam vero jam quædam ante humanos oculos robusta exercent, sed tamen erga aliorum bona intus invidiae pestilentia tabescunt. Bene ergo dicitur: *Vita carnium sanitas cordis*, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, **253** quandoque roborantur; et recte subditur: *Putredo ossium invidia*, quia per litoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe patrescere est etiam quædam robusta per invidiam desperire.

**CAP. XXV. De supprimenda invidia.** — 1. Difficile est ut hoc quisque alteri non invideat, quod adipisci alter exoptat, quia quidquid temporale percipitur, tanto sit minus singulis, quanto dividitur in multis; et idcirco desiderantis mentem litor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alteri accipiens admittit, aut a quantitate restringit. Qui litoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem diligit quam coherendum numerus non angustat. Quia tanto largior ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio litoris est effectus burgens interne dulcedinis, et plena mors ejus est perfectus amor æternitatis; cum perfecte in amorem æternitatis homo rapitur, plene etiam in proximi dilectione sine omni invidia solidatur. Quia cum nulla terrena desiderat, nihil est quod ejus erga proximum charitati contradicat (*Tao*, iv, 19; *Greg.*, *Moral.* v, 46, n. 86).

**CAP. XXVI. De malitia.** — 1. In Evangelio Veritas ait: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (*Matth.* vii, 12). Quibus duobus utriusque Testamenti mandatis per unum malitia compescitur, per alium benignitas prorogatur, ut quod non vult malum pati quisque, hoc non faciens cesset a nocendi opere. Curandum magnopere est ut erga processores quisque mansuetudinem longanimitatem exhibeat, ut malitiae languentibus gratiam benignitatis ostendat [*Al.* impendat], ut discordes pace inuniat, et concordes ad concupiscentiam vere pœcis accingat. Cor pessimum ex sua et non aliena malitia tibi. Sicut scriptum est: *Zelus apprehendit populum ineruditum, et nunc ignis adversarios consumit* (*Isai.* xxvi, 14). Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiae involvit. Quia et Spiritus sanctus cor quod replebat ad amorem erexit, et ardor malitiae ad inferiora semper incurvat. Malos non solum ignis per vindictam post cruciat, sed nunc etiam per livorem cremat, quia qui post puniendo sunt retributionis suppicio, nunc semelipsos afficiunt malitiae tormento (*Tao*, iv, 20; *Greg.*, *Moral.* x, 6, n. 46; *i* in *Ezech.*, *hom.* 2, n. 12).

**CAP. XXVII. De discordia.** — 1. Admonendi sunt discordes, quia quantumlibet virtutibus polleant, spi-

**A** rituales fieri nullatenus possunt, si uniri per concordiam proximis negligant. Ad unam ergo cognitionis spem nequam pertingitur, si non ad ea unita cum proximis mente curratur. Sepe nonnulli, quo quædam specialiter dona percipiunt, eo superbiendo donum concordie, quod majus est, amittunt, ut si fortasse carneum præ cæteris guiz refrenatione quis edomet, concordare eis quos superat abstinendo contemnat. Qui abstinentiam a concordia separat, quid admoneat Psalmista perpendat; ait enim: *Laudate eum in tympano et choro* (*Psal.* cxlv, 3). In tympano namque sicca et percussa pellis resonat, in choro autem voces societate concordant. Quisquis itaque corpus afflit, si concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano, et non laudat in choro. Sæpe quosdam major scientia erigit, a cætorum societate disjungit, et quo plus sapient, eo a concordie virtute despiscunt. Quo quicunque melius sapit, eo concordiam deserens, deterius delinquit. Et idcirco inexcusabiliter merebitur **254** supplicium, quia prudenter, si voluisse, potuit vitare peccatum. Admonendi sunt dissidentes, ut noverint, quod tandem nullum boni operis Deo sacrificium immolant, quandiu a proximorum charitate discordant (*Greg.*, *Reg. past.* p. iii, c. 22; *Tao*, iv, 21).

**CAP. XXVIII. De odio.** — 1. Si increpationis hominum idcirco reticimus, quia contra nos insurgeo odio formidamus, non jam lucra Dei, sed nostra procul dubio querimus. Necesse nobis est ut aliquando toleremus tacendo odiosos, quod sunt, quatenus in nobis discant vivendo, quod non sunt. Cavendum summopere est, ne immoderate linguae loquacitatis pertrahat; et eam usque ad lasciviam obsecrationis extendat, ne odium malitia excite, et os usque ad jaculum maledictionis inclinet. In Evangelio Veritas ait: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (*Matth.* vii, 12). Ac si aperte dicere: *Quod ab alto tibi odis fieri, vide ne tu alteri per odium facias* (*Tob.* iv, 16). Sciendum magnopere est quod nouunquam cum redarguntur pravi, deteriores existunt, nosque magnis odiosis insequantur. Ipsa ergo, et non nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus (*Tao*, iv, 22; *Greg.*, *Moral.* xx, 21, n. 47).

**CAP. XXIX. De concupiscentia oculorum.** — 1. Quisquis per corporis fenestras incaute exterius respicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens, edidit, atque obligatus desiderio incipit velle quod noluit. Præceps anima dum ante non prævidet, ne incaute videat quod concupiscat, cæca postmodum incipit desiderare quod vidit. Unde et prophetæ mens, quæ sublevata sæpe internis mysteriis intererat, quia alienam mulierem incaute vidit, obtinente postmodum sibi met illicite coniuxit (*II Reg.* xi, 2). Sanctus vir, quia, acceptis corporis sensibus, velut subjectis ministris quidam a quos simus iudex prævest, culpas conspicit, antequam veniant, et velut insidiante morti [*Al.*, hosti] fenestras corporis claudit, dicens: *Pepigi sœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem per virgine* (*Job.* xxxi, 1). Scilicet, ne prius incaute aspiceret quod postmodum invitus amaret. Semel species formæ si cordi per oculos fuerit alligata, vix magno luctu manu solvitur (*Tao*, iv, 23; *Greg.*, *Moral.* xxi, n. 4).

2. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione versemus, providendum nobis est, quia intueri non debet quod non licet concupisci, ut monda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluptatis suæ deprimenti sunt oculi, quasi quidam raptiores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Scriptum quippe est: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile; vult de fructu illius, et comedit* (*Gen.* iii, 6). Pensandum summopere est quanto debemus moderamine erga illicita visu restringere nos, qui mortaliter vivimus, si et Eva mater viventium per oculos ad mortem venit.

*Sub Iudææ voce, quæ, exteriora videndo concupi-scens, bona interiora perdidit, propheta dicit : Oculus meus deprædatus est animam meam (Thren. iii, 51). Concupiscentio enim visibilia invisibilis virtutes amisit. Quia ergo interiorum fructum per exteriorum visum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis.*

**CAP. xxx. De gulæ concupiscentia.** — 1. Sciendum est quia nos quinque modis gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentia tempora prævenit. Aliquando vero tempus non prævenit, sed cibos laudes querit. Aliquando quælibet, quæ 255 sumpta sint, præparari accuratius expedit. Aliquando autem et qualitatæ ciborum, et temporis congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnunquam vero et abjectus est quod desiderat, et tamen ipso æstu immensi desiderii detegius peccat. Vitiorum tempora melius ostendimus, si hæc exemplis evidentibus approbamus. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas meruit (*I Reg. xiv, 27*), quia in gressu mellie constitutum edendi tempus antecessit. Ex Ægypto populus eductus, in eremo occubuit (*Num. xxi, 5*), quia, despecto manna, cibos carnium pelivit, quos laudes putavit. Prima filiorum Heli culpa suborta est (*I Reg. xi, 12*), quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet carnes de iacrilicio suscipere, sed crudas quereret, quas accuratius exhiberet (*Tao, iv, 24*; *Greg., Moral. xxx, 18, n. 60*).

2. Cum ad Jerusalem dicitur : *Hæc suis iniqüitas Sodomæ soror tuæ : superbia, satralias panis, et abundantia* (*Ezech. xvi, 49*), aperie ostenditur quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbiæ virtu mensuram moderate refectionis excessit. Primogenitorum gloriam ideo Esau amisit, quia magno æstu desiderii vilem cibum, id est, lenticulari concupivit, quam dum venditis primogenitus pectulit, quo in ille jam appetitu anbelaret, indicavit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est; unde et laudes cibos plerunque sine culpa sumimus, et abjectiores non sine reatu conscientiae degustamus. Etsa primatum per esum lenticulae perdidit, et Elias in eremo virtutem corporis [*Ali., spiritus*] carnes edendo servavit (*III Reg. xvii, 6*). Plerumque primi parentis culpa committitur, etiam cum abjecta et vilia sumuntur. Neque enim Adam solus, ut a vetito se pomo suspenderet, præceptum prohibitionis accepit (*Gen. iii, 6*). Nam cum alimenta quædam Deus saluti nostræ contraria indicat, ab his nos quasi per sententiam revocat, et cum concupiscentes noxia attingimus, profecto quid aliud quam vetita degustamus?

3. Ea in cibo sumenda sunt quæ naturæ necessitas querit, non quæ edendi libido suggestit; ne si hæc immoderata discretio minus caute prospiciat, in illicitæ se concupiscentiae quis voragine mergat. Nisi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, dives ille, qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua gravius non arderet. Ait enim : *Pater Abramam, misere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucor in hac flanina* (*Luc. xvi, 24*). Quibus verbis ostenditur quia epulando quotidie crebrius in lingua peccaverat, qui totus ardens desiderabat præcipie in lingua refrigerari. Plerumque edacitas usque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenuatur, aculei libidinis excitantur. Quia gulæ deditos luxuria sequitur, propheta testatur, qui, dum aperta narrat, occulta denuo latit, dicens : *Princeps cogorū destruxit Jerusalem* (*Jerem. xxxix, 13, sec. Hebr. et LXX*). Princeps namque coquorum venter est, cui magna cura a coquis obsequium impenditur, ut ipse delectabilior cibis impleatur. Muri autem Jerusalem virtutes sunt animæ ad desiderium supernæ pacis elevatæ. Coquorum igitur princeps muros Jerusalem dejicit, quia diu in venter ingluvie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur (*Greg., Reg. past. p. iii, c. 19*).

**CAP. xxxi. De multiloquio.** — 1. Admonendi sunt multiloquio vacantes, ut vigilanter aspiciant a 256 quanto rectitudinis statu depereunt, dum per multiloquia [*Forte, multiloqua*] verba dilabuntur. Huiusma etenim mens aquæ more circumclusa ad superiora colligitur, quia illuc repetit, unde descendit. Quare relaxata deperit, quia se per induta inutiliter spargit. Qui supervacuis verbis a silentii sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius mens ad sui cognitionem non sufficit, quia, per multiloquium sparsa, a secreto se intima considerationis excludit. Totam se vero insidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla munitione custodias circumcludit. In Proverbis scriptum est : *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohære spiritum suum* (*Proverb. xxv, 28*). Qui enim murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis, et cum se per verba extra semetipsam ejicit, apertam se adversario ostendit; quam tanto ille sine labore superat, quanto et illa quæ vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Plerumque per quosdam gradus desidiosæ mens in foveam lapsus impellitur, et dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxiam pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, et postmodum detractionibus vitam eorum de quibus loquitur mordeat; ad extremum vero usque ad apertas lingua contumelias erumpat, quia multiloquio quisquis serviens, rectitudinem justitiae tenere nequaquam possit, testatur Propheta, qui ait : *Vir linguosus non dirigetur super terram* (*Psal. cxxxix, 12*). Hinc Salomon ait : *In multiloquio peccatum non decrit* (*Proverb. x, 19*). Pravi homines, sicut in sensu leves sunt, ita in locutione præcipites, et reticere pertractando negligunt quæ loquuntur, sed quod levis conscientia concipit, levior protinus lingua loquitur (*Greg., Reg. past. p. iii, c. 14*; *Tao, iv, 26*; *Greg., ibid., et vii Moral. 57, n. 57, 58; v, 13, n. 30*).

**CAP. xxxii. De taciturnitate.** — 1. Lingua discrete frenanda est, non insolubiliter obliganda; scriptum namque est : *Sapiens tacebit usque ad tempus* (*Eccl. xx, 7*), ut nimurum cum opportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quæ congruant, in usum se utilitatis impendat. De tacendi atque loquendi censura per Salomonem dicitur : *Tempus tacendi, et tempus loquendi* (*Eccl. iii, 7*). Discrete quippe vicissitudinem pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter deluat, aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringet. Quantæ sit utilitatis taciturnitas, silentium Propheta considerans, ait : *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantia labii meis* (*Psal. cxl, 3*). Non enim ponit labii suis paritem, sed ostium petuit, quod videlicet aperitur et clauditur; unde et nobis caute discernendum est quatenus os discretum et congruo tempore vox aperiatur, et rursus congruo taciturnitas claudat. Sollicite studeant nimis taciti, non solum quales foras ostendere, sed etiam quales se debeant intus exhibere, ut plus ex cogitationibus occultum judicium quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum (*Tao, iii, 43*; *Greg. Moral. vii, 57, n. 61*; *Reg. past., p. iii, c. 14*).

2. Insinuati nimis taciti debet quia, dum quædam virtus incaute fugiunt, occulte detinoribus implicantur. Nam saepè linguam quia immoderatus frenant, in corde gravius multiloquium tolerant, ut eo plus cogitationes in mente fervant, quo illas violentia custodia indiscreti silentio angustat. Plerumque contingit ut mens uitium taciti linguam premat, 257 mentem elevet, et cum suam nequitiam minimè consideret, tanto apud se cunctos liberius, quanto et secretius accuset. Saepè nimis taciti, cum nonnulla iusta patiuntur, eo in acerorem dolorem prodeunt, quo ea quæ sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquille lingua diceret, a conscientie dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant;

nani cum putredo, quæ interius servet, ejicitur, ad salutem dolor aperitur. Scire debent qui plusquam expedit tacent, ne inter molestia quæ tolerant, dum lingua tenent, vim doloris exaggerent. Admonendi sunt enim, ut si proximos sicut se diligunt, minime illis taceant, unde et eos juste reprehendunt. Vocis medicamine utrorumque saluti concurrit, dum ab illo qui infert actio prava compescitur, et ab hoc qui sustinet doloris servor vulnere aperio temperatur. Qui proxiorum mala respiciunt, et tamen in silentio linguam preinunt, quasi, conspectis vulneribus, usum medicaminis subtrahunt; et eo mortis auctores sunt, quo virus quod portant curare noluerunt.

**Cap. xxxiii. De perversa locutione.** — 1. Sicut perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos sæpe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad persistatem nunquam trahuntur, ita infirmi quicunque societatem debent declinare malorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, et corriger non valent, delectentur imitari. Sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio assidue aucta inflmantum inficit animum, ut tabescat delectatione pravi operis, et assidui iniuritate sermonis. Unde Paulus ait (*I Cor. xv, 33*) : *Corrumptum mores bonos colloquia mala* (*Tao, iv, 27*; *Greg., i in Ezech., hom. 9, n. 23*).

**Cap. xxxiv. De luxuria.** — 1. Malum luxuriae aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus namque adversarius noster cum ab effectu operis expellitur, secretas polluere cogitationes molitur. Quisquis mundi hujus successibus elevatus, lenocinante cordis latitia, tentari se luxuriae stimulis sentit, Joseph factum ad memoriam revocet, et in arce se castitatis servet. Cum voluptas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda, ut eo erubescamus prava committere, quo nos a Deo minimus gratuita dona bonaque percepisse. Prophetæ David subito casu per luxuriam defluxit, dum, in solario deambulans, alienam conjugem concupivit, et abstulit, ejusque virum cum damno sui exercitus intererit (*II Reg. xi, 4*); et repentina casu cecidit, cum mens illa, mysteriis coelestibus assueta, inopinata tentatione devicta est, atque immanissimæ turpitudini subacta. Quasi saxum de loco suo translatum est, cum Prophetæ animus, a prophetæ mysteriis exclusus, ad cogitandas turpitudines venit. Salomon ille quondam sapientissimus, nimietate luxuriae superatus, immoderato usu, atque assiduitate mulierum, ad hoc usque perductus est, ut templum idolis fabricaret; et qui prius templum Deo construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiae substratus, idolis construere templo non timeret (*III Reg. xi, 7*). Sieque factum est ut ab assidua carnis petulantia usque ad mentis perfidiam perveniret, quia subripiente paulisper infusione peccati, terra cordis illius ad consumptionem defluxit. Voluptatum carnis amatoribus dicitur : *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram* (*Coloss. iii, 5*). Id est, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam (*Tao, iv, 30*; *Greg., Moral. xi, 2, n. 30*; *Reg. past. iii, 27*; *Moral. xxx, 10, n. 38*; *xii, 18, n. 25*; *xxvi, 17, n. 27*).

2. Plerumque virus libidinis de radice nascitor elationis; tunc ergo caro vincit, cum spiritus latenter intumescit, quia tunc anima per originem culpæ in jumentorum petulantia cecidit, cum efferoendo se more volucrum, ultra quam debuit evolavit. Interdum per elationis vitium longa continentia repente dissolvitur; et plerumque usque ad senium virginitas servata vitiatur; quia negligitur humilitas cordis, rectus judex despicit integratatem corporis. Et quandoque per apertum malum reprobos annuntiat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Quisquis diu servatum bonum subito perdidit, apud semetipsum intus aliud malum tenuit, ex quo ad aliud subito erupit. Per quod ab omnipotente Deo etiam tunc alienus existit, quando se ei per munditiam corporis

A inhærente monstravit. Humano generi de peccato tentari, peccatum est. Quo, quia quādiū vivimus, perfecte omnino non caremus, scientia predicatorum cum hoc expellere plene non potuit, ei de nostro cordis habitaculo regnum tulit, ut appetitus illicitus, eis plerumque bonis nostris cogitationibus occulit se quasi sur inserit, saltem si ingreditur, non dominetur (*Greg., Moral. xi, 3*).

**Cap. xxxv. De torpore animi.** — 1. Plerumque mens hominis a cura suæ sollicitudinis dormiens verberatur, et non dolet, quia sicut imminentia malo non prospicit, sic neque si perpetraverit, agnoscit. Trahitur, et nequaquam sentit, quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Quamvis somno torporis a sui custodia quisque prematur, vigilare tamen ad curas sæculi nititur, ut semper voluptatibus debretur. Et cum ad illud dormiat, in quo solerter vigilare debuerat, ad illud vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisse. Per Salomonem in Proverbis dicitur : *Et eris quasi dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator amiso clavo* (*Proverb. xxii, 34*). In medio enim mari dormit, qui, in hujusmodi tentationibus positus, providere motus irruentum vitiorum, quasi imminentia unda, aquarum cumulos negligit, et quasi gubernator clavum amittit, quando mens ad regendam navem corporis, studium sollicitudinis perdidit. Scriptum est : *Stellio manibus nititur, et moratur in ædibus regis* (*Proverb. xxx, 28*). Plerumque aves quas ad volandum pennæ sublevat, in vepribus resident; et stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regni ædificium tenet. Quia nimurum sæpe ingeniosus, quicque dum per negligentiam torpeant, in pravis actibus remanent, et simplices, quos ingenui pennæ non adjuvat, ad obtinendam æterni regni moenia virtus operationis levat (*Tao, iv, 5*; *Greg. Reg. past. iii, 34*).

2. Stellio manibus nititur, in regiis ædibus moratur, quia illo simplex per intentionem recti operis pervenit, quo ingeniosus minime ascendit. Quæstio suboritur : Cur vel negligenti intelligentiæ donum tribuitur, vel studiosus quisque sensus sui tarditate præpeditur? Ad quam citius respondet, dum protinus per Salomonem subditur : *Nihil in terra sine causa* (*Job, v, 6*). Idcire enim sæpe et desidiosus ingenium accipit, unde negligens etiam justis puniatur, quia quod sine labore assequi potuit, **259** scire contemnit. Et idcirco nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, ut eo majora præmia retributionis inveniat, quo in studio inventionis elaborat; nihil ergo est in terra sine causa, quando et studioso tarditas ad præmium proficit, et desidioso velocitas ad supplicium crescit. Mentalis desidia, dum congruo fervore non acceditur, a bonorum desiderio fonditus convalescente, furtim torpore mactatur (*Greg., Moral. vi, 11, n. 13*; *Reg. past. p. iii, c. 15*).

**Cap. xxxvi. De pigritia.** — 1. Suadendi sunt pigri, ne agenda bona, dum differunt, amittant, et dum opportune agere quæ possunt nolunt, paulo post, cum volunt, non valeant. Plerumque piger dum necessaria agere negligit, quedam sibi difficultia opponit; quedam vero incaute formidat, et dum quasi inventit quod velut juste metuat, ostendit quod in otio quasi non injuste torpescat. Pigro etenim per Salomonem dicitur : *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, et non dabitur ei* (*Proverb. xx, 4*). Propter frigus quippe piger non arat, dum, desidioso torpore constrictus, agere quæ debet bona dissimulat, et dum parva ex adverso mala metuit, operari maxima prætermittit. Bene quidem subditur : *Mendicabit æstate, et non dabitur ei*. Qui enim nunc in bonis operibus non exsudat, cum soli judicij ferventior apparuerit, quia frustra regni aditum postulat, nihil accipiens æstate mendicat. Idem Salomon ait : *Per agrum hominis pigri transire, et vineam viri stulti, et ecce totum repleverant urtica*,

*operuerant super faciem ejus spinæ, et maceria lapi-  
dum destruia erat* (*Proverb. xxiv, 30*). Per agrum hominis pigri atque per vineam viri stulti transire, est cuiuslibet vitam negligentis inspicere, ejusque opera considerare, quam urticæ, vel spinæ repellent, quia in corde negligentium prurientia terrena desideria et punctiones pullulant vitiorum. Cum disciplinæ vigor in corde reproborum, pigritia dominante, dissolvitur, ante eorum oculos cuncta honorum opera respectui habentur, nihilque esse testimont quidquid de virtutibus electorum vident (*Tao*, iv, 32; *Greg., Reg. past. p. iii, c. 15*; *Moral.*, xx, 25, n. 54).

CAP. xxxvii. *De murmuratione.* — 1. Perversa mens, quando per increpationem corripitur, aut prædicationis dulcedine ad bona suadetur, de correctione sit deterior; et inde in murmurationis iniuitate succenditur, unde debuit ab iniuitate compesci. Quisquis pro peccato percutitur, nisi murmurando renitatur, eo ipso jam esse justus inchoat, quoferientis justitiam non accusat (*Greg.*, i in *Ezech.*, 9, n. 32; *Tao*, iv, 33).

CAP. xxxviii. *De mendacio.* — 1. Plana omnino est veritatis via, et grave iter est mendacii, sicut scriptum est: *Docuerunt linguam suam loqui mendacium; ut iniqua agerent, laboraverunt* (*Jerem. ix, 5*). Quisquis, relicta veritate, mentiri deliberat, ut audientium animum fallat, quantus ei labor est sollicito custodire ne ipsa ejus fallacia deprebendi queat? Ponit quippe ante oculos quid sibi a veritate scientibus responderi possit, et cum magno cogitato pertractat quomodo per argumenta falsitatis documenta veritatis exsuperet. Omnia mendaciun iniquitas est, et omnis iniquitas mendacium, quia profecto ab æquitate discrepat quidquid a veritate discordat. Nonnunquam mendacium pejus est meditari quam loqui. Nam loqui plerumque præcipitationis est, meditari vero studiosæ pravitatis. Et quis ignoret in quanta distantia **260** culpa distinguitur, utrum præcipitatione aliquis, studio mentitatur? Summopere est cavendum omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquid mendacii genus culpæ levioris, si quisquam præstante mentitatur. Scriptum est (*Sap. i, 11*; *Psal. v, 7*): *Os quod mentitur occidit animam. Perdes eos qui loquuntur mendacium* (*Tao*, iv, 34; *Greg., Moral. xi, 42*, n. 47).

2. Hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam offendatur, nec sua animæ noceat, dum præstare carni nituntur alienæ, quamquam hoc ipsum in peccati genus facilime credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facile abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? In obstetricium Ægyptiarum recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ potuit eis in æterna vita retrubui, pro admisia culpa mendacii in terrena est compensatione declinata, ut in vita sua, quam mendacio tueri valuerunt, ea quæ fecerunt bona recipieren, et ulterius quod expectarent mercedis suæ præmium non haberent. Beatus Job amicis suis non recle sentientibus dicit: *Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos* (*Job. xiii, 7*)? Deus mendacio non eget, quia Veritas fulciri non querit auxilio falsitatis (*Greg., Moral. xi, 26*, n. 37).

CAP. xxxix. *Quibus modis peccatum perpetratur.* — 1. Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu et defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Plerumque culpa, quæ terrere mentem debuit, extollit, et dejiciendo elevat, sed gravius elevando supplantat. Unde et illam primi hominis rectitudinem antiquus hostis his

A quatuor ictibus fregit; nam serpens suasit, Eva delectata est, et Adam consensit; qui etiam requisitus confiteri culpam, per audaciam noluit. Hoc in huic genere quotidie agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suasit, quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. Eva delectata est, quia carnalis sensus ad verba serpentis mox se delectationi substernit. Assensum vero mulieri ipse præpositus præbuit, quia dum caro in delectationem rapitur, etiam a sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur (*Tao*, iv, 35; *Greg., Moral. iv, 27*, n. 49).

2. Sicut quatuor modis peccatum perpetratur in corde; videlicet suggestione, delectatione, consensu, et defensionis audacia, ita etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur, postmodum vero etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur; dehinc et in consuetudinem ducitur; ad extremum quoque vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miserae desperationis enutritur. In primo parente didicimus quia tribus modis omnis culpæ nequitia perpetratur, suggestione scilicet, delectatione, et consensu. Primum itaque per hostem, secundum vero per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim prava suggerit, caro se delectationi subjicit, ad extremum spiritus virtus delectatione consentit. Suggestione diaboli **261** nonnunquam peccatum agnoscamus; delectatione vincimur; consensu etiam ligamur. Unde exclaimandum nobis cum Apostolo est: *In felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Ut audamus consequentem consolationem: *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum* (*Rom. vii, 24*). Plerumque unum idemque peccatum et poena est, et causa peccati; quod melius ostendimus, si res ipsas ad medium deducimus. Effrenata enim ventris ingluvies in servorem luxuriae plenitudinem carnis instigat. Perpetrata autem luxuria sœpe aut perjurio, aut homicidio legitur, ne humarum legum ultione puniatur. Beatus Job typum peccantium intra Ecclesiam designans ait: *Concidit me vulnere super vulnus* (*Job. xvi, 14*). Infirmis suis sancta Ecclesia vulnere super vulnus conciditur, quando peccatum peccato additur, ut culpa vehementius exaggeretur. Quem enim avaritia pertrahit ad rapinam, rapina ducit ad fallaciam, ut perpetrata culpa ex falsitate etiam defendatur. Quid iste, nisi super vulnus concisus est vulnere? (*Greg., Reg. past. p. iii, c. 29*; *Moral. xiii, 17*, n. 20.)

CAP. XL. *De octo principalibus vitiis; qualiter posse possunt mentes exhortantur.* — 1. Octo sunt principalia vicia quæ humanum infestant animum, quorum suggestiones bene contuens egregius doctor Gregorius instituat, sententiam illam beato Job a Domino dictam exponus, ubi ait: *Exhortationes ducum, et ultatum exercitus.* Tentantia quippe vicia, quæ invisibilia contra nos præstant, regnanti super se superbie militant. Alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpæ omnes pari accessu corruuntur, sed dum maiores et paucæ neglectam mentem præveniunt, minores et innumeræ ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque regina vitorum superbia cum devictum pene cor cepit, mox illud septem principibus vitiis quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunæ vitorum multitudines oruntur. Quare melius ostendemus, si ipsos duces atque exercitum ipsum specialiter, ut possumus, enumerando proferamus.

2. Radix quippe cuncti mali superbia est, de qua, Scriptura attestante, dicitur: *Initium omnis peccati superbia.* Prima autem ejus soboles, septem nimis vicia principalia, de hac virulenta radice profertur. Scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, et luxuria. Nam quia his septem superbie vitiis nos captos doluit, idcirco Redemptor noster ad spirituale liberationis prælium

**Spiritus septiformis gratia plenus venit.** Sed habent contra nos hæc singula exeroitum suum; nam de iuani gloria inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciae, discordiae, et novitatumi præsumptiones oriuntur. De invidia odium, susurratio, detractio, et exultatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixæ, homicidia, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, blasphemie proferuntur. De tristitia malitia, rancor, psilanthropitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiae, et contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. De ventris ingluvies inepita lætitia, **262** scurritas, impunitia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligenda propagatur. De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror autem, vel desperatio futuri generatur.

**3.** Quia ergo septem principalia vitia tantum de se vitiiorum multitudinem proferunt, cum ad cor veniant, quasi subsequentis exercitus catervam trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritualia duoque carnalia sunt. Et uniuersumque eorum tanta sibi cognitione junguntur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbæ soboles inanis est gloria, quæ dum oppressam mentem corrumpit, mox invidiam gignit, quia nimur, dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hauc alius adipisci valeat, tabescit. Invidia quoque iram generat, quia quanto interno laboris vulnere animus sauciat, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur, et quia quasi dolens membrum tangitur, idcirco positæ actionis mens velut gr. vius pressa sentitur. Ex ira quippe tristitia oritur, quia turbata mens, quod inordinate se concutit, eo addicendo confundit, et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil ei nisi ex turbatione subsequens moeror parcit. Tristitia quoque ad avariam derivatur, quia dum confusum cor bonum lætitia in seinetipso intus amiserit, unde consolari debeat foris querit; et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat.

**4.** Hæc vero duo carnalia vitia, id est, ventris ingluvies et luxuria supersunt, sed cunctis liqueat quod de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia submixa videantur. Unde dum unum inordinate reficitur, aliud procul dubio ad contumelias excitatur. Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitus ululare, quia prima vitia deceptæ menti quasi sub cauda se inseruit, sed innumeræ quæ sequuntur, dum haue ad omnes insaniam perfrabunt, quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namque gloria devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Debes majora appeller, ut qua potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas et pluribus prodesse* (*Confer appendicem VII, supra*). Invidia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Quæ erga te aguntur æquanimiter ferri non possunt; hæc imo patienter tolerare peccatum est, quia si non sis cum magna exacerbatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur*. Tristitia namque devictum cor quasi ex ratione solet excitari, cum dicit: *Quare habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo morore intuendi sunt qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur*.

**5.** Avaritia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Valde sine culpa est quod quædam habuda concupiscis, quia 263 non multiplicari appetis, sed egere pertumescis. Quare quod male alius*

*retinet, ipse melius expendis. Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, et qui satiari cibo respuit, quid aliud quam muneri concessio contradicit? Luxuria quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? Acceptum tempus in desideriis perdere non debes, quia quam citius pertransit nescio. Si enim miseri tunc hominum in voluptate coris molles, in ipso humanigenis exordio masculum ei feminam non fecisset.*

**CAP. XLII. De patientia.** — **1.** Quanto culmine virtus patientiae polleat, Salomon indicat, dicens: *Melior est patiens viro fortis, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium* (*Proverb. XVI, 32*). Minor est victoria urbis expugnare, quia extra sunt quæ vineuntur. Majus est autem quod per patientiam vincitur, quia ipse animus [*Gr. Ed. add. a se*] separatur, et semetipsum sibimet subjicit, quando per patientiam in buxiilitate tolerantia sternit. Terra bona fructum per patientiam reddit, quia scilicet nulla sunt bona, quæ agimus, si non æquanimiter etiam proximorum mala toleramus. Scriptum est: *Charitas patiens est* (*I Cor. XIII, 4*). Igitur cum minime est patiens, charitas non est. Per hoc quoque impatientie vitio ipsam virtutum nutrix doctrina dissipatur. *Melior est, inquit, patiens viro fortis, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium*. Recte expugnatoris urbium patiens prefertur, quia illa actione victoria homo vicer est hominum; in hac autem mansuetudine patientia animus vicer est sui. Salomon ait: *Doctrina viri per patientiam nocebit* (*Proverb. XIX, 11*). Tanto ergo quisque minus ostendit doctus, quanto minus ostendit patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Custodiem coniunctionis nostra patientiam Dominus esse monstravit, quia ipsam non possidere, nosmetippos docuit, dicens: (*Luc. XXI, 19*): *In patientia vestra possidebit animas vestras* (*Tat. III, 26; Greg., hom. 55, l. n. in Evang. n. 5; Reg. past. p. III, c. 9; hom. 6, l. n. in Ezech. n. 7*).

**2.** Admonendi sunt patientes, ne in eo quod exterius per patientiam portant, interius doleant, ne tantæ virtutis sacrificium, quod integrum foras immolant, intus malitiae poete corruptant. Dicendum est patientibus ut studeant diligere quod sibi necesse est tolerare. Ne si patientiam dilectione non sequitur, in deterioriū culpam odii virtus ostensa vertatur. Plerunque evenire patientibus solet ut eo quidem tempore quo adversa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsuntur, et sic patientiam exhibent, ut custodiæ etiam cordis innocentiam non omittant. Sed cum potius paululum hec ipsa quæ pertulerunt ad memoriam revitant, igne se doloris inflammant, argumenta ultionis requirunt, et mansuetudinem, quam tolerantes habuerunt, retractantes in malitia vertunt.

**D** **3.** Admonendi sunt patientes, ut cor post victoriam inveniant, ut hostem publico bello superatum insidiari incubibus mentis intendant, ut languorem plus repentem timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum majori exultatione gaudeat, quo illa dudum contra se rigida colla victorum **264** calcat. Est in dilectione proximi nobis patientia, et benignitas conservanda, quia de eadem dilectione nunc dicitur: *Charitas patiens est, benigna est* (*I Cor. XI, 4*); patiens, scilicet, ut illata a proximis mala æquanimiter portet; benigna autem, ut sua bona proximis desiderabiliter impendat. Patientia vera est aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore mordeti. Nam qui sic mala proximi portat, ut tamen tacitus doleat, et tempus dignæ retributionis querat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum est: *Nunquid in finem oblitio erit pauperum? Patientia pauperum non peribit in finem* (*Psal. IX, 19*). Quæcumlibet vel in ad-

versis patientes, vel in prosperis humiles simus, in hac vita retribui nobis bona praesentia nullo modo requiramus; nam per laborem patientiae bona speranda sunt sequentis vitae, ut tunc praeium nostri laboris incipiat, quando omnis iam labor funditus cessat (*Greg., ii in Ezech., hom. 9, n. 2.*)

**CAP. XLII. De humilitate.** — 1. Ad hoc unigenitus Dei Filius formam humiliatis nostrae suscepit, ad hoc invisibilis non solum visibilis, sed etiam despetus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irrisio probra, passionum tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilius Deus. Quanta humilitatis [*Al. add. nostrae*] virtus est, quantaque sublimis celsitudo propter quam solam veraciter docendam is qui sine aestimatione magnus est usque ad passionem factus est parvus (*Tao III, 28!*)

2. Humilitas magistra est hominum, materque virtutum. Sicut Veritas ait: *Discite a me, quia misericordia et humilitas corde, et invenietis requiem animabus vestris* (*Mattih. xi, 29*), quia dum se humiles dejiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt. Verae humilitatis testimonia sunt, et iniquitatem suam quinque cogitare, et cognitam voce confessionis aperiere. Inseparabilis est humiliibus quam sit vera excellentia quam sperando tenent, quam sint aeterna quae appetunt, vel quam transitoria quae contemnunt.

3. Admonendi sunt simplices, ut studeant non quam falsa dicere, sed ut noverint nonnunquam vera reticere. Sicut enim dicentem falsitas laesit semper, ita nonnunquam quibusdam auditu vera nocuerunt. Admonendi sunt simplices, ut sicut fallaciam semper utiliter vitant, ita veritatem semper utiliter professant. Nihil simplici corde feliciter, qui quo innocentiam erga alios exhibet, nihil est quod pati per alios formidet. Habet enim quasi arcem quamidam fortitudinis simplicitatem suam, nec suspectus est pati quod se fecisse non meminit (*Tao, iii, 28*).

**CAP. XLIII. De mansuetudine.** — 1. Plerumque manusueti vicinum et quasi juxta positum torpore de sidere patientur, ac per nimiam resolutionem lenitatis ultra quam necesse est, vigorem distinctionis emollient. Et sepe manusueti dissolutionis torpescunt tandem, quia eorum virtuti vitium latenter adjungitur. Sed admonendi sunt, ut fugiant quod juxta ipsos est, et amplectantur sollicitudinem, quae acutat multæ benignitatis incuriam. Nequaquam sancto Spiritu plenus est, qui aut in tranquillitate mansuetudinis servorem emulationis deserit, aut rursus in emulationis ardore virtutem mansuetudinis amittit (*Tao III, 30; Greg., Reg. past. p. m, c. 16*).

**265 CAP. XLIV. De obedientia.** — 1. Sciendum summopere est, quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est; aliquando autem, si de suo aliquid non habeat, minima. Cum hujus mundi suescens praecepit, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda haec obedit, obedientia sibi virtutem evacuat, si ad haec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipienda hujus vitae commoda et prospera libidini proprias ambitionis servit. Cum sancti hujus despectus praecepit, cum probra adipisci et contumelie subentur, nisi haec ex semetipsum animus appetat, obedientia sibi meritum minuit, qui ad ea quæ in hac vita despecta sunt, invitus nolensque descendit (*Tao, iii, 31; Greg., Moral. xxxv, 14, n. 30*).

2. Aliquando ad detrimentum obedientia ducitor, cum mentem ad suscipienda probra hujus sancti nequaquam ex parte sua etiam vota sua comitantur. Debet obedientia et in adversis ex suo aliquid habere, ut rursus in prosperis tanto sit verior, quanto a presenti ipsa quam divinitus percipit gloria funditus ex mente separatur. Scriptum est in libro Salomonis: *Melior est obedientia quam victimæ* (*Eccle. iv, 17*). Obedientia quippe jure victimis praesponitur, quia per victimam aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur Deus quis-

A que placat citius, quanto ante ejus oculos represariai sui superbii gladio præcepit se immolat. Ariolandii peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit obedientiae virtus demonstretur.

5. Ex adverso ergo melius ostenditur quid de ejus laude sentiatur; si enim quasi peccatum ariolandii est repugnare, et quasi scelus idolatriæ nolle aequiescere, sola obedientia est, que fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Quis nesciat quod voluntas Filii a Patris voluntate non discrepet? Sed quam primus homo, quia, suam voluntatem tenens, facere noluit, a paradisi gaudio exivit. Sed secundus ad redemtionem hominum veniens, dum voluntatem se Patris et non suam facere ostendit, permanere nos intus per obedientiae meritum docuit.

**CAP. XLV. De verecundia.** — 1. Verecundas mentes aliquando ad meliorem vitam exhortatio lenis et modesta componit, quia plerumque ad eorum conversionem sufficit quod ei doctor mala sua saltet leniter ad memoriam reducit. Paulus apostolus, egregius scilicet prædictor, culpas verecundantium, quasi compatiens, reprehendit dicens: *Gaviosum in Domino ocheinenter, quoniam tandem aliquando refluistis pro me sentire, sicut et sentiebatis; occupati enim eratis* (*Philipp. iv, 10*). Egit itaque doctor egregius ut verecundantium culpas medicinali benignitate sanaret, dum eorum negligentias serino mollior temperando velaret. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum est sapientiæ, bonum vero erubescere satiatis. Unde scriptum est: *Qui me erubuerit, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua* (*Luc. ix, 26*). Quidam sapiens ait: *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam* (*Eccle. iv, 23*). Qui enim verecundus erubescit penitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatem non pervenit; qui vero non erubescit bona facere, **266** a statu rectitudinis non cadit, neque in damnationem tendit (*Tao, iii, 32; Greg., Reg., past. p. m, c. 7; i in Ezech., hom. 40, n. 17*).

**CAP. XLVI. De detractione.** — 1. Qui alienæ vitæ detractione pascuntur, alieni procul dubio satiantur, sicut scriptum est: *Non comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt. Carnes quippe ad vescendum conferre est in colloctione derogationis vicissim proximorum vitæ dicere. De obtrectatoribus recte per Salomonem dicitur: Quia vacantes potibus, et dantes symbola consumentur, et vestientur pannis dormitionis* (*Proverb. xxiii, 20*). *Potibus vacant, qui opprobrio alienæ vitæ se debriant. Symbola vero dare est, sicut unusquisque solet de parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre* (*Greg., Moral. xiv, 37, n. 61; Tao, iii, 44*).

**CAP. XLVII. De hospitalitate et elemosyna.** — 1. Hospitalitatem fraternalis amare, charitatis opera diligere nobis valde necessarium est; unde egregius prædictor nobis utrumque commendauit, ait: *Charitas fraternalis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite obliuisci* (*Hebr. xiii, 1*). Pensandum nobis est quantum hospitalitas fraternalis compassionis valeat, quantum nos omnipotenti Domino misericordie viscera conjungant; inde enim ei qui est super omnia appropinquans, unde nos per compassionem proximi etiam sub noquenipso depositus (*Tao, iii, 50; Greg., ii in Ewang., hom. 23, n. 2*).

2. Redemptori generis humani ad redificandam nostram minime sufficit quod in extremo iudicio dicturum se esse perhibuit: *Quandiu fecisti uni ex his fratribus meis, mihi fecisti* (*Mattih. xxv, 42*). Nisi et ante iudicium hoc esse ostenderet, quod dixisset; ut videlicet demonstraret quia bona quisquis nunc opera indigentibus exhibet, ei specialiter impedit, cuius haec amore exhibuerit. Quare tanto in se plus quisque majorem mercedem recipit, quanto

nec eum despicit, qui amplius despiciendus vi-  
detur.

**CAP. XLVIII.** *De multimoda erogandi largitione.* — 1. Qui indigenti proximo exteriore substantiam praebet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit Auctori, et hoc quod maius est servavit iniquitati. Quoties post culpam eleemosynas facimus, quasi pro pravis actibus premium damus. Unde per Prophetam de eo qui hac non agit, dicitur : *Non dabit propitiationem suam, nec pretium redemptio- animæ suæ* (*Psal. XLVIII*, 8). Tunc eleemosynæ pre- tium nos a culpis liberat, cum perpetrata plangimus et abdicamus. Nam qui et semper peccare vult, et quasi semper eleemosynam largiri, frustra tribuit, quia non redimit animam, quam a vitiis non compescit (*Tao* III, 34; *Greg., Moral.* xix, 25, n. 38, xii, 51).

2. Eleemosynæ impensio superbum divitem redi- mire non valet, quam perpetrata simul rapina pau- peris ante Dei oculos ascendere non permittit. Unde per Eliphaz dicitur : *Non credat frustra errore dece- ptus quod aliquo pretio redimendus sit* (*Job. xv, 31*). Sæpe superbi divites, cum eleemosynam tribuunt, non hanc pro æternæ vitæ desiderio, sed pro exten- denda vita temporali largiuntur. Mortem se posse differre dationibus [*Al.*, donationibus] credunt; sed nequaque obtinere ex impenso munere valent, ut fluem debitum evadant. In Evangelio Veritas ait : *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (*Math. vi, 3*). Id est, pia dispensationi nequaque se gloria præsentis vitæ admisceat, sed opus rectitudinis ap- petitio ignoret favoris (*Greg., Reg. past. p. iii, c. 20*).

3. Plerumque multa homines pauperibus largiun- tur, non quia eosdem **267** pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant, irati superni judicis formidi- dant; qui si Deum non metuerent, quæ habent dare nolissent. Admonendi sunt qui sua misericorditer tribuunt, ne cogitatione tumida super eos quibus ter- renæ largiuntur se extollant; et ne idcirco se melio- res aestiment, quia contineri per se ceteros vident. Qui possessa misericorditer tribuunt, a cœlesti Do- mino dispensatores se positos subsidiorum tempora- lium agnoscant, et tanto humiliter præbeant, quanto et aliena esse intelligent quæ dispensant. Ne in be- nefactis largitoris immoderatus gaudeant, audiant quod scriptum est : *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt robis, dicite : Servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, non (sic) fecimus* (*Luc. xvii, 10*).

4. Ac ne largitatem tristitia corrompat, audiant iterum quod scriptum est : *Hilarem datorem diligit Deus* (*II Cor. ix, 7*). Ne largitores eleemosynarum impensa gratia vicissitudinem requirant, audiant quod scriptum est : *Cum facis prandium, aut cænam, noli vocare amicos tuos, atque cognatos, nec vicinos divites, ne forte et ipsi te invitent, et faciant tibi retrubitionem; sed cum facio convivium, voca pauperes, debiles, claudos, carcos, et beatos eris, quia non habent unde retrubiant* (*Luc. xiv, 12*). Ne sub obtenu largitatis ea quæ possident inutiliter spargant distribu- tores, audiant quod scriptum est : *Sudet in manu tua eleemosyna. Et ne, cum multa necesse sint, pauca largiantur, audiant quod scriptum est : Qui parce se- minat, parce et metet.*

5. Ne, cum pauca oportet, plurima præbeant lar- gitores, et ipsi postmodum minime inopiam toleran- tes, ad impatientiam erumpant, audiant quod scri- ptum est : *Non quod alis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestra ino- pie sit supplementum* (*II Cor. viii, 13*). Cum igitur dantis mens inopiam ferre nescit, si illicita [*Al.*, multa] sibi subtrahit, hoc occasionem contra se in patientiam exquirit.

6. Ne omnino distributores nihil eis præbeant quibus conferre aliquid parum [*Al.*, parvum] debent,

Audiant quod scriptum est : *Omni petenti a te tribue* (*Luc. vi, 30*). Quare ne saltem aliquid præbeant, quibus conferre nihil debent, audiant quod scriptum est : *Da bono, et non receperis peccatorem; benefac humili, et non dederis impio* (*Ecli. XII, 4*). Nonnulli bujus mundi divites, cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriti histriones. Qui vero indigenti peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit, nimisrum non peccatorem, sed justum nutrit, quia in illo non cul- pam, sed naturam diligit.

7. Qui sua misericorditer largiuntur, sollicite cu- stodiare studeant ne cum commissa peccata eleemo- synis redimunt, adhuc redimenda committant, ne venalem Dei justitiam æstiment, si cum curant pro peccatis numinos tribuere, arbitrantur se posse inuite peccare. Sollicite studeamus perpendere quia et eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoque videbimus; et qui abundantes aspicimus, si largiri negligimus, quandoque inopes erimus. Qui nunc temporale subsidium pauperi tribut, ab eo post- modum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem **268** terram excolit, quæ quod accepit uberior reddit. Honorate quos pauperes cernitis, et quos foris conspicitis despectos sæculi, intus arbitramini amicos Dei. Cum eis participamini [*Al.*, participate] quod habetis, ut quandoque digneretur vobiscum comparticipari [*Al.*, comparticipare] quod habent (*Greg., Moral.* xxi, 19, n. 30; *ii in Evang.*, hom. 40, n. 12).

**CAP. XLIX.** *De spe et formidine electorum.* — 1. Plerumque mens justi jam quidem quod perverse se egisse meminit deplorat. Jam prava acta non solum deserit, sed amarissimis lamentis punit. Sed tame- dum eorum quæ egit reminiscitur, gravi de judicio pavore terretur. Electus quisque jam se perfecte convertit, sed adhuc se perfecte in securitate non erigit, quia dum quæ sit districtio extremi examini pensat, intus hac formidine sollicitus trepidat; quoniam justus iudex veniens quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Sæpe mens poenitentis, quam prava commiserit meminit, sed hæc commissa, si digne fleverit, nescit. Ac ne culpas innumera- nitas modum poenitentia transeat, metuit. Sanctus quisque vir etiam hic misericordiam suscepisse se nescit, quia peccatum suum homo jam corrigendo, jam poenitendo deserit, sed adhuc tamen districtum judicem de ejus retributione pertimescit (*Greg., Mo- ral.* iv, 36, n. 61; *Tao* III, 46).

2. Illic tutus [*Al.*, justus] quilibet sine ulla for- midine misericordias Domini libere in æternitatem cantat, ubi jam de peccati venia dubietas non erit, ubi jam securam mentem culpa suæ memoria non adjicit [*Al.*, addicit], ubi non sub reatu animus trepidat, sed de ejus indulgentia libere exsultat. David propheta cum peteret, dicens : *Averte oculos tuos a peccatis meis*, paulo superius intulit : *Delictum meum coram me est semper* (*Psal. L, 11*); ac si diceret : Pec- catum meum ne respicias, postulo, quia ego respi- cere ipsum non cesso. Unde et per alium prophetam Dominus dicit : *Et peccatorum tuorum memor non ero, tu autem memor esto* (*Isai. XLIII, 25*). Provide- dum est his qui peccata sua deflent, ut singula quæque admissa considerent, et dum per unumquodque erroris sui iniquitatem et inquinationem deflent, sim- mul se ac totos lacrymis mundent. Per Jeremiam dicitur : *Cum Judææ singula delicta pensarentur, di- visiones aquæ deduxerunt oculi mei* (*Thren. III, 48*). Di- visas quippe ex oculis aquas deducimus, quando pec- catis singulis dispersitas lacrymas damus (*Greg. Reg. past. p. iii, c. 29*).

3. Neque enim uno eodemque tempore æque mens de omnibus dolet, sed dum nunc hujus, nunc illius culpæ memoria acrius tangitur, simul de omnibus in singulis commota purgatur. Admonendi sunt timore formidinis oppressi, ut de misericordia, quam po- stulant, presumant, ne vi immoderata afflictionis

ntereant. Neque enim pius Dominus ante delinquendum oculos flenda peccata apponere, si per semet ipsum ea districte ferire voluisse. Constat enim quod a suo iudicio abscondere volui quos miserando præveniens sibi metipis judices fecit; hinc enim scriptum est: *Præveniam faciem ejus in confessione* (Psal. xciv, 2). Hinc per Paulum dicitur: *Si nos metipos dijudicaremus, non utique judicaremur* (I Cor. xi, 31). Scriptum est: *Beati quorum remissae sunt iniuriae, et quorum tecta sunt peccata* (Psal., xxxi, 4). Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur inferius ponitur, et hoc unde operitur desperatur (Greg., i in Ezech., hom. 4).

**269** 4. Quando ergo abdicamus mala quæ fecimus, et eligimus bona quæ faciamus, quasi regimen superducimus, quoniam videri erubescimus. Sancti viri, dum in hac adhuc vita sunt, habent tamen quod ante Dei oculos operire debeat, quia omnino est impossibile quod aut in opere, aut cogitatione, aut in locutione nunquam delinquent. Unde beatus Job, qui perfecta quidem omniibus dixerat, Dei tunc vocem audiens, seque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat: *Manum meam ponam super os meum* (Job. xxxix, 34). In manu quippe operatio, in ore locutio est.

5. Manum ergo super os ponere est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Mola superior et inferior ita sibi necessario jungitur, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque pectore incessanter debet spes et formido conjungi, quia incassum misericordiam sperat, si non etiam justitiam timeat. Quare frustra quisque justitiam metuit, si non etiam de misericordia confidit. Loco pignoris mola superior tolli prohibetur, quia peccatori prædicans, tanta dispositione componere prædicationem debet, ut nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtrahita spe eum in solo timore derelinquit (Greg., Moral. xxxiii, 12, n. 24).

**Cap. L.** *De regni caelestis desiderio.* — 1. Magnus clamor sanctorum magnum est desiderium; tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat, et tanto majorem vocem in aures incircumscripsi spiritus exprimit, quanto se in ejus desiderium plenius fundit. Cum aliter moveri soleat mens quæ petit, aliter quæ petitur, et sanctorum animæ ita interni secreti sinu Deo inhærent, ut inhærente quiescant, quomodo dicuntur petere, quas ab interna voluntate constat non dispare? Quomodo dicuntur petere, quas et voluntatem Dei certum est, et ea quæ futura sunt, non ignorare? Sed in ipso positæ ab illo aliquid petere dicuntur, non quo quidquam desiderent, quod ab ejus quem cernunt voluntate discordat, sed quo mente ardenter inhærent, eo etiam de ipso accipiunt, ut ab ipso petant quod eum facere velle novrant (Greg., Moral. II, 7, n. 11; Tatio, III, 37).

2. Nemo qui tardius auditur credit quod a superna cura negligitur. Sæpe enim nostra desideria, quia celeriter non fiunt, tamen exaudiuntur, et quod impleri conciter petimus, ex ipsa melius tarditate prosperatur. Sæpe vox nostra eo perficitur quo differitur; et cum superficie tenus petitio negligitur, vota nostra altius in cogitationum radice complentur. Sicut et semina messium gelu pressa solidantur, et quod a superficie tardius exirent, eo ad frugem multiplicatione consurgunt. Desideria nostra dilatatione [Forte, dilatione] extunduntur, ut prolixciant; proficiunt, ut ad hoc quod perceptura sunt convalescant. Exercitantur in certamine, ut majoribus cumulentur præmis in retributione. Labor protrahitur pugnæ, ut crescat corona victoriae.

3. Su's ergo Dominus cum velociter non exaudit, quod repellere creditur assidue trahit. Internus medicus peccatorum in nobis contagia quæ inesse medullitus reprobat secat, et abscondit virus putredinis ferro tribulationis, eoque voces ægri audire dissimul-

A lat, quo ægritudinis finem curat. David propheta ait: *Clamo per diem, et non exaudies, in nocte, et non ad insipientiam mihi* (Psal. xxi, 3). Ac si dicaret: *Nequaquam mihi ad insipientiam profici*, quod die ac nocte clamantem me quotidie non exaudis. *Quia unde me in temporali tribulatione quasi deseris, et non exaudis, inde ad æternam sapientiam plus erudi*s. Iterum Psalmista dicit: *Adjutor in opportunitatis tribulatione* (Psal. ix, 10). Tribulationem quippe dicturus, opportunitates præmisit; quia sæpe tribulatione concutimur, et tamen opportunum nondum est, nisi ad desiderium erectionis adjuveretur.

**Cap. LI.** *De bonorum concordia.* — 1. Tunc charitas a jugo culpæ liberos reddit, cum vicissim nostro per auorem servitio subjicit, cum et aliena nostra bona credimus, et nostra aliis quasi sua offertentes exhibemus. Certissime sciant homines, quia quantislibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si uniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum est: *Fructus enim spiritus est pax, charitas, gaudium* (Galat. v, 22). Qui ergo servare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. Unde idem Paulus ait: *Cum sit inter vos zelus, et contentio, nonne carnales estis* (I Cor. III, 3)? Hinc iterum dicit: *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* (Tatio, III, 38; Greg. Reg. past., p. III, c. 22).

**Cap. LII.** *De divinis iudiciis.* — 1. Cum valde occulta iudicia Dei sint, quibus in hac vita nonnumquam bonis male fit, malis bene, tunc occultiora sunt, cum et bonis hic bene est, et malis male. Nam cum bonis hic male est, malis bene, hoc fortasse reprehenditur, quia et boni si qua deliquerunt, hic recipiunt, ut ab æterna damnatione plenius liberentur; et mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inveniunt, ut ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Unde et ardenti diviti in inferno dicitur (Luc. XVI, 25): *Memento, fili, quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiiter mala* (Tatio IV, 2; Greg. Moral. V, 1, n. 1).

2. Cum bonis in præsens sæculum bene est, et malis male, incertum valde fit utrum boni bona accipiunt, ut provocati ad aliquid melius crescant, aut ut latentique iudicio hic suorum operum remunerationem recipient, ut a præmio vitæ sequentis inanescant, et utrum malos idcirco adversa seriant, ut ab æternis suppliciis corrigendo defendant. An hic eorum pena incipiat, ut quandoque complenda eos ad ultima gehennæ tormenta perducat. Quia inter divina iudicia gravi incertitudinis soæ caligine humana mens premitur, sancti viri, cum sibi suppetere prospera hujus mundi conspiquant, pavida suspicione turbantur. Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipient, timent ne quod divina justitia latens in eis vulnus aspiciat, et exterioribus eos munieribus cumulans, ab intimis repellat.

3. Unde per Psalmistam dicitur: *Palpebrae ejus interrogant filios hominum* (Psal. x, 5). Palpebrae quippe Dei iudicia sunt ipsius, quæ aliquid nobis claudunt, aliquid aperiunt; aperiendo namque nos interrogant, si intelligendo non extollimus. Claudendo interrogant, si non despiciimus quæ intelligere non valamus. Nemo iudicia divina perscrutari appetat, cur, cum alius repellitur, alius eligatur; vel cur, cum alius eligitur, alius repellatur; quia, attestante Paulo, didicimus quod *inscrutabilia sunt iudicia ejus, et investigabiles via ejus*. Divinorum facta iudiciorum semper indiscussa veneranda sunt, quia injusta esse nequaquam possunt. Rationem 271 quippe de occulto ejus consilio quæcunque nihil est aliud quam contra ejus consilium superbire (Greg., II, in Ezech., hom. 5, n. 6).

4. Cum iudiciorum Dei causa non reprehenditur, restat ut sub factis illius cum humilitate taceatur, quia nequaquam sufficit sensus carnis, ut secreta penetret. Majestatis, Ad semetipsam humana mens

redeat, et quod de divinis judicis apprehendere non valet, non requirat; ne si divina ira causa discutitur, amplius discussa provocetur, et quam placare humilitas poterat, inextinguibiliter superbia accendat. Per apostolum Paulum dicitur: *O homo, in quis es, qui respondeas Deo?* (Rom. ix, 20) Semetipsum homo considerans facit, et divina iudicia dicentur inquit, quia esse se pulvrem agnoscit; respondere non posse convincit, quia homo nominatur, quia per hoc quod de humo sumptus iudicia superna discutiens dignus non est (Greg., Moral. ix, 14, n. 21).

CAP. LIII. *De his qui iudicio Dei obdurantur.* — 1. Sicut nemo obstinat largitati Dei vocantis, ita nullus obviat justitia delinquentis. Non enim cor peccantis Deus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obdoratione non liberalat. Obdurare se per justitiam dicitur, quia cor reproborum per gratiam non emollit. Recludere Dei est clausis non aperire, sed in suorum operum tenebris peccatores relinquere. Misericors Deus tempus nobis relaxat ad poenitentiam, sed cum ejus gratia patientiam nos ad augmentum veritatis culpæ. Hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie dispositus, districter ad feriendum veritatem. Cum reveri quisque ab erroris sui tenebris itineribus, etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum auget, per quod ea diluere potuit, si converti voluisse (Taio, v, 5; Greg., Moral. vi, 9, n. 13; 1 in Ezech., hom. 11, n. 25).

CAP. LIV. *De reproborum prosperitate.* — 1. Qui a Deo avertitur, et prosperatur, tanto perditioni sit proximior, quanto a zelo disciplinae inventur alienus. Plerique reprobi, dum peccatorum suorum vinculis alligantur, ad justitiam trahuntur nequam revertuntur, phreneticorum videlicet sensibus similes, qui insaniam qua prævalent virtutem putant, qui ex morbo esse nesciunt hoc quod amplius sanitatis possunt, et quasi crevissæ viribus aestimant, dum ad vitam terminum per augmenta lauguoris appropinquant. Nonnunquam reprobi phreneticis similes, qui rationis usum non habent, flent, et rident; et tanto in magna exultatione se dilatant, quanto et insensibilis malum quod patiuntur ignorant. In Ecclesiastice libris scriptum est: *Vidi servos in equis, et principes ambulantes, quasi servi super terram* (Eccle. x, 7). Omnis qui peccat servus est. Servi namque in equis sunt, cum peccatores praesentis vitae dignitatibus efferruntur; principes vero, quasi servi ambulant, cum multis dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic adversitas velut indigneos deorsum premit (Greg., 1 in Ezech., hom. 12, n. 18; Moral. vi, 16, n. 26; Taio, v, 7; Moral. xxxi, 24, n. 43).

CAP. LV. *Qualiter lapsi post ruinam surgere queant.* — 1. Peccata experti saltē post naufragium mare metuant, et perditionis suæ discrimina vel cognita perhorrescant, ne qui pie post patrata mala sanari sunt, improbe repelemendo moriantur. Peccanti animæ, et nunquam a peccato desinenti, dicitur: *Frons mulieris meretricie facta est tibi, noluiisti erubescere* (Jerem. iii, 5). Admonendi sunt itaque lapsi, ut student, quatenus suscepta naturæ bona integra servare noluerunt, saltē scissa resarciant. Quid dicturi sunt peccata carnis experti, si, alii integritate stolidibus, ipsi nec post damnationem resipiscant? Quid dicturi sunt, si eis multos et alios secum deferrunt, bie exspectanti Domino nec semetipsos reducunt? Dicendum est lapsi ut præterita admissa considerent, atque imminentia devinent, quatenus transactas culpas ad memoriam revoquent, et pollui in fortuitis erubescant. Per Jeremiam prophetam Dominus dicit (Jerem. iii, 1): *Si dimiseris vir uxorem tuam, et illa recedens duixerit virum alium, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis;* tamen re-

**A** vertere ad me, dicit Dominus (Greg., Reg. past. p. iii, adm. 29).

2. Ecce de fornicate et relicta muliere argumentum justitiae proponitur, et tamen nobis post lapsum redeuntibus non justitia, sed pietas exhibetur. Hinc utique colligamus, si nobis delinquentibus tanta pietate parciatur, a nobis sic post delictum redeuntibus quanta improbitate peccatur, aut quæ ab illo erit improbis venia, qui non cessat vocare post culparum. Isaías propheta dicit: *Eruunt oculi tui videntes præceptorem tuum, et aures tue audient verbum post tergum monentis* (Isai. xxx, 20). Quasi enim coram positus Deo quisque verba monitionis ejus precepta cognoscit; adhuc enim ante ejus faciem stare est needum eum peccando contempnere. Cum vero, de-relieto hono innocentiae, iniuriam eligens appetit, terga jam in ejus faciem militit.

B 3. Omnipotens Dominus quasi post tergum nos subsequens monet, qui etiam post culpam ad se redire persuadet. Aversum revocat, commissa non respicit, revertenti sinum pietatis expandit. Vocem ergo post tergum monentis audimus, si post peccata humili et contrito corde revertimur. Debemus igitur pietatem vocantis erubescere, si justitiam voluntus formidare, quia tanto graviori improbitate contemnitur, quanto et contemptus adhuc vocare non designatur. Per Jeremiam prophetam Dominus dicit: *Et venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis* (Mich. iv, 10). Babylon quippe confusio interpretatur. Sæpe enim quis postquam in confusionem vitiorum cecidit, erubescens mala quæ perpetravit, ad poenitentiam reddit, sequo a suis lapsibus bene vivendo erigit. Quid ergo iste nisi usque ad Babylonem venit, et ibi liberatus est? Nonnunquam quisque erubescens mala quæ fecit, se contra se erigit, et bene operando ad statum rectitudinis reddit. In Babylone itaque liberatus est, qui per divinam gratiam ostenditor etiam de confusione salvatus.

C CAP. LXVI. *De appetitu laudis humanæ, vel favoribus adulantium.* — 1. Omnis homo qui ex eo quid agit, humanas laudes appetit, testem in terra querit. Qui autem de actibus suis omnipotenti Domino placere festinat, testem se habere in celo considerat. Cum multi mala gesta laudibus exaltant, inde fit ut fusesanter crescat culpa favoribus enutrita. Curari autem vulnus negligitur, quod dignum præmiis laudeque videtur. Bene itaque per Salomonem dicitur: *Pili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas* (Proverb. 1, 10). Peccatores enim lactant, cum vel perpetranda mala blandimenti inferunt, vel perpetrata favoribus extollunt. Quid enim aliud peccare quam oecumbere? Sed quia peccantem laudibus 273 prosequuntur, quasi extinctum sub verborm suorum aggere absconduntur. Arundinem mox ut aura tetigerit, in partem alteram fertur. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur, qui mox favore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur? (Greg., Moral. xiii, 24, n. 28; Taio, v, 13; Greg., Moral. iv, 28, n. 51.)

D 2. Si ab ore cuiusquam aura favoris flaverit, appetitus laudis humanæ bilarescit. Extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit; sed si inde ventus detractionis erupit unde laudis aura veniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad vim turor inclinat. Ne pavilium atque inuite crescere debeat adulatio, statim et sine mora est oris gladio serienda, et per zeli justitiam funditus extinguenda. In Evangelio fatus virginibus cum increpatione dicitur: *Ite potius ad vendentes, et emite vobis* (Matth. xxv, 9); venditores quippe olei adulatores sunt, quoniam in accepta qualibet gratia vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendant. Principale corporis nostri caput est. Appellationis enim capitilis ea quæ principiat corpori mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cum democet mente favor adulantis. Si favores suos quisque audiens ad superni iudicij considerationem reddit, ac ne de his

apud occultum arbitrium gravetur, metuit, quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis excrevit, et unde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget (*Greg.*, i in *Evang.*, hom. 12. n. 5; *Moral.* xxviii, 8).

**CAP. LVII.** Qualiter sacra Scriptura maledicti promat sententiam. — 1. Cum certe novimas quod maledictum Scriptura sacra prohibet, cur recte aliquando fieri dicimus, quod vitare eodem sacro eloquio non ignoramus? Sed scelendum nobis est quod Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat. Aliud, videlicet, quod approbat; aliud, quod damnat. Alter enim malum dictum profertur iudicio justitiae, alterum livre vindictae. Maledictum iudicio justitiae, ipso primo homine peccante, prolatum est, cum adivit: *Maledicta terra in operibus tuis* (*Gen.* iii, 17). Maledictum justitiae iudicio profertur, cum ad Abraham dicitur: *Maledicam maledicentibus tibi* (*Gen.* xii, 3). Rursus, quia maledictum non iudicio justitiae, sed livre vindictae promittit, voce Pauli praedicatoris admonemur, qua ait: *Benedicite, et nolite maledicere* (*Rom.* xii, 14); et rursus: *Neque maledici regnum Dei possidebunt* (*I Cor.* vi, 10). Deus omnipotens maledicere dicitur, et tamen maledicere homini prohibet; quia quod homo agit malitia vindictae, Deus non facit nisi examine et virtute justitiae (*Tao.* iii, 3; *Greg.*, iv *Moral.*, 6).

2. Cum sancti viri maledictionis sententiam proferrunt, non ad hanc ex voto ultiōnis, sed ex iustitia examinis erumpunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, et mala foras exsurgentia, quin maledicto debeant ferire, cognoscunt; et eo in maledicto non peccant, quia ab interno iudicio non discordant. Petrus apostolus in offerentem sibi pecunias Simonem sententiam maledictionis intorsit, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditione* (*Act.* viii, 20). Qui enim non ait *est*, sed *sit*, non indicativo, sed optativo modo se haec dixisse signavit. Elias denique duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: *Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, et consumat vos* (*IV Reg.*, i, 12). Quorum utrorumque sententia quanta veritatis ratione convaluit, terminus causae monstravit. Nam et Simon etiam perditione 274 interiit, et duos quinquagenarios desuper veniens flamma consumpsit. Virtus subsequens testificatur qua mente maledictionis sententia promittit. Cum et maledicentis innocentia permanet, et tamen eum qui maledicitur usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis fine colligitur (quod) ab uno et intimo iudice in reum sententia sumpta jaculatur, si subtiliter beati usiuscujusque, qualiter in Scriptura sancta maledicti promat sententiam, verba pensamus. Non enim ejus maledictio ex malitia delinquentis, sed ex rectitudine iudicis procedit; non enim ira coimoti, sed doctrina tranquilli. Qui enim iam recta maledicens intulit, non perturbationis vitio succubuit, sed doctrina magisterium impedit.

**CAP. LVIII.** Quid sit jubilum. — 1. Jubilum dicitur, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri, et tamē quibusdam motibus proditur, quamvis nullis proprietatibus exprimatur. David Propheta intrens electorum animos tantum gaudium mente concipere, quantum sermone non valeat aperire, ait: *Beatus populus qui scit jubilacionem* (*Psal.* lxxxviii, 16). Non enim ait: *Qui loquitur, sed qui scit, quia scrii* quidem jubilatio intellectus potest, sed dictu exprimi non potest. Per jubilum sentitur quod ultra sensum est, et cum vix ad contemplandum sufficiat conscientia sentientis, quomodo ad exprimentum sufficit lingua dicens? (*Tao.* iii, 36; *Greg.*, *Moral.* xxiv, 6, n. 10).

**CAP. LIX.** De discretione spiritus septiformis. — 1. In mente fideliū primus ascensionis gradus est timor Domini, secundus pietas, tertius scientia, quartus fortitudo, quintus consilium, sextus intellectus, septimus sapientia. Isaias propheta, in Christo enumerans

A gradus septiformis gratiae, ait: *Requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* (*Isai.* xi, 2). Quot scilicet gradus de celestibus loquens descendendo magis quam ascendendo numeravit. Videlicet sapientiam et intellectum, consilium et fortitudinem, scientiam, pietatem et timorem. Et cum scriptum sit: *Initium sapientie timor Domini* (*Proverb.* ix, 10), consit procul dubio quia timore ad sapientiam ascenditur, non autem a sapientia ad timorem reditur. Perfectam procul dubio habet sapientia charitatem, sicut scriptum est: *Perfecta caritas foras initium timorem* (*I Joan.* iv, 18). Isaías ergo, quia de celestibus ad ima loquebatur,cepit magis a sapientia, et descendit ad timorem. Sed nos, quia a terrae ad coelestia tendimus, eodem gradu ascendendo numeremus, ut a timore ad sapientiam pervenire valleamus. Est timor Domini in mente fideliū; sed qualis iste timor est, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati ejus tribulationibus dissimulat, hujus timor ante omnipotentis Dei oculos nullus est, si non sublevatur ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinata misericordiam errare solet, si fortasse pepercit quae percunda non sunt. Peccata enim quae feriri gehennam ignibus possunt disciplinas sunt verbere corrugenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcit, ad aeternum supplicium perirebat (*Greg.*, ii in *Ezech.* hom. 7, n. 7; *Tao.* iii, 25).

2. Ut vera et ordinata sit pietas ad gradum est alium sublevanda. Id est, ut sciat vel quid ex misericordia poniat, vel quid ex misericordia 275 dimittat. Sed quid si sciat quid agere quisque debeat, virtutem vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem, ut cum videt quid agendum sit, agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, et pavore collapsu non valeat bona defendere quae sentit. Sæpe fortitudo, si improvida fuerit, et minus contra vitia circumspecta, ipsa sui presumptione in casum ruit. Ascenda ergo ad consilium, ut prævidendo præmuniat omne quod agere fortiter potest. Esse consilium non potest, si intellectus deest. Quia qui non intelligit malum quod agentem gravat, quomodo potest bonum solidare quod adjuvat? Itaque a consilio ascendamus ad intellectum. Si intellectus magno quidem acuminé viget, et moderari se nesciat per maturitatem, ab intellectu ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc quod acute intellectus invenit sapientiae maturitate [41., sapientia maturæ] disponat. Quia igitur per timorem surgitur ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducinur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium ad intellectum prolificemur, per intellectum ad maturitatem sapientiae venimus. Septem gradibus ad portam ascendimus per quam nobis aditus vita spiritualis aperitur.

**CAP. LX.** De variis percussionibus mundi. — 1. Qui Deum diligunt in mundi fine vel percussione gaudere atque hilarescere jubentur, quia videlicet eum quem amant mox inventiū, dum transit is quem non anaverint. Absit ne fideiis quisque Deum videre non desideret, et de mundi percussionibus lugat, quem finiri iisdem ipsis percussionibus non ignorat. Ex mundi destructione lugere eorum est qui radices cordis in ejus amore plantaverunt, qui sequentem vitam non querunt, qui illam neque esse supicantur. Nos, qui illa celestis patria gaudia eterna cognovimus, festinare ad eam quantocius debemus. Opiandum nobis est citius pergere, atque ad illam vitam felicitate perpetuam pervenire (*Tao.*, v, 24; *Greg.*, i in *Evang.*, hom. 1, n. 3).

**CAP. LXI.** De Iudei populi circa mundi finem conversione. — 1. Sancta Ecclesia, in primitiis suis multitudine gentium fecundata, vix in mundi fine Iudeos quos invenerit suscipiet, et extrema colligens, eos

quasi reliquias frugum ponet. De quibus Judaici populi reliquiis Isaiae : *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae ejus salvæ fient (Isai. x., 22).* Elia veniente, promittitur quod reducat corda filiorum ad patres eorum. Ut doctrina quæ nunc a Iudeorum corde ablata est tunc, miserante Domino, redeat, quando hoc de Domino intelligere coeperunt filii, quod prædicaverunt patres. Judaicus populus in fine mundi liberabitur a servitio peccati, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. xi., 25).* Et sicut propheta ait : *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvæ fient (Isai. x., 22).* Sancta Ecclesia adhuc in hac vita posita pro laboribus quos sustinet duplicita munera recipit, cum suspectis, ut diximus, plene gentibus, in fine mundi Iudeorum etiam ad se corda converterit, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret (Taio, v., 25; Greg., in præf. iv Moral., c. 4; præf. in Job. c. 10, n. 20).*

CAP. LXII. *De Antichristi temporibus.* — 1. Antiquus hostis extrema mundi atrocis tentaturus agreditur, qui tanto fit serventior ad saevitiam, quanto se vicinorem sentit ad poenam. **276** Considerat quippe quid juxta sit, ut licentiam nequissimæ libertatis amittat. Et quantum brevitate temporis angustatur, tanto multiplicitate crudelitatis expanditur. Quidquid diabolus nequiererit, in fine mundi callidius exquireret. Tunc cervicem superbie altius erigit, et per damnatum illum quem gestat hominem omne quod temporaliter prævalet nequier ostendet. Stellas de celo in terra cadere est relicta a nonnullis spe coelestium, illo duce, ad ambitum gloriae sæcularis inhibere. Iste igitur draco misit caudam, et traxit terram partem stellarum. Draconis enim cauda stellarum pars trahitur, quando extrema persuasione Antichristi quidam, qui videntur lucere, rapientur (*Taio, v., 26; Greg. Moral. xxxiv, 1, n. 1.*)

2. Nonnulli de tribu Dan venire Antichristum ferunt, sicut per Jacob patriarcham dicuntur : *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro (Gen. xlvi, 17).* Hoc in loco Dan et coluber asseritur, et mordens. Unde non immerito dum Iæsiliticus populus terras in castorum partitione susciperet, primus Dan ad Aquilonem castrametatus est, illum, scilicet, significans, qui in corde suo dixerat : *Sedebo in monte testimenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium; similis ero Altissimo (Isai. xiv, 13).* De quo et per prophetam dicitur : *A Dan auditus est fremitus equorum ejus (Jerem. viii, 16).* Antichristus non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. Cerata enim Graecæ cornua dicuntur. Serpens, qui hic cornutus esse perhibetur, per quem digne ejusdem Antichristi adventus asseritur, quia contra vitam fidelium cum morsu pestifera prædicationis armatur etiam cornibus potestatis (*Greg. Moral., xxxi, 24, n. 43.*)

CAP. LXIII. *De salute, vel langore corporis, vitaque prætentis corruptionis.* — 1. Justis in hac vita ipsa sarcina suæ corruptionis onerosa est. Quod vigiliæ desfatigant, somnus queritur, ut vigiliarum labor atque anxietas temperetur. Nonnunquam etiam somnus occidit, fames corpus attirit, atque ut ejus necessitas repellatur, cibi requiruntur. Sed sœpe et cibi gravant, qui ad repellendum debilitatis gravitatem quæsiti fuerant. Quousque subdit corruptionis sumus, auctiori nostro minime respondemus; quia dum corruptio ab incorruptione longe est, similitudo apta nostræ responsioni non est. Humana creatura eo ipso quod creata est, in semetipsa habet sub se defluere; sed a conditore suo homo accepit quod et super se contemplatione rapiatur, et in se ipso in incorruptione tenetur. Admonendi sunt incolumes, ut salute corporis exerceant salutem mentis; ne si acceptæ incolumitatis gratiam ad usum nequitæ inclineant, dono deteriores flant; et eo postmodum supplicia graviora mereantur, quo nunc largioribus

A bonis Dei male uti non metuant (*Greg., Moral. xii, 13, n. 17; Taio, iii, 51, 52; iii, 14, n. 18; Reg. past. p. iii, c. 12.*)

2. Item admonendi sunt incolumes, ne opportunitatem salutis in perpetuum prævierenda despiciant. Scriptum namque est : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis (II Cor. vi, 2).* Dicendum est eis ne placere Deo si cum possunt noluerint, cum noluerint sero non possint. Salus corporis, quando ad bene operandum accepta despicitur, quanti sit muneris amissa sentitur. Et infructuose ad ultimum queritur, quæ congruo concessa tempora utiliter non habetur. Per sapientissimum Salomonem dicitur : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli, ne 277 forte implentur extranei iuribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumperis carnes, et corpus tuum (Proverb. v., 9).* Qui namque a nobis alieni sunt, nisi maligni spiritus, qui a coelestis sunt patriæ sorte separati? Qui vero honor noster est, nisi quod etiam in luteis positi et conditi ad conditoris nostri suimus imaginem creati? Vel quis alius crudelis est, nisi ille apostata angelus, qui et semetipsum poena mortis superbiendo perculit, et inferre mortem humano generi etiam perditus non pepercit?

3. Honorem suum alienis dat, qui, ad Dei imaginem ac similitudinem conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem male dominantis adversarii accepta vivendi spatia expendit. Quisquis per acceptam valetudinem corporis, per attributam sibi sapientiam mentis, non exercendis virtutibus, sed perpetrando vitiis elaborat, nequaquam suis viribus suam dominum, sed extraneorum habitacula, id est, immundorum spirituum facta multiplicat: nimis, vel luxuriando, vel superbiendo agens, ut etiam se adjiciens perditorum numerus crescat. Pierumque accepta salus carnis per vitia expenditur, sed cum repente subtrahitur, cum molestia caro atteritur, cum iam egredi anima urgetur, diu male habita, quasi ad bene vivendum, salus amissa requiritur. Tunc recte genuit hoinines, quod Deo servire noluerunt, quando damna suæ negligentiæ recuperare serviendo nequaquam possunt. Unde alias dicitur : *Cum occideret eos, tunc quærebant eum (Psal. LXXVII, 34).*

C CAP. LXIV. *De ægritudine corporis.* — 1. Admonendi sunt ægri, ut eo se Dei filios sentiant, quo illos disciplinæ flagella castigant. Nisi enim correptis filiis hereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Dicendum est ægri ut si coelestem patriam suam credunt, necessarium est ut in hac labores, velut in aliena patria, patiantur; lapides sanctuarii divini extra tunsi sunt, ut in constructione templi absque malte sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foras per flagella tunduntur, ut intus in templum Dei postmodum sine disciplinæ percussione disponantur, quatenus quidquid in nobis est superfluum, modo percussio resecat, et tunc solan nos in ædilicio concordia charitatis liget. Admonendi sunt ægri ut considerent pro percipiendis terrenis hereditatis quam dura carnales filios disciplinæ flagella castigent. Cur ergo nobis divina corruptionis poena gravis est, per quam et nunquam amitenda hereditas percipitur, et super mansura supplicia videntur? Considerent ægri quanta salus cordi sit modestia corporalis, quæ ad cognitionem sui menteum revocat (*Taio, iii, 55; Greg., Reg. past., p. iii, c. 12.*)

D 2. Quare quam plerumque salus abicit infirmitatis memoriam [*Al. memoria*] reformari, ut animus qui extra se in elationem ducitur cui sit conditioni subditus ex percussa quam sustinet carne memoretur. Admonendi sunt ægri ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ et admissa peccata diluit, et ea quæ poterant admitti compescit. Quæ et sumpta ab exterioribus plagiis concussæ mentis

pœnitentia vulnera infligit. In proverbiis Salomonis scriptum est : *Livor vulneris abstergit 278 mala, et plague in secretioribus ventris* (Prov. xx, 30). Mala enim livor vulneris abstergit, qui flagellorum dolor vel cogitationes vel perpetratæ nequitias diluit. Cum exterior percutiatur, ad pœcatorum nostrorum memoriæ taciti afflictio revocatur, atque ante oculos nostros cuncta quæ a nobis sunt male gesta reducimus; et per hoc quod foras patimur, magis intus quod fecimus dolemus. Unde sit ut inter aperta vulnera corporis amplius nos ablutæ plaga secreta ventris, quia sanat nequitias pravi operis occultum vulnus doloris. Admonendi sunt ægri quatenus patientia virtutem servent, ut incessanter quanta Redemptor ab his quos creaverat pertulit mala considerent. Cur itaque aspernum creditur ut a Deo homo toleret flagella pro malis, si Deus ab omnibus tanta pertulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percusione sua ingratu exstet, si ipse hinc sine flagello non exiit, qui sine peccato vixit?

CAP. LXV. *De brevitate, rel miseris vita pœsentis.*

— 1. Quid sunt nationes in mundo, nisi flores in campo? Tendimus oculos cordis in hac latitudine mundi pœsentis, et ecce quasi tot floribus, quot hominibus, plenus est. Vita itaque in carne flos in seculo est. Unde bene per Psalmistam dicitur: *Homo, sicut senum dies ejus, et sicut flos agri, ita floredit* (Psal. cxi, 45). Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulveris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus; quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus; et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortem, recte in libro beati Job dicitur: *Effugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet* (Job xiv, 2). Homo hic vivendi vires ad mudicum accipit, ut in perpetuum transeat, ubi ejus vita terminus non concludat. Sed in hac brevitate, ubi roboratus est, colligit unde in perpetuitate inveniat, vel ut semper gaudeat, vel ut suscepta supplicia non evadat. Omne quod transit breve est, etiam si tardius terminari videatur. In mortis autem semita, per quam non revertiemur, ambulamus, non quod ad vitam carnis minime resurgendo reducimus, sed quod ad labores hujus vita mortalitatis, velut ad conquirienda laboribus pœmia, iterum non venimus (Greg. Moral. xi, 50, n. 67; Taio, iii, 5; Greg. Moral. xiii, 27, n. 31).

2. Qui considerat qualis erit in morte, semper fit timidus in operatione; atque unde in oculis suis jam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui conditoris vivit. Nihil quod transeat appetit. Cunctis pœsentis vita desideriis contradicit; et pene mortuum se considerat, quia se moriturum minime ignorat. Perfecta vita est mortis meditatio; quam dum justi sollicite peragunt, culparum laqueus evadunt. Unde scriptum est: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis* (Eccli. vii, 40). Quantumlibet longum fuerit tempus pœsentis vita, eo ipso breve est, quod permanens non est. Non enim dignum est ut diutinum judicetur quidquid line circumscribitur. Si enim subtiliter consideretur omne quod hic agitur, poena miseræ est. Ipsi etenim corruptioni carnis servire ad necessaria atque concessa, miseræ est, ut contra frigus vestimenta, contra famem alimenta, contra æstum frigora requirantur.

3. Multa cautela custoditur salus corporis, sed plerumque etiam custodita 279 amittitur, amissa cum gravi labore comparatur, aut reparatur, et tamen reparata semper in dubio permanet. Quid hoc aliud quam mortalitatis vita miseræ est? Amamus amicos, suspecti ne [Al., qui suspicione] offendit valent. Formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus, utique quos formidamus. Plerumque inimicis sic confidenter quasi amicos loquimur. Et nonnumquam pura verba proximorum, et multum nos fortasse diligenter, quasi verba suspiciens inimicorum. Et qui falli nunquam vel fallere volumus, ex

A cautela nostra gravius erramus. Iniquorum gloria, cum plerumque in annorum multitudine tenditur, ab infirmorum mentibus esse longa, et quasi stabilis æstimatur. Sed cum repentinus hanc finis intercepit, brevem procul dubio fuisse redarguit, quoniam finis determinans innoscit quia quod præterire potuit modicum fuit.

CAP. LXVI. *De morte corporis.* — 1. Præfixi dies ab interna Dei præscientia nec angéri possunt, nec minimi, nisi contingat ut ita præsciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breviore. Sicut Ezechias augmentum dierum meruit impensione lacrymarum, et sicut de perversis scriptum est: *Indisciplinatus obvia mors.* Omne, quod secundum præsens sæculum laboramus, vix usque ad mortem sufficit. Mors namque interveniens fructum nostri laboris abscedit. Quod vero pro æterna vita agitur, etiam post mortem servatur; et tunc apparere incipit, cum laborum carvalium fructus coepit non videri. Ibi ergo illa retributio inchoat, ubi ista terminatur. Horam nobis ultimam Dominus noster idcirco voluit esse incognitam, ut semper mens possit esse suspecta, et dum illam prævidere non possumus, ad illam sive intermissione præparemur, quia venture mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus; superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim, sic mors ista cum venerit vincitur, si priusquam venerit timeatur. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeamus. Ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus (Greg. Moral. xii, 52, n. 58; Taio, iii, 54; Greg., ii in Evang., hom. 27, n. 5; i in Evang., hom. 13, n. 16; Moral. xv, 55, n. 68).

C 2. Unde et eamdem mortem non plusquam triduam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omnino desperaretur. Exuta carne, animam nequaquam jam visus hominis aspicit, quia post mortem non liberat, quem ante mortem gratia ad veniam non reformat. Beatus David ait: *Exiit spiritus eorum, et revertetur ad terram suam* (Psal. cxlv, 4). Tunc spiritus per cognitionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro, quam vitam suam credit, redire ad pulvrem urgetur. Paululum in præsenti vita roboratus est homo, quia hic vivendi vires ad modicum accepit, ut in perpetuum transeat, ubi ejus vita terminus non concludat; sed in hac brevitate ubi roboratus est colligit, unde in perpetuitate inventiat, vel ut semper gaudeat, vel ut suscepta supplicia non evadat. Sicut hi qui adhuc viventes sunt mortuorum animas quo loco habeantur ignorant, ita mortui vitam in carne viventium post eos qualiter disponunt nesciunt, quia et vita spiritus longe est a vita carnis. Et sicut corporea et incorporea diversa sunt generæ, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est, 280 quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem videant, nullomodo credendum est quod sit foris aliquid quod ignorent (Greg. Moral. viii, 15, n. 50; xii, 19, n. 24; xii, 20, n. 25).

D 3. Omnipotens Dominus ideo latere nos voluit finem nostrum, ut dum incerti sumus quando moriamur, semper ad mortem parati inveniri debeamus. Cur igitur quasi de certo extollitur cuius vita sub poena incertitudinis tenetur? Sicut enim vir fortis, cum vicino jam belli certamine armis accingitur, palpitat et festinat, tremit et sævit, quasi pavore per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur, ita vir sanctus, cum passioni mortis propinquare se conspicit, a naturæ suæ infirmitate concutitur, et spei suæ soliditate roboratur. De vicina quidem morte trepidat, et tamen quod moriendo verius vivat, exultat. Unusquisque vir sanctus ad regnum non potest, nisi interposita morte, transire; et idcirco confido quasi ambigit, et quasi ambigendo confidit; et gaudens metuit, et metuens gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjacet cum labore transcendat. Cum mor

bos a corpore nostro repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti astate gaudemus. Qui enim pervenire corpus aliter ad salutem non vales, in potu etiam liber quod tædet. Cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, mœrore turbatus hilarescit (*Greg. Moral. xxxi, c. 53.*)

4. Cum tempus vita a divina nobis præscentia sit procul dubio præfixum, querendum valde est qua ratione nunc dicit quod iniqui ex presenti sæculo ante tempus proprium subtrahuntur? Omnipotens Deus, etsi plerumque mutat sententiam, consilium nunquam. Eo ergo tempore ex hac vita quisque subtrahitur, quo ex divina potentia ante tempus præseatur. Sed sciendum quod creans et ordinans nos omnipotens Deus, juxta singulorum merita disponit et terminum, ut vel malus ille breviter vivat, ne multis bene agentibus noceat, vel bonus iste diutius in hac vita subsistat, ut multis boni operis adjutor existat, ut rursum malus longius differatur in vita, ut prava adhuc opera augeat. Ex quorum tentatione purgati justi verius vivant; vel bonus citius subtrahatur, ne si hic diu vixerit, ejus innocentiam malitia corrumpat. Quanvis omnipotens Deus illud tenet uniuscujusque ad mortem præsciat, quo ejus vita terminatur, nec alio in tempore quisquam mori potest, nisi ipso quo moritur. Nam si Ezechiæ anni additi ad vitam quindecim memorantur, tempus quidem vitæ crevit ab illo termino quo mori ipse merebatur. Nam divina dispositio ejus tempus tunc præscit, quo hunc postmodum ex præsenti vita subtrahit. Cum ergo ita sit, quid est quod dicitur, quia iniqui sublati sunt ante tempus suum, nisi quod oīnus qui præsentem vitam diligit longiora sibi ejusdem vitæ spatia promittunt? Sed cum eos mors supervenient a præsenti vita subtrahit, eorum vitæ spatia, quæ sibi longiora quasi in cogitatione tendere consueverant, intercidit.

*Capitula alia Sententiarum.* — 1. Quid est quod sancta Ecclesia hostibus suis, ut castrorum acies, est timenda? Non enim a magno intellectu vacat ista comparatio, et idcirco **281** est subtiliter intuenda. Scimus, et constat, quia castrorum acies tunc hostibus suis terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata, atque densata, ut in hullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, diuinitatur, profectio jam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo, cum contra malignos spiritus in spirituali certaminis aciem ponimus, suminopere necesse est ut per charitatem semper uniti, atque constricti, et nunquam interrupti per discordiam inveniamur. Quia quilibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordia locus aperitur in acie, unde ad serriendos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero initicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet, quia ipse nec carne premitur, ut in ejus luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non uitit, qui necessitate corporis non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem opere charitas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget (*Greg., in Ezech., hom. 8, n. 6.*)

2. Valde autem in nobis charitatem veram, id est, amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet, et nimis concordiae nostræ invidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenero nolens amavit in cœlo. Behe ergo nunc dicitur: *Terribilis ut castrorum acies ordinata* (*Cant. vi, 3.*) Quia electorum multitudines eo maligni spiritus pertimescant, quo eos per charitatis concordiam munitos contra se et congregatos aspicunt. Quanta autem sit concordiae virtus ostenditur, cum sine illa reliquæ virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentiae; sed si quis ita ab alimentis abstinet, ut cæteros in cibo dijudicet, et alimenta eadem quæ Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidibus etiam daret, quid huic virtus abstinentiae facia est, nisi laqueus culpæ? Unde quoque Psalmista nullam

A esse abstinentiam sine concordia designans, ait: *Laudate eum in tympano et choro* (*Psalm. cx, 4.*) In tympano enim corium siccum resonat, in choro uitem voces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum, nisi abstinentia; et quid per choru, iuscharitatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem Deum in tympano, sed non laudat in choro. Sic enim abstineret, vel jejunare oportet, ut non nos jejunandi, vel abstinenti necessitatibus subdamus, ne non iam devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. Si enim quoslibet advenientes, jejunio intermisso, refacio, non solvo jejunium, sed impleo charitatis officium. Cæterum si propter abstinentiam spirituales fructus [*Forte fratres*], quos novi mea remissione delectari, contristo, abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium, quia abstinentiae continuatio, nisi fuerit, quando res exigit præterinissa, et me inflat, et fratreum meum, cui charitas juvet, contristat, vel certe nihil mihi inesse fraternæ charitatis demonstrat.

3. Superbia est initium omnis peccati; concupiscentia vero poena peccati; et ideo non potest aliter vinciri concupiscentia vitiosa, nisi prius caveatur per humiliatis virtutem superbia, quæ ejus est iniuncta. Superba voluntas facit Dei præcepta contemni, humilitas vero custodiri. Superbia **282** ex angelis dæmones fecit, humilitas homines sancti angelis similes reddit. Illa rebelles diabolo subditos facit, hæc humiles Christo conjungit. Superbi cupiant in se quod non faciunt prædicari, humiles refugiunt quidquid boni operantur agnosci. Illi vitia propria a se alienando perveritate suæ voluntatis excusant, et bona sua suis viribus deputando semetipsos turpiter jactant, isti si qua peccata commiserint, voluntarie confitendo semetipsos accusant, et omnia bona sui divino muneri deputando, Deum jugiter laudant. Quapropter si virtus non habitat in animo vitioso, superbia humiliatis non cedit imperio, quia non poterit mens regnum habere virtutum, nisi jugum excusserit prius vitiorum. Tunc enim vitia fidcliter ex pectore descendunt, si virtutibus cedant; alioquin vel subsidunt ad tempus ejcta, vel redeunt, nisi virtutes in locis vitiorum quæ fuerunt depulsa successerint (*Vide supra, c. 20, et Isidori l. ii Sent., c. 38.*)

4. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat, iram patientia fundata coercent, pudicitia libidinem vincat, animositatem tranquillitas tollat, verbositatem taciturnitas moderata compescat, desideria carnalia delectatio spiritualis immuniatur, abstinentiae rigor aculeos carnis obtundat, curiositati studium spirituale succedat, sobrietati cedat ebrietas, manu-suetudini succumbat immanitas, dominetur levitati maturitas. Dei et proximi charitate crescente, consummatur mundi cupiditas; excludat parcitas gula luxuriam, castiget industria virtus ignaviam, reprimat humilitas vera profundam jactantiam, pellat simplicitas pura superbiam, non impediat varietas fucata constantiam, emendationes augeant disciplinam; frangat Clementiam religiosa sævitia; ei fuditus eradicat bonitas acquisita malitiam, ut expulsione vitiorum celebretur introductio gloria virtutum.

5. At utcumque jam patuit qualiter intelligatur quod Scriptura dicit: *Initium omnis peccati superbia* (*Eccli. x, 15.*), hic etiam videamus quod sanctus Apostolus dicit: *Radix omnium malorum est cupiditas* (*I Tim. vi, 10.*) Cum sanctus Sp̄iritus, qui locutus est per prophetam, per Apostolum quoque ipse locutus sit, ne sibi possit esse diversus, sollicite considerare debemus quare ille *initium omnis peccati superbia*, hic omnium malorum *cupiditatem* nominare voluerit. An forte sermonem propheticum Paulus apostolus, ut solet, exposuit, quandoquidem sive initium omnis peccati, sive radicem malorum omnium dicas, unum idemque significas. Porro cupiditas, atque superbia in tantum unum est malum, ut nec superbia sine cupiditate, nec sine superbia posset cupidus inveniri. Diquidem et diabolus, in quo te-

net superbia principatum, propriæ potestatis ac perditionis humanæ cupidus fuit. Et ipse homo per appetitum arboris interdictæ ac divinæ similitudinis affectationem morbo se affectum cupiditatis ostendit. De superbia namque nascuntur haereses, schismata, detractiones, invidia, verbositas, jactantia, contentiones, animositates, ambitio, elatio, præsumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, perjurium, et cætera hujusmodi.

6. Sed hæc quis dubitet ex cupiditate quoque procedere, cum omnes qui fuerint illis omnibus morbis quos nominavi corrupti habeantur et cupidi! Iterum cum gulosos, intemperantes, ebriosos, avidos, rapaces, **283** fornicarios, adulteros, stupratores, incestos, illegitosos cupiditas reddat, quando possunt sine superbia tales fieri, sine qua omnino non possunt Dei præcepta contemni, quibus prohibentur illa omnia mala quæ superius comprehendunt? Ideoque si volumus consummare nostri certaininis cursum, caueamus imprimis cupiditatem, atque superbiam, non duo mala, sed unum, a quo trahunt omnes mali actus initium. Nam sine superbia quæ possunt saltem inchoari peccata, cum dicitur: *Initium omnis peccati superbia?* Aut sine cupiditate quæ est omnium malorum radix, que possunt fieri mala, cum sine radice omnia aut nulla reputentur, aut mortua? Deinde, si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi meæ delectationi consentiam, quod cupiditatis est proprium, et Dei præcepta contemnam; quod est <sup>1</sup>, ex superbia, quæ initium omnis peccati dicitur, præcedit omne peccatum.

7. Invidus, qui alienum bonum suum facit, inviendo supplicium <sup>2</sup>, nulla videtur ad invidendum concupiscentia provocari, sed tantum superbiam morbo vexari. Sed si animi ejus pestem, qua præcipitatur incensus, subtiliter alteque rimemini, invenietis eum et perditionis ejus cupidum, cuius cupit interitin, et superbiam malo teneri, quo sibi jugiter ingemiscit meliorem cui invideat anteferri. Quis facile potest quale sit hoc malum verbis exprimere, quod invidus odio hominis persequitur divinum munus in homine, cum potius amari homo debeat etiam pro sui meriti sanctitate? Tantos invidos habet justa pœna tortores, quantos invidiosus habuerit laudatores. Siquidem invidiosum facit excellentia meriti, invidum pœna peccati. Nec ei ab homine potest adhiberi remedium, cuius est vulnus occultum (*Vide supra c. 24, et Ibid., in Sent., cap. 25.*)

8. Jam nunc videamus quibus indicis possit superbìa reprehendi, ut sicut in superioribus claruit (*Vide lib. in Sent., c. 23*) nullum peccatum posse sine illa committi, ita hic signa ejus eluceant, quibus cavyenda possit ostendi. Omitto illos quos etiam ipse habitus et incessus superbos ostendunt. Quorum erecta cervix, facies torva, truces oculi, et sermo terribilis nudam superbiam damnant. Qui, libidine dominandi possessi, quos possunt violenter sibi subjiciunt, humana divinaque jura confundunt, honoribus intumescent. Passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, et seipso superbiam corrupti morbo non capiunt. Hos ergo prætero, in quibus superbìa tam aperte regnat, ut nec dignentur se occultare, nec valeant. Illos perdolentes ostendo, atque eorum exempla cavenda denuntio, quos jam conversos, et aliquantulum proficientes superbiam occulte captivat, quos in profundum malorum fraudulenta damnatione præcipitat, et ne inde unquam possint emergere, jugiter calcat. Ipsi in cordibus talium locum diabolo facit. Ipsi ei advenienti munitum pectus familiariter pandit. Ipsi introeuntem suscipit. Ipsi captis jus perdite vivendi constituit. Ipsi omnibus bonis exarhat, quos semel invaserit. Ipsi quidquid in eis remanserit quod vitius possit obniti, ne contra se forte convalescat, interimit.

9. Iude enim est ut hi quos superbiam mentis tabes purulenta corrumpt, seniorum suorum non observant imperia, sed judicant. De suis **284** negligen-

A tis objurgati aut rebellant insolenter, aut inimicorunt; de loco superiori disceptant, præferri se etiam melioribus impudenter affectant. Simplicitatem spiritualium fratrum imprudenter exaggerant. Suas sententias procaciter jactant. Obsequia delata fastidunt; negata pertinaciter querunt, natales moribus anteponunt. Juniores suos elati despiciunt. Conserri sibi aliquos posse non credunt. Aequari se moribus [Forte, minoribus] dignitati, super eos se solo animi tumore constituant. Non servant in obsequio reverentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam. Habent in intentione pertinaciæ, in corde duritiam, in sermocinatione jactantiam, in humiliitate fallaces, in locutione mordaces, in odio pertinaces subjectionis impatientes, potentia sectatores, omnibus bonis odibiles. Ad opus bonum pigri, ad communionem feri, ad obsequium duri, ad loquendum quod nesciunt prompti, ad supplandandum parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumanæ, temerarii in audiendo, præsumptuosi in docendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in audiendo, effrenati deformiter in cœchino, pueri amiis, infesti quietis, ingrati beneficiis, inflati obsequiis, et impiorios subjectis.

B 10. Hæc sunt superbiam grassantis indicia, quibus Deus offenditur, et recedit, ac superba corda destituit. His malis diabolus pastus exultat, et invitatur ut veniat. Superbas mentes intrat ut teneat, erigit ut elidat, sovet ut perdat. Qui inexplicabiliter de ipsa perditionum captivitate tripudiat, ut captivos suos, quos superbiam juribus sibi subjecit, jure possideat, et omnia illa mala quæ superius comprehendunt per illos exerceat. Merito igitur per justum Dei iudicium deseruntur hujusmodi, occulto prædamanti supplicio, quoniam non violenter adjici, sed sponte cedunt superbiam decipientis imperio, cui utique possint, si voluerint, repugnare libera voluntatis arbitrio, liberato per donum sancti Spiritus et munitione. Verumtamen etiam tales si ad recipiendam salutem divinitus animati spem resipisci concipiunt, nec se in peccatis suis desperando contemnunt, poterunt fructuose satisfactionis medicamento sanari, et superbiam, quæ eos a Deo suo tumefactos excusserat, fundate humilitatis assumptione dominantes, vinculis damnationis absolvit. Quod qualiter fieri possit, supra iam diximus, cum de ipsa superbiam, unde processerit, quo pervenerit, quid egerit, tractaremus. Nam a diabolo processit, ad hominem primum pervenit, et in ipso totum genus humanum velut in radice fructum naturæ sponte peccantis vitatione corruptit.

C 11. Ordo ipse videtur exigere ut de invidia quoque pauca dicamus, quæ in tantum de superbiam fonte inanavit, ut diabolus, qui per superbiam periit, hominem primum statim successus invidiae felle perdidit. Proinde, quia idem diabolus superbiendo invidus superbus apparuit, non superbia fructus invidiae fuit, sed invidia ex superbiam radice processit, unde quoniam quantum invidos affligat invidia superior sermo jam prodidit, non hic de illius supplicio dicendum videtur, quo suos animos invidi lanando conficiunt; sed hoc tautum, donante Domino, debemus ostendere, qualiter invidi securè viventium merita sua faciant invidendo **285** peccata, et quantum in eis bonum corrumpat invidia. Quidquid boni fieri vel dici a sanctis audierint, aut omnino non credunt, aut res bene gestas in malum interpretando convertunt. Omne malum quod de illis mendax fama jactaverit, statim, quasi si ipsi viderint, credunt. Feraliter eis qui illud verum non esse probare voluerint contradicunt. Omnia suis æmulis finiunt, eorum profectu deficiunt. Odia intra se abscondunt, in suos cruciatus enutriunt, proficiensibus invident, peccantibus favent, bonorum malis gaudent. De profectibus lugent, in iniuriciis gratitatis ardent, deprehendi peccatores per sui malitia timent, semper amari, nunquam certi, amici diaboli.

Inimici etiam sui. Omnibus odiosi, ad gaudenda inanxi, ad plangenda laeti, ubique perversi. Inter amicos discordiam seminant. Discordantes attenuant, si possunt, in discordia confirmant.

**12.** Opinione bonorum mendacis decolorant. In spiritualibus carnalia laudant, ut spiritualia bona eis deesse persuadeant. Amicitias siunt, ut eos qui se in charitate sibi commiserint quae possunt arte decipiant, odiorum sibi occasiones pravis suspicitionibus coacervant; dæmones, quorum sectantur facta, laetificant, sanctos viros, quibus sunt noti, contrastant. Velut amici in obsequio, hostes in animo; continentis in verbo, turpes in facto; prodigi secretorum malorum, tenaces suspicionum, inanes bonorum, pleni sordium, prædicti frandibus, adversari corde virtutibus, pravi moribus, ei insidiosi cunctis secum in simplicitate viventibus. Haec, et talia sunt, quæ omnes invidos bonis voto sive animo inimicos ostendunt. In haec mala deveniunt qui insectando sectandos, et diligendo abominandos feruliter a communione bonorum omnium se ipsos excludunt, ut illud bonum jure non sit in eis, quod persequuntur in bonis. Considerate, obsecro, qualiter invidos punitura sunt mala sua, quos etiam bona puniunt aliena.

**13.** Ubi isti poterunt fieri boni, qui sunt in bono malo, aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? Bene malis usi sunt martyres sancti, in testimonio Salvatoris nostri veraces, et in castris spiritualibus strenui bellatores, qui, tribulationibus, et dannis, ac variis cruciatibus afflitti pariter et probati, terrenis coelestia mutaverunt, et de bono usu malorum profecti, ad gaudia bonorum peregrinum pervenerunt. Item bonis utitur invitus male, qui, ab omnibus bonis quæ miser exscratur absconsus, animi sui supplicio relinquuntur afflendum. Et quis eis poterit subvenire, qui se sibi exhibent invidente carnifices? Aut unde sibi invitus parabit salutem, qui de salutis materia contrahit, bonis male utendo, perniciem? Verum tamen si invidi quoque, sicut alii peccatores, divinitus inspirati in spem recuperandæ salutis assurgant, ac sibi qualiter sunt Deo placituri displiceant, si non imitentur Cain, qui, priusquam dominantis invidiæ furore exercatus, germano suo vitam per scelus extorsit, et animam suam fraterni corporis morte perculsam supplicio æternæ mortis addxit, consequendæ venia desperatio depresso, ait ad Dominum: *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear* (Gen. iv, 13); hoc **285** est dicere Deo: Indulgere mihi non peto, cum peccatorum meorum magnitudine indulgentia vestra vincitur magnitudo.

**14.** Penique nuquam legitur, aut pornituisse de suo scelere, aut veniam meruisse. Si ergo, ab hujus abhorrentes exemplo, se sibi auferant, et Deo restituant, nec se in profundum malorum, salutem desperando, projiciant, quis dubitet, immo quis firmiter non credit eis prioris malitia veniam posse conferri, si modo, invide vulnere sanato, correcti, amaritudinem pectoris sui dulcedine fraternalæ dilectionis expellant, eos simpliciter amando quos oderant, ut ad bonum fraternæ communionis lac [Forte ac] pacis bonorum omnium, quorum gravantur meritis, adjuventur exemplis? His ita super invidiæ disputatis, quanq[ue] gravi male etiam vanitas vanos involvat, consequenter expediam.

**15.** Quæ ut facilius vitari possit, quid in se corruptionis habeat breviter declaremus. Est enim vanitas inflata quædam circa delectationes varias animi languentiæ affectio, potiendi honoris avida, simul et nescia. Morbo excellentie inanis inflata, cava et morbida, turbulenta, animorum levium domina. Male fundatis omnibus blanda, suimet capiendis repugnantibus seductoria, captis invicta. Simulatio quædam virtutum, anima vitiorum, somes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dul-

A cis miseris, amara perfectis, periculosa dubiis, impetuosa subjectis. Faciles capti, captivatos obliterat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat. Cui serviant tumidi, sub qua jacent elati, quam inveniunt perditi, ad quam currunt lapsi, in qua sibi videntur stare lapsi. Haec est vanitas, quæ non aliquas virtutes, ut putantur, exanimat, sed licentiam vitiorum, cum fuerint de vitiosis recepta, corroborat. Cæterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat; vacuos ergo ac nullis fultos virtutibus tentat, et ipsos fastu ruinosæ ambitionis inflatos in occula dedecora quædam publicæ fruendæ [Forte, fama] delectatione præcipitat, sicut vacuanam navem tempestas in diversa tumidis fluctibus jactat, et in area, frumentis sua gravitate manentibus, levæ ex ea ventus paleas raptat. Quod si ita est, non vitiosos facit vanitas, sed ostendit, quæ illos sui afflatus vento circumfert, ac lubricis circumactos affectibus rotat, qui se ad omnes ejus impulsus studio proprie voluntatis accommodant, qui se de operibus quorum sibi concipi non sunt turpiter jactant, qui se ab omnibus prædicari, pro nefas! affectant, qui sanctos viros sui comparatione contemnunt, qui, virtus aura popularis elati, nihil sibi deesse perfectionis existimant. Salutationibus occurrentium gaudent, suis adulatoriis favent, voluntibus parent, omnibus turpibus placent. Gestunt docere quod nesciunt, credi de se sublimia volunt, delectabilia gravibus anteponunt, execratur verbo quod animo concupiscunt. Appellationes virtutum vitiis suis imponunt, se ipsos fallunt, faventes sibi decipiunt, in promissione honesta velocius, in exhibitione mendaces, a bono mutabiles, mali tenaces, in verbo graves, in animo turpes, ubique fallices, leti ad prospera, fragiles ad adversa, inflati ad obsequia, anxi ad opprobria, immoderati ad gaudia, faciles ad humana, difficiles semper ad honesta.

**C 287 16.** His et his similibus delitos vanitas premit, nec eos aut morbum suum sentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid ei ad medicum venire, nisi intimum suas infirmitates agnosceré, nec placere sibi, sed de factis, quæ illi videbantur esse gloria, confundi? Quod certe illi non faciunt, qui, desiderio comparandæ opinionis incensi, eis tantum operibus, quibus emitur favor humannus, serviant, et morum bona contemnunt. Tantumque eos ardor humanæ laudis inflammat, ut labris opera, quæ populus admiratur, et quibus fama diffunditur, sine labore suscipiant, et libenter exerceant. Inde est quod jejunare, abstinere, vigilare, ecclesiam frequentare, vel psallere, cum hac omnia sine labore non fiant, etiam cum delectatione illi faciant, qui se ex his placere omnibus concupiscunt. Non quod ista, et omnia Dei non faciunt, sed quod illi præbentur [Forte, probentur] ea magis Deo quam hominibus exhibere, qui ferventius student etiam moribus sanctis excellere. Cæterum si quisquam foris, ubi potest magnus credi, resplendet, et intus, ubi solus Deus videt, squaleat, quis non intelligit quod illi omnes abstinentiæ, ac vigiliarum, jejuniorumque contidui labores, quos nobis tolerabiles vanitas facit, non sint ornamenta morum, sed velamina vitiorum? Quapropter vigilie, jejunia, abstinentia, eleemosyna, et cætera hujusmodi augere debent bonum nostrum, non valere peccatum, nec pro tristitia sed cum justitia Deo sunt exhibenda. Multo quidem attentius debent præcepta perficere, qui ea parati sunt perfectionis amore transcendere. Alioquin si invidi, si elati, si superbi, si cupidi, et similia mala pectoris sui non reprimant, et tamen corpus suum jejunis ac labore abstinentiæ quamvis continuat, conficiant, nec illa eos opera impensa vanitati justificant, et hæc vitia quæ negligunt emendare contemnunt.

## APPENDIX X.

### EXHORTATIO HUMILITATIS. EX EDITIONE FLOREZII.

1. *Qnisquis nutu Dei cujuslibet officii dignitate prælucet, hic providæ gubernationis utilitate cæteris præcedis hominibus, hanc exhortationem meam diligenter [At., dignanter], quæso, recipias, nec pomposas in ea spumas rhetorum quæras, quia humilitatis virtus non verborum elatione, sed mentis paritate requiriatur. Et si forte durius aliquod videor loqui, veritatis hæc culpa, non mea est. Nam ideo quædam dura sunt, quædam mollia, sed et quamvis alterutrum sibi omnes homines debeant veritatem, libere tamen loquar, nemini verius debere aliquid dici quam ei qui præsident multis. Qui etsi asperum aliquid ex veritate aliquando, ut assulet, offeratur, velut antidotum quoddam, quamvis forte sit, tamen quia saluifera est, etiam si amaroget, bibendum est (Vide Isidoriana, c. 84, n. 19).*

2. *Hoc ergo hortor in primis, ut semper delectabilia illa nimis hominum blandimenta pertineas. Non enim in hac re tanta vigilante industria adhibenda est, quantum in illis sermonibus repellendis, qui si 288 rigiditatem animi quadam simulationum delectatione subnervant, qui promerendæ gratiarum adiutio, non laborum merito, sed assentationum rimatur acumine. Utilia ergo potius, quam obsequientia verba recipies, recta magis quam affabilita et jucunda captibus. Adulantii siquidem adgaudere regium vi. ium est, adulari vero servile est. Sed quamvis adulantii adgaudere regium sit, tamen vi. ium [At., vii. ium] usu vernacularum hoc et quasi proprium munus est, egregie verba potentum subsequi, et ex illorum voluntatibus formare sermonem. Nam si quid forte laudaverint, et id non libenter audi prospexerint, continuo accusant, si quid paulo ante laudaverunt [At., laudaverant]. Si quid vero vituperaverint, id iterum, si ita patrono visum fuerit, laudent. Atque ita inter hos tales adulati animus fertur, tanquam navis inter varios auras flatus, quia non habet quo exeat, et fluctuantur. Inter hos ergo, quorum uberrimus quæstus hic maxime est desideris vivere alienis, animum tuum summa discretionis mensura constringe, ut cum multis adulantibus hinc atque inde nihil aliud nisi tantum quod delectet insinuant, offerentes quædam gloriae verba, in quibus hoc tibi dicitur quod et Deo, agnoscas nihil aliud ex his proprium tuum esse, nisi hoc tantum quod tecum, et cum de hac vita excesseris, permanensurum est. In omnibus ergo in quibus adulacionum nimetas etiam terminos hominis [Forte, homini] competentes excessit, illud Davidicum recordaveris documentum, in quo ille venena adulacionum devitans, ait: *Corripet me justus in misericordia, et arguet me, oleum autem peccatoris non impinguat caput meum. Oleum namque peccatoris adulatio est, que levi quadam et suavi unctione caput interioris hominis, quod est cor, quasi ungendo dinitidat. Melius ergo sibi esse dixit propheta David, ab homine justo argui, vel moneri, quam a quovis adulatore laudari. Recte autem adulatorem peccatoris nomine denotavit, cuius id maximum ante oculos Dei et detestabile est peccatum, aliud corde tenere, aliud ore proferre. De talibus enim et in alio psalmio dicit: Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula. De justo autem dicit: Loquitur veritatem in corde suo, et non egit dolum in lingua sua. Ut autem in his rebus quævis hominum subtilitas, nullo unquam laudationis titulamento, credulitatem mentis tuæ attractat in consensu, ad ipsius Domini nostri Jesu Christi evangelica illa gesta convertere, et invenies illum dominantium Dominum magnum nobis dedicatus inter humanae laudes humilitatis exemplum. Hanc**

A ergo excole, hanc magistrum habeto, hanc tibi inter laudationum illecebras arbitram pone. Quanta portio ex his quæ homines adlaudando tribuunt, vel quanto tempore tua sit, hæc non permissas placidis auribus audire, quia dicta.

B 3. Postremo hæc sancta humilitas, subductis a te omnino simulationum illecebris, tunc tibi cælum aperiet, cum tibi in aure dixerit: *Quia terra es. Tunc te in illa vera societe hereditatis Dei introducet, cum te in omnibus admonuerit: Quia homo es, et peccator. Et cum universas rationes ex his quæ ad te pertinent in hujus humilitatis supplicatione prospexeris, miram rem dicam, invenies homines ad honoris tui cumulum 289 augmentando minorem, hanc vero solam minuendo plus addere. Quantum ergo magnus es (sicuti ait Salomon) tantum te humilia. Quia et cum multis gubernaveris, non est tamen perfectio, si hoc, quod magis est, tu solus restiteris, quem gubernare non possis. Tunc enim vere aliis præbibis, cum prius præiveris tibi. Nec enim malis nunc ego, sed quam maxime bonis hæc loquor. Nam si ad magisterium Dei respicias, non solum peccatori, sed sanctis data præcepta sunt. Dicitur et illis verbum Veritatis, non tamen ut fiant boni, quod sunt, sed ne fiant mali, quod non sunt. Credo autem quia bonis plus hoc quod purum, quod sincerum est, placeat. Num Deus noster non tantum dulcibus adorandum se precibus quantum innocentia et simplicitate placatur, plus illis aurem inclinans qui sinceram puramque ei mentem offerunt, quam qui suavia orationum intulerint blandimenta. Non enim ad alium mihi de vana gloria aut superbia visum est loqui, nisi ad te quicunque prior es alius; qui etsi non recipias, tamen omnes hæc ingerunt, omnes blandiuntur, omnes extollunt, nemo ex illis id offerens quod ita dulce sit, ut tamen a periculo longe sit. Nec enim miror omnibus esse in promptu qua laudare potenteem, sicut nec labor, ita nec timor est.*

C 4. *Tibi igitur me oportuit hæc humilitatis instrumenta porrigit, tibi gubernaculi, quævis et ipse habeas, etiam hoc superfluum addere moderamen. Quia ibi semper elationis fortior ventus est, ubi bonoris fortior altitudo. Cupio ergo te ante oculos Dei, quibus nuda est abyssus humanæ conscientiae, humili corde semper incedere, quia scriptum est: Super quem (inquit Dominus) requiescat Spiritus meus, nisi super humilem, et trementem verba mea? Cupio te omnium manuata Christi servare, et cum illa operibus bonis adimpleas, illud quod ipsis apostolis dictum est recordari. Ait enim illis: Et cum hæc omnia feceritis quæ mando vobis, dicite quia servi nütile suimus, quæ debuimus facere fecimus; id est, non ex dono tanquam liberi, sed ex debito tanquam servi. Nullus enim quamvis perfectus in omnibus vir, ita aliquando hæc præoccupavit, quæ Deo sunt placa, ut prius aliquid illi fenerans, non debitur fuerit, sed exactor. Quis enim aliquid habet, quod ab illo non datum est? Aut quis, siue Apostoli ait, prior dedit illi, et retribueretur ei? D Quoniam omnia ex ipso, et per ipsum, et in ipso, ipse gloria in sæcu. a. Amen.*

E 5. Ecce hæc est vera illa et Christiana humilitas. In hac eos quibus præsides optime gubernabis. In hac victoriæ ex omni viuio poteris proueneri, Deo hoc, quod viceris, tribuendo, non tibi. Nau quod aliquoties patientia vicia iterum vires accipiunt, nihil aliud est, mibi crede, nisi quia non dicimus Deo, quod belligerator ille David, bella Domini bellans: In te (inquit) inimicos nostros ventilavimus, et in nomine tuo spernimus insurgentes in nos. Et iterum: *Quia non virtute sua potes est vir. Dominus infirmum facit adversarium ejus. Sed forte respondet milii: Ergo et*

*Deo non agimus gratias, non referimus laudes?* Credo quia agimus gratias potest fieri; sed verbo tenuis, sed in sinu; **290** Deo privatim gratias agimus, nobis publice; Deo in labiis laudem tribuimus, nobis et in labiis, et in corde. Ecce hoc est quod incurvatum saepius erigit inimicum. Peccatum namque elationis nostrae robur illius. Sola ergo humilitas cordis est qua se infirmam dicendo omnia potest, quae totum quod boni est oblitus; Deo hoc semper applicando, non sibi; in qua si quis ascenderit, non habet unde cadat. Omnes aliae virtutes ad perfectionem suam per exalsa quedam nos et ardua poterunt provocare, haec sola in plano est; et quamvis humilior aliis videatur, celo tamen est altior, quia in regno ejus hominem non ascendendo, sed descendendo, perducit. Per hanc obtinerunt sancti futura beatitudinis praemia, custodientes Dominicum illud eloquum: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Ille est, scilicet, pauperrimus, qui spiritu dives est. Flatu quadam elationis abundans elatus ut ute est.

6. Sed iam quomodo ipsa virtus obtineatur, charitas tua paulisper intendat. Ita primis si quid volueris boni operis inchoare, non hoc proposito acquirendas laudis, sed studio inchoationis facienda bonitatis in-

A cipies. De hinc, cum perfectum fuerit bonum illud, quocunque est, opus, omni custodia servabis corpus, ne forte humanis favoribus acquiescens, inde te aestimans, tibi ipse complaceas, aut aliquam ex quovis actu gloriam quereras, quia natura gloria ita est, ut umbra corporis: si illam sequeris, fugit; si fugeris, sequitur. Sed semper te minimum omnium aestima, et reminiscere. Quidquid tibi in omni vita tua boni successerit, totum hoc Deo, qui dedit, non tibi, qui accepisti, conscribas, convincens te illo testimonio Pauli: *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepseris?* Similiter et illud Apostolicum: *Quia omne datum bonus, ei omne donum perfectum dessursum est, descendens a Patre luminum.* Cum ex his pretiosissimis sancte humilitatis lapidibus in corde tuo spiritui sancto templum ornaveris, tunc orans in eo, assumens canticum David prophetae, non verbo tantum, sed et opero decantabis. *Domine, non es exaltatum cor meum, neque etati sunt oculi mei. Nec ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me.* Quod canticum tunc in veritate offerre poteris Deo, cum te humiliando illum solum laudas cui veraciter cum omnibus fidelibus et tu quotidie dicis: *Tu decet laus, illum solum glorificans.*

## APPENDIX XI.

### TESTIMONIA DIVINÆ SCRIPTURÆ, ET PATRUM.

#### CAPUT PRIMUM. — *De uno Deo.*

1. *In Propheta.* Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est, et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua. *In Evangelio.* Nemo bonus, nisi solus Deus. *Paulus ad Timothaeum.* Unus enim Deus, et immediator (sic) Dei, et hominum. Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis.

**291** CAP. II. — *De distinctione personarum Patris, Fili, et Spiritus sancti.*

1. *In Epistola Joannis.* Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, et Sanguis; et tres unum sunt in Christo Iesu; et tres sunt, qui testimonium dicunt in celo, Pater, Verbum, et Spiritus, et tres unum sunt. *In Epistola II.* Quoniam multi fallaces prodierunt in hunc mundum, qui non continentur, Dominum nostrum Jesum in carne venisse, hi sunt fallaces, et antichristi sunt.

CAP. III. — *De conversione et contemptu saeculi.*

4. *In Salomone.* Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. *In Evangelio.* Ideo dico vobis: Omne peccatum et blasphemia remittitur hominibus. Quicunque in Spiritu blasphemaverit, non remittetur illi, neque in hoc saeculo, neque in futuro. *In Proverbiis.* Multo melior est panis cum suavitate in pace, quam domus plena multorum honorum, et iniquis emulationibus, cum rixa. *In illis.* Qui celat injuriam querit amicitiam. Qui odit celare dis jungit amicos et domesticos. *In illis.* Quasi a facie colubri fuge peccata. Si accesseris ad illa, suscipient te, sicut dentes leonis in devorando. *In Jeremias.* Corrigite vias vestras, et cogitationes vestras. Nolite considerare vos in falsis sermonibus, quia in toto proderunt vobis. *In Evangelio.* Intrate per angustam portam, quia lata, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt per eam. Quam angusta et arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. *In illis.* Si enī in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis, sicut erant in diebus illis ante diluvium, manducantes, et bibentes, et nubentes, et nupti dantes, et non senserunt donec venit diluvium, et gulit omnes, sic erit adventus Filii hominis.

#### CAP. IV. — *De timore Domini.*

1. *In Proverbiis.* Timor Domini adjiciet dies; anni autem impiorum peribunt. *In illis.* Munitio justi timori Domini, contritio autem operantibus mala. *In illis.* Beatus qui metuit omnia per timorem, nam qui duro est corde incidit in mala. *In Ecclesiaste.* Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit justificari. *In illis.* Timor Domini, non despiceret justum hominem pauperem, et non justificare virum peccatorem divitem. *In Proverbiis.* Si non timorem Dei teneris instanter, cito subvertetur domus tua. *In illis.* Timor Domini odit malitiam, et superbiam, et vias malorum. *Quod Deus neverit occulta cordis.* In omni loco oculi Domini speculantur bonos et malos. *In illis.* Mors et infernus manifesta sunt apud Dominum; quomodo non etiam corda hominum? *In Actis Apostolorum.* Tu, Domine, qui nosti corda omnium, ostende nobis quem elegeris unum ex his duobus.

#### CAP. V. — *Juste judicandum.*

1. *In Exodo.* Non perverteris judicium pauperis in iudicio, et justum non occides. *Item illuc.* Non accipietis personam, nec accipietis munera; munera eorum excusat oculos sapientium, et subtrahunt sermonem justum. *In Proverbiis.* Perdet semetipsum qui munera accipit; nam qui odit munera acceptio nis, vivet. *Item illuc.* Qui dicit justum impium esse, maledictus erit populis, et odibilis gentibus, nam qui arguunt meliora sperabunt. *Item illuc.* Aperi os tuum verbo Domini, et judica **292** omnibus integre. Aperi os tuum, et judica iuste; discerne autem inter pauperem et infirmum. *In Levitico.* Maledictus qui declinaverit judicium advenie, et orphano, et viduo, et dicit omnis populus: Fiat, fiat. *In Ecclesiastico.* Xenia et dona excusat oculos iudicium; et quasi mutus in oculis multorum avertit correctionem. *In Job.* Testimonium enim impii mors; et ignis comburet domos eorum qui munera accipiunt.

#### CAP. VI. — *Benefaciendum pauperi.*

1. *In Proverbiis.* Qui contumeliam facit pauperibus peccat; qui autem miseretur pauperis beatus est. Qui calumniam facit pauperi irritat eum qui facit illum. Nam qui honorat eum miseretur pauperi. Qui dat pauperibus non egredit, qui autem avertit oculum suum in magna erit inopia. *In Levitico.* Non

consummabis messem agri cui permtere, et quæ A  
cadent ex messe tua non colliges, neque in vineam  
tuam ex racemis grana decadentia colliges, sed pau-  
peribus et peregrinis relinques eam. Quia ego Domi-  
nus Deus vester. In Proverbiis. Qui obturat aures  
suis, ut non audiat infirmum, et ipse invocabit De-  
minum, et non erit qui exaudiatur eum. In Job. Non  
avertat voluntas animæ tuae præcibus infirmorum,  
cum in necessitate fuerint.

#### CAP. VII. — Non ambulandum in doo.

1. In Ecclesiaste. Væ duplici corde, et labiis ses-  
lestis, et peccatori ingredienti duas vias. Item illuc.  
Cor ingrediens duas vias non habebit successum, et  
pravicordius (sic) in illis scandalizabitur. Qui in  
alto mittit lapidem, in ipso cadit; et plaga dolosi  
dividit vulnera; et qui fudit foveam, in illam cadit;  
et qui statuit laqueum proximo suo, perierit in illo,  
facienti nequissimum super ipsum devolvitur, et  
non agnosceret unde venieret illi. In Job. Simulatores  
et callidi provocant iram Dei. In Jeremia. Ferrum  
vulnerans lingua eorum, dolosa verba oris eorum,  
proximo suo loquens pacifica, et in semetipso habens  
inimicitiam; in bujus ergo non visitabo, dicit Domi-  
nus; aut in populo tali non vindicabit anima mea?  
In Evangelio. Cavete a pseudoprophetis, qui veniunt  
ad vos in vestitu ovium, intus autem sunt lupi ra-  
paces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. In Pro-  
verbii. Si ceciderit inimicus tuus, poli gratulari, et  
in supplantatione ejus noli extolliri, ne forte videat  
Dominus, et non placeat ei, ut avertat iram suam  
ab eo. Paulus Apostolus. Si esurierit inimicus tuus,  
ciba illum; si sitit, da illi potum, hoc enim faciendo,  
carbones ignis acervas super caput ejus; Deus autem  
retribuet tibi. In Evangelio. Accessit ad Jesum  
Petrus, et ait illi: Domine, si peccaverit in me frater  
meus, quoties remittam illi? Septies? Respondit  
Dominus: Non dico tibi usque septies, sed usque  
septuagies septies. In Exodus. Quedie parentibus per  
omnia; hoc enim placet Deo.

#### CAP. VIII. — De filio superbo.

1. In Proverbii. Filio doloso nihil erit boni, qui  
non honorificat patrem suum, et repellit matrem  
suam, filius confundetur, et opprobrium erit. Item  
illuc. Filius qui amittit disciplinam patris meditabitur  
eloquia malitiae. Item illuc. Maledicenti patri et  
matri extingueretur lumen; pupillæ autem oculorum  
ejus videbunt tenebras. Item illuc. Qui irascens pa-  
trem suum aut matrem suam existimat se non pec-  
care, hic similis est viro impio. Item illuc. Benedic-  
tio patris firmat domos filiorum, maledicatio autem  
matris eradicat fundamenta.

#### CAP. IX. — De thesauro.

**293** 4. In Proverbii. Melius est modica pars  
cum diuino Domini quam thesauri magni sine ti-  
more, melius est modica acquisitione cum justitia  
quam multi fructus cum iniuste. Item ibi. Melius  
est nomen bonum quam divitiae multæ, super aurum  
et argentum gratia bona est. In Ecclesiaste. Nibil  
est iniquius quam amare pecunias; talis enim etiamp  
animam suam venundat, quoniam in vita sua proje-  
cit intima sua. Viro cupido tenaci non est bonum  
substantia, et homini libido; ut quid aurum? Sicut  
exit de utero matris suæ, nudus revertitur, sicut  
venit, et nihil accipiet ex labore suo, ut vadat in  
manu sua. Dixi, melior est super hunc abortum re-  
quies huic magis quam illis. In Sophonia. Disperie-  
runt omnes qui exaltantur in argento et auro;  
effundam sanguinem eorum sicut limum, et carnes  
eorum sicut stercora boum; et argentum et aurum  
non poterit liberare eos in die iræ Domini. In Ha-  
bacuc. O qui acquirit avaritiam malam domui suæ;  
cogitasti confusionem domui tuae, peccavit anima tua.  
In Ecclesiaste. Via peccantium plena ab offensis; in  
sine illorum inferi, et tenebræ, et poenæ.

**C** 1. In Proverbii. Ne dicas pauperi: Vade, et veni,  
eras dabo, cum possis statim benefacere, non enim  
seis quid contingat sequenti die. Item illuc. Qui mi-  
seretur pauperi beatus est; eleemosyna et fides  
mundat peccata; qui autem miseretur, misericor-  
diam consequitur. Qui honorat Deum miseretur  
pauperi. In Evangelio. Omnipotenti retribue, et ab  
eo qui multum vult accipere noli te avertere. Item  
ibi. Te autem faciente eleemosynam, nesciat simi-  
stra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna  
tua in abscondito; et Pater tuus, qui videt in ab-  
scondito, reddet tibi. Item illuc. Verumtamen date  
eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.  
Item ibi. Intendens autem Jesus, videns eos qui mit-  
tebant munera sua in gazophylacio divites, vident  
autem et quamdam viduam pauperem mittentem  
ærarimq[ue] duo, dixit: Vere dico vobis quia vidua  
haec pauper plus omnibus misit, omnes enim hi ex  
B abundantia miserunt in dona Dei; haec autem ex eo  
quod deest illi, omnem victimum quem habuit, misit.  
In Proverbii. Sicut probatur argentum in camino,  
et aurum, ita electa corda apud Dominum. Item ibi.  
Vas figuli probat fornax, et homines justos tentatio  
et tribulationes.

#### CAP. XI. — De correptione et de superbia.

1. In Proverbii. Argue sapientem, et amabit te;  
insipientem et adjiciet odisse te. Item. Da sapienti  
occasione, et sapientior erit; notum fac iusto, et  
adjiciet te. Qui diligit disciplinam diligit sensum,  
nam qui odit arguentem se stultus est. Item. Non  
diligit indisciplinatus arguentem se, cum sapientibus  
autem non colloquitur. Item. Qui exceptit discipli-  
nam in bonis erit, nam qui custodit increpationes  
sapientis fiet. Item illuc. Pestifero castigato, insipiens  
astutior fiet; si autem arguas virum prudentem,  
intellexit sensum; si flagellaveris stultum in medio  
conclito, contumeliam faciendo, non auferas stulti-  
tiam ejus. In Ecclesiaste. Qui odit correptionem ve-  
stigium est peccatoris; et qui timet Dominum, con-  
ventur ad cor suum. In Proverbii. Sicut canis con-  
vertitur ad vomitum suum, et odibilis efficitur, sic  
stultus in malitia sua conversus in peccatis suis.  
**294** In Ecclesiaste. Initium superbiae homines apo-  
stare adeo (sic) quoniam initium peccati omnis su-  
perbia. Item illuc. In duabus timuit cor meum, et in  
tertio iracundia mibi advenit; vir bellator deficiens  
præ inopia, et vir sensatus contemptus, et qui trans-  
greditur justitiam in peccato, Deus parat eum ad  
romphæam. In Psalmis. Non habitabit in medio de-  
mus meæ qui facit superbiam. In Apostolo. Humili-  
bus Deus dat gratiam, superbis autem resilit. In  
Proverbii. Qui custodit os suum, et linguam, con-  
servat de angustiis animam suam, nam qui proter-  
vus est labiis terribit semetipsum. Item illuc. Domos  
superborum destruet Dominus; immundus apud  
Dominum omnis qui exaltat cor suum. Item illuc.  
Filius superbus malos oculos habet, palpebris suis  
extollitur temerarius, et superbus pestilentia voca-  
tur. Item illuc. Noli superbire ante conspectum regis,  
neque in locis potentium subsistens. Melius est tibi  
dicas (sic) antequam humiliare in conspectu poten-  
tis. In Ecclesiaste. Odibilis coram Deo, et hominibus  
superbia. Item ibi. Et quid superbis, terra et cinis?  
Item illuc. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea,  
qui communicat superbo induit superbiam. Item  
illuc. Qui superbi sunt contumelia contigerunt, et  
humiliabuntur, et cadent excelsi gladio. Item illuc.  
Cessavit superbia, et divitiae superborum, quia quod  
altum est in hominibus, abominatio est apud Deum.

#### CAP. XII. — De mansuetudine, de patientia et de humilitate.

1. In Proverbii. Mansuetus vir cordis medicus est  
(sic) in ea ossibus cor intelligens. Item illuc. Melior  
est mansuetus cum humilitate quam qui dividit præ-

dam cum contumeliosis. *In Ecclesiaste.* Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, et cum sapientia loquere responsum verum. *Item illic.* Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et ab homine diligenter. *Item.* In corde viri boni invenietur patientia; nam in corde insipientium non agnoscitur. *In Proverbiis.* Melior vir patiens quam fortis, nam qui retinet iram melior est quam qui civitatem capit. *Item illic.* Qui parcit verbum proferre durum prudens est; patiens autem vir copiosus in sapientia; pusillanimus autem vehementer insipientis. *Item.* Omnis opera humilis manifesta apud Deum, nam impii in die malorum peribunt. *Item illic.* Responsum humile avertit iram. *Et iterum in Isaia.* Ad quem respiciam, dicit Dominus, nisi super humiliem, et quietum, et trementem verba mea? *In Evangelio.* Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. *In Epistola Jacobi.* Illuminate vos ante conspectum Domini, et exaltabit vos.

#### CAP. XIII. — *De sapientia.*

**1.** *In Proverbiis.* Gloriam, sapientes possidebunt, et insipientes dividunt contumeliam. *Item illic.* Ornamentum adolescentibus sapientia, gloria autem seniorior canit. *Item illic.* Cor sapientium possidebit sensum. *Item ibi.* Melior sapiens quam fortis, et vir prudentiam habens quam ager magnus. *Item ibi.* Felix sapiens qui in sapientia sua veritatem et justitiam meditabitur; in sensu suo cogitavit circumspetionem Dei. *Item illic.* Homo sapiens tacebit usque in tempus; lascivus autem et imprudens non servabunt tempus. *Item illic.* Sapiens in verbis se ipsum affabilem facit. *Item illic.* Homo pius in sapientia manet, sicut sol; nam **295** stultus sicut luna immutabitur. *Item illic.* Cor sapientium in domo luxus, et cor insipientium in domo luxuriae. *Item illic.* Vir peritus multos erudit, et anima sua suavis est. *In Job.* Quoniam sapientia est timere Dominum, abstinere autem se a mala scientia.

#### CAP. XIV. — *De conversatione jurenum.*

**4.** *In Ecclesiaste.* Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad annos invenies sapientiam. *Item illic.* Fili, in juventute tua tenta animam tuam, et si fuerit nequam, non des ei potestatem. Non enim omni animae omne genus placet. *Item illic.* Adolescentis, loquere in tua causa, ut interrogatus habeat caput (sic) responsum tuum. In multis esto inscius simul, et quarens, in medio magnatorum ne presumas verbum, et ubi sunt senes, ne multum loquaris; sole grandinem praecedit coruscatio, et ante hominem verecundum praecedit gratia.

#### CAP. XV. — *Non jurandum, et non dicendum falsum, et non mentiendum.*

**4.** \* *In Levitico.* Jurationi non suescas os tuum; multi enim casus in illa, et nominibus non admiscearis, quoniam eris immunis ab eis; sicut enim servus assidue a labore minuitur, sic omnis jurans et nominans in toto peccato non purgabitur. *Item.* Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedit a domo illius plaga, et si vane juraverit, non justificabitur. *In Evangelio.* Audistis quia dictum est antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino iuramenta tua? Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per celum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ejus est, neque per Jerosolymam, quia civitas est magni Regis. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut uigrum. Sit autem sermo vester: Est, est; Non, non. Quod autem abundantius est, a malo est. *In Proverbiis.* Arcessit falsa testis injustus, et immittet judicia in fratres. *Item illic.* Testis autem velox linguam habebit iniquam. *Item illic.* Erripit de malis animam testis fidelis; incendit autem falsa do-

\* Non in Levitico, sed in Ecclesiastico. Cæterum in hac appendice non semel vapulant syntaxis et exp̄s̄ta. EDIT.

A Iosus. *Item illic.* Vir mutabilis linguam incidit in malis, testis falsus non erit impunitus, qui, cum accusat injuste, non evadit. *Item illic.* Testis mendax peribit, vir autem obediens caute loquitur. *Item illic.* Clava, et gladius, et sagitta, perniciosa sunt, sic et vir stultus, qui adversus aunicum suum falsum testimonium dicit. *Item illic.* Lingua mendax odit veritatem, os autem incontinentis facit seditiones. *In Sapientia.* Os autem quod mentitor occidit animam. Non velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona. *Item illic.* Melior est pauper ambulans in veritate, quam dives mendax. *In Jeremia.* Omne mendacium non est de veritate. *In Psalmo.* Perdes eos qui loquuntur mendacium.

#### CAP. XVI. — *Non fornicandum.*

**1.** *In Proverbiis.* Mulier autem virorum pretiosas animas capit. Alligabit quis in sinum ignem, vestimenta autem non comburet? Aut ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburet? *Item illic.*

B **D** adulter autem propter inopiam sensum interitum (sic) anime sue acquirit dolores et turpitudines; super opprobrium autem ejus non delebitur. Abominatio est Domino cogitatio iniqua, sanctorum autem sermones iudicis sunt. *Item illic.* Viri amantis sapientiam iustabitur pater; qui autem pascit merelices, perdet divitias. *In Ecclesiaste.* Non des fornicari animam tuam **296** in illo, ne perdas te, et hereditatem tuam. *Item.* Vinum et mulieres apostatae faciunt sapientes, et arguent sensatos; et qui se jungit fornicariis, erit nequam putredo, et vermes haereditabunt illum. *In Evangelio.* Omnis qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, jam moechatus est in corde suo. *Item ibi.* Omnis qui dimiserit uxorem suam, et aliam ducit, moechatur; et qui dimisam a viro duxerit moechatur. *In Exodus.* Et facies illis bracca lineas, ut tangat verecundiam corporis a lumbis, usque ad genicula.

#### CAP. XVII. — *Item de continentia oris.*

**1.** *In Proverbiis.* Odiun suscitat contentio, omnes autem non contendentes protegit amicitia. *Paulus ad Timotheum.* Profanas autem vocum novitates devita, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. *In Psalmo cxxxiv.* Vir linguosus non dirigetur super terram. *In Proverbiis.* Ex multiloquio non effugies peccatum; parcens autem labii sapiens erit. *Item illic.* Qui multis utitur verbis laedit animam suam. *Item illic.* Multum (*Forte*, multum) te faciens, videris sapiens esse. *Item illic.* Qui respondit verbum prius quam audiat, stultitia est illi et opprobrium. *Item illic.* Mors et vita in manibus linguae est, qui autem continens est edet fructus ejus. *Item illic.* Qui custodit os suum, et linguam, conservat de angustiis animam suam. *Item illic.* Si videris virum velocem in verbis, scito quia spem habet in insipientiis quam ille. *Item illic.* Noli tacitus esse in lingua tua, et inutilis, et remissus in operibus tuis. *Item illic.* Qui susurro est in omnibus, et non necessario, odiatur. *Item illic.* Tacitus et sensatus honore, honorabitur. *Item illic.* In medio sensatorum serva verbum temporis. In medio autem traciantum assiduus esto. *Item illic.* Indisciplinose non suescas os tuum, est enim illic verbum peccati.

#### CAP. XVIII. — *Fugientam ebrietatem.*

**1.** *In Proverbiis.* Proterva res est vinum, et injuriosa ebrietas; omnis autem stultus his comunicetur. *Item illic.* Noli esse vinolentus, neque extendas te ad emendandum carnem; omnis enim ebriosus et fornicarius mendicabit, et vestietur consciisos pannos, et omnis somniculosus. *Item illic.* Si enim inficias et calices dederis oculos vestros (sic), novissimo ambulabitis nudiores pilo. *Item illic.* Potentes, qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne cum biberint, obliviiscantur sapientiam, et recte non possint judicare infirmibus (*Forte*, infirmis). *Item illic.* Spinæ nascuntur in manibus ebriosi. *In Ecclesiaste.* Vinum et mulieres apostatae faciunt sapientes, et arguent

sensatos, et qui se jungit fornicariis erit nequam in tristitia, et vermes habebunt illum. *Item illuc.* Mulier ebriata, et erronea, magna ira, et contumelia, et turpitudi illius non tegitur. *Item illuc.* Hominis disciplinato vinum exiguum, et in dormiendo non laborabit ab illo, et non sentiet dolorem vigilæ. *Item illuc.* Diligentes vinum nolite provocare, multos enim exterminavit vinum. Sicut ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet; æqua vita hominibus vinum, non ebrietatem. Vinum in jucunditate creatum est, non in ebrietate; ab initio exultatio animæ et cordis vinum modice potatum. Vinum multum potatum irritationem, et iram, et ruinæ multis facit ebriositas; animos las. **297** In *Ecclesiasticis.* Optimum est ire in domum luctus quam in domum potationis. *Paulus ad Ephesios.* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemuni Spiritu sancto. *Item ad Corinthios.* Non ebriosi, non maledici regnum Dei possidebunt. In *Proverbii.* Nolite intendere fallacie mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguat tuas fauces; novissime tamen amaruselle inventæ, et acutior erit magis quam gladius ex utraque parte acutus. *Item illuc.* Noli nimis esse alienæ, neque conjungaris amplexibus ejus (quæ) non est tua. *Item illuc.* Fili, non te vincat formæ desiderio, neque a-piaris (sic) oculis tuis, neque rapiaris palpebris tuis; prestitum meretricis quantum est unius pani? *Item illuc.* Sicut linea vestimentum, et vermis lignum, ita virum perdet mulier maligna. *Item illuc.* Ne respicias mulierem multivolam; ne forte incidas in laqueos ejus. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficatione illius. *Item illuc.* Non des mulieri potestate animæ tuæ, ne gradatur in virtute tua, et confundaris. Non des fornicariis animam tuam in nullo, ne perdas te, et hereditatem tuam. Ne vageris in vitiis civitatis, nec vagaris in plateis ejus, averte faciem tuam a muliere composita, et non respicias speciem alienam. Omnis mulier quæstuaria quasi stercus in via conculeatur. Speciem alienæ mulieris multi mirati reprobati sunt. Colloquium enim ejus quasi ignis exarcat. Cum aliena muliere non accumbas supra cibum, et non alterter cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum ad illam, et sanguine labaris in perditione.

CAP. XIX. — *Parvulos emendandos inscientes.*

**1.** In *Proverbii.* Qui parcit baculo odit filium suum; qui diligit diligenter erudit. *Item illuc.* Non latet turpatum in filio non erudito. *Item illuc.* Noli cessare parvulum emendare, quoniam, si percusseras eum virga, non morietur; tu quidem percuties eum virga, animam autem ejus liberabis a morte. *Item illuc.* Erudi filium tuum, et exhibilares te, et dabit decorum animæ tuæ. *Item illuc.* Juvenis, qui cum sancto est, directa est via ejus, auris audit; oculus videt, et opera Domini ultraque. In *Ecclesiaste.* Filii tibi sunt? erudi illos a pueritia illorum; filii tibi sunt? custodi corporis illarum, et non bilarem faciem tuam ostendas ad illas. *Item illuc.* Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet ostia proximorum; qui daret filium suum laudabitur in illo, et in medio amicorum honorabitur in illo. *Item illuc.* Qui docet filium suum in zelo, mittit inimicum; mortuus est pater, quasi non mortuus; similem enim relinquit post se. *Item illuc.* Equus indomitus vadit dumis; filius remissus vadit præcepis. Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus duin infans est, ne forte crescat, et non duret, et non obaudiat te, et sit dolor animæ tuæ. In *Ecclesiaste.* Cum sancto assiduus esto, quemcunque cognoveris conservantem timorem Dei, secundum virtutem tuam cave tibi a proximo tuo, et cum sapientibus et sensatis tracta.

CAP. XX. — *Justas mensuras et pondera.*

**1.** In *Deuteronomio.* Non erit in domo tua pondus grande et pusillum; non erit in domo tua mensura

grandis et pusilla; pondus vero, **298** et mensura justum sit tibi, ut multorum dierum sis super terram, quia Dominus Deus tuus dabit tibi in sortem, quia abominandus est Domino omnis qui facit injustia. In *Proverbii.* Statera iniqua abominatio est coram Domino; pondus autem æquum acceptum est ei. *Item illuc.* Abominatio est Domino duplex pondus et statera dolosa non bonum ante eum.

CAP. XXI. — *De voto.*

**1** *Item illuc.* Statim ut voveris votum Domino, non tardabis reddere illud; tu itaque quod voveris, rede; melius est non vovere quam vovisse, et non solvere. In *Ecclesiaste.* Stultus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens vix tacite ridebit. *Item illuc.* Melius est indignatio quam risus, quia in vultu oblectabitur; cor sapientum in domo luctus, et cor insipientum in domo luxuriae. In *Deuteronomio.* Non erunt res viriles super mulierem, nec induetur vir vestem muliebrem, quia abominatio est Domino qui fecerit hæc. *Item illuc.* Non morientur parentes pro filiis, et filii non morientur pro parentibus; sed unusquisque in suo peccato morietur. *Paulus ad Ephesios.* Et vos, parentes, nolite provocare ad iracundiam filios vestros, sed nutritre illos in disciplina et correptione Domini. In *Osée propheta.* Seminate vobis justitiam, et vindemiate fructum vitæ; exquirite vos lumen justitiae, sustinetem Domino, donec veniat vobis, fructus justitiae ejus vindemiate. In *proverbii.* Quis gloriatur mundum se habere cor, aut quis audebit dicere purum se esse a peccatis? *Item illuc.* Fili, in mortuo tuo produc lacrymas, et quasi dura passus incipies plorare, et secundum judicium contege corpus ejus, et non despicias sepulturam illius; propter delatarum amare fles luctum illius unius diei, et consolare propter tristitiam.

CAP. XXII. — *Non fraudandum, et (de) non glorando.*

**1.** In *Exodo.* Non facietis furtum, et non mentienti. In *Proverbii.* Qui petitur cum fure odit animam suam. *Paulus ad Corinthios.* Non fures, non avari, non ebriosi, non maledici, non rapaces regnum Dei possidebunt. In *Proverbii.* Esio confidens in toto corde tuo in Domino, in tua autem sapientia noli exioli. *Item illuc.* Noli esse sapiens apud te; time Dominum, et declina a malo, tunc sanitas erit corpori tuo, et diligentia ossibus tuis. *Item ibi.* Vidi virum æstimantem se sibi sapientem esse; spiritus autem habuit magis insipientem quam ille. In *Isaia.* Vx his qui sapientes sunt apud se; et in conspectu suo prudentes. *Paulus ad Romanos.* Dicentes enim se esse sapientes, stulti sunt. Ad *Corinthios.* Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conqueritor hujus sæculi? Nonne stultum fecit Deus sapientiam hujus mundi? *Item illuc.* Nemo se fallat. Si quis videtur sapiens esse in hoc mundo, stultus fiat, ut sit sapiens. Nam sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum; et iterum: Novit Dominus cogitationes sapientum, quia vanæ sunt. In *Ecclesiaste.* Melius est tibi dici, ascendit ad me, quam humiliare in conspectu potentis. In *Exodo.* Non enim adversus nos murmuratio vestra, sed adversus Deum. *Paulus ad Thessalonicenses.* Qui spernit hominem, non hominem spernit, sed Deum. Ad *Romanos.* Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores **299** constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam iusti constituantur multi.

CAP. XXIII. — *Altiora non scrutari, neque audire haereticos.*

**1.** In *Proverbii.* Qui fidit in falso, hic ventos pascit; ipse autem sequitur aves volantes; derelinquet enim viam vineæ suæ, et orbitas culturæ agri sui errabit; perambulat autem per arida, et deserta, et terram constitutam in siccitatibus; congregat autem manus suæ sterilitatem. *Item illuc.* Secede ergo ab aqua aliena, et a fonte alieno noli bibere, ut multo yi-

vast tempore, et adjiciuntur tibi anni vitæ. *Item illuc.* Qui A seculatur vana, egeat sensibus. Noli adjicere ad mandata ejus, ne arguaris, et mendax sis. *In Ecclesiaste.* Altiora te ne quæsieris, et fortiora ne perscrutaveris, sed quæ præcipit tibi Dominus, illa cogita semper; et in pluribus ejus non erit cor; multos enim reducit suspicio eorum, et in vanitate detinebit sensum illorum. *In libro Sapientæ.* Difficile astimamus quæ in terra sunt, et quæ in prospecto sunt invenimus cum labore; quæ autem in cœlis sunt quis investigavit? Sensum autem tuum quæ scit, nisi tu dederis sententiam?

#### CAP. XXIV. — De jejunio.

1. *In Ecclesiaste.* Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus? Sic et homo qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem facit. Quid proficit humiliando se? Orationem ejus quis exaudiens? Sacrificium salutare attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. *In Evangelio.* Cum autem jejunatis, nolite fieri, sicut hypocrite, tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus jejunantes. Amen B dico vobis, percepimus mercedem suam; tu autem cum jejunas, unga caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui videt in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

#### CAP. XXV. — Homini exemplum formicæ vel apis sine pigritia laboris.

1. *In Proverbii.* Vade ad formicam, o piger, et emulare videns vias ejus, et esto illa sapientior. Illa enim cum agrum non possideat, neque compellentem se habeat, neque sub domino sit, quomodo parat æstate alimento? Copiosam autem facit in messe repositionem. Vel vade ad apem, et discere quam laboriosa est, operatiogem autem quam sanctam mercatur. Cuius labores reges et mediocres ad sanitatem proferunt; gratiosa est autem in omnibus, et gloria; et cum sit viribus infirma, sapientiam prædicans producta est. Usque quo piger jacebis: quando autem surges? Modicum quidem dormis, modicum autem sedes. Modicum vere dormitas, modicum autem manibus amplecteris pectus. Deinde adveniet tibi, sicut malus viator, paupertas, inopia autem, sicut bonus cursor, fugiet te. *Item illuc.* Incredulus piger non erubescit. Similiter autem qui mutant triticum in messe. *Item ibi.* Desideria pigrum occidunt, non enim destinat manus facere aliquid. *Item.* Occasiones querit piger, et dicit: Leo in plateis est, in plateis autem homicidae. *Item ibi.* Sicut ostium in cardine vertitur, ita piger in lecto suo. *Item ibi.* Sapientior sibi piger videtur quam qui in multitudinem ferent onus.

#### CAP. XXVI. — De stutto.

1. Vir stultus mala sibi fabricat, in ratis autem labiis thesaurizat ignem. Non convenienti stulto labia fidela, neque justo labia mendacia. *Item illuc.* 300 Ut quid abundant divitiæ stulto, possidere autem sapientia insensati non poterit? *Item.* Ira est patri filius insipiens, et dolor matris ejus. *Item ibi.* Non desiderat sapientia, cui deest sensus; magis enim dicitur imprudentia. *Item ibi.* Quæ hominis stulti contritio est ei; labia autem ejus laqueus anigrae ejus. *Item illuc.* Gravis est lapis, et vix portabilis arena, ira autem stulto gravius est ambobus. *Item illuc.* Sicut canis qui convertitur ad vomitum suum, et odibilis efficitur, sic stultus malitia sua reversus in peccatis suis. *Item illuc.* Qui minoratur cute, cogitat inania, et vir imprudens et errans cogitat stulta. Cor fatui quasi vas contractum, et omnium scientia non tenebat domos. Fatuo clausa sapientia, et scientia sensati enarrabilia verba. *Compedes.* Pedes stultorum doctrina, et quasi vincula manus dextræ; satuus in risu exaltat vocem suam, et vir sapiens vix tacite ridebit. *Item illuc.* In ore satuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum. Qui docet satuum sapientia, quasi inglutinat testa. *Item illuc.* Arenam, et salém, et massam ferri facilius est portare quam

A hominem imprudentem et fatuum impium. *Item illuc.* Cum fatuis nec consilium habeas: non enim poterunt continere. *Item in Isaia propheta.* Stultus stulta loquitur, et cor ejus vana intelligit.

#### CAP. XXVII. — Iracundiam deponendam.

1. *In Proverbii.* Animæ benedicta omnis simplex; vir autem animosus, vel iracundus non honeste agit. *Item illuc.* Stultus ipse eadem die pronuntiat iram suam, occultat autem contumeliam suam astutus. *Item illuc.* Sunt qui dicendo vulnerant, ut gladii. Iracundus agit sine consilio; vir autem prudens multa sustinet. Ira perdet etiam sapientes, responsum autem humile avertit iram. *Item.* Vir iracundus parat lites; patiens autem etiam futuras mitigationem. *Item.* Noli esse amicus viro animoso. Cum amico autem iracundo noli commorari, ne forte discas vias ejus, et suinas laqueum animæ tuæ; totam iram suam profert stultus, sapiens autem dispensat eam per partes. *Item.* Vir animosus sodit contentionem, vir autem iracundus exsorbiuit peccata. *In Ecclesiaste.* Homo iracundus exhorruit item, et vir peccator turbavit amicos. In medio pacem habentium mittit delaturam. *Item illuc.* Zelus, et iracundia minuit dies, et ante tempus senectam adducit cogitationem. *Item illuc.* Noli festinare spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorum requiescit. *Paulus ad Ephesios.* Nunc deponite vos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, multiloquium. *In Evangelio.* Omnis qui irascit fratrem suo sine causa, reus erit iudicio. *Item.* Quicunque autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio; quicunque vero dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

#### CAP. XXVIII. — Hic misti.

1. *In Ecclesiaste.* Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, et cum sapientia loquere responsum. *In Proverbii.* Servus prudens obtinebit dominorum imprudentia, et inter fratres dividet partem. *Item illuc.* Filio doloso nihil erit boni, servo autem sapienti prosper erit actus. *In Ecclesiaste.* Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, et quasi fratrem, sic illum tracta, quia in sanguinem animæ tuæ comparasti 301 illum. Si leseris illum injuste, et extollens se discesserit, quem queris, et qua via queris illum? *Item illuc.* *In Proverbii.* Læcerna est mandatum legis, sicut uva acerba dentibus nociva est, et fumus oculis, sic iniurias eis qui utuntur eam. *Item ibi.* Homo autem se occidit per malitiam suam. *Item illuc.* Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. *Item illuc.* Dominus constituit hominem, et reliquit illum in arbitrio suo; adiecit mandata, et præcepta, si volens mandata servare, et fidem placidam facere; apposuit aquam et ignem, ad quod vis, extende manum tuam; ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit dabitur illi. *Item illuc.* Sicut tinea vestimentum, et vermis lignum, ita tristitia noget cor. *Item.* Cor latum bonum voluntatem facit; viro autem tristi arescent ossa. *In Jeremia.* Maledictus homo qui spem habet in homine, et confirmaverit carnem brachii sui, et a Domino recesserit cor ejus. *Item illuc.* Qui confidunt in homine maledicti sunt, quoniam Deus nihil fecit illum. *In Ecclesiaste.* Non desis plorantibus in corrugatione, et cum lugentibus ambula; non pigriteris visitare infirmum, extus (sic) enim in dilectione firmaberis. *Paulus ad Romanos.* Lividum facio corpus meum, et servituti afficio, ne cum aliis prædictaverim, ipse reprobus efficiar. *In Proverbii.* Domos superborum destruet Dominus. *Item illuc.* Qui altam facit domum suam querit ruinam. *Item illuc.* Cum sapientia ædificabitur domus, et cum intellectu erigitur; cum sensu implentur horre, plena omnibus bonis et pretiosis. *Item illuc.* Non enim omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim insidiae sunt dolosi. *In Canticis.* Cavete vobis a vulpibus pusillis, exterminantibus vineas. Væ his qui prophetant de corde suo, et omnino non vident, sicut

vulpes in deserto. In Evangelio. Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis. Item illuc. Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicatione causa, et aliam duxerit, adulterio. Item illuc. Si peccaverit frater tuus in te, corripe illum, et si paenitentiam egerit, dimittit illi; et si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Paenitet me, dimittit illi. Item illuc. Qui seminat bonum semen est Filius hominis, ager autem hic iundus; bonum vero semen hi sunt filii regni. Nam zizania filii sunt iniqui; inimicus, qui seminavit ea, diabolus est; messis autem consummatio saceruli est; messores autem angelii sunt. Sieut et ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione saeculi. In Salomone. Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum quod detestatur anima ejus: oculum sublimem, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes velocias ad currentem in malum, proferentes mendacium, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

## CAP. XXIX. — Testimonia Patrum.

1. Quatuor sunt perturbationes hominum animarum, id est, cupiditas, letitia, metus, tristitia. Ipsum animum esse memoriam, et vim quæ memoria vocatur. Item illuc. Octo sunt principalia vita, quæ humana infestant genus. Primum gastrimargia, quod est ventris ingluvies; 302 secundum fornicatio; tertium pharyngia, id est, avaritia, sive amor pecuniarum; quartum ira; quintum tristitia; sextum acidia, id est, auxilias, seu laetitia cordis; septimum cenodoxia, id est, jactantia, sive vana gloria; octavum superbia (In libro Collationum, scilicet, Cassiani).

## CAP. XXX. — Testimonia de Sententiis Evagri ad Fratres.

1. Quemadmodum enim flamma comburit silvam, sic visiones malas extinguit esuries. Item illuc. Somniculosus monachus incidit in malis, qui autem vigilat sicut passer erit. Item illuc. Sicut ignis labefacit ceram, ita vigilia bona cogitationes pessimas. Illuc. Qui amat argentum non videbit scientiam, et qui congregat illud obscurabitur. Illuc. Sicut aurum et argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio. Item illuc. Melior paupertas cum scientia quam divitiae cum ignorantia. Illuc. Quemadmodum evolat corvus de suo nido, ita immunda anima de suo corpore. Illuc. Sicut Africus ventus in pelago, ita furor e corde viri. Item illuc. Melior est saecularis in infirmitate serviens fratri super monachum non misserentem proximo suo. Piger monachus murmurat multa, et somniculosus incusat dolorem capitis sui. Monachus bilinguis conturbat fratres, fidelis autem requiem adducit. Melior est saecularis mansuetus, quam iracundus monachus, aut animosus. Monachum mansuetum diligit Deus, turbulentum autem repellit a se. Charitatem præcedit humilitas, scientiam autem dilectio. Sicut enim lucifer in celo, et sicut nix in paradyso, sic in anima miti mens pura. Investiganti convivia extinguitur lumen, anima autem ejus videbit tenebras. Statue in pondere panem tuum, et bibe in mensura aquam tuam, et spiritus fornicationis fugiet a te. Da senioribus vinum, et infirmis infer escas, proper quod contriverunt carnes in juventute sua. Vidi iracundum senem, et elevatum in tempore suo, spem autem habuit magis juvenis quam ille. Qui diligit apem, uanducat favum ejus, et congregans eam, replebitur melle.

## CAP. XXXI. — Testimonia de libro sancti Martini, non illius Turonicij episcopi, sed ista pater fuit monachorum.

1. Quamvis invalidum mox laudaveris, plus valebit. Si parum ponderis portantem quasi admiratus fueris, succumbit. Si pigro dixeris quia velox est, continuo evolabit. Quamvis generaliter multis hæc superbie labes infesta sit, non plus tamen aliis me-

tuenda est quam his qui aut spiritualiter ad perfectionem virtutum, aut carnaliter ad vitiorum copiam. Ibi semper elationis fortior ventus est, ubi et honoris fortior altitudo. Facile credimus, et antequam judicemur irascimur; multi enim suspicionebus impelluntur, ex vultu risuque alieno pejora interpretati in noctibus irascuntur. Curiosus qui inquirit quod de se dictum sit, et malignos sermones, etiam secreto sunt dicti, eruit, ipse se inquietat; dum enim interpretantur, ad hoc perducuntur ut videantur. Multas injurias transit, et plerasque non acceptip, quia aut eas nescit, aut si scierit, in ludum eas jocuque convertit. Si bonus vir est, qui injuriam fecit, noli reddere; si malus, noli imitari, prudenter cede, stulto remitte. Regis quisque intra se animum habet, ut licentiam sibi in alios dari velit, in se nolit. Non oportet, peccantepe peccata corriger: quod si tantum irascatur sapiens, quantum scelerum indignias exigit, non irascendum est illi, sed insaniendum. Nihil gloriosius quam iram amicitia commutare. 303 Irascitur aliquis? tu contra beneficium provocas, cadit statim similitas. Remedia mediorum non in accessibus infirmitatum, sed in remissionibus prosunt. Crebro siquidem faciem mendacii veritas retinet. Crebro mendacium specie veritatis occulitur. Nam sicut aliquoties frontem amicus, et blandam adulator ostendit, sic verisimili coloratur. Lauda parce, vitupera parcus; nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio, quam immoderata culpatio. Prudens nunquam otio pascit animum, aliquando habet, nunquam tamnam solutum. Humilitatis virtus non verborum elatione, sed mentis puritate requiritur. A verbis quoque turpibus abstine, quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones subtiles magis (sic) quam facito. Omnes tibi pares facies. Si interiora superbendo non contenetas, superiores recte vivendo nou timeas. Cunctia esto benignus, nemini blandus; paucis familiaris; omnibus tamen æquus. Sapientia cupido et docili quæ nosti sine arrogantia postulant imperties, quæ nescis, sine occultatione ignorantiae tibi postula imperti. Justus secreta non prodit, tacenda enim taceat, loquenda loquitur; atque ita alta illi pax est et secura tranquillitas, dum alia malis vincuntur ab illo mala. Magnanimitas est nec timendum hominem, nec audacem.

## CAP. XXXII. — De libro sancti Ambrosii.

1. In vita religio, in oleo pax, in rosa pudor saepe virginitatis inolebat. Frater meus candidus, et rubeus; candidus merito, quia patris splendor; rubeus, quia partus est virginis, color in eo fulget et rutilat utriusque naturæ. Castitas etiam angelos facit; qui eam servavit, angelus est; qui perdidit, diabolus. Virgo est, qui Deo nubil; meretrix, quæ deos facit. Hinc inversis vestigiis filii Noe pudenda texerunt. Quæ procax vidit, modestus erubuit, prius tergit offensuros, si et ipsi vidissent. Quanta vini est vis, ut quem diluvia non nudaverunt, vina nudarent! Debet enim is qui docet super eum qui docetur excellere. Tolerabilius est mentein virginem quam carnem habere. Umbra Judæis carnalibus, imago nobis, veritas resurrecturus. Tria enim hæc secundum legem esse cognovimus, umbram, imaginem, veritatem; umbram in lege, imaginem in Evangelio, in iudicio veritatem; et ideo per Moysem lex per umbram, quasi per hominem, figura per legem, per Jesum veritas. Quid est gazophylacium? consolatio fidelium, sumptus pauperum, requies egenorum. Peccata autem aut donantur, aut delentur, aut teguntur; donantur per gratiam, delentur per sanguinem, teguntur per charitatem. Quod David dicit: *Liber me de sanguinibus*, id est, a peccatis mortalibus se postulat liberari. Non te subjuges postulatus earnis, quem Deus liberum voluit. Nulla tibi excusatio de ambitu nuptiarum est, voluptatis sunt, non necessitatis. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum. Quod

Deum patrem vocas, hoc in actibus tuis ostende. Bona mens chorus est Dei, mala mens chorus est dæmonum. Quanta vita habet anima, tot et dominos. Fundamentum pietatis est continentia, culmen autem pietatis est amicitia. Nulli suadenti te acquiescas facere quod non est bonum. Pessimum est peccatoribus in unum convenire, cum peccant. Multi cibi impediunt charitatem, et incontinentia ciborum immundum **304** hominem faciunt. Non cibi, qui per os inferuntur, polluant hominem, sed ea quæ ex malis moribus proferuntur. Ea excipe a Deo, quæ accipere ab homine non potes. Melius est lapidem frustra jactare quam verbum. Brevis erit in sermonibus sapiens in iudicio, imperitia est longa narratio. Cum præs hominibus, memento quia tibi est Deus, et judicabis homines, scito quia et ipse judicaberis a Deo. Cole sapientem virum, quasi imaginem Dei viventis. Nullum propterea honores, qui habet multas pecunias; difficile est divitem salvari. Nunquam eris sapiens, si te putaveris sapientem. Orationem non exaudit Deus hominis qui egenum non exaudit. Qui sapienti non obtemperat, nec Deo obtemperabit. Quod non posuisti, non tollas, sed sufficiant tibi quæ tua sunt. Temulentiam quasi infamem fuge, quia qui ventri bellua similis est, vincitur. Quantum labora pro corpore, si tantum pro anima laboras, sapiens eris. Philosophum hominem, tanquam Dei ministrum, honora post Deum. Ministrare alii melius quam ministrari ab aliis. Melius est per famam mori, quam per incontinentiam ventris animam maculare. Verbum deo qui loquitur his quibus non licet, proditor Dei putandus est. Non est verum quod Deum colat, qui hominem laedit. Melius est nihil habere quam multa habentem nemini impetrare. Si non das egentibus, cum possis, non accipes a Deo, cum postulas.

#### CAP. XXXIII. — *Testimonia de libro Prosperi.*

1. Si mea rusticitas faciebat invalidum, vestra fieri credidi fide, qui juhebatis, idoneum. Necesariorum tractatio quæstionum etsi non instruet inventis quod querit animum, exercet salutem quærentis ingenium. Scientia, sicut sine dono Dei, quod est charitas, inflat, ita, si ei charitas admisceatur, ædificat. Sic ab inquis justi separati sunt in æternum, ut nec jam remunerati præmium finiant, nec damnati supplicium. Sicut enim corporalis saturitas omnes saturos æqualiter habet, quamvis singuli cibos, non æqualiter, sed pro possibilitate perceperint; ita omnes sancti, et si fuerint aliqua graduum suorum diversitate distinci, omnes una beatitudine perfici erunt, quia et una perfectione beati futuri sunt. Nec a nobis in diem iudicii verba quærenda sunt, sed opera. Qui non crediderit, non habendo fidem, nec justitiam cordis habere poterit, nec salutem. Tam gravis sermo debet esse pontificis, ut ab intelligentia sui nullus, quamvis imperitus, excludat. Sana mens incorporabiliter amplius obedientiæ fructum debet appetere, quam vitare injustæ obrectationis opprobrium. Cum veritas undecunque clamaverit, non sit ingenio humano deputanda, sed Deo. Obedientiæ ac patientiæ virtute fundati, majorum suorum non discutunt constituta, sed faciunt. Ad faciem publicani patienter jam fugiunt, et in animo iracundiæ virus abscondunt, ad nocendum parati, cum nocendi tempus invenerint. Sic debet ominus homo, modo docendo, modo exhortando, modo sustinendo, modo increpando, curari ut sub ope Christi nullus de salute in hac vita debeat desperare. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina, quasi diceret, argue coæquales, obsecra seniores, increpa juniores. Leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti, asperitatem autem **305** nimis increpationis offensus, nec increpatio (sic), nec salutem. Blanda pietate portandi sunt, qui increpari pro sua increpatione non possint. Sicut virtus onerosa est vitiioso, ita virtutis

A amico vitiosa voluptas amara est. Tandiu enim quis percata sua, quæ nosse, et deflere debet, ignorat, quandiu curiosus aliena considerat, quod si mores suos ad se ipsum conversus aspiciat, non requirit quod in aliis specialiter reprehendat, quia in se ipso habet quod lugeat; proinde fratrum nostrorum non facile debemus accusare, sed gemere. Illis enim quorum peccata humana notitia latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Contumeliosus est, qui mendaciter arguit; et mendaciter arguit, qui contumeliam facit. Securus quippe malitia, qui coelestia non habet, terrena strenue militantibus praestat. Ille nobis sunt ambienda divitiae, quæ nos ornare possunt pariter, et munire; propter hoc igitur eis qui militant Deo fugienda sunt; quas divitiae ex toto corde qui habere volunt, sine labore non quærunt, siue difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Qui otiosa quiete perfruuntur, nisi spiritualiter vixerit, more pecudum vivit. Nemo possidet Deum, nisi qui possidetur a Deo; sit ipse primitus Dei possessio, ut officiator ei Deus possessor, et portio. Omnium conditor, cui nihil potest eorum quæ fecit sequari, non dignatur cum his quæ condidit possideri. Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Dei opus agit, qui res Deo consecratas non alicujus cupiditatibus, sed fidelissimæ dispensationis intentione non deserit. Quapropter possessiones, quas ablatas a populo suscipiunt sacerdotes, non sunt iam res mundi credendæ, sed Dei. Non ideo erubescabant Adam et Eva, quia ueste erant extrinsecus protecti divina; denique ante peccatum audi erant, et non erubescabant, quia nihil contra voluntatem Dei, unde confundentur, admiserant. Non igitur a creatore suo in creaturam divinitatis affectione collapsus moveret aperta concupiscentia, nisi eos ante corrupisset occulta superbia. Concupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito gustaverunt; concupiscentia oculorum, quod sibi aperire oculos cupierunt; et ambitio sæculi, quod se fieri posse quod Deus est crediderunt. Dulcior enim fit salus, cum dolor cruciat et sanitatis amisse dulcedinem languoris amaritudo commendat. Adam nos obnoxiat malis omnibus per propriam culpam, quibus nos liberavit adventus Christi per graham. Delicia qualibet, si absque desiderio percipientur, officiunt, et viles cibi plerique abstinente profectui, si appetenter accipientur, impediunt. Infirmum stomachum moderatus usus vini confortat, ebrietas animum corpusque debilitat. Nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec hoc eis offert voluptas, sed permittit infirmitas. Si enim quolibet advenientes jejuno intermissio reticio, non solum jejuno, sed exemplum charitatis effici. Ceterum si propter abstinentiam D spirituales fratres, quos **306** novi, mea remissione delectare contristo, abstinentia mea non est dicenda, sed vitium. Sicut virtus animum sibi veraciter inhærentem, si fuerit vera, justificat, ita simulata condemnat. Non potest mens regnum habere virtutum, nisi jugum prius excusserit vitiorum. Tantos invidiosus habet justa poena tortores, quantos invidiosus haberit laudatores. Siquidem invidiosum facit excellentia, erit invidia poena peccati; nec ei ab homine potest adhiberi remedium, cuius est vulnus occultum. Hoc enim loquuntur quique quod diligunt, delectabilius audiunt quod assiduis cogitationibus volunt. Cogitatio quippe est quæ mentem sicut turpis inquinat, ita, si fuerit honesta, purificat. Non sordida cogitationes mentem sordidam reddunt, sed ex mente sordida sordida cogitationes existunt. Auribus enim castis obsceni sermones cum sono defleunt, nec secretum pudici cordis irrumpunt. Per os carnis non irrumpit delectatio gustus ad mentem; nec eruuntur

**Sermo turpis ex mente, nisi se voluntarie mens ante A corrumpat.** Eadem quisque nomina frequenter habet in ore, quorum desideria vulnerato gestat in corde, ac turpitudinem, quam exercere verecundatur in facto, tenet reus in animo, non humano iudicio, sed divino. Considerate, obsecro, qualiter invidi puniendi sint malis suis, quos etiam bona puniunt aliena. Quid prodest cuiquam, si foris, ubi potest magnus credi, splendeat, et intus, ubi Deus videt solus, squaleat?

#### CAP. XXXIV. — *De jejunio*

1. **Jejunia, abstinentiae, vigiliae, eleemosyna, et ecclesia hujusmodi augere debent bonum.** Nam non velare, peccatum (*sic*). Nulla res nos ab omni peccato sic servat imiunes, scilicet timor supplicii, et amor Dei; elati per supercilium vanas loquacitatis dicta sua magis cupiunt laudari quam fieri; nec sunt de sanctitate operis, sed de serenonis elucubrati venustate solliciti. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum, quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati desiderio serviamus. Sicut nobis subveniri optamus, ita aliis pro viribus subveniamus; aut si facultas defuerit, voluntatem subveniendi teneamus. Si peccante in video, et non solum non arguo, sed etiam peccanti consentio, participem me damnationis ejus efficio, et in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio peccasse quadam crudelis animi malignitate non increpo. Qui amicuni proprii commodum quodlibet amat temporale, non amicum convincitur amare, sed commodi.

#### CAP. XXXV. — *De libro Sententiarum.*

1. **Innocentia vera est, quæ nec sibi, nec alteri nocet, et nemo prius in se quam in alium peccat.** Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligentur errores, quia aliud est amare, quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt. Vera est confessio benedictis, cum idem sonus est et oris, et cordis; bene autem loqui, et male vivere, nihil est aliud quam se sua voce damnare. Bonum intellectum habet, qui quod faciendum recte intelligit, qualis sine timore sapientiae (*sic*). Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Justis quidquid malorum ab iniquis Dominus irrogatur, non poena est criminis, sed virtutis examen; nam bonus, etiam si regnat, servus est. Diabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem, Christus humilis hominem obedientem reduxit **307** ad vitam. Quia sicut ille elatus cecidit, et jecit ob et consentientem; sic iste humiliatus surrexit credentem (*sic*). Perfectum odium est, quod nec justitia, nec scientia caret, id est, ut nec propter vitia homines oderis, nec vita propter homines diligas. In magna egestate sunt, qui in iniuitate sunt, justitiae opus et sapientiae thesauros non habentes; qui autem servint Dominum, ea bona acquirunt quæ perire non possunt. Bona est peccati confessio, si et curatio consequatur. Nam quid prodest detegere plagam, et non adhibere medicinam. D

Prima mors animam dolentem tenet in corpore, at ultraque parte communiter habetur, ut quod non vult auina, de suo corpore patiatur. Cum bonum operaris, hilaris operare; nam si quid boni tristis facis, sit deterior magis quam facis. Melior est enim in malis facitis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. Nemo injustus beneficit, etiam si bonum est quod facit, quia nihil prodest spiritus timoris, ubi non est spiritus charitatis. Melior est animi æquitas quam corporis sanitas. Finis enim legis Christus est, in quo lex justitiae non suntur, sed impletur. Sicut terra de celo exspectat pluviam, et lucem, sic homo de Deo exspectare debet misericordiam, et veritatem. Prima salus est declinare peccatum, secunda est non desperare de venia; nam ipse in aeternum perit, qui apud misericordem judicem ad penitentia: remedium non recurrat. Virgo fidei Christianæ tribus temporibus incitat, vespera, mane, et meridie; vespera enim Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. Unum ad patientiam occisi, aliud ad vitam resuscitati, tertium ad gloriam pertinet majestatis in Patris dextera considerantis. Ad hoc exigitant homines tribulationes, ut vasa electionis evacuentur nequitia, et impliantur gratia. Melior est tristitia iniqua penitentis, quam latititia iniqua facientis. Bonum est a veritate vinciri, ad correctionem supererit veritas voluptatem. Nam et invitum ipsa supererat. Sic sunt qui colunt idola, quomodo qui in somniis vident vanam. Si autem vigilent animæ ipsorum, intelligit, quando facta est, et non colit quod ipse fecit. Qui Deo sitiunt, tota sua debent sitire substantia, id est, et anima, et carne; quia et animæ Deus dat panem suum, id est, verbum veritatis; et carnis necessaria Deus praebet, quia ultraque ipse pascit, quia ultraque ipse fecit. Duas in toto mundo civitates faciunt duo amores: Jerusalem facit amorem Dei; Babylonia amore in saeculi. Interroget se ergo unus: qui que, et inveniet unde sit civis. Non est in carendis difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas, et ideo id solum recte diligitur, quod nunquam bene admittitur. In primo homine patuit, quod hominis arbitrium valeret ad mortem, in secundo autem, quod Dei adjutorium valeret ad vitam. Primus enim homo non is homo; secundus vero Deus et homo; peccatum vero factum est relictio Deo, justitia non fit sine Deo. Dominus ait: *Ego sum via, et veritas, et vita*, hoc est, per me venitur ad me, in me pervenitur, permanet in me. Odor bonus fama bona est, quam quisque bonæ vitae operibus habuerit, dum Christi vestigia sequitur: pedes quodammodo ejus pretiosi unguenti odore perfundit. Labor piorum **308** exercitatio est, non damnatio. Justi ex Deo, non ex hominibus nascuntur, quoniam nascendo, non ascendendo fit justus, unde etiam regenerati filii Dei dicuntur. Aliud est migrare corpore, aliud migrare corde; migrare corpore, quomodo corpus mutat locum; migrare corde, quomodo tu cordis mutas affectum. Si aliud amas, aliud D anabas, non es ibi ubi eras.

## APPENDIX XII.

### SERMONES.

#### SERMO PRIMUS.—*Ad carnes tollendas.*

1. **Fratres charissimi, rogo vos, et admoneo vos, ut in isto legitimo ac sacratissimo die, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem jejunare illimitas non permittit; quia aliis diebus jejunare aut remedium, aut præmium**

**SERMO I. n. 1. De hoc sermone dixi in Isidorianis, cap. 72, n. 8 et seqq. Quibusdam in locis librarium incuria corruptus est. Pro sacratissimo die præstiterit legere sacratissimo tempore.**

est; in Quadragesima non jejunare peccatum est; alio tempore qui jejunat, accipit indulgentiam, in Quadragesima qui potest, et non jejunat, sentiet penam.

2. **Et ipse tamen qui (non) jejunare prævalet, sed rectius sibi soli, aut sive alius infirmus cum ipso sibi**

**2. Excusus, jejunare prævalet. Sed addendum non, Reliqua, etsi correctione indigent, sati tamen intelliguntur. In impresso erat non valere, pro quo posui non velle. Quid sit adueler, non intelligo.**

in domo sua præparat quod accipiat. Et illos qui jejunare prævalent ad prandium non invitent, quia si hoc fecerint, non solum Deus, sed etiam homines possunt illos intelligere non pro infirmitate non posse, sed pro gula jejunare non velle. Sufficiat ipsi, quod jejunare non prævalet. Et magis cum gemitu, et suspirio, et animi dolore adducet pro eo quod, aliis jejunibus, ille abstine non potest.

3. Et quod opus est unicuique infirmo secrete, aut sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat præparari, quia non ei oportet aliquem sanum ut roget ad prandium, ne sibi augeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eo tamen quod non potest jejunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non potest jejunando curare, possit eleemosynas dando redimere. Bonum est jejunare, fratres, sed melius est eleemosynas dare.

4. Si aliquis utrumque potest, duo sunt bona; si vero non potest, melius est eleemosyna. Si possibilitas non est jejunandi, eleemosyna sufficit sine jejunando; jejunium vero sine eleemosyna omnino non sufficit. Ergo si aliquis non potest jejunare, eleemosynam faciat. Eleemosyna sine jejunio bona est. Si ergo prævalet jejunium cum eleemosyna, duplex bonum est; jejunium vero sine eleemosyna nullum honum est, nisi forte si **308** ita sit aliquis pauper, ut non habeat omnino quod tribuat. Iis vero qui non habuerint unde tribuant, sufficit voluntas bona, secundum illud quod scriptum est: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis.*

5. Sed quis erit qui se possit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus esse dixerit? Et quare frigidæ dixerit? Ne forte se possit aliquis pauper lignorum penuria excusare, aut certe dicere se vasculum ubi aquam calefacere non habere. Denique et per beatum prophetam, fratres charissimi, Dominus ita hortatur et admonet eleemosynam fieri, ut prope nullus pauper sit qui se valeat excusare. Sic enim ait: *Hoc est jejunium quod degi, dicit Dominus: Frange esurienti panem tuum.* Non dicit ut integrum daret, ne forte pauper ille alium non haberet; sed *frange*, inquit, hoc est dicere, etiam si tanta sit tibi paupertas, ut non habebas nisi unum panem, ex ipso tamen frange, et pauperi tribue, et egenum ac sine lecto induc in dominum tuum. Si aliquis ita pauper est, ut non habeat cibum, vel in uno angulo domus suæ præparat percuso lectulum.

6. Quid nos dictori sumus, fratres? qualem execrationem habere poterimus, qui, amplias et spatiosas domos habentes, vix aliquando dignamur excipere peregrinum? ignorantibus, imo non credentibus, quod in omni peregrino Christus excipitur, sicut et ipse dixit: *Hospes fui, et non suscepisti me;* et: *Quandiu non fecistis uni de minimis iis, nec miki fecistis.*

7. Laboriosum et fastidiosum nobis est in pauperibus excipere Christum in patriam nostram? Timeone ne nobis ille dicat: *Ite, et non nos recipiat in beatitudine sua.* Contemnimus illum in mundo? Timeone nos contemnat in cœlo, secundum quod ipse dixit: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare;* et: *Quandiu non fecistis uni de minimis iis, nec miki fecistis;* et quod post sequitur.

8. Fratres avertat hoc Deus a nobis; hoc enim postea addit, dicens: *Discedite a me, maledicti, ite in*

**4. Forte, sufficit sine jejunio.**

6. Videretur legendum, ignorantes... non credentes, aut certe, ignorantibus nobis... non credentibus, quæ locutio apud Isidorum et alias occurrit. Vide not. ad Sedulium, lib. iv, vers. 8.

9. Aut ego, etc. Corrupta hæc sunt, nec sine M-s. opere facile sanari possunt.

10. Forte, interim vero quod ad præsens, etc. Paulo post reposui ne in terra pereat, pro quo in breviario est, ne inter pereat.

**A**ignem æternum. Ego in hanc sententiam neminem judico. Unusquisque attendat sententiam suam; nec tamen arguo, et reprehendo, quia forte aliquoties venit per negligentiam, ut vestimenta quæ debuerunt accipere pauperes desormentur a tenebris; et Homo ne ipsis panni ad testimonium proferantur in die judicii, secundum quod Jacobus dicit: *Agite nunc, dirites, plorate, ululant in miseriis quæ advenient vobis. Divitiae vestre patrefactæ sunt.*

9. Et omnia, sicut dixit, fratres charissimi, qui per Apostolum suum communatur Christus, licet nos nimium torreat, non tamen de Dei misericordia desperandum est. Aut ego et mei si negligenter cum Dei adjutorio, cum possimus, nos emendare volimus, eleemosynas, quas hucusque parcus fecimus, largius erogamus, et quæ pro peccatis præteritus cum **310** dolore, et gemitu, et spe repausationis dominica misericordia docemur.

10. Ergo, sicut supra suggestimus, fratres charissimi, jejunia nostra eleemosynarum pinguedo commendet, quia tale est jejunium sine eleemosyna, qualis sine oleo est lucerna. Nam sicut lucerna quæ sine oleo accenditur sumare potest, lucere non potest, ita jejunium sine eleemosyna carnem quidem cruciat, sed charitas lumine aumam non illustrat. Interim vel quod ad præsens agitur, fratres, sic jejunius, ut prandia nostra pauperibus erogemus, ut quod pransuri eramus, non in nostris sacculis, sed in visceribus pauperum reponamus, quia manus pauperum gazophylacium Christi est: quidquid accipit, ne in terra pereat, in cœlo reponit; quia quamvis quod pauper accipit consumatur, merces tamen boni operis in cœlo reconditur.

11. Nam si prandia nostra exquisitis saporibus et multiplicatis serculis expendere studeamus ad cœnam, sicut corpori nostro deliciæ non solum non subtrahuntur, sed etiam duplicantur, ac sic corpori vestro nihil minuitur, sic animæ nihil augetur. Hoc, fratres, timeus magis, quam de vobis aliquid similem credens, admoneo. Scio enim ex vobis plures, Deo propitio, et peregrinos assidue accipere, et pauperibus frequenter dare. Et ideo quod suggero ad hoc præficiat. Qui vero non facit, aut forte tardius faciebat, tam sanctam sibi et omnino placitam operationem in consuetudinem trahat.

12. Et licet credam quod, Deo inspirante, semper supervenientibus festivitatibus, castitatem et charitatem ante plures dies etiam cum propriis uxoriibus custodiât charitas vestra, tamen, licet et superfluo etiam, quod vos facere credo, charitatem contemplationis admoneo, ut per totam Quadragesimam, et usque ad fineum Paschæ castitatem et charitatem, Deo auxiliante, servetis, ut in illa sacra sancta solemnitate paschali charitatis lucerna vestiri, eleemosynis dealbari, orationibus, vigiliis et jejunis, vel aliquibus cœlestibus et spiritualibus margaritis ornari possitis, non solum cum amicis, sed etiam cum inimicis, ut pacifici libera et secura conscientia ad altare Domini accedentes, corpus ac sanguinem ejus, non ad judicium, sed ad remedium possitis accipere.

13. Sed cum de eleemosynis loquimur, non conturbetur angusta paupertas. **311** Omnia enim complere quisquam poterit, cum fecit quod potuit, quia voluntas perfecta faciendi reputatur pro opere facti. Sed hoc ille implet, qui hominem pauperem quasi

**11. Fortasse, ac sicut corpori vestro nihil, etc.**

13. Secum fieri cupiebat. Sic legendum, vel sibi fieri cupiebat. In Breviariorum est se fieri cupiebat. Ex aliis sermonibus, de quibus dixi in Isidorianis, cap. cit. 72, tres tantum subjiciam: nam alii aut Isidori non sunt, ut tunc dixi, aut excerpti sunt ex aliis Isidori operibus, etiam homilia quæ incipit: *Breviarum est hujus mundi felicitas, scilicet et Synonymis*, lib. ii, num. 91. Quod autem Editor Matritensis ad sermoneum 4, num. 41, notaverat, verba, nisi manducareris, etc., in coa-

seipsum considerare voverit, et sic pauperi tribuat, quomodo si ipse in tali necessitate esset, secum fieri cupiebat; et qui fecerit sic, et Novi et Veteris Testamenti praecepta complevit, implevit illud Evangelium (sic): *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter.* Etenim lex et prophetæ sic impletur ad gloriam, ad quam vera et perfectæ charitatis legem pius Dominus sua protectione perducat. Ameh. Præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, et imperium sine fine in sæcula sæculorum. Amen.

### SERMO II. — Contra Arianos.

1. Veni, domine Jesu Christe Redemptor noster, qui æqualem potestatem cum Patre habes. Veni, et contere caput draconis magni; et dic nobis quid es, quomodo Arius iste aliud docet quam es. Dic, dic, audiamus, unde hæreticos convictamus. Audite, fratres charissimi, quid Dominus dicat. *Ego sum*, inquit, *via, veritas, et vita.* *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Secundum divinitatem veritas et vita, secundum humanitatem via. Tu autem, hæretice Ariane, qui minorem vis esse divinitatem vitam et veritatem, sequitur ut non pervenias ad Patrem. Sed adhuc, domine Jesu, contere caput draconis, et dic quid cum Patre sis. Te audiamus dicenteum, non hæreticum blasphemantem; dic, quid sis cum Patre. *Ego, et Pater unus sumus.* Dic adhuc. *Ego in Patre, et Pater in me est.* Adhuc dic. Qui videt me, videt et Patrem.

2. Credis jam, hæretice, tantæ auctoritati? an ipsius testimonium de se ipso non admittis, sed alios testes inquiris? Ecce introducuntur adversum te qui te convincant. Dic, testis Dei Paule, sanctæ matris Ecclesiæ organum, qui usque ad sanguinem proximo testimonio accessisti, et ne falsa doctrinæ succumbes, animam posuisti; dic. Audiat qui convinci formatid. Singulis quibusque dicens: *Hoc sentit in vobis, quod et in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Audis, hæretice, æqualem Deo, audis formam Dei? et tu minorem Patre filium dicere audes? Veniat et alius testis, ut in duobus vel tribus testibus confirmetur æquitas veritatis. Dic et tu, sancte Petre, quid tibi revelaverit, non caro, et sanguis, sed pater celestis: *Tu es Filius Dei vivi.* Et in epistola ad gentes secunda. *Notam facimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem, et præscientiam, et magnitudinem.* Audis, præstigiator, virtutem, audis præscientiam, audis et magnitudinem; in quo ergo, hæretice, Christum dicis esse minorem? Sed ingrediatur et tertius testis, ut tres unum verum testimonium dicant uni Trinitati, et trinæ divinitati. Dic et tu, sancte Joannes, qui super pectus Salvatoris discubebas, et videbas super celestia mirabilia verbum Dei. Dic, inquam, quid veritatis de Dei Filio sentis. In principio 312 erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et in epistola: *Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis intellectum, ut sciamus quod verum est, et sinus in vero Filius ejus; hic est enim verus Deus, et vita æterna.*

3. Tu autem, virulente serpens, minorem dicens Filium, qui est verus Deus, non habebis vitam æternam. Sed ad confutandam contumaciam tuam ipse Pater testimonium Filio dicat, ut nihil amplius quæras, nihilque amplius credas. Dicit enim per prophetam: *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Principium Pater, principium Filius; ergo Pater et Filius principium sine ullo principio. *Tecum, inquit, principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Tanquam diceret: Ut sancti illuminarentur, processisti ex me. Nec scilicet fuit, dilectissimi, alia causa cur vel ipsa

grue baptismo aptari, ut ipsi videbatur, id omittendum censui; nam auctor ejus sermonis non ea baptismo aptat, sed ex eis colligit baptismum conferri par-

A nomina Patris, scilicet, et Filii, et Spiritus sancti sejuncta viderentur, nisi ut sancti homines instruerentur. Cæterum quid Moysi ab ipsa Trinitatis substantia dictum est? *Ego sum, qui sum;* et sic dices: *Qui est misit me.* Ergo ex utero in splendore sanctorum generatus est Filius. Sed ne hanc generationem carnaliter vel temporaliter acceperis factam, audi quomodo eum genuerit. *Eructavit cor meum,* inquit. *Verbum bonum,* Joannes testis dicit: *In principio erat Verbum.* Deus Pater dicit: *Eructavit cor meum,* inquit. *Verbum bonum.* Prophetæ Habacuc dicit: *Ambulabat Verbum.* Audis Verbum, et hoc in principio esse apud Deum, et Deum esse Verbum. Testimonium Trinitatis per totum mundum contra te clamat. Et tu, pessime Ariane, contra totum mundum veluti rabidus canis deloras?

4. Sed audi adhuc unde plenus convincaris, quod perfecta Trinitas unus sit verus Deus. Patris namque vox est ad Filium per prophetam: *In splendore, inquit, sanctorum ex utero genui te.* Ejusdem quoque Patris vox est per prophetam de Spiritu sancto: *Spiritus, inquit, a me prodiit.* Filii autem vox est in Evangelio, ostendens Patrem in se esse, sequitur in ipso, ubi ait, *Pater in me manens facit ipse opera.* Ejusdem etiam Filii vox est de Spiritu sancto, ostendens quia quomodo procedit ex Patre, ita quoque ex se ipso, ubi ait ad discipulos suos: *Accipite Spiritum sanctum.* Si cui remiseritis peccata, remittetur illi. Unde et apostoli Pauli: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Si ergo Filius in Patre, et ex Pare, et Spiritus sanctus simul est et in Filio, et in Patre, non est divisa Trinitas, ubi perfecta unitas est. Discedat ergo Arianus pestifer labyrinthus, quod draco; jam, inquam, confusus discedat, et reus, quia Trinitas unitus est Deus.

5. Sed quomodo tibi perversa hæresis, verba mea proficient, cum sis aspis surda, obturans aures, ne audias incantantium voces? Noveris te latuer a virga serpentis edendam, dum oves quas tenes capivulas ad tuum ille pastor ovile redixerit, ut sit unus grex et unus pastor. Iste igitur pastor noster, dilectissimi, qui in virga pascit, et regit, ipse pastor est, ipse rector noster est, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnum te pastorem video, domine Jesu, oves pascentem, errantem inquirentem, 313 inventantemque cum gudio ad gregem tuis humeris reportantem. Magnum quippe te video architectum, virgam ferentem, et de ista virga multa miracula facientem. Multum itaque, fratres, expositiōne expavesco virgas; sed dum divinarum Scripturarum considero loca, virga sancta Maria, virga ipse Christus, virga crux. Et in ista o quam magna mira que fecit! Scalas, per quas hominem lapsum levavit ad Patrem, per has denique ascenderunt sancti homines, continentis conjuncti atque fideles, non quidem gradibus pedum, sed gressibus morum.

6. Boni ergo mores si requirantur, in omnibus inveniuntur. Utique enim sexus et omnis aetas in his sanctorum moribus unitationis habet exemplum. Imitentur itaque genes mores Tobiae, qui cum corpore execus esset, viam vite filio demonstrabat in corde; ille eum in terra manu ducebatur, iste monitis eum sanctis erigebat ad coelum. Imitentur adolescentes Joseph sanctum, pulchrum corpore, sed pulchriorem mente, quem castitas sic possederat, ut impudicæ dominæ minis ejus non posset violari corpus, cuius jam Dominus possederat mentem. Imitentur virgines sanctæ beatam Domini sui matrem Mariam. Imitentur viduæ religiosam viduam Annam. Imitentur et conjugatae castam Susannam, quia virgo Christi mater Maria quod novit implevit; Anna vidua in orationibus et jejuniis usque in finem perseverantem tenuit; Susanna casta pro pudicitia conjugali usque ad

volis non solum propter gloriam, sed etiam ut vitam spiritualem in se habeant.

periculum mortis accessit. Nunc igitur, conjugatæ, intendie qualis hujus vocis a Scriptura sancta imitatio proponatur; non enim prædicat quod fuerit au-ro, monilibus, vel ueste pretiosa, forinsecus compita, cum fuerit intus utique castitatis ornata pudore. Om-nibus vero Christus vitam donavit, quibus bonos instituit mores. Et propterea ipse vir de femina est nasci dignatus, quia ab ipso ultius erat sexus a morte liberandus. Multa diximus, fratres. Intentissime audiat, epulas dominicas libentissime comeditis. Rependite ergo vicem ministratori vestro, ut si non verbo, vestris saltem orationibus pascat. Exolicit.

### SERMO III. — *Homilia.*

1. Fratres, oportet, nos satis timere tres causas per quas totus mundus periit, gula, cupiditas, superbia. Quia diabolus per istas tres causas Adam primum hominem circumvenit, dicens: *Iu quacunque die comeders de hoc ligno, statim aperientur oculi tui.* Nos autem semper timeamus has tres causas, ne, sicut Adam, in inferno damnemur. Fratres, contra gulam teneamus abstinentiam, contra cupiditatem largitatem, contra superbiam humilitatem. Nam hoc scimus, quod Christiani dicimus, quod angelum custodem habemus, quia ipse Salvator dixit: *Amen dico vobis quia angelii eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est.*

2. Quia procer o nobis credendum est quia omnia opera nostra tam in die quam in nocte, omni hora, sive bona, sive mala, quæcumque facimus, ab ipso angelo remittantur in conspectu Dei. Nam cum angelus hortatur nobis consilium ad bona opera facienda, ipsum angelum semper **314** babere credimus a dextris; cum autem cogitamus malum agere, aut aliqua peccata conanmur committere tam capitalia quam minuta, tunc habemus hortatorem malignum diabolum, ut cum peccare cogitamus, et peccamus, diabolus gaudet, ille sanctus angelus tristatur. Cum dicimus otiosa verba, et prava, consilium est diaboli; cum autem ingemiscimus, et suspiramus, et cogitamus aliqua bona opera facere, tunc habemus consiliatorem illum sanctum angelum Dei.

3. Nam illa tria mala opera, quæ superius diximus, diabolos subministravit per malum consilium in Adam, hoc est, gula, cupiditas, superbia. Ista tres causæ multa mala generant, id est, sacrilegium, homicidium, adulterium, furtum, avaritiam, luxuriam, falsum testimonium, iram, discordiam, perjurium. Ista omnia per illas tres prævaricationes subministraverunt [Forte subministrant] ante hominem per artem diabolicalam. Ista periculis animæ in infernum religantur. Ergo sumamus nos arma angelii Dei, hoc est, crucem Christi. Ponamus contra superbiam humilitatem, contra gulam abstinentiam, contra cupiditatem eleemosynarum largitionem, contra sacrilegiorum veram pœnitentiam, contra homicidium dilectionem Dei et proximi, contra fornicationem continentiam, contra furtum bonitatem et benignitatem, contra avaritiam largitatem, contra luxuriam castitatem, \* patientiam, contra discordiam bonam concordiam et verissimam pacem, contra perjurium timorem Domini et viam rectam, firmissimam fidem tenentes coram Deo, et hominibus cum justitia et sanctitate.

4. Ista sunt arma angelica, et lorica fortis, et scutum firmissimum, et galea salutis. Qui ista arma in omni loco secum habuerit, nullus diabolus ei nocere poterit; sed hic et in æternum salvus erit. O dilectissimi fratres, contra pessimum hostem tantum armare nos debemus, ut illum superare valeamus, quia ipse præparatus est, ut latro, ad furandum bona opera, mala consilii et subministrari. Sunt multi qui per audaciam adversarii mala securitate decipiuntur, et cogitant inter se dicentes: *Juvenis sum, et tempus habeo mundo frui; cum ad senectutem venero, pœnitentiam agam.* O miser qui hæc cogitas,

A quia una hora vitæ tuæ spatum non habes, nec protestatem unius diei.

5. Fratres, non decipiat vos ista prava securitas, sed semper diein mortis ante oculos habeamus cum timore, et vera pœnitentia. Dic, ubi sunt reges, ubi divites, ubi divitiae eorum, et ornamenti eorum? Ipsi, velut umbra, transierunt, ut somnium evanescerunt; aurum, et argentum, et omnia ornamenta eorum in hoc mundo remanserunt, et ipsi sine fine cruciantur in inferno, ubi vermes eorum non moriuntur, et ignis eorum non extinguitur. In quo inferno non est ulla vox, nisi gemitus; ibi non est ulla requies, nisi flamma, ubi multi querunt linem mortis, et mori non possunt. Scriptum est enim: *Potentes potenter tormenta patiuntur.*

6. O fratres, intelligite, dicit Psalmista: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.* Fratres, quomodo possunt nominare Deum, qui semper sunt in tenebris, et in loco tenebroso, et semper clamant: *Va tam tenebrosum locum, tam tenebrosam soveam, 315 tam obscuram cavernam, tam amarum locum, tam miserrimam vitam, tam dolorosam mansionem?* O miser, de tam parva vita tam longam mortem, de tam parva consolatione tam longam captitatem, de tam parva laxitia tam longam tristitiam, de tam parvo lucro tam grave damnum, de tam parvo honore tam longos dolores, de tam parva jucunditate tam amaras lacrymas, tam immensa suspiria, tam luctuosos gemitus, tam magnum iram et tristitiam. Ibi non adiuvat pater ad filium, nec filius ad patrem; ibi non inventur amicus qui redimat amicum, neque frater qui succurrat fratri. Ibi amatur pœnitentia, sed tarde agitur. Væ! duram mansionem, tam cruciabilem flammam, tam immensa tormenta.

7. Ibi miser cum miseris, superbi cum superbis, homicidae cum homicidis, adulteri cum adulteris, iniqui fures cum falsis mercatoribus, falsi monachi cum falsis pueris, falsi sacerdotes cum falsis episcopis, laici simillimi cum pessimi laici. Ibi pessime mulieres cum infelicissimis meretricibus: omnes inenarrabilibus cruciabantur flammis, et non habebunt requiem, nisi Dominica die resurrectionis, sicut beatus Augustinus dicit: *Dominica die resurrectionis qua hora Dominus noster surrexit a mortuis mane, illæ animæ justorum veniunt visitare sepultra sua, et dicere: Bene va eas, bone socie quia bene egisti mecum in hoc sæculo, bonum vas, amice dilectissime. Tu magis consensisti arma angelica, quam impugnationem diaboli, quia scriptum est: Volui jejunare, pœnitentiam agere, eleemosynas dare, nudos vestire, infirmos visitare, ad ecclesiam venire, sanctas Scripturas audire, et custodire, Dei servos amare, tu mihi consensisti, et honorasti, quia tu es factura Dei, et ego inspiratio vite, et a Deo creata. Tu requiesce modicum tempus in pace securus, et ego revertar ad te in mansione æterna, ut videas qualiter mansionem et quantam glorian nobis præparavit Deus in æternum, quia felices sunt qui serviant ei, et lucebunt cum eo sicut sol, sicut ipse Dominus ait: *Justi fulgebunt sicut sol in regno Patris mei, et tunc gaudebunt mecum sine fine.* Quia quavis duæ concupiscentiae fuissent inter oculorum et oris luxuriam, eis non consensisti. Prope est ubi mecum mercedem æternam recipias, et ibi requiesces in sæcula sæculorum.*

8. Similiter et illa peccatrix anima cum nequissimo angelo Satanæ cum calumnia et cum vitiis suis loquitur dicens: *Heu! heu! miserum corpus, quid tanta mala egisti mecum?* Et ego cum Satana fui cum vitiis suis, quia non consensisti arma angelica contra insidias diaboli. Quia tu concupisti manducare, bibere, luxuriari, occidere, adulterari, forniciari, farsi, concupiscere, mentiri, falsum testimonium dicere, opera diaboli facere, ei non egisti pœnitentiam, sed in mala securitate, et negligencia delecisti, tu jaces in imo, ego crucior in inferno. Prope est dies judicij, quando revertar ad te, et resurges in

novissima die, ut recipias mala quæ operatus es in A mundo cum auctore diabolo mortis, et tecum eris in damnatione mortis, et sine fine cruciaberis in secula saeculorum. O homo, qui hæc audis, expavesce pro peccatis et negligentiis, et dum tempus habes 316 et spatium, festina, et age poenitentiam, anteaquam claudatur janua vita, ut securus recipias præmia gloriae, et vitam æternam cum angelis Dei, et cum omnibus sanctis in secula saeculorum. Amen.

SERMO IV. — *De corpore et sanguine Domini in Pascha.*

1. Magnitudo coelestium beneficiorum angustias humanæ mentis excedit. Et propriea ita ordinavit divina Providentia, ut quod capere in nobis ratio, rerum mole victa, non poterat, fides devota concipere, et intellectum credulitas robusta nutriret. Cum ergo per primam transgressionem per Adam origini et morti teneremur obnoxii, propiciens ex alto Dominus, in quo essemus generi debitores, juxta qualitatem captivitatis reparavit munus redemptionis. Id est, ut pro debita morte offerret indebitam, quia nec nos habebamus unde viveremus, nec ille unde moreretur.

2. Materiam de nostra mortalitate suscepit, ut de suo immortalitate collata mori posset vita pro mortuis. Et ideo quia corpus assumptum ablatus erat ex oculis nostris, et sideribus illaturus, necessarium erat ut nobis in hac die sacramentum corporis et sanguinis sui consecraret, ut coleretur jugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium. Ut quia quotidiana et indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redempcionis oblatio. Et perennis illa victimæ viveret in memoria, ut semper præsens esset in gratia. Vere unica et perfecta hostia sive æstimanda, non specie. Nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu.

3. Unde merito coelestis confirmat auctoritas quia caro Christi vere est cibus, et sanguis ejus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor est munera ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis sacerdos visibiles creature in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate evertit [Forte, convertit], ita dicens : *Accipite et edite; hoc est enim corpus meum.* Et sanctificatione repetita : *Accipite, inquit, et bibite; hic est sanguis meus* (Matth. xxvi, 26, 27). Ergo sicut ad nutum præcientis Domini repente ex nibilo substiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, pari potentia in spiritualibus sacramentis Verbi præcipit virtus, et servit effectus.

4. Quanta itaque et quam celebra beneficia vis divinae benedictionis operetur attende. Et ut tibi novum et impossibile non debeat videri quod in Christi substantiam terrena et mortalia commutentur, te ipsum, qui jam es in Christo regeneratus, interrogas. Dudem alienus a vita, peregrinus a misericordia, a salutis via intrinsecus mortuus exsulabas. Subito initiatus Christi legibus, et salutaribus mysterioris innovatus, in corpus Ecclesiae, non videndo, sed credendo transisti, et de filio perditionis adoptivus Dei filius occulta puritate fieri meruisti.

5. In mensura visibili permanens major factus es te ipso invisibiliter sine quantitatis augmento. Cum ipse atque idem es, multo altius 317 fidei processibus exististi. In exteriori nihil additus es, et totus in interiori nomine mutatus es. Ac sic homo Christi filius effectus, et Christus in hominis mente formatus est. Sic ut ergo sine corporali sensu, præterita vilitate deposita, subito novam induitus es dignitatem, et sicut hoc quod in te Dominus læsa curavit, infecta diluit, macula deterrit, non oculis, sed sensibus tuis credis : ita et tu cum ad reverendum altare salutari cibo potuque reficiendus accedis, sacrum Domini tui corpus et sanguinem fide respice, honore mirare, mentem erige, cor dis manu suscipe, et maxime haustu interiori assume.

6. Quod si illud legis manna, de quo legitur : *Ptuit*

*illis manna, ut ederent* (Psal. lxxvii, 24), hoc uniuersi que sapiébat quod desideriis conceupisset, aliud erat quod sumebatur, aliud erat quod videbatur, et invisiibiliter sapor ille in singulorum sensibus fornuatur, ergo illud legis manna cœlitus illapsum per multimodas suavitates naturæ sue meritum et generis sui excedebat intuitum. Et cum creaturam suam dispensatio largitoris multiplici diversitate condiret, præbebat gustus quod ignorabat aspectus. Juxta percipientis affectum esse illi novitas et dignitas nascebatur, et unumquemque variis et alienis saporibus reficiebat mellifluum illius pluviae donum, et multiplex sicci imbris obsequium.

7. Quæ cum ita sint, quod illic aviditas faciebat, hic fides faciat. Sic legimus : *Accedit homo ad cor altum, et exaltabitur Deus* (Psal. lxxxiii, 7). Ideo quod ibi delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operatur in sensibus. Ad agnoscendum et percipiendum sacrificium veri corporis ipsa roborat potentia consecrantis. Qui tunc latuit præfiguratus in manna, sit tibi nunc manifestus in gratia. Ipsum autem fuisse in manna illius specie præsignatum, etiam Prophetæ evidenter ostendit, dicens : *Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducavit homo* (Psal. lxxvii, 25). Et quis panis angelorum est, nisi Christus, qui eos cibo suæ charitatis et lumine suæ claritatis exsatiat? Hoc pane, dicente Prophetæ, sexta die duplum colliges, Sabato autem non colliges, dum a primo, id est, Dominicino die, in lege tribuitur, et in solo Sabbato denegatur.

8. Jam tunc Christus ab Ecclesia, cui Dominicum resurrectio consecravit, recipiendus ostenditur, et a Synagoga, ad quam cultus Sabbati pertinebat, negandum esse prædictur, dum dies iste septimus est, qui coelestis panis fraude mactatur. De quo pane vetus narrat historia : *Nec qui plus collegat habuit amplius, nec qui minus paraverat reperit minus* (Exod. xvi, 18). Quod corpus, sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto. Quod cum ecclesia fideliū sumit, sicut plenum in universis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia derivata est dicens : *Qui multa habet, non abundavit; et qui modicum, non minoravit* (II Cor. viii, 15).

9. Si forte panis esum esurientibus apponemus, non ex toto perveniret ad singulos, quia particulatus et minutatus pro portione sua unusquisque perciperet. De hoc vero pane, cum assumitur, nihil minus habent singuli quam universi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt, quia benedictio bujus sacramenti scit distribui, nec sit 318 distributione consumi. Sacramenti itaque bujus formam etiam in Iudeorū paginis inventiū expressam. Nam de Melchisedech in Genesi legimus : *Et Melchisedech rex Salem protulit panem, et vinum, et benedixit Abraham; fuit autem sacerdos Dei summus* (Gen. xiv, 18, 19). In quo dum a præputio, id est, a gentilitate circumcisio futura benedicatur, Ecclesiæ gloria prædicatur, et synagogæ infidieli plebs ex gentibus acquisita præponitur.

10. Hic ergo Melchisedech, cuius genealogia vel origo notitiam illius temporis latuit, oblatione panis et vini hoc Christi sacrificium præsignavit. De quo Prophetæ pronuntiat : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (Psal. cix, 4). Nam et beatus Moyses, de eo mysterio loquens, vinum et sanguinem sub una appellatio significat in benedictione patriarchæ dominicam passionem multo ante demonstrans, ita inquiens : *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uxoris pallium suum* (Gen. xlvi, 11). Adverte quam evidenter constet vini creaturam Christi sanguinem nuncupandam.

11. Quicquid adhuc de hac dupli specie inquirere debeas, ipso Domino attestante, agnosce. *Nisi, inquit, manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (Ivan. vi, 54). Quod testimonium contra Pelagianos evidentissimum atque validissimum est, qui asserere arrepta impictate

præsumunt, non propter vitam, sed propter regnum cœlorum baptisimā parvulis conferendum. Sub iis enim Domini verbis quibus evangelista pronuntiat *non habebitis vitam in vobis*, aperte intelligenda est omnis anima munere baptismi vacua, non solum gloria carere, sed vita. Hoc itaque dominici sanguinis vinum aqua esse miscendum, non solum traditione, sed etiam ipso genere passionis Dominus ostendit, ex cojus sacro latere sanguis et aqua lanceæ ihsionis profluxit. Sicut Propheta multo ante præcinctum, dicens : *Percussit petram, et fluerunt aquæ* (*Psal. LXXVII, 20*). Et Apostolus : *Bibebant, inquit, de consequenti eos petra* (*I Cor. x, 4*). Vides quod qui de Christi biberit gratia, sequitur eum Christi misericordia.

12. Sed et in Salomone de ipso Christo prædictum legimus : *Sapientia, inquit, adificavit sibi domum* (*Proverb. ix, 1*), id est, corpus hominis assumptum, in quo habitavit plenitudo divinitatis. Et subdicit : *Excidit columnas septem*. Quid illum benedictio Spiritus sancti gratia septiformi impievit. *Mactavii hostias suas, miscuit in cratera vinum suum, et paravit mensam suam*. Et in sequenti : *Venite, et edite de panibus meis, et bibite vinum quod miscui vobis*. Admittum ergo aqua vinum legimus; nunc causam qua utrumque misceri Dominus voluerit inquiramus. Quando in Iudeorum convivio nuptiali vinum, id est, fides deficiebat in eis, vinum, inquam, deficiebat, quia vinea fructum negabat. De qua dicitur : *Expectavi ut faceret avas, fecit autem spinas* (*Isai. v, 2*). Unde et seruum spineum capitl Redemptoris imposuit.

13. Quando ergo Dominus nuptiali tempore, id est, quando sponsus Ecclesiæ sue paschali exultatione jungendus aquas in vina convertit, manifeste præfigurabat multitudines gentium sanguinis sui gratia esse victuras. Per aquas enim significari populos, sacris aperitur eloquii. Sic **319** legimus : *Aquas istas, quas vidisti, populi sunt, et gentes, et lingue* (*Apoc. xvii, 15*). Videmus in aquis figuram gentium demonstrari in vino autem dominicae passionis sanguinem ostendi. Ac sic dum in sacramentis vinum aqua miscetur, Christo fidelis populus incorporatur et jungitur, et quadam ei copula perfecta charitatem unitur, ut possit dicere cum Apostolo : *Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? An persecutio, et castigo* (*Rom. viii, 35*)?

14. Deus autem homini suscepit sanctificatione miscetur, quando fides in ipso pectore, affectus iustitiae, misericordiae, pietatis, infunditur. Etiam in hoc ipsum quod numerosis tritici grani panem confici novimus, unitatem constat assignari populorum. Sicut enim frumentum quod solida purgantis sollicitudine

præparatur in candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam et ignem in unius panis substantiam congregatur, sic variae gentes diversæque nationes in una idem convenientes unum de se Christiani corpus efficiunt; et Christianus populus, quasi tritici innumerabilis grani, a sacrilegis nationibus, fide purgante atque cribrante, collectus cernitur, quando discernitur, et in unum, quasi infidelium lolio pertransiente, colligitur, et dum Testamentorum instruclione, velut frumentum gemino molarum opere, curauit nescit, et in illam prius originis dignitatem nativo candore mutatur ac per aquam baptismi, velut per ignem Spiritus sancti, æterni illius panis corpus efficitur.

15. Sicut ergo separari grana ab illis confecti panis adunatione non possunt, et sicut aqua ad propriam redire substantiam vino mistam jam non potest: sic et fideles quique, atque sapientes, qui redeimpcti se Christi sanguine et passione cognoscunt, ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo fidei, conversatione et ardentissima religione sociari, ut ab eo non voluntate, non necessitate se Jungi, non ultra terrena spei ambitione, non denique ipsa possint morte divelli. Nec dubitet quisquam primarias creaturas ntu potentiae praesentia majestatis in dominici corporis transire naturam, cum ipsum hominem videat artificio celestis misericordiae Christi corpus effectum. Sicut autem quicunque ad fidem veniens ante verba baptismi adhuc in vinculo est veteris debiti, bis vero commemoratis, mox exutur omni fæce peccati, ita quando benedicende verbis coeliisibus creaturæ sacræ altaris imponuntur, antequam invocatione summi nominis consecrentur, substantia illuc est panis et vini. Post verba autem Christi, corpus et sanguis est Christi.

16. Quid autem mirum est, si ea quæ verbo potuit creare, verbo possit creata convertere? Imo iam minoris videtur esse miraculi, si id quod ex nibili agnoscerit condidisse, jam conditum in melius valeat commutare. Requie quid ei possit esse difficile, cui facile luit visibilia et invisibilia voluntatis imperio suscitare; cui facile fuit bonitatem de limi materia figurare, imagine etiam sue divinitatis induere; cui promptum est eum sursum revocare de inferis, restituere de perditione, reparare de pulvere, de terra in cœlum levare, de homine angelum facere, corpus humanum conforme corpori claritatis suæ reddere, et flagitium suum in regu sui consortio sublimare. Ut qui corpus nostra fragilitatis sumperat, nos in **320** corpus sue immortalitatis assumat. Ad quam gloriosam resurrectionem plus vos operibus præparare dignetur, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen.

### APPENDIX XIII. DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS.

#### CAPUT PRIMUM. — *De fide Trinitatis.*

Credimus unum esse Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Patrem, eo quod Filium habeat; Filium, eo quod Patrem habeat; Spiritum sanctum, eo quod sit ex Patre et Filio procedens, Patri et Filio coæternus. Pater ergo principium deitatis; qui sicut nunquam fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater, a quo Filius natus, a quo Spiritus sanctus non natus, quia non est Filius; neque ingenitus, quia non est Pater; neque factus, quia non est ex nihilo, sed ex Deo Patre, et Deo Filio Deus procedens. Pater æternus eo quod æternum habeat Filium, cuius æternus sit Pater.

**CAP. I.** De hoc opusculo confer Isidoriana, cap. 83, ubi præfationem Vezzosii adjeci, et Hernandezii observationes de Brachiaro episcopo Hispalensi auctore ejusdem opusculi. E notis Vezzosii que magis opportuna videbuntur eligam. De argumentis primorum capitum multis in locis agit Isidorus. Vide lib. II, de

D Filius æternus, eo quod sit Patri coæternus. Spiritus sanctius æternus, eo quod sit Patri et Filio coæternus. Non confusa in una persona Trinitas, ut Sabellius dicit, neque separata, aut divisa in natura Divinitas, ut Arius blasphemat; sed alter in persona Pater, alter in persona Filius, alter in persona Spiritus sanctus. Unus natura in sancta Trinitate Deus Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.

#### CAP. II. — *De incarnatione Christi.*

Non Pater carnem assumpsit, neque Spiritus sanctus, sed Filius tantum; ut qui erat in divinitate Dei Patriis

Offic. eccles. cap. 23. Bignæus exhibet : *Pater ergo principium, principale nomen deitatis, quia sicut, etc., et post principale notat ad marg. , forte, totius.*

**CAP. II.** Codex Mansii, ut qui erat in divinitate Patriis Filius, ipse fieret in homine hominis filius. Paulus post Bignæus, qui non erat nativitate Dei Filius. Dei ergo

**Filius**, ipse fides in homine hominis matrix filius, ne filii nomen ad alterum transiret, qui non esset aeterna nativitate Filius. Dei ergo Filius factus est hominis filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate Filii nomen nascendo haberet, et esset verus Deus, et verus homo unus Filius. Non ergo duos Christos neque duos Filios fatemur, sed Deum et hominem unum Filium; quem propriea et umigenitum dicimus, manentem in duabus aphaenitatis, sicut ei nature veritas contulit, non confusio naturis, neque immisit, sicut Timotheani volunt, sed societate unitis. Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transivit; non naturae versibilitate, sicut Apollinaristæ dicunt, sed Dei dignatione, ut nec Deus mutaretur **321** in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in divinam glorificatus in Deum, quia mutationem vel versibilitatem naturae et diminutionem et abolitionem substantiae facit. Creditur a nobis sine confusione conjuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. Natus est ergo Dei Filius ex homine, et non per hominem, id est, non ex viro coitu, sicut Ebion dicit; *and carnem ex Virginis corpore trahens, et non de cœlo secum afferens*, sicut Marcion, Origenes et Eutyches affirmit. Neque in phantasia, id est, subsque carne, sicut Valentinus asserit, id est, neque putativa imaginatum, sed corpus verum. Non tantum carnem ex carne, sicut Marcianus, sed verus Deus ex divinitate et verus homo ex carne, unus Filius; in divinitate Verbum Patris et Deus, in homine anima et caro. Anima non absque sensu et ratione, ut Apollinaris, neque caro absque anima, ut Eunomius; sed anima cum ratione sua, et corpus cum sensibus suis, per quos sensus veros in passione et ante passionem suæ carnis dolores sustinuit.

#### CAP. III. — Quod aeternus Deus ex Virgine natus sit.

Neque sic est natus ex Virgine, et ut divinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex Virgine Deus non fuerit, sicut Artemon, et Berillus, et Marcellus docuerunt; *sed aeternus Deus et homo ex Virgine natus est.*

#### CAP. IV. — De Trinitate perfecta.

Nihil creatum aut serviens in Trinitate credamus, ut vult Dionysius, fons Arii; nihil inaequale, ut vult Eunomius, et Arius; nihil inaequale gratia, ut vult Aetius; nihil anteriorius posteriusve, aut minus, ut Arius; nihil extraneum, aut officiale alteri, ut Macedonius; nihil persuasione aut subreptione insertum, ut Manichæus; nihil corporeum, ut Melito et Tertullianus; nihil corporaliter effigiatum, ut Anthropomorphus, et Vadianus; nihil sibi invisibile a creaturis, ut Origenes; nihil creaturis visible, ut Fortunatus; nihil moribus vel voluntate diversum, ut Marcion; nihil ex Trinitatis essentia ad creatorum naturam deductum, ut Plato et Tertullianus; nihil officio singulare, nec alteri communicabile, ut Origenes; nihil confusum, ut Sabellius; sed totum perfectum, quia totum ex uno, et unum ex toto; non tamen solitarium, ut præsumunt Præxas et Silvanus, Pentapolitana damnable illa doctrina.

#### CAP. V. — De homousio.

Homousios ergo, id est, coessentialis in divinitate Patri Filius, homousios Patri et Filio Spiritus sanctus, homousios Deo et homini unus Filius manens

**Filius**, etc. Postea creditur... separatione distincta omittitur a Bignæo, ut nonnulla alia; cum Bignæo fere faciunt Maurini inter appendices ad Opera sancti Augustini.

CAP. III. Al., *ex virgine, ut et diuinitatis initium... ut vult Eunomius, nihil aequaliter gratia, ut vult.... nihil persuasione, aut subreptione.... ut Anthropomorphus, nihil sibi, etc.* Animadvertis Vezzosius incertum aut

A Deus in homine suo in gloria Patris, desiderabilis videri ab angelis; sicut Pater, et Spiritus sanctus adoratur ab angelis, et ab omni creatura; non homo factus praeter Deum, vel Christus cum Deo, sicut blasphemat Nestorius, sed homo in Deo, et Deus in homine.

#### CAP. VI. — De resurrectione.

**322** Erit resurrectio mortuorum omnipotens hominum, sed una et insimil, et semel. Non prima justorum, et secunda peccatorum, ut fabula est somnitiorum, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurget, sicut in veritate eadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est, aliud novum corpus pro carne; sed eadem caro corruptibilis, quae cadit, tam justorum quam injustorum, incorruptibilis resurget, quae vel poenam suffere possit pro peccatis, vel in gloria aeterna manere pro meritis.

#### B CAP. VII. Resurrectio omnium communia.

Omnium enim hominum erit resurrectio: si omnium erit, ergo omnes morientur, ut mors ab Adam dueta omnibus filiis ejus dominetur, et maneat illud privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* (Psal. xv, 10). Ejus enim caro non vidit corruptionem. Hanc rationem maxima Patrum turbæ tradente suscepimus. Verum quia sunt et alii aequaliter catholici, et eruditæ viri, qui credunt, anima in corpore manente, immutandos ad incorruptionem et immortalitatem eos qui in adventu Domini vivi inveniendi sunt, et hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant, non morte; quolibet quis acquiescat modo, non est haereticus, nisi ex contentione haereticus fiat. Sufficit enim in Ecclesiæ lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.

#### C CAP. VIII. — De judicio vivorum et mortuorum.

Quod autem dicimus in Symbolo, in adventu Domini vivos ac mortuos judicando, non solum justos et peccatores significari, sicut Diodorus putat, sed et vivos eos qui in carne inveniendi sunt, credimus, qui adhuc morituri creduntur, vel immutandi sunt, ut alii volunt, ut suscipiant continuo, vel reformanti, cum ante mortuis judicentur.

#### D CAP. IX. — Peracto judicio non exspectanda restitutio.

Post resurrectionem et judicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat, ut demones vel impii homines post tormenta, quasi suppliciis expurgati, vel illi in angelicau, qua creati sunt, redeant dignitatem, vel isti justorum societate docentur, eo quod hoc divinæ conveniat pietati ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quilibet modo salvetur. Sed nos credamus ipsi judici omnium et retributori justo, qui dixit: *Ibunt impii in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam* (Matth. xxv, 46), ut percipient fructum operum suorum.

#### E CAP. X. — Creatio mundi. Angelorum creatio.

In principio creavit Deus cœlum et terram, et aquam, ex nihilo. Et cum adhuc tenebrae ipsam aquam occultarent, et aqua terram absconderet, facti sunt angeli, et omnes celestes virtutes, ut non esset otiosa Dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem suam ostenderet; et ita hic

falsum esse quod Melito Deum corporeum esse docuerit, et Tertullianum excusari, quod corporeum dixerit, quidquid nihilo opponitur.

CAP. V. Vezzosius, et Filius, et Spiritus sanctus.

CAP. VI. Resurget; Vezzosius, in veritate resurget.

CAP. VII. Immutandas; al., mutandas, quod perinde est.

visibilis mundus ex materia quæ a Deo facta fuerat factus est et ornatus.

CAP. XI. — *Solus Deus incorporeus.*

Nihil incorporeum et invisible natura credendum, nisi solum Deum, id est, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Qui ideo recte incorporeus creditur, quia ubique est, et omnia implet atque constringit; Ideo et invisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

CAP. XII. — *Omnis creatura corporea.*

**323** Creatura omnis corporea est; angeli et omnes coelestes virtutes corporeæ, licet non carne subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales creaturas, quod localiter circumscribuntur; sicut et anima humana, quæ carne clauditur, et dæmones, qui per substantiam angelicæ naturæ sunt.

CAP. XIII. — *Intellectuales naturæ immortales.*

Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent, nec habent quo cadant, ut resurrectione egeant post ruinam necessaria.

CAP. XIV. — *Anima hominis quomodo creatur.*

Animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec insimul creatas, sicut Origenes singit; neque cum corporibus per eorum seminantur, sicut Luciferiani, Cyrillus et aliqui Latinorum præsumptores affirmant, quasi naturæ consequentiam servantes. Sed dicimus creationem animæ solum Creatorem omnium nosse, et corpus tantum per conjugii copulam seminar, Dei vero judicio coagulari in vulva, et compingi, atque formari, ac formato jam corpore animam creari, et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia.

CAP. XV. — *Quod duæ animæ non sunt in homine.*

Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Jacobus et alii Syrorum scribunt, unam animalem, qua animetur corpus, et immista sit sanguini, et alteram spiritualem, qua rationem ministret; sed dicimus unam esse eamdem animam in homine, quæ et corpus sua societate vivificet, et semetipsam sua ratione disponat, habens in sese libertatem arbitrii, ut in suæ substantiæ eligat cogitatione quod vult.

CAP. XVI. — *Anima hominis immortalis.*

Solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet. Non cum corpore moritur, sicut Aratus asserit, neque post modicum intervalum, sicut Zenon dicit, quia substantialiter vivit.

CAP. XVII. — *Animæ brutorum.*

Animalium vero animæ non sunt substantivæ, sed eum carne ipsa carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur, et moriuntur; et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur.

CAP. XVIII. — *Infunditur anima.*

Animæ humana non cum carne moritur, quia non

CAP. xii. Auctor hujus operis *corporeum* videtur vocare quidquid creatum est. Vide lib. ii de Offic. eccl., cap. 24, et lib. Different. rerum, num. 400 et seqq.

CAP. xiv. Illoc caput a Joanne Hispalensi exscriptum fuit, ut dixi in Isidorianis, cap. 83, num. 48 et seqq. Apud eum legitur, nec in semel..... Cyrilus, et multi Latinorum..... naturæ consequentia serviente. Et alia hujusmodi, quæ ad Bignæ magis quam ad Vezzosii Editionem accidunt.

CAP. xvii. *Incitamenta*; al., *incitamento*.

CAP. xix. *Corpo*; al., *carne*, *semel* et *iterum*.

CAP. xi. *Emendaret*; al., *evitaret*. Putat Vezzo-

A cum carne, ut superius diximus, *seminator*; sed formatio in ventre matris corpore, Dei *judicio* creatur, et infunditur, ut vivat homo intus in utero, et sic procedat nativitate in mundum.

CAP. xix. — *Duae substantiæ hominis.*

Duabus substantiis tautum constat homo, anima et corpore. Anima cum ratione sua, et corpore cum sensibus suis. Quos tamen sensus absque **324** animæ societate non movet corpus. Anima vero et sine corpore rationale suum tenet.

CAP. xx. — *Anima et spiritus idem.*

Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima; pro spirituali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatur. Anima vero ex eo vocatur, quod ad viveendum, vel ad vivificantum animet corpus. Tertium vero, qui ab Apostolo cum anima et corpore inducitur, spiritum gratiam sancti Spiritus esse intelligamus, quam orat Apostolus, ut *integra perseveret in nobis* (*I Thess. v, 23*), ne nostro vitio aut minuatur aut fugetur a nobis, quia *Spiritus sanctus effugiet factum* (*Sap. 1, 5*).

CAP. XXI. — *De libero arbitrio.*

Libertati arbitrii sui commissus est homo statim in prima conditione, ut, sola vigilancia mentis adnrente, etiam in precepti custodia perseveraret, si vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Postquam vero seductione serpentis per Ewam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii; non tamen electionem, ne non esset suum quod evitaret peccatum, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad querendam salutem arbitrii libertas, id est, rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, et invitante ad salutem, ut vel eligit, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei. Ut autem consequatur quod eligit, vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse libere confitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus; ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est; ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, divini est munerus; ut non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, et coelestis pariter adjutorii; ut labamur, potestatis nostræ est, et ignaviae. Non tamen ad obtinendam sine illo, qui querentes facit invenire, qui pulsantibus aperi, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostræ, Deo miserante et inspirante, habere nos credimus, ita arbitrium naturæ nostræ sequax esse divinæ inspirationis libere confitemur. Igitur ut non labamur a bono vel naturæ, vel meriti, sollicitudinis nostræ est, et coelestis pariter adjutorii; ut labamur, potestatis nostræ et ignaviae.

CAP. XXII. — *Gratia.*

Firmissime credendum est in prævaricatione Ad omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse; et neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei misericantis erexerit; et liberum enim arbitrium ille perppersus, dum **325** suis inconsultius

sius, Semipelagianismum sapere videri quod dicitur, ut *acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est*. Verba, *Non tamen ad obtainendum, etc.*, et sequentia triginta capita desunt in Maurinorum exemplo, et in plerisque aliis MSS., et al. aliquo inserta sunt ex Coelestini epistola ad episcopos Galliæ, ex concilio Carthaginensi contra Pelagianos, et ex Arausicono secundo. Haec tamen additamenta necessaria putavit Thomasius, ut Vezzosius advertit.

CAP. xxiii. *Ille*; al., *olim ille*. Haec verba liberum enim arbitrium, etc., quæ virgulis distinguuntur, sunt Innocentii I, relata etiam a Coelestino I.

utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda de-  
mersus est; et nihil quemadmodum exinde surgere  
posset invenit; suaque in æternum libertate dece-  
plus, bujus ruinæ latuisset oppressu, nisi eum post  
Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per  
novæ regenerationis purificationem omne præteritum  
vitium sui baptismatis lavacro purgavit. »

#### CAP. XXIII. — *Nemo bonus per se.*

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi parti-  
cipationem sui ille donaverit, qui solus est bonus.

#### CAP. XXIV. — *Perseverantia in bonis a Deo.*

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum ido-  
neum esse ad superandas diaboli insidias, et ad vin-  
cendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum  
adjuvitorum Dei perseverantiam bonæ conversationis  
aceperit.

#### CAP. XXV. — *Liberum arbitrium.*

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur  
arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitani  
concilium data prædicat, dicens : « Adverte tandem,  
o pravissimaru[m] mentiu[m] doctrina, quod primum  
hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgen-  
tius frenis ejus utitur in prævaricationem præsum-  
ptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei  
providentia regenerationis statum pristinæ liberta-  
tis Christi Domini reformasset adventus. »

#### CAP. XXVI. — *Merita.*

Quod omnia studia, et omnia opera, ac merita  
sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint,  
quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse  
donaverit; in quam nos sententiam dirigit beatæ re-  
cordationis papæ Zosimi regularis auctoritas cum  
scribens ad totus orbis episcopos ait : « Nos autem  
instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum  
referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum et co-  
episcoporum nostrorum conscientiam universa retu-  
limus. » Hunc autem sermonem sincerissimæ veri-  
tatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore ve-  
nerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent :  
« Illud vero, quod in litteris, quas ad universas pro-  
vincias curasit esse mittendas, posuisti, dicens :  
*Nos tamen instinctu Dei,* etc. Sic accipimus dictum,  
ut illos qui contra Dei adjutorium extollunt humani  
arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut  
cursim transiens amputares. Quid enim tam libero  
fecisti arbitrio, quam quod universa in nostræ hu-  
militatis conscientiam retulisti? et tamen instinctu  
Dei factum esse fideleri sapienterque vidisti, vera-  
citer fidenterque dixisti. Ideo utique, quia præpara-  
tur voluntas a Domino, et ut boni aliquid agant, pa-  
ternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum (*Proverb.* viii, 25, sec. *LXX*). Quotquot enim  
Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt (*Rom.* viii, 14);  
ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in  
bonis quibusque voluntatis humanæ singulis moti-  
bus magis illius valere non dubitemus auxilium. »

#### CAP. XXVII. — *Quidquid boni ex Deo.*

Ita Deus ex cordibus hominum atque in ipso libe-  
ro operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium con-  
silium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit,  
quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil  
possumus.

#### CAP. XXVIII. — *Gratia vis.*

**326** Quicunque dixerit gratiam Dei, qua justifi-  
camur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad  
solam remissionem peccatorum valere quaæ jam  
commissa sunt, non etiam ad adjutorium gratiae, ut  
nou committantur, anathema sit.

**CAP. XXVI.** *Placeat; al., placet; et accepimus, pro  
accipimus.* Et infra plurimum numero retulisti, vi-  
disti, dixisti.

#### CAP. XXIX. — *Intelligentia ex gratia.*

Quisquis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum  
proper hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum,  
quia per ipsum nobis revelatur, et aperitur intelli-  
gentia mandatorum, ut sciamus quid appetere et  
quid vitare debeamus, non autem per illam nobis  
præstari ut quod faciendum cognovimus etiam fa-  
cere diligamus atque valeamus, anathema sit.

#### CAP. XXX. — *Preces sacerdotum.*

Obscerationum quoque sacerdotalium sacramenta  
respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo,  
ataque in omni catholica Ecclesia uniformiter cele-  
brantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi.  
Cum enim sanctorum plebiū præsules mandata si-  
bimet legatione fungantur, apud divinam clementiam  
humani generis agunt causam, et, tota secum Ec-  
clesia congemiscente, postulant, et precantur, ut in-  
fidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ  
liberentur erroribus, ut Judæis, ablato cordis vela-  
mine, lux veritatis appareat, ut heretici catholica  
fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum  
rediviva charitatis accipiant, ut lapsis poenitentia  
remedia conferantur, ut denique catechumenis ad  
regenerationis sacramenta perdutis, coelestis misericordiæ  
aula reseretur. Hæc autem non perfunctio-  
rie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum  
monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum  
genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos eru-  
tos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii  
charitatis suæ, et ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ.  
Quod adeo totum divini operis esse senti-  
tur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio,  
laudisque confessio pro illuminatione talium vel cor-  
rectione referatur.

#### CAP. XXXI. — *Exorcismus et sufflatio.*

Illud etiam, quod circa baptizandos in universo  
mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso  
contemplamur intuitu. Cum sive parvuli, sive juve-  
nes ad regenerationis veniunt sacramentum, non  
prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsuf-  
flationibus clericorum spiritus ab eis immundus abi-  
gatur, ut tunc vere appareat quando princeps mundi  
hujus mittatur foras (*Joan.* xii, 31), et quomodo  
prius alligetur fortis, et deinceps vasa ejus diripiatur  
(*Marc.* iii, 27), in possessionem translata victori-  
ris, qui captivam dicit captivitatem, et dat dona ho-  
minibus (*Psal.* lxvii, 49).

#### CAP. XXXII. — *Gratia et liberum arbitrium.*

Omnium bonorum affectuum, atque operum, et  
omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab  
initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur au-  
ctorem. Et non dubitamus ab ipsis gratia omnia  
hominis merita præveniri, per quem fit ut aliquid  
boni et velle incipiamus, et facere. Quo utique auxi-  
lio et munere Dei, non aufertur liberum arbitrium,  
sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo  
rectum, de languido sanum, de imprudente sit pro-  
vidum (*Philipp.* ii, 13). Tanta enim est erga omnes  
homines bonitas Dei ut nostra velit esse merita quaæ  
sunt ipsis dona, **327** et pro his quaæ largitus est  
æterna præmia sit donatus. Agit quippe in nobis  
ut quod vult et velimus et agamus; nec otiosa esse  
in nobis patitur quaæ exercenda, non negligenda,  
donavit, ut et nos cooperatores simus gratiæ Dei.  
Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione  
languescere, ad illum sollicite recurramus, qui sa-  
nat omnes languores nostros, et redimit de interitu  
vitam nostram, et cui quotidie dicimus : *Ne inducas  
nos in tentationem, sed libera nos a male* (*Math.*  
vi, 13).

#### CAP. XXIX. *Per ipsum: al., per ipsam.*

**CAP. XXXII.** *Sanctus Cœlestinus, profiteamur au-  
ctorem. Et non dubitemus ab ipsis gratia.*

CAP. XXXII. — *Adam primo immortalis.*

Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit.

CAP. XXXIV. — *De baptizandis infantilis.*

Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eum baptizari, sed nihil ex Adam trahere originatis peccati, quod lacrato regenerationis expietur; unde et consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* (Rom. v, 12), nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc eni<sup>m</sup> fiduci regulam etiam parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione inuidetur quod generatione traxerunt.

CAP. XXXV. — *Omnis vere sumus peccatores.*

Quod ait sanctus Joannes apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipso seducimus, et veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendo putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit.* Sequitur enim apostolus, et adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, et justus, qui remittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniuitate* (I Joan. 1, 9). Ubi satis appareat hoc non tantum humiliare, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere: *Si dixerimus: Non habemus peccatum, nos ipso extollimus, et humilitas in nobis non est; sed cum ait: Nos ipso decipimus, et veritas in nobis non est, satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.*

CAP. XXXVI. — *Omnibus orandum pro dimittendis peccatis.*

Quicunque dixerit in oratione Dominica ideo dicere sanctos *Dimitte nobis debita nostra* (Math. vi, 12), ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores; et ideo non dicere unumquemque sanctorum *Dimitte mihi debita mea, sed Dimitte nobis debita nostra*, ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et justus erat apostolus Jacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes* (Jas. iii, 2). Nam quare additum est omnes, nisi ut ista sententia conveniret psalmo, ubi legitur: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (Psal. cxlii, 2)? Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet* (Eccl. vii, 21). Et in libro sancti Job: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam* (Job xxxvii, 7). Unde etiam Daniel 328 sanctus et justus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus* (Dan. ix, 5), et cetera quælibet veraciter et humiliante confiteretur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Domino Deo meo.* Noluit dicere, peccata nostra, sed et populi sui dixit, et *sua*, quoniam futuros istos qui tam male intelligenter tangunt propheta prævidit.

CAP. XXXVII. — *Dimituntur debita etiam sanctis.*

Quicunque ipsa verba Dominicæ orationis, ubi dicitur *Dimitte nobis debita nostra* (Math. vi, 12), ita

A volunt a sanctis dici, ut humilietur, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, et non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitui velle, et corde dicit quæ sibi dimittantur debita non habere?

CAP. XXXVIII. — *Lapsus Adæ.*

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non tollit, id est, secundum corpus et animum in determini dicit hominem commutatum, sed anima liberata illa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur Scripturæ dicenti: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* (Ezech. xviii, 4); et: *Nescitis quoniam cui obeditis, et a quo quis imperatur, ejus servus adjiciatur* (Rom. vi, 10; II Petr. ii, 19)?

CAP. XXXIX. — *Peccatum Adæ in posteris.*

Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non etiam ejus propagini asserit hucuisse, aut certe mortem tantum corporis, quæ pena peccati est, non suum et peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens Apostoli dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes homines peccaverunt* (Rom. v, 18).

CAP. XL. — *Gratia.*

Si quis invocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiae prophetæ, vel Apostoli idem dicenti: *Invenitus sum a non querentibus me; palam apparu hi qui me non interrogabant* (Isa. lxv, 1; Rom. x, 20).

CAP. XLI. — *Voluntas bona a Deo.*

Si quis, ut a peccato purgetur, voluntatem nostram Deum expeditare contendit, non autem ut etiam purgari velim, per sancti Spiritus infusionem et operationem in nobis fieri constitutæ, resistit ipsi Spiritui sancti per Salomonem dicenti: *Preparatio voluntas a Domino* (Proverb. xtx, 14, sec. LXX). Et Apostolo salubriter prædicanti: *Dominus est qui operatur in nobis et vellet, et perficere pro bona voluntate* (Philipp. ii, 13).

CAP. XLII. — *Gratia operatur omnia.*

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui justificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis perennius, non per gratiam donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti, corrigitem voluntatem nostram ab inuiditate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbar, beatus apostolo Paulo dicente: *Confidimus quia qui capi in vobis bonum opus, perfici usque in diem Christi Iesu* (Philipp. 1, 6). Et illud: *Vobis datum est pro Christo 323 non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro illis patiamini* (Philipp. 1, 28). Et: *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est* (Ephes. ii, 8). Qui enim idem qua in Deum creditimus dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt quodammodo fidèles esse declinunt.

CAP. XLIII. — *Gratia omnia deberi.*

Si quis sine gratia Dei creditibus, voluntibus, desiderantibus, conantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus; non autem ut credamus, velim, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri constitutæ; et aut humiliati, aut obedientiæ humanæ subjungit gratias adjutorium, nec ut obedientes

CAP. XL. Al.: *Siquis ad invocationem humanam, etc.*

et humiles omnes, ipsius gratiae donum esse consenserit, resistit Apostolo dicenti: *Quid enim habes quod non acceperisti?* (I Cor. iv, 7) Et: *Gratia Dei sum id quod sum* (*Ibid.*, xv, 10).

#### CAP. XLIV. — Hominem nihil posse sine Deo.

Si quis per naturae vigorem bonum aliquid quod ad salutem pertinet vita aeterna cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est, evangelicas praedicationis concordie posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo, et in erendo veritatem, heretico fallit spiritus, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentem: *Sine me nihil potestis facere* (*Joan.* xv, 5); et illud Apostoli: *Non quidem idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est* (*I Cor.* iii, 5).

#### CAP. XLV. — Solus Deus trahit hominem.

Si quis alios per misericordiam, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus qui de provaricazione primi hominis nati sunt constat esse vitiatum, ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Ille enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum: aut certe ita Iesum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei ministerium salutis aeternae per semetipsos posse conquerire. Quod quam si contrarium ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire tenet, nisi quem Pater altraxerit (*Joan.* vi, 44). Sicut et Petro dicit: *Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in celis est* (*Math.* xvi, 17); et Apostolus: *Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* (*I Cor.* xii, 3).

#### CAP. XLVI. — Liberum arbitrium.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari; quod amissum, nisi a quo potest dari non potest reddi. Unde Veritas dicit: *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis* (*Joan.* viii, 36).

#### CAP. XLVII. — Gratia.

Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneat, nullo modo seipsum, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodiare, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

#### CAP. XLVIII. — An gratia sit natura.

Sicut eis qui volentes in lege justificari, et a gratia exciderint, verissime 330 dicit Apostolus: *Si in lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est* (*Galat.* ii, 21); sic eis qui gratiam quam commendat et percipit fides Christi, putant esse naturam verissime dicitur: *Si per naturam justitia est, ergo gratis Christus mortuus est. Jam hic enim erat lex, et non justificabat; jam hic erat et natura, et non justificabat.* Ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum imperaret qui dixit: *Non veni salvare legem, sed implere* (*Math.* v, 17); et natura per Adam perdita per illum repararetur qui dixit venisse se querere et salvare quod perierat.

#### CAP. XLIX. — Repetitio superiorum.

Secundum suprascriptas sanctarum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc, Deo propitiante, et predicare debemus, et credere, quod per peccatum primi hominis ita genus humana sit inclinatum, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est possit nisi eum

CAP. XLV. Acta concilii Arausicani: *Is enim omnium liberum arbitrium, etc., omisso non.*

CAP. LII. Hoc est caput 22 Mauriana Editionis, in

A gratia misericordiae divinae prævenient. Unde et Abel justo, et Noe, et Abraham, et Isaac, et Jacob, omnesque antiquorum sanctorum multitudini illorum præclarorum fidem, quam in ipsorum laude predicat apostolus Paulus (*Hebr.* xi seqq.), non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatum. Quiaq; gratiam, etiam post adventum Domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberet, sed Christi novimus simul et credimus largitate couferri, secundum illud quod iam saepe dictum est, et prædicat Paulus apostolus: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum creditis, sed etiam ut pro eo patiantur* (*Philip.* i, 21); et illud: *Deus qui cœpit in vobis bonum opus, perfici usque in diem Domini nostri* (*Ibid.*, 8); et illud: *Gratia salvi facti esitis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est* (*Ephes.* ii, 8). Et quod de seipso ait Apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem* (*I Cor.* vii, 25). Nem dicit: *Quia eram, sed ut essem*: et illud: *Quid habes quod non accepisti?* et illud: *Omnis datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* (*Jae.* i, 17); et illud: *Nemo habet quidquam, nisi illi datum fuerit desper* (*Joan.* iii, 27).

#### CAP. LI. — Voluntas hominis post baptismum.

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod post acceptam baptismi gratiam, omnes baptizati, Christo auxiliante et cooperante, quæ ad salutem animæ pertinent, possunt, et debeant, si fideliciter laborare voluerint, adiungere. Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum credere velint, cum openi detestatione illis anathema dicimus.

#### CAP. LI. — Initium moritorum unde.

In omni opere bono non nos incipiimus, et postea per Dei misericordiam adiuvamur, sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, et agemus et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsis adjutorio ea quæ sibi sunt placita implore possimus. Unde manifestissime credendum est quod et illius latronis quem Dominus ad paradisi patriam revocavit (*Luc.* xxiii, 43), et Cornelii centurionis, ad quem angelus Domini missus est (*Act.* x, 4), Zachæique, qui ipsum Dominum suscipere meruit (*Luc.* xix, 6), tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed divino gratiae largitate donata.

#### CAP. LXIII. — Qui sint habendi pro baptizatis.

331 Baptisma unum est, sed in Ecclesia, ubi una fides est, ubi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, datur. Et ideo si qui apud illos haereticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizant, et veniunt ad nos, recipiantur quidam ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis invocationem confesso annuletur; sed doceantur integræ, et instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in Ecclesia teneantur; et si consentiunt credere, vel acquiescent confiteri, purgati jam fidei integritate confirmetur manus impositione. Si vero parvuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondent pro illis qui eos offerunt juxta morem baptizandi; et sic, manus impositione et chrismate communiti, Eucharistiae mysteriis admittantur. Illos autem qui non sanctæ Trinitatis invocatione apud haereticos baptizati sunt, et veniunt ad nos, baptizari debere prouuantianus, non rebaptizari. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, juxta regulam a Domino posuam, tincti sunt, ut Paulini, Procliiani, Borborite, Siphori, qui nunc vocantur

qua omittuntur, ut dixi, præcedentia. Pro Paulini adii Paulianistæ, et Montanistæ pro Montani, et Theodorus, seu Thendotus pro Theodosius.

Bonogiani, Photiniani, Montani, et Manichæi, varia- que impietatis germina, vel cæteræ istorum origina, sive ordinis pestes, quæ duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion; vel contraria, ut Manichæus; vel tria, et barbara, ut Sethianus, et Theodosius; vel multa, ut Valentinus; vel Christum hominem fuisse absque Deo, ut Cerinthius, Hebion, Artemon, et Photinus. Ex istis, inquam, si qui ad nos venerint, non requirendum ab eis utrum baptizati sint, an non; sed hoc tandem: si credant Ecclesiæ fidem, et baptizentur ecclesiastico baptismate.

CAP. LIII. — *De Eucharistia.*

Quotidie Eucharistiae communionem percipere nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo, et hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, gravari magis dico Eucharistiae perceptione, quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, et communicaturus satisfaci lacrymis, et orationibus, et confidens de Domini miseratione, qui peccata pia confessioni donare consuevit, accedit ad Eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia et mortalia peccata non gravant; nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica poenitentia satisfacere, et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad judicium et condemnationem sui Eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus; sed mutato prius sæculari habitu, et confessio religionis studio per vitæ correctionem, et iugis, immo perpetuo luctu, miserante Deo, ita duntaxat, ut contraria pro iis quæ poenitent agat, et Eucharistiam 332 omnibus Dominicis diebus supplex et submissus usque ad mortem percipiatur.

CAP. LIV. — *De poenitentia.*

Poenitentia vera est poenitenda non admittere, et admissa deflere. Satisfactio poenitentiæ est causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus admitem indugere.

CAP. LV. — *De divinis promissionibus.*

In divinis promissionibus nibil terrenum vel transitorum exspectemus, sicut Meletiani sperant; non nuptiarum copulam, sicut Cerinthius et Marcion delirant; non quod ad cibum vel ad potum pertinet, sicut Papiae, auctore Irenæo, et Tertullianus et Lactantius acquiescent. Neque per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum, et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speremus, sicut Nepos docuit, primam justorum resurrectionem et secundam impiorum qui confinxerit; et inter has duas mortuorum resurrectiones gentes ignorantes Deum in angulis terrarum in carne servandas; quæ post mille annos regni in terra justorum, instigante diabolo, movendas sunt ad pugnam contra justos regnantes, et Domino pro justis pugnante, imbre igneo compescendas; atque ita mortuas cum cæteris in impietate ante mortuis ad æterna supplicia in incorruptibili carne resuscitandas.

CAP. LVI. — *Quod nullus salvetur, nisi Deo auctore.*

Nullum credimus ad salutem nisi Deo invitante venire; nullum invitatum salutem suam nisi Deo

CAP. LIII. *Quotidie, etc.* Confer cap. 18 lib. 1 de Offic. eccl., cum notis. Maurini, si tamen mens in affectu peccandi non sit.

CAP. LV. *Sicut Papiae, etc.* Maurini, sicut Papiae auctore, Irenæus, Tertullianus, etc. Utrumque textum vitiatum esse colligit Vezzosius ex Hieronymo, de Vir. illustr., cap. de Papia. Bignæus sic refert: *Sicut Papiae, aut Cerinthius, et Tertullianus, et Lactantius acquiescent.* Vezzosius, in textu, post mille; sed in nota inelius dicit per mille cum aliis. Addit

A auxiliante operari; nullum nisi orantem auxilium promerer; nullum Dei voluntate perire, sed permisso, pro electione arbitrii, ne ingenuitas potestatis semel hominibus attributæ ad servilem cogatur necessitatem.

CAP. LVII. — *Quod malum non sit a Deo.*

Malum vel malitia non est a Deo creata, sed a diabolo inventa, qui et ipse bonus a Deo creatus est. Sed quia liberò arbitrio, utpote rationalis creatura, a Deo commissus est, et cogitandi accepérat facultatem, scientiam boni veritatis ad malum, et multa cogitando factus est inventor mali; et quod in se perdidit invidit in aliis; nec contentus solus perire, suscitans alii ut qui esset suæ malitiae inventor fieret et aliorum auctor, et ex eo malum vel malitia percurrit in cæteras rationales creature.

CAP. LVIII. — *Nihil non mutabile præter Deum.*

Unde cognoscimus nihil esse natura immutabile, nisi solum Deum, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, qui mutari non potest a bono, quia natura possidet bonum, nec potest aliud quid esse quam bonum.

CAP. LIX. — *Stabilitas in angelis.*

Angeli vero, qui in illa qua creati sunt beatitudine perseverant, non natura possident bonum, ut non mutarentur cum cæteris, sed arbitrii 333 servant bonam voluntatem, et bonum conditionis et fidem suo Domino. Propter quod et merito ab ipso Domino sancti angeli vocantur, quod tenuerunt arbitrii sanctitatem, nec sociorum exemplo deviaverunt a bono.

CAP. LX. — *Natura nihil est malum.*

Fides vera, quæ est catholica, omnium creaturæ, sive spiritualium, sive corporalium, bonam constitutæ substantiam, et mali nullam esse naturam, quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde et diabolus bonus esset, si in eo quod factus est permaneret. Sed qui naturali excellētia male usus est, et in veritate non stetit, non in contrariam substantiam transit, sed a summo bono, cui debuit adhaerere, discessit.

CAP. LXI. — *Felicitas angelorum.*

Virtutes angelicæ, quæ in divino amore fixæ persistunt, lapsis superbientibus angelis, hoc munere retributionis acceperunt, ut nulla jam rubigine subripiens culpæ mordeantur; ut et in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, et in hoc sic conditæ æterna stabilitate subsistant

CAP. LXII. — *Liberæ voluntas angelorum.*

Tales creati sunt angeli, ut, si vellent, in beatitudine luce persisterent. Si autem vellent, etiam labi potuerint. Unde et Satan cum sequentibus legionibus cecidit. Sed post ejus lapsum ita confirmati sunt angeli, qui persisterunt, ut cadere omnino non possent, quia ne omnino jam caderent virtutem incolumitatis acceperunt.

CAP. LXIII. — *Nuptiae.*

Bonæ sunt nuptiae, sed causa filiorum, et compescendæ fornicationis obtenuit.

CAP. LXIV. — *Continentia.*

Melior est continentia, sed non sibi sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitæ retinetur,

antiquiorem Nepote esse opinionem, illam de duplice resurrectione.

CAP. LVII. Alii: *Malum vel malitiæ non esse a Deo creatum, sed a diabolo inventum, qui, etc., subintellecto constat, more Isidoriano.*

CAP. LIX. Maurini, suo Domino servaverunt. Unde et merito. Quod rectum putat Vezzosius. Sed fortasse mutandum servantes in servaverunt.

CAP. LX. Hoc caput et duo seqq. desunt in Editionibus Bignæana et Maurinorum.

sed si et cum affectu causa vacandi Domino eligatur; non alioquin divortium magis conjugii videtur esse quam appetitio castitatis.

CAP. LXV. — *Virginitas.*

Virginitas utroque bono præcelsior est, quia et naturam vincit, et pugnam: naturam, corporis integritatem; pugnam, pace castimoniæ, quæ pro solo amore pudicitiae in pace est.

CAP. LXVI. — *Ciborum delectus.*

Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere, et quidquid Deus præcepit edendum. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi a malis, sed quasi non necessariis, non est malum. Moderari vero eorum usum pro necessitate et tempore, propriæ Christianorum est.

CAP. LXVII. — *Nuptiae et cibus.*

Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas, aut stupro; cibos quoque credere malos, vel malitias causare percipientibus, non est Christianorum, sed B proprie Hierachitarum et Manichæorum.

CAP. LXVIII. — *Merita et abstinentia.*

Sacrae Deo virginitati nuptias coæquare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino vel carnibus nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Joviniani est.

CAP. LXIX. — *Beatam Virginem semper fuisse virginem.*

Integra fide credendum est beatam Mariam Dei Christi matrem, et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. **334** Nec est blasphemia Helvitiæ acquiescentium, qui dixit: Fuit Virgo ante partum, non virgo post partum.

CAP. LXX. — *De elementis mundi.*

Elementa, id est, cœlum et terram non credamus abolenda per ignem, sed in melius commutanda; figuram quoque mundi, id est, imaginem, non substantiam transituram.

CAP. LXXI. — *De facultatibus erogandis.*

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere.

CAP. LXXII. — *Impedimenta clericatus.*

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum. Neque eum qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit. Nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem in matrimonio sumpsit. Neque eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel justo, injusto timore superatus, truncaverit. Neque illum qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusisse dignoscitur. Neque eum qui publica pœnitentia mortalia crimina deflet. Neque illum qui aliquando in furiam versus insanivit, vel afflictione diaboli vexatus est. Nec eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam offert.

CAP. LXXIII. — *De reliquis sanctorum.*

Sanctorum corpora, et præcipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda, et basilicas, eorum nominibus appellatas, velut loca sancta divino cultui mancipata, affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus et Vigilantius creditur.

CAP. LXVI. Alii, vel mali causas percipientibus; et Encraticarum pro Hierachitarum.

CAP. LXXI. *Afflictione;* al., *afflitione.*

CAP. LXXIV. *Contingitur;* al., *tingitur;* et locutorium pro habitaculum.

CAP. LXXV. Alii, aqua mistum, quod post cœnam da-

A CAP. LXXIV. — *De catechumenis defunctis, et martyribus non baptizatis.*

Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Nullum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, exceptio martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet; hoc et in martyri coram persecutore facit qui et confitetur fidem suam, et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel intingitur; et hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum sanctum; hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed Spiritus Patris qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiæ in commemoratione mortis Domini; hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiatur; hic ipsi renuntiat vitæ. Illi peccata omnia dimittuntur; in isto extinxuntur.

CAP. LXXV. — *Qualiter Eucharistia offeratur.*

In Eucharistia non debet pura aqua offerri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine; sed vinum cum aqua mixtum, quia et vinum fuit in redemptio-nis nostræ mysterio, cum dixit: *Non bibam a modo de hoc genimine vitis* (Matth. xxvi, 29); et aqua mixtum, non quod post cœnam dabatur, sed **335** quod de latere ejus lancea perfozzo aqua cum sanguine egressa, vinum de vera ejus carnis vitæ cum aqua expressum ostenditur.

CAP. LXXVI. — *De humanâ carne.*

Bona est caro nostra, et valde bona, ut pôle a bono solo Deo condita, et non est mala, ut volunt Sethianus, et Opbianus, et Patriesianus; nec mali causa, ut docuit Florianus; nec ex malo et bono compacta, ut Manichæus blasphemat. Sed cum sit creatione bona, arbitrio animæ efficitur nobis vel bona, vel mala, non immutatione substantiæ, sed executionis mercede. Ipsa enim est que stabit ante tribunal Christi, in quo perferat anima propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

CAP. LXXVII. — *Resurrecio.*

In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur; sed vir mortuus resurget in forma viri et femina in forma feminæ, carens tamen sexuum in hac vita conditione, non specie naturali, ne non sit vera resurrecio, si non id resurget quod cadit.

CAP. LXXVIII. — *Animæ sanctorum ante passionem Domini.*

Ante passionem Domini omnes animæ sanctorum in inferno sub debito prævaricationis Adæ tenebantur, donec auctoritate Domini per indebitam ejus mortem a servili conditione liberarentur.

D CAP. LXXIX. — *Animæ sanctorum post ascensionem.*

Post ascensionem Domini ad celos omnium sanctorum animæ cum Christo sunt, et exentes de corpore ad Christum vadunt, exspectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integrum et perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur, sicut et peccatorum animæ in inferno sub timore posita exspectant resurrectionem sui corporis, ut cum ioso ad poenam detrudantur æternam.

CAP. LXXX. — *De peccatorum venia.*

Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vitæ spiritu admissorum pœnitentiat, et publica lamentatione peccata prodantur,

batur; sed et de latere ejus, quod lancea perfosum est, aqua egressa vinum de vera... expressum ostendit.

CAP. LXXVI. Florianus; al., Florinus; et in qua pro in quo.

CAP. LXXVII. Alii, carens sexus tamen hujus vita tantum conditione.

quia propositum Dei, quo decrevit salvare quod pterierat, stat immobile; et ideo quia voluntas ejus non mutatur, sive emendatione vitae, si tempus conceditur, sive supplicii confessione, si continuo vita exceditur, venia peccatorum fideliter presumatur ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione poenitendo, et salvatus miseratione Domini vivat (*Ezech. xviii. 32; xxxiii. 11*). Si quis alter de justissima Dei pietate sentit, non Christianus, sed Novatianus est.

#### CAP. LXXXII. — Quod diabolum latet cogitationes.

Internas animae cogitationes diabolum non videre certi sumus; sed motibus eas corporis ab illo et affectionum indicis colligi, experimento dicimus. Secreta autem cordis solus ille novit ad quem dicitur: *Tu solus nosti corda filiorum hominum* (*III Reg. viii. 39*).

#### CAP. LXXXII. — Cogitationes.

**Non omnes male cogitationes nostræ semper diabolici instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt.** Bonæ autem cogitationes semper a Deo sunt.

#### CAP. LXXXIII. — Daemonio occupent homines.

Dæmones per energiam operationem non credimus substantialiter illibati animæ, sed applicatione, et oppressione uniri. Illibati autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui, natura subsistens incorporeus, capabilis est sua faciuntur.

#### 336 CAP. LXXXIV. — De signis et virtutibus.

Signa, et prodigia, et sanitates etiam peccatores

CAP. LXXXVIII. Corpoream animam auctor dicit, ut supra, cap. 12.

A in nomine Domini facere ab ipso Deo fidicimus; et cum alios hac presumptione juvent, sibi per ambitionem humanae gloriae nocent, quia gloriantur in dato falso, non meriti debito.

#### CAP. LXXXV. — Quod nullus signis sanctus fit.

Signis et prodigiis clarum posse fieri Christianum, non tamen sanctum, si intemperatis et asperis moribus agat; temperatis autem et placidis moribus etiam absque signorum efficacia et sanctum, et perfectum, et Dei hominem fieri, recte eredimus.

#### CAP. LXXXVI. — Sancti quoque peccatores.

Nullus sanctus et justus caret peccato; nec tamen ex hoc desinit esse justus, vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ viribus, sed propositi adjumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo veraciter se omnes sancti pronuntiant peccatores, qui in veritate habent quod plangent, et si non reprehensione conscientie, certe mobilitate et mutabilitate prævaricatrix naturæ.

#### CAP. LXXXVII. — Pascha.

Pascha, id est, dominice Resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernalis æquinoctii et quartæ decimæ lunæ perfectionem non potest celebrari, in eodem mense natæ.

#### CAP. LXXXVIII. — Imago Dei anima.

Propter novellos legislatores, qui ideo animam tantum ad imaginem Dei creditam dicunt, ut quia Deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima esse credatur, libere confitemur imagine in æternitate, similitudinem in moribus inventari.

## APPENDIX XIV.

### SENTENTIA DIFFERENTIARUM DE ACTIVA VITA ATQUE CONTEMPLATIVA.

1. Duæ sunt vitae per quas omnes electi ad æternam beatitudinem pervenient, activa, videlicet, et contemplativa. Activa namque vita pertinet ad dilectionem proximi, contemplativa vero ad dilectionem Dei. Utroque enim ita sibi connexa est, ut una sine alia sufficere nequaquam valeat. Quia nec dilectio proximi absque dilectione Dei quidquam prodest, neque dilectio Dei sine dilectione proximi perfectum efficiere valet (Vide *Isidoriana*, c. 85, n. 8).

2. Interim vero in activa plurimi, pauci vero in contemplativa proficiunt. Illi vero perfecti esse nonsuntur, qui intra Ecclesiam tempore discreto de activa vita ad contemplativam ascendere norunt, et de contemplativa ad activam per compassionem fraternalm descendere sciunt.

3. Activa actio, si bene, ut decet, retineatur, seculptoribus suis vitam acquirit æternam. Contemplativa autem non solum vitam, sed et præmium accumulat.

4. Ad activam itaque vitam pertinet honestum conjugium, ad contemplativam vero virginitas atque continentia. Et ideo de conjugio præceptum est; **337** de virginitate vero et continentia, non est præceptum, sed persuasio.

5. Scit est illud in Apostolo, ubi ait: *De virginibus præceptum Domini non habeo, constitutum autem do* (*I Cor. vii. 25*). Et Veritas in Evangelio: *Non omnes, inquit, capiunt verbum istud, sed quibus datum est* (*Math. xix. 11*). Et infra: *Qui potest capere capiat* (*Ibid. 12*).

6. Et per Iesum prophetam Dominus de eunuchis, id est, virginibus, pollicens, ait: *Hæc dicit Dominus eunuchi: Qui custodierint sabbata mea et elegerint quæ volui, et tenuerint sedis meum, dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius*

C a filiis et filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit

(*Isai. lvi. 4, 5*). Ubi enim electi preponit optio, procul dubio conceditur.

7. Ad activam quippe vitam convenit unicuique fidei conjugi propria uti, alienam non concupiscere,

in alteram quamlibet seminar, vivente uxore, corpus

suum non dividere. Ad contemplativam autem per-

tinet conjugium spernere, carnis commitionem re-

fugere, cælibem vitam in hac mortalitate imitari,

filios spirituales non carne, sed verbo et exemplo

generare.

8. Ad activam quippe actionem congruit unicuique fidei intra Ecclesiam propriam substantiam possidere, et eam rationabiliter dispensare; aliena vero non concupiscere, neque diripere, aut fraudare.

Ad contemplativam autem congruit sua omnia funditus relinquere, et absolutum a mundi sollicitudinibus Deo vacare.

9. Ad activam itaque vitam pertinet hoc quod Veritas cuidam adolescenti se interroganti primum proponit dicens: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit ille: Quæ?* Jesus autem dixit: *Non homicidium facies, non adulterabis, non facies fursum, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, et matrem, et diligere proximum tuum sicut te ipsum.*

Ad contemplativam vero expedit hoc, quod illi addidit, dicens: *Si vita perfectus esse, unde, vendi omnia tua, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni, sequere me* (*Math. xix. 17*).

10. Ad contemplativam igitur vitam pertinet hoc quod idem Redemptor noster solus nocte in monte oravat. Ad activam autem quod in die turbis admissus, eis prædicabat, et eorum languidos curabat.

11. Ad contemplativam namque vitam convenit

hoc quod apostolus Paulus de semetipsa et ceteris A perfectis ait: *Sive mente excedimus, Deo. Ad activam vero illud, quod addidit: Sive sobrii sumus, vobis. Choribus enim Christi urget nos (II Cor. v, 13, 14).*

12. Ad contemplativam vitam, per quam unusquisque perfectus potioris virtutes supra fundamento fiduci adiicit, pertinet illud quod idem Apostolus dicit: *Si quis autem adificat supra fundamen- tam hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, si cajus opus mancerit, quod superadificat, mercedem accipiet.* Ad activam vero referuntur hoc quod addidit: *Lignum, fenum, stipulam, id est, terrernam substantiam, et rei familiaris sollicitudinem 388: de qua adiiciens, ait: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse tamen salvo erit; sic tamen quasi per ipsorum (I Cor. viii, 12).*

13. *Salvus, inquit, erit, non tamen mercadem acci- piet, dixit, sicut de illo qui aurum, argentum et lapides preciosos, hoc est, spirituales divitias super- adificat. Ignoramus autem hoc in loco tribulationes vita praesentis; per quas justi prebenantur, accipieadum est.*

14. Ad activam namque vitam pertinet pauperum duram gerere, esurientes pascere, nudos operire, infirmos, vel in carcere positos visitare, hospites colligere, moestos consolari, mortuos sepelire, domesticos carnis sua non negligere, servis Dei obsequi, negotia populi juste discernere, et unicuique jus proprium assignare, oppressis subvenire, imbecillem de manu violenti liberare, viduas ac pupillas tueri, improbis resistere, atque facinorosos per severitatem a malis artibus compescere. Quae omnia et his similia in praesenti vita tantummodo necessaria sunt.

15. Ad theoreticam, id est, contemplativam vitam pertinet praesens saeculum funditus relinquere, et mundi actibus alienum existere, cuncta praesentia mente postponere, intentionem ad coelestia exten- dere, et cuncta que videntur quasi transacta despiceare, cogitationem mentis non in ea quae videntur, sed in illa quae non videntur figere, lectioni vacare, orationi insistere, et in Dei laudibus absque intermissione vigilare.

16. Ille vero, ut supra dictum est, strenue vivit, qui tempore congruo de activa vita ad contemplativa consergente scit, et de contemplativa ad activam descendere (Forte, descendere) novit. De qua activa, id est, simplici actione, si paulum quisipiam ad insinuam declinaverit, contestem ad via libra corruit, quae illius non sursum levant, sed deorsum in barathrum peccatorum demergant.

17. Contemplativam namque vitam significavit spelunca illa interior in qua Abraham Sarah conjungem suam deliciam sepelivit, et ipse humatus quiescit; sicut et omnes electos post excursum vita praesentis, quae activa vitae comparatur, eterna contemplatio suscipit.

18. Activam vero innuit in eadem spelunca pars exterior, per quam transitur ad interiorem. Quia sieut vita mundana activa vita monumetum, ita activae vitae contemplativa sepulcrum est.

19. In illa enim homo, hoc est, in activa subditur omni peccato, sicut dicit Apostolus: *Dicitio proximi malum non operatur. In ista vero, id est, contemplativa, velut mortuus sepelitur ab omnium actione secularium negotiorum.*

20. Ad contemplationis intentionem figuraliter convenit hoc quod Jacob per initientem usque in costum scalam angelos Dei ascendentis vidit; ad actualem vero, quod descendentes. De qua ascensione atque descensione Veritas in Evangelio ait: *Amen dico vobis, quia videbitis celos apertos, et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hu- manum (Jean. i, 51).* Per angelos qui propter Dei sanctos predicatorum, per Filium vero hominis universes fideles Ecclesiam, qui membra sunt Christi, ex- primunt.

21. Actualem quippe vitam; id est, simplicem actionem mystice significant sex anni in quibus nobis lex praecepit agros nostros serere, et vineis 339 culturam adhibere. Superiorem vero, hoc est, contemplativam figurat annus septimus, in quo jubemur a terreno opere cessare, agrum non sereret neque vineam putare.

22. Ut terrain possessionis nostrae sabbatizare Sabbatho sua permittamus, hoc est, qui dudum servivimus mundo, qui in sex diebus factus est, et ejus actibus occupati fuerimus, tandem ad Dei servitium conversi, et a sollicitudine saceruli huius, et mundi oneribus liberi, in Deo sabbatizare, id est, mente quiescere valeamus.

23. Ad activae vitae perseverantiam pertinet hoc, quod animalia illa per quae signantur sancti predicatori in libro Ezechielis prophetae, ibant, et non revertebantur. In eo secundum quod ibant, et reverterebantur, pertinet ad contemplativae vita mensuram; in qua dum quiescebat intendit, sua reverberatus intrinsecus, reflectit, atque iterum renovata intentione ad ea unde descendebat rorsus erigitur. Quod fieri activa vita non potest; de qua si quisque reflectat vel ad modicum, statim viitorum excipitur luxu.

24. Superiorem vitam, id est, intellectualem in- nunt aliae eorumdem animalium, hoc est, sanctorum virorum, per quae ad alta, id est, ad coelestia sublevantur; actualem vero designant manus eorum aliis subter positis ob hoc, quia contemplatio supereminet actioni, actio vero subsequitur contemplationem.

25. Activam igitur vitam mystice figurant sex cubiti in calamo ille, ex quo propheta Ezechiel ovane aditum illud spirituale mensurari consperxit. Contemplativam vero exprimit palmus, qui supra sex cubitos in eadem mensura spirituali additus esse perbibetur.

26. Hoc ideo, quia activa actio praesenti in vita habet perfectionem suam; contemplativa autem hic incipit, sed in futura perficitur; et idecirco non plenum cubitum, sed quasi medium de futura contemplatione praesenti in vita attingit.

27. Activam vitam mystice significavit Lia exor Jacob, quae licet fecunda foret in prole, tamen lippe erat oculis, quia actualis actio, quamvis in bonis operibus plurimos filios generet, tamen pro sollicitudine sociorum bujus ex qua Dei sente clare ocurrente non valeret.

28. Contemplativam vero vitam significavit Rachel, quae sterilis in filiis suis esse perhibetur, sed tamen pura facie, quia contemplativa vita, in quantum a mundi actibus libera, tantum in Dei contemplatione perspicua sit. Quam comparisonem et de Phenena et Anna, et de Maria et Martha, strenue conjectere potest.

29. Scendum vero est quod omnis conversus ad Deum, prius per activam vitam, hoc est, simplicem actionem, exhauste debet pristina vita, quae se illi in via Dei opponunt, et sic denum ad contemplationem surgere; qualiter defecatus ab omni fave pecaminum, in mundo corde, et iusto corpore, ea quae Dei sunt libere valent speculari.

30. Nam qui per simplicem actionem ad bene operandum needem idoneus est, nequaquam se ad contemplationem extendere debet, ne forte 340 dum indiscretio inchoare appetit quod perseverare non valat, lapsus defierat, et ea quae remuniat rursus repeatat, et hanc novissima pejora prioribus.

31. Hoc quippe significat quod Veritas universis initios mentis ab hac intentione subiugiter compescit, ait: *Quod si vultus tuus dexter scandalizat te, per quem signatur vita contemplativa, erit cum, et profice ubi te (Math. v, 29).* Duo quippe reali in facie, activa vita, et contemplativa in nomine.

32. Qui igitur per contemplationem doleret errorem, metu est, si, evitare contemplationis crux, servet sibi animi vita actualis obtutum, ut sit utilis illi per simplicem actionem ire ad vitam, quam per

contemplationis errorem mitti in gehennam inexstinet. A reat, et cæteris se sequentibus exemplum perditionis relinquit.

33. Hoc rursus idem Dominus in eo quem a legione dæmonum curavit ostendit, cum illum se sequi volentem prohibuit, dicens : *Vade in domum tuam, et narra quanta tibi fecerit Deus* (*Matth. ix, 6*) ; hoc mystice exprimens, quia qui multis vitiis adhuc noxiis est, Deum sequi per contemplationem non potest.

34. Hoc etiam lex figuraliter præcipit, cum dicit : *Si quis ædificavit domum novam et non dedicavit eam, vadat, et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo dedicet eam. Quis est homo qui plantavit vineam, et nescium fecit eam esse communem, ex qua vesci possit? Vadat, et revertatur in domum suam* (*Deut. xx, 5*), et cetera.

35. Id est, qui adhuc per simplicem vitam neque se optime regere novit, neque domui suæ præsescit, ad spiritualem malitiam, hoc est, ad sacerdotiale ministerium nequaquam conspirare debebit : ne forte per ignaviam mentis, et vitam reprobam et ipse pe-

B reat, et cæteris se sequentibus exemplum perditionis relinquit.

36. De talibus ait Apostolus : *Qui enim domui sua præesse necit, quomodo Ecclesia Dei diligenter habebit? Non neophytum, ne in superbiam clausum in iudicium incidat diaboli* (*I Tim. iii, 5, 6*).

37. Sciendum vero est quod activa actio ad obtinendam vitam si recte, ut decet, teneatur, abeque contemplativa, id est, abeque rerum remuneratione sibi sufficit, etiam si cuncta quæ habet renuntiare non valcat. Contemplativa autem, quoniam mortaliter vivimus, sine activa se explicare non valet.

38. Nemo quippe tam perfecte in hac vita in Dei contemplatione suspensus vivere potest, ut saltem propter carnis infirmitatem et fraternalm compassionem ad terrenam actionem descendere illi necessarium non sit.

39. Quamobrem activa vita hic habet inchoationem, et finem; contemplativa autem in hac vita incipit, sed in futura percipitur [*Forte, perficitur*]. Et ideo non ante mortem carnis, sed post mortem ad id quod ardenter diligit pervenire potest.

## APPENDIX XV

### NORMA VIVENDI.

**341.** 1. Age, fili, ut oportet, age ut decet, age ut dignum est. Propone tibi ut non pecces, ut culpas tuas non reiteres, post lapsum denuo ne delinquas; bona et mala prout eveniunt tolera; quæcunque eveniunt mente libera sustine; patientia et mansuetudini ante omnia operam des; irrationem despiciendo supera; sagittas contumelias patientia clypeo frange; prepara contra omnem aspectum clypeum patientia; contra lingua gladium tolerantiae præbe scutum, tacendo siquidem melius vices (Vide *Isidoriana*, cap. 82).

2. Disce a Christo modestiam, disce et moderationem, tolerantiamque Christi attende, et non dolebis injurias. Maxima est virtus, si non laeditis a quo laesus fueris, vel etsi laesus permittis. Maxima est virtus, si cuicunque nocere potuisti parcis; quando enim cruciaris propriea, peccata tua præcinctum te; quando minaris, mala tua iter faciunt; quidquid tibi adversi evenit, propter peccata tua tibi evenit. Consideratione igitur justitiae dolorem tempera; melius dolorem portabis, si pro quibus tibi eveniunt intendas.

3. Cum igitur tibi derogatur, ora; cum maledicatur, tunc benedic; maledictioni benedictionem oppone, et irascientem patientia delinire stude; blandimento iracundiam servescientem dispelle; nequitiam bonitate verbi vince; malitiam benignitate, inimicos omnes modestia placa, aliorum mala tua bonitate supera. Tranquila mente illatas contumelias perde, aperi tranquillo corde dolores; vulnus in imo corde, quamvis grave sit, apertum evaporat, valde autem comedit animum inclusum. Quanto enim magis tegis, tanto magis auges; aperi igitur grato animo, et non te excruciet.

4. Si tristaveris in aliquo fratrem tuum, satisfac ei. Si peccaveris in illum, poenitentiam age cum eo. Si offendis aliquem, propitia eum prece, parce velociter, ad reconciliationem offensioni tuae cito veniam postula; non dormites, nisi convertaris ad pacem; non requiescas, nisi reconciliatus fueris fratri tuo. Revoca eum celerrimo dilectionis affectu. Revoca eum humilitate ad gratiam; humilitatis affectu illi te prosterne, et supplici modo veniam deprecare; petenti quoque tibi veniam libenter indulge, et poscenti indulgentiam placatus dimitte.

5. Reverentiam sanctam amplectere, et confessum benigna suscipe charitate; peccanti juste non dimittas, sed culpam sciturus, quia in te est venturum iudicium; non habebis indulgentiam, nisi dederis. Etsi ille non supplicet, sibique humiliter dimitti non postulet, si peccatum suum mala consuetudine non

cognoscat conscientia, tu tamen ex corde relaxa, veniam quoque propria voluntate concede; aufer a corde fraternalm offensam, vel offensionem, et alienæ nequitiae non servito; odium enim a Deo separat, nec sanguine fuso deleter.

6. Pacem ama, pacem dilige, pacem cum omnibus habe et tene, **342** omnesque in mansuetudine et charitate complectere; præpara amplius amare quam ameris ipse; non sis in pace infidus, non sis levis in amicitia, retine semper vinculum constantiae; odientes ad pacem invita.

C 7. Discerne te tuo, non alieno iudicio; nec ex alieno sermone, sed ex tua te mente metire. Nemo melius et magis scire potest quid tu scis quam tu, cum conscientia tui es. Quibus vero prodest, si malus, si bonus prediceris; aut quæ laus hominum pertinet ad te, si alius es quam laudaris? Quapropter vita simulationis, vita hypocrisia, sub obscuriori ueste non simula sanctitatem. Qualis haberi vis, talis esto professione tua et habitu; et in incessu tuo sit simplicitas, et in motu puritas; nihil dedecoris, nihil lascivæ, nihil petulantiae, nihil insolentiae in incessu tuo appareat; gestus enim corporis signum est mentis; non præbeas de te aliis spectaculum, nec aliis obtructandi locum.

D 8. Non te adjungas levibus personis, nec te admisceas vanis; vita malos, cave iniquos, fuge mali gnos, sperne ignaros, fuga a te turbas hominum, maxime illius ætatis qui ad vitia proni sunt. Bonis jungere, et sanctis individue sociare. Si feceris, socius conversationis illius eorum eris et virtutum; periculum enim est pessimis sociari, melius est eorum odium quam consortium.

9. Claude aures, ne audias aliquid impudicum; vanus enim sermo cito polluit mentem, et facile laeditur turpibus, et malis omnibus, agiturque libenter quod auditur. Nemo enim creditur odisse quorum relatione non laeditur; nihil ex ore tuo procedat quo turpescas, vel quod turpe sit; sed hæc erumpant ex ore tuo, et ex labiis, quæ aures non polluant abundantem; sermo enim vanus conscientia vanæ est index. Mores hominis lingua pandit, et qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. Ab otioso sermone compesce linguam, nec inania verba loquaris; sermo enim otiosus non erit sine iudicio. Unusquisque enim redditurus est rationem sermonum suorum, ante uniuscujusque hominis faciem stabunt verba sua. Qui verba mala non reprimit, ad noxia cito transit; et qui minima non respuit, in

maxima valde prorumpit; minorum namque culpa A majorum general.

10. Particulatum crescent vitia, et dum parva non cavemus, in magnis prolabimur; minora itaque de vita, et ad majora non devenies. Ea quae loqueris gravitate atque doctrina existant culta, sitque sermo tuus irreprensibilis, ad exspectationem audientium utilis; stude loqui omnino quodlibet secundum quod oportet; discerne quid loquaris, quid taceas. Intende, et loquere, et loquendo peritus esto. Multum autem delibera quod loqui vis, ne revocare non possis quod dixeris; fuge casus linguae, nec pateat injuria jaculis os tuum. Cum amico semper habeto silentium, vide opportunatatem loquendi, et profundi sermonem, et expendendi. Maneat in ore tuo mensura, in sermone tuo sit statera, absconde et a lingua tua vitium detrahendi, et de alieno malo os tuum non coinquines; quod in alio detrahis, hoc in te potius perfumesce.

11. Quod inter se loquuntur homines, hoc nunquam scire desideres, **343** nec quereras aliquem qui dicat tibi; omittie causam quae ad animam tuam non pertinet, nec oblitus morum tuorum alienos perscruteris; tanto animo corrige vitia tua, quanto studio prospexeris aliena.

12. Omne genus mendacii summopere fuge; non studium loquacium fratrum, nec qualibet fallacia vitam alicujus defendas; nullum mendacium justum, quod a veritate discordat, in quo etiam prohibetur duplex juramentum, assiduitas enim perjurii assuetudinem facit. Fac bonum quod spondisti, non in verba facilis, sed etiam factis et operibus difficultis: sine consideratione unquam nil facias, vel presumas; quando poteris facere, non policearis facere. Multum Deo reus eris, si non reddideris quod voves; in malis autem promissis rescinde fidem. Non est promissio quae dolore adimpleatur.

13. Si vis tuas adimplere virtutes, prodere noli; occulta virtutes pro elatione; absconde bona facta pro arrogantia; fuge videri quod esse meruisti; qui manifestando poteras amittere, tacendo custodi. Virtus vero cordis tui revela, pravas cogitationes manifesta illico, peccatum enim revelatum cito curatur, simulata culpa crescit. Si patet vitium, ex magno fit pusillum; si latet peccatum, ex minimo fit maximum. Melius est autem ut vites vitium quam ut emendes, ne forte cum incurris, pessima consuetudine revocare non possis. Consuetudinis vincula vix solvuntur, et inolita diu tardius corriguntur.

14. Incipientem diu delibera sententiam, et quod vis diu agere, diu exquire, proba, et age; nil enim in agendo præcipiti consilio, sed mora melius est. In rebus autem bonis tarditas removeatur; in bonis enim dilatio nocet, et quod expedit differre impedit. In bonis absit remissa segnitas, absit negligentia, carnis vita cito captant inertes; per torporem enim vires et ingenium deflunt, et desidia natura corruptitur; hebetudo scientiae lumen extinguit, solertia autem meliorem reddit; ardentius fit ingenium sub juncto studio, et tardiora ingenia studiis acununtur. Torporem naturæ industria excitat, spiritus tarditatem assiduitas acuit. Expergescit perlicit spiritum, expergescit plus scitur, saepè namque consuetudinem superat, saepè ex consuetudine natura est effectus; assiduitas enim mores facit, jugis usus in naturam se vertit, quod cum difficultate per usum sine difficultate perficies.

15. Disc quod nescis, ne doctor inutilis inveniaris; bonum autem quod dicteris doce; sapientiam cum cæteris impertieris, tibi banc auges, sapientia exinde longior fit; retinendus minor est, et dum plus conferatur, abundat. Verba tua cum præcedunt opus, quæ ore promis, quæ ore promitti, opere adimplere; quæ verbis doces, executione exhibe et ostende. Esto non solum magister, sed imitator virtutum. Si doces, et facis, tunc glorus eris. Non enim satis est laudare quod dixeris, nisi dictis facta comnisceas.

A In doctrina tui ipsius ad numana te laude tempora; sic instrue alios, ut te ipsum custodias, sic doce, ut humilitatis gratiam non amittas.

16. Cave, ne, dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitione derogeris. **344** Cum autem instruis eos, obscuritate noli uti, sed ita dic ut intelligaris, ne loquendo simplicibus displices, ne prudentes offendas; juxta spiritum audientium erit sermo doctrinæ. Secundum mores incipienda est doctrina; iuxta vulnus adhibenda sunt remedia, variae enim voluntates diversam disciplinam desiderant. Unusquisque igitur secundum suam professionem est docendus. Inspicienda est utilitas personarum, et unumquemque taliter in erudiendo traxi. Committe omnibus secreta professionis tua, loquere aperte.

17. Cunctis operata paucis annuntia; ne erubescas loqui quod nosti defendere; et quod tibi scientiae sentis deesse, ab aliis quære; querendo enim obiecta clarescant, et difficilia conferendo aperiuntur. B Nulla sit tibi curiositas sciendi latentia, nec ultra quam scriptum erit quæras scientiam. Non cupias quod scire non licet. In disputatione non contradicas iustitiae; nee contendas evanescere quod rectum est; in omni disputatione rectum tene, et plus diligere audi, in fine loquere. In omni re finis attendatur, extrema querantur, meliorque est sermo novissimus quam primus.

18. Venerare omnes scientia et vita meliores, et unumquemque pro suo merito sanctitatis potiori gradui competentem reverentiam tribue, nec te aqualem sanctiori exhibeas. Senioribus præsta obedientiam, et eorum senio obsequio obedi. Cunctis in preceptis sic obtempera, ut obtemperando hominum votis Deum non offendas. Malum virus facere, non consuecas, nec adhuc si poenæ immineant, peccanti cuiquam non aquiescas; melius namque est pati mortem quam perniciosa mala adimplere. Non solum quippe factorum, sed conscientis peccati tenetur obnoxius; neque immunis est a scelere qui, ut faceret male, obedivit. Similis est qui obtemperat malo ei qui facit malum; faciente et obsequente pari pena constringe.

19. A subditis magis venerari quam timeri stude, ut tibi plus dilectionis officio quam contradictionis necessitate adhærent. Subjecti te plus reverentur quam timeant; ex reverentia enim amor procedit, et odium tremor consert; fidem metus tollit, affectus restituit; timor non servat diuturnam fidem; ubi timor audet, eum sequitur robur; ubi timor, audacia sequitur; et ubi metus, desperatio occurrit. Quapropter tempora oris sementem, summaque bonitate subditos convenit regere; non sis terribilis in subjectis, sed sic dominare, ut tibi delectent servire.

20. Tene modum in omni tempore, ut nihil intemperatum agas, nec minus, nec ultra quam oportet, nec in bonis nisi moderatus esse non debes. Omnia enim medicamenta utilia sunt, et cum tempore omnia fiunt utilia; recta enim immoderato usu corrumpuntur, omnis nimietas in vitio est; prospice igitur quid aptum sit tibi, et tempori, et ubi, quando, quare, quandiu facere debeatur; causas rerum et tempora inspicere, et singulorum operum discretiones diligenter distingue.

D 21. Dignosce omnia que agis, quare bonum inclinas, quare peragas; in omni operatione discretionem tene, nec in aliquo indiscretus sis. **345** Cum benediscereveris opus tuum, multa sunt consuetudine virtutia, multa prævo usu presumpta, et multa contra pudicos mores usurpata; tunc minime consuetudinem serva et legem, usus auctoritati cedat, pravum usum lex et ratio vincant. Testimonio tuo nulli nocteas, nec ad alicujus periculum vocem testificationis adhibeas. Sermo tuus nec animam cuiusquam, nec res impediatur, nullum contra veritatem defendas.

22. Cum judicas, ne ullius personæ affectu deflectaris, a viro paupere, aut a divite, causam prospice, non personam. Sperne munus, ne per hoc jus-

sita corrumpatur; munera enim semper veritatem prævaricant, et cito a viro violatur iustitia. De justo judicio temporalia luca non appetas, pro iustitia nullum tibi præmium queras dum judicas, pro futuro serva mercodem, nec quæras in terra reperiendi quod tibi in futuro debetur. Excute manus tuas ab omni munere, si in ecclæsia velis habiliare; in judicio quoque sine misericordia sedeas. Custodi iustitiam discretio[n]is, et noli plus justus esse quam oportet. Unus enim quod nimis est vitium est.

23. Inopia iustitia est fragilitati humanae nos ignoscere; non igitur animos dominare, sed emendare potius quam corriger. Tene rigorem in discretione iustitiae, judicii examen sequuntur pietas, discipline rigorem temperet indulgentia, ita clemens esto in alienis delictis, stetis in tuis, nec quemquam districtius judices quam sicut te ipsum. Sic alios judica, ut te judicari cupis; dum enim indulges aliena peccata, tibi miseris; judicium quod aliis imponis ipse portabis. In eo enim in quo judicas es judicandus; in qua mensura mensus fueris, remenetur tibi.

24. Omnia quæ inquisieris cum iustitia defensionis, nonquam judicies suspicionis arbitrio; ante proba, tene judicia; non enim qui accusatur, sed criminator rons est; periculum est aliquid præsumptu[m]e judicare. In ambiguis de judicio serva sententiam. Qui nosti tua, quando nescis, divino serva iudicie; non nitaris damnare iudicio humano quod Deus suo examini servat; incerta non judicemus, quoadusque revisimæ veniat Dominus, qui latenter producit in lucero. Quamvis enim non credenda sunt, ideo temer dimittentur, nisi quæ certis indicis approbantur, et non quæ manifesto examini committuntur, et non quæ ordine judiciario comprobantur.

25. In summo honore tibi suprema sit veritas; quamvis sublimis sis potestatis, in te celsitudinem reprime; non te extollet honor, sed praesideat humilitas culmen sublimitatis. Tanto este majori humiliitate conspicuus, quanto es magna dignitate praecellens. Impositas tibi curas humiliiter expie, et traditum tibi ministerium mente subdita suscipe. Eato obediens divinae dispositioni, et voluntati ejus contrarie non audias. Jura potestatis adeptas moderanter exerce, et omnia non turbulent, sed tranquillo corde disponere. Cave honores, quos sine causa tenere non pote-

ris. Sublimitas enim honorum magnitudo seculorum, in majori gradu sine dubio poena magior.

26. Si vis esse quietum, nihil sancti appetas. Semper quietem amentis habebis, si a te caru[m] pacem ab alijs, semperque quiete eterna fruies, 346 si te a surepita terrenarum rerum abstreras. Abi[re] a te quidquid bonum propositionem impedit petritis, et loquo animo odies dicens quæ diligis mundus. Quidquid habebes, habebis ad misericordiam. Sudor agitur virtus tua in operibus. Non eliges pau[m] misericordie, ne forte præterea illum qui mereatur accipere. Omnia tua, ne forte cui non dederis ipse p[ro] Christo; et cui largiris, eum bilaritate largiri; et quidquid tribuis, cum affectu tribue; tribue misericordiam sine discrimina-tione, præbue eleemosynæ sine tedia.

27. Major autem sit benevolencia quam quod datur. Major sit gratia quam quod impenditur; tale enixa erit opus tenui: qualem fuerit quantum tua. Qued enim affectu bono dispensatur, benevolentia Dei; qui autem cum tanta dat, pendit merordem suam. Qui cum tristitia manus porrigit, fruenter abutitur deu[n]derationis; non est misericordia, sed animi est benevolentia. De tuis justis laboribus misericordia pauperibus. Non auferas nisi unde trahas altera. Nihil prouides si alium inde relicta unde alium inquinis facias. Convenient universo iusta, nos paup[er]is. Nonnum quod facis misericordia causa, non jactanias, facias; ut præceptor temporalis in opinione, nihil prouideris superflui, sed propriæ virtutis eternæ et beati charitatem. Quidquid agis, pro futura mercordie age, et omnia remunerationis expectatio te repeat. Atque quidquid ageris causa gloriae, hoc est facti tui.

28. Si dederis ita, ut hominibus iaceant, non homini, sed proprio personæ præceptisti, nec quod ad eternos, sed quod ad hujus [Festu, hujus v[erbi] gloriæ] præcepti. Hicce acceptissi modica, data est tibi norma vivendi; nulla te ignoramus exceptas, nulla es Jam vita neglegis, non es imprudentis, non ignorans, legem quam debes sequi, dispositus quibus esse debes, descripsi. Cognovimus inanitatem hujus, Jam scis quid est recte vivere, vnde non ultra officia, vnde non quod recipis legendi contentiones vivere. Bonum scire, acceptum rectum, et impie sperare quod didicisti præceptum. Vida dilectiora ne bonum quod acceptasti despicias. Amen.

## APPENDIX XVI.

### EXHORTATIO POENITENDI CUM CONSOLATIONE ET MISERICORDIA DEI,

#### AD ANIMAM FUTURA JUDICIA FORMIDANTEM A.

Cur fluctuas, anima, moerorum quassata procella?  
Usquequo multimoda cogitatione turbaris?  
Mens confusa tardiis, itineris devia carpens,  
Tramites caliginis subducta luce percurrit.  
5 Non ablatis res, cellulas mundi faciesque suspires,  
Nec casus honoris, sed iuinas anime plora.  
Non haec defunctoria doleas exitia carnis;  
Sed per severantia Tartari tormenta formida.  
Nec ærumnas carceris abigas, quibus sine carcere;  
10 Sed juges Averni miseras prospectas evita,  
347 Quæ hic redimi facti compendio pos-

[sunt,  
Si mundi affectus in amorem Christi conver-

[tas,  
Et te non negligas ab iniuitate privare.  
Cuncta peccata a corde divisa propellis,  
15 Res iniquas penitus remove, saltēisque percus-

[sus,  
Abhorre, ut sinceritate ruit vel sero reniteas.  
Abfecit te mundus percussitque, rescriptis,  
[derisit,

Quare non consideras quid a te Christum ex-

[quiris.

26 Non humana manu talia te perpuli putes,

sed huc provenientes divino iudice credo.

Irritasti conuictu[m] te mortuum offensa delicti,  
Qui te flagris angusta corrigit, cuercet, af-

[figit,

Flagelli impendit mox, si errata cognoscas  
Et agnita positis corrigas, dissiplinas, censu-

[das.

25 Hoc sentire debes, quod instanti verbera pul-

[santia,

Ut benevolus a malo segregatus existas.

Ei perniciosa respuens, innoxia quæcas,

Vult contritionis nunc te examinare campio,

Quo confutatis primis vijacent sorores amissas.

26 Cor ergo per quæcumque diffimile. Ponit vacua

[corris]

Ad calcem examinis sensu[rum] te collige gressus.

Discute cor tuum, caminus interrogat spem[rum].

Quid iudiciorum retinet, vel gessit, exponat.

\* Vide Isidoriana, c. 81. n. 19 et seqq.

quid savum, quid nexum concepit, vel operit, A  
 35 Et dum est licentia, totum prædamnamare festina.  
*Ecco perpetra cuncta ceram oculis constant,*  
*Et secreto murmure mens universa proponit.*  
*Quid admissa crimina nisi lamenta requirunt?*  
*Quid vult facti vulnus, nisi maluginata fletus?*  
 40 Nullum seclus atter nisi poenitendo  
*Expiatur, imo puniendo, ne sit iam ultra,*  
*Detetur. Ergo si ruisse nequiter vivendo*  
*Dispicet, surge decenter. Melius agendo pœ-*  
*[curre*  
*Judicem futurum, timens perdentem iniquos.*  
 45 Hunc post sacrum crimina opere justitia placat.  
*Atros ignes inferi, quod est mors secunda, pa-*  
*[vesce;*  
*Sed admissa poenitens puni peccata, et vives.*  
*In hac vita lacrymatis extingue Tartari flam-*  
*[mas;*  
*Et necando crimina vires evacua moris.*  
 50 Mors illic non repetit quos hic viventes amittit,  
*Nam qui se peccato dirimunt, justitia jungit;*  
*Et spiritus vite obsequens mandauit custodit,*  
*Peccata repudians mortu servire contineat.*  
*Ultra jam non moritur, nec mors dominabitur*  
*[illi;*  
 55 Neque eum Tartaram excipiet in morte, sed  
*[celum,*  
**348** Nullatenus dubites in hoc, nec unquam  
*[diffidias;*  
*Nam sic protestanda divina dicta deceruent;*  
*Ad regnum profectio transierunt cum Christo*  
*[victuri,*  
*Qui poenituisse mala perpetrata probantur.*  
 60 Nulla te res dubium de misericordia reddat.  
*Nam parcere Deus promptus est clementer in-*  
*[dignis,*  
*Atque poenitentibus veniam libenter donare.*  
*Tantum si poeniteas, neç jam poenitenda com-*  
*[mittas;*  
*Et ob hoc irrisor atque subsannator vocatus,*  
 65 Vertas poenitentiam in punitionem perici.  
*Labor sine fructu est, et spes vanissima valde,*  
*Sic peccata plangere, ut non desinatur pec-*  
*[care.*  
*Quasi quis instructa destruat, diruta reformet,*  
*Si quod lavat hodie, polluat et sordidet cras;*  
 70 Sic enim non lotus habetur, sed semper im-  
*[mundus.*  
*Nec capit hujusmodi veniam, sed provocat*  
*[iram,*  
*Quoniam non diluit, sed dilatatum criminum gesta.*  
*Tu denique cautius talium exempla declinans,*  
*Et jam peccasse poenitere, et jam peccare de-*  
*[siste.*  
 75 Dissipa præteritas lacrymarum opere culpas.  
*Da eleemosynam, si habes, redime probra,*  
*Et sequi vanissima respue, contemnere cura.*  
*Sit jam abdicabile, sit abominabile semper pec-*  
*[catum,*  
*Quod cœlo distrahit, in infernum deponit.*  
 80 Melius sit regni gloria in morte carpere,  
*Quam regni jacuram sordium horro per-*  
*[ferre.*  
*Conversus ad Dominum post tenebras lucem*  
*[arripe,*  
*Amplexensque vitam mortalia facta relinque.*  
*Confiteare illi, cumpungere, plangito, roga,*  
*Dic: Peccavi nimium, parce, miserere, pro-*  
*[clama.*  
 85 Curva cordis genua, prostratus corpore in ter-  
*[ram.*  
*Obsecra assidue, profusis lacrymis ora,*  
*Lenias ut humilis, quem exasperasti superbus.*

Vide Isidoriana, oct. cit.

Nam Dei clementiam humiles et flentes acqui-

[rat,

Non ridentes impetrant, neque contumaces ex-

[orant.

90 Certo te poeniteat perperam quæcumque ges-

[sisisti,

Ut odiens horreas quidquid indecenter amabas,

Quod pudore congruo rubor verecundus asper-

[uit,

Rite demum veniam lacrymarum prece requi-

[ras.

His namque fomentis animæ peccata medetur.

95 Et omnia vulnera priscam sanitatem receptant.

Sic namque divinum sedes cito furorem;

Sic profectio capies quidquid lacrymando depo-

[scis;

Sic denique poteris evadere quidquid.

Claudit, obligat, officit, affigit, obumbrat,

**349** Et ad Dei gratiam hec modo redire gau-

[debis.

Quamvis sis peccator impius, malignus, ini-

[quus,

Criminis omni genere contagioque pollutus,

Pete a Deo veniam, hesitans nequaquam in

[tide,

Qui omni peccamine cunctos poenitentes expur-

[gat.

105 Omne dimittit facinus vera poenitudo delicti,

Nec est crimen ullum quod nequaquam lacrymæ

[tergant.

Quamvis de justitia terreat judicii dies,

Nunc misericordia certa poenitudo potitur.

Delinquenteum Deus de præterito damnat,

110 Si bonus ex malo fuerit extremo reperitus,

Ut dicitur impio, si impie latet relinquit,

Opera justitiae faciat, extremo conversus,

Impie latet illius omnis oblitera demetur,

Mortuus sublatuæ æterna per sæcula vivet.

**C** 115 Sic denique Paulus fidelis ex infido factus

Cunctis caret criminibus, quæ impie gesserat

[olim.

Sic ex publicano venit evangelista Matthæus.

Sicque Cyprianus ex mago sacerdos et martyris.

Sic et Augustinus ardenter carnis amator,

120 Fit ex Manichæo mundi probatus magister <sup>a</sup>.

Sic et Ninivitæ impia, obsecra, nefanda de-

[fentes

Flagitia, vitam poenitendo mereptur.

Manasses, qui idolis templum repleverat Dei,

Et de cœlo pridem datam profanaverat legem,

125 Post, amissio regno, captivus, ei ferreis vinculis

[multis

Ligatus, Dominum poenitentia placans, regno

Restitutus est, nebris culpisque solutus.

Sic David stupri culpam homicidiisque redemit.

Et Achaz similiter coditus pendente evasit

[iram.

130 De quo coninus dixerat ulcisci Deus.

Petrus fide lapsus, rursus poenitendo resurgit.

Sic et Evangelii meritorum, ac publicanus

Parvis fusis lacrymis, multo se piacula mun-

[dant.

Et plurimi alii, quos olim Scriptura decla-

[rant

135 Post crimina cœlibes factos poenitidine viros.

Sic et contra polum habentes ad sarcara ca-

[dunt,

Qui bona priora malum appetendo relinquunt.

Ut dicitur justo, si ab iniuriant

Egressus iniquus existiter, justitia omnipotens

140 Eius deperat, et ipse morte damnatur <sup>b</sup>.

Sic Judas olim subito malignus effectus,

Omne bonum perdidit, quod dudum beatè per-

[egit.

► Fortasse oiquid deest.

- A

Sic et Salomoni nihil imputatur bono  
Quod antea gesit, sed **extremo malo** **damna-**  
**[tur.]**

**145 350** In qua voluntate postremo quispiam vel  
**[actu]**  
Fuerit inventus, in hac Judicandus erit, sicut  
De hoc ipso Dominus locutus est dicens :  
In quo te invenero in hoc te judicabo.  
Et si credis amplius, hos ipsos diligit Deus,

**150** Qui post pravitates esse rectiores student,  
Ac sic se post **vitia** **virtutibus magnis exer-**  
**[cent,**  
Quam qui mala gravia nunquam perpetrasse  
**[noscuntur,**  
Et bona præcipue torpentes agere piget.  
Sicut quispiam dominus illum magis servum

**155** Amplexitur, qui post **damna** potiora <sup>a</sup> **lucra**  
**[reportat,**  
Quam qui nihil perdidit, et nihil augmenti fe-  
**[cit.]**  
Sic imperator illum magis militem amat,  
Qui, post fugam remeans, hostem persequendo  
**[prosternit,**

<sup>a</sup> Editio, *damna quædam poliora.*

- Quam qui nunquam fugit, et nil unquam fortiter  
fecit,  
160 Sic agricola illam terram plus amat, quæ uberes  
illi  
Post spinas afferit fruges, quam quæ spinas b  
nunquam nutritivit,  
Et fertilem messem nunquam aliquando pro-  
duxit.  
Non desperes veniam, sed potius spera salu-  
tem,  
Si facturus optima, pessima damnare decernas.  
165 Corrigere delictum, muta mores, renova vitam,  
Et nulla te plecti dolebis postea poena.  
Non erit in crimen, quem paenitet ante suisce;  
Nec dicetur impius, qui fuerit denuo pius.  
Sequentia vero carmina constructa lamentis  
170 Suspirando lectita nonnunquam plorando de-  
lanta.  
Nam potest Dominus transferre in gaudium lu-  
ctum,  
Et adversa omnia in prosperitatem mutare.  
Quem æternis laudibus glorificant in celo cœli,  
Et summis honoribus cultores efferunt mundi.  
Amen.

<sup>b</sup> Editio, quam illam, quæ tribulos vel spinas.

## APPENDIX XVII.

## LAMENTUM POENITENTIÆ (a).

- |   |    |   |  |  |
|---|----|---|--|--|
| Audi, Christe, tristem fletum,<br>Amarumque canticum,<br>Quod percusus et contritus<br>Modulatur spiritus ;<br>Cerne lacrymarum fluxus,<br>Et ausculta gemitus.       |    | Annos meos in dolore,<br>Vitam in gemitibus<br>Vilis factus consummavi :<br>Parce mihi, deprecor,<br>Jam non possum sustinere<br>Da dextram, et eripe.              |  | Adhibe, sed non iratus ,<br>Ut sit tolerabile ,<br>Quod me propter mea jubes<br>Perpetui facinora ;<br>Quatenus correpro rursum<br>Sis mitis post verbera. |
| Ad te multum vulneratus 25<br>Vocem fletus elevans<br>Alta de profundo cordis<br>Emitto suspria ,<br>Precibus si forte velis<br>Placatus ignoscere.                   |    | Aggravasti manum plague<br>Super me validius ,<br>Carnem dira flagellorum;<br>Ultione conterens ,<br>Cæde, ferro, sorde, peste,<br>Tenebrarum carcere.              |  | Amarum hoc est, et leve ,<br>Quia pertransibile ,<br>Sed amarius, et grave ,<br>Quod irrevocabile ,<br>Quo penarum non est finis ,<br>Nec dolori requies.  |
| 5<br>Alleva calamitatis<br>Importunæ pondera ,<br>Quæ me diutius premit ,<br>Et elidit impie ,<br>Nec discedit, ut resumam<br>Vita respiraculum.                      |    | Auges tempora pressuræ ,<br>Luctus addis onera ,<br>Differens afflito valde<br>Dare mihi requiem ,<br>30<br>Contra quod grates repedo ,<br>Non resultans murmuero . |  | Ardens illic urit flamma<br>Damnatorum corpora ,<br>Ultra redditum non sperat ,<br>Quem illa suscepit ,<br>Cujus pavore tabesco<br>Liquesco formidine.     |
| 10<br>Ablato consolatore ,<br>Quadro clausus lapide ,<br>351 Gemnolugens, et suspiro ,<br>Miserere, clamitans ,<br>Pulso rogans tota die ,<br>Sed tu semper dilatas . |    | Abes (b), dico , veritatem ,<br>Ut occidas impium ;<br>Sed rogo, post disciplinam<br>Da placatus veniam ,<br>Quia non mortem iniqui ,<br>Sed vitam desideras .      |  | Arbitri, et testis æquus<br>Ipse dum adveneris<br>Justam reddere mercedem<br>Singulorum meritis ,<br>Quo me salvare decernas ,<br>Opus non invenies.       |
| 15<br>Ad juventutis delictum ,<br>Et ad ignorantiae ,<br>Non me teneas, exoro :<br>Sed misericorditer<br>Prætermissum hoc dispone<br>Jam indigno parcero .            |    | Accuso me, non excuso ,<br>Laudans te, quod mitis es ,<br>Juxta modum delictorum<br>Parva datur ultio ,<br>Hæc, et ampliora, clamo ,<br>352 Dignus sum excipere .   |  | 55<br>A Deo dictuum cernens<br>Examen judicii ,<br>Duco vitam in moerore<br>Jugiter et gemitu ,<br>Justum judicem visurus<br>Jam pavesco territus .        |
| 20<br>Ab antiqua pietate<br>Ne declines, obsecro :<br>Nam justitiae rigorem<br>Si me sequi jubetas ,<br>Mille sum debitor pœnis ,<br>Mille dignus moribus .           |    | Ad remedium malorum<br>Æterni judicii ,<br>Satius nunc [est] flagello<br>Temporali percuti ,<br>Quam perennibus futuro<br>Dari cruciatibus .                        |  | Amarus et pavidus tunc<br>Vultus tuus impiis ,<br>Per quem nullus impunitus<br>Erit habens crimina<br>Nisi qui lacrymis illa<br>Nunc vivens absterserit .  |
| 25<br>Aspice jam, Deus clemens ,<br>Ærumnas quas tolero ,<br>Remove contritiones ,<br>Et flagella prohibe :<br>Ne me, precor, indignatus<br>Opprimas, et conteras .   | 40 | Adhibe, si placet, adhuc<br>Tormentorum stimulos ,<br>Quibus defluant veterna ,<br>Putridaque crimina :<br>Salus tantum, vita denum<br>Subsequatur morbidum .       |  | A tranquillitate tua<br>Tu nunquam mutaberis ,<br>Sed mitis parebis justis ,<br>Terribilis impiis ,<br>Quos habuerit de culpa<br>Reos conscientia;         |

<sup>a</sup> Vide Isidoriana, c. 81, n. 25 et seq.

**b** Abes pro habes.

Ab iniquis justos omnes  
Segregans velociter,  
Pones hædos ad sinistram ,  
Et agnos ad dexteram .  
Hos æternæ luci dabis,  
Illos autem tenebris.  
Ab ira furor tui  
Quis non conturbabitur ?  
Quæ a nulla creatura  
Cohiberi poterit,  
Cum peremeris iniquos  
Oris tui gladio.  
70 Ampulans verbo, non ferro,  
Cervices peccantium ,  
Tu perdes in tempestate  
Festinantes impios ,  
Vitæ sempiternæ justis  
Collaturus præmia.  
Accipite, dicet illis,  
Regnum paratum est vobis  
Pro fructibus justitiae,  
Et misericordie ,  
75 His, et illis, quæ fecistis,  
Cuncta tu testificans.  
Astabunt ante tribunal  
Tuum omnes animæ,  
Quidquid gesserint in carne \*  
Narrantes ad singula ,  
Quid tam pro nefandis miser  
Criminibus respondeam ?  
Assertio phalerata  
Justum nullum faciet ;  
Actus boni tantum facta,  
Non verba, recipies,  
Data singulis talenta  
Cum usuris expetens.  
80 Abacis et refutatis  
Excusationibus,  
En homo tantum dicetur ,  
Et opera illius ,  
Quæ præcerneas, ut meretur,  
Confestim recipiet.  
85 Arcana tunc secretorum  
Omnis conscientia  
Sic lustrabis, velut vultus  
Cernitur in speculo,  
Heu mihi ! qui parebo ,  
Pejor omni pessimo ?  
Ad personam non converges  
Visum, sed ad merita ;  
Nec natalibus insignem ,  
Sublimem prudenteria  
90 Facies tibi consortem ,  
Sed insontem opere.  
Abominabilis erit  
Cor. in te iniquitas,  
Nullus enim immundorum  
Tibi sociabitur,  
Quomodo tunc fetens hircus  
Mundis jungar ovibus ?  
Ante te justi nec erit  
Secura justitia ,  
95 Quam si districte perquiras,  
Et ipsa peccatum est,  
Qui si justo nisi parcas,  
Væ pericitabitur.  
Arguens in veritate  
Decernes judicium,  
Et in æquitate tua  
Justus vix salvabitur.  
Ubi tunc ego parebo  
Peccator et impius ?

100 Annalibus reseratis,  
Nudabuntur publice  
253 Omnium hominum facta,  
Cogitatus inppii,  
In statera tu librabit  
Omnia in pondere.  
Appenso bono, vel malo ,  
Pars hæc operarium  
Vindicabit, quam momenti  
Lance declinaverit,  
105 Quid agam, si pondus mali  
Me lava jactaverit?  
A justitia divertiri  
Nullo modo poteris ,  
Nec personam acceptabis,  
Nec ullius munera ;  
Sed reddes unicuique  
Juxta sua opera.  
Aspiciunt mali justos,  
Cum beatitudinem  
Gloriae promerentur \*,  
Et dolebunt acriter,  
Quod non vixerint sic juste,  
Ut sic essent liberi.  
A dolore in dolorem  
Nequorem transient ,  
Cum Abite, maledicti ,  
Illi ipse dixerit  
110 In ignem qui est paratus  
Vobis et diabolo,  
A requie beatorum  
Vita, vel consorio ,  
Se sublatos intuentes,  
Junctosque diabolo ,  
Ut æternis cum eodem  
Dentur cruciatibus.  
Allevabunt ululatum ,  
Et rugitum immanem ,  
Planctum magnum facientes  
Amarum, et validum ,  
Quale nunquam fuit factum ,  
Neque dictum, vel visum.  
115 Ab gentem gens, vir ad virum  
Pectora percussent ,  
Tribus ad tribum, et regnum  
Contra regnum ferient ,  
Viri denique seorsum ,  
Et seorsum feminæ.  
Angeli tunc copulabunt  
Scelere consimiles ,  
Quos cursim præcipitantes  
Dabunt flaminis inferi ,  
Ut par poena semper urat  
Quos par culpa sociat.  
120 Illebunt vita præcisi ,  
Sublatique gaudio ,  
Quo perennis erit luctus ,  
Dolorque perseverans ,  
Et consolacio nulla ,  
Nec unquam reversio.  
A te quisquam non revolvet  
Prolatum judicium ,  
Nec ab illo quem tu ipse  
Judicans perdidis ,  
Ultione sempiterna  
Pravos omnes puniens.  
125 A Deo prærogativa  
Mitto precium commoda  
130 Fundens lacrymas, dum vivo ,  
Rogans, dum intelligo ,  
Ne me iuxta mala mea  
Condemnandum censeas.

Aspera sun., quæ peregi ,  
Aerba, et gravia ;  
Propter quæ si persequi  
Me ju-te decreveris ,  
Morti deb tor <sup>d</sup>, et poena  
Novi, quod reperies.  
140 Ad iniquitatem meam  
Si convertas oculos ,  
Facto, poena quæ condignum \*  
Neminem reperies ,  
Cum quo me cremandum putas ,  
Comprehendendum censeas.  
Ad delictorum mensuram ,  
Criminumque copiam ,  
Ipse poena Tartarorum  
Vix credo sufficient ,  
145 Dum nec talia, nec tanta  
Quis iniquus fecerit.  
Anxius ob hoc suspiro ,  
Quod impie gesserim ,  
354 Pessimorum peccatorum  
Sauciis sum vulnere ,  
Difficile tantis malis  
Esse salvus arbitror.  
Arctor undique pressuris ,  
Comprimor angustis ,  
150 Fluctuat mens in moerore ,  
Cor natat in lacrymis ,  
Nec ulla timore multo  
Requies est animi.  
Arvi, polique, marisque  
Non turbabor <sup>f</sup> sinibus ,  
Quin et hæc ignis ardore  
Resoluta defluerit.  
Ubi me miser abscondam ?  
Quo ante te fugiam ?  
155 Ab immensitate tua  
Mundi gyrus clauditur ?  
Cœlum terramque tu reptes \*,  
Et sine te nihil est ;  
Qui placatum te non habet ,  
Iratum quo fugiet ?  
Agitur mens ægra passim ,  
Diversa considerans ,  
Nec eluet evadendi  
Uspiam effugium ,  
160 Sed abs te, Domine, fuga ,  
Et ad te reversio.  
Arma sumens poenitentis  
Saccum, et citium ,  
Pulso pietatis aures  
Viscera clementiae ,  
Verba flitus et doloris  
Ingerens cum lacrymis .  
Audi preces, et placare ,  
Mens quas ægra parturit ,  
165 Consideransque dolores  
Impende malagnata ,  
Quia tua sum factura  
Tua que plasmatio.  
Adhibe, precor, medelam ,  
Pessimis vulneribus ,  
Proluentia præstringens  
Vitiorum u'cera ,  
Corrupta redintegrando  
Sanitate perpeti.  
170 Ausc me de luto facis  
Peccatorum omnium ;  
Emundare non conteinas ,  
Antequam discutias ;  
Et nou ero tunc immundus ,  
Si me nunc piaveris.

\* Editio, gesserit in carne.

† Forte, Etsi justus.

‡ Forte, mererint.

¶ Forte, si persequi me justus tu decreveris, Morti

debitum

• Forte, pænaque condignum.

† Forte, non tutabor.

‡ Forte, in regis

Accipis et peccatores,  
Sed quos nunc justificas,  
Respicis malos, ut Petrum,  
Si deflentes peinent,  
**175** Sicque lapsos ad inferna,  
Revelabis ad aetheria.  
Apud te redemptio est,  
Et misericordia;  
Quam nisi propitiatus  
Parcere decreveris,  
Vix mihi! quod malos omnes  
Præcedam ad victimum.  
Ac per hoc opto misellus,  
Ne suissem genitus:  
**180** Quia et lux ipsa præsens  
Jam mihi tenebris sunt,  
Æternæ damnationis  
Pavendo a pernicie.  
Bonii nihil habiturus,  
Quod malis objiciam,  
Pœnaru[m] metu quassata  
Tremit conscientia,  
Dum formidat infinita  
Subire discrimina.  
**185** Bone Dens, perituro  
Nunc subveni, exoro,  
Nunc et an ira perenni,  
Et a morte libera,  
Ut quem justitia punit  
Tu salves clementia.  
Benigne Pater, ignosce,  
Quod agnoscentis fateor,  
Pronuntio malum meum,  
Non vindicta operio,  
**190** Excipe professionem,  
Et da indulgentiam.  
Bonitatis pietatem  
Multis non merentibus,  
**355** Gratis peccata diuinitens  
Indusisti veniam;  
Non defraudes uni quod tu  
Dedisti quamplurimum.  
Blanditus confessione  
Placaris humilium,  
**195** Ad ignoscendum citius  
Flentis voce flectaris,  
Pœnitentis assuetus  
Consulere lacrymis.  
Brevis non est manus tua,  
Ut præstare nequeas,  
Multi es ad ignoscendum,  
Hinc indulge, clamito,  
**200** Miserere, ne disperdas;  
Parce, ne interimas.  
Bipisci, quo[rum], flagello  
Noli me percutere,  
Suspende pavulum iram,  
Habe patientiam,  
Quia multum ego miser,  
Sed tu plus misericors.  
Conversus ad pietatem,  
Restitue gratiam,  
**205** Vitam cum peccato simul  
Ne velis existinguere,  
Serva benedictionem  
Receptandæ venie.  
Carnem pro peccato suo,  
Quantum placet, attere,  
Plagas enim temporales  
Libenter excipias,  
Precor tantum, ne perenuies  
Indignatus inferas.  
**210** Doloribus hic afflige,  
Mœroribus afflice,

Per flagella modo purga,  
Ne in futuro punias,  
Carissima pena, que deliquit,  
Redimatur anima.  
Decerne clementer pie  
Perditum requirere,  
Mira qui benignitate  
Abiect s' reculigis,  
**215** Et aversos reconvertis;  
Oberrantes corrigit.  
Errasse me diudum plango,  
Pollutus, et prodigus  
Meretricio amore,  
Bona perdens patria,  
Hinc ad te vihi, egenus,  
Et percussus remeo.  
Ego me indignum loco  
Filiorum clamito,  
**220** Quod paternitatis tuæ  
Reuolens admonitor,  
Vagus per quæquam defluxi,  
Cucurri per avia.  
Feci in malum miser ego  
In insipientia,  
Provocavi te ad iram.  
Duris facinoribus,  
Quius digne consternatus,  
Magno luctu conteror.  
**225** Fletibus tamen revertor  
Confido potiens,  
Aufer indignationem  
Culpæ factus inimicorum,  
Et paterna pietate  
Sunne, precor, erroneum<sup>b</sup>.  
Punire si tamen adhuc  
Plagis me judicias,  
Fer me sicut quos diligis,  
Castiga, et argue,  
**230** Sed clementer, ut emendas,  
Non ut interficias.  
Graves ut culpe merentur,  
Non ita desegrias,  
Tempora severitatem,  
Desine percutere,  
Usque ne plaga contritus  
Desperem, et peream.  
Hoc interdum te deposco,  
Ne tentationibus,  
Quibus subinde perverior,  
Violenter obruar,  
Victus ne miser succumbam  
Da, precor, auxilium.  
Heu! dire me tandem, pre-  
[cor],  
Ne permittas decipi,  
**356** Nam sufferre tentamenta  
Demonium non potero,  
Desiderii eorum  
Malitiam refrena.  
**240** Inde te, benigne Deus,  
Accivis efflagito,  
Quantumcumque placare,  
Ut et hic indulges,  
Ne longa pœna subactus  
Miser valde factus sim.  
In dolore sempiterno  
Carnem ne constitutas,  
Ne crudeliter exire  
Competitatur anima.  
**245** Da crucifixibus finem,  
Requiescat spiritus.  
Carpe mores, visita me,  
Imo veni, libera,  
Surge, dicio captivo:

Prodi foras, misero.  
Releva carcere trusum,  
Pande jam absconditum.  
Caput et reliquias artus  
Aqua munda dilue,  
**250** Atque internos squalores  
Purifica gratia,  
Cunctis ut abire sinas  
Defectum feracibus.  
Lugeo confusus mala  
Quæ gessisse memoror,  
Fundu preces, et lamenta,  
Contristatus animo;  
Precor, oblatam ne neges  
Pœnitentiæ veniam.  
**255** Lacrymæ contra peccatum  
Non quidem sufficiunt;  
Sed quod nom valeo parvis  
Expiare fletibus,  
Oro, pietate deinas,  
Abluas clementia.  
Miseratione tua  
Fac justum ex impiis,  
Fulgidum de tenebroso,  
Nitentem ex horrido,  
**260** Innocentem ex iniquo,  
Viventem ex mortuo.  
Misericatus jam omite  
Noxas mihi criminis,  
Eripiens plasma tuum  
De manu diaboli,  
Memento tigmenti tui,  
Et esto placabilis.  
Manus tua[n]e fecerunt,  
Formaverunt digiti,  
**265** Corpus in ventre materno  
Per membra delineas,  
Tua virtute creatam  
Quo clausisti animam.  
Ne des in ruinam mortis  
Opus tuum, Domine,  
Propter carnale peccatum,  
Quod lamentis elui,  
Possibile prædictisti,  
Atque vas mirabile.  
**270** Nullum perire protestans,  
Quamvis gravi criminis  
Carualliter pollinatur,  
Si redeat pœnitens,  
Et non haesitet in fide,  
Sumi posse veniam.  
Nuntians pro te, et tuis  
Missis, et discipulis:  
Pœnitentimi, cœlorum  
Prope regnum factum est,  
**275** Et omnis peccati datur  
In Christo remissio.  
Non in multis justis ita  
Te gaudere perhibes,  
Ut in uno errore  
Peccatis turpissimo:  
Veni quærcere, et salvare,  
Dolens, quod perierat.  
Nulla tam grandis est culpa,  
Cui non sit veniam,  
**280** Omne facinus peccati  
Delet pœnitentia,  
Si, rejectis malis, quisquam  
Sanus hanc peregerit.  
Nullum esse malum quod ne-  
[quit]  
Aboléri lacrymis,  
**357** Omne peccatum dixist  
Dimitti hominibus,

a Forte, pœvo.

b Forte, errulom.

<p><b>Spiritus tantum sancti *</b> Excepta blasphemia.</p> <p><b>283</b> Nunquid fixum verbi tui Solveat propositum? Absit hoc, Domine Deus, Ut repellas quempiam, Qui post malum respiciens Te conversus sequitur. Objice honestatem, Et vince malitiam, Præbe moram poenitendi, Tempus mortis dilata, <b>290</b> Fac ut salutis subsequatur, Ne tollat interitus. Omnino confidens credo, Quod nolens perire me, Subjecisti flagellis, Quibus resipiscerem, Ut, abominando culpam, Redirem ad gratiam. Placeat, Christe, daminatum Reparare naufragum, <b>295</b> De interitus errore; Te quærente, redeam, Atque de maligno dignus Efficiar famulos. Peccavi tibi, peccavi, Et deliqui nequiter, Sed conversus nolo perdas, Et quæ posco tribucas, Ut me mundes ante mortem, <b>300</b> Et, dum vivo, redimas. <b>300</b>) Quis fuerim ne requiras,</p>	<p>Sed quis esse cupio, Vetori culpa ne queso Reputes damnabilem, Cerne corrigendi votum, Et relaxa debatum. Quanquam de reatu facti Sit mihi confusio, Novi quod de fine quemquam, <b>320</b> At non de principio, <b>305</b> Aut pro bono tu expones, Aut pro malo judices. Recipe, domine pater, Fuga lapsum famulum, Tolle mortem poenitentis, Te precantem libera, Et cum electis ad vitam Agni libro revoca. Reprobari me ne sinas, Quem pro meis meritis Ingenti pressura polis, Et limas diutius, Sed quem viventem fatigas, Recipe post obitum. Solve, Christe, vincia pe- [ dum , Ligamenta criminum ; Resera limen obscurum Tenebrosi carceris ; Redde iam luci sepultum, Peregrinum patriæ.</p>	<p>Jam mihi placabiles, Quos adversos diuturna Miser ira tolero. Veni, Jesu, ne tarderis, Mors antequam rapiat, Fessum de pulvere leva, Et me reconcilia, Lacrymas juges absterge, Cor triste latifolia.</p>
		<p>Christe, qui diversitate Gratiarum dives es, Fructum et meritum precor, Viventi contribuis, Ne, me stérilem proceribens, Succidas in posterum. Macerari me post mala Ne perimitas, obseero; <b>325</b> Habeam munere tuo Collata quæ offeram, Quibus a lœva sublatus Transeam ad dexteram. Zabulo me non conjungas Ad mortem cum implis, <b>330</b> Nec in Tartari barathro Palparis obriui, Qui venisti te credentes De morte redimere. <b>335</b> Gloriam jam vigil canam Alphabetum fluiens, Tibi Patri, Filioque, Inclito Paracelto, Cui laus erit et potestas Per æternâ sæcula. Amen.</p>

\* Forte, In Spiritum tantum sanctum.

## APPENDIX XVIII.

### ORATIO PRO CORREPTIONE VITÆ. FLENDÆ SEMPER PECCATA \*

1. Deus omnium mirabilium auctor, misericor-  
diarum Pater, et consolans, in tribulatione refri-  
gerium, cuius gratia præveniens homo sua peccata  
considerat, plangit, et emendat; cuius respectu et  
munere incipit vel bonum facere, vitare malum, et  
refutare, sequi justitiam, et declinare ab iniuitate,  
desiderare perennia, et horrescere peritura, conser-  
teri misericordias tuas, et abnegare impietas suas;  
quia nihil proprium habet homo, sed conversio et  
protectus illius donum tuum est; nec a se quisquam  
potest corrigi, sed a te; dicente propheta: Scio,  
Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est ut  
ambulet, et dirigat gressus suos (Jerem. x, 25); et  
Apostolus ait: Non volentis, neque currentis, sed mi-  
serantur est Dei (Rom. ix, 16); et ipse dicit: Mis-  
ericordia cui volvero, et clemens ero, qui [Vulg., in quem]  
mihi placuerit (Exod. xxiii, 19).

2. Adesto igitur supplicationibus meis, intende  
deprecationem meam. Et quod expeto perfice pro-  
pitiis, et intende placatus. Tu enim abstraxisti me  
de laqueis mundi, et eduxisti me de reticulis pecca-  
torum. Tu reserasti os meum ad confitendum tibi,  
cum essem peccatis omnibus obligatus; et fecisti  
intelligere me quomodo aut pro quibus obsecrarem  
te. Posuisti fiduciam in corde meo postulandi ne-  
cessaria animæ meæ, quoniam (ut propheta dicit): Volens misericordiam revertoris, et miseris, obli-  
scens mala hominum, et peccata benigni ale pertransi-  
ens (Mich. vii, 18, 19); et ipse dixisti: Petite, et  
accipietis; quarite, et invenietis; pulsate, et aperietur  
vobis (Math. vii, 7).

3. Qui enim peti se et pulsari licentiam tribuit,  
dare sine dubio et aperire paratus est; nec est ava-

rus ad impertiendum, qui petere clamat non haben-  
tibus; ac per hoc ipso se postea poenitebit egere,  
qui ad dandum sibi a dispensatore congruentia re-  
media modo neglexerit impetrare. Ideo silere ne-  
queo tactu gratia supervenientis admonitus. Nam  
fateor, Domine, quod indignum ine prævenit mis-  
ericordia tua, et dum grabato multorum peccatorum  
sæculi bujus mortisero quodam jacerem sopore de-  
pressus, misisti gratiam tuam cum flagellarum stre-  
pitu suscitare dannabili torpem ente segnitia, ut aper-  
itis oculis exasperfactus, dum in me nihil vicius boni  
operis recognoscerem, venirem ad te, vite petiturus  
alitionam, ne me egestas supervenientis in novissi-  
mo prefocaret.

4. Idcirco consurgens ad te lamentationum cla-  
moribus prece multisaria **359** pieatis tuae pulsans  
auditus, per alphabetum, quod præmis, singulas  
ejus literas rigans [Forte, rigo] lumine lacryma-  
rum. Compulit enim me pavor iudicii tui flere diu-  
nis, et gratia tua scie fiducialiter exorare, credens  
quia in te Deo meo transgrediar morum omnium  
iniquitatium mearum, quæ circumlederunt me, at-  
que, præceptus angustiarum mearum afflictionibus,  
pertranseam ad amplitudinem latissima jueundia-  
tis, scilicet non bujus sæculi, sed futuri. Hanc ob-  
rom non desinam exorare te, donec miserearis mei,  
et salves animam meam; quæ confundetur tibi bodie in  
convalle sita plorationis, quia introduxisti me; quia  
non meo merito, sed tuo dono ad arctissima pos-  
nitentie claustra perveni, et in fontem lacryma-  
rum illius ingressus sum, varias nequitie macu-  
las lavaturus, quæ mundum me petente, sed te  
prestante, mihi collata est, tuncque misericordia

\* Vide Isidoriana, cap. 81, n. 29.

procurante, (cum) needum eam quererem, inveni.

5. Ecce jam non minimo tempore in astu afflictionis ejus desu' o, sub dis rictionis ejus regula labore. Cum ipsa contende us quotidiana examinatione discentior, pressura illius magnus mihi gemitus trahit, et flere me quia deliquerim, magis magisque compellit, et gratias tibi referre jugiter docet pro patientia tua magna, qua diutius sustinuisti me lascivientem, et servasti tempus correctionis, quo relicta prævaricatione converterer, ne peccatum incesanter persequens, in æternum cum peccato perirem; et nunc misericorditer erudiens me in virga tua, operaris salutem meam, subirahens de corruptione vitam meam, et animam de interitu, ut scirem electionem bonorum iniqua prætergredi.

6. Et hoc confidens spero, quia sicut induxisti poenitentiae tribulationes, ita et indulgentiae miseraciones immetias. Non solum autem, sed et benedico nomen sanctum tuum, quia disiu' isti eventum mortis, ne in peccati torpore ad poenam sempiternam desperem; et subvenisti mihi de longe providens remedium curationis meae, eo quod uicere pestifero laceratam animam meam hujus poenitentiae medicaminibus tradideris sanandam. Bona enim mihi est stimulatio illius, qua offensiones præteritas fugere docet, et futuras cavere me præmonet. L'ue reputo jugum oneris ejus, quia graviores toliti cruciatu' quam inferat, et dum temporaliter premit, æternaliter redimit.

7. Amabilia sunt mihi vincula illius, que nunc in parvo ligant, ut abs-lutum in perpetuum faciant. Placite sunt extero' sordes illius, eo quod earumdem sebastositate interius anima paculis emundetur. Et suauior nunc mihi est ejus amaritudo, quam dulcedo luxuriosæ vitæ in præterito, qua per i'lam vitam anima præfocatur, per istam vero ab huiusmodi morte resurgent. Quod illa sordidavit, ista dulcit. Quod cruentavit illa, medetur et sanat haec. Si enim noxiu'm exterius cernerem in corpore vulnus, aut aliquem intrinsecus sentirem viscerum dolorem, ocius omnino ad medicum currerem, secundam cum doloribus ferro tradere' carnem, et ignito cremandam cauterio, atque causa reparanda salutis amarissima bibere non recusarem antidota.

8. Cur ergo ista moleste feram, per quæ anima de sempiterno interitu **360** saluti perp-tua' restauratur? Quid retribuan' ubi, Deus piissime, amator hominum et clemens iustificator peccatorum, pro his quæ præstisti m'. hi? C'licem salutis accipiam, nomen tuum obinde cum laudibus invokebo; in viam vita' reduxisti gressus meos, grates tibi referre non desinam. Haec est enim via per quam de inferis ad coelum recurratur, de peccato ad iustitiam reddit, de offensione ad tuam gratiam revocatur; et ut in brevi concludam, omnis ruinæ haec est reparatio. Haec deinde, orante Publicano in templo, superat iustitiam Pharisæi, in hac reddit justitorem; haec Lazarum per flacula' temporalia ad requiem deduxit æternam.

9. Tibi, Domine, laus et gloria, qui percritis et sanas, vulneras et mederis. D's doloreum transitorium, et post paululum æterna' iucunditate refrigeras, quoniam iustus, et pius es: justus, quia nequaquam delinquenti parcis; pius autem, quia a poenitenti misericordiam non subtrabis: item iustus et pius es, quia prius hic hominem a peccatis emendas, et postea ab æterno supplice liberas. Peccatori enim, ut prætuli, non parcis, dum eum aut flagello temporali ad purgationem feris, aut iudicio æterno puniendum relinquis, aut ipse in se homo poenitendo punit quod male commisit, ac perinde est quod delinquenti parcere nequaquam diceris. Nullum enim peccatum impunitum relinqui potest, quoniam poenam peccata merentur; sed aut punit hoc homo, et liberas eum tu; aut si ille distulerit, punis tu, juxta quod dicit Apostolus: *Si nos ipso's judicaremus, non utique judicuremur.* Quasi diceret: *Si nos in hoc sæculo a peccato discerneveremus, poena nos peccati futura non plecteret.*

10. Necessæ est ergo homini punire peccatum, ut

æternum non incurrat supplicium; nam a punitione poenitentia nomen accepit, quasi *punientia*, dum ipse homo poenitendo punit quod male admisit. Nam nihil aliud agunt quos veraciter poenite, nisi ut quod male fecerint imputatum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parentibus tu parcis, cuj' s' altum justumque iudicium nullus contemptor evadit. Perfecta est autem poenitentia, præterita delere, et futura non admittere. Ille secundum similitudinem fontis est, ut si forte, impugnante diabolo, aliquod peccatum irreperit, hujos sa' isfactione purgetur. Satisfactione autem est causas peccatorum et suggestiones excludere, et ultra peccatum non iterare. Ipsa autem poenitentia iuxta qualitatem delictorum agenda est; nam sicut levia peccata occulta oratione delentur, ita gravia et rara Ecclesia per poenitentiam et satisfactionem remittuntur.

11. Unde quia poenitentiae satisfactio iudicio tuo, non humano pensatur, et occulta est indulgentiae tuae miseratio, flere sine intermissione necesse est. Nec unquam de peccato securitatem habere poenitentem oportet, quia inimica illius haec est; parturit enim illi negligientiam, et negligenter semper insollicitos ad vitia transacta reducit, sed tantum debet esse promptius ad poenitendum, quantum et prouis ad peccandum exstitit, tantoque sublimis per humilitatem prolificere, quanto inferius per elationem nescitur prolapsisse; et non solum plangere quia malum quod **361** non debuit fecit, sed etiam quia bonum non gessit quod debuit. Cautesimum enim haec res, non inertem justificat operarium; poenitentia enim vera in omni sancto opere sollicitus anxiatur.

12. Non habet omnino risus, fabulas vanas non recipit, neque desideriis inquinatur, factisque protervis; terrena non concupiscit, celestia desiderat, de fine suo cogitat, iudicium futurum semper intendit, et qualiter coram Deo digne appareat, hoc quotidianè sibi procurat; soli Deo militat, in nullis mundi negotiis inv'lvitur. In vigilis et orationibus frequentissima est, in i'juniis exercitata, in cibo et potu moderata, in labore, et lectione assidua, in charitate perennis, in castitate perpetua, in sermone verissima, in iuramento continens, benigna est, et patiens, invidia non succeditur, ira non superatur, cætas jactantiam, humilitatem amat, contumeliam non repedit, odit avaritiam, fugit vanam gloriam, superbiam detestatur, gaudia respuit, gemitus, suspiria, et tribulationes amplectitur, sciens quia misericordia tua non negligenter, neque ridenter conceperit; sed afflicta et contrita corde donatur, sicut ipse ait: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (*Math. v, 5*). Et iterum: *V'ne vobis, qui nunc ridetis, quoniam lugebitis, et sibi' sit gloria* (*Jac. iv, 9, 10*). Et Apostolus: *Miseri, inquit, estote, et lugete, et plorate; risus uester in tactum converteretur* [*Vulg.*, *convertatur*], et *gaudium in macerorem*. *Humiliatus ante Dominum* [*Vulg.*, *in conspectu Domini*], et *exaltabit vos*.

13. Certum sane est quod omnis culpa fletu' resoluta, si renovata' morum pravitate, transacta malitia non repeatatur. Nam non sufficit a malo discedere, nisi subsequatur bonum etiam operari; sicut scriptum est: *Declina a malo, et sic bonum* (*Psalm. xxxvi, 21*). Et alibi: *Quiescite agere perverse, discite benefacere* (*Isai. i, 16*); quatenus peccato satisfactio poenitutinis opposita, simulque præterita malitia, succedente lenitate cooperata et obvoluta, pereat, et minor inventa mortificetur. Quoniamque quia per satisfactionem fletus lapsa ruinum erigitur anima, et hujuscemodi lavacro intoris priusti recipit dignitatem, expedit mihi augere fletus, et celebres facere lacrymas super crebro repetitas iniurias meas, quas innumerabiliter frequentavi. Non enim mihi plorasse sufficere puto juxta copiam delictorum; plangam ob hoc assidue in amaritudine detincta mea, si forte tibi placeat usquequaque mundare me ab illis. Utinam mei capit' in cruentem latices verterezetur, et pro lacrymis sanguinem fundere; ut crux

Jelū peccata crudelibus lamentis abstergerem, qui bus me olim ignava satiitate nequitter vulneravi.

14. Innuens is idcirco tadiis satagens evertitur anima mea, quæ etiam exaruit formidine tui furoris exterrita. Conversa est in suorum absinthii vita mea, felle et aceto redundant viscera mea, doloribus profundis corrumpunt præcordia, susprium suspirio excipitur, et gemitus in gemitum irruit. Timore futurorum peccatum, et praesenti flagellorum ærumnæ incutius, et humiliatus sum usque in finem; nec possum onere multipli prægravatus caput erigere. Stat mors, stant et immensa crimina coram oculis misis; et res nulla non est, unde possit esse redemptio. Ob hoc ineffabiliter conturbatus, nec regimine utor, nec consilium angustia **362** pressuræ usque in desperationis perducit articulum, et velut in araneæ filo consistens status mentis natat, ut subnati, interdum timens propriez auerteritatem culparum; ne nolis ignorare, interdum confidens propter lenitatem misericordiarum, quia status liberare; et in spem et metum non est parva commotio cordis mei, quia si vis perdere, incitat justitia, si autem vis salvare, invitat misericordia; et licet flagella præsentia conversum a peccatis absolvant, mens tamen ideo titubat, ne plague meæ non sufficiant ad expurganda omnia delicta mea; et tamen sapientiae tuae subtilitas ita exterius irrogat penas, sicut interior prospicit culpas.

15. Sed quis de judicio tuo poterit esse quietus, cum apud distinctionem examinis tui nec iustitia justi secura sit? si etiam de otioso sermone reddenda est ratio, quomodo securus ero, qui principalia malæ commisi? Non est omnino securitas in mente mea a vultu judicij tui, neque pax in conscientia mea a facie peccatorum meorum. Ideo magna est, velut mare, contritio meæ, quia pessima est plaga mea. Quæro portum evasionis, et nequaquam reperio quomodo regredi (possim) de pedica deceptionis Satanae; illaquevit pedes meos, et nullo modo prævaleo. Vociler dolorum multitudine superatus, et non est qui eruat. Laboro in luctu et gemitu compeditus, et desertus in angustia carceris, nec est qui consoletur. Heu me! heu miserum et infelicem! quem preue justissime terrent, quem ultiones digne communuant, quem flagella et jurgia recte collidunt, quem variæ miseriarum afflictiones opportune depopulan; quia peccavi nequiter, deliqui crudeliter, erravi vehementer, corrui foriter! Vae mihi, qui me tantis malis poeno, tanto malo foedavi, qui non sapui evitare, ne bibierem de veneno calicis diaboli, quod necavit animam!

16. Et modo non indigerem denuo vivificari, qui circumspicissime non custodivi ne transfoderer lanceis illius, et essem modo sine vulnere, et non quererem medicinam, qui non intellexi ut fagerem, et non irretrire laqueis ejus, ut essem modo liber, et non clamarem pro resolutione. Infelix ego homo, quis me de tantis nexibus liberabit, et de discrimine mortis hujus, nisi gratia tua, Pater omnipotens, per Jesum Christum Dominum nostrum, quem posuisti redemptorem in salutem mundi; et in cujus iustitia et sanctificatione omnis deletur iniurias, et mortis eva-  
cuator imperium? qui factus est (ut propheta dicit) petra refugium heri acis (Psal. ciii, 18), id est, susceptio et salvatio peccatoris, de quo et Joannes ait: Si quis peccaverit, adv carum habemus apud Patrem Jesum Christum iustum, et ipse est propit atio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi (I. Joan. ii, 1); in quo omnis est a te constituta salvatio, dicente Petro Judæis: Non est in alio aliquo salutis; nec aitum nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri. Qui habet clavis mortis et inferi, qui resurget portas abyssi, et claudit ostia tenebrarum, aperit, et nemo cœdit, claudit, et nemo aperit; cui dedisti omnem potestatem in celo et in terra. In cujus nomine unne genu plecti-  
tur cœlestium, **363** terresirum et infernum; qui

**A** est vir voluntatis tuæ; in cuius manu perficitur omne quod est placitum coram te. Qui cum sit splendor gloriae, et figura substantie tuæ, portans omnia verbo virtutis suæ, sedens ad dexteram tuam, purgationem peccatorum faciens, et te pro peccatoribus interpellans, qui est universæ rei principium et finis (Act. iv, 12; Apoc. 1, 18; iii, 7; Philipp. ii, 10; Hebr. 1, 3).

17. Quia et ante eum nulla extiterit creatura, et per ipsum facta cœpit esse universa creatura, et ipse erit consummatio omnis creaturæ, cum finem mundo, et judicium dederit; quoniam ipse est vir, quem præparasti judicare vivos et mortuos, nec judicas tu quemquam, sed omne judicium dedisti ei; qui solus habet potestatem perdere, et liberare, quia complacuit tibi in illo; exaltasti eum super omnes celos, et super omnem principatum, et potestatem, et dominationem, dans illi gloriam et honorem, constituens eum super omnia opera manuum tuarum, et subiecti-  
**B**ens universæ sub pedibus ejus; per quem facta et condita sunt omnia in celis, et in terra, visibilia, et invisibilia, a quo continentur, in quo constat universa; per quem fundasti terram, stabilisti celos, conclusisti abyssum, vallasti mare; quia sapientia, et consilium, virtus, manus, et dextera tua ipse est, concreante et convivificante, cooperante atque convivificante omnia, et quæ sunt in omnibus, Spiritu sancto, qui a te et ab eodem filio tuo procedit ineffabiliter; cui et ego a ineunte ætate fideliter credidi: cui et peccasse confiteor, et a quo veniam profunda cordis humilitate deposco.

18. Unde, Domine mi Jesu, quia multæ sunt miserationes in manu tua, et non patris perire quemquam, sed omnes vis salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire; quoniam exsecrando mortem non lactaris in perditione vivorum; neque vis interitum hominis, sed salutem, et ob hanc causam te ipsum humilians, cum esse Deus, ut homo inveniretur, qui utique perierat, fieri homo dignatus es. Ad te inibi redeundum esse de prævaricationibus meis opportune decrevi; suscipe me in manibus tuis reverentem cum flentibus coram te; excipe dignanter preces confessionum mearum, et salva confitementum; noli contemnere poenitentiam, Domine, poenitet me errasse, et doleo nunc statu dum dudum perpetrasse nequissima; sed noli a me avertire faciem tuam, quia, si vis, potes me mundare; tibi enim mortificandi, et vivificandi, et liberandi, ligandi et solvendi potestas est; animam meam diversorum criminum tradidi nexibus illigandam, quam et scelere pessimo, sicut inspicis, vulneravi; solve, Domine, solve jam vincula collis mei, quibus ad te diu clamó multipliciter obligatus, et enudato vulneri miseratus adhibe medicinam.

19. Redde mihi pristinam sanitatem; et vivat anima mea remedio tui. Dürum siquidem arguas vulnus meum, nec ego dirum esse dilector, te tamen hoc medicari indubitanter posse conudo; quia nihil esse tibi difficile, nihil impossibile credo; eo quod omnia possibilia apud Dominum, te perhidente, didicerim, cum transire camelum per foramen acus facile protestari. Deliqui, Domine, deliqui multum, et hanc ob causam, sicut ipse præceruis, tribulationes meas dilatatae sunt, nocte et die torquentes **364** cor meum. Non enim culpa meæ, vel peccatorum parva congeries, ideo multi gemitus mei, et mens mea magna perturbationis eversione molestissima; sed consideratione magnarum et innumerabilium miserationum tuarum a labe discriminis surgere paulatim renitens me direxit ad spem indulgentiae pietas tua, ut in fide nihil hiscians, petam veniam, et nou moriar, sed vivam.

20. Ideo reversus ad percumentem me, et habentem potestatem super plagas meas, te scilicet, et Dominum meum, curvo tubi genua mea, et sedula oratione cum confessione poenitentialis in contritione jejuniis deprecor te, dans gloriam nomini tuo in laude et benedictione frequentissima. Illo enim do-

zuisti me in solitudine conclusionis meæ. Nunquid non hoc modo reparabis casus ruinæ meæ? credo plane quod facias. Habeo igitur spem in confessione, in qua constantissime solidatus nec desperavi, nec desperabo, sed perfecta utor fiducia; quia erasa, et abolita de corde nequitia, possim, postulatione præmissa, ab omni morte criminum per te reviviscere, et omni colluvione peccatorum, interjecta confessione, purificari, quia fidelis es in verbis tuis, et quæ processerunt de labiis tuis non facies irrita; non sunt enim consummatae miserationes tue; neque præcisa est in hac vita quocunque casu ruentibus surgendi fiducia; quoniam iu omnigeno peccato posuisti redditum, et servasti poenitentiam in remedio peccatoris: *Nolo, dicens, mortem impii, donec revertatur, et vivat* (Ezech. xxxiii, 11). Et iterum: *Si dicente me ad impium, Morieris, et consuersus ab impietate sua poenitentiam egerit, justitiam fecerit, in mandatis vita ambulaverit, et reliqua, vita vivet, et non morietur* (*Ibid.*, 14).

21. Et in Jeremias: *Repente loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud; si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei* (Jerem. xviii, 7); et cætera. Rursus que: *Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem, revertatur unusquisque a via sua mala, et dirigate vias vestras, et studia vestra. Qui dixerit, Nequaquam, desperavimus, post cogitationes nostras ibimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus. Et ad Jerusalem cum prono populo omni crimine sceleratissimo atate post idola declinante retinere dicit* (Jerem. ii, 23): *Vide vias tuas in convalle, scito quid feceris, cursor levius explicans vias tuas; onager assuetus in solitudine animæ sua atraxit renum amoris sui, nullus avertet eam* (Vide Isidoria-na, loc. cit., n. 31).

22. Vulgo dicitur: *Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ob eo duxerit virum alterum, nunquid revertetur ultra ad eum? nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa?* Tu autem formicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus. Leva in directum oculos tuos, et vide ubinam prostrata sis; tu qui sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, poltuisti terram in fornicationibus tuis, et in malitia tuis; quamobrem prohibite sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non sicut; frons mulieris mercetricis facta est tibi, nolusti erubescere. Ergo saltem amo do voca me, pater meus, et dux virginitalis meæ tu es. 365 Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis usque in finem?

23. Et iterum: *Revertore, adversatrix Israel, ait Dominus, ad me, et non avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum. Convertimini revertentes, quia ego vir uester auctoritas vos, si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis* (Jerem. iii, 12). Ipse autem per Jeremiam, permanenti in scelere populo, nec vello [Forte, volenti] reverti adhuc retinendo patientiam dicit: *Noli subtrahere verbum, si forte audiant, et revertatur unusquisque a via sua mala, et poeniteat me, quod cogitavi facere eis propter malitiam studiorum suorum.* Et in Isaia dicit: *Ego sum qui loquor justitiam, et propagator sum ad salvandum. Si revertantur, et requiescat, salvi eritis.* Et iterum: *Revertore ad me, non obliviscaris me, et redimam te. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor; scio enim quia prævaricantis prevaricabis, et transgressorum ex ventre vocari te; propter nomen meum longe faciam furorem meum, et laude mea infrenabo te, ne interreas.*

24. Et iterum peccatoribus, ut per poenitentiam abluantur, ait: *Luramini, mundi estote, austere malum cogitationum vestiarum ab oculis meis; quiescite agere perverse, discite bene facere; et reliqua; et si fuerint peccata vestra quasi Phœnicium, velut nix dealba-*

**A** *bundur, et si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana munda erunt.* Et prævaricanti, ac delinquenti populo, et molenti converti, de quo jam dixerat ut pro inumanitate facinorum ira tua disperderes eum, in Osee dicit: *Conversum est in me pœnitudo mea, non faciam in favore ire meæ. Non convertam, ut disperdam te, quoniam Deus ego, et non homo, in medio trii sanctus* (Osee. xi, 8). Si enim averso populo, nec poenitenti, qui, te relinquens, omnibus se abominationibus, et impudicitias, et idolis subjecerat, tanta patientia sustinens, talis misericordiam obtulisti, quantum placabilior esse poteris super eum qui non est aversus abs te, et pro peccato suo poenitens incurvatus deprecatur te?

25. Recte idecire aliis propheta clamat: *Convertimini ad Dominum, quia benignus et misericors est, patiens et multæ misericordia, et compræstabilis super malitia* (Joel ii, 13). David autem ait: *Miserator et misericors Dominus, patiens et multum misericors non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis* (Psalm. cii, 8). Et in Salomonem: *Misertus est Dominus poenitentibus* (Eccl. xii, 3). Et rursum: *Quoniam pius et misericors est Dominus, et remittens in tempore tribulationis peccata omnibus exquireret se in veritate* (Eccl. ii, 13). Hinc etiam cum propheta testimonio Apostolus exhortatur, dicens: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra; non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmis nostris; aedacem ergo cum fiducia ad thronum gloria ejus, ut misericordiam consequamur, et gratiam invenimus in auxilio opportuno* (Hebr. iv, 7). Tu autem, Domine, laborantibus in iniquitate, et oneratis pondere peccatorum clamas: *Venite ad me omnes qui laboratis, et oneratis estis, et ego vos requiescerem faciam* (Math. xi, 28). Et multa alia huiusmodi, quæ de omnibus Scripturis scribere longum est.

**C** 366 26. Tantè igitur patientia, tantarumque misericordiarum Dominum desideranter queram, audacter aedam, libenter sequar, fortiter amplectiar, humiliiter teneam, nullatenus dimitiam, fiducialiter deprecabor, in cuius miseratione, et misericordia patet mihi per poenitentia viam ad vitam de morte regressio, ad coelum de inferno recursus, ad lucem de tenebris aditus. Hoc ergo in primis, Domine, peto, et sic ad reliqua transeam: da mihi devotissimam ad poenitendum mentis intentionem, quæ sit acceptabilis, et placita coram te; da humilitatis compunctionem, ut suspirat mens mea ex affectu tuo, et ingemiscat in vulnere suo cordis resoluta duritia. Excita omnes sensus præcordiorum meorum, ut clament ad te internæ vocis fortitudine, si forte quandoquidem audias deprecantem, commoveantur suspira pectoris nasi, et sonet in auribus tuis murmurans gemitus. Relaxa oculorum meorum habenas, et largo fontis manantes flumine palpibræ meæ profluant aquas, ut piacula cunctorum criminum abluantur impetu lacrymarum, currantque sine defectu tristes venarum capitii mei, donec abstergatur omnis iniquitatis iniurias.

27. Repleatur os meum veracissimæ confessionis sermonibus, quibus delectatus et parcere clementer studeas, et prestare veniam non moreris; fiatque mihi fructuosa pœnitudo mea, gaudium ex locu parturie, ex indulgentia indulgentiam afferens, et ex labore requiem adducens, quatenus angusto calle carceralium afflictionum ad vitæ me perducas introitum, et catene ferreæ vinculo resolutionem facias accipere peccatorum. Ecce, Domine, tempus instat confessionis, et dies remissionis adsunt, quibus promissa veniam potentibus condonator; quid enim amplius tibi conficear, et cum omnibus iniquis me esse non denegem nequorem, quos comparatione mea justos esse constitues? quia nullius sceleris peccatorum, nullius facinoris defuit vitium, cuius mens sordibus non coquinaverim, cuius non sim pollu-

tus contagio : praecepit ad libidinem, improbus ad petulantiam, frequens ad luxuriam, invercundus ad fornicationem, crimen quotidie criminis superponens, non cessavi pessimis deteriora contingere, voluntate dirus, mente pravus, moribus dishonestus, corde pollutus, et labiis blasphemus, iracundus et contumeliosus.

28. Propter quod confundor, et erubesco nunc extollere oculos, indignum me videre ecclesia sidera judicans. Sed fac propter gloriam nominis tui, Deus meus. Pone mihi consilienti tibi veniam in salutem, et indulgentiae concede remedium, ut propitiis effectus, atque placabilis, deales universa facinora peccatorum meorum, et non requiras iniurias meas, quas juventutis, et ignorantiae meæ gessit ætas librica, rufa, lasciva, vana, et insipiens, ad malum prona, ad bonum pigerrima, velox ad mortem, ad vitam difficilis, cui exosa sunt opera lucis, et tenebrarum amarissima, quæ cadere ditigit, surgere negligit; amara est illi salus, et dulcis perditio; solve, Domine, reuni inexplicabilibus nodis astrictum, et, abruptis laqueis criminum, abiare facito liberatum, ut salves me in bona voluntate tua, et non peream in mea malitia, neque descendam in infernum, unde ultra non est ascensio; quia copiosior est misericordia tua, 367 quam peccatorum meorum abundantia. Et amplius tu benignissimus, quam ego nequissimus. Ego quidem malignus, et præceps, tu clemens misericordia, et patientis; ego ad corrundum prouus, et fragilis, tu ad erigendum promptus, et fortis. Si retro gesta respicias, peritum illico censes; si veile præsens et votum intendas, credo quod salvare me judices, eo quod direxeris cor meum in desideriis tuis, quibus meatem meam ardentes servire conspicis, quia sit te anima mea, pariter et caro delectatur.

29. Redime me, Domine Deus meus, ab omnibus angustiis meis, et placeat tibi de interiori eripere me. Revoca me de janua mortis, et reduc me in via æternæ, ut curras in semitam mandatorum tuorum, et ambulas in veritate tua. Non me tenebrarum caverna retineat, non barathrum abyssi, vel altra concludant; sed patescit mihi, lux lucis, aditum æternæ vite. Resera portum, quia tu es Deus, contitti cordis excipiens lacrymas, et penitentium acceptans humitationem. Nec enim vocaberis in non peccantibus prius, sed cum conversus fueris impio, et peccatori misertus a malo. Semper corrai in detersus, et de malis in pejora delluxi; sed valde peritus es artifex, sciens de inutili otio tibi vacuum figurare; hoc est enim ab initio opus tuum justos ex iniquis efficere, et dignos ex indignis formare; erigere rursum elisos, et labentium antiquas reparare ruinas; quoniam, ut ipse protestaris, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus (Matth. ix, 12); haec etiam causa fecit te in huic mundum descendere, ut peccatores salvas faceres, quorum principalius ego sum; et si tunc inimicos adversarios aversos et impios cum doloribus tuis passionis salvos facere voluisti, amicos autem conversos et penitentes perdere poteris? Absit. Delectat vere te, peccatoribus, si convertantur, indulgere, qui pro peccatoribus mortem non recusasti suscipere. Nam nequaquam pro iniquis cruce ascenderes, si iniquis parcere recusares.

30. Si enim legioni demonum impenitenti et sine lacrimis poreorum gregem expeditum non negasti, quanto magis animæ fideli te felibus imprecanti faciliter concedere peccatorum veniam promptior eris? Fidus ob hoc tibi penitentie meæ preces et lacrymas offero, salvabis me sicut et cæteros quos deliqueris penitet. Ab infesta remanebit ex me, vel tu me solum arida, et irrita fiet fiducia, et promissio pietatis et indulgentiae tue, per quam omnes salvantur converse cognationes terræ? Nunguid in uno penitente fiet insufficiens multa clementia tua, quæ nunquam dando posset minorari, nec aliquius egearius effectu coarctatur? Nunguid in me solum te continebis, ne postulata largiaris misericordiae fructu

A factus sterilis? Num dolebis contra me in perpetuum, propter peccatum parvi temporis, quod tua providentia disponente execrabis et abhorrens poeniteas, euia sim ego creatura ex terra et cinere corruptibilis, et mortal is, tu autem Deus creator incorruptibilis et immortalis? Nunquid obdurate in clementia atritum et humiliatum non exaudies, aut judicabis punire confluentem tibi, aut obsecrantem te disperdere censes? Non ita credam, nec velle te suspicabor, quia hoc impium, 368 et contra naturam divinæ pietatis. Ideo supplex et confidens exoro misericordiam tuam, ut petitiones meas benigna voluntate perficias.

31. Inclina, Domine, aurem tuam, et audi, aperi oculos tuos, et vide desolationem meam. Vide afflictiones multas, et miseras, quæ me, sicut plaustrum paleas, conterunt, sicut laneam tineæ, devorant, sicut lignum putridum [Forte deest ignis] consumunt; et furorem mitescens, suspende flagellum. Jam miserere mei, placare, et revertere, parce animæ meæ, parce peccatis meis. Non me obliviscaris in finem, non mihi in perpetuum irascaris, non me usquequaque deseras, neque peritum ulla tenus derelinquas, sed restitue mihi gratiam tuam, et salvum me fac in loco periculi, quo jacet caro mea præstertia ferro, percussa plagiis, fatigata poenis, fessa languoribus, humanis deserta curis, segregati consortis, quadris obserata lapidibus, in sterquilino, et fetoribus justo iudicio dedita, in tenebris et umbris mortiferis diurnis exposita miseris. Quæ ipse cuncta prospicis, qui sedes super cherubim, et abyssos intineris.

32. Jam antiqua facta est et vetusta contritio, et percussio mea, nec est qui memoretur pietatis tue, neque qui compunctus corde recognitet dicens: Jam propter Dominum miserebor mortalis, mortali æternum dedit carcerem, ferrumque perenne. Ereptionis non est mihi misericordia reservata, iudicio sum irrevocabili condemnatus, quia non dictum: Revertar in imperiure regiam perituro. Recordare, Domine, misericordiarum tuarum super me, et gravem hanc atque prædram muta sententiam, quia tu dixisti: Non affliges in æternum proximum tuum, quia misericordiam volo, et non sacrificium, atque contra iniuriam, quia licet justè morior, tu tamen, quia pius es, clementer vitæ para suffragium; impende, Domine, propitius divinum, ubi humanum recessit, auxilium; unicus tantum tibi reliquus sum; et adjuva me solitarium. Non sis mihi alienus in diebus angustiæ, neque derelinquas in tempore tribulationis, protegens custodire me non desinas, et sovens atere ne cesses.

33. Confirmata oculos tuos super me, ne peream, tuere et salvifica me; esto animæ meæ simul et corpori vivificator, et vita, omniumque infirmitatum mearum sanator, et sanitas, ut vivam munere beneficii tui, et collaudet te in vita mea coram fratribus meis, donec placatus inspiratione tua, et quiescat indignatio tribulantis me, quoniam tibi postestas est, D ut hic corda principum corpori placentur inflectere, et illic a futuris poenis animam liberare, cui nemo dicturus est: Quid fecisti? nec quisquam resultabit iudicio tuo, neque voluntati resistet; neque vero auget arguere tunc qui-piam rem, quem tu nunc a culpis suis feceris absolutum; sed erit sine aliqua contradictione beatus, sicut scriptum est: Beatus, quorum remissæ sunt iniuriae, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum (Psal. xxxi, 1, 2); et Apostolus: Si Deus, inquit, pro nobis, quis contra nos? Deus qui justificat, quis est qui condemnet (Rom. viii, 35)? Proba me, Domine, proba me in camino humiliationis, quo diuini indiguum examinas.

369 34. Rogo tantum ne reprobes noxias peccatum cum comburere rubigines; permicosos ustula criminum squalores, ut de adulterina plumbi commissione aurum purissimum et rutilans educas; et acceleras, ut eripias me sic a flagello temporali;

culpum mearum excessus resera, ut nihil in futuro A quod punias, sed quod beatifices, dñe inquis. Hic me, Domine Dens, ab omnibus munda criminibus, hic ab omni vitiorum colluvione derte, hic ab omni peccatorum vinculo solve, ut aut si vivente laxaveris, puris leatus abeam, aut si vocare decreveris, usqueaque mundatus assumar. Tu meam animam in corpore positam rege, tu exuentem a corpore suscipe, tibique in aeternum adhucere concede, ut nullatenus pereat res per multas lacrymas commendata tibi Dominino Deo et creatori suo. Quod si adhuc in carne mibi prolixior vita servatur, nova praconiorum honestate componatur. Exue me foeditate omnium vitiorum, et indue dignitatem [Forte dignitate] cunctarum virtutum, charitatis et benignitatis, humilitatis et continentiae injiciens intersere germina. Cupiditatis autem, et avaritiae, vanitatis et arrogantiae, ira et impatiencie, ceterarumque nequitiarum putridas amputa vetustates, circumeide superflua, inhonestas deseca, elata deprime, noxia et infecunda recide, ut malignae arboris amaritudo bonos succos generet demutata; dulces tibi post molestiarum acerbitudinem parturias fructus, ut quod non habuit prius natura, offerat amodo collatum ex gratia.

35. Peccandi a me fuga occasionem, et in exercitium boni excita sollicitudinem. Rursum peccandi tolle desiderium, et omnes exclude carnales affectus. Non sit in anima mea concupiscentiae foedae libidinis, sed amor inhabitet pulcherrimae castitatis. Mundi bujus ambitio longe sit a me, ut impedimento illius a recto proposito non declinem. Tui tantum timoris et amoris opto in me gratiam semper inesse, quorum in fructu ab omni vitiorum mortalitate de novo reviviscam. Nam per timorem a malo receditur, et per charitatem bonum opus peragitur. Rursumque quod operatur charitas, per amorem custodit timor, ne pereat per elationem. Item charitas testinat, Deo conjungit, et timor non dimittit ab eo separari. Ipse est timor sanctus peruanus in saeculum saeculi. Noxiae prosperitatis et amicitiae hujus saeculi non mihi appropinquent; adversitates autem tempora, ut possimi sustinere, quoniam prosperitas dejicit, adversitas erudit; et saepe ad peccandum prosperitas animum illicit, adversitas autem et a peccato suspendit, et praesentem odire vitam atque futuram desiderare semper provocat, et suadet. In nulis ergo mundi negotiis me ulterius permittas involvi, sed tibi soli inititem, tibi semper serviam; te incessanter adorem, tibi die noctuque psallam. Malarum cogitationum semina, rorem et incentorem inutilium desideriorum ac bona intentione contrariorum repele a me, et contra omnia tentamenta illius captiosaque deceptiones auxiliis tui et defensionis pone praesidium, ut ad perseverantium bonam inflexibilem me (diabolus) praeferens confusus abscedat.

36. Omnia peccata mea flere tantum, non desiderare permittas. Fac me **370** odire quae odis, amplecti que diligis. Obliteretur mens mea mandatis tuis, et voluntas mea voluntati tuae concordet, ut nihil turpe, nihil injustum, nihil dishonestum, nihil indecens vel impium in conscientia mea delectamento obortum inharet; sed amore tuo intentio mentis ambelans justitiae et pietatis operam assequatur. Sit autem opus mundum, et oratio, sicut praecipis, in occulto, ut non ad oculum serviam quasi hominibus placiturus, legum tuarum admonita et patrum honestissima gesta scire me permitte, et lactic implere concide. Ab omni laqueo peccati me retrahere, et ab omnium errorum labo suspende. Disciplina tua re pagulis semper astringe, et ne ulterius decidam, firmissime tene. Trahe me post te, et duc quocunque placet, et ne dimittas ullatenus retrogradum terga rursum divertiri [Forte, divertere]; sim in tuo timore sollicitus, in amore perfectus, in fide constans, in spe nullatenus dubius, dilectione proximi ferveam, adi ardore non urar, nec invidiae livore tabescam.

B 37. Sanctum semper opus inspira ut cogitem, compelle ut faciam, stude ut diligam, confirmare ut teneam, custodi ne perdam. Mater et regina septem principalium vitiorum superbia non ingrediatur, nec requiescat in domicilio cordis mei, neque soboles ejus mihi adhaerat, id est, gula concupiscentia, fornicatio, avaritia, invidia, ira, tristitia, vana gloria. Da autem mihi et contrario profundam humilitatem, qua curvetur altitudine superbie; da mensuram abstinentiam, qua superflua ventris refrenetur edacitas. Da castitatem, cordis munditiam, qua immodesta luxuria sopiatur; da velle largifluum ad erogandum eleemosynam, quo tenax avaritia respatur. Da perfecta dilectionis amorem, quo zelus extinguitur invidiae. Concede tolerantiae patientiam, per quam ira superata deficiat; tribue aeterni gaudii spem, quo tristitia amaritudo demulcentur; fac deinde sic intrinsecus in mente de bono opere gloriarri in te, ut vanæ gloria loris ex me procedat ja canticia.

38. Dona etiam mihi in omnibus tenere justitiam, magnanimitatem, temperantiam; ei fac me cum simplicitate esse prudentem, ut et beatam vitam sincriter agam, et malum prudenter refugiam; atque fraudulentem et deceptoriā astutiam diaboli, ne me per speciem boni fallat; ut et discernere rationaliter valeam, et prævidere; fac me post haec mitem et benevolium, pacis et maiestatum, modestum et reverendum, reverentem et trepidum, æquum, et sine simulatione veridicum, et sine dolo rationabilem, bonisque concordem, in vigilis, et jejuniis, et oratione constanter strenuum; da etiam in mansuetudine moderatum habere sermonem, et amico subinde frui silentio, ut loquar quod condeceret, taceam quod loqui non oportet; vel quidquid ex virtutum fructibus conferre dignaberis, mortificata jactantia, patrona servet humilitas.

C 39. Da sine aliquo errore pravae religionis immaculatam tibi servare fidem, et juxta fidem dignum esse operarium, ut fidem rectam opere pravo non polluam; et quem bene credendo confiteor, male vivendo non denegem; quemque strenua fide sequor, actu negligenter non offendam; fac me in sancto conversantem proposito sequi justitiam, diligere misericordiam, **371** amare veritatem, refutare mendacium, falsum nihil meditari vel loqui, te indesinenter timere, religionem venerari, pacem cum omnibus sine dolo tenere, discordes ad concordiam revocare, charitatem insitulatam offerre, nullum scandalizare, nulli me præferre, sed inferiorem omni inimico judicare, principibus et potestatibus in nullo resistere, in omnibus obtemperare, reverentiam et honorem exhibere senioribus, obedientiam et charitatem aequalibus offerre, gratiam opportunitate dilectionis junioribus ostendere, fraterna ouera, sive pericula æquanimiter sustinere, amicum velu, animam meam venerari, parentem et proximum sicut meipsum diligere, cunctisque similis prodesse, non obesse, nulli nocere, nulli adversari, nullum calumniari, nulli offendiculum ponere, nullum judicare, nulli detrahere, nullum condemnare, nulli injuriosum esse, nullius carpere vitam, nullius explorare rectam semitam, de me tantum esse sollicitum, malum pro malo nequaquam rependere, injuriarum mearum, nec memorem ulla tenuis esse, nec vindicem, sed omnem bonitatem superare malitiam, male dicenti benedictionem parare, adversa pati, non inferre, inimicum ut amicum diligere, convicia et tumultus irascentium sustinere, non rependere, injuria eito oblivisci, offenso me festinanter ignoscere, ad veniam concedendam semper paratum esse, aliena non concupiscere, nec occasione qualibet sulcre mea vero non habentibus misericorditer erogare, debitu debitori dimittere, reformare quod inique direptum est, pignus reddere mutuant, et nihil alienum apud me retinere, esurientem deinde rellecere, sitiensem potare, hospitem colligere, nudum ope-

rire, visitare languidum, requirere carceratum, consolari tristem, afflito et lugenti compati, non habent præbère necessaria, victimum et vestitum dividere cum ego, amplecti indigenam, sovere domesticum, amare peregrinum, redimere captivum, suscipere adveniam, tueri pupillum, et orphanum, suffractari vidue, subvenire oppresso, præstare auxilium desolato, dirumpere colligationes impietas, contractos relinquere liberos, et omne onus dirumpere, velut quæque præceptorum tuorum documenta declarauit, ardenter exquirere, diligenter legere, prudenter tractare, festinanter exercere, desideranter implere.

40. Averte, Domine, a vanitate oculos meos, et transgressus meos ab iniustiæ semitis. Non recipiant auris meæ opprobrium adversus proximum; neque relicta veritate pruriunt audire fabulas vanitatis, aut verba mendacii; neque lingua mea pruriat detrahere, aut maledicere principi, aut sacerdoti, aut cuiquam subsequenter hominum. Non sit spurciliis, nec vaniloqua, non maledica, non dolosa. Non decipiam proximum, bonam dicens viam illius, cum maligna fortasse patuerit, sed, humili compassionem commotus, loquar privatim veritatem, ut avertatur ab errore, et siquidem audierit, salvetur anima illius, et meorum (sicut scriptum est) operiatur multitudine peccaminum. Sim in audiendo festinus, in respondendo moderatus. Non scientia infler, non arrogantiæ tumore d' stendar, sed sermone, et opere bono redundans, humilitate semper existam, ut surgam, non decadam, erigar, non subiuar, ascendam, non descendam. Non **372** me laudes corrumpant, non vituperationes conturbent: non adulaciones decipiunt, non mendacia deludant; non prosperitas elevet, non adversitas curvet; non secunda opinio extollat, non sinistra dejiciat; non jucunditas mutabiliter reddat, non tristitia dissimilem faciat; sed in omnibus sit vita mea æqualis, et vultus uno modo constans.

41. In salute collaudem, in infirmitate gratias agam, in correptione non resultein, in flagello non murmurarem; de bono opere non extollar, nihil boni facti mihi ascribam, pro nulla re in me glori, neque confidam; sed gloria, spes, virtus, laus et omnis delectatio anime mee tu ipse sis; te corde credam, te laudibus confitear, te vox mea sonet, te lingua mea jugiter prædicet; tibi, non mihi placet, tuamque non meam faciam voluntatem, et omnis mens mea te meditetur, te delectetur, et sequatur intentio, ut memetipsum abnegans sequare te cum cruce mea, perdere pro te promptus animam meam, ut per te inveniam illam, quatenus novum tibi hominem ex inutili velutaste, cunctis viutorum verperibus concremati, pœnitentia caminus restituat, et morum pravitate compiassimum extrema vitæ [Forte, vita] reformet, ut in hoc, abdicatis erroribus, nihil in me suorum antiquus hostis in futuro recognoscat, vel reperiat. Nunc itaque, Domine Deus natus, cum magna exultatione glorifico nomen tuum sanctum, qui persistens erudisti insipientiam meam, et emolliisti duritiam per flagratores tuos, donec vel invitus audirem voces tuas, me diutius clamitantes, et conversus sequerer præconantem mihi iuxta capitulum psalmi dicentis: *In freno et camo maxillas eorum constringe qui non approximant ad te* (Psal. xxxi, 8).

A Et ego, Domine, cognovi et intellexi sonum clamoris tui, et reprehendens me conversus sum, et egi pœnitentiam coram te, sicut hæc dies probat, indicio in laudem tuam et consolationem meam prophetica tibi verba decantem: *Castiga me, Domine, quia eruditus sum, quasi juvenulus indomitus.*

42. Postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam; et postquam ostendisti mihi, percussi fenum meum, confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiae meæ, et recordatus sum Deo meo, et dixi: *Confitebor Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus* (Psal. cxvii, 1); in tua enim misericordia revixit anima mea, et surrexit a mortuis, quoniam segregasti me a peccatis adolescentiae meæ, et a juventute mea corripiuit me, et convertisti me, et egi pœnitentiam coram te. Ideo bouæ spei factus sum vir, quia servasti mihi tempus conversionis, quo considerans peccata mea compunctus sum, et egi pœnitentiam coram te. Lætus jam deinde tibi nunc et semper innumeræ gratias referam, te totis visceribus implorans, tibi me tota devotione commendans, quia, ut invenirer, tu quæsti me; ut redire, tu compulisti me; ut verberarer, tu respexisti; ut confiterer, tu es operatus; ut me recognoscens plangerem, tu dedisti mihi. Pone, Domine, lacrymas meas in conspicu tuo, et perveniat ad te in colum deprecatio mea publicani et peccatoris. Placita tibi fiat confessio oris mei, et pro munerum **373** oblationibus, quas manu non offero, hunc contriti cordis mei fletum tibi in sacrificiis submitto; et hanc pœnitentia actionem pro acceptance, si mihi fuerit dengata, suscipito, quia et actio a te injungitur, non accepto deniandatur.

43. Esto, Domine, adjutor, et protector meus in salutem, et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitæ meæ; atque in umbris lætabilibus collocatus umbra alarum tuarum me protegens recrea. Dum vero diem vocationis induxeris, ecce, Domine flens, dico, introibo miser, tremebundus, et pavids viam amarissimæ mortis obscurissimam, ignotam, et irremediabilem, profunda demergente caligine. Adesto, precor, et subveni, atque in manus tuas comiendatum tibi si ritum suscipe, liberans animam meam de ore draconis sævissimi, et de manu atrocissimi inferni, cum acceperis eam, et auferas me de medio umbræ mortis; immo dedicas super semitam lucis nemorosam, et clarissimam regionem viventium. Colloca me, Domine, in caulis tutissimis gregum tuorum, et associatuni munera cum ovibus tuis in supernarum mansionum gubernaculis, quo sancti tui Abraham, Isaac et Jacob, amicitate fruentes lucis et refrigerii, cum universa multitudine sanctorum tuorum inhabitant, quia tu es pastor bonus, qui ducis et reducis perdita, tueris et salvas inventa, soves et sanas languentia, et tu es misericors Dominus, qui sperantes in te non confundis, requirentes te non derelinquis, revertentes ad te non despicias, sed exultando et laudando suscips, amplius gaudens coram angelis tuis super unum pœnitentem, et conversum errulum, quam super novem et nonaginta numeros beatorum; cui est cum Patre et Spiritu sancto una deitas, gloria, virtus, imperium, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

## APPENDIX XIX.

### ORATIO CONTRA INSIDIAS DIABOLI <sup>a</sup>.

1. Tu, Domine, verus docto et præstitor, qui creator es et redemptor, largitor et munitor, adovatus ac judex terribilis et clemens, qui cæcis men-

tibus donas aspectum, qui infirmis possibile esse facis quod præcipis; qui sic pius es, ut assidue rogaris velis; sic munilicus, ut neminem desperare

<sup>a</sup> Vide Isidoriana, c. 81, n. 33.

permittas; indulge mihi peccata omnia, ac universos errores, et tua gratuita bonitate, bone Jesu, perduc me ad illam contemplationem desiderabilem, ubi jam errare non possim. Per quanta enim vitia corri, tu scis, qui occulorum es cognitor. Quam misera et prona est mea fragilitas, tu nosti, qualiter incessanter affligat et premat agnoscis. Te, Christe Deus, bellator fortissime et triumphator semper victoriosissime, querit impar certamen, te

A expedit mortalitis infirmitas, majestatis enim tua gloria est, si leo rugiens ab infirmitate ove supereretur, si spiritus violentissimus a debilissima carne vincatur, et si saltum illius dominationem, permittente tuo justo iudicio, ad tempus patimur, nequaquam **374** illius insatiablebus fauibus sorbeamur. Fac ilium, amator hominum, tristem de humana letitia, qui de nostra offensione exsultat.

## APPENDIX XX.

### LIBER DE ORTU ET OBITU PATRUM.

*De quo in Isidorianis, cap. 61, n. 48.*

*De sancto Abraham, qui fuit prima via credendi.*

**1. ABRAHAM**, filius Thare, filii Nachor, frater Aran, patris Lot, pater Ismael, et avus Jacob. Undecimus a Noe, vigesimus ab Adam, Deum corde credit, Trinitatem hospitio suscepit. Cum Deo loquitur, a Melchisedech post victoriem benedicitor. Filium in senectute tempore meruit, quem Deo Dei amore obtulit; Chaldaea ortus, in Chanaan peregrinatur; dives valde, placuit Deo. Plenus dierum, **CCLXXV** annorum deficiens, mortuus, a filii suis Ismael et Isaac sepultus in spelunca duplice, quæ est in agro Ephron Cæthæti juxta civitatem Cariatharbe, quæ et Heliætæ alio nomine vocatur.

**2. ISAAC**, filius Abraham, in senectute parentum natus, id est, matre nonagenaria et patre centenario in Geraris inter Cades et Sur ortus, a Deo nominatus, antequam natus esset, die octavo circumcisus, obediens patri, Deo immolatus in figura Iesu Christi, qui oblatus est Deo Patri. Uxor Isaac Rebeca, Barhuelis filia, filii Nachor, fratris Abraham, mater Jacob et Esau. Isaac plenus dierum, et senex **CCLXXX** annorum, moritur justus, a filiis suis sepultus.

**3. JACOB**, filius Isaac, frater Esau, fratris supplantator. Benedictus a patre, nolens pater. Benedictus a Deo, volens Deus, simul et mater. Ortus in Bethsabee, factus pater tredicim filiorum, scalam vident in Bethel doruniens, angelos in scala, et Dominus in visu conspiciens, luctavit cum Deo, benedictus ab eo. Nomen mutat, *Israel* illum appellavit. Valde dives, in *Egyptum* pergit causa famis, ibi moritur plenus dierum **CXLVII** annorum; aromatibus conditus, inde translatus a Joseph, sepultus in spelunca duplice in terra Chanaan, ubi Abraham et Sara, Isaac et Rebeca, simul et Lia, jacent sepulti.

**4. JOSEPH**, filius Jacob et Rachel, frater Benjamin, in Mesopotamia Syria odiosus fratribus, amabilis patri, somoia ter veridicus, in *Egyptum* a fratribus venditus in figura Christi, qui venundatus est pretio argenti. Missus in carcere sine culpa, vere sub dolo et mendacio Putipharis seminæ. Fuit Dominus cum Joseph in carcere. Somnis regis Pharaonis revelavit, quæ nemo interpretari potuit; propter hac a rege est honoratus, princeps *Egypti* factus, et a Pharoone Sara tosan nominatus, quod *Egyptiacæ* sonat mundi *Salvator*. Nutritor fratribus, simul et paris, in tempore dura et gravis famis. Vixit longevus multis diebus **CXX** annis. In *Egypto* mortuus, aromatibus conditus in loco Bresith in *Egypto* **375** repositus, curru ossa, ut ipse rogavit, Moyses de *Egypto* secum portavit, et in tempore Josue ministri regis populus in Sichen sepelivit ossa ejus.

**5. JOB**, qui et Jobab, cuius pater Zara, et mater Bosra. Zara autem filius Raguel, filii Esau, filii Isaac, quintus ab Abraham rex incolitus in terra Edom. Vir simplex et rectus Domini servus. Dives ae præclerus in filiis, et filiabus, in possessione, ovium septem millia, juga boum quinquegenta, et multa familia. A Deo probatus, a Satan tentatus, substantia privatus, lepra percussus, filii orbatus,

valde maledictus, a falsis amicis false consolatus. et eorum verbis corde contristatus, loquitur cum Domino, interrogatus ab ipso seipsum reprobendit. In favilla et cinere poenitentiam egit; liberatos a plaga, additur substantia. Benedictus a Domino, accepit duplicita in vita, et filios Dei beneficio. Vixit post plagam diebus multis **CXX** annis; moritur senex et plenus dierum.

**6. MOYES**, filius Ambre, filii Chath, filii Levi, filii Jacob. Septimus ab Abraham, Aaron, et Mariæ frater, quorum mater Jochabet, filia Levi, filii Jacob. Moyses in *Egypto* natus, tribus mensibus absconditus, inde in fiscellam stirpeam positus, et in ripam fluminis dimisus, a filia Pharaonis ibi est inventus, et ab ea Moyses nominatus; eum nutritre precepit, et in filium adoptavit. Ut vir factus est, fratres visitavit. Occiso *Egyptio*, in Madian fugit, et ibi pastor ovium fuit. Ubi Dominum in rubo ardenti vidi, quem Dominus e rubo vocavit, et principem populi sui constituit. Virtutes multas in *Egypto* per ipsum in mari et in eremo Dominus fecit; facie ad faciem Dominum vidi; legem in Sinai ei tradidit, quam ipse Dominus digito scripsit, de qua *[Forti, et quam]* populum semper docuit, terram promissionis vidi, sed minime intravit. Jussu Dei verticem Pharga ascendit, et ibi moriens ad patres pergit plenus dierum **CXX** annorum. Cuius oculi non sunt caligati, nec dentes mutati, cuius sepulcrum nemo vidi, vel novit, quia ipse Dominus illum sepelivit, et planxit eum populus **XXX** diebus.

**7. AARON**, filius Ambre, frater Moysi, prior nascendo in tribus annis, minor honore in multis sanguis. Sacerdos Dei, propheta fratris, unctus oleo sancto, induitus ueste præclaræ, intrabat semel in aucta in anno orans pro seipso, et pro populo, ortus in *Egypto*, defessus in eremo, peccat in vitulo. Orans frater pro eo, postea complacuit Deo; prævata sorte hereditatis in terra promissionis, quia non creditus verbo veritatis, percussa petra in Cadesbarne cum aqua contradictionis. Pro tali culpa iratus Dominus dixit ad Moyses: Tolle Aaron, et filium ejus, et duces eos in montem Hor, qui cum undaveris patrem ueste sua, indues ex eis Eleazarum filium ejus manu tua. Ita Moyses fecit, ut Dominus imperavit, patrem spoliavit, filium vestivit. Aaron in monte Hor moritur coram omni populo anno quadragesimo egressionis populi ex *Egypto* mense quinto primæ die mensis, cum esset annorum **CXIII**, et ibi sepelitur, et **XXX** diebus a populo plangitur; et pro eo Eleazarus sacerdos ponitur. Sosor ejus Maria in Cades cadit mortua, et ibi jacet a populo sepulta.

**8. JESU**, filius Nun, qui a parentibus Auses [Corrage, Osee] primo appellatus est, et tribu Ephraim, famulus Domini, et minister Moysis, natus in *Egypto*, confortatus in Domino, et post mortem magistri factus est princeps præcipius populi. Mitti exploratores in urbem Jericho: loquitur cum Domino, et audivit a Domino, *Exaltabo te hodie*

*coram populo meo.* Pēgit sicco pede fluenta Jordani cum populo Dei, in campo Galgalis subvertit urbes, tyrannos, et reges gentium. Imperat soli et iungit; steterunt in celo et terra leges naturae. Præponit urbes simul, et viros, disponit in sortes divisas. Pradicabat semper populo Domini legem, iudicavit Israel in pacis semper sede. Vixit longævus plenus dierum c simul et x annorum. Sepultus in Thammathare, possessionis suæ parte, in monte Ephraim.

9. SAMUEL, qui interpretatur *positus a Deo*. Filius Elcana, filii Jeroboam, filii Eliu, ortus in monte Ephraim, natus in Ramatha, princeps et prophetus, Nazareus ab infantia, famulus Dei, et minister sacerdotis Heli, cuius mater sterilis, quæ vocatur Anna, oravit Dominum in templo, et facta est secunda. Quæ cantavit canticum, *Exultavit cor meum in Domino*. Samuel fidelis vixit. Saulem, et David super sedes regni posuit, postulavit pluviam, et pluit e celo, orabat semper ad Dominum pro populo suo, multis diebus populum rexit. Grandævus, et senex ad patres perrexit. Quem populus Israel planxit, et in domo sua Ramatha terræ eum condidit.

10. DAVID filius Jesse, filii Obeth, filii Buzi, ortus e tribu Juda, natus in Ephraim, preclarus forma, rex et propheta, reges superavit, psalmos cantavit, bestias prostravit, Goliam interfecit, Dominum semper timuit, robuste regnavit, Christi nativitatem et baptismum prænuntiavit. Passionem et resurrectionem ejus demonstravit, Ascensionem et ejus adventum in fine mundi judicare prophetavit, electus Dei, quem Deus amavit, humiliis et mitis oves patris pavit, xl annos in Israel regnavit, vii annos in Ebron, in Jerusalem xxxiii annos. Vixit longævus. Dormivit cum patribus in civitate David, et in Beithleem est sepultus.

11. ELIAS Thesbitæ, qui interpretatur *Dominus*, Dei propheta magnus, adhuc vivus, Domini servus, prædicator futurus, cum Antichristo in fine mundi pugnaturus, xl dies jejunavit. Jonam mortuum suscitavit, vi menses et tres annos pluviam prohibuit, ignem e celo super quos voluit et aquam venire fecit. Qui bovem, et lapides, et aquam consumpsit. Centum et duos viros vorax flamma interfecit. Idem Elias, corvis ministrantibus, in spelunca vixit; oleum et farinam viduæ benedixit. Sacerdotes Baal omnes interfecit. In curru igneo usque ad cœlum ascendit. E terra Arabon et tr. bu Aaron ortus fuit.

12. ELISEUS, qui interpretatur *Domini mei salus*, propheta altissimi, discipulus Eliæ, et magister Jezi, gratiam magistri suscepit; fluenta Jordanis divisit, et sicco pede per fluvium perrexit; aquas amaras in aquæ naturam convertit; ollam ut ferventem dulcoravit. Securem e lumen profundo vocavit. Naaman principem Syrie, lepra percussum, 377 purgavit; discipulum cupidum lepræ plaga percussit; olei paululum viduæ benedixit. Oleum per vasa pauca benedictum non pauca replevit, vidua creditorum debitum reddit, et de oleo filios liberos reddit, et reliquo ipsa cum filiis vixit. Eliseus vivens mortuum suscitavit; Eliseus mortuus mortuum vivificavit. Eliseus ex Abdalem a terra Ruben ortus fuit, quem euni mater ejus peperit, vitula aurea cum magno boatu in Galgalis clamavit, ita ut populus in Jerusalem boatum audiret. Tunc dixit sacerdos præsens audiens miraculum: *Hodie, inquit, nascitur propheta futurorum, qui civitatis simulacra distribuit (destruit) idolorum.* Eliseus in Samaria mortuus, et ibi sepultus.

13. ISAIAS, filius Amos, *salus Domini* interpretatur, in Jerusalem propheta egregius, et martyr justus, nobilis genere, nobilior sermone. Sub quatuor regibus Ozia, Joathan, Achaz, Ezechia, prophetavit. Dominum sedentem solo excuso contemplavit. Seraphin xii alas clarae et celebri carmine Dominum laudantes auditivit *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus*

A Deus *Sab oth*, ex quibus unus ad illum volavit, et fabia ejus igne cœlesti purgavit. Gentibus in tenebris mortis sedentibus salutem et lucem annuntiavit. Parvulum natum de Virgine Deum, et hominem, et principem, patremque futuri sæculi prænuntiavit, virginem et radice Jesse egrediente, septiformi spiritu florentem, et fructificantem prophetavit, subversionem et vastationem Babylonis prædictis. Nudus et discalceatus tribus annis, jubente Domino, ambulavit; lapidem summum et angularem in Sion ponendum prædictis. Salvatorem, et regnatorem, et justissimum judicem in Jerusalem regnante annuntiavit, crux et passionem, sepulcrum et resurrectionem Domini declaravit, judicium ventorum et mortuos resurrectos prophetavit. In Jerusalem predicavit sub Manasse rege, serra sectus in duas partes occubuit, sepultus est sub queru Ragel juxta transitum aquarum, quæ olim Ezechias rex obstruxerat pulvere.

B 14. JEREMIAS, qui interpretatur *excelsus Domini*, propheta et sacerdos, quem Dominus in utero matris sue sanctificavit; puer admodum et Benjamin prophetavit imperio Domini virgam vigilantem, et ollam succensam a facie Aquilonis vidit. Ruinam sue civitatis quadriplici alphabeto planxit, qui lumbare iussu Domini portavit, qui lagunculam testeum in conspectu Domini fregit, quem Fadassur sacerdos in nervum misit, cui Dominus duos catathos fieis plenos ostendit. Calicem plenum iræ Dei gentibus et regibus miscuit, catenam in collo portavit, in atrio carceris clausus fuit, inde liberatus ad patriam pergere voluit. Tunc iterum illum custos civitatis tenuit, et principibus eum tradidit, principes vero irati flagellatum iterum in carcerem miserunt. Rex vero ad illum misit, et de carcere traxit. Principes iterum tenerunt, et volentes eum occidere, in lacum profundissimum et siccum sunibus miserunt. Dominus autem per manus Abdelelech *Ethiopis* Jeremiam e lacu et morte liberavit, et in vestibulo carceris usque in diem qua civitas capta est, permansit. Nabuchodonosor rex Babylonis Jeremiam a carcere et a catenis liberavit. Jeremias ergo ortus a vico Anathoides, qui viculus tribus a 378 Jerosolymis distans milibus, captivus in *Egyptum* ductus a populo apud Taphnas lapidibus obrutus obiit. Jacet vero in eodem loco sepultus, quem Pharaon rex habaverat, quia per postulationem suam defugatis ab eodem loco serpentibus, *Egyptios* fecit esse securos a tactu aspidum; quem etiam magna cum religione iudicium *Egyptii* veniuntur.

C 15. EZECHIEL, natus Buzi, qui interpretatur *portudo Dei*, propheta, et sacerdos Altissimi, cum Joachim rege captivus ductus in Babylone, tricesimo sua aetatis anno, et captivitatis quinto, prophetare et loqui ad captivos exorsus est. Cui coeli aperti sunt, et Dei visiones obscuras et mirabiles videntur. Ad quem factum est verbum Domini, super quem facta est manus Domini in visione magna, et mirabilis, in vento et nube fulgenti, in igne et splendore splendentis, in electro clarescenti, inter quos conspexit quatuor animalia cum penitus, et pedibus, et manibus, homo et leo, vitulus et aquila. Quatuor conspicit rotas juxta animalia ex omni parte oculis plena, et cum animalibus simul discurrentibus audivit sonum alarum ipsorum, ut sonum eastrorum et aquarum militarum, portabant capitibus quasi firmamentum, et super firmamento quasi thronum positum, et in throno aspicit quasi vultum hominis, et electrum fulgens in medio ignis, haec omnia videns cecidit in faciem, et audiuit vocem ad eum loquentem, et super pedes suos illum erigentem, ostendit ei librum, quem inau tehebat, et expandit volumen, et ad eum dicebat: *Aperi os tamen, et comedere hunc librum;* et ipso hunc statim comedit, et ut mel gustavat, et viscera replevit, et plebi prædicavit, visiones alias multiformes vidi; in quibus urbibus, regibus, gentibus, insulis, populis, plagas venturas verbo Domini prædicavit, campum plenum ossibus siccis super quæ nervos et vis-

cera venire vidit, et ipso prophetante in ossa omnia spiritus vite intravit, civitatem spiritualem, et mirabilem vergentem ad austrum, cum portis, plateis et multis aedificiis vidit, quae carnaliter aliquatenus stare non potuit.

16. EZECHIEL fortitudine Dei interpretatur, terra Sarira ortus, et in Chaldæam, ut prædictimus, captivus ductus, ibique populus Israel eum occidi præcepit, quoniam ab eodem propheta arguebantur, ne idolis servient. Hunc ergo sepelivit populus in auri [Lege Maurum] agro sepulcro Arphaxat.

17. DANIEL, filius Abda, judicium Dei interpretatur, ex tribu Iuda ortus, in Bethoron superiore natu, puer admodum captivus in Babylone ductus, propheta præcipiens, cum quo Dominus fuit. Principe namque super principem sibi posuit. Somnia namque regis Nabuchodonosor; in grandi imagine et in magna arbore revelavit. Visiones magnas et mirabiles ipse conspexit, quatuor ventos et magnos in mari pugnantes, et quatuor bestias terribiles de mari surgentes aspergit, thronos positos et Vetustum dierum in throno igneo sedentes conspexit; cui milia milium angelorum ministrabant, et decies centena millia assistebant, judicium positum, et libros apertos vidit, Filium hominis venientem ac Vetustum dierum aspergit, arietem grandem cornibus quatuor partem 379 ventilantem, et hircum caprarum terribilem, et magnum cum ariete pugnantem, et arietem in præstantem prospexit, faciem suam ad Dominum Deum suum posuit. In jejuniis, sacco et cinere Dominum adoravit, mirabiliter confessio ne et pura obsecratione pro se et populo suo Dominum obsecravit. Tres hebdomadas populum planxit, panem desiderii, et carnem, et vinum in jejuniis non comedit. Gabriel arcangelus in his omnibus dilectione confortavit, omnes visiones, quas vidit et demonstravit, Christum nasciturum et regnatum, passurum et resurrecturum ei annuntiavit. Regna mundi inter se pugnatura prædixit, Antichristum venturum cum sanctis prælatorum affiravit. Iste Daniel Balthasar regi tres terribiles sermones in pariete scriptos demonstravit. Susannam ex falso crimen liberavit. Senes pravos morti damnavit. Bel, idolum Babylonis, destruxit, draconem terribilem pice et pilis interfecit, sacerdotes Bel lxx interire fecit. Cui Habacuc per angelum ex Iudea in Chaldaem in momento raptus præsumptum portavit, quem Dominus dualibus vicibus ex lacu leonum liberavit. In Babylonie Deum omnipotentem prædicans requievit, solusque omnium Hebraeorum... sepultus est regione.

18. OSEE, filius Beeri, Salvator interpretatur, propheta Domini sub quinque regibus verbum Domini prædicavit. Crebro nominat Ephraim, Samariam, Joseph, Jezrael, Israel, et uxorem fornicariam et fornicationis filias, et adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam, et sub veste lugubri viri ad se redditum prestolari. Populo verbum Dei prædicat, et sceleris eorum dure et terribiliter increpat, et lugere, et venire ad Dominum omnes confortat, quia sanat, percutit, et curat, et mortificat, et vivificat, et misericordiam magis quam sacrificium diligit, et scientiam Dei plusquam holocausta querit, ei Christum Filium Dei ab Aegypto vocaturum prophetavit. Hic ergo Osee propheta ex tribu Issachar ortus, in Belemonth natus, ibique placida morte dormivit sepultus.

19. JOEL, filius Phathuel, incipiente Domino interpretatur. Describit terram xii tribuum eruca, brucchio, locusta, rubigine vastandam et consumendam. A facie Domini terram tremere et cælos movere affirmat, solem, et lunam, et stel as suum splendorem abscondere designat. Magnum diem Domini et valde terribilem advenire prædicti. Dominum Deum benignum et misericordem, patientem et piun, et præstabilitem super malitias hominum affirmat. Populum ad ecclesiam sacrificare jejuniū convocat. Genes, juvenes, parvulos, latentes sponsos, sponsas, sacerdotes ministres Domini Dominum prædicare, populo

A parcere, et pacem donare prædicat; abundantiam frumenti, vini et olei, et pacem Domini donare sibi servientibus promisit. Spiritum suum sanctum super servos et ancillas suas Dominum effundere prædictit. seniores somnia somniare, et juvenes visiones videre in Domino prophetavit. Joel vero propheta ex tribu Ruben ortus, in agro Betheron natus, et ibidem obiit, et pausat sepultus.

20. AMOS thesbites potens, vel fortis, cui populum divellens interpretatur, propheta, et pastor, et rusticus, et ruborum mora distringens, 380 paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimet tria et quatuor sceleris Damasci, Gaze, Turi, Idumeæ, filios Ammon, et Moab, et in septimo octavoque gradu Iuda et Israel? hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in monte Samanæ, ruritum domum maiorem minoremque testatur. Ipse certò factorem locustæ, et stantem Dominum super murum litum, vel adamantium, et onychinum pomerium, et trahentem supplicia peccatoribus, et famem in terra, non famem panis, neque simili aquæ, sed audiendi verbum Dei. Ipse est Amos quem Amasis rex saepe considerat: Ozias vero, filius ejus, transfixum per temporā ejus palam euuidem propheta læthali vulnere affectit. Hic ergo vates post biduum postquam in suam advectus est patriam, spiravit, ibique sepultus est.

21. ABRAHAS propheta servus Domini interpretatur, pertonans contra Edom fratris quoque Jacob semper æmulum astra perculit.... superbiam et elationem superborum increpat, sapientes et prudentes mundi, et tyrannos, et fortes ejus a Domino perituros et percussos prædicat. De monte Sion salutem, et Salvatorem venturum, et Dominum in sempiternum regnaturum prophetat. Hic ergo in agro Bethacaran natus, et de terra Sichem est ortus, et Elias propheta discipulus, et tertius quinquagenarius cum L militibus ab Ochozia ad Eliam missus, cui et pententi pepercit Elias, ne eum ignis sicut duos ante se quinquagenarios missos consumeret. Hic ergo Abdias, Ochozia relieto ministerio, prophetavit. Mortuus est et sepultus cum patribus suis.

22. JONAS propheta, filius Amathi, qui interpretatur columba vel dolens, filius viduæ Sarapaneæ, quem Elias mortuam suscitavit. Quem Dominus misit prædicare in Ninivem. Ipse vero navim querit, et iugit in Joppem. Deus vero ventum magnum in mari suscitavit, mare ergo magno motu fluctuat. Nautæ autem vento mari laborant. Jonah soporantem dormientem suscitavit. Vasa sua mittunt in mare, Deum suum adorant, mittunt sortes, cujus culpa esset hoc periculum. Sortis emissâ mox ecclit super Jonam Hebreum. Tunc diversunt, Unde venis? quid fecisti? a qua gente penitus es? Tunc respondit: Ego sum servus Dei cœli, et genere Hebreus. Magno motu contrementes, non potentes tacere, dixerunt: Quid debemus de te, homo, facere? Dixit illis Dei servus quid debuissent agere. Tollite me ex hac nave, et mittite in mare. Illi illum tunc miserunt in mare, ut jusserat. Piscem grandem Deus misit, ut prophetam glutiret; piscis ipsum glutivit, ut Deus imperavit, tribus diebus ac noctibus piscis eum portavit, et de ventre piscis ad Dominum clamavit, quem Dominus audivit, simul et liberavit. Piscis eum evomuit in terram, quam ipse notuit, in civitatem Ninivem ipse perrexit, regi et populo pœnitentiam prædicavit. Et ut rex et populi audierunt, a minimo usque ad maximum in Deum crediderunt, et in sacco et cinere non tantum homines, sed et juventa pœnituerunt, tribus diebus, et tribus noctibus clamantes ad Dominum ieiunaverunt, et liberavit eos Deus ex plaga quam tinnerunt. Jonas vero pulcherrime suo naufragio passionem Domini 381 præfiguravit, mundum ad pœnitentiam revocat, et sub nomine Ninive salutem gentibus nuntiat. Euntibus itaque Tiberiadem non grandis est viculus, ubi et sepulcrum ejusdem prophetae Jonæ ostendit.

**23. MICHAELIS propheta, Quis iste? vel humilitas A interpretatur, e tribu Ephraim ortus, in Morashin natus, heredem sonat, ad quem factum est verbum Domini in diebus Joathan, Achaz, Ezechiae regum Iuda, super Samariam, et Jerusalent. Omnes populos ad audiendum Dominum provocat, ruinam Iudae et Jerusalem plangit, judices injustos et potentes impios, et pseudoprophetas increpat, duos latrones templi, et Jerusalem annuntiat, montem excelsum super omnes montes et colles preparatum annuntiat. Omnes populos et gentes multas ad eundem montem ascendere designat, legem Dei et Sion, et Verbum Domini, et Jerusalem exire designat, judicium rectum inter populos et populos designat, gladios in vomeres, et hastas in ligones præ magnitudine pacis fabricatos confirmat. Dicem natum ex civitate David exiturum, et in Israel regnaturum prophetat, maxillam judicis Israel percuassam presignat. Quid sit hominem homini indicat, et quid Deus ab eo querit annuntiat. Utique judicium rectum facere, et cum Deo suo sollicite ambulare, et misericordiam diligere, persecutionem futuram non pigravit praedicere, propria uxori neminem credere, filios patres, et filias matres persecui, nurnum adversus socrum contendere, et inimicos homini domesticos fieri, magnitudinem et longanimitatem, misericordiam et pietatem Domini, ut potuit, prophetavit, peccata poenitentium in profundi oblivionis Dominum projicere affirmavit. Hic itaque propheta, quoniam peccantem Achaz sepius, arguebat, sub Ioram filio ejus ex precipitio valde porrecto jactus occubuit. Sepultus est autem in terra sua iuxta Polyandreum, qui est prope Naim.**

**24. HABACUC propheta amplexans interpretatur, de tribu Simeon ortus, in agro Bethsachar natus. Dominum a longe venturum et nasciturum prophetavit. Incredulum castigavit, justum in lide sua vivere affirmavit, cupidos, avaros, homicidas, ebriosos, idolorum cultores terribiliter increpat. Idem ipse Habacuc iactator fortis et rigidus stat super munitionem, ut Christum in cruce a longe contempletur, et dicat: Operuit celos gloria ejus, et laude ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus. Hic autem propheta ante biennium reversionis illorum Israel a captivitate in agro Sabarit vita discessit.**

**25. SOPHONIAS propheta, qui interpretatur abscondens eam, filius Chusi, filii Godolize, filii Amariae, filii Ezechiae, de tribu Simeon, qui prophetavit in diebus Josiae, filii Amou regis Iuda. Ipse est speculator et cognitor arcanorum Domini. Ipse audit clamorem a porta piscium, et ululatum a Secunda, et contritionem a collibus. Indicat quoque ululatum habitatoribus Silæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt universi qui involuti erant argento. Ipse est qui diem Domini mirabiliter et terribiliter venturum prophetavit, dicens: Juxta est dies Domini 382 magnus, juxta, et velox nimis. Vox dei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa, dies tribulationis et angustiarum, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ, et turbini, dies tubæ, et clangoris super civitates munitas, et super angulos excusos, et tribulabo homines, et ambulabunt, ut cœci, quia Domino peccaverunt. Idem vero Sophonias in agello Sabare (At., Sababath) obiit, et terræ humatus jacet.**

**26. ACCÆUS propheta, qui interpretatur solemnis; prophetavit autem in anno secundo Darii regis reditum populi ex captivitate Babylonia, et restaurandum templi sub Zorobabel sacerdote magno. Promisit itaque in verbo Dei omnia bona Deum donare populo suo. Consolavit principem, populum et sacerdotem magnum in magno Dei auxilio restaurare, et aedificare templum Dei, dicens: Hæc dicit Dominus exercitum: Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in montem portare lignum, et aedificate domum, et acceptabilis mihi erit, et glorificabor,**

A dicit Dominus. Ipse prophetavit, cœli et terræ sterilitatem, et arborum fieri pro peccatis hominum. Ipse prophetavit abundantiam frumenti, et vini, et olei, et abundantiam pacis, et sanitatis populo, et servis Dei, et servientibus sibi. Ipse prophetavit, Deum patrem et Spiritum ejus sanctum in populo suo semper esse. Et ne timet dicens: Confortare, omnis populus terræ, dicit Dominus exercitum, et facite, quoniam ego roboscum sum, dicit Dominus, et Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. Ipse prophetavit Deum semetipsum moveare cœlum, et terram, et mare, et aridam, et gentes, et solia regnorum, et Unigenitum patris venturum dicens: Adhuc unum modicum est, et ego commorebo cœlum, et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes, et solia regnorum, et veniet desideratus cunctis gentibus. Ille vero Aggaeus ex Babylone admodum juvans Jerusalem advenit. Ibique exhalavit, et juxta sacerdotium sepulera humo conditus jacet.

**27. ZACHARIAS propheta, qui interpretatur memor Domini, filius Barachiae, uno eodemque anno, sub uno endemique rege Dario prophetaverunt. Zacharias vero in sua prophetia multiplex et mysticus. Versiones enim varias et obscuras videns, prophetavit mystice, quia in eo angelus Domini loquebatur. Ipse enim vidit nocte ascensionem super equum rufum stantem inter myriam quæ erant in profundo, et post eum equi rufi varij et albi. Ipse audivit angelum interrogantem de tempore misericordie super Jerusalem. Ipse audivit Dominum angelο loquente in verba bona, verba consolatoria de Jerusalem, et Sion, de civitatibus Iuda. Ipse vidit quatuor cornua ventilantia Iudam, et Israel, et Jerusalem. Ipse vidit virum, funiculum in manu tenentem, et Jerusalem in longitudinem et latitudinem mensurantem, et dicentem: Absque muro habitabitur Jerusa em. Dominus enim erit murus ejus igneus. Ipse vidit lapidem scriptum, vii oculos habentem, et candelabrum aureum, septem lucernas suscitentem, et infusorias, lucernis pendentes vii, et duas olivas iuxta candelabrum stantes, unam a dextro, et unam a sinistra. Ipse vidit volumen 383 volans longitudine xx cubitorum et latitudine x cubitorum. Ipse vidit talentum plumbi, quod portabatur, et mulierem sedentem in medio amphora, quæ impietas est, cui massa plumbea in os missa est. Vidi et duas mulieres alas habentes, quasi alas milvi, que levabant amphoram inter cœlum et terram. Vidi et quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium aureorum. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, in quadriga quarta equi varij fortis, et alia multa obscura et mystica. Vidi. Prophetavit autem redditum populi, et restauracionem Jerusalem et templi; prophetavit regem pauperem et humiliatum venturum dicens: Exsuta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem, ecce rex tuus veniet tibi justus, et saluator, pauper ascendens super pullum, filius asinæ; prophetavit eundem regem traditum, et venditum pro argento, dicens de persona sua: Appenderunt mercedem meam triginta argentos, et reliqui. Passio- nem ejusdemque (sic) regis, id est, Salvatoris nostri per omnia, sicut faciunt est, mirabiliter prophetavit. At namque: Percutiam pastorem, et dispergenter oves græcis. Et iterum: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Plagatus sum in domo orum, qui diligebant me. Et iterum: Aspiciunt ad me, quem afficerunt. De morte ejus sic predicavit: Et plancti eum planctu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri soli super unigenitum. Baptismum futurum prædictum, dicens: In vie illa erit fons patens dominus David, et habitantibus Jerusalem in ablutione veccatori et menstruæ.**

At morte itaque ejusdem Zacharie prophetæ testem fidelem, qui nec fallebit, nec falabit, habeo, id est, Jesum Salvatorem nostrum in Evangelio secundum Matthæum, Judæos incredulos increpantem, et sic dicentem: Veniat super vos omnis sanguis justi.

*qui offensus est super terram, a sanguine justi Abel usque ad sanguinem Zacharie, filii Barochie, quem occidit is inter templum et altare. Zacharias ergo ex regione Chaldaeorum valde senex in terram suam reversus, et, sicut diximus, occisus, iuxta Aggeum in Ierusalem humatus jacet.*

28. *MALACHIAS propheta Angelus Domini interpretatur. Mystica et Dei mysteria admonet, honorem adhucendum parentibus et dominis dicens : Filius honoris patrem, et servus Dominum suum. Interrogat ex persona Dei Patris omnes viventes, dicens : Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus, et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Increpat autem sacerdotes indignos, et culpabiles, indigne et culpabiliter ministrantes Deo. Laudat vero sacerdotem dignum, et angelum vocat illum, dicens : Labia sacerdotum custodiunt scientiam, et legem requiringant de ore ejus, quia angelus Domini exercituum est. Maledictum autem vocat eum, qui munera inaculosa Deo suo de rebus suis offert, dicens : Maledictus homo dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolavit debilem Domino. Unum patrem omnium esse et unum Deum adorandum demonstravit. Ait namque : Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque fratrem suum? Adventum Joannis precursoris Domini 384 prædictum dicendo : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, et reliqua. Adventum Eliæ prophetæ et prædicatoris ante iudicium prædicare prophetavit, dicens : Ecce ego vobis mittam Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et terribilis, et convertet corda paucorum in filios, et corda filiorum ad patres eorum. Aperte autem Malachias in fine omnium prophetarum de abjectione Israel, et vocatione gentium prophetavit, dicens : Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu soles usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offeratur nomini meo oblationes mundae. Post reversionem vero populi Israel a Babylone in Supha natus est Malachias ibique admodum juvenis moritur, habeoque tumulum Gabaonitis, quoque sepulcro conditus jacet.*

29. *ACHIAS. Silouones ex civitate Eliæ Salomon regi prædictus, quod per mulieres a mandatis Domini declinaret. Mortuus est ergo Ozias, et sepultus est juxta quercum in Solo.*

30. *Audo in Samaria natus est, qui Roboam illicite immolantem admonuit. Hunc ad propria revertentem leo in via stragulavit. Sepultus est in Bethel in sepulcro prophetæ, qui eum sepellierat.*

31. *AZARIAS auxilium Domini interpretatur. In terra oritur Sabatha; mortuusque est atque sepultus est in aglio suo.*

32. *ZACHARIAS memor Domini interpretatur; filius Joiaæ sacerdotis, cum xxx annos vixisset, congregatus in atrio domus Domini populus juxta regis Joas imperium, missis in eum lapidibus, prophetam sanctum extinxit. Hunc sublevatum inde continuo sacerdotes sepelierunt eum juxta patrem suum.*

33. *TOBIAS propheta sanctus, Dei summi servus, ex tribu et civitate Nephthali ortus, in diebus Salmanasar regis Assyriorum in civitatem Niniveam captivus ductus inter suos captivos juvenis aetate, sed senex, et sapiens consilio, et mente. Omnia bona quæ habuit cum charitate concavtis condonavit. Puerulus tunc aetate, perfectus tamen in Dei timore, idola vana fugiebat, legem Dei semper tenebat. Proselytis et advenis misericorditer ministrabat. Dignas Deo decimas donabat, uxorem nomine Annam de tribu sua accepit, quæ illum genuit, cui pater nomen suum imposuit, et eum de Dei lege et Dei timore docuit. A cibis gentilium se semper abstinuit. Annam suam incontaminatam custodivit, in corde suo semper Dominum sui memori fuit. Cui Dominus in conspectu Salmanasar regis gratiam dedit, faciebat quod volebat, pergebat ubi desiderabat. Pauperes generis sui de maneribus regis diuavit. Gabelo pauperi de*

*sua gente decem talenta argenti sub chirigrapho donavit, esurientes alebat, nudos vestiebat, mortuos sepeliebat, quem rex Semarcherib, Dei inimicus, occidere voluit. Sed illum cum uxore, et filio Dominus custodivit. Postea vero convivas suos relinquebat, et jugulatos mortuos generis sui abscondebat, et in noctibus eos sepeliebat. In his omnibus Deo placuit, et proximis suis dispergit, quia haec omnia propter Deum fecit. 385 Iude vero illum probavit, substantias et divitias abstulit. Mendicatae et paupertate perecessit. Opprobria, et unctiones a parentibus, et uxore, et cognatis sustinuit. Scit et Job, a regibus et a falsis amicis contumelias sustulit. Sed in his omnibus Tobias vir sanctus in Dei timore immobilis permanuit, Deum semper benedixit, cum gratia et lacrymis clementiam Dei postulavit, quem Dominus exaudivit, et de omni tribulationibus suis liberavit. Angelum suum sanctum namque Raphaalem de caelo transmisit, qui eum in omnibus consiliis suis confortavit; quem hominem testimoniavit, cum filio suo in viam pergere rogavit. Ita Raphael angelus fuit, ut pater sanctus illum postulavit. In viam enim filio perrexit, et sanavit eum usque in Regem civitatem Medorum adduxit. Cum quo quasi cum conservo, et fratre fabulavit, quem a morsu piscis eripuit, et Sarah filiam Rague uxorem habecesse fecit, a qua Raphael demoni non in Nine Asmodeo compescuit, et in superioris Aegypti deserto alligavit, et gaudium magnum parentibus puerle fecit, et pecuniam sancti patris a Gabelo suscepit, sanum et incolunem cum magna substantia, cum uxore et multis familiis. Tobiam ad patrem reduxit. Sancto seni lumen oculorum restituit; et filium suum, et familiam gaudentis vidit. Tunc ostendit eis angelus omnia mysteria itineris sui, et Sara orationum, et sanitatis; et dixit eis angelus Raphael quia angelus Dei esset, et a Deo esset missus. Tunc timuerunt, et in terram prostrati ceciderunt, ei dixit eis angelus : Nostre timere; pax vobiscum, Deum benedicite, illam tendite, et narrate omnia mirabilia ejus. Et cum haec dixisset, ab aspectu eorum ablatus est; et per tres horas in terram se prostraverunt, et Deum benedixerunt, et exsurgentem, omnia mirabilia ejus narraverunt. Tunc schœx os suum aperuit, et Deum benedixit, et restauracionem Jersalem, et templi prophetavit, et subversionem magnæ civitatis Nivie prædictum. Dives valde, et præclarus multis annis vixit cum benedictionibus. Quinquaginta et sex annorum erat, quando amissit lumen oculorum. Quatuor annis cæcus, et pauper fuit. Sexagenarius lumen oculorum, et divitias duplicitas rcepit, et postea quam illuminatus est, vixit annis xl duobus, et videt filios, nepotum suorum. Completis itaque annis cxii, cum Dei timore perrexit in pace, sepultus honorifice in Nivie civitate, simul et Anna sua uxore.*

34. *JOANNES BAPTISTA, qui interpretatur gratia Dei, filius Zacharie sacerdotis, ex tribu Levi, in Israel ortus, angelo annuntiante conceputus, ab angelo nominatus, antequam esset generatus, in senectute pareatur natus, præcursor Salvatoris modo lactu nascendo, prædicando, baptizando, moriendo, ad inferos descendendo; sex etenim mensibus ante Salvatorem natus, et ante passionem Domini capite plexus, et ad inferos descendit prænuntiatus prius Christi, servus Domini, propheta altissimi, vox Verbi, amicus sponsi, testis Domini, præco judicis, lucerna luminis, miles regis, terminus prophetarum, baptismatis initium. Cujus pater novem menses mutus tacuit, quia angelo prophetanti non creditit, qui prænuntiatus patris vocem abestit, genitus officium lingue 386 resolvit, qui needum editus Christum prophetavit, ex utero salutavit; inter natos mulierem non surrexit major, quem Dominus laudavit, et illum angelum nominavit, et prophetam et plus quam prophetam illum appellavit, quia de quo prophetavit, digitu demonstravit, spiritu et virtute Eliæ plenus fuit, qui cum natu apparuit, gaudens*

**magnum multis præbuit. In columba agnovit, in deserto monstravit, Salvatorem baptizavit, pœnitentiam prædicavit, cœus vestis camelorum lanugo, eremus ejus habitat, victus ejus mel silvestre, simul et tocesus. Hic dum Herodem prohiberet, ne fraternum connubium violaret, carceribus tenebris mancipari præcepit. Cujus caput Herodis regis filia Iudens præmium postulavit. At ille desectum male poscenti filiæ ebrios inter pocula dedit. viii Kalend. Oct. conceptus, viii K. Junii natus, iv Kal. Sept. passus, in Sebastia oppido Palæstine sepultus, quæ olim Sainaria vocabatur, quam Herodes rex Judæ Antipatris filius ob honorem Caesaris Augusti Graeco sermonem Augustam vocavit. Caput vero Joannis Baptiste in Emiza in dolio vitre reconditum est in honorem, præstante Domino nostro.**

**35. Ioseph, qui interpretatur *augmentum*, filius Jacobi, filii Mathan ex tribu Juda, et de familia David ortus, in civitate sua Nazareno natus, faber arte, frater Cleophae, vir Mariæ adiutorio, non carne, Cleophas vero pater apostoli Simonis Chananei, Joseph autem pater Jacobi, fratri Domini, qualiter dicitur Jacobus Alphæi, Maria Cleophae, id est, uxor Cleophae, soror est matris, et virginis Mariæ; sed de eodem viro Mariæ Joseph in genealogiis Evangeliorum, hoc est, secundum Matthæum, et Lucam quæstionem satis obscura oritur, quia secundum Matthæum-filius Jacobi dicitur, hoc modo: *Mathan genuit Jacob, Jacob genuit Joseph*; secundum vero Lucam filius Ilici nominatur his verbis: *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi*. Sed in his verbis bene Scripturas intelligentibus nihil contrarium est, quia Matthæus eum secundum carnem Jacobi filium affirmat, Lucas vero secundum legis mandatum illum Heli filium annuntiat. Jacob enim et Heli fratres uterini ex una matre nomine Estha nati, et non ex uno patre geniti. Pater enim Jacobi Mathan, quem peperit ei Estha, pater vero Heli Melchi. Defuncto autem Mathan, reliquo uno filio Jacobi nomine, suscepit Melchi eamdem Estham matrem Jacobi, quem peperit ei illum nomine Heli. Sine liberis frater suus Jacob suscepit uxorem ejus, et suscitavit fratri defuncto filium secundum legis mandatum nomine Joseph, secundum vero naturam suum proprium filium, id est, ipsum Joseph, qui vir Mariæ dicitur, et quasi pater Christi annuntiatur.**

**36. MARIA, quæ interpretatur *domina*, vel *illuminatrix*, aut *stella maris*, sive *stella*, stirpe clara, David regis filia, Jesse virga, rosa sine spina, oliva alma, columna augea, solis aurora, feminarum regina, Salvatoris sponsa, Dei vivi filia, principis ancilla alti, hortus conclusus, fons signatus, Trinitatis thalamus, mater Domini omnipotentis, mater solis et floris, mater agni et leonis, mater vitæ et vitiæ, mater lucis et pacis, mater viæ et veritatis, mater servi et regis, mater Dei et hominis, **387** mater pastoris et pauperis, templum Dei, sacrarium Spiritus sancti. Virgo sancta, virgo feta, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum, filium quem genuit creatorem credidit, et patrem habuit, et Dominum adoravit, salutationem ab angelo suscepit, et mysterium conceptionis agnoscit, partus qualitatem inquirit, et contra legem naturæ obsequi fidem non renuit. Facta est mater viri sine copulatione mariti, mater infantem lactavit, et virgo iucorrupta permanens. Hanc quidam vitam finiri (sic) martyrio asserunt. Sic enim Simeon sanctus Christum propriis brachis suis portans prophetavit, dicens: *Et tuum ipsius antinom pertransierit gladius*. Non tamen ex gladio carnali, sed ex gladio spirituali prophetatum est, hoc est verbum Dei, quod validius et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem anime, et spiritus, quia nec litteræ, nec historia doceat ex hac vita Mariam migrasse martyrii corporaliter passionem. Hoc tamen certum est, quia nemo obitum ejus seit, aut quomodo ex hac luce migravit, dum tamen in Jerusalem ejus sepulcrum**

**A certe positum sit. Nativitas itaque sanctæ Mariæ Matris Domini vi Id. Sept. Assumptio vero ejusdem viii Kal. Septemb. celebratur.**

**37. JESUS CHRISTUS, quod interpretatur *saluator unicus*, Jesus namque Hebraicum nomen est, quod Graece *soter* dicitur, Latine vero *salvator* appellatur. Christus autem Graecum est, quod Hebreæ *messias* vocatur, Latine vero *unctus* dicitur. Hic est Filius David, filii Abraham, ut sancta Scriptura in sanctis sermonibus sancti evangeliste et apostoli Matthæi scribentis et dicentis in principio Evangelii sui: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham, Abraham autem genuit Isaac, et reliqua, quæ sequuntur usque ad illum locum, ubi dicitur: Cum natus esset Jesus in Bethelem Iuda in diebus Herodis regis Judææ*. Ilæc omnia affirmant quo ordine ex coelo per archangelum Gabrelem Virginis est annuntiatus, et quomodo in Virginis utero conceptus, et in quo loco, et in quo tempore, et sub quo rege, et in qua plebe est natus, et quomodo ab angelo est nominatus, ante breviter dictum est. Magnitudinem et altitudinem ejus, et profunditatem, latitudinem, et obscuritatem hujus mysterii nullus naturaliter vivens non dico enarrare, vel scrutari, sed nec aestimare potest, nisi ille solus. Sed hoc mysterium, ut voluit, et constituit, et consecravit, sicut per Isaiam Spiritus sanctus affirmat, dicens: *Generationem ejus quis enarrabit?* et per Paulum apostolum idem Spiritus sanctus clamat, et ait: *O altitudo divitiarum sapientiae, et scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Et iterum ait: *Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*. Quis enim angelorum aut mortalium hominum verum Deum et Dei unigenitum, qui incomprehensibilis est, et inestimabilem ante sæcula sine matre genitum, et verum hominem, carne, anima, natura ex vera Virgine matre sine peccato; sine patre terreno in fine sæculorum conceptum et natum valeat scrutari, aut cogitare, aut mutari? aut quomodo eum humana fragilitas potest [comprehendere]? Ipse est enim Deus **388** a semetipso, et in semetipso, Deus excelsus, Deus in Deo, Deus cum Deo, Deus in homine, et homo in Deo. Verus homo natura, et humanitate, verus Deus potentia et maiestate. Præcepit Dominus Jesus Christus Ecclesiæ suæ facere quæ ipse fecit, credere quod docuit, sperare quod promisit. Qui dignatus est ad nos humiliiter venire, et inter nos xxiii annos et vi menses carnaliter et clementer habitare. Cujus concepsio et passio in æquinoctio vernali; et cujus nativitas in solstitio hiemali; Kalend. Jan. ejus circumcisio, et ejus baptismus in Januario; die vi Kalend. April. ejus resurrectio; in Nonas Maii ejus in cœlum Ascensio, ubi regnat cum Patre, et Spiritu sancto in sæcula.**

**D 38. Omnes APOSTOLI discipuli, non omnes discipuli apostoli; apostoli enim Graece, missi Latine dicuntur. Discipuli, qui discunt plene.**

**39. SIMON PETRUS tribus nominibus appellatur. Primo a parentibus Cephas, deinde Simon, tertio Petrus. His autem duobus nominibus nominavit illum Deus: Simon, qui interpretatur *obediens*; Petrus, *agnoscens*. Prius pescator piscium, postea pescator factus est hominum, quem Christus ut pisces in rete electionis tenuit, quando, ut post se veniret, illum vocavit. Ipse est agitor Christi, clavicularius regni, Ecclesiæ fundatorem, princeps apostolorum, filius Joanna, frater Andrea, ortus vico Bethsaida provincia Galilææ, quæ est iuxta stagnum Genesarethi. Tertius in ordine secundum Joannem, prius secundum Matthæum, confessor primus Filii Dei, discipulus amator Domini, et negotiator. Confidente laudatus, presumendo elatus, negando lapsus, lacrymando purificatus, confusione probatus, passione coronatus. Cui nomen ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur. Virtutibus et signis**

sæculo caruit, pedum gressu servidum mare calcavit.  
Præteriens umbra morbidos sanavit, potestate vivos  
morti tradidit, mortuos virtute in vitam suscitavit.  
Claudis clementia gressus redintegravit. Paralyticis  
flaccida membra in proprium statum reparavit. Si-  
monem Magum, et maleficum, coelum concenden-  
tem, ad terrain elisit, sub Claudio Cæsare Autio-  
chenam fundavit Ecclesiam. Sub Nerone vero rexit  
Romam; prædicavit Pontum, Galatiam, Bithyniam,  
Cappadociam, ceterasque confines provincias. Ju-  
dæis dumtaxat prædicans circuisse deprehenditur,  
qui ad ultimum propter Simonem Magum licet Dei  
occulto nutu, Romam pervenit, ibique prædicans  
Evangelium xxv annorum ejusdem urbis tenuit ponti-  
ficatum. Sexto autem et tricesimo anno post passio-  
nem Domini sub Nerone Cæsare, ut voluit, cruci  
suspensus est. Cujus natalitum in Kal. Jul. celebra-  
tur, sepultus in Vaticano ab urbe Roma ad Orien-  
tein [Forte, Occidentem] tertio milliario.

40. **PAULUS apostolus**, qui et primum nominatus est **Saulus**; **Paulus**, quod interpretatur *mirabilis*, vel *pius*. **Saulus** autem interpretatur *impius*. **Saulus** itaque, id est, *impius Christianos* persequens. **Paulus** autem, id e-*t*, *pius populis Christi* *prædicare* (*sic*). **Prædicens pastor**, **præclarus prædictor**, **egregius doctor gentium**, **advocatus Judæorum**. **A Christo electus**, **de cœlo vocatus**, **feliciter increpatus**, **in terram prostratus**, **oculatus cecidit**, **cæcatus surrexit**, **persecutor sevus**, **charitate plenus**, **389** **vas electionis**, **ex lupo ovis**. **Vocatione novissimum**, **prædicatione primus**, **in lege Gamalielis discipulus**, **in evangelio Christi servus**. **In Judæa genitus**, **de tribu Benjamin** oris, **plus omnibus laborans**, **multo latius de cateris prædicens**, **a Ierusalem usque ad Illyricum** in circuitu **Evangelium Dei doceens**, **cujus miracula resplendent clara**. **Raptus in tertium cœlum** **conscendit**. **Pythonis spiritum imperando** **dannavit**. **Adolescentem mortuum suscitavit**. **Cæcitate magum perculit**, **claudio proprium incessum reformavit**. **Dire se pentitis morsum non sensit**, **sed igni arsuram dedit**. **Patrem Publii a febribus orando sanavit**, **passiones incredibiles pro Christo sustinuit**. **A Judæis et gentibus** **plagas pertulit**, **miseriam et laborem**, **sitim et famem**, **frigus et nuditatem**, **ter virgis caesus**, **semel lapidatus**, **tres vices naufragatus**, **die ac nocte** **in profundo maris dimersus**, **mille periculis et plagis percussus**, **in carcera trusus**, **catenis ligatus**, **a Judæis gentibus traditus in sporta per murum evasit dimisus**. **Poenis arcatus ferarum rabiem patitur**, **in carcere vincitus terræ motu faciō absolvitur**. **Hic secundo post passionem Domini anno ab Anania in Damasco baptizatur**, **et post hanc omnia Romæ biennio in custodia fuit**; **xviii deinceps annis nationes occiduas perfecte edocendo complevit**, **et sub Nerone eodem die quo Petrus crucifixus**. **Idem in via Ostiensi truncatus**, **ibique cum honore sepultus**.

41. ANDREAS apostolus Domini, frater Simonis Petri, in nativitate Petro primus, in ordine pontificatus tertius. Gente Galilaeus de Bethsida civitate ortus, qui fuit piscator prius, postea factus est Christi discipulus. Cum rete et navi pisces de mare trahebat, ipse, ut pisces, rete retentus magno piscatori adhaerens. Relinquentis rete simul et navem, secutus est felix mundi Redemptorem. Secutus est Salvatorem Dominum, et factus est piscator et prædicator hominum; secutus est Christum usque ad crucis exaltationem, cuius vestigia ipse viriliter tenet usque ad crucis passionem. Andreas enim virilis, vel *decoras*, interpretatur: vere virilis, et viriliter fecit, quia Christum crucifixum barbaris populis prædavit, et crucem ejus mirabiliter laudavit, et mirabiliter creditit et rogavit. Ille itaque evangelizavit juxta mare Caspium, Selybiam, Macedoniam, et Achaiam, in quibus populoz multos Christo acquisivit. Ardore summae charitatis in Christum, et in Christi crucem repleatus fuit, justitia, et sanctitate, et pietate fere omnes præcelitus. Paratam namque sibi crucem ut vidit, inenarrabilem.

rabiliter inæstimabili gaudio et exultatione repletus  
ait: *O bona crux, o præclara, o pretiosa, o crux sancta,  
o sanguine Christi, velut margaritis, ornata, o tandis  
quæsita, et desiderata, suscipe me, rogo, et reddere me  
magistro meo Christo.* Crucem mortis ministram non  
timuit, sed nimio amore eam adamavit, et amplexit.  
Magistrum namque incomprehensibili charitate con-  
spexit, ideo patibulum non timuit, etsi sensi. Tunc  
alacer crucem ascendit, quia usque ad mortem ma-  
gistro obedivit. Beatus biduo patibulo pendens, et  
vultu ang-li o clare re-plendens, populis prædicando  
non cessavit; populus hæc mirab liter et vidit, et  
audivit, a cruce eum solvere cum magno **390** co-  
natus voluit, sed nullus hominum natus ip-um attin-  
gere potuit, quis Dominus militem suum secuui du-  
cere voluit; tunc populos, et in Christo fratres salu-  
tavit, et cum magistro et angelis in requiem regni  
laetus perrexit. Hæc gesta sunt sub Ægea proconsule  
in civitate Patras, prid. K. Decembri, cuius corpus  
culum beata Maximilla inde cum honore adduxit, et  
aromatis sanctum corpus condid (sic), cuius re-  
liquiae, id est, brachium ejus, vicesimo Constantini  
imperatoris anno ad Romanam translatae sunt, et in  
ecclæ sancti Petri apostoli fratris ejus honorifice  
co locatae sunt.

42. JACOBUS, qui interpretatur *supplantator*, filius Zebedæi, frater Iohannis apostoli, arie prius pisator, postea factus est Christi secundus, relinquens rete et navem, secutus est Salvatorem, relicto patre Zebedæo. Obedivit omnipotenti Deo. Relinquens mare et pisces, factus est in mari, id est, in mundo piscator coelestis. Hispania, et occidentalis locis prædicator, et sub Herode gladio cæsus occubuit, sepultusque est in Achaia marmarica viii Kal. Augusti.

43. JOANNES apostolus, et evangelista, qui interpretatur *gratia Dei*, filius Zebedaei, frater Jacobi. Sancte Mariae filius in adoptione, et Christi frater in virginitate. A Domino electus in tantum, et dilectus, ut in cœna recumeret super pectus Domini. Ipse Joannes ad crucem Christi stetit, cui tunc soli Salvator pendens matrem suam Mariam commendavit. Iste enim Joannes in Cana Galilæa uxorem ducere voluit, quando Dominus Jesus aquam in vinum fecit. Sed Dominus Jesus ad virginitatis exemplum illum traxit, ut virgo virginem adjuvaret, et mater illum proprium haberet. Duni enim suscepit mater magistri discipulum, etiam ipse pro Christo alter quodammodo relutus est filius. Joannes Domini discipulus, Joannes Asiae archiepiscopus, Joannes charitate Dei plenus, Joannes in mysteriis Evangelii olei fluvius, Joannes aquila visus in visione Ezechielis quatuor animalibus. Evangelium Christi predicans in Asia, a Domitiano Cæsare ligatus est catena, ibi Apocalypsim, id est, revelationem conspicit, ubi Bei mysteria et dixit, et scripsit. Interfecto autem

**D**omitiano a senatu, solitus est Joannes ab exilio, felix recessit in Ephesum. Ibi rogatus ab Asia episcopis, scriptis Evangelium, in quo alias sermonem praecellit, sicut alios amore praecedit, cuius quidem inter alias virtutes magnitudo signorum sunt. Martyr veraciter voluntate extitit. Missus namque in serventis olei dolium, illeesus inde evasit. Veneni poculum potavit, et ei nihil nocuit. Duos viros de veneno mortuos suscitavit, silvestres frondium virgas in aurum mutavit, littoreaque saxe in gemmas formavit, et gemmarum fragmina in propriam naturam reformativit. Vidiuam quoque praecepto populi suscitavit, et redivivum enjusdam juvenis corpus in vita statum reparavit, et quod dictu magis est, Christi generatione sacerdotio monstravit. Hie autem post passionem Salvatoris anno sexagesimo octavo sub Trajano princeps longevel vetustatis fessus senio, cum sibi dieia transmigrationis sua sentiret immutinere, jussisse fertur sibi sepulcrum effodi, et valedicens fratribus, oravit: facta oratione, videns tumulum **391** intravit. Unde accedit ut quidam asserant vivere, nec mor

tuum eam in sepulcro, sed dormientem jacere contendant, maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiat, et ad superficiem sepulcri consendat; et quasi flatum quiescentis deorsum ad superiora ebulliat. Sed hanc contentionem et aestimationem ex Christianis cordibus vir Spiritu sancto plenus Leo papa et apostolicus indubitanter abstraxit quia Johannes apostolus in suo sepulcro nec vivus jacet, nec mortuus; disputans enim de eodem Joanne, et de resurrectione sanctorum, sic ait: *Verum etiam fortasse plurimi ex eisdem beatis martyribus cum Domino resurrectionem corporaliter vel consequenter (sic) fuerint consecuti*; nam sic legimus in prima resurrectionis festivitate, suscitante se Domino, multa sanctorum corpora suscitata vixisse, et in sanctam civitatem introisse. Sed fortasse aliquis dicet: Sepultra clausa sunt monumenta constructa: quemadmodum procedere exinde potuerunt? Ut taceamus quia omnia possibilia sunt Deo, et quod clausis tumulis penetralibus possit spirituale corpus educere, ut haec omnia pratermittam, apostoli habemus exemplum, quem tumulus susceptum claudere potuit, custodiare non potuit, nam depositum corpus perdidit quod assumpsit. Ille enim tumuli foribus gratia resurrectionis ablatus est, ut staret sepultura, nec inveniretur sepultus. Denique sacerdotes cum honoriandi causa corpus inquirent, reserato aditu, tumulus non potuit reddere quem suscepit. Eiusdem itaque Joannis natale in Epheso vi Kal. Januar. colitur. Alii dormitionem ejus vii Kal. Julii dicunt, quando nativitas Joannis Baptiste celebratur.

44. THOMAS, qui interpretatur *abyssus*, et alio nomine *Didymus*, hoc est, *Christi similis*, vultu enim carnali simillimus factus est Salvatori; unde et Judas Iudeus dixit, tradens magistrum suum: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*. Cui Dominus dixi: *Venite ad me omnes, qui tristitia vestra surserit, et ego vos sollevabo*. Thomas post resurrectionem suam vulnera passionis suae ostendere, quia affirmantibus ei apostolis Christum re-urrexisse, noluit credere dicens: *Nisi videro in manibus ejus fixarum clavorum et mittam manum meam in latus ejus, non credam*. Veniens iterum Jesus, Jamis clavis, ad discipulos suos, inventus est tunc Thomas inter eos; deinde Jesus aicit Thomas: *Deser digitum tuum huc, et mitte in loca clavarum, et in latus meum mitte manum tuam, et noli perdere fidem tuam*. Tunc Thomas timuit, et creditit, et Dominum Deum suum agnoscit, dicens: *Dominus meus, et Deus meus*. Multa itaque miracula per hunc apostolum Indiae paribus fecit, quae vobis nunc narrare longum est, volentibus ea tamen scire in sua passione mirabiliter possunt invenire (sic). Unum tamen a miraculis ejus, ne videar totum praeterisse, conabor breviter enarrare. Fuit Thomas aliquando in regis Indiae convivio, ubi omnes habebant quod universi edere et bibere volebant; ille vero manducare et bibere noluit, sed oculos cordis et corporis ad coelum erexit; et hoc pincerna regis vidit, ad apostolum iratus venit, et alapam ei in faciem dedit, et ait: *Quare non manducas, et bibis de epulis, et vino in convivio regis?* Tunc Thomas, Hebraice respondens, dixit ei: *De hoc convivio non excedam, donec 392 canis niger dexteram tuam deponat in medio*. Hos sermones nemo in convivio intellexit, nisi una puella Hebraea, qua cum cithara convivis citharizavit. Factum est ut homo Dei dixit: *pincerna foris aquam adducere perrexit, leo in via obviavit, qui eum usque ad mortem strangulavit, et omnia ossa ejus minutiatis confregit. Canes ex palatio regis ad cadaver conveniunt, maledicti membra inter se dividunt. E quibus canis unus niger pincerna dexteram adduxit in medio convivio, sicut praedixerat Dei homo Thomas; ut hoc puella Hebraica vidit, ad apostolum cum cithara modulans venit, et coram eo cithara carmina sonans, stetit, et repleta fidei, et charitatis Dei ardore, spirituale carmen cithara coepit cantare, et omnipotentem universorum Deum mirabiliter laudare, dicens: *Unus Deus Hebreorum, qui creavit omnia, ipse fecit cunctum**.

## PATROL. LXXXIII.

**A** et terram, et fundavit maria. Ut hoc iterum jussu apostoli decantavit, ad pedes ejus cum magna fide inclinavit, et Salvatorem omnium devata Christum credidit. Cuncti populi, ut haec viderunt, et audiuerunt, valde admirati sunt, et timuerunt, et multi ex eis Christo crediderunt. Hic itaque Thomas Parthis et Medis praedicavit, et intimam orientalem plagam, ibique Evangelium evangelizavit, et martyrium suscepit. Lancea enim ibi transfixus, occubuit in Calaminica Indie civitate, et xii Kalend. Jan. ibi sepultus est in honore.

**B** 45. PHILIPPUS, qui interpretatur *os lampadis*, a Bethsaida civitate Andreae et Petri ortus, cuius memoria legitur in Actibus apostolorum; hic fuit unus ex vii diaconis, qui eum sancto Stephano ab apostolis ordinati sunt, et eorum nomina haec sunt: Stephanus, Philippus, Procorus, et Nicanor, Timotheus, et Parmenas, et Nicolaus advena Antiochenus. Hie vero Philippus conjugem habuit, et quatuor filias prophetissas ex ea genuit, et postea apostolus Domini fuit. Samariam perrexit virtute Domini repletus; ibi primus verbum Domini Samaritanis praedicavit, in quo erat tanta virtus divinae gratiae, ut etiam Simonem Magum praedicatione consternaret, qui per idem tempus celebris famae apud Samarienses populos habebar, ita ut virtus Dei magna esse putaretur. Sed is cum vidisset signa et miracula que a Philippo per divinæ gratiæ potentiam fiebant, obstupescens et territus cessit, et credere se in Christum, usque quo etiam baptismum accepit, simulavit. Deinde Philippus Gallis praedicavit Christum, postea in Hierapolis Phrygiae provinciæ, ubi crucifixus, et lapidatus obiit, ubique cum filiabus suis quiescit. Cujus natalium Kalend. Maii, celebratur.

**C** 46. JACOBUS, qui interpretatur *supplantator*, filius Joseph Cleophae, cuius memoria in Evangelio legitur. Ille Jacobus frater Thaddaei apostoli legitur, qui Thaddaeus alio nomine Judas dicitur, et ambo fratres dicuntur Christi. Idem ipse Jacobus Jerosolymorum primus episcopus fuit; qui cognominatus est Justus et apostolorum episcopus. Multi fuerunt Jacobi, sed item Jacobus Alphæi qui, ut prædictimus, cognominatus est Justus, alias præcepsit Jacobos, quia ex utero matris sue semper sanctus fuit: vinum et siceram non bibit, et carnem non manducavit; *Item 393 in caput ejus nunquam ascendit, oleo non fuit uncius, balneo non fuit lotus, neque laneo indutus, sed ianum sindone linea vestiu*. Illic soli licebat introire Sancta sanctorum, solus ingrediebatur templum, et ita jacebat super genua sua orans pro populi indulgentia, ut orando callos sacerdotem in genibus ad modum camelii, semper genua flectendo, neque unquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili hac continetia, et summa justitia appellatus est Justus, et *Oblias*, quod interpretatur *mumentum populi*. Hic dum in Ierusalem Christum Dei Filium predicaret, de pinna templi dejectus, et falloni vecte in caput percussus a Iudeis lapidibus opprimitur, ibique juxta templum humatur, cuius natalium et ordinatio vi Kal. Jan. creditur.

**D** 47. BARTHOLOMEUS apostolus, qui nomen ex Syria lingua suscepit, et interpretatur *filius suspendentis aquas*. Ille forma bene factus, facie et oculis decorus, veste præclara, et gemmis, nec per hoc elatus, nec superbus, cui potestatem tales super damones dedit Dominus, quia, quando volebat, damones in simulacris facebant, et quando volebat, damones de simulacris nolentes turpitudines et miseras suas demonstrabant, et prædicabant. Contigit autem aliquando ut Bartholomeus tale miraculum ostenderet in populo, quando populum ante simulacrum stare præcepit, et in virtute Dei damnum a simulacro jussit exire, et in sua magna miseria et deformitate se populo ostendere, et prædicare. Tunc miser invitus, cum genu tu et ululatu exorsus est dicere: *O stulti, videote qualiter Deum me infelicem colistis! O insensati, considerate me miserum, et effor-*

mem, atque omnibus modis despectum, quem vos adju-  
torem rogatis. O seducti, conspicite qualem dominum  
stultissimo et cæco corde credidistis. O decepti, inten-  
dite, quia non sum Deus, sed dæmon miserimus, in  
superbia deceptus, et de cælo lapsus; si aliquando  
angelus in gloria, modo sicutus sum diabolus in Dei ira,  
Perdidi gloriam, et angelicam vitam in celo, et inventi  
penas infinitas, et innumerabiles in inferno, et sic per-  
didit gloriam nunc, ut nullo modo possint inventire  
veniam, aut Dei gratiam, quia non habeo carnem, nec  
penitentie matrem. Nam si ego miser potuissem ha-  
bere unum digitum cum ungula de hominibus carne,  
potuissem (me) a mea miseria et crudelitate redimere.  
Vos insensati cum omnibus creati, et ad duas Dei  
imagines facti, quid vos ipsis seducitis et perditis? quid  
a creatoro erratis, cum ipse vobis dedit pedes ad stan-  
dum et ambulandum, manus ad palpandum et labo-  
randum, oculos ad videndum et cognoscendum, aures  
ad audiendum, linguam ad loquendum, et Deum  
laudandum, cor ad credendum, et intelligendum?  
Tunc apostolus ei respondit: Quomodo tu miser  
cum uno hominis digito ungulato te de tua calamitate  
potuisse redimere? Cui cum ululatu iterum respon-  
dit: Cum uno illo digito et ungula uni mundassem  
ñares, alteri aures, tertio oculos, et omnibus membra,  
ut voluissent, scalpasserem, et haec sedulo fecisset, unus  
nihil forsitan dixisset: Dens te benedicat; alius:  
Deus te adjuvet; tertius: Deus te de malo tuo liberet,  
et in his multis et magnis benedictionibus lassus liber  
renissem. Et cum **394** haec omnia Dei iussione, et  
sine sua voluntate dixisset, misericordia oculis omnium  
evanuit. Tunc omnis populus, ut haec vidit et au-  
divit, valde timuit miratus; et dereliquens vanum  
(cultum) idolorum, creditit, et benedixit omnipo-  
tentem Deum. Hie itaque Bartholomæus Lycaoniam  
prædicavit. Ad ultimum in Albano majore Armenia  
urbis vivens a barbaris decoratus, atque per jus-  
sum regis Astragis derollatus, sieque terræ conditus  
ix Kalend. Septembr.

**48. MATTHÆUS** apostolus et evangelista a Matthea  
civitate nomen accepit, et interpretatur *donatus*,  
primo publicanus, postea Domini discipulus. In te-  
loneo sedebat, thesauros regebat, publice peccabat,  
intus obscuratus, saceruli cura executus. Aliquando,  
Deo vocante, vidi solem justitiae, audivit aure cordis  
verba veritatis; secutus est solem, quem vidi, veri-  
tatem, quam audivit, creditit et adoravit: relin-  
quens teloneum, secutus est omnium Dominum;  
relinquens thesaurum peritum, secutus est regem  
semper mansurum; relinquens mendacium et vail-  
tatem, secutus est viam et veritatem; relinquens  
mortem et mundum, secutus est vitam et regnum;  
obliviscens stultiqñum, scribit et prædicat Evan-  
gelium. Qui tribus nominibus fuit nominatus, id est,  
Matthæus, Levi, Publicanus. Matthæus de civitate  
ena Matthea, ut ante diximus, nominatus; Levi de  
tribu Levi, unde fuit ortus; inde cognominatus Pu-  
blicanus, quia publica servabat. Matthæus inter-  
pretatur *donatus*; Levi *minister*; publicanus, quia pu-  
blice peccat. Primum quidem in Iudea in tempore  
Gai regis Romæ Evangelium conscripsit, et prædi-  
cavit, et postea in Macedonia, et xi Kalend. Octobr.  
passus in Persida, in montibus Portorum requiescit  
in gloria.

**49. SIMON ZEOTES**, qui interpretatur *zelus*. Illic  
primus dictus est Cananeus a viro Cana, quod in-  
terpretatur *possidens*, qui et Simon tertio nomine  
appellatus est, zelo Dei servens. Par Petri in cogni-  
mento, et similis in honore. Apostolus Domini, et  
consobrinus, Cleophae et Mariæ filius, que Maria  
Cleophae in Evangelio dicitur, Cleophas pater ejus,  
et Joseph, qui quasi pater dicitur, Christi fratres  
fuerunt, et mater ejus, que Maria Cleophae dicitur,  
soror Mariæ matris Domini fuit. Ita et miro modo  
duo fratres duas sorores habuerunt uxores. Sed  
Cleophas carnaliter, Joseph vero spiritualiter. Hic  
taque Simon accepit in prædicatione Ægypti prin-

cipatum, et post Jacobum Justum cathedram dicitur  
tenuisse Jerosolymorum, et post annos cxx meruit  
sub Adriano imperatore per crucem sustinere martyrium passionis. Jacet in Bosphoro, cuius natale &  
Kalend. novembr.

**50. JUDAS LÆVÆUS**, id est, coreulus, hoc est, à  
corde, ipse est et Thadæus, ipse est Judas Jacobi,  
filii Joseph fratris Cleophae, et interpretatur *con-  
fessor*, in Mesopotamia, atque interioribus Ponti  
prædicavit. Sepultus est in Crito Armenia urbe,  
cujus festivitas vi Kalend. Novembribus celebratur.

**51. MATTHIAS**, vel **MATTHIAN**, de septuaginta  
discipulis unus fuit, et pro Iuda Iscarioth xii inter  
apostolos subrogatus. Electus sorte, et **395** solus sine  
cognomento, cui datur Evangelii prædicatio in Ju-  
daea.

**52. APOSTOLI SANCTI** hi fuerunt Christi discipuli, lu-  
minaria mundi, lapides pretiosi, Salvatoris amici, præ-  
dicatores fidei, paronymphi sponsi, principes mundi,  
clavicularis regni, sal terre, palmites in vera vite, se-  
minatores justitiae, messores in patris familiis segete,  
veritatis amatores, gentium doctores, dæmonum et  
tyrannorum superatores, paradisi exploratores, ovium  
Christi boni pastores, in magno iudicio Judæorum  
judices sedentes cum iudice super xii sedes. Qui  
dum omnes unum sint, singuli tamen eorum propriis  
certisque locis in mundo ad prædicandum sortes  
proprias acceperunt. Petrus vero Romanus, Paulus  
a Jerusalem usque ad Illyricum, Andreas Achiam,  
Jacobus Zebedæi Hispaniam, Joannes frater ejus  
Asia, Thomas Indiam, Jacobus frater Iudea Jerusa-  
lam, Matthæus Macedoniam, Philippus Gallias, Bar-  
tholomeus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptum,  
Iudas Mesopotamiam, Matthias Judeam.

**C** **53. DE APOSTOLIS**, qui siue dubio uxores habuerunt,  
audi vi sanctum Clementem ita dicentem, qui eorum  
comes et eorum discipulus fuit, et tertius a Petro papa  
in Roma exstitit; sic enim ait: Petrus vero ac Phi-  
llippus et uxores habuerunt, et cas etiam rī: is nuptias  
dederunt; sed et Paulum apostolum non tædet in  
quidam Epistola sua mentionem et salutationem sacer-  
comparis sue, quam se ideo tamē negat circumducere,  
ut ad prædicationem Evangelii expeditior fiat. Sic et  
de Petro dicitur. Autem, inquit, beatum Petrum, cum  
vidisset uxorem suam duci ad passionem suam, gavi-  
sum esse electionis gratiam ac regressionis ad propriam  
domum, et exclamasse post eam, cum duceretur, ac  
proprio nomine appellantem dixisse: O conjux, me-  
morte Domini. Talia sanctorum conjugia, tam perfecta  
fuit affectio beatorum.

**54. MARCUS**, qui interpretatur *excelsus*, evangelista  
Dei et Petri in baptismate filius, atque in divino ser-  
mone discipulus. Sacerdotium in Israel agens, se-  
cundum carnem Levita. Conversus ad fidem Christi,  
Evangelium in Italia scribit in tempore Claudii Cæ-  
saris. Qui post fidem pollicem dicitur amputasse, ut  
sacerdotio reprobus haberetur, sed secundum dispen-  
sationem Dei et fidei ejus meritum, et vite, postea  
episcopus factus est. Hunc enī Marcum tradunt  
primum ad Ægyptum perrexisse, atque inibi Evan-  
gelium, quod ipse conscriperat, prædicasse; quod  
et furtum laudabile dicitur, quia quæ Petrus verbo  
prædicaverat, ipse in occulto rogatus a fratribus scri-  
hebat. Ipse enī primus ecclesiam apud Alexan-  
driam construxit, et in ea civitate primus prædicator  
et episcopus fuit. Qui et alio nomine idem Joannes  
nominatus fuit. Quem alii asserunt martyrio coronatum.  
Hieronymus autem eum affirmat in pace Ecclesi-  
æ migrasse ad cœlum. Cujus depositio vii Kalend.  
Maii celebratur.

**55. LUCAS**, qui interpretatur *elevans*, sive *consur-  
gens*, evangelista tertius, natione Syrus, Antiochen-  
sis, cuius laus in Evangelio canitur, artis scriba et  
medicus, apostolorum discipulus, postea Paulum  
usque ad confessionem ejus secutus, serviens Do-  
mino sine crimine. Nam neque uxorem unquam ha-  
bens, neque alios; medicus corporum et animalium

Duos **396** etenim libros de spirituali medicina animalium scriptis, id est, Evangelium in Achaea partibus tempore Pauli, quod Evangelium Paulus apostolus (ait) esse suum; ait enim secundum Evangelium nostrum. Alium vero librum, qui Actus apostolorum dicitur, quem sancto Theophilo episcopo Antiocheno conscripsit. LXXIV annorum obii in Bethania plenus Spiritu sancto; qui postea Constantinopolim Constantini imperatoris anno 20 cum reliquis beati apostoli Andreae translatus est; cuius depositio xv Kal. Novemb. celebratur.

**56.** BARNABAS, qui et Joseph, natione Cypriota civitatis a Cyro Persarum rege condite, cum Paulo apostolo in gentibus apostolatum aepetus. Deinde propter Joannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatur, se junctus a Paulo, apostolus nihilominus evangelice prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

**57.** TIMOTHEUS, Ephesiorum episcopus, de civitate Triensis patre Græco, id est, ethnico, matre autem Judæa, id est, Eunice, ut resert Paulus apostolus, dicens: *Quia habitavit fides in via tua Loide, et matre tua Eunice, certum est autem quod et in te.* Ille autem discipulus fuit Pauli apostolus, ejusque filius spiritualis, quem puerum proprie secum idein Paulus apostolus assumpsit; qui pudicus et virgo permanxit, quique apud Ephesum in monte qui vocatur Pion, cum magno quiescit honore.

**58.** Tirus Pauli apostoli discipulus, et in baptismo filius, natione Græcus, et ex gentibus solus a Paulo apostolo post Evangelium circumcisus; quem ad extricandas Cretæ ecclesias præfatus reliquit apostolus, ibique in pace defunctus, atque sepultus quiescit.

**59.** STEPHANUS sanctus, gratia plenus, dignus diaconus, et post Christum martyr primus, Zachei nepos, et Simonis filius. Miles magnus Stephanus erat, clarus genere, et forma fulgebat; clarior tamen fide et signi sæculo radiebat. Evangelium legebat, Evangelium intelligebat, Evangelium prædicabat, Evangelium implebat, populis perfecte Christum annuntiabat, Synagogas sapientia superabat, signa magna in populo faciebat. Spiritu sancto repletus, canes latrantes adversum se vincebat, coelos apertos videbat, et Iesum stantem a dextris virtutis Dei aspiciebat. Scripturas sanctas in Jerusalem sapienter psallebat, et de Dei lege fratres Judæos diligenter docebat,

**A**duros corde et incredulos cum fiducia increpabat, charitate repletus non credentes clementer castigabat. Inimici Dei haec videntes, dentibus in eum striabant; inimici Dei haec audientes, quomodo eum interficerent potuerint quarebant; phrenetici furentes, furore repleti, ut canes, contra sanctum latrabant, falsi testes mentientes clamabant, Christi milites miseri morte damnabant, duri cervice, et corde crudeles, lapides colligebant, et sanctum Stephanium trahentes foras extra civitatem lapidabant; illi lapidabant, ille orabat; illi saxorum grandines super eum iactabant, ille genua faciori suo feliciter flecebat; illi cum maledictis manibus mactabant, ille vero charitatis ardore plenus coruscabat; illi stulti Satanæ sodales in sanctum sævebant, ille sanctus instanter Salvatori summo psallebat; illi furorè fuscati dentibus fremebant, ille vultu angelico **397** et clara facie fulgebat; illi carnifex certatim lapides ducebant, ille veraciter veniam persecutoribus precabatur; illi crudeliter caput et corpus sancti axis frangebant, ille Sanctum in celo aspiciens, aiebat: *Ne statuas illis hoc peccatum, Domine;* illi sanguinem sancti Stephani in terram fundebant, ille sanctus Stephanus celos apertos et Jesum stantem videbat; illi latera sancti Stephani silicibus scindebant, ille constanter Christo gratias agebat; illi furendo, irascendo, clamando correabant, ille prædicando, orando, psallendo ad Christum clamabat; illi membra maximi militis lapidibus lacerabant, ille magnus miles spiritum Christo commendabat. Sanctus itaque Stephanus, positis genibus, orans, in Christo obdormivit. Sanctus Stephanus, ut prædiximus, vidit celos apertos, et introiit. Cujus oratio Saulum Ecclesiæ Christianum reddidit, et præcipuum, et prius Paulum prædicatorem prostravit, quia si tunc Stephanus non orasset, Ecclesia postea Paulum non habuisset. Post hæc itaque vere timorati a civitate venerunt, et sanctum Stephanum cum magno planctu planxerunt, et cum magno honore corpus ejus sepelierunt. Ubi, præstante Domino, magna miracula et modo apparent, et tunc apparuerunt. Cujus martyrium a mundo honoratur, et vii Kalend. Jan. semper celebratur. Cujus corpus post tempus in Non. August. ibidem quiescum invenitur, ubi a multis millibus Christus creditur et adoratur.

## APPENDIX XXI.

### LIBER DE NUMERIS,

*De quo in Isidorianis, cap. 63, n. 10 et seqq.*

**1.** *Domino nostro altissimo adjuvante, et Salvatore nostro Iesu Christo clementissimo concedente, de numero et ejus mystico mysterio pauca breviter, tamen utiliter, volo scribere. Quid 1, quid 11 et 111 dicunt, quid 4, quid 5 et 6 asserunt, quid 7, quid 8, quid 9, quid 10 et 10 referunt, et usque ad xxiv, si possumus pervenire, dicere volumus quid ostendunt.*

**2.** *Unum itaque tantum Deo pertinet, quia in omnibus, et ante omnia, et super omnia, in omnipotencia, et magnificentia, et incomprehensibilitate sua unus est, sicut et in capite, et in principio sacrae Scripturae vox divina spiritualiter afflumat, dicens: *Audi, Israel, Dominus Deus unus est.* Quis enim in celo aut in terra, aut sub terra in æternitate, in potestate, in trinitate, in unitate, in divinitate, in humanitate Deo soli similis esse potest? Ideo itaque unus idem solus Deus dicitur, quia nec antea, nec postea, nec tunc [nec] nunc ei alter esse similis in celo, aut in terra invenitur, aut legitur, quia qui ei superbiendo in celo similis esse voluit, mox lassus et lapsus periit, et dæmon, et Satan, et dæmonum in inferno princeps esse meruit. Multa itaque in Dei creaturis, et in sacris Scripturis, quæ*

**D**upliciter esse videntur, tamen uno nomine unum appellantur; ut homo, anima, fides, **398** baptismus, caritas, spes, pax, panis, Ecclesia catholica, et alia multa, quæ modo causa brevitatis pretermitto. In his tamen, quæ prædiximus, id est, homine, et anima, et ceteris quæ sequuntur, etsi non est secundum ordinem, tamen in suis locis, ut donaverit Deus, narrabimus.

**3.** *Unde factus sit homo?* Unum itaque hominem a Deo factum in principio invenimus. De cuius costa unam feminal factam legimus, unam linguam loquendam, id est, Hebreæm usque ad adificationem turris Nembroth fuisse testatur. Quæ turris in campo Diram ædificabatur. Unus Abraham fuisse testatur, qui et caput fidei fuisse dicitur, quia ab Adam usque ad nativitatem Christi ullum hominem Abraham vocatum non invenitur; de quo Abraham dicitur: *Creditit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam.* Nonne Abel credidit, et coronari primus martyrio meruit? Nonne Enoch credidit, qui adhuc in corpore vivit? Nonne Noe justificatus credidit, quem Dominus cum arca et omnibus quæ in ea fuerunt liberavit? et nec Abel, nec Ennoch, nec Noe caput

fidei vocati sunt. Quare hoc? id est, et si in istorum tempore justorum fides apparuit, tamen rara et semper defuit. Abraham autem usque adhuc, et usque in finem fides nec defuit, nec deest, nec deerit. Ideo caput fidei Abraham appellatus est. Unus Noe fuit, qui arcum fabricavit, et si alias inde, Scriptura tacuit. Item vero Noe primus post diluvium in montibus Armeniae altare Domino construxit, quia ibi inter montes aqua diluvii arcum dereliquit. Unam feminam, id est, Lot uxorem in statuam salis litterae tradidit conversam. Quae statua usque hodie stat, ut omnis qui eam videat, Deum timeat, et omnipotenter eum credat. Una levina in mundo apparuit, cui altera talis nunquam nata fuit, que solem et ignem novem mensibus in vulva portavit, nec ei aliquatenus ullo modo nocuit. Unam virginem legi leonem lactare, credere non dubito, et non cesso mirari. Unus mediator maximus inter homines, et Deum, qui ex parte hominum verus factus est homo. Ideo veraciter mediator dici potest, et potuit, quia tecum divinitas humanitatem nocuit, nec humanitas divinitati contraria fuit. Una civitas in celo, que est omnium sanctorum mater, quae Jerusalem appellatur, et visio pacis interpretatur. In quam civitatem nullus intravit, nec intrat, nec intraturus omnis qui est indignus, et superbus, et impuris. Hucusque de uno diximus, modo de duobus dicturi sumus.

4. *Quot substantias constat homo?* Duabus substantiis constat homo, imagine et similitudine Dei factus, id est, anima tantum et corpore, sed in his duabus substantiis in unum inter se conjunctis, multe videntur esse species. In corpore etenim humano novem sunt mensuræ sine dubio composite: id est quatuor principales, quae sunt terra, aqua, aer, ignis, et aliæ quinque subsequenter species, id est, sal, femina, flores, lapides, nubes, et ut in melius de his omnibus intelligas, lege sic: terra in homine est crassitudo, et gravitas carnis, aqua autem sudor, et saliva. Aer vero ipsa anhelatio humida, frigida, atque calida, spirans per os et narres. Ignis in homine, qui in stomacho coquit cibos, et in calore **399** sanguinis, sal in salitate sanguinis, et sudoris, et lacrymarum, et urinæ, quia haec omnia in homine salsa sunt. Fenum autem in capillis et pilis, flores in varietate oculorum, lapides in gravitate et duritia, quia lapides ossa terræ dicuntur. Nubes instabilitas mentis et cogitationum. Et de his novem mensuris compositum corpus, et compaginatum ossibus majoribus et minoribus constitutum, conjuncturis principalibus numero **CCCLXV**. Aliis vero minoribus vix inventur numerus. Similiter et venis principaliibus **CCCLXV**, minore, vero vene innumerabiles sunt. Nervis quoque et sanguine, carne et cute, medullis, cartilaginibus, capite et cerebris tribus, primum vocatur memoria, secundum sensus, tertium appellatur motus. Sensibus v, id est, visus, auditus, odoratus, gustus, tactus. Attributis vero vi, id est, infantia, pueritia, adolescentia, juventus, senium, senectus: infantia, quæ vii annis limitur; pueritia, quæ xiv annis terminatur; adolescentia, quæ xxviii annis protenditur; juventus, quæ L annis limitur, senium, quæ septagesimo anno concluditur; senectus vero, quæ amorum temporibus et numero non expletur, sed labore, et dolore, et morte. In homine itaque x sunt fenestræ fabrefactæ. In prima fenestra verba profert, aerem suscipit et spirat, cibos sumit et gustat. In duabus fenestris videt procul et prope, in duabus aliis odorat et spirat. In duabus aliis inferioribus necessaria corporis foris ministrat. In decima fenestra umbilicus nominata ventrem ornat. Homo vero habet in corde intellectum et cogitatum, consilium et timorem, in splene risum, in felle iram, in jecore amorem, et flatum, et levitatem in cursu, et natando. Naturaliter his omnibus, et aliis multis, quæ causa brevitatis prætermitti, hominis corpus constat. Natura vero ejusdem corporis **IV** in se gerit diversitates. Id est, esurit, sitit, concupiscit, sop-

A rat. Usus ergo hujus naturæ **IV** rebus expletur, id est, manducando, bibendo, generando, dormiendo. Haec corporis ratio breviter dicta; nunc autem animæ origo dicatur.

5. *Anima quid est? et si est aliqua res, unde anima facta?* Quid ipsa est, quod nomen ejus, quem usum in rebus conditum. Vivit, an non? si vivit, quid confert universitatis affectibus? beatissime vitam dicit, amiseram? Quid ergo anima est? Cœlum non est, neque terra, neque aer, neque ignis, non aqua, non Deus, non sidera, non de anima patris neque matris venit, ut multi testimoni. Non visus, non auditus, non odoratus, non gustus, vel alia cetera, qua memorare longum est, quæ sunt in cœlo, sive in terra, quod anima non est. Unde ergo anima ex Deo data est, ex nihil facta, et a Deo creata, ut ipse Dominus per Isaiam dicit: *Omnem flatum ego feci*, id est, omnem animam; et in Psalmo similiter ait: *Qui finxit sigillatum corda eorum*, id est, animas, quia corda hominum candelabra animalium sunt. Quid itaque est anima, breviter dicendum est, quod Deus tacuit in suis Scripturis. Anima vero est vita rationabilis, et sensibilis, vivificans spiritualiter, et invisibiliter, et mirabiliter omnia viscera ac membrana totius corporis intus et foris, jussu sui Creatoris, et miro modo ministrans quinque corporis sensibus, quia **400** per oculos videt, per aures audit, per nares odorat, per gustum discernit sapores, per tactum tota membra regit; quæ quadridroma ratione spiritualiter subsistit, id est, sensu, sapientia, cogitatione, voluntate. Sensus pertinet ad vitam, sapientia ad intelligentiam, cogitatio ad consilium, voluntas ad defensionem. Anima etenim dum una res est, multas species et ornamenta ita in se habet. Quæ dum spiritus est, dum sentit sensus est, dum sapit animus est, dum intelligit mens est, dum recte discernit ratio est, dum consentit voluntas est, dum recordatur memoria est, dum membra vegetal anima est, dum bene vivit imaginem Dei habet, dum bene ornata Deo et angelis placita, dum virtutibus bonis plena. Trinitas est cathedra. Ornamenta vero animæ haec sunt. Per auditum credit, per desiderium querit, per sapientiam invenit, per orationem petit, per gratiam accipit, per humilitatem custodit, per misericordiam occurrit, per benignitatem indulget, per doctrinam acquirit, per penitentiam compunit, per exemplum pulchra, per scientiam lucida, per zelum bonum libera, per mansuetudinem plana, per prudentiam cauta, et clara, per simplicitatem sincere, per stabilitatem sobria, per justitiam recta, per patientiam longanima, per obedientiam parata, per actionem munera, per spem tensa, per abstinentiam temperata, per castitatem sancta, per gaudium spirituale læta, per confessionem aperta, per martyrium ornata, per unitatem catholicam, per concordiam pacifica, per dilectionem proximi larga, per charitatem Dei perfecta. Haec sunt ornamenta animæ. Necesitates corporis istæ sunt: in fame cibus, in siti potus, in labore requies, in fatigatione somnus, in dilectione, et tedium carmen, in dolore salus, in imbecillitate virtus, in timore refugium, in tenebris lumen, in bello pax, et alia multa, quæ modo causa brevitatis longum est dicere. Sicut sine his itaque necessitatibus caro humana non potest feliciter vivere, ita anima sine suo necessario non potest in corpore perfecte stare. Cibus namque animæ est præceptum divinum, potus ejus oratio pura, balneum ejus jejunium legitimum, vestimentum ejus eleemosyna, et propria substantia, organum ejus laudatio Dei assidua, requies ejus perfecta paupertas, salus ejus corporis infirmitas, refugium ejus pura penitentia, pax ejus charitas plena. O homo, quicunque es, his duabus substantiis, ut prædictimus, constitutus, id est, corpore et anima, imitare Christum et sanctos Patres, qui te precesserunt; dice humilitatem a Christo, devotionem ex Petro, charitatem ex Joanne, obedientiam de Abraham, hospitalitatem de Lot, longumitatem de Isaac, tolerantiam de Jacob, patientiam de Job, castitatem

de Joseph, mansuetudinem de Moyse, constantiam de Josue, benignitatem de Samuel, misericordiam de David, abstinentiam de Daniel, eleemosynam de Tobia, theoricam ex Heli, actualem ex Paulo, penitentiam lacrymosam ex Maria Magdalene, puram confessionem ex latrone, martyrium de Stephano, largitatem de Laurentio.

6. *De superbia et invidia.* Duas esse radices pestiferas et mortiferas omnibus viventibus, dubium non est. A quibus omnis iniquitas, et **401** omnis impietas, et omnis calamitas, et omnis crudelitas, et omnis tempestas, et omnis dolor, et omnis plaga, et omnis prena, et omnis morsus, et omnis mortalitas, et omnis tribulatio, et omne malum, quocunque et in celo, et in terra, et in inferno inveniri s, et sentiri potest. Orta sunt, una radix vocatur superbia, altera appellatur invidia. Quis enim de sapientibus et Scripturis intelligentibus ignorat superbiam esse radicem et reginam omnium malorum? Scriptura attestante, et dicente: *Initium omnis peccati superbia?* Per ipsam enim primitus angelorum princeps per Deum, qui Lucifer tunc vocabatur, et quasi si naculum Dei vivi videntur, de throno Altissimi, et de altitudine caeli, et de illa magna et sancta civitate, quae vocatur *visio pacis*, in qua sunt novem ordines angelorum, ipse cum decima angelorum parte in inferni tartara profectus est. O tam crudele et tam malum incredibile! Ipse durissimus draco sui deceper, et mortis inventor, in I, sa sua invenit projectione mortis omnium secundam radicem, quae appellatur invidia. Sic enim sacra Scriptura ait: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Hoc ergo modo per invidiam primu[m] intravit peccatum, et per peccatum mors originem traxit, id est, suggestione iniqua crudelissimi inimici orta fuit. Ex iniqua suggestione prava cogitatio intus erupit, p[ro]ava autem cogitatio delectationem peperit, delectatio consensionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas malam mortem, mala mors perditionem. Suggestione itaque diaboli per serpente[m] Eva seducta est, ei sic primus homo Adam per Evans seductus preceptum Creatoris sui transgressus est, et in ipsa transgressione laborem et mortem invenit, et semini suo post se ipsa dereliquit, tre quo labore et morte s.c. Deus ad Adam dixit: *In sudore vultus tui manducabis panem tuum*; et iterum ait: *Terra es, et in terram ibis.* Et Scriptura hoc affirmans ait: *Sicut mors in Adam data est, ita dominabitur in omnibus filii ejus.* Labore ergo, et morte, et miseria, et corruptione, et maledictione inventis, et aliis innumerabilibus progeniei sue derelictis, ipse cum semino in tenebris et crucifixibus a die mortis sua in prima aetate mundi usque ad resurrectionem Christi deuentus est.

7. Duas vias vite et mortis in hoc saeculo esse du-  
biu[m] non est, una per quam feliciter pergunt sancti,  
altera per quam peccatores se ipsos perdunt, de quibus viis in primo psalmo Spiritus sanctus sic ait:  
*Novit Dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit.*  
Via sanctorum Dominus ipse, sicut ipse dixit: *Ego sum via, et veritas, et vita;* via autem peccatorum tenebrae mortis, ut in Psalmo legitur: *Fiat via illorum, id est, peccatorum, tenebrae, et lubricum.* Via sanctorum fides catholica, via peccatorum infidelitas prava; via sanctorum spes recta, via peccatorum arida desperatio; via sanctorum charitas perfecta, via peccatorum iniquitas odiosa; via sanctorum diligentia mentis, via peccatorum negligencia cordis; via sanctorum timor Dei, via peccatorum transgressio mandati; via sanctorum voluntas bona, via peccatorum cupiditas mala; via sanctorum oratio assidua, via peccatorum verbositas mala; via sanctorum **402** confessio fragilitatis, via peccatorum excusatio iniquitatis; via sanctorum simplicitas pura, via peccatorum obscuritas tenebrosa; via sanctorum patientia stabilis, via peccatorum instabilitas temporalis; via sanctorum humilitas vera, via peccatorum elatio inquinata; via sanctorum abstinentia temperata, via peccatorum nimetas dissolu-

A ta; via sanctorum castitas sancta, via peccatorum luxuria immunda; via sanctorum sobrietas formosa, via peccatorum ebrietas crapulosa; via sanctorum largitas dandi, via peccatorum avaritia servandi; via sanctorum taciturnitas silendi, via peccatorum loquacitas vapulandi (*sic*); via sanctorum commemoratio boni, via peccatorum oblitio Dei; via sanctorum lectio sancta, via peccatorum mormuratio presumptiosa (*sic*); via sanctorum justitia et veritas, via peccatorum mendacium et pravita; via sanctorum concordia pacis, via peccatorum discordia dissensionis; via sanctorum in omnibus gratias agere, via peccatorum semper despiciere; via sancti zelus bonus in amore Dei, via peccatorum zelus malus et amor mundi; via sanctorum monstratio bona, via peccatorum ostensio mala; via sanctorum thesaurizare in celo, via peccatorum absconsio in imo; via sanctorum humilitas Christi, via peccatorum superbia diabolii; via sanctorum amor vitae futurae, via peccatorum amor vitae periturae; in una tollitur quod hic diligitur, in altera quod amatur semper habetur.

B 8. Duos etiam infernos in Scripturis legimus: unus in terra, in quo probantur sancti, alius sub terra, in quo dannantur dæmones et impii: etsi uno nomine nominati sunt, multum inter se distant; in uno namque labor et requies, in altero semper miseria, cui non est finis. In inferno sanctorum compunctione salutaris, in inferno peccatorum cruciatu[m] paenitentis; in inferno sanctorum p[re]uentia vera, in inferno peccatorum p[re]uentia sera; in inferno sanctorum abremissio p[re]ia, in inferno peccatorum damnatio justa; in inferno sanctorum probatio cum consolatione, in inferno peccatorum pena sine intermissione; in inferno sanctorum afflictio, et refectio, in inferno peccatorum semper cruciatio; in inferno sanctorum spes inuenientis accipiendi, in inferno peccatorum desperatio penae finiendae; in inferno sanctorum suavitatis jugis, in inferno peccatorum gravitas sustinendi; in inferno sanctorum timor offensionis, in inferno peccatorum vindicta transgressionis; in inferno sanctorum labor, et requies, in inferno peccatorum injuria semper penalitatis; in inferno sanctorum visitatio infirmi, in inferno peccatorum oblivio visitationis; in inferno sanctorum flatus paenitentium, in inferno peccatorum lacrymæ et stridor dentum; in inferno sanctorum nox et dies, in inferno peccatorum tenebrae exteriores; in inferno sanctorum probantur boni, in inferno peccatorum puniuntur pravi; in inferno sanctorum ignis videtur et ministrat, in inferno peccatorum habetur et cruciat; in inferno sanctorum custodiunt angeli, in inferno peccatorum cruciantur adversarii; in inferno sanctorum gratia, benignitas et misericordia, in inferno peccatorum amaritudo, ira et indignatio, in inferno sanctorum adjuvantur sancti, in inferno peccatorum damnantur dæmones et impii; in inferno sanctorum **403** boni et mali (*sic*), in inferno peccatorum nihil habetur boni; in inferno pravorum non est finis malorum, in inferno sanctorum spes est regni cœlorum.

C 9. *De ebrietate.* Duas res reperi, et eas multum novi in humana misera vita multum sibi contrarias: una vocatur ebrietas, altera appellatur sobrietas, de quarum contrarietate pauca breviter dicam: ebrietas satis inutilis est, indigna res in viris, impudica in feminis, contumeliosa in servis, reprehensibilis in sacerdotibus, dignitatem perdit in regibus, veritatem obliviscitur in judicibus, misericordiam delet in dignis, malos mores motat, hominem totum conturbat, inimicitias memorat, cedes et clades concitat, patricidia inter parentes preparat, rixas suscitat, sanos amentes facit, sapientes stultos facit, sobrios insensatos reddit, abluit memoriam, desecat sensum, negligit mentem, confundit intellectum, concitat libido, implicat sermonem, corruptum sanguinem, violat visum, obdurat aures, strepitum risum, turbat viscera, clamat in honeste, non loquitur recte, humiliat [*Vel humiliat*] cerebrum, flagitat somnum, deliri-

tit membra, impedit mysteria, siccat gulam, dissipat medullam, promittit vespe, et mentitur mane, maciat corpus et animam, et omnem exterminat salutem.

10. *De sobrietate.* Sobrietas vero in omnibus utilis est; bona est in celo et in terra, bona est in via simul et in patria, continet juvenem, honorat senem, longevit (*sic*) vitam, ditat heredem, secundat problem, auget honorem, dignitas est in viris, pudicitia in feminis, gratia in servis, decor et laus in sacerdotibus, gloria et victoria in regibus; veritatem ostendit in judice, patientiam in paupere, largitatem in divite, bonos mores admovet, hominem totum conservat, amicitias innovat, rixas mitigat, discordantes concordat, sanos serenat, sapientes ornat, stultum crudit, sobrium custodit, retinet memoriam, illuminat corda, sincerat mentem, acutat intellectum, hilarat faciem, continet vultum, contemnit libidinem, superat vitium, aures aperit, exonerat cerebrum, tacet tempore, loquitur recte, curat venas, confirmat sanguinem, irrigat ossa, nutrit medullam, roborat membra, fructus somno, aperit visum, reprimit risum, ostendit mysteria per pauca verba, rarus sermonem, fideliis opere, mundat corpus simul et animam, et omnem custodit salutem.

11. *De pace et discordia.* Duas alias vidi veraciter, quae multum inter se distant sibi, quarum una si sola regnasset, et alia opportune non venisset, nullus hominum feliciter vixisset; de quibus pauca dicere volo, quia ad alia festino modo. Discordia vocatur una, et pax vocatur altera. Discordia multum timenda, et omni Christiano valde fugienda, quae haec facit: de filiis Dei filios diaboli, de amicis inimicos, de fratribus adversarios; ex qua susurratio, querela, furor et ira, controversia, et mendacium, juramentum, et perjurium, lesio, et scandalum, dolus et invidia, livor et homicidium. Nihil aliud est discordia, nisi separatio pacis, et disruptio unitatis, disciplina diaboli, via mortis, perditio vite, contractio mandatorum, mutatio sensus, dispersio intellectus, dominus diaboli, 404 semita inferni, expectatio poena, expulsio indulgentia, subversio discipline, despicio charitatis, suppressio humilitatis, motatio animi, conturbatio membrorum, malum lethale, venenum serpentis, morsus viperæ, flatus basilisci, vomitus reguli, conclusio regni, apertio inferni, inimica Dei, amica diaboli.

12. Pax vero non sic agit, quia Deum homini et hominem Deo proximum facit; ideo pax vera tenenda est, et omnibus Christianis corde et corpore conservanda est. Dulcis namque et nimis valde diligenda talis magistra, quae facit miracula multa, et miranda est quae facit de filiis diaboli filios Dei, et de inimicis amicos, de adversariis fratres, de extraneis propinquos, de alienis domesticos; ex qua sinceritas et simplicitas, mitigatione et lenitas, mansuetudo et indulgentia, planities et veritas, taciturnitas et justitia, stabilitas et patientia, dilectio et tuus (*sic*), auxilium et curatio. Nihil aliud est pax, nisi dominus Dei; sic enim ipse Deus dixit discipulis suis: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Quid aliud pax, nisi propinquitas Dei, gratia Dei, et conjunctio Dei, valetudo sensus, acies intellectus, dominus Dei, semita regni, præmiorum expectatio, diligentia collectatio, rigor disciplinae, perfectio charitatis, circulus humilitatis, clypens tranquillitas, continentia principatus, membrorum serenitas? O si me licuisset plene et plane pacem pronuntiare! multis lineas debui digitis scribere; superat enim omnem sensum. Cujus vitalis dulcedo melliflua aperit regni, conclusio inferni, amica Dei, inimica diaboli, felicitas est in vita praesenti, gaudium et laetitia in vita perenni.

13. Duobus modis vera pœnitentia dignoscitur: primus modus est commissa devotissime et largissimis lacrymis desfere, et pœnitentia. Secundus modus est desfenda et pœnitenda iterum non admitti. Pœnitentia dicta est quasi punitentia, quia homo in

A se punit quod male commisit. Servo Dei tanta recordatio esse debet peccati, ut ea quæ gessit semper lacrymis defeat. Nihil autem pejus quam culpam cognoscere, nec desfere; duplice enim habet debet fletum in pœnitentia omnis peccator, sive quia per negligiam bonum non fecerit, seu quia malum per audaciam perpetraverit. Quod enim oportuit non fecit; et quod agere non oportuit, id gessit. Ille pœnitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando scilicet ac deflendo quæ gessit, tanto profundius, quanto existit in peccando proclivior. Magna enim est virtus lacrymarum, quæ sine voce et verborum soitu impetrant veniam, quam pro culpis postulant. Petrus namque lacrymas prorupit, nihil voce precatus est. Invenio enim quondam fleverit, non invenio quid dixerit; lacrymas ejus lego, satisfactionem ejus non lego. Recte plane Petrus flevit, quia quod desfieri solet potest excusari; quod defendi non potest, abluvi potest. Lavant enim lacrymas delictum quod pudor est voce confiteri; lacrymae ergo verecundia considunt in fendo et saluti, non erubescunt impetrando, et impetrant quod recte postulant in rogando.

B 14. Lacrymae, inquam, tacite quodammodo procedunt, veniam postulant 405 et merentur; causam non dicunt, et misericordiam sequuntur: lacrymarum utique utiliores sunt preces quam sermonum, quia sermo in precondi fortasse fallit, lacrymae omnino non fallunt. Seruo enim interdum non totum profert negotium, lacrymae semper produnt affectum. O lacryma, quam dulces, quam fortes, quam pretiosæ, quam suaves estis in uberbibus matris pœnitentia? Sicut enim pia mater ministrat de pectore lac infanti, sic pia pœnitentia de cordis compunctione lacrymas porrigit pœnitenti. Mater lactat infante, ut crescat, pœnitentia lacrymat pœnitente, ut revivescat; mater optat infanti ut vita veterescat, [pœnitentia] pœnitenti, ut nullo malo seuescat. Mater non omnibus optat vitam, pœnitentia omnibus optat salutem. O pœnitentia, magna sunt ubera tua, vino compunctionis plena, quibus reos recreas, lapsos relevas, fugientes revocas, contractos confirmas, morbos iuandas, leprosos lavas, infirmos roboras, tristes latificas, desperantes confortas, vulneratos sanas, laceratos ligas, perditos reparas, in peccatis mortuos suscitas. O pœnitentia! quid dicam de te? laudare enim non valeo ut volo, quia pretiosior es auro obryzo. Per te enim mors destruitur, et diabolus fugatur; per te vita invenitur, et Deus reperitur; per te infernus clauditur, et regnum invenitur. Ille itaque pœnitentiam dignata agit, qui sic præterita deplorat, ut futura iterum non admittat; vulnus enim iteratum tardius sanatur. Iteratio peccati grave malum, sicut morbus super morbum veniat, sicut imber super imberem occurrat; nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum, quem quanto magis laverit, tanto amplius lutum facit. Nullus itaque de Dei botitate dubitet, nullus de Dei misericordia desperet, veniam corde querat, et recipiet. Corpore et mente pœnitent, et Deum ad misericordiam provocet. David post culpam psalmum cantavit, et regnum non perdidit, et veniam invenit. Manasses rex impius coram Domino flevit, et sibi et populo pacem acquisivit. Zachæus in arborem ascendit, et salutem invenit. Maria lacrymavit, et veniam meruit; Petrus amare flevit, et gratiam non perdidit, et veniam impetravit. Latro in uno sermone cum Christo paradisum intravit. Longinus lancea latus Salvatoris aperit, et non tantum ventum invenit, sed episcopatus honorem et martyrii gloriam et coronam habere meruit.

C 15. Duobus mandatis tota lex pendet, et prophetæ, id est, dilectio Dei totis viribus corporis et anime, et dilectio proximi sicut semper ipsum. Duo bus modis creditur, id est, perfecta fide et perfecta operatione. Duobus modis crux portatur, id est, cum per abstinentiam afficitur corpus, aut per com-

passionem proximi affligitur animus. Duobus modis **A** et boni de malis oriuntur. Mali de bonis, dæmones de angelis; boni de malis, sancti de gentibus. Mali de bonis, Ismael de Abraham, Moah et Ammon de Lot; boni de mali, Abraham de Chaldaeis. Mali de bonis, Dathan et Abiron de Levi, Ophni et Phinees de Heli. Boni de malis, Ruth ac Moab et Rab de Chanaan. Mali de bonis, quod ante debui dicere, Cain de Adam, et de Noe Cham. Bonus de mali, Jonathan de Saul. Malus de bono, Absalon de David. Quid plura dicam? Sic enim erit usque in finem, et de bonis mali, et de malis boni; cum autem venierit, qui solus bonus est bonos a malis segregabit.

**46.** Duo in hac vita sunt genera justorum: unum videlicet bene viventium, sed nulla docentium; aliud vero recte viventum, et endem recte docentium. Duobus modis percussio divina intelligitur, id est, in bonam **406** partem, qua percutimur carne, ut emendemur anima et mente; altera, qua vulneramur conscientia ex charitate, ut Deum ardentius diligamus. Duobus modis Deus respicit in homines, id est, vel ad veniam, vel ad vindictam: ad veniam, sicut respxit Petrum; ad vindictam, sicut in Sodoma et Gomorrah.

**47.** Duo latrones cum Christo crucifixi sunt, id est, Dismas a dextris, Gestas a sinistris. Alla nomina latronum Chacham et Chamna. Duas filias Lot habuit, filius fratris Abrahae, quarum una vocabatur Adach, que peperit patri filium nomine Moab, de quo Moabitæ orti sunt. Altera vero, que vocabatur Moach, que et similiter patri suo peperit filium nomine Ammon, de quo Ammonite exierunt. Hi dui filii non sine culpa natii sunt, quia pater filias uxores habuit, et hoc non voluntas, sed ebrietas fecit; et ita culpa miro modo est facta, ut pater filias uxores haberet, et sorores matres fratribus factæ sunt, et filii matribus fratres fuerunt, quia de semine patris filiae natæ sunt, et de semine iterum patris in filiabus filii sunt procreati; et ideo hæc progenies magnam maledictionem meruit, quæ usque ad decimam generationem in Ecclesiam Dei non intravit. Et tamen Ruth Moabitida bona femina fuit, quæ in generationem Christi partem habere meruit. Ipsa enim mater avi David fuit; David namque filius Jesse, Jesse filius Obeth, Obeth filius Booz, et mater ejus Ruth. Avus enim pater patris est.

**48.** Duos filios Isaac habuit, unus Deo reprobus, et alter electus fuit. Sic enim Scriptura ait: *Jacob dilexi, et Esau odio habui;* et hoc non sine causa, quia ambo filii boni patris, et ambo uterini in utero bonæ matris, et tamen electus supplavit reprobum in utero matris, et primogenita ei rapuit, et benedictionem patris; sed ideo hoc voluit Deus ita, quia omnes electi de Jacob sunt orti, et de semine ejus, et tamen reprobum non dereliquit Deus, quia Job et Dei servus, et rex ortus est ex genere ejus. Et ideo hoc breviter nomenoravi, quia mali de bonis,

de angelis; boni de malis, sancti de gentibus. Mali de bonis, Ismael de Abraham, Moah et Ammon de Lot; boni de mali, Abraham de Chaldaeis. Mali de bonis, Dathan et Abiron de Levi, Ophni et Phinees de Heli. Boni de malis, Ruth ac Moab et Rab de Chanaan. Mali de bonis, quod ante debui dicere, Cain de Adam, et de Noe Cham. Bonus de mali, Jonathan de Saul. Malus de bono, Absalon de David. Quid plura dicam? Sic enim erit usque in finem, et de bonis mali, et de malis boni; cum autem venierit, qui solus bonus est bonos a malis segregabit.

**49.** Duo viros adhuc vivos legimus; sed ubi sunt vivi et absconditi, nescimus. Unus ab Adam septimus, et Enoch nominatus, alter vero Elias, qui usque ad cœlum in curru igneo est raptus; de duobus breviter diximus, tamen satis, quia ad tres festinamus.

**50.** Tres personæ Trinitatis, in una potestate et maiestate, Pater, Filius et Spiritus sanctus, que tres personæ apud Hebreos sic vocantur *Abba, Ben, Ruba.* Apud vero Græcos *Pater, Bar,* quomodo autem Græce **407** Spiritus dicitur, adhuc non inveni. Illi tamen dicunt *ageos* quod Latine sonat sanctus. *Abba* pater, *Ben* filius, *Ruba* Spiritus sanctus. *Pater* tamen Græcum est, et Latine sonat genitor. *Bar* Græce, filius Latine. Trinitas itaque dicitur propter personarum diversitatem, unitas vero propter inseparabilem deitatis substantiam. *Pater* dicitur, eo quod habeat *Filium*, et omnis paternitas, que in cœlo, et in terra est, in eo et ex eo nominatur. *Filius* dicitur, eo quod habeat *Patrem*, *Spiritus* vero *sanc-tus*, eo quod a *Patre* et *Filio* procedit. *Deus* dicitur propter potestatem, et dilectionem; *Dominus* dicitur propter dominationem; *omnipotens* dicitur, quia omnia potest, cui nihil impossibile est. Et si *Deus* *omnipotens* est, quid est quod non potest? Id est, non potest falli, non potest mori, non potest pccare. Per *Patrem* vivimus, moveamur et sumus; per *Filium* rationem, et scientiam, et intellectum habemus; per *Spiritum sanctum* donis bonis omnibus illustramur. Tribus modis Deus dicitur, id est, essentialiter, ut Paulus dicit: *Qui est benedictus in aucta. Nuncupative, ut Dominus Moysi dicit: Constitui te in Deum Pharaonis.* False, ut dicitur: *Dii qui non sacerunt cœlum et terram pereant.* Tres res in principio creavit Deus, id est, angelos, et . . . et informem materiam. (*Desunt atia.*)

## APPENDIX XXII. GLOSSÆ IN SACRAM SCRIPTURAM.

*Ex Codice veteri et archivii Vaticani.*

### GENESIS.

**CAP. I.** *Spiritus Dei* serebatur. Providentia qualiter cuncta creasset. *Fiat lux.* Ipsa est que postea in vasa cœli, hoc est, sidera, diffundebatur. *Dixit.* Per verbum suum fecit. *Mano.* Initium creature. *Vespere.* Finis ejusdem. *Imaginem, similitudinem.* Imago eminet in spiritu hominis; similitudo in bonis operibus.

**II.** *Patrarat.* Perficerat. *Paradisum.* Duo sunt: unum terrenum, ubi Adam fuit, alterum cœlestium. *Lignum vite, lignum scientie.* In custodia precepit

**GENESIS.** — **CAP. I.** De his glossis consule Isidoriana, cap. 65, num. 38 et seqq. Incipit Codex: *Dei serebatur; fortasse deinde legendum providens qualiter. Scriptum erat creasse pro creasset.* Interpunctum erat verbum suum. *Fecit manu.*

**II.** In Vulgata est plantaverat pro patrarat. Fortasse legendum unus terrenus...alter cœlestis. Glossæ *lignum vite*, etc., possent aliter ordinari, seu transjici.

**D**scientia erat boni. *Bonum et malum.* In transgressione scientia erat mali. *Bidellum.* In arbore colligitur, es est pigmentum. *Evilat.* Illoc est proprium nomen terræ.

**III.** *Perizomata.* Femoralia. *Versatilem.* Vibrantem. Versatilis dicitur pro eo, quod quandoque venisset tempus ut etiam removeri posset.

**408** **IV.** *Concidit.* Mutavit colorem vultus sui *Stn.* Si non sic. *Maledicta terra in operibus tuis.* Illo non opera colendi, sed peccata exprimit. *Num. Dicis.* *Eden.* Sacratissimum ipsum paradiisi locum interpretatur. Porro. Videlicet.

**Vulgata** habet *bdellium*; sed apud scriptores mediæ avii reperitur *bidellium*. Prius fieri deberet mentio *Hevilath*, ut est in Vulgata, seu *Evilat*, quam *bdellii*.

**IV.** In Vulgata, *maledictus eris super terram*, nisi hæc verba ex cap. IIII lucis translatâ sint, ubi Vulgata habet, vers. 17: *Maledicta terra in opere suo.* Ex vers. 9 cap. IV desumitur *num*, scilicet *Num custos*, etc.

vi. *Famosi*. Fama nominati. *Habitavit in terra A*  
*Haïd*. In Hebreo habet nodus instabilis. *Levigatis*.  
*Limpiditatis*. *Bitumen*. Genus glutin, alii piculam,  
*ali i resinam Tristega*. Tricamerata.

vii. *Catacræz*. Fenestræ. In aenulo diei. Initio  
*dici*.

ix. *Dilatet Deus Japheth*, et habitet in tabernaculis  
*Sci*. Japheth latitudo dicitur. ex quo gentium na-  
*citur multitudo*, Sci, ex quo Hebrei minores nu-  
*mero ejecti vegetat*. Confortat.

x. *Ur*. Ignis, vel lumen.

xii. *Illustrem*. Magnificum.

xiii. *In oppidis*. In castris.

xv. *Triram*. Triennem. *Altrinsecus*. Separatim.  
*Abigebat*. Expellebat.

xvi. *Liber*. Secundum arbitrium tuum. *Ferus*.  
*Iracondus*, indomitus.

xviii. *Sala*. Nomen mensuræ : habet modium et  
*semis*

xix. *Eubitum*. Passi duo. *Vallaverunt*. Circumde-  
*derunt Culminis*. Altitudinis. *Vim*. Fortitudinis. *In-  
*tuitus**. Attendens.

xxi. *Sirpi*. Generi. *Nemus*. Arborum ordo com-  
*positus*, vel de silva.

xxii. *Pariter*. Simul. *Vepres*. Rumices.

xxiii. *Funeris*. Corporis. *Quin*. Magis, vel potius.  
*Sic us*. Sex denarii. *Antrum*. Speluncam.

xxiv. *Destravit*. Dividit, vel vendidit. *Aio*. Dico.  
*Suscitati*. Interrogati.

xxv. *Hispidus*. Pilosus. *Protinus*. Statim. *Adultis*.  
*Maturis*. *Guarus*. Expertus. *Edulio*. Victu, esca, vel  
*esu*. *Parvipendens*. Pro nihilo habens.

xxvi. *Arcersito*. Evocato. *Perspicuum*. Manifestum.  
*Coire*. Concubere, vel convenire. *Quispiam*. Modi-  
*cus aliquis. Sevit*. Irascitur. *Locupletatus*. **409** Di-  
*tatus*. *Invidentes*. Invidia habentes. *Humo*. Terra. *Olim*.  
*In antiquo*. Repererunt. Invenerunt. *Jurgium*. Rixa.  
*Auctum*. Inventum.

xxvii. *Pharetram*. Theca ad sagittas portandas.  
*Dudum*. Antea. *Consternatus*. Indomitus. *Orbabor*.  
*Sine filiis*.

xxviii. *Innoxium*. Incumbentem.

vi. *Scriptum nominata pro nominati*. Non appa-  
*ret quo pertinent verba habitavit... instabilis*. Obscu-  
*runt est nodus in compendio literarum. Mox fortasse*  
*legendum limpidatis*. De voce *tristega*, vide *Ducan-  
*gium**.

ix. *Exaratum erat vegetari*. Pro *ejecti mallem ge-  
*niti**. Transpositæ sunt glossæ; *vegetat* pertinet ad  
*vers. 13; dilatei*, etc., ad vers. 27.

xii. *Restitui in oppidis*, pro *in opis*, in Ms. Disci-  
*men tamen aliquod notari solet inter castrum, cas-  
*tellum et oppidum**.

xviii. In *Glossa Roberti de Sorbona*, *capiens mo-  
*dium et semissem**. Confer *Isidorum*, l. xvi Etymol.,  
*c. 26*, et *Ducangium*.

xix. *Intelligi verbum cubitum pertinere ad caput*  
*xix, 4, de duabus angelis a Lot hospitio susceptis:*  
*Prius autem quam ireni cubitum; non autem intelligo*  
*quod innuat glosa passi duo, nisi legamus pasti duo*.

xxiv. *Auctor glossæ videtur in texto legisse dis-  
*traxit, aut destraxit, mutato i in e, ut fieri tunc sole-  
*bat**. In *Vulgata* est *destravit*, hoc est, sarcinas depo-  
*suit, a verbo desterno*. Pro *glossa interrogati*, lege-  
*rem int rrogarunt*.*

xxv. *Scriptum erat iesca*. Apud *Robertum de Sor-  
*bona** male distinguuntur duas glossæ: *Edulium*, vi-  
*cetus*; *Esca*, esus.

xxvi. In *Vulgata* scribitur *accersito*. In Codice le-  
*gitur modicum aliquid*. Ab inepto aliquo addita est  
*glossa irascitur, pro sevit, quod est a sero, non a sa-  
*vio**. Sic etiam inepta est *glossa inventum* oro au-  
*ctum*.

xxvii. *Sic legendum theca*, vel *thecam*, pro *tega*, in  
*vet. Cod.* *Indomitus* fortasse mendum est.

xxix. *Vale*. Sanus est. *Hebdomadam*. Septem an-  
*nis. Copular. Conjunctio*.

xxx. *Ed nte*. Generante. *Mandragora*. Fructus si-  
*miles pomi in illa herba nascuntur, et habet duorum*  
*sexum, masculini et feminini, et in radice ostendit si-  
*milititudinem, et est fertilis, et dicitur qui eam eradi-  
*cat non posse vivere. Experimento. Exercitidine*  
*sciens. Dem. Tradam. Furvus. Brunus. Populeas. Bi-  
*bulineas. Serotinus. Tardus**.**

xxxi. *Facultate*. Possibilitate. *Inlytus Nobilis. Fa-  
*tus. Portantes. Opes. Divitias. Clam. Occulte. Abige-  
*res. Expelleres. Esto. Etsi putaveris, vel ecce si.**  
*Necetur. Occidatur. Nequeo. Non possum. Depopula-  
*ti. Vastati**.*

xxxii. *Supri. Corruptela virginitatis. Scorto. Me-  
*retrice**.

xxxv. *Cedentes. Obedientes. Libans. Degustans.*

xxxvi. *Ad puteum juramenti. Ad aquam fidei.*

xxxvii. *Ditioni. Potestati. Fomittem. Incendium,*  
*Bimini. Nitebatur. Laborabat. Polymita. Operis plu-  
*marii. Staciem. Genus resine pretiosæ. Acquieverunt.*  
*Consenserunt*.*

xxxviii. *Divertit. Non convertit. Opilio. Pastor*  
*ovium. Teristrum. Ligatura capitii, vel sindones.*

xxxix. *Arbitris. Judicibus. Lacinia. Ora vestimenti.*

xl. *Pincerna. Butiliajus. Canistra. Quæ palana-  
*rum virgulas texitur ad panes portandos**.

xl. *Coniectores. Estimatores. In culmo. In ca-  
*lamo, in stipula. Uredine. Vento incendente. Demum.**

*Postmodum. Presagum. ¶ ¶ Präscientem. Conji-  
*cere. At-tinare. Macie. Exilitate corporis. Squalore.**

*Sorde. Industrium. Instantem. Segetes. Semina.*

xl. *Nutum. Providentiam, vel potostatem. Ma-  
*chinantur. Argumentantur. Molimur. Cogitamus, vel**

*tentamus.*

xl. *Latatio. Admissio.*

xliv. *Augurari. Sortiri. Flagiti. Peccati, vel mali,*

*vel turpitudinis.*

xlv. *Quantocius. Ocius. Solo. Terra.*

xlvi. *In aerarium. In thesaurarium. Hemina.*

*Dimidium sextarium. Serite. Seminate.*

xlvi. *Cerastes. Cornuta serpens, flatu nocens.*

*Emissus. Emissus dicitur cervus, quando cervam se-*

xxix. *Pro septem annis, mallem septenarium.*

xxx. *Glossam de mandragoribus* habet *transtuli*, quæ

in vet. Ms. reperitur inter *cubitum* et *vallaverunt*, sci-

licet cap. xix. Quæ de mandragoribus dicuntur, conse-

renda sunt cum Etymol., cap. 9, l. xvii, et cuius dict.

Bibl., et comment. Calmeti, et diction. Valmonis de

Bomare. Pleraque enim sunt fabulosa. Vox *bidula-*

*neus* non obvia est. In Actis 11 Julii, l. II, Vit. Sancti

Uldarici: *Concidit sibi baculum de ligno bidullano*.

In additionibus ad *Ducangium* conjicitur legendum

*betulanus*, seu *betulaceus*, a *betula*. Ex nostris glos-

sis vera significatio eruitur.

xxxi. In vet. Ms. *Fetos*, portantes. Mox, pro *vastati*

*scribendum sivesset vastaverunt. Sed multa hujusmodi*

*ad medium ævum pertinent.*

xxxv. In *Vulgata* est *recedentes*, nec congruit glossa

*obedientes*. Exstat vox *cedentes* in *Biblio Gothicis Tol-*

*letanis*. Vide prolog., cap. 65.

xxxvi. Inter glossas *funeris* et *quin cap. xxiii*, exa-

ratum erat in vet. Cod. *Ad puteum*, etc.

xxxvii. *Glossæ nonnihil transpositæ sunt. Pro in-*

*cendium, initium, fortasse legendum est incentivum.*

xxxviii. *Parum opportuna est glossa non convertit.*

*De teristro, sive, ut in *Vulgata* legitur, *teristro*, con-*

*fer *Etymolog.*, l. xix, c. 25, glossas Roberti de Sor-*

*bona*, et *Ducangium*. *Vet. Cod.*, instantem pro *in-*

*stantem*.

xl. *Ab aliis dicitur buticularius, seu butellarus,*

*seu bottellarus*. *Adisis* *Ducangium*, verb. *Butia*.

*Scriptum est in vet. Cod. texetur, et tortasse voluit*

*auctor texitur.*

xl. *Restitui in culmo pro in culmine.*

xlvi. *Non reperitur verbum solo in *Vulgata*; ex-*

quitur. *Obiit. Mortuus est. Aream. Terram arahilem. Resistere. Effugere, vel contradicere.*

## EXODUS.

**CAP. I.** *Ellesmoth* Hebraice, *Exodus* Græce, *Exodus* Latine. *Lateris.* Tegulis non coctis : de terra et paleoës efficiuntur. *Mares.* Masculos. *Ingrueret.* Irrueret.

**II.** *Elegantem.* Putchrum. *Fiscellam.* Ponaer in modum navis. *Scirpeam.* Juncinam. *In careto,* loco paupiri, vel in marisco; alii canalem. *Per crepidinem.* Per summationem ripæ. *Alvei.* Canalis in amne, vel sinus aquæ. *Papyrone.* Papyrus. *Adultum.* Maturum, vel juvenem.

**III.** *Rubi.* Spins, in qua rosa crescit.

**IV.** *Iustar.* Similitudo. *Ab heri et nudius tertius.* Totum tempus præteritum significat. *Impeditioris.* Imparatioris. *Diversorio.* Receptaculo. *Illico.* Statim, vel mox. *In montem Dei.* In montem Sion. *Coreb et Sinai unum sunt.* Sponsus sanguinis tu mihi es. Quia de sanguine meo natus es, vel quia circumcisus.

**V.** *Exactoribus.* Ministris enim vi exigentibus.

**VI.** *Adonai.* Dominus. *Ergastulo.* Privata custodia, vel carcere. *Præsertim.* Maxime. *Patrualem.* Filius patrui, vel filia.

**VII.** *Colubrum.* Colubrum et draconem pro uno ponunt. Virga Aarón, et virga Moysis una erat, Arcana. Secreta, vel occulta. *Malefici.* Magicae artis inventores.

**VIII.** *Abigantur.* Expellantur. *Condixerat.* Convenit, vel consensit. *Statuit.* Decrevit. *Aggeres.* Terra tumulum. *Sciaphes.* Muscae minutissimæ. *Abominationes* Ægyptiorum. Oves, quas coluerunt, et noluerunt manducare.

**IX.** *Renuis.* Rerumas. *Turgentium.* Tumentium. *Virens.* Viride. *Induravit.* Quia non emollivit.

**X.** *Corrodet.* Demanducabit, defacerbit. *Densæ.* **41** **1** *Dps.* *Sp* *ssx.*

**XI.** *In solio.* Throno. *Mutiet.* Modice murmur. *Otentia.* Prædicta signa.

**XII.** *Cætum.* Conventum. *In ædibus.* In domibus, vel templis. *In monumentum.* In memoriam. *More.* Ritu, observantia. *Indigenis.* Civibus, vel qui ibi nati sunt. *Dimitit.* Permittit. *Cærenomias.* Titulus sacrificandi. *Dudum.* Antiquitus, vel antea. *Religio.* Sanctitas, bonitas, pietas. *Efferetis.* Asportetis.

**XIII.** *Israel.* Profligentis. *Columna.* Columna ignis et columnæ nubis una esse creditur ex altera parte ignea, et altera similis nubi.

**XIV.** *Obriguerunt.* Coturnix et perdix.

**XV.** *Pilo.* Pistillo, alio loco lancea. *Gomor.* Men-

stat in Biblio Gothicis, pro *terre* *loco*. Vide prolegom., cap. 65. Fortasse, in *thesaurum*. Vox *hemina* nescio, unde in hunc locum adiecta fuerit. Celebris est controversia de libra panis, et vini hemina in regula sancti Benedicti, de qua videri potest Ducangius, in Dict. Confer etiam t. xvi Etym., c. 26.

*Exodus.* — **CAP. I.** Scriptum videtur *Ellesmoth*; in Etymol., l. vi, cap. 1, in hoc eodem nostro Co-

dice Elesmoth. Apud alias, *Veellesmoth*.

**II.** *Mendum* videtur *ponaer*, pro *panerum*; exaratum etiam erat in *domum navis*, et mox *plaustri* vel in *marisco*, quo alii. De *marisco*, vide Ducangium.

**V.** *Obscurum* est *cum vim*, pro *vi*. Glossæ hoc loco præpostero ordine collocatae erant. Haec enim in Ms. præcedit alias capitum iv, ubi in Vulgata legitur *sponsus sanguinum* pro *sanguinis*.

**VI.** *Forte, carcere.*

**VIII.** *Glossa statuit* non videtur ad hunc locum pertinere, nisi forte sit etiam hoc verbum explicatio verbi *condixerat*.

**XI.** Hæc etiam inversus erat ordo glossarum, ut sepe alibi.

**XII.** *Vet. Cod. ritu observantium*, et postea, vel ibi qui.

**XVI.** *Forte, sextarios.* Reposui *ephī* pro *æphi*, quamvis in Biblio Gothicis Toletanus ita sit scriptum *æphi*.

**A** *suræ* habens xii sextariorum. *Scatere.* Ebullire, vel efflere. *Aui.* Nutrivi, vel pavi. *Ephi.* Ephè et hatus unum sunt, mensura habens modios tres.

**xvii.** *Jurgata.* Rixata, vel injuriam habentia. *Paxzillum.* Medicum.

**xviii.** *Præstolatur.* Observat, vel expertat. *Disseptatio.* Alteratio, vel contentio, vel disputatio. *Tribunus.* Qui super mille viros est. *Strenuis.* Utilibus, vel fortibus.

**xix.** *Jaculis.* Telis, vel sagittis arcis, vel jactis. *Clangere.* Sonare. *Micare.* Cornuare, fulgere. *Perstrepebat.* Personabat. *Paulatim.* Per partes. *Prolixius.* Longius. *Contestare.* Conjurare.

**xx.** *Zelotes..... Insontem.* Innocentem. *Frustra.* Sine causa, sine ratione, in vanum.

**xxi.** *Liberi.* Infantes. *Diis.* Id est, sicut do tibi. *De industria.* De instantia, de cura. *Cornupeta.* Petulcus, cornu petens.

**xxii.** *Aceros.* Tumulos. *Segetes.* Messes. *Deserat.* Portet. *Conductum.* Congregatum.

**xxiii.** *Sol-mnatum.* Septem hebdomadas a Pascha usque Pentecosten. *Severis.* Seminabis. *Crabones.* Furtones. *Ultroneus.* Spontaneus.

**xxv.** *Concinnanda.* Componenda. *Ephod.* Stola linea, vel superhumeralis, vel dalmatica. *Compingie.* Jungite. *Oraculum.* Oraculum et propitiatorium **412** unum sunt, ubi audiebantur divina eloquia. *Interrasiem.* Anteranaglypham. *Acetabula.* Acinacis. *Phainos.* Calices minores. *Calamos.* Modum calami. *Scyphos.* Calices majores. *Sphaerulas.* In modum sphære rotundatas.

**xxvi.** *Saga.* Una tela in cortinis. *Fibulas.* Hirnas, vel fibulas. A summo usque ad summum. A fine usque in finem. *Inseretur.* Imponetur, immiscetur, inclinetur.

**xxvii.** *Fuscinulas.* Tridentes. *Arula.* Vas æneum quadrangulum, in quo prunas portant. *Cælaturis.* Picuris. *Paxillos.* Genus mensuræ palus nominatae. *Contusum.* Contritum. *Oppansum velum.* Extensum, quo undique pandatur.

**xxviii.** *Applica.* Junge, congrega. *Fungantur.* Utantur, obsequantur. *Rationale.* Pannus in pectore quadratus. *Cidaram.* Cidaram, mitra et tiara unum sunt. *In marginibus.* In his summationibus vestimentorum. *Malum Punicum* et mala granata unum sunt, pomæ miræ pulchritudinis. *Portabit iniquitates.* Qui intercedit pro iniquitate. *Feminalia.* Femoralia. *Femora.* A femine.

**xxix.** *Arietes immaculatos.* Unius coloris, non morbos, non scabiosos, non lesos. *Lagana.* De farina

**xxvii.** In Vulg. legitur *jurgatus* et *paululum*, pro *pauzillum*. In Biblio Gothicis etiam est *pauzillum*, et fortasse etiam *jurgata*; nam ibi est *lapidabilis* pro *lapidabunt*.

**xx.** Deest glossa pro voce *zelotes*, quæ in Ms. unitur verbo, sive glossæ *conjurare*. In Roberti glossis, *zelotes*, simulacrum, uliscens.

**xxi.** Fortasse, sicut diis, pro *sicut do tibi*. In Vulgata est *per industria*. Biblia Toletana, *de industria*.

**xxii.** In Vulgata hoc capite non est *severis*, sed *seminabis* vtr. **14.** et *seminabis* vers. 16, ubi Biblia Gothicæ *serveris*. Vox milii ignota *furrtones*.

**xxv.** Pro *anteranaglypham*, fortasse legendum *interanaglypham*. Plerique *interrasiem* exponunt per *anaglypham*, *sculptum*. Adisis Ducangium. In glosis Roberti de Sorbano male duo glosse distinguuntur, *interrasiem*, *distinctam*. *Anaglypham*, *sculptum*. Sunt enim haec tria nomina, explicatio vocis *interrasiem*. Mox legendum videtur in *modum calami*, ut legitur in Roberti glosis. Ibid., legitur *rotundas* pro *rotundatas*, sive *rotunditas*, ut est in nostro Ms.

**xxvi.** Libenter legam strincas, vel fiblas; hinc Itali stringa. Mox miscebatur.

**xxix.** Verbum latinum est *axungia*; sed fortasse medio ayo scribebatur *exungia*, ex quo Hispani *enjundia*. Confer Ducangium, verb. *exudia*. Explicatio

est, primum in aqua, postea in oleo frigitur. *Initia-beris*. Sanctificaberis, quando redeunte tempore anni cuncta concludunt, mense septimo, quia *Egyptii* initium anni et finem sic fecerunt. *Mactabas*. Decides. *Jecoris*. Hepatis. *Arvinam*. Exungiam. Vitalia. Intra ilia. *Expiandum*. Expurgandum. *Jugiter*. Perseveranter. *Hin*. Major sextariorum xix, minor ix. *Liban-dum*. Sacrificandum.

**xxx.** *Liba*. Sacrificia. *Sumnam*. Numerum. *Recen-sit*. Numerati. *Nomen*. Potestate. *Obolus*. Scrupu-lus semi. *Labrum*. Labrum et labrum unum sunt: vas aneum quadrangulum, in quo lavantur sacerdo-tes. *Zmirna*. Calami. *Casiæ*. Fistulae.

**xxxii.** *Callide*. Astute, caute ducere. *Quivero*. Post reatum culpe.

**xxxiii.** *Papilionis*. Tentorii.

**xxxiv.** *Deinceps*. Rursum, vel iterum. *Aras*. Alta-ria. *Lucus* et nemus unum sunt: et dictus est: quod minime transluceat. *Æmulator*. Imitator, vel invi-dens, vel sectator. *Pepigi*. Pactum feci, vel spondi. *Fædus*. Pax perpetua, vel amicitia.

**xxxv.** *Catervam*. Turbam, multitudinem, conven-tum. *Prompto*. Velocitate **413** voluntatis, vel præ-ceps. Posuit testimonium in arca: duas tabulas. *Ar-millas*. Rotundarunt. *Dextralia*. Ampla sunt, et ante manicas portantur. *Abietarii*. Lignarii, abiete arbore. *Polymitarii*. Pro rotunditate imaginis: polum, rotun-dum.

**xxxvi.** *Necteretur*. Ligaretur. *Compagem*. Junetu-ram. *Cyathos*. Viginti unum cochlearia faciunt.

**xxxviii.** *Ad plagam*. Ad latus. *Septentrionalem*. Contra medium noctem. *Australi*. Contra mer-diem. *Bracteas*. Laminas aureas subtilissimas. *Excubabant*. Vigilabant.

**xl.** *Sub tecto testimonii*. Tabernaculi.

### LEVITICUS.

*Vageera* Hebraice, *Leviticus* Graece, *Ministerialis* Latine, quia ministeria sacerdotum in eodem scripta sunt.

**Cap. i.** *Crepidinem*. Fundamentum.

**ii.** *In cibano*. In camino, in furno. *Torres*. Asses. *Farris*. Genus frumenti.

**iii.** *Itia*, Latus prope inguinem. *Inficians*. Insi-

mensure *hin* obscura est in vet. Ms.; eam restitu ex aliis glossariis, sed in glossis Roberti de Sorbona mendose legitur 8, pro viii, ut est in nostro Ms.

**xxx.** *Pro liba*, Vulgata referit libamina. Biblia Go-thica Toletana cum glossis retinent liba. Rectius erit scrupulus semi, vel semiscrapulus. Vide lib. xvi Etym., cap. 25. Pro *zmirna* Vulgata exhibet myrræ; glossæ Roberti de Sorbona, *Zmirra* cum in-terpretatione: *alii calami*, *alii myrræ resnam esse rotum*. *Supellecilem*, diverse res.

**xxxiv.** Vet. Cod., *dictus et quod*; forte, *dictus co-quod*. Infra legi poterit melius sponpondi.

**xxxv.** Vulgata exhibet, vers. 5, et prono animo. Biblia Gothicæ, et prompto animo. In veteri libro ob-scuren est verbum præceps, ac fortasse mutulus locutus hic est. Exemplar Gothicum, vers. 25, habet: *Ob-tulit*, etc., ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Vulgata nova: *Obulerunt*, etc. Paulo post præstiterit legere cum Roberti glossis rotundæ sunt pro rotun-darunt. Glossa pro polymitarii ab aliquo alio videtur intrusa, quasi a polus. Exaratum erat in Cod. imagini.

**xxxvi.** Vulgata compaginem. Biblia Gothicæ, com-pagem. In vet. Cod. est signum ponderis post viginti unum, qualia describit Isidorus, l. xvi, cap. 27; qui-bus tamen ab omnibus signum nostrum differt. Interpretabus sunn cochlearia; nam cyathus constare dicitur decem drachmis, et cochlear est dimidia pars drachmae.

**Leviticus.** — **Cap. i.** Vet. Cod., *Vageera*, ut in l. vi Etym., c. 1; alii scribunt *Vajicra*, alii *Vajera*.

**ii.** In vet. Cod. est *torres*. In Bibliis Gothicis, tor-res. In Vulgata, *torrebis*.

**A**dians. *Quodlibet*. Qualecumque. *Collyridas*. Cybus, quem nos nebulam dicimus.

**x.** *Sanctificabor in eis*. Præsumentes punio. *Pro-fumum*. Illicium, violatum, pollutum. *Lugubri*. Flebili.

**x1.** *Cherogryllus*. Bestia spinosa, major erinaceo. *Halizetam*. Avis similis aquilæ, sed major, tamen minor vulture. *Larum*. Avis maritima, babens ungu-las, quasi accipiter. *Bubonem*. Nycteorax. *Ouacrotal-na*. Avis que sonitum facit in aqua, vel *pelicanus*. *Porphyriom*. Alii avem album similem cygno. *He-rodonem*. Major est omnibus avibus, quia aquilata prehendit. *Brachus*. Similis locustæ, sed major. *Cre-coditus*. Bestia in flumine, similis lacertæ, sed grandis. *Mygale*. Similis chameleonti. *Chamæleon*. Simili-lis lacertæ, et **414** sub aspectu mutant colores. *Stellio*. Verpestilio. *Talpa*. Sorex. *Chyrapodes*. Vas tinctile, pedes habens.

**xiii.** *Inolita*. Contaminata. *Efforuerit*. Appellaverit. *Perspicue*. Manifesta, aperta. *Ulcus*. Vulnus, sed minus. *Haud dubie*. Sine dubio.

**B***iv.* *Populas*. Verrucas, quæ in leprosis apparent. *Vallicula*. Concava loca.

**xv.** *Sagma*. Sella.

**xvi.** *Nebula* eorum. Fumus aromatum. *Imprecana*. Solvens.

**xvii.** *Quilibet*. Quicunque sit. *Aviscipio*. Aviscipio, vel qui avium cantus auscultat.

**xviii.** *In pellicatum*. In domum concubinarum.

**xix.** *Præputia*. Pomorum iminunditia, quæ idolis immolantur. *Susurro*. Occulte murmurans, vel injuri-as seminaris. *Stigmata*. Figuras, vel signa. *Nuverca*. Matrasta. *Pythonicus*. Incantatio, divinatio.

**xxi.** *Incisuras*. Pro luctu. *Aula*. Vicinus. *Prostibu-lum*. Dominus fornicaria.

**xxii.** *Inquitinus*. Colonus, vernaculaus. *Spatulas*. Fructus palmæ, antequam aperiantur.

### NUMERI.

**C***vaje Dabber*, id est numerus, quia in eo numeran-tur filii Israel.

**Cap. i.** *Cuneos*. Multitudines.

**ii.** *Vexilla*. Victorias.

**iii.** *Sanctificari*. Caput radet. De omnibus cibis pulmentum.

**iii.** De nebula pro cibo plura Ducangius.

**x1.** Nomina cherogrylli, et halireti expressi ex Vulgata, nam in vet. libr. corrupta apparent. De vo-ce carannus consulendus Ducangius. Codex exhibet avis qui, avem album. Deest etiam aliquid in explicazione Porphyrionis. Glossæ Roberti de Sorbona refe-reunt: Porphyrius, avis purpurei coloris, ut nomen significare videtur; allii autem albam similem cygno, alii pelicanum esse dicunt. Glossa stellionis ab inter-polatore addita est. Deinde pro calva surrie conjeci, talpa-sorex. Vespertilionis fit mentio supra vers. 19, ac fortasse mutulus sic locus est: Stellio... Vespertilio... Talpa. In glossis Roberti de Sorbona pro chyrapodes, sive, ut ibi legitur, serropodes, explicatio est coquendi vasa fictilia cum tribus pedibus. Alter Cal-metus, in Dict. bibl.

**D***xiii*. In Ms. est inolitam, et nominatam; restitu contaminatam, et pro appellaverit, apparuerit. Fortasse pro efforuerit, cum Bibliis Gothicis, legendum fuerit. Codex exhibet vulnus set minor.

**xiv.** Vulgata referit valliculas.

**xvi.** Suspiciari licet vovens pro solvens.

**xvii.** Corrupta hæc sic erant in libro veteri: accu-satio, vel qui ovium cantus austat pro aviscipio, etc., ut conjicio ex. l. x Etym., verb. *auceps*.

**xxi.** Nescio quo pertinet glossa *Aula*, *vicinus*, aut quid sub hiis verbis lateat.

**NUMERI.** — In Ms. codice desideratur verbum he-bræcum *Vaje Dabber*, sive *Vagedaber*; incipit enim *E*l est, vel *Id est*; nam e pro i passim occurrit.

**Cap. iii.** Obscura sunt verba *De omnibus*, et aliquid deest ad sensum.

- iv. *Hyacinthinus*. Violaceas. *Coccineas*. Rubeas. A *Batilla*. Spatula ferrea.  
 v. *Zelotypia*. Iuvidæ. *Toro*. Lecto. *Congessi*. Co-adunavi, vel collegi. *Duntaxat*. Videlece, certe.  
 viii. *Consuleret*. Requireret, et interrogaret.  
 viii. *Stipes*. Mendicus, in alio loco lignum. *Conscius*. Longius.  
 x. *Dimicant*. Pugnant, in alio loco, lucent.  
 xi. *Nausea*. Vomitus.  
 xii. *Ænigmata*. Propositio, quæstiones.  
 xiii. *Præcoce*. Nimiris mature. *Lustravimus*. Circuivimus.  
 xiv. *Vasta*. Profunda. *Querelas*. Accusationes, vel clamores. *Forent*. Esseat.  
 xvi. *Proceres*. Primates, vel excelsi. *Concilium*. Conventum. *Parum*. Parvum, vel modicum. *Expassus*. Duo passus. *Globus*. Agmen, vel rotundus. *Coacervasset*. Congregasset. *Deseruit*. Ab iracundia levivit, vel desinivit.
- 415** xvii. *Cohibebi*. Privabo. *Querimonia*. Planctus. B  
 xviii. *Sceptro*. Regia potestate. *Cedit*. Evenit. *Patreat*. Obediat.  
 xxi. *Contagione*. Inquinamento.  
 xx. *Petra*. Quam iussit Dominus Moysen percutere. Alioquin quod si non, vel aliter.  
 xxi. *Puteus*. Super quo Dominus locutus est. In libbre bellorum Domini. Bellorum Israel. Quin potius. Multo magis.  
 xxii. *Ariolus*. Sortitor, vel divinus. *Cuncteris*. Inquireris.  
 xxiii. *Rhinocerotis*. Bestia in nare cornu habens. *Augarium*. Sortientes.  
 xxiv. *Complosis*. Mutuo percussio. In trieribus. In navibus exercitus.  
 xxv. *Pugionem*. Gladium. *Lupanar*. Locus meretricium.  
 xxvi. *Replicavit*. Retexuit, vel revolvit.  
 xxvii. *Juge*. Perpetuo, semper perseverans.  
 xxx. *Pollicita*. Promissa. *Distulerit*. Dissimulaverit.  
 xxxi. *Norunt*. Sciunt. *Jugulare*. Necate, punite. *Congnorunt*. Convenerunt. *Periscelides*. Armillæ; alii ornamenti tibiarum. *Cis*. Mista ripa.  
 xxxii. *Clavi in osulis*. Compunctiones.  
 xxxv. *Impulerit*. Coegerit, impegerit.  
 xxxvi. *Promulgatur*. Perfertur, ostenditur.

## DEUTERONOMIUM.

- Helle addabarim* Hebraice, *Deuteronomium* Græce, Secunda lex Latine.  
 CAP. i. *Guaros*. Scientes. *Ennacherim* et *Enim*. De genere gigantum erant. *Fanum*. Templo. *Egregiam*. Nobilem, præclarum, summam.  
 iv. *Portenta*. Miracula.  
 v. *Sequester*. Susceptor pignoris. *Protelentur*. Prolongentur, differentur.  
 vii. *Spurcitia*. Immunditia. *Anathema*. Abominationem.

- iv. Scriptura vetus magis indicat glaucas; quam D *violaceas*. Exaratum etiam est spaludra pro spatulu. In aliis glossis est *palla ferrea*.  
 viii. *Stipes*, vel *stipes*, sumi solet pro pecunia quæ pauperibus confertur; sed hoc loco *stipes* est lignum. Verba *concius longius* non intelliguntur.  
 xiii. In Vulgata, *præcoqua*.  
 xvi. *Vetus liber*, primari, quod retineri fortasse poterit. Verba *expassis*, duo passus, corrupta esse facile credam.  
 xviii. *Glossa pareat*, obediens alterius loci videtur esse.  
 xxii. *Pro inquireris*, fortasse reponendum erit in *quæsteris*, quanquam neque hoc ipsum placet.  
 xxiii. Malum sortilegium pro sortientes.  
 xxxi. In Vulgata, *noverunt* pro *nervunt*; et *cognoverant* pro *cognorunt*. Non assequor quid lateat in verbis *Cis mista ripa*.  
 xxxv. In vet. Cod. erat *impingerit* pro *impegerit*.

viii. *Dipsas*. Genus serpentis, pede et semiis longus, et duorum palmorum grossus, caudam [habens] curvam, et venenatam, cum qua pungit; et interpretatur sitis, quia homo, ab ea percussus, siti moritur.

ix. *Ingentes*. Magnos. *Concio*. Conventus populi.

x. *Procul*. Longe.

xii. *Caprea*. Silvatica. *Capra*. Domestica.

xiv. *Sicera*. Omnis potus absque vino, qui inebriare potest.

xvi. *Lucum*. Lucas in isto loco nomen est arboris, cuius folia non cadunt.

xviii. *Lustrel*. Illuminet per ignem trahendo.

xx. *Cuneos*. Multas turbas populorum.

xxi. *Reatus*. Culpa. *Cruore*. Sanguine. *Cæsarem*. Comam capitinis. *Ungues*. Ungulas. *Contumacem*. Contemptorem. *Protervum*. Perversum. *Coercitus*. Prohibitus, contradictrius. *Plectendum*. Decollandum.

xxii. *Nefas*. Crimen.

xxiii. *Mamzer*. Filius scorti. *Gerens*. Agens, portans.

**416** xxiv. *Nuper*. Nunc.

xxvi. In cartallo. Panorio de virgis. *Funebri*. Mortali.

xxvii. *Lævigabis*. Planabis. *Impolitis*. Non rotundis.

xxviii. *Itubigine*. Vento corrumpe. *Pruriginem*. Scalpitudinem. In suris. In poplitibus. *Procaecissimam*. Ingratiissimam. *Iluvie secundaram*. Immunandi humores qui sequuntur post partum,

xxix. *Classibus*. Navigis militum. *Absumat ebria sicutem*. Quia jam ebria fuit, in idolis sicutem in Dei cultura ducit in errorem.

xxx. *Cardines cæli*. Oriens, Meridies, Occidens et Aquilo. In sole. In genere.

xxxi. *Meracissimum*. Purissimum. *Opulentur*. Adjuvent. *Recens*. In praesenti. *Novum*. In futuro.

xxxiii. *Thesaurus arenarum*. Terrena sapientia.

## SANCTI HIERONYMI PRÆFATIO IN JOSUE.

C Tandem. Postremo, vel modo. *Efferunt*. Dicunt. *Exaplois*. Exemplaribus. Arcuato vulnere. Quia cauda scorpionis curva est, unde ferit. *Editiones*. Translationes. *Postlimen*. Post mortem patris et matris. *Flagitat*. Postulat, petit. *Sirenarum*. Meretricum per magicas artes; vel undarum crispantium.

## LIBER JOSUE.

Cap. ii. *Quippe*. Certe, niminum, sine dubio. *Fateor*. Confiteor. *Funiculus iste*. Quo se cinxit a renibus usque pectus. *Coccineus*. Rubeus.

iii. *Mole*. Magnitudine.

v. *Polenta*. Farina subtilissima.

vii. *Per prona*. Per præcepis, per inclinata. *Conglobati*. In unum collecti, vel collecti. *Legulam*. Labelli.

viii. *Vallatus*. Circumdatus. *Digesserat*. Descripserat, ordinavit.

D *Vulgata*, pro promulgatur, exhibet promulgata est.

DEUTERONOMIUM. — Alii, *Elle naddebari*.

Cap. i. In *Vulgata*, *Enacim* et *Emim* scribitur.

viii. Rescripsi duorum palmorum, pro durum palmarum, et supplevi habens, nisi malis legere cauda curva et venenata.

xvi. Corrigam cadunt.

xxiii. Liber vetus *Mazer* pro *Mamzer*; alii alio modo.

xxvi. In ms. Cod. erat *paner*. De voce *panorio* pro corbe, sporta, consulendus Ducangius cum additionibus.

xxix. Cod. ms., *adsumat* pro *absumat*, et *culturam* pro *cultura*.

PRÆF. IN JOSUE LIBRUM. — Editi exhibent postliminio, quod est jus amissæ rei recipiendi ab extra neo, et in antiquum statum restituendæ. Glossæ Rberti de Sorbona cum hostris etiam faciunt.

- ix. Pittaciis. Emplastris. Decrevit. Constituit.**  
 x. In libro justorum. In annalibus Hebreorum.  
 Praesidia. Firmitates. Saltem. Vnde icet.  
 xi. Subnervabis. Subjugabis, vel deflere facies.  
*Unam tantum Asur flamma combussit. Quia ipsam solam totam combussit.*  
 xii. R. phaim. Gigantum.  
 xv. A lingua maris. A sonitu maris. Civitas litterarum. Quia in ea litterati fuerunt, vel litterae custodiatur.  
**xviii. Marcellis. Languetis. Ignavia. 417 Imbecillitate.**  
 xix. Carmelum maris. Proprium nomen loci.  
 xxiii. Connubia. Conjugia. Sudes. Stipites.  
 xxiv. Novellis oviibus. Unius anni, que necedum generarunt.

**LIBER JUDICUM.**

**Cap. i. Iudee ascendit. Othoniel. De ipsa tribu. Arctavit. Upp essit undique. Ascensu scorponis. Proprium nomen loci.**

ii. Experiar. Certe sciam.  
 iii. Sarapas. Principes Philistinorum. Filii Gemini. Filii filioru Joseph, quia duo erant. Ancipitem. Utraque parte acutam. Capulum. Manubrium gladii. Sicam. Gladium. Alvi. Ventris. Posticam. Porticum. Circiter. Quasi.  
 iv. Clavum tabernaculi. Ferreum, quod portavit de tabernaculo.

v. Barathrum. Profundum, vel hiatus terrae. Discrimit. Judicio. Magnanimorum. Rubenitarum. Sibilos regum. Blandimenta.

vi. Hydrias. Fictiles. Confodere. Collidere.  
 vii. Bullas. Sigilla, vel ornamenta cinguli. Pondus et libra unum sunt; sed pondus ferri, libra au*i*. Monilibus. Fidelis, vel ornamen*tis*. Torques. Circuli aurei in collo.

ix. Rhamnum. Arbor spinosa modica. Compulit. Coegit, vel impingit. Palantes. Fugientes.

x. Sodalibus. Co*œ*vis, sociis.  
 xi. Jugulabant. Necabant, vel perimebant.  
 xii. Problema. Propositione, quaestio, parabola. Problematis. Paronymphis, vel qui nuptiis praesunt.

xv. Faces. Faculas, vel flammas. Suram. Surculam.

xvii. Teraphim. Imaginem.  
 xviii. Opulentam. Divitiis plenam, vel abundantem. Haud procul. Non longe.

**JOSUE LIBER.** — **Cap. vii. Fortasse, vel in globum collecti. Reposui tablette pro tablegi, quod Cod. ms. refert. De voce tabletellus, sive tabellus, agit Ducangius. In Vulgata existat regulam auream; retinui tamen ex Ms. legulam, quae est imma auricula pars, quae etiam lamina dicitur, quasi ligula; nisi malis ita legere ligulam pro lingula, ut minus bene nonnulli esserunt. Confer Forcellinum. Interpretes sacre Scripturae regulam auream exponunt virgulam auream instar lingua, vel laminam auream; quod cum legulam, vel ligulam, mirifice convenit.**

ix. Rescripsi emplastris, pro palastris; nam pittaciun pro emplastro a Celso accipitur. Hoc loco eu*is*visus panni vel corii particulam indicat.

xi. Vulgata: Asor flamma consumpsit.

**LIBER JUDICUM.** — **Cap. i. Fortasse deest glossa post ascendit, vel ascendet.**

iii. Vulgata, filii Jemini, nempe ex tribu Benjamin, qui Jeminus etiam dicebatur. Auctor, sive interpolator glossa in alia ab*in*, voce Gemini, que etiam in Biblio nonnullis occurrit, deceptus. Fortasse lexendum est acutum; nam in Vulgata est gladium ancipitem. Pro porticum, reponendum videtur posticum; in Vulgata quidem ita legitur: *Per posticum egressus est. Invenitur tamen porticus pro ianua, porta, apud medii ævi scriptores. Consule Duncanum cum additionibus, verb. Posticum, Porticus.*

iv. Forte, ferrum, quod.

v. Vulgata, sibilos gregum.

- A** xix. Belial. Nomen idoli.  
 xx. Diversi Posui in locum. Bacchati. Furentes.  
 xxi. Ducentes chorus, In choro tenentes manum in ictem.

**LIBER RUTH.**

**Cap. i. Conferta. Debili. Pubertatis. Barbam emitentibus. Vetere. Aus. Obscurato. Perseveranti, intentio, irrevocabili.**

ii. Sarcinulas. Saginas. Congessit potentiam. Congregavit Iarimam. De industria. De incuria. Rubore. Verecundia. In horreis. In spicariis.

**418 iii. Aream. Locum ubi annonae executitur.**  
 iv. Cedro iuri. Locum do, perdono legi. Privilégio. Propria lege. Celebre. Praetarum. Gerulæ. Nutricis, vel comportatrix.

**SANCTI HIERONIMI PROLOGUS GALEATUS IN LIBROS REGUM.**

**Characteribus. Figuris. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant. Antiquis B Hebreorum litteris scriptitant. Sed unde apud eos antiqua littera inventa sunt? Quia postquam de Assyriis colones illuc directi fuere, et a leonibus, bestiisque comestis, postea mandaverunt regibus Persarum se illuc habitare non posse; et misit illis sacerdotem, qui doceret eos legitima terra; quique veniens Bethel, accepit exemplar legis a tribu Iuda, et descripsit illis Pentateuchum, et legem exposuit. Et postquam Iuda et Benjamin a Chaldaeis captivi fuerunt, et lex incensa, retransit in Samaria, id est, post colones illos exemplar legis antiquis litteris expressum, scriptum, dum nihil illis nocuerunt; subiecti enim illis erant.**

**2. Esdras.** Alias reperit litteras, quia non noverat priores. Nomen Domini tetragrammaton, antiquis litteris expressum. Scriptum invenimus litteris, in quibusdam Graecis voluminibus (non tam in canone) quae a LXX interpretibus interpretata fuerunt, dum lex a Chaldaeis incensa est, et post tantum intervallo in reno Graecorum Septuaginta interpretati sunt. Sed in historiis propriis, quia nomen Domini per omnes gentes atque omnia regna terrarum diffundatum est, audierunt multa, mirabilia, quæ operatus est.

**3. Incisionibus.** In discriptionibus, ac divisionibus versuum. **Duplices.** Duplices apud Hebreos quinque littere, quia duplice figuram habent, et duplex vocabulum, ut aleph, ain, sade, samech, sin. Alter enim

**vii. Vulgata, et hydrias confregissent; neque deinde verbum confusio occurrit, sed complodere, vers. 19.**

**viii. In vet. Cod. est pondus pro pondo, quod absolute positum pro libra accipitur; sed utrumque nomen de auro et ferro, et de aliis rebus dicitur. Hoc cap. viii occurrit pondus, cap. seq. pondo, pro quo glossa scripta est, ut videtur. Nescio quid lateat in glossa fidelis pro monilibus.**

**xxi. Vulgata, ad ducentos chorus**

**D LIBER RUTH. — Cap. i. Auctor glossæ, ut puto, scripsit anus, non anæ.**

**ii. Sigma Graece, et apud nonnullos Latinos neutrum est, apud Isidorum etiam l. et c. ult. Etym. feminine. In mis. exaratum est sacras, aut sanas. Pro de incuria, reponendum est, cum glossis Roberti de Sorbona, de cura.**

**iii. De verbo perdono, vide not. ad Juvenc., l. ii, vers. 81.**

**SANCTI HIERONIMI PROLOGUS GALEATUS. — Cap. i. Bis in Ms. occurrit colones pro coloni. Pro Abieth, reposui Bethel, ex l. IV Reg., cap. xvii. Mox fortasse legendum apud colones illos.**

**2. In vet. Cod. erat interpretati fuerunt, dum lex, etc., et infra, postea tantum.**

**3. Hieronymus has quinque duplices Hebreorum litteras commemorat, cap*h*, mem, nun, pe, sude. Ac e vero hæc solæ quinque sunt quæ diverso modo in fine verborum scribuntur, quamvis nonnullæ aliae in ampliore formam dilatentur.**

*per has principia. Ut apud nos s̄epius initia verborum per k litteram scribuntur, ut in kalendæ, fines per c, ut fac.*

4. *Dibre hajamin.* Verba dierum : *dibre* verba, *hajamin* dierum, *non jamin* dixeræ. *Beresith.* In principio; quia Hebraei voluminibus suis nomina ex principiis posuerunt. *Exodus.* Exitus Hebrei Genesi *aleph* litteram inscribunt, quæ interpretatur doctrina, ut *In principio fecit Deus cælum et terram;* *Exodo beth,* quæ interpretatur dominus pro instructione tabernacui; *Levitico gimel,* quia plenissime de vicinis disputat; *Numerico daeth,* 419 tabularum, quia de compositione tabernaculi tabularum loquitur; *Deuteronomio he,* quæ interpretatur ista lex, pro iteratione legis; *Job, David, Daniel* inter agiographa non pro designatione, sed pro dignitate et sanctitate. *Agio. Sancta. Graphia. Scriptura.* Quod prophetarum ordinem incipiunt a Iesu Nave, quia tota sancta Scriptura digna est prophetae vocabulo, dum futura significat. *Josue* vero in omnibus pene gestis suis futura Christi opera prophetavit.

5. *Chronicon. Temporale. Quinque incisionibus.* Quinque incisiones pro satisfactione eorum dixit, qui hoc affirmare solebant. *Prostratis vultibus.* Inclinatis capitibus. *Coronas suas.* Opem, opera sua offrantes, quia opera reverentiae et subjectionis unius Dei docent cultum, per quæ ad coronas pervenitur.

6. *Stantibus coram quatuor animalibus.* Num tota prophetæ Scriptura in Evangelio impleta est. *Gatatum. Munitum, vel ornatum. Apocrypha. Occulta, vel dubia. Seponendum. Separandum:* dictum quasi, seorsum ponere. *Phrasin.* Locutionem, vel interpretationem.

7. *Paraphrasten.* Conjectorem, vel interpretationem. *Pelles, cilicia. Fortitudinem et labores in Ecclesia, q.æ temptationibus et persecutionibus bene resistunt. Cultum cantorum.* Pro excellentia carminis. *Sapientia Salomonis.* Apud Hebreos non inventur, quod ante a nesciebam; in Septuaginta, et in aliis Codicibus.

### LIBER I REGUM.

CAP. I. *Ramatha.* Civitas ipsa, quæ in veteri translatione Arimathia dicitur, et sicut Helcanæ et Samuelis in regione Tannitica juxta Diospolim, unde fuit Joseph, qui in Evangelio de Arimathia scribitur. *Sophim.* Mons in tribu Ephraim. *Statuus diebus.* Phase, Pentecosten, Selenop. *gia.* In Silo. Silo est in tribu Ephraim, in quo loco arca testamenti fuit usque ad tempus Samuels. Est autem undecim milliariorum Neapolens in regione Acrabitenæ. *Partem unam.* Quando offerebant. *Emula.* Adversa. *Angebat.* Crucibat. *Redemptio tempore.* Anni circulo. *Temulentam.* Violentiam, ebriam. *Digere.* Ebrietatem depone. *M. des.* Humida es. *Filiabus Belial.* 420 Filibus

4. In glossis Roberti de Sorbona plura ex nostris de hoc prologo reperiuntur; pro verbis autem *Non-jamin*, etc., sic illæ habent: *DIBRE verba, JAMIN dierum, non ut jum indeste BRESITH. principium, quod Hebrai voluminibus suis.* Opportunum erit legere cum Rberto gimel, id est, plenitudo, quia, etc. *Pio ista lex, malum altera lex, vel iterata lex.*

5. Forte, decent cul um.

6. *Vet. Cod., occultatur avia.*

7. In vet. Ms., conjectarem, et fuit etiam interpretationem, quod eadem prima manus in interpretationem mutavit. Scriptum etiam erat nesciebas pro ne sciebam; illico supple sed invenitur in Septuaginta. Glossæ hujus prologi extra suum locum interdum sunt collocatae; sed facile prologi verba reperiri possunt.

LIBER I REGUM. — CAP. I. Explicatio verbi *Ramatha* ex Eusebio et Hieronymo desumpta est. Vide Bonfrerium, Onomastic. urb. et locor. sacr. Script.,

A sine jugo legis Domini. *Belial Hebraice Bel* dicitur, et sicut idolum Ninivitruum, quia Bel pater Nini. *Vultus ejus non est in diverso mutatus.* In alia translatione: *Et facies ius non cecidit amplius;* hoc est, ut nullam haberet tristitiam, vel differenciam. *Non vadam, donec ablactetur infans.* Contra morem dixit; ideo commemorat Scriptura. Hebrai asserunt tempus ablactationis sex annos, alii xii. *Ut impleat Dominus verbum suum.* Quod promisit per os Heli sacerdotis dicendo: *Dei tibi Deus petitionem. Ubacero, mi Domine. Subauditur:* Ut benignè suscipias. *Commodau eum Domino.* Quandiu fuerit, accommodatur Doinino; quandiu viver.

n. *Coru meum.* Altitudo mea, et fortitudo. *Vetera.* Opprobria, et convicia. *Saturati prius pro panibus se locaverunt.* xx.... et colligunt ad alios postulando panem, et quodlibet, necessaria quæque, si antea quasi nullius rei indigere videbantur: hoc de Phenenna dicitur. *Deducit ad inferos.* In pericula, quasi ad mortem. *Cardines. Fundamenta.* *Filiu Belial,* filii diaboli. *Fuscinulam.* Tridentum. *Lebetem.* Cacum. *Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam.* Carnes crudæ in altari semper offere mos erat; et primum incendebatur adeps, et unc hi qui portabant coquabant carnes, tam sacerdotibus quam sibi. *Retrahunt homines a sacrificio Domini.* Quia noluerunt venire homines ad sacrificandum domino; quia illi per mala exempla sua plebem a sacrificio separarunt; vel quia homines in sacrificio blasphemare compellerentur. *Quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ observabant.* Viduæ erant, quæ ibi vacabant orationibus, et tamen non habuerunt licentiam intrœundi in templum, sicut alia plebs. *Si autem in Dominum peccaverit vir, quæ orabit pro eo?* Dilectionem in hoc ostendit, ut oretur pro eo, noui ut ipse sacerdotali more oret pro cæteris. *Virilem ætatem.* Ad bellum aptam. *Coram christo.* Coram rege. *Tortam panis.* Pro qualicunque petitione intelligendum est, ut per hoc emeret sacerdotium. *Ut comedam buccellam.* In loco tabernaculi, sicut et cæteri sacerdotes.

III. SERMO DOMINI. De prophetia dicit. *Pretiosus. Rarus.* Non erat visio. Prophetalis. Porro *Samuel nondum sciebat Dominum.* Non habuit consuetudinem audire verbum Domini. Secundo. *Bis, Tinnient ambæ aures ejus.* Præ terræ sonent, quasi aliquid auditatur. *Et non cecidit.* In vanum, quod irrevocabile impetratur. *Verbis ejus. Samuelis.* *Et evenit sermo.* Innotuit.

IV. *Aphec.* Civitas Israelis. *Heri et nudius tertius.... Incurvarit se, et pep. rit.* Natura seminarium est cum subito terrore citio parere.

v. *Et percutiebat viros.* Percussi sunt passione, quam craci syringion dicunt. *Extales et annos unum sunt,* quos levavit in similitudine intestinorum. 421 *Satrapæ.* Philistea lingua præcipes dicuntur.

D verb. *Armatha Sophim.* Secus opinatur Calmetus, in Dict. bibl., verb. *Ramathaim Sophim.* Confer etiam Gasparem Sanctum, ad I Reg. cap. I. In vet. Cod. legitur *Diaspolim* pro *Diospolim*, et infra, *Arabitnia* pro *Acrabitenæ*, ex Hieronymo, loc. cit., vero. *Selo.* Pro *humida es.* Codex habet *humides*, Robertus de Sorbona *humidas.* Vulgata, vers. 18, sic referit: *Vultuque illius non sunt amplius in diverso mutati.* De ablactationis diverso tempore et genere consulte Gaspar. Sanctum. *Dubium* est an *accmodatur*, an *accmodat* voluerit librarius.

vi. In Ms., *formido, pro fortitudo.* Post vetera, videtur scriptum enim. Post locaverunt, legitur *collebilis sen*, quod obscurum est. *Pro carnes crudæ in altari,* erit carnes crudæ in altare, et mox detrahebant hominis sacrificium Domini, pro quo verba Vulgatae res ipsi.

vii. *Librarius omisit glossam pro heri et nudius tertius.*

**vi.** *Levitæ autem deposuerunt arcam Domini. Fuerunt enim tunc ibi aliqui Levitæ. Ab urbe murata usque ad villam. Unde ab omnibus congregant pecuniam : de quibus vasa faciebant, ut proficeret omnibus, dum una plaga omnibus erat. Adabelnatum. Proprium nomen lapidis. Percussit autem Dominus, quia illicitum erat videre arcam, nisi solis sacerdotibus. De populo septuaginta viros. Civitas Bethsamat. Et quinquaginta milia plebis. Vulgaris extra civitatem. Cariathiarim. Cariatham, et Gabaa civitates prope inter se, et ibi fuerunt levitæ.*

**vii.** *Abinadab. Sacerdos fuit in diebus illis. Gabaa. Civitas Samuelis. Annus vicesimus. Ab eo tempore enumerat quod duxit est arca in domum Abinadab, usque dum eam David ad se transtulit, et requievit omnis Israel in religione divina, non colentes idola ; et omnia mala cessaverunt ab eis. Hauserunt aquam, et effuderunt coram Domino. Hoc ad testimonium fecerunt, ut ultra non revocaretur mens eorum a Domino, sicut diffusa aqua non potest colligi, aut revocari. Subter Bethchar. Juxta Masphat et Sen, duo loca et civitates. Nec apposuerunt ultra. Pro longo tempore dicitur.*

**viii.** *Focarias. Quæ cibum ei parent, vel tintoriorum. Reditus vinearum. Quod de vinea et melle potest colligi. In auribus Domini. Orans ante, coram Domino.*

**ix.** *Fili siri Jemini. Jemini vero familia erat quæ ad tribum Benjamin pertinebat, de qua et Saul orius est : Melior illo. Dignior. Terra Salisa. Proprium nomen loci, non quæ falsa sit. In sitarcis. In saccis, vel in pera. Cirum. Vallem. In excuso. Quia solebant semper altaria ponere in loco excuso, non tam in sub ædificio.*

**x.** *Lenticulam olei. Modicum vas æneum quadrangularium in latere apertum. Juxta sepulcrum Rachelis in finibus Benjamin. Quia in tribu Juda prope sunt fnes Benjamin. Ad querum Thabor. De nomine hominis alicujus, ut quercus Mambre. Collem Domini. Proprium nomen loci propter aliquod adjutorium Domini, vel quia ibi excelsum fuit, et altare, et habitant propheta. Grem prophantorum. Non quia semper de futuris prophetarent, sed quia semper parati erant ad prædicendum et laudandum. Et ante eos psalterium. Quis eum tenebant in manibus. Descendes ante me in Galgala. Subauditur, ac si diceret : Semper cum necessarium tibi sit, aut pericula aliqua imminent, descende illuc, ut habeas certum locum ad exspectandum me. Immutavit ei Dominus cor aliud. Confravit eum in regnum. Exspectabis septem diebus. Noli tædiosus esse in exspectando; ideo in Galgala, quia ibi populus cum Jesu pascha celebavit, et **A22** ibi circumclusus est : ideo locus honorabitur. In proverbium : Num et Saul inter prophetas ? Ideo quia ante non est visus inter eos, nec de genere prophetali fuit. Et convocavit Samuel populum ad*

**xi.** *Pro pecuniam, fortasse legendum pecunias; et Adbelnatum, cum Vulgata, pro Adabelnatum. Reponui civitatis pro civitatis, ut est in Ms.*

**xii.** *In Ms. legitur Aminadab.*

**xiii.** *In Ms. pareant pro parent. Focaria proprie est, quæ circa locum ministrat. Glossæ Roberti de Sorbona hoc loco, quæ cibum apparent, vel tintoriorum. In Cod. erat Domini pro Domino.*

**xiv.** *Forte, habitabant propheta. Paulo post reposui prædicendum pro prædicandum; et cor aliud, pro cor David, et visus inter pro usus inter.*

**xv.** *In Cod., Jakes Galaad, civitale in Galiad populi.*

**xvi.** *De difficulti hoc loco, Filius unius anni erat Saul, etc., consuli potest Gaspar Sanctius, in comment. Contra primam expositionem nostri auctoris facit, quod Saul, cum regnare coepit, filium jam habebat, quem mille viri præfecit. In tertia expositione fortasse aliquid desideratur. Vulgata exhibet*

**A** *Dominum. Quia in presentia Domini disputavit cum populo.*

**xii.** *Jakes Galaad. Jakes civitate. Galaad populi. Sequens boves. Casu evenit ut boves præcederent eum. Insuluit spiritus Domini in Saul. Saul non prophetavit de futuro, sed laudavit Dominum.*

**xiii.** *El Jephle, et Samuel. De ipso dixit*

**xiv.** *Filius unius anni Saul. Viginti unum annum habuit, quia in lege præceptum fuit ut viginti annis et supra eligerentur ad bellum, et ideo unius anni dicitur, quia unum annum super viginti habuit. Alter filius unius anni subauditur filius Cis unum annum regnans nibil magnum egit, sed humilis permansit. In alia translatione filius unius anni, qui in eo anno nati sunt, ut ad ministerium suum nutriri entur. Duobus annis regnavit. Tunc, cum ejus filius eligeretur. Stationem. Exercitum. Clamavit post Saul. Secutus est eum, vel exhortavit se ad pugnam. Hebrew autem transierunt Jordanem. Ad orientalem plagam fugerunt. Pergebant contra viam Ephrata. Ad viam que ducit ad terram Saul, in tribu Benjamin, ubi Ephrata est. Ad iter termini imminentis valli Seboim. Termios enim qui divisit Philistæos et Iudeos imminiebat valli Seboim. Faber ferrarius non inveniebatur. Quia Philistæi non permittabant. Descedebat Israel ad Philisthium. Quandocumque necessarium fuit ut exacutarent ferramenta sua ad aliqua opera. Ligonem. Quo foditur terra. Ensis. Arma. Usque ad stimulum. A majoribus usque ad minoria. Corrigentem. Boves, et quælibet jumenta.*

**xv.** *In extrema parte Gabaa. In extrema Gabaa. In Magron. Proprium nomen loci. In media parte jugeri. Tale spatium fuit terræ, quale sufficiebat cada veribus viginti virorum. Applica arcum Dei. Porta huc. Contrahæ manu. Exspecta adhuc, donec sciamus unde tumultus oriatur, dum ante dixit : Applica arcum. Clamavit Saul, et populus, cohortantes se ad pugnam. Fluens mel. In herbis, et in foliis arborum, ut sæpe contingit, dum terra fit; aut favus mellis in multis locis apparuit collectus ab apibus. In alia translatione habet : Ecce examen apum erat. Et illuminati sunt oculi ejus... Voltite ad me jam nunc saxum grande. Ut ædificaret altare in oblationem pro peccato, sive ut, juxta ritum, fuissent **A23** iestes, quia populum carne vesci cum sanguine prohiberent. Adducat ad me unusquisque bovem, etc. Facite in presentia mea, nec peccatis. Absque retractatione morietur. Sine mora morietur. Da sanctitudinem. Da nos scire, ut in vindicta tua moriamur. Si ceciderit capillus. Non cecidit capillus. Reges Soba, in Syria; Soba enim civitas in Syria.*

**xvi.** *Quasi agnos. Propter obedientiam. Recensuit, quomodo restitit Amalek Israeli. Executibus de Ägypto. Dixitque Saul Cinco. Quia de genere uxoris Moysis fuerunt Cinæ. Paxuit me, quod constituerim Saul regem. Punitio Domini dicitur rerum ab eo constitutarum mutatio, quod pro rerum vicissitudine*

**D** *contra viam Ephra, et postea stimulum corrigendum. Biblia Gothica, contra viam Ephra.*

**xvii.** *Reposui unde tumultus pro videre tumultus, quod nullum sensum reddit. In Vulgata est clamari pro conlcamavit. Nescio quid sibi velit dum terra fit. In Ms. legitur favum, et collectum ab apis, et examen apum. Diversa illa translatio : Ecce examen apum erat, non indicatur a Sabatiero in Antiq. Lat. Version. Biblio. Desideratur in membranis glossa pro verbis Et illuminati sunt oculi ejus. Pro moriemur, restituimus moriamur, nisi malis et in vindicta tua moriemur. Glossa pro verbis Si ceciderit capillus, obscure legitur.*

**xviii.** *Corruptum erat in Codice quia degeneris uxoris mos fuerunt Cinæ. Post arcum volutum duo verba legi satis non possunt; ac fortasse sonant Siccine, sic etiam, ex vers. 52 hujus cap. : Siccine separal amara mors?*

dine, vel pro recti dispositione succedit. *In Carmelo.* Carmelus Graece et Latine dicitur, Ilebraice Carme. Duo montes sunt qui hoc nomine appellantur, unus, in quo fuit Nabal, maritus Abigailis, ad plagam australiem; alter juxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluvias impetravit. *Fornice triumphalem.* Cameram, vel arcum volatum. *Sic sine.* Sic etiam. *Et non ridit Samuel ultra Saul.* Quia Samuel non venit ad Saul, nec visitavit eum antea.

xvi. *Sanctificavit Isai, et filios ejus.* Quia Samuel præcepit ut lavarent se aqua, et abstinerent ab uxoriis. *Exagtabat Saul spiritus nequam a Domino.* In terram. *Spiritus Dei malus.* Quomodo Dei, si manus erat? quia cuncta Dominu auctore prolatæ divinæ sunt subditæ ditioni. Ergo ipse diabolus, non qualis nunc est, sed bonus a Domino creatus, et a Domino semper pro omnipotente potestate subjectus, Domini erat. *Sci item psallere cithara.* Quia naturale est in mente ipsam per hanc artem mitigari posse in admiratione.

xvii. *Soco et Azeca.* Duo loca. *In finibus Domini.* Nomen civitatis. Spurius. Immundus. Cassis. Que est galea. Loria squamata. Catenata. *In cruribus.* In tibias ocreas. Phalangas. Agmina, exercitus. Aiebat. Dicebat. Ephi polentæ. Flane mensuram trium modiorum farinæ delicatissimæ. Qulspiam. Aliquis. Nunquid non verbum est? Nunquid non jussit me patet meus venire? Limpidissimas. Sincerissimas. *De torrente.* Torrentes dicimus rivos qui aquis hiemalibus colliguntur, et veris 424 tempore torrescent. Fundam. Fundibulam. Ecclesia. Advocatio populi. De qua stirpe descendit. Pro invidia, quasi nesciens interrogavit, sive ut vestigaret cogitatum cæterorum de eo. Si novi. Non novi.

xviii. Usque ad gladium, et arcum, et balteum. Illa similliter dedit. *In sistris.* Illi genus musicæ artis. Percussus Saul mille, et David decem millia. In his numeris sola perfectio sicut requirenda, quod David maiorem exerceret victoriam. Et propriebat in medio domus sue. Insanis loquebatur. Secundo. Prospero. In duabus rebus gener meus. Quia maiorem promisit, et munorem dedit, sive quia Goliam occidisset, et Philistinorum tulisset præputia.

xix. *Nisus casso vulnere.* Declinato vulnere. *Satellies.* Apparatores, lictores. Pellem pilosam capraram. Nigrum, quia capilli nigri fuerunt Davidi et pulcherrimi in habitu corporis. In Nabaoi in Ramathæ. In excuso loco illius civitatis. *Expoliavit se vestimentis suis.* Hoc ideo fecit, quia in extasi mentis fuit. Nudus. Non quia omnino nudus esset.

xx. *Quod erat in Rama.* In excuso loco sita. *Ei juravit rursum David.* Jonatha juravit, ut non celaret subi ei que audiret Saul. *Perendie.* Tertia. *In quo licuit operari.* Et requirere Dominum: hoc scriptor inseruit. *Vindictam.* Sessio tua. Tu qui reddere debuisti, requireris. Zehel. Proprium nomen lapidis.

xvi. *In malus erat.* Obscurum est verbum erat. Corruption etiam est in Ms. pro omnipotenti pictatis; et mox naturale est mentis ipsa mentium mitigare posse, etc. *Conjicibam est mentes ipsas musicum mitigare posse, vel mutare posse in admirationem.*

xvii. In Vulgata. Socho et Azeca. Depravatum erat Superius immundus, pro quo scripsi Spurius, immundus, ut mox squamata pro amata, vel hamata; aiebat, dicebat, pro agitant, dicebant; et farina pro farina. Vulgata exhibet timidissimos lapides. Ex conjectura restitui et veris tempore torrescent, pro et certis temporescent. Vide Etymol., l. xiii, c. 21, n. 2. Obscurum est conjicatum ceterorum.

xviii. Interpretes secundo accipiunt pro bis iterum; et rem alii modo explicant.

xix. Biblia Gothica Rama pro Ramatha, ut etiam c. seq. In glossa pro pellem pilosam, etc., quedam verba corrupta sunt, ut nigrum pro nigrav, Judei pro Davidi, ut conjicio. Vulgata legit in Naioth in

A *Intra te.* In ista parte. *Et surrexit Jonatha.* Idecirce surrexit, ne Abner juxta latens aliud rex in sede David sederet, sed ut apparceret vacna sessio David. Obnix. Intente, subiecte. *Filius mulieris.* Subauditur: Non es filius meus, sed adulteræ matris, dum diligis inimicum tuum.

xxi. *Post ephod.* Juxta ephod. Epiphaticos. Conductos.

xxii. *In angustiis constituit.* Qui exsules fuerunt de aliis gentibus. Pressi ære alieno. Tribuo, quod alienis debebant. In praesidio, in loco munito, quem habuit ibi. Venit in saltum Haret, in nemore quod est in Rama. Nemus fuit in excuso loco urbis. Num hodie capi pro eo consulere Deum? Quia inimicum tuum eum scio.

B xxiii. *Et ait David: Domine Deus Israel.* Ut sibi postea responderet per 425 sacerdotem: *In monte opaco, in colle Hatchita.* Fuit ibi colpis et locus excelsi in civitate, quæ est civitas ad dexteram deserti, ad meridiem tribus Juda. Ziph et Maon. Loca deserta fuerunt.

xxiv. *Engaddi.* Locus deserti est prope ripam maris Mortui.

xxv. *Mortuus est Samuel.* Illoc addidit David. *Sata potentæ.* Sata, genus [mensuræ]; polenta, farina. *Uva passa...* Caricarum. Fructum sicuum. *In fasciculo viventium.* In congregatione viventium.

xxvi. *Odoretur sacrificium.* Sit gratum, quasi sacrificium.

xxvii. *Hi pagi habitabantur in terra antiquitus.* Esdras hoc dixit, ac si diceret, non nunc, sed aliquando in diebus. *Eunibus Sur usque ad terram Ægypti.* Pergentes per pagos illos iter agebant. Jeramel et Ceni. In tribu Juda; ideo sine mendacio dixit contra Meridiem eorum, ita ut non putaret rex quod genti sue proprie noceret.

C xxviii. *Samuel autem mortuus.* Hic recapitulatio est. Magos et ariolos... habentem pythonem. Divinationem: python dicebatur ille serpens quem Jno. immisit ad persequendam Latonam, quando pregnans fuit, et in Delo insula Apollinem et Dianam genuit, et postea Letona præcepit Apollini ut [se] vindicaret in pythonem, qui persequebatur, et ita evenit ut ipse interficeret pythonem in jugis Perine; et execoravit eum, et adfecavit templum in Delo insula, ubi ipse nutritus est; unde et Apollo Delius dictus, et corium serpentis posuit in templo, quæ dicebatur coruina. Unde et coriæ tabernaculorum dictæ sunt, et ibi semper responsa tam ipse quam sacerdotes sui audire [Forte, edere] consuerunt; et divinabant in corio pythonis. Unde et pythones dicti sunt qui dividantur.

xxix. *Et est apud me multis diebus, vel annis.* Pro multo tempore hoc dixit. In millibus suis. In exercitibus suis. In decem millibus suis. Quasi majorem exercitum haberet.

D *Ramatha.* Post lictores in Ms. est quoddam verbum obscurum, et illico et ligatores pertinent.

xx. *Vulgata, que est in Ramatha.* Implexæ et obscuræ sunt glossæ perendie, etc. In Vulgata scribitur Exel pro Zohel.

xxi. Desideratur in Vulgata vox epilepticos, quæ reperitur etiam in glossis Roberti de Sorbona. Fortasse pertinet ad vers. 5: *Au desunt nobis furiosi?* Legendum vero epilepticos; nam epilepsiam fluebat David.

xxii. Vulgata, in angustia. Post glossam *Num hodie cœpi,* etc., quatuor, vel quinque lineæ ita sere evanuerunt, ut contextus legi nequeat.

xxv. *Supplevi mensura post genus.* Præterita est glossa pro *uva passa.*

xxvi. Fortasse addendum in diebus antiquis. *Ia.* Ms. erat *que gentis pro quod genti.*

xxviii. Forte hæc recapitulatio est. Decet glossa pro magos et ariolos.

**xxx. Careth, Caleb.** Urbes in finibus Judæorum. A LIBER II REGUM.

**Cap. 1.** Stansque super illum, occidi eum. Hoc men-titus est, sed ob adulacionem regi indicavit. In libro justorum. Quia multos habuerunt libros, quos Esdras non restauravit. In compitis. Viciis. A sanguine inter-fectum. Propter sanguinem.

**ii.** Et venerunt usque ad collem aquæductus. Quia

**Liber II Regum.** — **Cap. 1.** Obscurum est ob adul-a-tionem.

**ii.** In Ms. erat venerunt usque ad collem, quia aquæ-

A aquæductus in ipso colle fuit. Ex adverso vallis. E regione vallis. Itineris deserti in Gabaon. Quia liber per desertum ducit ad civitatem. Et venerunt usque ad castra. Castra dicit locum ubi Jacob vidit angelum.

**iii. Canis caput.** Dum me omnes odio habebant causa tui. Sira. Nomen cisternæ est. Tenens susum. Sic molles et mulier. (Desiderantur reliqua.)

ductus in ipso colle aquæductus monitu fuit lustrata.

**iii.** Obscura est conjunctio et ante mulier. Forte sic mollis ut mulier.

## 428 APPENDIX XXIII. DIFFERENTIARUM, SIVE DE PROPRIETATE SERMONUM, LIBER.

*Ex Parisiensi Editione.*

**4.** Inter polliceri et promittere hoc interest, quod promittimus, rogati pollicemur ultra.

**2.** Inter nullum et neminem hoc interest, quod nullus potest ad aliquid referri, nemo ad hominem; et est nemo, quasi nec homo.

**3.** Inter intus et intro hoc interest, quod intro eo, intus sum; foras sum, foras eu.

**4.** Inter lustra, producte, et lustra, correpte, hoc interest, quod lustra sunt certa tempora; lustra la-tibula ferarum, vel turpium hominum receptacula.

**5.** Inter servitum et servitudinem hoc interest, quod servitus necessitas serviendi, servitum dicimus mu-nus servitorum.

**6.** Inter terminum et finem hoc interest, quod terminus non sine manu ponitur; unus vel seru unus, vel voluntatis, vel cuiusque rei intelligi potest.

**7.** Inter asperum, et ferox hoc interest, quod asper ad tempus, ferox a nativitate.

**8.** Inter flumen et fluvium, annem et torrentem, hoc interest, quod flumen a fluere dicitur; fluvius a tem-porali aqua est; annis ab amoenitate cognominatur, quasi amoenus; torrens, qui hieme inlumescit, et imbririmis nivibusque compleetur.

**9.** Inter innocentem et innocuum hoc interest, quod innocens sanctitate morum intelligitur, innocens qui non habet nocendi voluntatem.

**427 10.** Inter generosum et nobilem hoc interest, quod generosus, nascitur, nobilis opibus sit.

**11.** Inter regium et regem h. c interest, quod regius puer regalis est, rex qui regit regnum.

**12.** Inter dementem et amentem hoc interest, quod amens in totum caret mente, demens partem retinet; dictus quasi diminuta parte mentis.

**13.** Inter pecudes et pecora hoc interest, quod pecudes tantum oves accipimus, pecora autem mi-stura omnium animalium est.

**14.** Inter monstrare et demonstrare hoc interest, quod monstramus semel, demonstramus saepius.

**15.** Inter divitem et honestum, pecuniosum, b-a-tum, locupletum et opulentum, hoc interest, quod dives auro argentoque; honestus moribus dicitur;

**1.** In Editione Breuliana hic dicitur liber Differentiarum, et pro libris suis Differentiae rerum, sive spiritu-ates. Liber alphabeticus a nobis, tom. V, editus, Breulio sero cognitus, ad finem operum rejectus fuit. Gratius nulla nota hunc libro adjecta, fortasse q. vel pleraque jam in superiori exemplo ordine alphabetico exposita fuerant. Post Auctores lingue Latinae Gothonredi hic liber editus fuit hoc titulo: *Excerpta Differentiarum ab amplissimo viro Jacobo Bongario legato regio communista. Incipit de proprietate sermonum, vel rerum. In Codice Vatic. 624 sunt etiam hujusmodi difference alio ordine, et initium sumitur a num. 52. Inter metum, etc.*

**4.** Vat. 624. *Lustra producte sunt... lustra correctela-tibula ferarum.* Scilicet quia Festus docet primam

B pecuniosus a pecoribus dici ur; beatus ab animo; locuples ab eo quod loculis plenus; opulentus, om-nibus his plenus, tanquam opibus eminens.

**16.** Inter palam et coram hoc interest, quod pa-lam hominum præsen iam notat; coram, personam accipere desiderat.

**17.** Inter album et candidum hoc interest, quod albi naturale et t, candidum cura facit.

**18.** Inter sensum et intellectum hoc interest, quod sensus naturale est, intellectus a re obscura.

**19.** Inter examinum et inanum hoc interest, quod examinus vita privatus est, inanimus, nun-quam habet aniam.

**20.** Inter imbre, nimbum et pluviam, hoc interest, quod imber a Graeca significacione descendit, quasi umbrosum, qui summa vi cadit, et cito de-scendit; pluvia est quam impulsu ventorum nubes expimunt, unde et plorare est dictum, cum coactæ dolore lacrymæ exprimuntur; nimbus etiam erumpit, ut aliquam partem minorem occupet cœli, ma-jorem serenam relinquit.

**21.** Inter sanguinem, cruxorem et saniem, hoc interest, quod sanguis dicitur, cum intra corpus est, dictus quod nos sanciat, id est, continet; crux conatus ideo dictus, quod corruere cogat; sanies, corpus patre.

**22.** Inter terga et tergora hoc interest, quod terga hominum sunt, tergora animalium. Numero singu-lari hominis tergum dicimus, animalis tergus.

**23.** Litter mi et mili hoc interest, quod mi pronou-men est simplex, mili compositum; vel mi vox affec-tus, et casum vocativum semper desiderat.

**24.** Inter tum et tunc hoc interest, quod tum or-dinis habet significacionem, tunc temporis.

**25.** Inter iram et iracundiam hoc interest, quod ira ad tempus, iracundia continetur in corde.

**26.** Inter noctu et nocte hoc interest, quod noctu sic dicitur quomodo interdum, et significat aliquam parte noctis; nocte autem totam noctem intelli-gimus.

**428 27.** Interfari, loqui, sermocinari et narrare, hoc syllabam produci in lustrum, quasi per lustrum scribatur, cum significat populi lustrationem, et tem-pus quinquennale.

**5.** Vat. 624, servitum numerus servorum est.

**6.** Vat. 624, vel voluptatis.

**7.** Vat. 624, refertur, ferox ad naturam.

**8.** Vat. 1491, post nivibusque completis, addit æ-state torret, id est, siccatur. Vat. 624 sic reformat: *Inter FLUVIUM, RIVUM, ANNEM et TORRENTEM, hoc interest, quod FLUVIUS a fluore dicitur, RIVUS temporalis aqua est, ANNIS ab ambitu cognominatur, qui hieme blu-via nivibusque compleetur, æstate siccatur.*

**Vat. 624,** et innocuum.... innocens, qui non habet vim nocendi.

interest, quod famur cum aliquid dicimus facundo; A loquimur natura; sermocinamur quando contra aliquem sermone contendimus; narramus doce.

28. Inter tenere, sumere et accipere hoc interest, quod tenemus que sunt in nostra potestate; sumimus posita; accipimus data.

29. Inter aspicere, suspicere, inspicere, prospicere, desplicere, intueri, videre, spectare et visere hoc interest, quod nos aspicimus casu; suspicimus in superiori partem, vel veneramur; inspicimus, judicaturi; prospicimus que longe sunt; despiciimus inferiorem partem, vel languidam; intuemur cum causa; videamus natura; visimus experta.

30. Inter furorem et insaniam hoc interest, quod furor vitium temporis est; insaniam perpetua.

31. Inter alium et alterum hoc interest, quod alias a multis, alter a duabus.

32. Inter scelus et facinus hoc interest, quod scelus crimen est, facinus etiam in laude recte dicitur; Sallustius dicit bonum facinus.

33. Inter dona et munera hoc interest, quod dona Deo dantur, munera hominibus tribuuntur. Et munera quibus homines, id est milites officio funguntur, quae quidem munia vocantur.

34. Inter vestem et vestimentum hoc interest, quod vestes feminarum dicuntur, vestimenta, virorum.

35. Inter humidum et uvidum hoc interest, quod humidum omnino permaduit, uvidum, quod ad medium usque pervenit.

36. Inter vetus et velustum hoc interest, quod vetus novo comparatur, e contrario velustum ad antiquitatem refertur.

37. Inter terrere et detergere hoc interest, quod qui terret timere cogit, qui deterret prohibet perseverare.

38. Inter solum, unum, solitarium, et unicum hoc interest, quod solus, qui a ceteris relicus; unus initium multorum agit; solitarius qui semper sine ceteris vivit; unicus habetur solus proprie inopiam aliorum.

39. Inter ophæresin, syncopen et apocopen hoc interest, quod sola aphæresis ex prima parte vocis fit, litteras et syllabas detrahens, ut:

Si genus humanum, et mortalia remittit arma,

pro contemptinis. Syncope medianam perdit ut Apparent rari nantes, pro natantes. Apocope ex ultima fit, ut domus luxu instruitur, id est, luxuria.

40. Inter solœcismum et barbarismum hoc interest, quod solœcismus in sensu fit, barbarismus in voce.

41. Inter relictum et desertum hoc interest, quod relinquimus voluntate, deserimus inviti.

42. Inter misereri et miserari hoc interest, quod misereamur cuim eodem tempore, et de alicujus casu dolet nobis, et subvenimus laboranti; miserari est consolari tantum, et intra affectum doloris esse.

33. Vat. 624: Inter DONA et MUNERA hoc interest: DONA dicuntur (sic) funguntur; MUNERA autem dicuntur obsequia que pauperes divitibus in loco munieris solvunt. Altera DONA dantur Deo, MUNERA hominibus tribuntur.

43. Post hanc differentiam in Vat. 624 sequitur: Inter PUTEUM et LACUNAM, id est, CISTERNA, hoc interest, quod PUTEUS per puteas (Forte, puras putas) aquas habet, et de vivo fonte manantes; CISTERNA, que refrigerat, aquas suas externas et adventicias possidet. — Aliud est LOQUI IN PERSONA, aliud AD PERSONAM: in persona non ipsi loquitur personæ, sed pro persona loquitur ad alios; ad personam vero loquens, ad ipsam significat aliter conferre sermonem. — Inter FORNICARIAM, et ABULTERIAM hoc interest, quod FORNICARIA est que cum pluribus copulatur, ABULTERIA, que unum virum deserens, alteri jungitur. — Inter VIDERE et CREDERE hoc interest, quod VIDEMUS quidem præsentia, CREDIMUS vero futura. — Inter MORTEM et INFERNUM hoc interest:

43. Inter orare et precari hoc interest, quod orare dicitur quoniam oris ratio dicitur, et qui orat etiuni precatur, qui rogit deprecatur; non utique qui precatur orat, quia etiam imperiti ad preces descendunt.

44. Inter nescire et ignorare hoc interest, quod qui nescit omnium notitia caret, qui ignorat aliquid nescit

45. Inter legatum et oratorem hoc interest, quod legatus electus est ad officium a civitate, et est sacrosanctus; orator, ad orandum missus, ut oris oratione exponat quod petit.

46. Inter tardum, pigrum, inertem et segnem hoc interest, quod tardus dicitur qui trahit tempus; iners, sine arte, nullius officii capax; piger, per omnia æquo similis; segnis, emotus est a calore.

47. Inter natum et gnatum hoc interest, quod natus particulariter a verbo nasci, gnatus dicitur filius a generatione.

48. Inter infamem et famosum hoc interest, quod famosus tam in bona cogitatione quam in mala, infamis tantum in mala.

49. Inter juventutem et juventam hoc interest: juventus dicitur multitudo juvenum, juventa, unius aetas, vel etiam dea juvenitis.

50. Inter decus et decorum hoc interest, quod decus ad virtutem refertur, decor ad corpus.

51. Inter supra et super hoc interest, quod super est quod eminent, supra quod aliquid substratum habet.

52. Inter metum, timorem et pavorem hoc interest, quod metus futura prospicit, timor subita mentis consternatio est, pavor autem motus. Inde etiam pavida jumenta dicimus.

53. Inter omnes, cunctos et universos hoc interest, quod omnes quorum mentio est, cuncti qui ubique sunt, universi qui in uno loco versi.

54. Inter undam et aquam hoc interest, quod unda copiosa aqua est, aqua est naturalis.

55. Inter lacere et silere hoc interest, quod qui desinit loqui silet, et qui non coepit taceat.

56. Inter auxilium, praesidium et subsidium hoc interest, quod auxilium laborantibus mittitur, praesidium preparatur, subsidium servatur, ut cum exigerit necessitas detur.

57. Inter insequi et consequi hoc interest, quod amicum consequimur precedentem, insequimur inimicum.

58. Inter principium et initium hoc interest, quod principium totius corporis est, initium quasi principium.

59. Inter simulare et dissimulare hoc interest, quod simulamus quod nescimus et negamus nescire, dissimulamus quod sciimus.

60. Inter simul et simulum hoc interest, quod simul, ut una res pariter claret, ut: Simul legimus, simul scribimus. Simulum lucri recipit significacionem, quasi similitudinem.

D MORS utique est qua anima separatur a corpore, INFERNUS locus in quo animæ recluduntur sive in refrigeria, sive in pœnarum tormenta pro qualitate meritorum. Comparatur autem mors mulieri fornicariæ, quia siue mors diuidit animam a corpore, ita mulier meretrice dividit inter fratres. — Inter EGRETUDINEM et EGROTATIONEM hoc interest, quod EGRETUDO animi dicitur, EGROTATIO autem corporis.

52. Cod. Vat. 624, pavor animi motus, unde etiam.

53. Cod. Vat. 624, quorum mentio una est.

56. Vat. 624, necessitas detur, dictum, quia substet in tempus.

58. Hac differentia rursus occurrit num. 251, ubi fusius exponitur.

60. Legendum simitu, non simulum; nam simitu vox antiqua, et fere comica saepe occurrit apud Plautum pro una, simul, uno tempore. Vide Nonium, cap. 2, n. 814.

61. Inter *scoletum*, *scoletum* et *scoleum* hoc interest, quod *scoletus*, suo *scoleto*, vel *alio* *contaminatus*; *scolestus*, *scoleum* *cogitator*; *scoles*, *quasi inuidiosus*, *periculosus*, \* vel *tota dies vel animus propter arduitatem*.

62. Inter *reliquias* et *cateros* hoc interest, quod *reliquos* dicimus *relictos ex omnibus*; *cateros* *quos nescimus*.

63. Inter *redibidum* per *b litteram*, et *redibidum* per *v litteram* hoc interest, quod *redibidum* est *quod nascitur, redivivum quod reviviscit*.

64. Inter *patrium* et *paternum* hoc interest, quod *patrium* a *patria* *venit*, *paternum* a *patre*.

65. Inter *pometu* et *pomaria* hoc interest, quod *pomaria* *vaga dicimus*, *sicut olearia et sicaria*; *pometu*, *quasi maleta, sileta et oleia*.

66. Inter *ægrum* et *agradum* hoc interest, quod *æger animo, ægrotus corpore*.

67. Inter *prior venis* et *ante venit* hoc interest, quod *prior ad dignitatem, ante ad tempus resortur*.

68. Inter *inficer* et *officer* hoc interest, quod *officer* qui nocet, *inficer* qui lanam aut alia initicit.

69. Inter *contingere*, *accidere* et *evenire* hoc interest, quod *contingunt bona, accidunt mala, eveniunt ultraque*.

70. Inter *grates* et *gratias* hoc interest, quod *grates referimus, gratias agimus*.

71. Inter *oleas* et *olivas* hoc interest: *olivas ipsum fructum dicimus, unde fit oleum. Oleas arbores dicimus, unde sunt oliveta*.

**431** 72. Inter *nixus* et *nixus* hoc interest, quod *nixus ad corpus referuntur, nixus ad aquatum, id est, conatus*.

73. Inter *nefandum* et *nefarium* hoc interest, quod *nefarius a præteritis intelligitur, nefandus in opere*.

74. Inter *nutrit* et *nutritas* hoc interest, quod *mu-*  
*lier nutrit, nutritas nutritus*.

75. Inter *maritimum* et *marinum* hoc interest, quod *maritimum proximum mari, marinum ex ipso mari*.

76. Inter *laniat*, *lacerat* et *lancinat* hoc interest, quod *laniat qui membrorum diatendit, lacerat qui partibus suis membra destituit, lancinat qui inestimabiliter membra discepit*.

77. Inter *patulus* et *patens* hoc interest, quod *patulum claudi vel legi non potest; patens, quod cum reservari suum fuerit, liberum claudi potest*.

78. Inter *gutta* et *stillam* hoc interest, quod *stillam cedit, gutta stat*.

79. Inter *delictum* et *peccatum* hoc interest, quod *delinquimus cum jure salubrio non adimplimus, peccamus cum ea quæ jubentur non agi presumimus agere*.

80. Inter *incolum*, *accolum* et *advenam* hoc interest, quod *incolum est qui propriam terram in qua natus est excolit; accolum qui terram nativitatis sua, sed alienam colit; advena qui de sua terra in alienam venit*.

81. Inter *hesternum* et *externum* hoc interest, quod *hesternum ab hesterna die dicitur, externum vero extraneum. Nam multi in posterum externa dies dicunt quod non admittuntur*.

82. Inter *balteos* et *balteos* hoc interest, quod *baltea ipsa lora significamus, ceteros balteos dicimus*.

83. Inter *bibere* et *ebibere* hoc interest, quod *bibit,*

83. *Redibidum* non facile apud alios reperiatur. Discrimen inter *recidivum* et *redibidum* a grammaticis vulgo explicatur.

65. Confer infra, num. 158.

72. Alterum num. 152.

76. In Vat. 624 sequitur: *Inter merum et meratum hoc interest, quod merum*.

78. Alio modo haec differentia exhibetur num. 258.

85. In comment. ad Prudentium hymn. 6 Cathein., vers. 150, de nomine *reclinis* et *reclivis* disservi, ubi

A qui *aliquid relinquunt in poculo, exhibit qui totum exprimitur*.

84. Inter *geminatum*, *functum* et *duplicatum* quid inter se quamvis aene intelligentibus breviter expserimus, tamen sub exemplis latius doceamus. *Geminatum* est quod ex duabus rebus similibus constat, ut Cicero: *Genina audacia. Junctum* est quod ex duabus rebus paribus constat, ut Virgilius: *Augmentum jam gryphes equis. Duplicatum* est eum una res his ponitur: *Ingens ad terram duplicato poplite*.

85. Inter *decline* et *decive* hoc interest, quod *declinus sol, declivus locus*. Sic intelligendum est *accline, acclive*, ut *acclinus homo, acclivus locus*; ex hoc *acclivum* dicitur.

**432** 86. Inter *commentarios* et *commentaria* hoc interest, quod *commentarii libri, commentaria volmina dicunt*.

87. Inter *primum* et *priorem* hoc interest, quod *primus e nuntiis, prior ex duobus. Sic inter postremum et posteriorem observabitis*.

88. Inter *disertum* et *desertum* hoc interest, quod *disertus orator dicitur, desertus derelictus*.

89. Inter *dilatorem* et *defatorem* hoc interest, quod *delator est qui desert ad accusandum, dilator qui dilat ad proferendum*.

90. Inter *adversum* et *adversus* hoc interest, quod *adversum te adversarius, adversus te mutator*.

91. Inter *pauperiem* et *paupertatem* hoc interest, quod *pauperes damnum est, paupertas qui nihil habet*.

92. Inter *exprobare* et *obprobrire* hoc interest, quod *exprobrat qui proprium objectat viuum, obprobriat qui maledictum inferit*.

93. Inter *accersire* et *accessire* hoc interest, quod *accessit qui evocat, accessit qui accusat*.

94. Inter *acerbum* et *acerbus* hoc interest, quod *acerbus moles est, acerbus immaturus et asper*.

95. Inter *labrum* et *labium* hoc interest, quod *labrum superius, labium inferius dicitur*.

96. Inter *toga*, *tuga*, *tuba* et *tufa* hoc interest, quod *toga vestimentum est, tuga qua aqua deducitur; tuba qua clangitur; tufa lapis qui ex aqua coagulata efficitur, quod tufum dicimus*.

97. Inter *comosus* et *comatum* hoc interest, quod *comosus a comis usu dicitur; comatus natura, ut comata Gallia*.

98. Inter *certo* et *certus* hoc interest, quod *certo est a certus, et certius a certe*.

99. Inter *cæcitudinem* et *cæcitatem* hoc interest, quod *cæcitas ipsa tandem via ceritas, et calamitas dicitur; cæcudo autem affectio, ut lippitudo dicitur*.

100. Inter *castigationem* et *castitatem* hoc interest, quod *castigonia quasi ceremonia dicitur, castitas autem tantum corporis*.

101. Inter *copias* et *copiam* hoc interest, quod *copias, exercitus significacione dicitur, copiam autem rerum*.

102. Inter *circum*, *circ* et *circiter* hoc interest, quod *circum ad tempus, circa ad locum, circiter ad numerum* resertur.

103. Inter *fidum* et *fidelem* hoc interest: *fidelis dicitur fidus, amicus fidelis*.

104. Inter *illius* *similis* et *illi similis* hoc interest, quod *illius similis moribus illi similis voluntate*.

**433** 105. Inter *flamma* et *flammam* hoc interest, quod *flamma sitcum crura abundans sanguine, plena verba haec Isidori ita reformari posse iuvat, quod declinis sol, declivis locus... ut acclinis homo, acclivis locus. Et hoc acclivum dicitur*.

87. Vat. 624, quod *prior alterum precedit, primus omnes*.

94. Vox *tuga* ne apud Ducangium quidam occurrit. Tofus Latine dici solet, pro quo me in avo *tugus* scribebatur. *Tuga*, aut *tugha*, pro genere quoddam vexilli a nonnullis accipitur.

105. Pro *flammam* legendum videtur *videtur plegma, atq*

cum in manibus vel pedibus callosis sulci nascuntur. A 106. Inter *mammæ* et *ubera* hoc interest, quod *mammæ* hominum, libera pecorum accipiuntur.

107. Inter *avena* sine *aspiratione*, et *habena* per *aspirationem* hoc interest, quod *avena* germana est sterile, *habena*, *relinacula* jumentorum.

108. Inter *donum* et *munus* hoc interest, quod *de-*  
*nun dantis, munus accipientis*. Illud a dando, iugud a imbuendo.

109. Inter *arguere* et *coarguere* hoc interest, quod *coarguere*, *coercere*, vel *compescere* est; *arguere*, *ostendere*, vel *patefacere*, ut Virgil.: *Dageneres auxi-*  
*mos tauri argui*. Unde et *argumenta* dicuntur quæ *causam ostendunt*.

110. Inter *afficere* et *adficere* hoc interest, quod *afficimur honore*, *adficimur morte* vel *injuria*.

111. Inter *advocatum*, *invocatum* et *evocatum* hoc interest, quod *advocatur* datus *patrocinium*, *invoca-*  
*tur præstatorius auxilium*, *evocatur præbiturus* obsequium.

112. Inter *illuviam* et *ingluviam* hoc interest, quod *illuvias sordium, ingluvias ventris*. Illud a non laven-  
do, hoc ab *ingluviendo* dictum.

113. Inter *communere*, *admonere*, et *monere* hoc interest, quod *communemus præterita*, *admonemus* præsentiæ, *monimus futura*.

114. Inter *temeritatem* et *audaciam* hoc interest, quod *temeritas sine consilio dicitur*, *audacia post* consilium.

115. Inter *velocitatem* et *celeritatem* hoc interest, quod *velocitas pedum et corporum dicitur*, *celeritas*, *animorum atque factorum*.

116. Inter *vivum* et *viventem* hoc interest, quod *vives de vivente*, *vivens de morituro*.

117. Inter *nasci* et *enasci* hoc interest, quod *na-*  
*scitur quod de utero dedit*, *enascitur quod de terra* aut aqua *exsurgit*.

118. Inter *abducere*, *perducere* et *deducere* hoc interest, quod *abducitur a re inhabita*, *perducimus* ad studia, *deducimus* ad bororum.

119. Inter *eluxit* et *illuxit* hoc interest, quod *eluxit* qui *lumen disposuit*, *illuxit* qui *cum lumine apparuit*.

120. Inter *nuntiare*, *denuntiare* et *remuntrare*, ac *annuntiare* hoc 434 interest, quod *nuntiatur de* longinquo, *denuntiatur in presenti*, *annuntiatur de* futuro, *renuntiatur de excusando et repudiando*.

121. Inter *conscrivere*, *exscribere*, *transcribere*, *in-*  
*scribere*, *ascribere*, *describere* hoc interest, quod *con-*  
*scrivere una aliquo scribere est*; *exscribere*, *scriptu-*  
*ras transferre*; *transcribere*, *cum jus nostrum ad* alium transit; *inscribere*, *accusationis*; *ascribere*, *assignationis*; *describere*, *dictionis*, vel *ordinis*. *Scribere vero verbum imperfectum est*.

122. Inter *exstruere*, *instruere*, *astruere*, *con-*  
*struere*, *struere* hoc interest, quod *exstruere* est in  
altum proficer; *instruere*, aciem vel actionem; *astruere*, affirmare; *construere* struendo conjunc-  
gere; *struere* reliqua super posita subterstruere.

*fagma*; et pro *plemina* reponendum *plemina*; de qua D voce vide Festum. Nihilominus Caper, de ortho-  
graph., pag. 2245, apud Putsch., ita habet: *Fle-*  
*mina sunt ubi abundant crura sanguine; plemina, cum* in manibus vel in pedibus callosi sulci sunt. In Ms. Vat. 624: *Inter feminam et phoninam hoc interest, quod fe-*  
*mina... plenia*.

119. *Eluxit* videtur, hic deductum ab *eluo*, ac le-  
gendum *eluzil* qui *lumen depositum*. Nam *eluxit* ab *eluceo* nihil commune habet cum *luto*. Cæterum *eluo* in præterito facit *elxi*, non *eluzi*. Apud Agrætium, unde pierreque hæc differentiae depromptæ sunt, sic legimus: *Eluxit qui luctum deponit*, *Eluxit cum lu-*  
*men apparuit*. Corrigendum ergo apud Isidorum qui *luctum depositum*.

121. Hæc etiam nonnihil variat Agrætius.

134. Goldastus, in not. ad sanctum Valerianum,  
Do bon. Discipl., pag. 54, sic hunc locum emendare

123. Inter *consuocare*, *insuocare* et *assuocare* hoc interest, quod *suosimus bona*, *insuocimus mala*, *assuocimus ultraque*.

124. Inter *fungi* et *defungi* hoc interest, quod *fungi agere est*, *defungi poragere est*. Unde et *spor-tui defuncti vocantur*, eo quod peregerunt vita iotius cursum.

125. Inter *adolescere*, *inolescere* et *exolescere* hoc interest, quod *adolescere augmentum est*; *inole-*  
*scere coaugmentum*; *exolescere*, *evanescendi*.

126. Inter *deportare*, *apportare*, *comportare* et *expatriare* hoc interest, quod *deportare et apportare* aliiquid affere est; *comportare*, in unum lo-  
cum conferre; *expatriare*, tollere.

127. Inter *temperantia*, *temperationem* et *tempe-*  
*riens* hoc interest, quod *temperantia animorum est*; *temperatio rerum*; *temperies aurarum*.

128. Inter *recipere* et *suscipere* hoc interest, quod *recipiunt rogati*, *suscipiunt sponte*.

B 129. Inter *arundinem* et *hirundinem* hoc interest, quod *arundo canna est*, *hirundo*, avis quæ tignis adhæcerere solet.

130. Inter *spirare* et *exspirare* hoc interest, quod *spirare vivere est*; *exspirare mori*.

131. Inter *pertinaciam* et *constantiam* hoc interest, quod *pertinacia malæ rei dicitur*, *constantia*, *bonæ*.

132. Inter *consequi* et *assequi* hoc interest, quod *sequimus* pedibus, *assequimus studio*.

133. Inter *facti* et *gratulgi* hoc interest, quod *factum* latetamur de nostris, *gratulamur* de amicorum bonis.

134. Inter *herbosum* et *herbidum* hoc interest, quod *herbidum locum in quo herba est*, etiamsi aridus esse consequtit; *herbosum*, qui *herbam facile generet*, etiamsi ad tempus aridus sit. Et aquatum potionem dicimus recte, quæ aquam aliunde recipiat. Aquosum enim locum, qui 435 aquam ex se effundat, sic et meracam potionem et merosum vimum appellamus.

C 135. Inter *subter* et *subitus* hoc interest, quod *sub-*  
*ter* re aliqua superiore premitur et conculcatur; *sub-*  
*tus* est quod demissum altius non contingitur.

136. Inter *sinum* et *gremium* hoc interest, quod *sinum dicimus sinuatæ vestis receptaculum*; *gre-*  
*num vero, accinctæ vestis secretum*.

137. Inter *largitatem* et *largitionem* hoc interest, quod *largitas humanitatis est*, *largitio*, *ambitionis*.

138. Inter *muliebre* et *malierarium* hoc interest, quod *muliebre dicitur a mulieribus factum*; *mulie-*  
*rarium*, a *mulieribus ordinatum*, et per viros ga-  
*stum.*

139. Inter *diligere* et *deligere* hoc interest, quod *dili-*  
*gi* affectionis est, *deligi* judicis; unde et exercitus *deli-*  
*gi* jubetur.

140. Inter *commodore* et *mutuo dare* hoc interest, quod *commodore amico pro tempore equum, ve-*  
*stem, servum et similia*; *mutuo autem damus po-*  
*cuniam*, *triticum*, *vinum*, vel *cætera*.

D studet: *Quod herbidum locum dicimus in quo... esse* consuerit... facile generat... Sic et aquaticam po-  
tionem.... aliunde recipit.... Sic et meracam po-  
tionem, etc.

138. Hæc et plura alia, quæ sequuntur, Agrætii sunt.

140. Post hanc differentiarum in Vat. 626 additur: *Inter comptum et compositum* hoc interest, quod *com-*  
*ptus cura dicitur*, *compositus natura*. — *Inter conse-*  
*quimur et assequimur* hoc interest, quod *consequimur* pedibus, *assequimur* studio. — *Inter construere* et *exstruere* hoc interest: *CONSTRUERE edificare* dicitur, *EXSTRUERE vero externere [forte, sternere]*. — *Inter consuere, suere et assuere* hoc interest, quod *CONSUERE est vestrum, sive codicum, ASSUERE* corium, *SUERE denique dicimus, quando rupla atque* aperta quæque texuntur.

141. Inter ligare et legare hoc interest, quod ligat quis vinculo, legal testamento.
142. Inter loqui, obloqui, alloqui et eloqui hoc interest, quod loqui hominis est, obloqui, obtrectatoris, qui objicit, aut opponit; alloqui, bortantis aut judicantis; eloqui, honoris est.
143. Inter percussum et perculsum hoc interest, quod percussum corpore dicimus, perculsum animo.
144. Inter tremorem et tremutum hoc interest, quod tremor murmur hominum est, tremitus bestiarum.
145. Inter flavum, survum, et fulvum hoc interest, quod flavum rubrum dicimus, ut flavi cæsaries; survum, nigrum; fulvum nigro rubeum, ut fulvum leonem.
146. Inter postulare et poscere hoc interest, quod postulatur incaute, poscitur improbe.
147. Inter frixum et frictum hoc interest, quod frixum a frigore, frictum a frigendo dictum.
148. Inter diutinum et diuturnum hoc interest, quod diutinum est quod diu fuit, diuturnum quod diu duravit.
149. Inter delitum et initium hoc interest, quod delitum, quia subitum, initium vero litaratum.
- 436** 150. Inter damnum dispendium, et detrimentum hoc interest, quod damnum, unde diminutum sit; dispendium, ubi pondus absit; detrimentum, quod a tereendo nominatur.
151. Inter dominium et dominatum hoc interest, quod dominium intelligitor quod privati juris est, dominatum autem, imperii.
152. Inter nixus et nixus hoc interest, quod nixus, in genua; nixus a nitendo, id est, conando.
153. Inter nubere, enubere et denubere hoc interest, quod nubit civis tibi, enubit extraneo; denubit que in manu vii convenit.
154. Inter noxa et noxiam hoc interest, quod noxa pena est, noxia ipsa culpa.
155. Inter necessitatem et necesitudinem hoc interest, quod necessitas vim significat; necessitudo conjunctionem sanguinis aut animi.
156. Inter clausum et obturatum hoc interest, quod clausum a clausis et clavibus dicitur, obturatum autem priorum foraminum sit, tanquam aures obtutæ, non clausæ.
157. Inter operire, adoperire, inoperire hoc interest, quod operinus operculo, adoperinus fore, inoperinus, cum aliquid jacenti superponimus.
158. Inter pometa et pomeria [Forte, pomaria] hoc interest, quod pometa ubi pomaria nascuntur, pomaria in quo servantur.
159. Inter palma et palmum hoc interest, quod palma in corpore, palmum in mensura. Est autem hæc mensura a primo pollice usque ad minimum digitum.
160. Inter poplites et suffragines hoc interest, quod poplites hominum, suffragines animalium.
161. Inter præparare et apparare hoc interest, quod præparat qui desiderium repetit parando, apparat qui parato adjicit, id est, accusatur parat.
162. Inter stipulationem, restipulationem, astipulationem et constipulationem hoc interest, quod stipulatio certum habet int̄ llectum, restipulatio, si aliquid sit factum quod convenit; astipulatio ejusdem pecuniae, ut vel alter repeteret possit; constipulatio, conserta restipulatio, si qua dolo malo facta.
163. Inter saturitatem et satietatem hoc interest,
149. Delitum est a delino, initium ab initio, seu illino. Sed ignoro auctorem differentiæ quæ hic profertur.
152. Confer num. 72.
153. Enubo et denubo de his dici solent quæ infra suam conditionem nubunt.
158. Diversa sunt quæ num. 65 exponuntur de differentia harum vocum, e diversis nimis aucto-
- A quod saturitas de cibo tantum, satietas de reliquis dicitur rebus.
164. Inter viciniam et vicinitatem hoc interest, quod vicinia loci esse dicitur, vicini as personarum.
165. Inter fluctuo et fluctuor hoc interest, quod fluctuo animo, quasi fluctus ago, et huc illucque fluo; fluctuor, fluctu seror, ideoque fluctuat mare, flue uatur navis; sic inter luxurias et luxurias discernendum.
- 437** 166. Inter potero et potuero hoc interest, quod potero certum promittens est, potuero dubitantis.
167. Inter Hispanum et Hispaniensem hoc interest, quod Hispanus natione dicitur, Hispaniensis, Massiliensis, et his similia.
168. Inter escendere, ascendere, concendere hoc interest, quod ascendimus ex eleva, vel locum honoris; escendimus, cum in aliquid altius scandimus; concendimus, cum equo velimur.
169. Inter uterque et utriusque hoc interest, quod uterque in singulis ibus, utriusque in pluralibus dicitur.
- B 170. Inter pignero et pignor hoc interest, quod pignoratum tuum; pignero, cum pignus tuum capio.
171. Inter mereo et mereor hoc interest, quod mereo pro merito servitii, mereor pro opere mercedis; sic rumino, ruminor, et his similia.
172. Inter laurum et lauream hoc interest, quod laurus est ipsa arbor; laurea, corona vel virga.
173. Inter cæruleum et cærium hoc interest, quod cærolum dicimus, sicut aurum; cæruleum ex cærolo, quasi argentum.
174. Inter imum et infimum hoc interest, quod imus loco, infimus ordine.
175. Inter curam et diligentiam hoc interest, quod cura cruciatum habet qui commoveat; diligentia, rerum administratio.
- C 176. Inter vires et virtutes hoc interest, quod vires corporis sunt, virtutes animi.
177. Inter animam, animum, spiritum et mentem hoc interest, quod anima est qua vivimus, animus quo regimur, spiritus quo spiramus, mens qualitas qua bona aut mala potest referre ad cogitationem.
178. Inter grave et ponderosum hoc interest, quod grave secundum ferentis qualitatem, ponderosum natura.
179. Inter ultorem et vindicem hoc interest, quod ulciscimur accepta injuria, vindicamus ne accipiemus.
180. Inter fallacem et pellacem hoc interest, quod fallax infideli dicunt; pellax in verbis, ab appellando, id est, per se loquendo.
181. Inter immolare et mactare hoc interest, quod immolare dicitur, cum mola in caput injecta est; mactatum, hoc factum, quasi magis auctum.
182. Inter hostiam et victimam hoc interest, quod hostia perhibetur tunc, cum dux in hostes proficiat; victimam, cum vincit, sicut Ovidius in Fast. :
- Victima qua cecidit dextra victrice vocatur.  
Hostibus a domitis hostia nomen habet.
- D 183. Inter eruere et diruere hoc interest, quod eruuntur latræ, diruuntur eminentia.
- 438** 184. Inter nequidquam et nequaquam hoc interest, quod nequidquam frustra, nequaquam non significat.
185. Inter iter et itiner hoc interest, quod iter quo inus, itiner avia dicitur.
186. Inter proprium et propius hoc interest, quod proprium dominii est, propius autem loci.
187. Inter reveror et revereor hoc interest, quod reveror ad metum resertur, revereor ad effectum.
- ribus.
179. Vat. 624 : Inter ULCISCI et VINDICARE hoc interest.
181. In editis erat cum moles in caput; reposui mola.
182. Versus Ovidii ita in editis exhibebatur : Victima dextra habet. Alia librarii omiserant. Locus est in Fastor., 335.

188. Inter *liberos* et *filios* hoc interest, quod filii masculino genere ponuntur, liberi in utroque sexu; et quod filii in numero singulari vocari possunt. Nemo enim dicit, qui habet filium, *xnum liberum habeo*. Item, quod filii promiscue omnis conditionis intelliguntur, tam ingenui quam servi; liberi non dicuntur nisi ingenui.

189. Inter *dulce* et *suave* hoc interest, quod dulce idem potest esse quod suave, non utique suave quod dulce. Dulce enim mel dicimus, et suave acetum, quod dulce non est.

190. Inter *bellum* et *avellum* hoc interest, quod bellum inter exteras gentes, avellum inter cives dictum, quod avellanum populi in duas partes.

191. Inter *exemplum* et *similitudinem* hoc interest, quod exemplum histria est, similitudo approbat.

192. Inter *divinationem* et *divinitatem* hoc interest, quod divinitas ad potentiam omninoris referuntur, divinitatio f. turorum precios facit.

193. Inter *vim* et *virtutem* hoc interest, quod virtus bortari est, v. s. *injuria*.

194. Inter *rogum* et *pyram* hoc interest, quod robus defuncti paratur, pyra sacrificia.

195. Inter *arma*, *armamenta* et *tela* hoc interest, quod arma sunt quibus corpora nostra in bello teguntur; armamenta, navium; tela missilia, ut jecula.

196. Inter *virum* et *masculum* hoc interest, quod vir specie intelligitur, masculus genere, et quod vir tribus modis intelligitur, natura, virtute et nuptiis; masculus etiam ab homine segregatur, ut in animalibus.

197. Inter *prosugum*, *exsulem*, *relegatum* et *transfugam* hoc interest, quod prosugus quasi voluntarie reliquerit; exsul, qui damnatus expellitur; relegatus, ad tempus; transfuga, qui ad hostes transit.

198. Inter *altum* et *excelsum* hoc interest, quod altum tam in superiore partem elatum intelligimus, quam ad inferiora depositum; excelsum, in superioribus tantum.

199. Inter *vim* et *vires* hoc interest quod vis impetu et *injuria* 439 constat, vires ad bonum et fortitudinem corporis referuntur; ita vis facit violentiam, vires virtutem.

200. Inter *sævum* et *crudelem* hoc interest, quod sævus circa verba est, crudelis monstratur sanguine.

201. Inter *bellum*, *aciem*, *prælium* et *pugnam* hoc interest, quod bellum dicitur totus conflictus, acies ordinatur, prælium committitur, pugna geritur, et quod acies tam terri quam oculorum est.

202. Inter *passum* et *expertum* hoc interest, quod patinum v. luctate, experiorum necessitate.

203. Inter *genus* et *gentem* hoc interest, quod genus tam hominum quam ferarum est; gens ad congregationem plurium pertinet, et ab uno capite descendit; dicimus enim *gens Gallorum*.

204. Inter *terram*, *terturem* et *humum* hoc interest, quod terra pars mundi terria est; tellus, dea; humus locus sepulcræ dicitur, ab humano.

205. Inter *mænia* et *adificia* hoc interest, quod mænia publicorum sunt operum, adificia privatorum.

206. Inter *omne* et *totum* hoc interest, quod omne numerositatem constat, totum ad partes dicitur.

207. Inter *ulcus*, *vulnus* et *pagam* hoc interest, quod ulcus per se exit, vulnus ferro; plaga potest esse planus ieiuss; sic quod ulcus levitatis est,

188. Vat. 624, *singulare referri possunt*.

190. Hoc quod de *avello* hic dicitur nescio quem auctorem habeat. Libenter legerem *duellum* inter cives, etc. Festus: *Duellum, bellum videlicet, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur*.

195. In *Exodus* erat missib[us] ia, pro missilia.

212. Vat. 624. Inter *ARBITRARI* et *ESTIMARE* hoc interest, quod *ESTIMARE* apud animum nostrum est, *ARBITRARI* judicium animi proferre. Atibi, ut hic, sed latens rei suspicit formam.

A *vulnus gravitatis*; *plagæ etiam verbæ vocantur*.  
208. Inter *sic* et *ita* hoc interest, quod sic quidem ostendit exempla, ita ad rationem referuntur.

209. Inter *duos* et *ambos* hoc interest, quod duo numerantur, ambo congregantur.

210. Inter *paret* et *apparet* hoc interest, quod patet, imperio; appareat, videntibus.

211. Inter *pullum* et *nigrum* hoc interest, quod pullum albo contrarium est, nigrum colore accipit.

212. Inter *putat*, *estimat*, *opinatur*, *arbitratur* et *suscipit* hoc interest, quod putat qui dubitat; estimat qui existimat quo acta sunt dicit; opinatur qui opinioni aut sue aut alterius credit; arbitratur qui dubit rei finem imponit; suscipit qui latentes rei propicit formam.

213. Inter *prohibere* et *inhibere* hoc interest, quod prohibere est jure non habere; inhibere, vi dicitur, et quod inhibemus jure prohibemus imperio.

214. Inter *ostentum*, *prodigium* et *monstrum* hoc interest, quod ostentum sine corpore solidum novum se ostendit, et oculis, et auribus; prodigium vero, quod solidis corporibus propicitur, ut in caelo cometes, 440 aut stella, et in nocte lux, interdiu tenebra; monstrum vero contra naturam cogitum egreditur, ut serpens cum pedibus, aut cum quatuor aliis.

215. Inter *conticuere*, *obticuere* et *reticuere* hoc interest, quod qui conticuit undique silentium praestitit, ut antiqui (Virg. III, Aeneid. 718) :

*Conticuit tandem, factoque hic fine quievit:*

obticuit, qui nullam spem reliquit; reticuit, qui silentio responsa finivit.

216. Inter *sepulcrum*, *tumulum*, *monumentum* et *bustum* hoc interest, quod sepulcrum est locus in quo corpora sepeluntur, et a sepeliendo dicitur; tumulus, qui cineres regit; monumentum, quo sepulcrum circumdatur, dictum a munitionibus; bustum, in quo ossa sunt, quasi bene ustum.

217. Inter *astra* et *sidera* hoc interest, quod astra sine sidere esse possunt, et astra fixa sunt caelo; sidera moventur.

218. Inter *deripere* et *diripere* hoc interest, quod deripiuntur cum e superiori parte in inferiora rapimus; diripiuntur, cum laniamus, et in diversas partes didicimus.

219. Inter *causam* et *rationem* hoc interest, quod causa multis habet species, ratio paucissimas, et quod ratione efficitur causa desideratur.

220. Inter *Italum* et *Italicum* hoc interest, quod Italus, homo, italicus, arcus dicitur; ita illud ad personam retinetur, hoc ad rem.

221. Inter *devium*, *invium*, *arium* et *pervium* hoc interest, quod invium est sine via secretum; devium, desertus locus; avium, extra viam; pervium, per quod committitur.

222. Inter *dexteram* et *dextram* hoc interest, quod diximus sine causa putaverunt litteram e abundare, secuti consuetudinem antiquam: ut reprehendo, et reprehendo; ut vemens, et vehemens: ita dextram manum, et dexteram prosperam partem dici.

223. Inter *leges* et *jura* hoc interest, quod jura reperta sunt ab honesta consuetudine, leges, ex iis quæ inter nos probanda facimus; et jura ab uniuscujusque justitia dicuntur, leges, quod legantur.

214. Vat. 624, *sine corpore solido nobis se ostentat... auribus objicitur, prodigium... corporibus producitur... cometæ stella, et in nocte*.

215. In Editis erat *Eticuere*, quod mutavi in *Reticuere*; nam respondet infra reticuit. Vat. 624: *Inter CONTICU.T, et OBТИCУT, et RETICУT... unaque silentio vocis præstut... nullam spem loquendi.*

216. Vat 624: *Sepulcrum locus in quo uruntur corpora; a sepeliendo sepulcrum dicitur.*

224. Inter *invidiam* et *invidiosum* hoc interest, quod *A* *invidus*, quoniam *alioi* invidet; *invidiosus*, cui invidetur.

225. Inter *protinus* et *protoeum* hoc interest, quod *protinus* est statim, continuo, adverbium temporis, *protoeum*, quasi *perrensum*.

226. Inter *dimitte* et *dimitto* hoc interest, quod *demitte* *hie* qui de *ato* *deorsum* mittit, *dimitto* qui in *multas* *partes* mittit.

227. Inter *altaria* et *aras* hoc interest, quod *altaria* *Deo* ponuntur, *aras* *etiam* defunctis.

228. Inter *dimidium* et *dimidiatum* hoc interest, quod *dimidium* potest **442** significare *partem* *», nisi* *subjicias integrum nomen*, sine *dimidiatum*, est, ut *plena hora* dicatur, *hora integrum nomen*, *quasi totum*, sine *hora* non potest esse *dimidia*; ergo, aut *dimidiata hora*, aut *dimidium hora*, *dimidium* est : *dimidiatum autem*, *diminuta portio*.

229. Inter *fiduciam* et *confidentiam* hoc interest, quod *confidemus* est *cum* *vito temeritatis*; *fiduciam* habet si quis *honestas constantia vivit*.

230. Inter *legionem* et *dilectum* hoc interest, quod *legio* dicatur ab eo quod legantur *viri fortis*, et *utilis militiae*; *dilecta*, *qua maxime diligimus*, ut *Ulli*, *vel cognatio patris*.

231. Inter *assidue* et *quotidie* hoc interest, quod *assidue* *sedulitatis* est, *quotidie* *autem perseverantiae*.

232. Inter *meret* et *meretur* hoc interest, quod *qui meret tristis est*; *meretur autem qui ex alterius* *Judicio parem beneficio gratiam expectat*.

233. Inter *plenitudinem* et *plenitatem* hoc interest, quod *plenitudo corporis* est, *plenitas rei*; ita *plenitatem obesorum hominum*, *plenitatem variae rei* *cujuslibet* dicimus.

234. Inter *precor* et *deprecor* hoc interest, quod *precamur Deum*, *deprecamur homines*.

235. Inter *fortunam* et *felicitatem* hoc interest, quod *fortuna* *non est*, *felicitas opes hominis*.

236. Inter *tuer* et *tuer* hoc interest, quod *tuer*, *eustudio*; *tuer*, *video*.

237. Inter *ludibrium* et *ludicum* hoc interest, quod *ludibrium*, *in alterius injury*; *ludicum* *outrum*, quod *ipso* *delectamus sine cujusquam injury*.

238. Inter *stilla* et *gutta* hoc interest, quod *gutta* *imbricium*; *stilla*, *sicula*, *vel* *aceti*.

239. Inter *fidum* et *fidelum* hoc interest, quod *fides*, *etiam amicus* dicitur; *fidelis*, *servus*.

**Vat. 620 :** *Quod dimidium non potest significare partes, nisi subducta ad integrum. Dimidiatum est... quasi totum, sine hora non potest dimidia esse... dimidium autem non dimidia portio, alia dimittita.*

238. De hac differentia vide n. 78.

**Vat. 624 : Inter COGNOSCERE et AGNOSCERE.**

248. *Fortasse, Sic volunt sors.*

253. *Brevius* *hac differentia expressa fuit nom. 58.* Versus duo primi indicati existant lib. I Aen., initio; tertius initio libri IV, quintus initio lib. VI. *Vat. 624*

240. Inter *cognoscimus* et *agnoscimus* hoc interest, quod *agnoscimus cognitos*, *cognoscimus* *quod invenimus*.

241. Inter *clypnum* et *clypum* hoc interest, quod *clypom*, *scutum*; *clypeum vero*, *in* *quod* *imagines ponuntur*.

242. Inter *germanum* et *fratrem* hoc interest, quod *germanus* est *verus frater* *ex patre et matre*; *frater* *vero* *ex diverso patre vel matre*.

243. Inter *mersare* *vel* *mergere* hoc interest, quod *mersare* *sæpius*, *mergere* *semel*.

244. Inter *ayere* *consam* et *dicere* hoc interest, quod *agit* *patronus*, *dicit* *rens*.

**442 245.** Inter *eminus* et *cominus* hoc interest, quod *eminus* *ex longinquo*, *cominus* *pede*.

246. Inter *capere* et *decipere* hoc interest, quod *capimus* *merentes*, *decipimus* *innocentes*; aut *capimus* *arte*, *decipimus* *insidioso*.

247. Inter *consilium* et *sententiam* hoc interest, quod *consilium*, *cogitatio*; *sententia*, *consilii pronuntiatio*.

248. Inter *fors* et *fortunam* hoc interest, quod *fors* *casus* est, *fortuna* *data* est; *ut* *quidam*, *sic valens* *fors*, *tanquam mors*.

249. Inter *voluntatem* et *voluptatem* hoc interest, quod *voluntas* *animi*, *voluptas* *corporis*.

250. Inter *interea* et *interdum* hoc interest, quod *interdum* *adverbium temporis* est, *interea* *causa rei*.

251. Inter *initium* et *principium* hoc interest, quod *principium* *totius operis* *cujoenamque unam* est *quasi* *primum operis caput*; *initium*, *quod frequentius* *mutillimus*, *et toties accipimus*, *quoties aut persona* *mutatur*, *quasi intus in alteram rem*: *Et principium semel, initium scriptus. Principium, Arma, virumque cano. Initium, Musa, mitis caras memora.* *Inveniuntur tamen principia quae natura sui carent, et specie initia habent, at:*

*At regina gravi jamduam saecula caeca.*

C Et :

Sic fatur lacrymans, classique summittit habendas.

252. Inter *meditari* et *volitari* hoc interest, quod *meditamus* *animo*, *volitamus* *corpo*.

253. Inter *homines* et *bestias* hoc interest, quod *bestie* *ventri servient, homines ratione*.

*Interserit nonnullas alias differentias, ut Inter ARMENTA et GREGES hoc interest, quod ARVENTA equorum et boum sunt, GREGES vero capellarum et ovi. — Inter LEVIS et LEVIS hoc interest, quod LEVIS in verbis [Forte, in berbis] dicitur, LEVE CETERA quod pisis et asperitas caret. Inter PRONOMINA et ARTICULOS hoc interest, quod PRONOMINA ea putantur que, CETERA autem, vicem nominis compleant, ut QVIS, ISTE, IPSE, ILLE. Articuli vero, cum pronominiis aut participiis adjunguntur, ut hic, heus, hec, hunc, ait hoc.*

## APPENDIX XXIV.

### 443 LIBER GLOSSARUM

*Ex variis Glossariis que sub Isidori nomine circumforuntur collectae.*

#### A

[1] *A se, spontaneus.*

*Abaja, infima domus.*

*Abadir, lapis.*

*Abastenum, dishonestum.*

[5] *Abaso, infirma domus, quas*

1. In Isidorianis, cap. 57 et seqq., satis superque dictum de hoc Glossario. Ex Semieri MSS., aliorumque Editis, meisque nonnullis observationibus illud correctius exhibeo, additis interdum conjecturis. Pro *spontaneus* fortasse *sponte*, *sine vi*, *vel sponte sua*.

2. Mox, n. 5, *abaso*. Hispani *abajo*, Itali *abasso*, pro *inferius*. La *Editio* est *infama domus*.

3. A lexicographis modi avi *abadir* vocatur lapis, quem *Saturnus* *pro Jove* *deversavit*. Vida *Papiam*, *Breviloquam*, *Solomonem Constantensem*, etc.

4. *Ahi*, *Aschemon*, *vel abarcenon*, *quasi ab arco* *vel apertum*, *ex Graco*. *Pejus* *alii*, *anachrenon*, *haecrum*, *vel abastenum*, *ab arte alienum*.

5. *Infirma*; *al. infima*, *ut a. 2.*

sine base.	Affiliatio, pene naturae imitatio.	Agagula, lenocinator.
Abgrego, segrego.	Affrutabulum, vasculum.	Agaron, minister officialis.
Ablates, abluum, loca canoce.	Adicula, genus vestis.	[50] Agaso, minister officialis.
Aborris, scandalosus.	Adiuviis, locis caenosis.	Agginantes, explicantes.
Abrigeum, splendor auri.	[50] Adoptarius, puer, et adoptato	Agiae, glandolæ.
[40] Abrogans, humilis.	natus.	Agonei, victimæ.
Abrogat, ablegat.	Adorea, libamenta.	Agonia, hostia.
Absternit, abicit, rapellit.	Adpectoret, adipicet ad pectus.	[55] 445 Agrarius.
Accepta, genus navis.	Adpetulantia, procacitate.	Alacrimonia, luctitia.
Accibalanum, obliquum.	Adplanat, hostit, æqual.	Albanæ, plurali numero nuces pri-
[15] Accuculia, acutus, color.	[35] Adrummavit, rumores adiulit.	stinctæ.
Achateon, velum maximum in me-	Adseca, domesticus familiaris, aguso.	Albuna, mater matuta.
dium navis.	Adsecæ, domestici pedassequì, fe-	Alebra, bona, quibus alimus.
Acia, ala.	nones.	[60] Alegmina, partes extorium, quo
Acieres, genus securis.	Adeella, sella quadrijugie.	prosegmina dicuntur.
Actinari, tricari, in parto mirari.	Aduetula, agaso.	Alia, tranata.
[20] Acrosamata, austus, igrarum	[40] Adtaminat, usurpat.	Alibre, alimentum.
vel tibiarum.	Agret, acidatur.	Alistrare, humectare.
446 Aculus, ministerialis dominus	Anches, tumidus, inflatus.	Allex, pollex in pede.
regis.	Enigma, figura, sive typus, vel	[65] Alliger, Gallus.
Acus, calamistrorum.	species.	Allobroga, Gallus rufus.
Acrozymis, penes tenet formen-	Aequilatum, æquatio.	Allutes et Allutia, loca caenosa.
tatis.	[45] Aflostrata, reditus.	Alluum, ruina riparum ex aqua.
Acucula, acutus, solers, agagula.	Agabo, qui negotia præcedit.	Albaum, lignum, id est, vernum.
[28] Adasia, ovis major nata	Agagola, lenocinator, pantomimus.	[70] Alopecia, passio stricturæ.

7. *Ablutes; molius fortasse alluvies. Pro caenosa, minus bene, ali, arenosa.*  
 8. Forte abhorrens, vel abnormis.  
 9. Forte aurigo, vel aurugo, vel obryzum, vel aurigeum.  
 11. Semlerus vult legi ablegat, abrogat, scilicet legem.  
 12. Absternit; hinc sternens, et forte sternitare; nisi leges aportat, aut abseruit.  
 13. In Pithecanis glossie, arrepta genus navis, accus. *Aacetum* est velum navis. Cerdæ, accepta genus avis. Semlerus, accepta neurum generis; sed mox præstulit Cerdæ conjecturam.  
 14. Pro acibalanum legendum videtur asclivum, vel acclivatum.  
 15. *Acoemus*; forte, agagula, tenu, vel aquacuta, aquariolæ servus merestricis, ab aqua cerebro afferenda dictus. Alii, agagulo, agagula, accuenta, acacula accula. Vide n. 24, et 48.  
 16. *Acation*. Editi, acathœm, Jansonius, archætion.  
 17. Legendum, axilla, ale. Alii, axis, ala.  
 48. *Acieres*, ab axis. Hispani chalybeum acer vocant.  
 19. *Actinari* et *agitari* easdem est vox. Agitator est negotiator, agitare negotiari, præseruit in partis rebus.  
 20. Forte, acroama, to auditio, vel acroamata, auditio, etc., ut indicetur genitivus acroamatis.  
 21. *Aculus*. Grævius putat esse a caliculis, Semlerus ex disrupta voce vernaculus; ali, aulicus, vel aunculus, vel acibus, vel acolathus.  
 22. Alii conjiciunt legendum acus calamistra rassorum, vel calamistra casonium; aliu calamistrum. Alio nomine atus est acula, acacula.  
 23. Leviter. Editi, leniter. Vide Isidorum, lib. xx Etymolog., cap. 2, n. 45.  
 24. Vide supra, n. 45.  
 25. *Nata*; Pithecanæ, natu.  
 27. Malunt alii adfutabulum, aliu acelabulum, aliif adutabulum. Vide Fuit, num. 760.  
 28. Fort, adligula.  
 31. *Adorea*; Reinesius conjicit adora ab ador. Grævius liba pro libamenta; Semlerus, adorea, sacrificia libamenta.  
 35. Adrumare ex Festo rumores facere, forte a ruzione. A rumore est rumor, ut a clamare clamor.  
 38. Atiqui conjiciunt adeda, aliu adedella quadri-
- fugis, nempe mensa; ali adsellæ, ab adsellare, hoc est, alium ejicare.  
 39. Legendum videtur adsecula, hoc est, adsecula.  
 40. In Pithecanis, adtaminat, inquinat, usurpat. Semlerus putat a tangendo esse adtamen, seu altamen.  
 42. Reinesius vult ædemius.  
 43. Species, quia per imagines sensus adumbratur.  
 44. Legæ æquilibrium, vel equilibrium.  
 45. Semlerus legit aphrodita, aphroditus, ex hermaprodito hermaproditus.  
 46. Lege agaso, ut infra, num. 50.  
 47. Stewartius, Analect. lib. i, c. 8, deducit ex Germanica lingua, a unum, et gageler, circulator. Vide n. 45.  
 51. Melius aginantes, ab agina, seu foramine, quo trutina se vertit. Confer Ducangium, et supra, n. 19.  
 52. Rutgersius, anginæ; Semlerus, aciæ, gladioli. Vide num. 22.  
 53. Melius agonæ, pro agonei.  
 55. Breviloquus, agrarius, rusticus, qui colit agrum.  
 57. Grævius, avellanæ, nuces prænestinæ. Cerdæ, Albanæ nuces tuentur. Macrobius Grævio favel.  
 58. Albaum, ab albicare. Matula a mæne.  
 59. Ex Festo alebria sunt bene alentia.  
 60. Legendum ablegmina, et absegmina, a secando.  
 61. Grævius, offertgenta, exira natu; Semlerus, alia terra nata, ex Festo.  
 63. Jansonius, illustrare a lustrando, Grævius balistrare, humectare, ut excederit.  
 65. Editi, aliger; Barthius, gallier, gattus, ex Germanico idemate. Legendum aliger, gallus ex Sedulio, lib. v, vers. 8.  
 66. Scholiastes Horatii, ad lib. Epos., od. 46: Allobroges sunt Galli rufi.  
 69. Nomen alni apud Britannos et priscos Gallos est vernum, seu verna.  
 70. Stricturæ; forte, trichorres, hoc est, fluoris capillorum.  
 71. (Col. seq.) Verius, atapus.  
 73. Prudentius, in hymno sanctæ Eulalizæ, pag. 675 meæ Editionis.  
 74. Atilis. Vox etiam antiquis Latinis cognita.

Alopus, qui propter mercedem ala-  
pas patitur.  
Altar, altare.  
Altar; Prud.: Altar et imposi-  
tum.  
Atilis, pasta, ab alendo.  
[78] Amansit, expectavit.  
Amaseo, amare cupio.  
Ambro, devarior, consumptor pa-  
trimoniorum, decoctor, luxorio-  
sus, profusus.  
Ambus, malcus.  
Amusilla, venter.  
[80] Amfariam, per amborum par-  
tes.  
Amfibulum, birrum, villosum.  
Amfiscii, biumbres.  
Amnissis, regula, fabrica, qua ta-  
bula diriguntur.  
Anclabeo, vel auricabeo, id est, lex  
Longobardorum.  
[85] Anclena, instrumentum fer-  
reum forte.  
**456** Anconiscus, incastrare.  
Ancuba, seccuba.  
Ancyromagus, genus navigii.  
Angaria. Avianus, qui agrum local,  
ut angarium accipiat.  
[90] Anger, Spatharius, qui angit,  
id est, stringit spatham.  
Angia, ferrum bucule scuti.  
Angores, molestias.

75. In aliis glossis, amanet, extra manet.  
76. Barthius, amesco, amari cupio.  
77. Ambro. Vide comment. ad Prudentium,  
pag. 524.  
78. Reinesius, simillus, camasus; Cerdia, ancus,  
mancus; alii, ambus, malleus; alii ambus, ambulus;  
alii ambus, marsaleus.  
79. Grævius, altus, ilia, venter; Semlerus, ambu-  
lus, ambulo, viutor, vel ambibullu, pro amphibula,  
birrus.  
80. Pithœus, ambifariam.  
81. Reperitur amphibulum, amphibolus, amphibal-  
lus, amphimallus. Videtur esse anceps seu duplex  
vestis.  
84. Varia scriptura, andegavero, arigavero, andi-  
gaveo, arigaveo, antecaveo, andeucevo. Ex ante et  
caveo verbum componitur, quasi de rebus suis  
ante mortem disponere, de quo leges Longobar-  
dorum.  
85. Instrumentum, etc., quod in puteos demitti-  
tur ad hauriendum aquam. Pro antlare Latini an-  
clare efferebant.  
86. Pithœanæ glossæ, ancones, incastraturæ, un-  
cini. Sic corrigendum.  
87. Ancuba ex am cireum, et cubo. Papias addit,  
subintroducta.  
88. Scribiunt etiam anciromagus, aniliromacus,  
angromagus, anguromacus, anguromagus. Lib. xix  
Etymol., cap. 1, n. 16, ab ago derivari videtur.  
89. Reinesius, anguria; Titianus, Qui agrum, etc.  
Ut intelligatur hæc verba esse Titiani. Semlerus,  
angaria, angararius, qui, etc.  
90. Grævius, armiger, spatharius. Collector glos-  
sarum legerat, anger.  
91. Grævius, ancile; sed relinendum videtur,  
ancia, antia, vel angia, a Græco ancon, cubitus, ca-  
vum ferri in scuto, unde ancile.  
93. Semlerus, anceæ, ancea, ancæ, ex Græco  
vocabulo.  
93. Jansonius, magnipedes; sed verum est angui-  
pedes, ex carmine de Ætna.  
96. Anhelabundus. Occurrit in conciliis Hispan.  
Stewartius, male, anhelans. labundus.

Angræ, intervalla arborum, vel  
corvales.  
Anguilla, est qua coegerunt in scho-  
lis pueri, qua vulgo Scutica di-  
citur.  
[95] Auguipedes, gigantes.  
Anhelabundus, fuligatus.  
Anilia, amentia, fatuitas.  
Animæquus, patiens animo.  
Annæ, fulget.  
[101] Ausle, scuti bucule intus,  
qua ab intus tenetur.  
Antela, antilena; sicut. Posela, po-  
stilea.  
Antenalarum, præteriorum malo-  
rum.  
Antepedes, obsequia amicorum.  
Ania, ferrum in scuto.  
[105] Antibibulum, pignus Codicis  
librorum.  
Antibillum, pignus librorum, Codex  
pro Codice.  
Antigerio, valde.  
Antigerium, quemadmodum in pri-  
mis.  
Antigraphus, Cancellarius.  
[110] Antipelargosin dicunt Græci  
talionem.  
Antila, rota exauritoria.  
Anxiferis, mæstis.  
Apertularius, effractor.  
Apiciosus, calvus, calvaster.

[115] Apicire, ligare; Apictus,  
ligatus.  
Avisinergis, loca calentia aparum.  
**447** Aporrissarius, minister Ro-  
manæ Ecclesie.  
Appia, cæstra, cædens, temperata.  
Appare, cochlear.  
[120] Apsum, vellus lance.  
Aquatum, summa pars capitinis.  
Aquatius, hydrus.  
Arbitrium, collectio arbitrorum  
multorum, id est, ipsa consen-  
sio.  
Arcarius, dispensator, actor.  
[125] Architriclinius, major domus.  
Arcites, sagittarii.  
Arcubius, qui cubat in arce.  
Arculis, circulus.  
Ardalio, gluto, vorax, manducos.  
[130] Arenacia, sicca.  
Ariae, mortuorum pulvinaria.  
Ariolator, cocio, ò ματαδολός.  
Armelaus, scapulare monachorum.  
Armillum, crates, vas vinarium.  
[135] Arreptilius, ariolus, fario-  
sus.  
Artenio, instrumentum arietis.  
Artificina, in qua artes exerce-  
tur.  
Artificem, duplarem, dolosum  
Artuatim, membratim.

99. Forte, annites, vel ardet.  
100. Semlerus, ancile scuti bucule intus, qua  
(adverbialiter) ab intus tenetur. Isidorus, Eymol.  
lib. xviii, cap. 12, n. 3, sententia breve et rotundum  
dicit esse ancile; sed prius Semlerus legendum esse  
grave pro breve.  
101. Vide lib. xx Eym., cap. 16, n. 4. Antella,  
etc. Vox Plauti est antelena.  
107. Antigerio, pro valde, oppido, dixisse priscos  
Latinos ex Festo et Quintiliano liquet. Origo vocis  
incerta penitus est.  
114. Restituendum alopiciosus.  
115. Antiqui apere pro ligare dixerunt; inde  
apex, aptum. Vide lib. Eym. xix, cap. 50, n. 5.  
Apex, etc., Festum et Nonium.  
116. Grævius conjicit apricis mergis loca calentia,  
scilicet convenienti, ex Virgilio.  
117. Apocrisarius, vel apocrissarius scribendum,  
non apochryssarius, ut in multis Editis. Multa assert  
Rosweydis, in Onomast., de apocrisiis, ex glossariis  
aliisque scriptoribus.  
119. Salmasius, in not. ad Treb. Pollion., pag.  
208, legendum ait apalare, non applare, aut appellare.  
120. Rectius, kapsum, ut in litera H, et agni pro  
lanæ.  
121. Semlerus, æqualium, aut æquitum, aut æqui-  
librium, summa pars scapi, ubi trutina vertitur.  
122. Semlerus, inverso ordine, hydros, aquatius,  
aut aquaticus, enhydros.  
126. Reinesius, arcitens.  
128. Arcus in orbem coarctatur, et arcium vete-  
rum figura plerumque rotunda erat. Hinc glossa.  
Reinesius volet arcuatus, circulus.  
130. Arenacia, et melius arenacea differt ab arena-  
ria, seu arenæ fodina.  
131. Vide, infra, pulvinceria.  
133. Armilausa, quasi in armos, vel armis clausa.  
Vide Eym. lib. xix, c. 22, n. 28.  
134. Armillum, quod armis, hoc est, humeris de-  
portetur. Festus, Nonius, etc.  
136. Semlerus, arietem, instrumentum arietis, ut  
ab animali distinguatur. Alii ratis, pro arietis.  
157. Artificina. Sic restitucina apud Terullianum.

- [140] Arvinulis, *adipibus*.  
**Aruia, craticula.**  
**Aseiculus, asciola, dolabra.**  
**Asciola, exumbres.**  
**Aspita, ruina.**  
[145] Assecla, *buccellarins.*  
**Assecula, buccellarius homo.**  
**Ascentanum, consentiens.**  
**Ascarium, ubi venduntur bona proscriptorum.**  
**Astraba, tabella, ubi pedes requiescent.**  
[150] Astrosus, *malo sidere natus.*  
**Astro, lunaticus.**  
**Atanulum, genus vasis.**  
**Atta, qui primis plantis ambulat.**  
**Attaminat, inquinat.**  
[155] Attanabo, *genus vasis.*  
**Attibernalis, vicinus.**  
**Aucella, ortygometra.**  
**Aucones, incantatores, vel vicini.**  
**Auctare, constringere.**  
[160] Auctionarius, qui pluris emit.  
**Auctorainentum, ipsa res vocatur venditionis.**  
**Auctoratio, venditio. Nam sub auctoratione sunt gladiatores, qui se vendunt.**  
**Augumentum, profectus.**
140. Vide Etym. lib. xi, cap. 4, n. 81, ubi agitur de arvina, ex Suetonio, de vitiis corporalibus. Grævius corrigebat, *arvillis*.
141. In ara ignis siebat.
142. Vera lectio, *asciculus*, et *ascisculus* ex *ascia*.
144. Semlerus, *adeps, arvina, seu absida, trivia.* Sed reponem *tum* cum Cerdæ et Rosweydo, *aspita verrvina; Hispanis espereta. Spitum est veru.*
145. Etym. lib. x, n. 16, et n. 255.
149. Nonnulli, *astrabat*, Salmasius ad *Ælium Spartianum*, pag. 5, vers. 33, intelligit scalas ferreas scandendis equis, a sella pendentes. Hinc puto Hispanice dici *estribos*.
150. Etymol. lib. x, num. 43.
152. Legendum, *attanuvium*, ex Festo.
153. Ex Festo. Alter *alta* est nomen honorificum senioribus inditum. Hinc *tata* puter Italæ, vel contra *alta* ex *tata*.
154. Attaminat. Legitur in versibus de ventis, cap. 37, de natura rerum, in nota. Alii, *usurpat*, pro *inquinat*.
157. Putat Semlerus id pertinere ad litteram O, scilicet in verso ordine, *ortygometra, avicella, aucella*. Vide Etym. lib. xii, cap. 7, num. 65.
158. Fortasse, *ancones, incastraturæ, uncini*.
161. *Ipsa res*, scilicet preium venditionis. Ex Breviloquo *auctoratio* dicitur illud quod additur rei mensurata, cum venditur. Fortasse hoc pertinet quod n. 163 additur, *augmentum, profectus*. Vide num. 166.
166. Verno videtur *aunicula*. Alii Editi, *aunicula*.
167. *Equus*. Grævius *Eques*. Vide Festum.
170. Confer lib. iv Etymol., cap. 8 num. 45. *Icteric*, etc.
171. *Auteritas*. Lege, *anteritas*.
172. *Auxinium*. Legendum videtur *Ausonium*.
173. 174, 175. Haec tres voces eodem pertinent. Scriptio varia est, *babosus, babugus, babustus, babucus, baburnus, baburrus*. Vide lib. x Etymol., verbo *Baburrus*. Barthius, lib. xix Adversari, c. 8, hujusmodi glossas copiæ bonarum rerum cornua dicit esse; sed hoc loco putat legendum *babuinus*, quod Italæ simiam significat facetorem.
- 176, 177. *Baccul, baccaulium* in Pithœanis, et *baccapulus*, eadem vox. Consule Ducangium.
178. Forte, *bacchar*, a Baccho. Inde Germanicum *becher*, et Italicum *bicchiere*. Pro *vinarium*, minus
- Augusta, *uxor imperatoris*.  
[165] *Aularius, aulicus, Palatinus.*  
*Aunicula, auctio minor supra fundum.*  
*Aureax, equus solitarius.*  
*Auricularius, asculator.*  
*Aurorans, illuminans.*  
[170] *Auruginosus, arcualus.*  
*Auteritas, antiquitas.*  
*Auxinium, Romanum, Latinum.*
- B
- Babiger, *stultus*.  
Babigera, *stulta*.  
[175] *Baburrus, stultus*.  
*Baccul, in quo mortui deferuntur.*  
*Baccapulus, in quo mortui deferuntur.*  
*Baccarium, vas aquarium.*  
*Bacrum, margaritatum.*  
[180] *Bacchanal, sacrarium Liberi Patris.*  
*Bacerus, barefactus.*
- 449 *Baei, est lamina auri ab aure ad aurum, qua familiares regum utebantur. Ornamentum collis ex auro, et gemmis, quod alio nomine torques potest dici.*
- Bagario, *orceoli genus*.
- Balastrum, *balneum*.  
[185] *Baldiosus, affabilis.*  
*Balio, manus, palma.*  
*Balteat, cingit.*  
*Bambis, arena.*  
*Bambis, aranea.*  
[190] *Banadola, lectus, qui in itinere fertur. In alio Gloss. Baniola.*  
*Barbarica, opera de auro.*  
*Barbarica, opera, subtiliter ornata.*  
*Barbastereli, duribuccius.*  
*Barbatus, operarius, intimidus.*  
[195] *Barbustinus, homo, qui fert barbam plenam porriginis.*  
*Barcanda, concha ærea.*  
*Barciæ, barbari.*  
*Bargines, fortes in bello.*  
*Barræ, regula, norma, rubrica.*  
[200] *Barrigenæ, peregrinæ.*  
*Barto, genus organi.*  
*Barvo, barunculus.*  
*Basilides, palatinus homo, à vno rāc βασιλεος, id est, de aula regia.*  
*Bassatum, terra hiatus.*  
[205] *Bassus, crassus.*  
*Bassus, pinguis, obesus.*  
*Basterna, tecta manualis.*  
*Batiotica, patera.*  
*Batinus, rusticus, agricolanus.*
- recte, alii, *aquarium*.
179. *Bacatum*. Ita scribendum a *baca*, gemma, non *baccatum*.
180. *Semlerus sacrum, pro sacrarium : alli, sacra ritu, vel sacra rituum.*
181. *Conjicunt aliqui babiger baro, satius, vel baverus, baro, satius.*
182. *Ex Breviloquo, bahlen Græce, corona Latine dicitur.*
184. *Retinendum balastrum, ex Ducangio.*
185. *Legendum blandiosus ex Pithœanis, et Ducangio.*
186. *Reponendum videtur bola, seu vola, quæ est palma manus, et ita legit Salomon Constantiensis.*
188. *Jansonius, bamber, aranea, ex Germanica lingua. Non placet Semlero.*
190. *Vide lib. xx Etym., cap. 11, num. 2. Bajonola, etc., vel, ut aliqui malunt, bajulina. Alii, bariola; italicice, barella.*
191. *Barbaricarii dicebantur, qui auro et filis varias figuræ acu exprimit.*
193. *Semlerus, barbasterili, seu sterilibaris; et rejicit Jansonium, qui vult puribuccius pro duribuccius.*
194. *Semlerus, barbaricus, operarius (hoc est, acupictor). Barbatus, intimidus.*
195. *Porriginis. Sic Cerdæ. Editi, prorisinis.*
196. *Forie, bascanda. Vide Candæ, lit. C. Pro ærea, aliis malunt urna. Nonnulli scribunt bascanda.*
197. *et seqq. Barciæ, bargines, et barrigenæ a barone venire aliqui putant. Alii a barbaris, et legunt barcines, seu barcinæ pro bargines.*
198. *Suspiciatur Semlerus barria esse a barro; nam de elephantis dentibus regulæ istæ conficiebantur.*
201. *Forte, barbiton genus organi.*
202. *Barbo potius legendum pro barvo; et sic Pithœana. Sunt duo nomina piscis.*
204. *Bassatum pro humili et depresso accipit Reinesius. Gœsius conjicit fossatum; aliis, melius, barathrum.*
207. *Intelligitur basterna esse lectica, tecta manualis, quæ manibus fertur, vel mammatis quæ portatur a manis.*
208. *Alii, botiola, aliis batia ex Græco. Bacer, ut ait Barthius, Germanis pateram denotat.*
209. *Pro batinus, aliis conjicunt batinius, ex batia,*

- 450** [210] *Batis, nomen serpens.* *Batus, genus oloris.* *Baucatem, gettonem.* *Bellicerpa, quoddam genus tectorum cum armatis.* *Bellus, moribus bestiarum* [215] *Belues, egestas, quia solet configere per vastationem.* *Bene lingutus, eloquens.* *Besteinæ, Trojæ.* *Bestiarus, ventator bestiarum.* *Bestiones, Tiraces.* [220] *Bibitor, potator.* *Bibleis, duplicitus linter.* *Bibliothecarius, qui Codices scriat.* *Bibucus, mortus bestiarum.* *Bidellium, aqua ex vestis de nimbo confecta, et proficit ad vulnera in corpore medenda.* [225] *Bidens, anchora.* *Bifex, duos habens obductus.* *Bigera, vestis, gusa, vel vittata.* *Billa, fumentum, asinus.* *Bilous, morbus bestiarum.* [230] *Bimaritus, heram maritus.* *Biplex, duplex.* *Biplicitas, duplicitas, alterplicitas.* *Birrus, rufas.* *Bistumæ, Trullæ.* [235] *Bitudum, informe.* *Bivira, secundo conjux.* *Blandiosus, affabilis.*
- seu ballia, prædio rustico; alii bestangarius, ex angariare bestias; alii pastinas, ex pastinare, collere.
210. *Serpentis.* Semlerus conjicit, piscis.
213. *Cum armatis.* Forte, cum armis. Vide Festum, sellicrepa armilastrium.
214. Ad hanc glossam fortasse restituendæ alias duas infra, bibucus, et biluus.
215. Legendum belues, vel a bello, vel a belluus.
- 217 et seqq. Semlerus conjicit, Bistonia, Thracia. *Bistones Thraces. Bistonæ Thracæ.* Favel Salomon Constantiensis.
222. *Secat.* Réponendum, servat. Semlerus malet legal, ex etymologia shecas, lib. vi Etymol., cap. 3, num. 1.
224. Confer lib. xvii Etymol., cap. 8, num. 6, Bdellium.
227. Forte hic spectat glossa paulo post birrus, rufus, et pro grasa legendum erit rufa. De birro, byrro, aut byrro multa Rosweydis, in Onomastico. Beccanius observat, birrum et burrum dici rubentem cibo, vel potionem, unde ebrios Hispani borrazos appellant. Semlerus pro bicerra, intelligit bicirra, cierros utriusque habens.
- 228 et 229. Mutandum i in e, bellua, belluus.
234. Corrigi ex dictis n. 217.
235. Forte bicidum, aut bivium, biforme.
238. Semlerus testabat blato (id est, blatero) cupiditatem, blaterarius.
239. In Excerptis Pithœanis, rectio, putidi hircosi. Jansonius volebat pudendum hircorum.
240. Pro blini, rapone blenni.
241. *Bilitum est olus vile.* Etymol. l. xviii, c. 8, n. 15. Semlerus mutat stulta in lutes.
242. Confer Festum et Nonium.
243. Semlerus conjicit ber (pro ver) vernum, verum. Hispani astas verano dicitur.
245. Vide num legendum balanarii, cetarii.
246. Sorbellum, scilicet sorbitum medicinae bombos, seu crepitus ventris scientis, ut Semlerus interpretatur. Adiutor Barthium, col. 768, et miscellanæ observationes ab eruditus Britannis coptas, vol. II, tom. II, pag. 301.
- Blato, cubicularius, hospitalarius. Blenones, prædicti Martorines. [240] *Blini, cari.* Blree, scuta. Bobinatores, inconsistentes. Boeter, verum, veratum. Boia, torques dominatorum. [245] *Bolonæ, tpus cetarii, qui diversa genera pisum emunt.* **451** Bombum, sorbellum. Bombycinare, purpuram facientes. Bona caduca, quibus nemo succedat haeres. [250] *Bona caduca, res dominatorum.* Bortanea, tecta manus. Bostar, torus ubi stant boves. Botevnam, juvenem. Botriones, latices. [255] *Bramia, vel Branzia, tenax auri lampra.* Brasbrat, lucubro. Brevigerulus, qui breve gerit. Brj... de lesseris. Britanthum, marmoriticum. [260] *Britannica, nos qui in sinua nascitur.* Bröla, ulva marina. Bromosa, immunda. Brumalia, resinosa pluvia. Brunosus, annosus, resinosus. [265] *Brunda, solida.*
- Brustum, materie genus. Brutus, gaudas. Bubis, barba. Bucca, garratas, quod exerto ore loquacitate, non sensu, superer, rusticus, stultus. [270] *Bucinaria, voces.* Buceta, paucæ. Bucita, paucæ, ubi crenas dentes. Bneula, paucæ. Buda, historia. [275] *Buda, ornamenti regalis vel canelorum.* Bullæ, strumenta regalium canelorum. Bullum, baculum pastoris. Burdalia, intermixta. Burga, cloaca. [280] **452** Burgener, canis. Burgos, castra. Bursa, cloaca. Bustantes, serpentines. Busiceta, sepulcta in gyro. [285] *Burtharius, qui corpora cordis humanæ.* Butis, stella cometes, quod quasi cornis habet. Butum, imbutum, imbutum. Buvinare, sanguine inquinare matris menstrue.
- C
- Caballarius, alaris.
251. Emenda basterna; de qua supra.
252. Versus Abbonis:
- Afficitur hostis Germani artillito atque.
253. Forte, boethon, quod Græci juvantem sonat.
256. Semlerus haud ineptè putat, ex lucabro, lucbras, lucubrat, seu, ut scribi solet, lucubro, bras, brat, aliquem annotasse bras, bras lucubro, inverso ordine.
257. Forte, Prytanum marmoricum additio dampbulatorium ex Papia.
260. Alii Britannica; pro sinua, aliæ sita, aliæ Prisia, aliæ insula, hoc est, Britanicæ.
261. Constantiensis, broca bellua marina.
- 262, 263, 264. Bromosus, bramosus, bromosus ex multorum sententia non different. Pro resinosa, resinosus, Semlerus vult hiemosus, hiemosa. Adisis Rosweydum.
265. Rutgersius, bruta, stolidæ, Barthius grunda, et Jansonius bunda, ex idiomatico Germanico.
266. Pithœus, bruscum, aceris species.
268. *Bubis;* vel scribendum est, vel intelligendum pubis.
270. Forte, bucinaria, a voce, vel bucinariae voces, vel bucina vocina.
273. Barthius, bucula; Semlerus ex bucola corruptum putat.
274. Rosweydis storea, vel storæ. Barthius bugia (Malis fabula) historia.
275. Buda. Forte, buclæ, vel quod sequitur, bullæ.
277. Gravius, bacillum, baculum. Martinius, baculum, baculum. Semlerus, baculum, vel bullum contracutum dicit ex bucolion.
278. Breviologus, burgulium, crinis genitalium. An ergo burgulæ? an buris, bura sita, pars aratri?
279. Burga; alii, burda. Vide num. 409.
282. Lega, burca.
286. Nonnulli sic distinguunt, bulis, booles, stellæ, cometes, que, etc.
289. Pro alaris; alii sellaria, alii alaris; alii retinent alaris, hoc est, eques, qui alas in exercitu oculi subuebat. Semlerus legil Caballarius, allaris; hoc est, caballarius, caballaria.

- [290] *Caballus, cabus, equus.*  
*Cabo, caballus, somper, equus.*  
*Cadax, claudus, qui scapē cedit.*  
*Caducarius, ad quem perfuncti quae eadū defunctoris aliquo, cui non est qui succedit.*  
*Cæca vestigia, ratione carentia.*  
[293] *Caderda, lobra pudenti matris bris, vel sponda testis.*  
*Ceruleus, bestia marina.*  
*Cerulus, virgatus.*  
*Cetari, versus obcent.*  
*Cetobris, ventus stictus.*  
[300] *Cetator, minister sacrorum.*  
*Calces, gallicæ militum.*  
*Calcitio, rupicollis, ex quod dure calcat, Plant.*  
*Chomus, et quid vides ad se tre cationem.*  
*Caldicum, forte deambulatorum; quod et peribulum dicitur, et iterum.*  
[303] *Calestra, gentes matris.*  
*Caletra, ubi respes nutritur.*  
*Callas, fabrorum foramina.*  
*Calles, via tritæ pecorum vestigia.*  
**453** *Callicularium, medium aestatis, vel hiemis.*  
[304] *Calithrix, stans producta*
- barba.*  
*Callorus, malitiosus.*  
*Calones, galearum militum.*  
*Calonica.*  
*Calpes, galeæ militum.*  
[315] *Calvitio, membrum.*  
*Calutor, minister sacrorum.*  
*Camatus, amfimatus.*  
*Campiones, gladiatores, pugnatores.*  
*Campiatt, flectit.*  
[320] *Canava, camen, portus canulum.*  
*Cancellat, concidit, batuit.*  
*Cancer, forceps.*  
*Candes, vota actilia.*  
*Candomina.*  
[325] *Canier, levu.*  
*Cantabulum, stabulum.*  
*Cantricula, fucus.*  
*Caparens, pistor.*  
*Capite census, coronam qui sit capite gerit.*  
[330] *Capite census, taxatione possessionis.*  
*Caplum, funis.*  
*Capioli, bottones, latices.*  
*Capsis, galea de corio.*  
*Captentula, capito.*
- Captura, deceptio, vel loens piscosus; et ubi sedet aquarius, qui balneare exigit.*  
*Carabus, parva scapha ex vimine, et corio.*  
*Cardulum, membrum feminæ.*  
*Carinantes, illudentes.*  
*Carissa, lena velutus, et litigiosa;*  
**454** *ancilla dolosa, fallaz.*  
[340] *Carrio, dividio.*  
*Cartilagini, lardo bradone.*  
*Casous, acus qua mulier scalpit capit.*  
*Casorum, vetustum.*  
*Cassatur, castratur.*  
[345] *Cassiculum, rete, jaculum.*  
*Cassidilis, pera, marsupium.*  
*Castiferum, qui flagellum portat.*  
*Castipulum, mensa quadrata.*  
*Castorinum, vebrinum.*  
[350] *Catadocia, multorum cantica.*  
*Catainaiti, ergastulum.*  
*Catamontem, cœli aspectum.*  
*Cataplus, adventus navis.*  
*Cata-la, eculeum, genus ponte.*  
[355] *Cafasta, lecius ferreus.*  
*Catax, claudus, coxus.*  
*Caterarius, qui in catervas populat est.*

290. *Barthius, cabatus, capo equus, hoc est, castus.*

292. *Intra catas eudent sensu.*

294. *Ratione; forte, redditore.*

295. *Ita forte Breviloquus; scribit cadurca.*

296, 297. *Cærulus; alii, cæruleus, alii cetus. Ad colorem quod attinet, cæruleam est varia sub nigro, ut est Æare. Vide differentias verbordum, tom. V. n. 115, et alias Differentias inter appellationes, tom. VII, num. 573.*

298. *Semper conjectata est catafrat, hydri obcent, quibus Calabria abundat.*

299. *Constantiensis, flabilis, ventus siccis. Hinc fortasse corruptum calabris; nisi legas canabris, ventillis, signis.*

300. *Catatores populum præcipue ad sacra convocabant a Græco citio.*

301. *Alii caliges, gallicæ militum; alii, caliger, calci militum. Vide I. xix Etymol., cap. 34, n. 2 et 12. Semlerus, calones, galearum militum.*

302. *Alii, calcitro, enim spud Plantum.*

304. *Plerique, chalcidicum... quod et peribulum, pro mœniano, seu projecto. Semferus, calciculum (a calx), quod et periculum dicitur, et calerium (pro quartero a quater), quia eminentia sedificiorum tuteiores pericula dicebantur, et erant figura quadrata. In Pithœans additum canarium, pro cavarium, seu cœtarium.*

305. *Forte, catystra e Græco.*

306. *Scribendum videtur calleta, à calle.*

308. *Janionius, scalle, fabarum putamina; Semlerus, calles crabronum foramina.*

309. *Reinesius, canicularium.*

310. *Lege simia, pro simul, ut in Excerptis Pithei. Vide Etymol. lib. XII, cap. 2, n. 33.*

311. *Martinus, maculosus, pro callorus; Semlerus, callosus.*

312, 313. *Vegetius, I. iii, c. 3, Calones, quos galeatos vocant. Melius cætariorum. Hinc calonica; forte addendum servitia militum.*

314. *Vide culces, n. 304. Alii legunt calbei, aut galbei; alii deducunt a calones.*

315. *Calvisio; forte, a calator, minister.*

\* 318. *Salmasius, in Lampridium, pag. 132, observat campum locum esse in quo exercenter milites, et in quo præsum committitur. Hinc campiones. Scopulus, in Infamia Famaui, pag. 1, Fauianum*

*Stradani inepit reprehendit, quod campum ad locum pugnae retulerit, et in lineam ipse offendit.*

320. *Canava. Utuntur hac voce Ennodius et sanctus Augustinus; inde Itali canavaro. Pro canes repone camera, alii volunt, cana, aut chama, aut cavea.*

321. *Grævius, cancellat, inducit, expungit.*

323. *Forte bascande pro canades.*

324. *Alii, condamina. Corruptum videtur ex canada, bascanda.*

325. *Martinus, canis, leno. Semlerus, ganeo, lono, vel cani i. s., albedo.*

326. *Pro cantabulum legendum catalbum.*

327. *Forte, craticula, focus.*

332. *Grævius, dicernes, latices.*

333. *Legendum cassis.*

335. *Semlerus dividit, et ubi aves sedent. Caprias, qui balneare extigit. Præsum balnei, lenocini, et cuiusvis micosteri sordidi balneare dicebatur. Asse æred constabat lavatio balnearis, exceptis pueris, ex Juvenale, qui nondum ære lavantur.*

336. *Adisis Ducangium, et Etymol. I. xix, c. 1, n. 26.*

338. *Carinantes; vel a carina dicti, vel a Caria, vel a care, vel a caries. Vide numer. seqq.*

339. *Hinc forte Itali, carogna.*

340. *Grævius, carpo; Semlerus, careo, quod est ditido lanam; unde carminari.*

341. *Bradone; forte, brodone. Lardum fuit cibus mollior juscili in modum: et Italiam brodo juscilum est. Alii deducunt ex Germanico braten, certa lundi specie.*

342. *Cason, casonis; inde postea casona.*

343. *Pro casorum legendum curiosum, vel casum.*

347. *Alii, cæstiserum. Vulcanius, cistiferum, qui cistellam portat.*

348. *Apud Varronem, caribulus.*

349. *Lege, bebrinum; liber beber etiam dicebatur.*

350. *Distinguendum cata, docta. Pro multorum cantica, alii mulierum, omisso cantica. Alii addunt, cata docta, catalecta, multorum cantica.*

351. *Forte, latonia, ergastulum.*

352. *Divide cata montem, hoc est, juxta montem. Sic cata Lucum, etc.*

357. *Catervas, melius caterva, scilicet populi est.*

Catomain, ergastulum.	<i>brana.</i>	Clitellæ, cretellæ.
Catricula, fucus.	Cidones, puerorum amatores.	[415] Clivior, nobilior.
[360] Cavillator, mendator, calumniator.	Cilindrūm, semicolumnium.	Clara, burca.
Caules, cancelli tribunalis, ubi sunt advocati.	Cina, coquula.	456 Cloes, pluva, vel navigium.
Caupilus, navicula brevis.	Cinnes, ciuni.	Cinuos, tortiones, indecentes.
Caupulus, navis.	[390] Circat, circumuenit.	Coactores, argentarii.
Caurones, festa, officia.	Circello, monachus per cellas vagans.	[420] Coactatio, concameratio, conjunctio arcuum.
[365] Causarius, litis amator.	Augustinus.	Cocchio, arillator.
Causarius, reus.	Circelionis, falsi anachoretæ.	Cocistrio, prægustator cocinæ.
Cautos, sacerdos.	Circio, pars inter Aquilonem et Occidentem.	Cocula, ligna arida, vel vase ærea.
Cautumne, citana.	[395] Circitorum, circantium.	Cognitor, a conoscenda causa discutus, vel esse uxor curians.
Cecus, noctua.	Circulator, qui sumat.	[425] Cobibentia, conclusio.
[370] Cecumna, noctua.	Cirrus, cirritus, cirritudo.	Co ibili, concordes, conjuncti.
Censitores, agrimensorum.	Citaxus, similes taxo.	Collarius, bos operarius.
Ceptio, commercio.	Citemne, cautumnæ.	Colimbus, locus, ubi mundantur vestimenta.
Cerachii, navium funes.	[400] Citix, pi ata.	Collitor, dominus fundi.
Cerealis, qui ad sacra stat.	Civica, civem facit.	[430] Collegarius, unus ex collegis.
[375] Cerniculi, calamites recrementorum.	Civitatem, civitatem colere, vel civem facere.	Collorum, publicanorum, vel impiorum.
Cernuare, præcipitare.	Clacindæ, concha.	Collybum, zapuztior.
Cernulus, in capite ruens.	Clammin, clarissimum.	Columne, sanum.
455 Cervid., lignum, super quod ducitur tarantara.	[405] Clanculare, occultare, palliare, subacellare.	Columnes, salbos.
Cessiosus, qui saep cedit.	Clanculat, celat, abscondit.	[435] Comat, frondet.
[380] Cessit, nupsit.	Claredines, claritudines.	Comitare, loqui in conventu, eundo, redendo, ambulando.
Cets, oves, aves.	Claudire, claudicare.	Comites, socii.
Charaxatis, scriptis.	Clavia, borda.	Comitia dicuntur tempora bonorum, quando dant honores, item ubi milites sunt.
Choraula, princeps chori ludorum, quo nomine potest dici totus chorus.	[410] Clavosum, inæquale.	Comixius, verbosus, loquax.
Choreis, ballationibus.	Clibanarii, quasi tunici ferrei.	
[385] Cicum, mali granati mem-	Clingit, eludit.	
	Clipei (clypei), ubi imagines propo-	
	nuntur.	
559. Emenda, craticula, focus.		598. Citaxus. Forte, seu taxus.
360. Pro mendator Grævius mendax, vel mentitor.		400. Citia. Repone ciliz.
361. Melius caule; nam septa tribunalis instar caularum erant.		401. Civica. Lege civitat, seu civicat.
363. Gellius, I. x, cap. 23.		404. Grævius, clarissimum, qui est honor clarissimorum, pro clamnum; alii, ex Papia, clarissimum contracte.
364. Semlerus, ex Festo, caviaries hostiae, sacrificia.		405. Pro subacellare, legendum subcelare, vel seu celare.
367. Cautes; alii cautus, alii castus: malum custos, scilicet templi.		409. Borda. Inde bordare Hispanis et Gallis; Romanis, laticlavia. Alii, cloaca, burca. Vide num. 279.
368. Semlerus vult lautumæ, lautomia, ut secundum verbum sit varia lectio. Vide n. 358.		412. Pro eludit, alii claudit, alii excludit.
370. Festus, circum.		413. Vide Differentias verborum.
372. Melius, commercium. Ceptio etiam verti possit in captio.		414. Forte, cletelle, pro cretellæ.
473. Rectius ceruchi, qui sunt antennæ, vel antennarum funes, aut cornua.		415. Clivior; imo clivior.
375. Semlerus, cerniculi excrementorum, deleto calamites.		417. Semlerus, cloiae, vel cliae navigia; al., clues polles.
378. Alii, cernicula, pro cervida, aut cernida. Catholicum: Tarantara est instrumentum quo farina collatur, etc.		418. Alii, a Græco, cnyos, scabies; alii, cinnus, vel cincinus, et torti crines, pro tortiones.
380. Cessit. Intellige Titio, nupsit.		419. Grævius conjungit voces coactores argentarii sine glossa.
381. Minus bene celest in Excerptis. Oves, aves forlasses non sunt glossæ: Latinus interpres Bibliorum, celest, oves, aves subiecta Messiae esse dixit. Inde id sumptum putat Semlerus.		421. Atilator et cocio dicitur a Festo, qui sequitur merces, ex quibus quid cadens possit lucri tollere, et qui in vendendis emendisque mercibus tarde pervenit ad justi pretii lineum.
383. Quo nomine, etc. Hæc falsa. Excerpta, choraula, jocularis.		422. Forte, cocistrio. Is tabernarius alibi dicitur. Culina Hispanis est cocina.
386. Gretenses puerorum amatores erant, et cylones dicebantur.		425. Ducangius conjicit, convivertia, collusio. Semlerus retinet, cobibentia, conclusio.
388. Scribitur cyma, vel cuma, et cumula.		426. Forte, cobibiles, a cobibendo, vel connubis potius, a connivendo; vel retinendum cobibili, a cohum, jugum.
389. Semlerus, cincinii, sine interpretatione.		427. Reinesius, colipha, cibus operarius.
391, 392, 393. De monachis circummissionibus, vide lib. II de Officiis, cap. 16. Augustini nomen interjectum est, ut indicetur, eum de circellionibus agere.		428. Scribendum columbus, pro columbus. Pro loccus, melius esse lacus. Vide comment. ad Prudentium, Peristephi. hymn. 12, vers. 36.
394. Melius, circius. Vide cap. 37 de natura rerum, n. 1.		451. Collianorum; al., collybariorum; al., teloniorum.
395. Vegetii est circuitores circumneentes.		433, 434. Forte, inc lume, incolumes.
396. In Excerptis sumat, sumos vendit. Semlerus, sumat, hoc est, sumos scandit, sumambulus.		456. Rectius, comitiare.
397. Curritus, cirritudo, voces a cirro derivatae, non glossæ.		458. Pro bonorum, Grævius honorum.
		459. Commixius; al., comitiosus, a comitari; al., comiosus; al., curiosus.

[440] *Comma*, brevis dictio  
*Commanipularis*, consesus, collega.  
*Commatis*, disciplinis.  
*Commaticus*, versificator.  
*Communando*, in entando.  
[445] *Commulunt*, deitibus compriment.  
*Commulcare*, complodere.  
*Commulcat*, concutere.  
*Communicarium*, partiarium.  
*Commixia*, hostiaria.  
[450] *Complex*, qui in uno pectato, vel criminis alteri est applicatus ad malum, ad bonum vero nunquam dicitur.  
*Conciones*, quedam stellæ 457 quæ per astrologiam concipientibus optantur.  
*Concilabulum*, ubi plures sui juris sedent.  
*Conclasse*, conclamare.  
*Conclassare*, conjungere classes.  
[455] *Concubinum*, pellicatus.  
*Condarium*, cærarium.  
*Conditura*, impensa.  
*Condones*, gladiatores.  
*Confarreatio*, consacrorum communatio.  
[460] *Confarreatus*, consociatus.  
*Conferentia*, collatio.  
*Conferatus*, sociatus.  
*Conserui*, cognovi, comprei.  
*Confida*, dubitator.  
[465] *Confiditum*, copulatum, contexte.  
*Conforaneus*, unius fori.  
*Confragmentum*, simul rugosum, ut mons.  
*Conjectit* jaculum, augmentavit.  
*Coniuvol*, concordes, juncti.  
[470] *Connix*, partu liberata.  
*Conus*, ut adsolet.

442, 443. *Disciplinis*. Semlerus, descriptiunculis.  
*Commata* sunt interpunctiones.  
449. *Hostiaria*. Hinc Italice *hosteria*, diversorum.  
450. *Nunquam*, hoc est, sere nunquam.  
452. *Etymolog*. lib. vi, cap. 16, n. 12, explicatur quid sit concilium. Pro sui juris forte unius juris, aut sub jure.  
458. *Condones*. Semlerus, campiones.  
459. *Lege sacrorum*, vel *consociatio*, sacerorum communicatione.  
461. *Conferatus*; al., *confarreatus*.  
463. *Conserui*. Semlerus, comprei.  
464. *Conspicua*, ut advena, incola scriba. Semlerus, convicia, viciator; id est, convictior. In aliis lexicis, dubitator, diffida.  
467. *Grævius*, *confragosum*, simul fragosum, ut mons. Semlerus, pro *confragmentum*, conjicit *confrages montium*, scilicet sunt, omissis aliis.  
468. *Lege*, inverso ordine, amentavit (pro augmentavit), conjectit jaculum.  
469. *Supra*, cohulili.  
480. *Corugio*; forie, coragium.  
481. *Melius vibrans*; vel vibrat hiema, cornuscat.  
482. *Infra*, cracerat.  
487. *Festus*: *Poræ appellantur rari sulci*; nam crebriores sulci limi vocantur. Hinc putat Semlerus glossam crebro, etc., confictam fuisse.  
491. *Cremutum*. *Cremutum*, vel *crematum*. Martinus, *hypocaustum*, pro *holocaustum*.  
494. *Supra*, clittellæ.  
499. *Cucier*. Repune, curio.  
502. Vide comment. ad Prudentium, pag. 4016, et not. Lebruni ad Lactant. lib. iii, cap. 4.  
504. *Cynna*. *Lege corna*.

Consipit, saporem habet.  
*Consponsores*, alteruti fidem dicentes.  
*Contra foedus*, contra pactum.  
[475] *Contribules*, consanguinei, quasi ex ead. in tribu.  
*Contributi*, consanguinei, parentes.  
*Contumia*, contumelia.  
*Coraula*, jocularius.  
*Corimbata*, navis.  
[480] *Conugo*, puer; est ludus, quando proverbia dicunt. Alibi igitur: corugium pars est in ludis, quando proverbia dicuntur.  
*Coruscatio*, vibrat hiems.  
*Cracat*, cracerat.  
*Cracentes*, graciles.  
*Cracerat*, cracat.  
[485] *Crea*, sterlus, spurcilia, unde excreare, dicimus, spurcilia ejercere.  
*Creagras*, tridentes.  
*Credro*, uis, porca, terra inter duos sulcos emiens.  
*Creditaria*, cameraria.  
*Creditarius*.  
[490] *Cremutum*, collybum.  
*Cremutum*, holocaustum.  
*Creporeum ferri*, sonum calorem.  
*Crepundia*, initia.  
*Cretella*, clittellæ.  
[495] *Cristatus*, honestus, decens.  
*Criminalis*, ruminat.  
[498] *Crustaria*, taberna a vasis crustulis.  
*Cubio*, masculus.  
*Cucier*, Ponticum sacerdos.  
[500] *Culina*, latrina secessum.  
*Culii*, vehementer percussit.  
*Culeus*, tunica ex sparto in modum crumenæ facta, quæ liniebatur a populo pice et bitumine, in qua

includebantur parvissimæ cum simia, serpente et gallo: insuta mittebatur in mare; ei contendebat inter se animalibus, homo majoribus pœnis afficiebatur.  
*Curpa* piabant, peccatum solvent.  
*Cuma*, poma silvestria.  
[505] *Cumerus*, urbanus.  
*Cuppes*, fastidiosus, cupidus.  
*Curaçulus*, id est, curiosus, curaces, curiosus.  
*Curella*, oppilago.  
*Curio*, sanguis.  
[510] *Curusius*, magnus.  
*Cusire*, consuere.

## D

*Dalmata*, vestis sacerdotalis candida, cum clavis purpureis.  
*Dalum*, minimum velum navis.  
*Damnatius*, dedititus.  
[515] *Danus*, fenerator.  
*Datitius*, Latinum non est, sed *Deditius* is est: si barbus deditus se Romanus, deditius is est.  
*Dativa*, donatrix.  
*Deculco*, deaibo.  
*Decentarius*, promptus, paratus, ingeniosus.  
[520] *Decluere*, decorari.  
*Decardo*, occupatio.  
*Delicus*, litteratus doctor.  
*Demundinal*, omnibus notum facit.  
*Depalata*, manifestata.  
[525] *Depanare*, dilacerare.  
*Deplicare*, decedere, devitare.  
*Depubis*, porcus sugens q... a setis.  
[530] *Derarat*, torpe, frigidum est.  
*Desidius*, ignavus, impiger.  
500 *Desolanus*, subsolano.  
*Destitudo*, destructio.

505. *Alii*, camerus, curvatus; al., comis, urbanus.  
*Semlerus*, ex Festo, cumers, vannus.  
508. Vide, infra, oppilago, curcilia.  
509. *Curio*; inu, crux.  
510. In Excerpis, coruscus. *Cerda*, grossus, vel crassus. *Alii*, cerues. *Alii*, ex Festo, ceræ, manus.  
511. *Cusire*. Ita hodie Itali. *Alii* malfient cusuire, aut coessere, pro cusire.  
512. *Grævius*, dalmatica.  
514, 515, 516. *Grævius*, *damnatius*, *deditius*, addictus, fenerator. *Datitius* Latinum non est, etc...  
*Semlerus*, *damus* [Corrige, *danista*] fenerator. *Datitius*, *deditius*. *Datitius* Latinum non est, etc.  
519. *Melius*, dicentarius, a dicendo.  
520. *Restituo* deglubere, decorare.  
521. *Grævius*, distensio, occupatio. *Semlerus*, decus, opio.  
522. *Becmannus*, *dellicum litteratum* dici putat ab Hebreo dalet, tabula, pagina libri.  
523. *Deplicare*. Contraria significatione, applicare. Semlerus existimat interpretationem deesse, pro decipere, et incipere altam glossam decedere, devitare, seu de vita exceedere. Sic melius esset devitare, decedere.  
527. *Festus*, qui prohibitus est pubes fieri a setis. *Breviloquus*, quasi deorsum a setis.  
528. *Derarat*. Semlerus putat id appositum, ubi aliqua vox rara inveniebatur, vel legendum derorat, res decidit, friget.  
529. *Lege piger* pro *impiger*; vel *deassiudus*, gnarus, impiger.  
530. *Subsolano*. Rectius, subsolanus.  
531. Malum *desitutio*, *desertio*. *Alii*, *destitudo*, *desitutio*,

Destricare, consummare.  
Detectus, agitur modo, id est, probatio fit rationum.  
Devibile, vigilie virgo peccatum malitiae.  
[535] Devirginat, corruptio.  
Devoratores, ambrones.  
Devoio, accuso.  
Dextralia, brachia.  
Dialapis, constitutum imperatorum.  
[540] Diale, diurnum, meridiem.  
Ex Diametro annus sumptus, hoc est, non a principio signiferi, sed a medio.  
Diaria, cibus unius diei.  
Diaria, quotidiana salaria.  
Diatim, de die in diem.  
[545] Dictatorius. Ex dictatore.  
Didatim, divisum.  
D.ditum, percrebatum, divulgatum.  
Dieuum, biennium.  
Diescit, dies fit.  
[550] Diet, nunc dies fit.  
Diffarreatio, dissolutio inter utrum et seminarum.  
Differentior, eminentior.  
Diffusit, dissolvitur.  
Dilargus, multum donans.  
[555] Dimus, timus.  
Dinidor, malus odor.  
Diplomatarius, duplicator.  
Diplomatum, gubernatum.  
Dipticha, tabletæ, quas ferimus.  
[560] Dique, denique.  
Diribere, dinumerare.  
Diritorium, locus contubernii.  
Discipulati, edociti.

532. Iofra, distrigae. Utrumque ab astrico.  
534. Devitio mutandum in decubito. Reliqua post vigilie alio pertinet.  
539. Al., dialabis; al., dialepsis; al., dialabe. Semiterus, dicta, bis. Diathœca, constitutum imperatorum.  
556. Dinidor. A nidor, et Graeco dys.  
557. Alii, diplomatarius. Diplomatarme intelligitur qui diplomatam chartam ventit et compingit.  
558. Gubernatum; al., duplicatum; al., quaternatum.  
559. Vide prolegom. ad Prudentium, pag. 565 seq.  
560. Dique; forte, donequo.  
562. Graevius, diritorium, locus campi Martii. Semlerus retinet contubernii pro sedilicio militari, ubi stipendio, vel alia milibus distribuuntur.  
565. Disdonat, et distribuunt, etc. Graevius, dissonat, diversa sonat.  
567. Dispecatis. A pecus. Editi, dispeccatio.

569, 570. Dona, etc. Forte quia is qui dispungit nomina debitorum in tabulas relata debitum condonare videtur; vel quia dum militum imperatorum non men dispungebatur, aliquid eis donabatur.

571. Semlerus, duo militum genera annontari sit, querunt atii dissuctores, atii singulares. Dissuctores et desultores iidem sunt.

572. Vide, supra, decardo.

573. Distrigare. Potius, distringare. Supra, destri- care.

576. Atii, dimoverat, separaverat; al., divomerat, aperit, arat, scilicet, a vomer.

580. Borsennus. Ex epist. 17 Hereti, ubi alii, Dosenus.

582. Graevius, aramea. Vide post Framea. Deest tamen framea in littera f.

583. Papias, draquiti. Semlerus, dragmæ uniones inclusi, vel draconites manus invide. Dragma est re-

Dissessor, examiner.  
[565] Dissonat, diversa sonat.  
Disgrex, segregus.  
Dispectus, decoratio.  
Displacidus, morosus.  
Dispunctores, qui dora militibus erogant.  
[460] Dispungere, donara.  
Dissultores, singulares.  
Distatio, occupatio.  
Distrigere, consummare.  
Divile, dirinum.  
[575] Diversiochia, heterochia.  
Divinerat, aperuerat.  
Divus, imperator, qui post mortem Dei nomen accepit.  
Docitat, frequenter docet.  
Dolumen, delubrum.  
[580] Dorsenuus, persona pavitorum.  
Do-inus, vel Dostes, equus asinini pīt.  
Dranea, post frumentorum.  
Draquiti, manus invide.  
Drusus, patiens, rigidus.  
[585] Duellis, divisa feminæ.  
Duellio, robotti.  
Durica castra, stationes navium.  
Dusius, dæmon.

## E

Eccitum, periculum.  
[590] Ecloga, paraenesis.  
Ecunes, sacerdotes rustici.  
Eda, basterna.  
Edentat, dentes evanescit.  
Editius, qui ex audile est scriba.

[595] Editius, custos audie.  
Eduli, voratores, deglantes.  
Effatu, vanilogni sine effectu.  
Efficiabilis, in omnibus expediri.  
Efsuminatiorum, dominus mercurianus.  
[600] Egeator, hortator canis, et mari Agea.  
Egeria, noxia.  
Egesatio, noxae.  
[611] Egestatus, mendicus.  
Egmonas, ascendales suauicorus.  
[615] Egrotus, eximius, amnena.  
Egotatius, qui frequenter agrotat.  
Elegius, criminibus, vel carminibus malis.  
Elegium, narratio numeniorum, vel ordo criminum.  
Elegium, reponens aliquod, ubi ratio redditur, tanquam si dicat aliquis de quoque, hiscerebado omni; quare? quia nulli insolens fuit.  
[610] Elogium, laus, applausum dilectorum. quod notarium dicunt.  
Eniacas, emendari enigmas.  
Enanciops, fumulus o scismaticus liberatus.  
Emodius, telescopium.  
Ementum, exagatio.  
[615] Eminiscitur, in memoriam reduci.  
Emissarius, percursor.  
Emperarius, sanguinarius.  
Enica, adultera, mecha.  
Enigma, obscuridapnum.  
[620] Enormate, cui nihil nimis nihil potest.

## Incapitulum gommarum.

534. Graevius intelligit Dravus nomen imperatoris a Druso victo. Semlerus, melius, druna.  
535. Femina. Lege, gemina; et si alii de adultera dictum id putant.

536. Duellio. Forte, duellio. Breviloquus, duellio, duellionis.

537. Reputata Donica, etc. Ex Servia, ad Virgilium, lib. III. Enaid.

538. Vida lib. viii Etymol., cap. 44, in fin.

539. Forte, exitium.

541. Inferius, egens. Feste, egens, pastores, rusticæ. Ex pastores aliquis fecerit sacerdotes, qui a Christianis pastores vocantur.

542. Alii, sedea; al., adea; al., melina, mæda.

543. Excludit; al., excusat.

545. Coargo auditus.

547. Effusus. A Fausus. Pro sine affectu, alii, sine effusi.

549. Egeator; immo agitor, ex Graeco, non ex mari Agea. Importasse huc facit locus Elymæ. lib. xxix, cap. 2, n. 4. Agea, via sua, etc.

551. Egestus, Egeria nymphæ, etc. Reinesius, nixia, pro noxia. Barthius, col. 2043, egeriem a Paulino vocari notat, quod superfluum a cibis digestis cogeritur.

552. Forte perit interpretatio. Semlerus putat egestio, egens, ab egendo, vel corruptua, pro egestosus.

567. Graevius, elegiæ, carminibus. Elegium plerumque ad laudem, aliquando malo sensu est. Prope elegiæ scriberebundum ait Semlerus.

613. Emedium; al., epichedium; al., caudum.

614. Ementum. Ab enuniscor.

618. Enica; al., elanica, et sensu spirituali adultera; al., mæda pro mecha.

620. Mæda. Graevius, minime. Scilicet enormous est, aut ita magnus, ut major esse nequeat, aut ita parvus, ut minor esse non possit.

Enulum, caldarium.  
Ephebion, locus constupratoris  
puerorum imberbum.  
Epibatae, laici.  
Epigri, clavi, quibus lignum ligno  
adhæret.  
[625] Epimenia, xenia, quæ dantur  
per singulos menses.  
Eputatius, qui eputis dat operam.  
Equotus, privatus.  
Eræptoria, adimenda, reddenda.  
Engastulum, carcer, vel teous, ubi  
damnati marmora sicut, vel ali-  
quid operantur, quod Latine ta-  
lentum dicitur, sub præcepta anglo-  
dia, ubi non sunt leprobre.  
[630] Ergat, circat.  
Erranei, errantes.  
Error, vaticinatio.  
Erugat, planum facit.  
Eruui, domini.  
[635] Escit, lensus.  
Esculentia, pinguedo.  
Etica, proprietas.  
Eticon, proprium.  
Evadatur, reponit, flagitat.  
[640] Eubo, oleo.  
**462** Eviscerat, excomedit.  
Evitaneus, qui in ovo durat.  
Exadituit, excludit ab aditis.  
Expla, exempla.  
[645] Excastratus, excoleatus.  
Excavat, præcavet.  
Excellere, cum uxore esse.  
Exceptoria, cisterna.  
Exciare, cum uxore esse in liber-  
tate.  
[650] Excipulum, venabulum.

Exdorsuandum, judicandum.  
Exenim, valde.  
Excretal, novigat.  
Exibus, pinguedo.  
[655] Exilia, errorum manus.  
Exiœqui, proxeneta.  
Eximitas, sublimitas.  
Exippitare, rara occitore.  
Exornuare, pauperam factre.  
[660] Exundat, reptit.  
Exodium, carbo in theatris ludiora,  
et saueriæ.  
Exornis, immanis.  
Expalmare, depellere.  
Exparta, partu vacua.  
[665] Exparto, patula aqua.  
Experti, extranei, extra partem no-  
ritiæ.  
Expitatores, alienæ hereditatis sub-  
reptores.  
Expotata, hausta.  
Expudita, exclata.  
[670] Expudicatus, impudicus.  
Expuncta, fibras pectorum.  
Exsumptuavit, pauperavit.  
Extensio, regio.  
Externavit, extraneum fecit.  
[675] Extenuatum, extraneum.  
Extispices, aruspices.  
Extracautis, foris versos.  
Extræctus, foris versos.  
Extromis, extremus.  
[680] Extrandi, arbor truncata.  
Exuto, depollo, evito.  
Exundantibus, repluentibus.  
Exundat, prorogat.

F  
Fabarii, captores.

[685] Fabarius, canter.  
Fabulo, fabulas componens.  
Fabulones, fabularum inventores.  
**463** Falangarius, us gladius.  
Falarius, gladiator falcom gerens.  
[690] Falcitæ, putat, senat, multi-  
met.  
Falcones, qui pallipes pedis intra  
carros habant.  
Falsatus sum, deceptus sum.  
Falseum, circumvenientium, dece-  
ptorum.  
Famis, contusio faucis.  
[695] Faueiosus, servans.  
Faueulus, semiculum.  
Faria, verba multa.  
Farrago, tristis.  
Fascinina, clausilis vallalia circa  
castra.  
[700] Fascinat, granat.  
Fasculum, discum.  
Favitor, piscator, fautor.  
Fecundum, adiunctor, et auctor.  
sa, vel ut a rento collectum.  
Fecundispica, forisiles deæ.  
[705] Felatum, curvatum.  
Fellebrem, adhuc latum vinenum.  
Felliæ, sugit.  
Femellarius, semiquis deditus, quem  
antiqui maliorianum vocant.  
Fensus, iratus.  
[710] Feriferæ, furens.  
Feronia, deæ agrorum,  
Ferentes, festo libantes.  
Ferula, palmatoria, volaria.  
Festalis, dies solemnis.  
[715] Festile, dies festi.  
Fiorius, faunus.

**621.** Lege æneolum, aut ahenum. Confer lib. xvi  
Etym., c. 20, n. 8. Hoc ei caldarium, etc.

**622.** Alii, epibata, Latine superveniens.

**624.** Lib. xix Etym., c. 19, n. 7. Epigri, etc.  
Alii epuri; al. epiri.

**628.** Semlerus, uitatus, vita privatus.

**629.** Talentum; al., metallum; al., tutissimum; alii,  
latonium. Pro sub, forte seu.

**630.** Ergat; al., errat; al., gyrat; al., aerat, cir-  
cumdat, scilicet, aere.

**632.** Vaticinatio; forte, hallucinatio. Vel furor,  
pro error.

**635.** Restitue esculentus, pro escit lensus, et addit,  
si placet, pinguis.

**637.** Forte, ethica, vel edica, pro idica, ex Græco.

**640.** Semlerus conjicit, exudo, oleo; vel evaporo,  
oleo.

**644.** Repone hexapla, secupla.

**645.** Ediu, excolitus.

**647.** Excellectare et excitare, quasi cellam et mona-  
sterium deserere.

**651.** Judicandum; forte, nudandum.

**652.** Lib. x Etymol., n. 83, exornatus, valde or-  
natus. Ex enim pro VALDE ponitur. Illic confitimus  
exenim.

**654.** Exibus; al., axungia; al., sebum.

**655.** Cerdæ, manus, pro marinus: Semlerus, exxi-  
lia, errores mariæ, ex Virgilio, Aen. iii, init.: Diver-  
sa exsilii.

**656.** Putant aliqui, ex proxeneta factum exeneta,  
inde corruptum eximequi.

**658.** Tollendum rare, natum ex are repetito,  
expedito, as, are. Etymologia incerta est.

**661.** Cantic, etc. Scilicet, in fine comedie.

**662.** Lege, enornis, vel exornis.

**663.** Depellere; forte, alpare, alapis cædere,

**665.** Videtur repetitio glossæ præcedentis cor-  
rupere, exparta, partu vacua, enixa. Grævius expata-

ta, patula loca.

**666.** Experti; hmo, expertes.

**671.** Semlerus, expuncta sine interpretatione.  
Tum nova glossa, exta, fibras pectorum.

**673.** Alii, extrarius, foris versantes; al., extracutis,  
ut statim sequitur extracutis.

**679.** Extromis; imo extimus.

**683.** Prorogat; forte, irrigat.

**685.** Isidorus, lib. ii de Offic., c. 12: Antiqui, etc.

**688.** Ut gladius. Al., ut bajulus; al., vir bajulus,  
al., bajularius. Phalangæ, palangæ, et inde salangæ  
(Hispanicæ palancas, Italice stanghe) sunt vectes,  
quibus onera majora a bajulis portantur. Semlerus  
volebat falcarius, ut num. seq.

**690.** Æstimal. Adjectum ad aliquo.

**694.** Famis; al., famæ; al., amicæ; al., tumex et  
vibex, pro faucis.

**695.** Grævius, famul, oscis seruens ex Festo, et  
Nonio. Alii retinent, famulosua.

**697.** Forte defendum verba.

**698.** Corrigere χρῆστις. Hispani dicunt forrage. Var-  
ro, Far ferro casum farrago.

**701.** Etymol. I. xx, c. 6, n. 2. Phæculæ, etc.  
Semlerus opinabatur, fasciculum. Potius a fasculo.

**702.** Grævius delet piscator; al., priscis pro pi-  
scator.

**703.** Breviloquus, leve odium, quod cito transit,  
et cedit ad modum illius venti.

**704.** Grævius, secundispices. Pithœus, felices deæ.  
Semlerus, secundi cespites, fritiles glebae.

**705.** Alii scribunt, filiatum, et foliatum. Grævius,  
foliatum, nardinum, Semlerus, falcatum, curvatum.

**706.** Legendum fellebrem, adhuc lacte viventem,  
ex sello, sugit.

**707.** Sugit. Male Editi, fugit.

**715.** Festilia. Forte, festulia.

**716.** Vide Etym. lib. viii, c. 11, in fin.

- Ficatum, quod Graeci auxent vobis cant. [745] Fretat, regit, coerct. Frigiones, genus vestimenti. Galera, stricta glutino. Galeros, calamancos. Friciu, mitra. Constantini imp. Frigium candido spendorre ejus sacratissimo capiti imposimus. Galerum, pileum pastorale, quod de juncu fit. Fritillum, stillicidium stercoris in sterquilinium. Galgulus, baca, ruptiv. [720] Filiaster, privignus, qui ante natus est. Gallarius, cedo. Ficta habet, cavillat. Gallaria, occulta loca, et subterranea. Fictura, sectura. Ganzia, gansapa. Filiaster, privignus, qui ante natus est. Gaunaca, gaunaca. Fictus fuerit, apicem obtinuit dignitatis, et dicitur fluminalis. Gaunatrices, duorum fratrum usores. Ficella forma, ubi casei exprimuntur. [746] Fiscos, siccios grossos. [725] Fistular, sibilo. Flabarius, custos pororum. Flabri, fabulosi, ventosi, perfecti. Flabrum, perfectum. Flamineum, Babylonicum. [730] Flaminor, incendor. Flavus, genus vestis. Fliegua, Maria filia. Flonitis, vanitas. Forago, trames diversi coloris. [735] Forceps, fabricae corruptio fortices dicuntur. Foria, laetina, secessus. Foris facio, offendio, noceo. Formastrum, opus pictiorum. Fractilium, ad frangendum piper. [740] Fractior, difficultior. Fragus, recurvatio poplitis, qua et suffraginatio. Fratruus, fratris filius. Fratruelis, materterae filiae. Frea, æ, vel mundiana de parente suo relicta.
719. Fictura; al., fissura; al., sectura; et inde fictura. 721. Alii, fucus, pro fucus; al., vincus, vel cinctus, scilicet, lilo; et mox, dignitatis, qua dicitur fluminalis. 724. Forte, ficos grossos. Corrupta ficos et siccios. 726. Semlerus, suarius, vel subarius, pro flabrius. Alii, fabarius, custos tororum, vel mortuorum, quia fabello muscas abigebant a toris et a mortuis expositis. 727, 728. Tres videntur glossæ: fabri, fabulosi, ventosi. Fabri, perfecti. Fabrum, perfectum. Pro fabrum, Reinesius, Cerdæ et Grævius legunt fabrum, unde affabre. Ac fortasse glossatores decepti fuerunt ex præfectum fabrum. 729. Legendum flameum, vel flammœnum. 730. Flaminor; in, flammor. 731. Cerdæ, latius clavus, genus vestis. 732. Semlerus, Phlegyas, Marius filius. 733. Cerdæ, philonichia, vanitas. 734. Trames; al., trama. Symmachus, in epist.: Inter pensa et foragines puellarum. 735. Corrigi potest forcipes fabrorum, sartorum forfices diuntur. Vide Etymol. lib. xx, cap. 13, n. 3. 736. Melius, forica. 737. Forte, foro, hoc est, perforo, Edili, nec eo, pro noceo, aut neco. 738. Difficilior. Repone debilior. 741. Forte, fraginatio. 745. Fretat. Repone frenat. 746. Scribe phrygiones, phrygium; et confer Nonium in vestis Phrygia. 748. Fritillum est vasculum perforatum vario usui et tesseris. 749. Lege fundibulum, seu fundibalum. Etymol. I. xiv, c. 6, num. fin., et I. xviii, cap. 10. 750. Intellige fucinat, a fuco. Papias, fascinat. Pro impedit, al., impedit. 751. Semlerus, fulca, cubilia, sunt, etc. 752. Rustici; forte, Etrusci. 753, 754. Semlerus, culina, culinare, omisssis aliis. Sed bone est fucina, aut focina, a foco. Itali forna-
- [745] Fretat, regit, coerct. Frigiones, genus vestimenti. Galera, stricta glutino. Galeros, calamancos. Galerum, pileum pastorale, quod de juncu fit. Galgulus, baca, ruptiv. [770] Galivit, peribit. Gallarius, cedo. Ganzia, occulta loca, et subterranea. Gaunaca, gaunaca. Gaunatrices, duorum fratrum usores. [775] Gellonem, baucalem. Gemina, peristromata. Gemini, aquigeni. Gemmades, id est, mulieres lucas dominicæ, lingua Gallica. Gemmatum, baccatum. [780] Genialis lectus, quod nuptiarum die sternatur. Genitus, genialis, gratus. Genubium, intrinsum, interiore, domesticum. Gessiae, divitiae. Gestiuncula, res minuta. [785] Gesuun, hasta, jaculum, bacis. Geta, Gothus. Getage, garrit, Gothicæ loquitur. 463 Geti, Goths. Geminarium, lavacrum. [790] Giryllius, rota hauritoria. Gisina, angulus.
- Gaharus, insulsus, barbarus, unde gabares mortuorum. Gaberina, arca. Galbares, mortuorum condita corpora. [765] Galenum, vas vinarium. Romanæ antiqui dixerunt calenum vinum.
758. Forte, suracu'a; al., foraculum, ut n. seq. 759. Alii, perforaculum terebra. 760. Melius, futilis, vel futile. 761. Festus, futare, arguere, unde consultare. 762, 763, 764. Haec tres glossæ eodem pertinent. Vide Rosweydem in Onomast. Semlerus accipit insulæ pro salitus, et delet barbarus. Scribitur etiam gabbarus, gabares. In glossis mes. gabator, homo jocosus. Fortasse hinc Itali gabbare pro decipere dicunt. 765. Galenum, vel calenum potius. 766. Forte, galea. Itali et Hispani triremes vocant galeras.
767. Rosweydis, galeros, camelauchos. Hinc camaro. Adisis Macrin in Lexic.
770. Gravius, gallulat, pubescit.
771. Galla coria pertinetuntur.
772. Scribe, ganea, ex Etym. I. x, ganeo, etc.
773. Forte galnapis, pro gaunaca, ex regula Monach., cap. 13.
774. Corrigere janitrices, ex Etym. lib. ix, cap. ult., num. 17, et infra, num. 844.
775. Gellonem, seu gillonem, Hispani vocant canilon. Vide Rosweydem. Est vasis genus.
776. Forte, gemmata peristromata.
777. Aquigeni; rectius, aquigeni.
778. Grævius, gymnades, mulieres Lacedæmoniæ, lingua Græca.
781. Geniatus. Hinc Barthius, p. 1425, apud Statuum reponit moles geniata, pro moles gemmata. Alii, moles geniata.
782. Restitue genuinum, intimum, interiore, etc.
783. Gessiae. Scribe, Gaze.
786. Vide Historiam Gothorum, initio.
787. Alii, Getice garrit; al., getal, garrit.
789. Loco suo nota est glossa. Grævius putat gemina lavaca, virorum et mulierum, geminarium dici; Semlerus, ænarium, pro geminarium.
790. Gyrgillus scribendum, ex Etym. I. xx, c. 45, n. 2. Vide infra, n. 848.
791. Grævius, gonia; alli alia, ut n. seq.

**Cissium**, *labium, terminus, finitio*.  
**Glaucia**, *viridis*.  
**Glebo**, *rusticus, arator*.  
[795] **Glorium**, *torpenter, stupidum*.  
**Glirius**, *sonnolentus*.  
**Glis**, *glitis, humus tenax*.  
**Gnabat**, *natus, generatus, filius, creatus, vel enixus, lingua Gallica*.  
**Gnava**, *fortiter exequitur*.  
[800] **Gorriones**, *cum errore sonantes*.  
**Grandias**, *offas carnis*.  
**Grassus**, *setosus, pilosus*.  
**Gremia**, *siccamina lignorum*.  
**Grippus**, *superbus, cervicosus*.  
[805] **Grumulus**, *ager tractus*.  
**Gulosus**, *tabernio, popinatore*.  
**Gumba**, *cunens, cripa*.  
**Gumma**, *tegorium*.  
**Gurdus**, *lentus, inutilis*.  
[810] **Guttur**, *glutum*.  
**Gutturia**, *gutturis inflatio*.  
**Guva**, *ventuosa*.

**H**

**Hamatores**, *piscatores*.  
**Hapsum**, *vellus lanceæ*.  
[815] **Hareolus**, *juncundus*.  
**Harpyia**, *virgines volatrices*.  
**Hause**, *sine circuitu*.

**Haustrum**, *rota, hauritorum, qui et gyrgilius*.  
**Hebira**, *lorica*.  
[820] **Hemosus, odium**.  
**Herbitium**, *locus in quo herbae nascentur*.  
**Herculanus**, *eunuchus*.  
**467 Hercule**, *salvum*.  
**Herenicas**, *antiquas*.  
[825] **Herma**, *proditus, castratus*.  
**Hernia**, *castratio*.  
**Hernia**, *ratio*.  
**Hernia**, *castratio*.  
**Heti**, *folia quatuor suere de exemplari*.  
[830] **Hidrinis**, *serpentinis*.  
**Hilo**, *aquilo*.  
**Hippitare**, *oscitare, badare*.  
**Hirigis**, *funibus*.  
**Hirnia**, *ramex*.  
[835] **Hiscire**, *desinere*.  
**Holitor**, *horticola*.  
**Hormula**, *statua sine manibus*.  
**Horripilatur**, *horret*.  
**Hortilio**, *horti custos*.  
[840] **Hostit**, *æquat, adplanat*.  
**Hostitor**, *janitor, portitor*.

**I**

**Jacentia**, *subciva, reliqua*.

**Jactuarius**, *qui frequenter saeturam patitur, id est, damnum*.  
**Jauitrices**, *duorum fratrum uxores*.  
[845] **Ibalia**, *maris habentia*.  
**Iciun**, *quasi exitus nullo remanente*.  
**Ignarius**, *ignem continens*.  
**Ignitor**, *ignitus*.  
**Ilis, fas, illicet**.  
[850] **Imbulus**, *ab ambulando, ambulatorium*.  
**Immadescit**, *bibendo totus infunditur*.  
**Immorsus**, *jejunus*.  
**Imo Hercule**, *imo salvo*.  
**Impartes**, *expertes, sine parte*.  
[855] **Impetibile**, *improbum, salvum*.  
**Impliseret**, *implicaret*.  
**Inabstinentes**, *impatientes*.  
**In ante diem**, *in ipso die*.  
**468 Inasta**, *sancta, pulchra, clara, splendida*.  
[860] **Incaeniare**, *stupere, cessare*.  
**Inenis**. Plaut. Catina. *Incenem ex ædibus*.  
**Incentiva**, *aculei vitiorum*.  
**Incipiat**, *illudit*.  
**Incite**, *ultima conditio fortunatum*.

793. **Clirium**. A glire.  
798. **Forte**, *gnabat, generabat, gnatus, natus, etc.*  
800. **Grævius**, *gorgones cum terrore spectantes*.  
**Semlerus**, *Gorgones terrorem sonant. Hispanice gorriones sunt passerines, de quibus fortasse glossa*.  
803. **Gremia**. Lege *cremia*, ligna siccata.  
804. **Cervicosus**. Al., *conviciosus*. Sed *cervicosus* videtur sumptum ex dura cervice, quæ pro superbia accipiatur.  
805. **Forte, agger, stirpes, pro ager, tractus**.  
807. **Gumba**, *lege vel intellige cumba, catacumba; et crypta pro cripa*. **Grævius**, *cuniculus, pro cunus*.  
808. Al., *guma tectorium*; al., *gumba, tugurium*.  
809. Nunc Hispanis *gurdus* (*gordo*) est crassus, olim erat stolidus; convicium in hostes. Barthius, col. 1667.  
810. **Forte, glutus, guttur**. Inde *glutire*. Scribitur etiam *glutus*.  
812. Al., *gutteria*; al., *gutturna*. *Guttus* est vas angusto collo. Hinc *gutto* apud aliquos Italos pro vase.  
813. **Ventuosa**. Melius, *ventosa*. Vide Etymol. I. IV, c. 11, n. 4. **Guva**, etc.  
814. Supra *apsum*, n. 120. **Forte, agni pro lancea**.  
815. **Scribe, hariolus juncundus**.  
817. **Semlerus**, *vel ause ab audendo, vel reapse*.  
818. **Supra**, n. 790.  
819. **Forte, herbida loca, sine interpretatione**.  
820. **Forte, exosus, pro hemosus, vel hainosus, unde Gallicum haine**. Vel conjungendæ glossæ, *herbida, herbosa, herbosus, herbitum, omisso odium*.  
822. **Eunuchus**; al., *εὐνοῦς*; al., *εὐνοῖς*; al. *no-dus*, sine explicatione.  
823. **Salvum**; malim, sane, aut *salvus sim*.  
824. **Herenicas**. Melius *excerpta, heroicas*.  
825. **Forte, hermaphroditus, castratus**.  
825. **Seqq. Hæ** glossæ ex præcedenti corruptæ videntur.  
829. **Heti** corrupta vox; reliqua librarii verba sunt, qui lacunam indicavit.  
830. **Scribe hydrinis**.

831. **Hilo**; al., *hierax*; al., *hilio, sive helluo, vel aquila, gulo*.  
832. **Supra, exippilare**. Pro *badare*, Semlerus *hiare*. Sed *badare* comprobatur ex Italico *sbadigliare*.  
833. Alii, *hirritus*, de canibus; al., *harpagis, funibus*.  
834. **Hirnia**. Scribe *hernia*.  
835. **Grævius, herciscere, dividere**. Semlerus, *hiscere, discedere*.  
837. **Lege hermula**.  
840. **Hostire** propriæ est gratiam referre, rependere. *Adplanai* fortasse ab alio adjectum fuit.  
841. **Rectius, hostiator**.  
842. **Subciva**. Repone, cum *Excerptis, subseciva*; lib. xv Etymol. cap. 13, num. 15.  
843. Melius *Excerpta, jacturarius*.  
844. Vide num. 774.  
845. **Grævius, Ibis, avis Ægyptia**. Semlerus, *Halcion, maris avicula*. Omitto plures hujusmodi divinationes.  
846. **Iciun**. Cerdæ, *exitium*.  
847. Joannes de Janua exponit *socarium*.  
849. **Grævius, illicet, ire fas**.  
850. Etymol. I. xv, cap. 2, n. 26. *Imbon*, etc.  
852. **Immorsus**. Ex Horatio, sat. 4 lib. ii. *Flagitat immorsus refici*, ubi alii aliter legunt.  
853. **Legendum, Hercule, imo, salvus sim**. Supra, num. 823.  
857. Al., *impatientes, inabstinentes, vel impotentes, inabstinentes*.  
858. **Muretus**, lib. ii variar. lect. conjungi vult inante. Inde Itali innanzi. *Inante diem iv Kalend. est in ipsum diem iv Calend. Vide lexica*.  
859. **Inasta**. *Excerpta, inacta*. Alii corrigunt *inacta*.  
860. Al., *incaeniari*; al., *incænare*. Cerdæ *stupere explicat* de stupiditate ex delirio, quod ex eo eveniat, si quis jejunet. Semlerus hic *stupere et cessare dentium esse ait*. Scribitur *cæna, coena, et cena*. Hinc illico *incenis*, pro *incenato*.  
862. Lib. x Etymol. num. 131. Est autem *incitum* ab *incendo*, etsi alii malunt ab *incitando*.  
863. *Illudit*. Lege *includit*. Hispani *cepo, a cippo*.  
864. Lib. xvii Etymol. cap. 67. *Calculi partim, etc.*

[865] *Inclinis, incumbens.*  
*Incoma, mensura militum.*  
*Inconcessum semen, illicitee nuptias.*  
*Incuba, qui res alienas tenet.*  
*Indoles, spes in puer.*  
[870] *Indubie, indumentum.*  
*Indubias, belli intervallum, id est, pax bello manente.*  
*Indubies, pax bellum manens.*  
*Induciarii, vestiarii.*  
*Inducit, charaxat.*  
[875] *Industriare, decere.*  
*Inesis, segnis, piger.*  
*Insula, sacerdotalis vitta, et administratio judicialis.*  
*Infaria, non fatua, salsa, aut fuitum efficit.*  
*Infelicare, affigere.*  
[880] *Infiduciare, impignerare.*  
*Inforare, in foro placitare.*  
*Insulat, propitiat.*  
*Ingraminat, in gramina rumpit.*  
*Inivum, injurium, vel contrarium.*  
[885] *Injux, bos, nundum jugo juncus...*  
*Initiabant, nomen dabant.*  
*Inlethalis, immortales.*  
*Inlugem, in tactus.*

866. *Incoma, incomæ.* Scribitur etiam *enoma*.  
867. *Grævius restituit, Inconcessus Agnentus, ex Virgilio.*  
868. *Semlerus legit, incusat, qui, etc.*  
870. *Scribendam, induvis; lib. xxi Etymol., cap. 4, n. 47.*  
872. *Recte Grævius, inducæ, pax bello manente;* lib. xviii Etymol., cap. 4, num. 44.

873. *Lege industarii.*  
874. *Charaxat; id est, delet.*  
875. *Forte, docere.*  
876. *Inesis; al., inors; al., invertiens; al., inves ut deos; al., invers; al., inersions.*  
877. *Et administratio judicatis. Deleti haec judebat Grævius, quæ recte Semlerus exemptis tueruntur.*

878. *Videtur legendum in futu, non futua, salsa.—Infaual, futuum efficit. Ut ejusdem verbi due exprimantur convariae significaciones.*

879. *Forte, difficultate, hic, et apud Plautum.*  
881. *Inforare. Simile est incomidiare, in placitare, pro in conventu dicere. Ab incomitiare fortasse italicum incominciare, et Hispanicum comenziar.*  
883. *Insulat, in insulis est, de sacerdotibus. Vel insulat hostiam.*  
883. *Rumpit, Papias, erumpit.*  
884. *Insumma Semlerus, iniqtum. Postesse inhibitum, ad inhibeo.*  
885. *Edet, iuga, pro yugo.*  
886. *Grævius, initiabant, consecrabunt; al., evanibabant pro initiantu.*  
888. *Grævius, Mætrum, quadrarem in futu. Posset omitti squalorem. Alli, illatus in tactu.*

890. *Editi, in popularia.*  
892. *Corrigere, instituere, grabati resticulae.*  
895. *Forte, infilum, filum lacernarum.*  
894. *Pro chorde Grævius chora, χώρα, regio, et rejicit qua frequentius est: pro his Semlerus, qua Græcis terra est. Interamnia (Terni) in Italia civitas est ita dicta, quod existat inter duos amnes. Grævius intelligit de parte Ægypti circa Alexandriam:*  
895. *Interlectus. Lege, interpolatus, vel interlatus.*  
898. *Lib. xv Etymol., cap. 9, n. 2. Intervalla sunt, etc.*

469. *In palam, aperte.*  
[890] *Inpopularis, inusitata.*  
*Insiciale, jus.*  
*Insitum, gravata, rusticula.*  
*Intellonem, solles lucernarum.*  
*Interamnia, chorda, qua frequenter est inter amnes.*  
[895] *Interlectus, intersedatus, varie per intervalla fuscatus.*  
*Internecces, mors, jactura.*  
*Interpolis, vestis que ex vetusta fit quasi nova.*  
*Intervallum, medium inter fossam et murum.*  
*Inventria, facilis ad inveniendum res.*  
[900] *Jocista, qui verbum jocatur.*  
*Inguvium, servitus, captivitas.*  
*Ipparius, aurigarius.*  
*Istre, secto.*  
*Jugit, milvus cum vocem emittit.*  
[905] *Kalea, fascia.*  
*Junceum, lectio.*  
*Juraticus, scholasticus, legisperitus.*  
*Juria, juramen.*  
*Jussoriamem, praesepcio.*  
[910] *Jutia, lactare.*  
*Juvenestres, sortes viri.*

**K**  
*Kære Cæsar, amicos.*  
*Kni, cancellæ.*  
*Kaii, cancelli.*  
[915] *Kalones, galteæ militum.*  
*Kaniser, senex.*  
*K Pax, memoriosus.*  
*Karibis, furca paenalis, alias Karibis.*  
*Kartulum, quo mortui efferuntur alibi.*  
[920] **470 Katulum, in quo mortui deferruntur, investitum, detritum, seu linteum.**  
*Kuppedinarius, voluptarius.*

**L**  
*Laberna, ferramentum latronum, vel grassatorum, vel surum.*  
*Laberna, gladiator.*  
*Laberna, latro, aut qui filios alienos seducit.*  
[925] *Labina, labrum inferius.*  
*Lacatisinus, laqueus, decipula.*  
*Laciniosum, paucorum, lacernatum.*  
*Lactena, malorum.*  
*Lamiro, blandus.*

899. *Semlerus, inventaria, scilicet tabula, aut simile.*  
900. *Verbum. Grævius, crebro; Barthius, versum, vel verum. A Jocista Hispani dicimus juglar.*  
901. *Inguvium. Grævius, jugum; Semlerus, iugulum.*  
902. *Hipparius esset scribendum.*  
903. *Alii, illustre, sanctum; al., hirsute; setose, al., Ister, Scythæ.*  
905. *Iulca. Scribe, hiulta.*  
906. *Lectile, Grævius, flectile; al., juncata, lac; ex aliis lexicis, juncata, lac concretum. Itali dicunt juncata.*  
908. *Juris juramen; forte pro fusu Jurandam.*  
909. *Semlerus, jussa, jussorum, pro jussorium; al., jussoriamen.*  
910. *Ilic, ut n. 906, juncea, vel juncata, lactaria.*  
912. *Forte, xalpe, ex illo: Cæsar, ave. Pro amato substitui poterit are.*  
913, 914. *Kai, kari, seu kar adhuc in usu est apud Belgas, et Germanos. Semlerus suspicatur haec omnia a k incipientia compendia esse scribendi.*  
916. *Lege, kalones seu calones, galterii militum.*  
946. *Festos. Camar, venex Ocorum lingua.*  
917. *Videretur legendum capaz.*  
918. *Forte, chalybs pro ferrea ferrea.*  
919. *Alii, chartallum; al., capulum, ex lib. xx Etymol., cap. 4, n. 7. Adiui, afferuntur. Quod additur, alibi innui videtur quod alibi scribitur ketulum, ut n. seq.*  
920. *Post déseruntur excidisse putat Semlerus vocabulum francoegermanicum kitulus, vestimentum, etc.*  
921. *Al., cupedinarius.*  
922. *Ferramentum; al., surantium. Mellus est la Verna, scilicet dea surum, pro laberna.*  
924. *Latro; forto, laverrio, ex Festo.*  
925. *Restitue labina, lapsum interfens, ex l. vi Etym., c. 4, n. 4.*  
926. *Alii, lacnungas, ab ellucendo; al., laccus, quod ita scriberetur pro laqueus.*  
928. *Alii, mactena, a macta; al., mactena, mactum; al., lacerna, pallium, ex l. xix Etym., c. 24, num. 44.*  
929. *Burthius, lambrio, vel tamurio, claudus; al., lampiris, splendens; al., lambo, blandior; al., lanio, lanus.*

- [930] *Lamptum, pulpitum, anago-*  
grum.  
*Lancibus, messoris.*  
*Lanistra, lanarius.*  
*Largens, domesticus.*  
*Larna, roriorum.*  
[935] *Latorium, genus navis, sed*  
*larociniorum.*  
*Lates, naves.*  
*Latrunciat, per naves pugnat.*  
*Lautitia, aqua farina conaperas.*  
*Laxamina, habenes.*  
[940] *Lecator, gulosus.*  
*Lecteslitas, qui locutio facit.*  
*Lectistius, statu locuti.*  
*Lectrum, analogium super quo lo-*  
gitur.  
*Leedo, maris aestuatio.*  
[945] *Teno, lector, mediator.*  
**471** *Lenocinator, turpi adulata-*  
*ione funeralitur.*  
*Lenocinialis. Dunatus : Pronuntia-*  
*bat autem cum suavitate cum*  
*lenociniis miris.*  
*Lenocinium, lecacas.*
930. Alii, *lampium ex lampadibus*; al., *testorum*.  
932. *Lanistra pro lanista*, ut *balistra*; sed ali legunt vel *lanistio*, *lanarius*, a *lana*, vel *lanista*, *carnarius*, aut *lanistar*, a *lanando*. Vide l. x Etym. num. 160.  
933. *Forte, larigena, domesticus*, vel *lar*, *genius domesticus*.  
934. Alii, *larva, roriorum*, a voce germanica *rugen*, *insanire*; al., *larva, daemonium*; al., *lar*, *laris, larivum*; al., *larva, monstrum*; al., ex n. 966, *limula*, *terra (pro parta) buc adductum putant larva, roriorum*, seu *luna*.  
935. *Barthius latroconum ex germanico con*, *nave expedita*; al., *latena*; al., *latrocinatorium*, vel *larreum*, vel *litorarium*.  
936. Hic etiam *Semlerus, Historia naves*, sine explicatione. Vide l. xix, Etym., c. 4, n. 27, *Tribaria*, etc.  
938. Ex *Festo*, *lautitia farina appellabatur ex tri-*  
*tico aqua consperso.*  
939. *Ex lasure habenas factum laxamina.*  
940. Mox, n. 945, *tene, tecator*. Statt *teccare lam-*  
*bere*, *lecconem gulosum dicunt. Eadem germanice*  
*ganeo lector dicitur ex Barthio.*  
945. *Lectrum, ex lectorium.*  
944. Vide lib. de ordine creator., cap. 9, cap. 4 seq., cum nota.  
945. Supra, num. 940. Aliqui volunt *locator*, pro *lector*. *Mediator* hic est *conciliator stupri*.  
946. *Forte, lenocinatur.*  
930. Apud *Ptoleatum Jeannine*, apud *Priesciam* etiam alterum diminutivum *lenunculus*.  
934. *Barthius loricatam vestem militarem intelli-*  
*git, a levi acie; alii legunt lacerna; Semlerus, levi-*  
*mentaria, ex lib. xix Etym., c. 22, n. 19.*  
932. *Lebitonarium scribitur l. xix Etymol.*, c. 21,  
num. 24.  
933. Repone *lumbatorium*.  
934. *Libitina pro leetro et morte accipi solet.*  
935. Al., *licens oneris*, vel *operis, pro liber*; al., *imicerius corruptum ex primicerius*; al., *lucernarius, candolabrum*; al., *licini, candida lucernae*, ut *infra*.  
936. Alii, *liniani*; al., *linigeri*, quia sacerdotes *Egyptiorum lino amicabuntur*; al., *vaticinia, pro-*  
*phetiae*.  
937. *Licini vocem germanicam Barthius putat esse; sed conferendus potius Isidorus, l. xvii Etym.*  
cap. 6, n. 25, *ligna dicta*, etc. Et alibi.  
938. Fortasse ita haec concinnanda: *licitator, gla-*  
*dator*. — *Lector, apparitor, occisor*. — *Licentiosus*, cui multa licentia.  
930. *Lentandus, fleetendus.*  
[950] *Lenulus, parvus lector.*  
*Levisata, tunica militaris.*  
*Levitonarium, volobarium, lineum,*  
*sine manicis.*  
*Libatorium, coxale.*  
*Libitina, unde mortui tolluntur.*  
[955] *Licerceris, centurio.*  
*Liciani, propheta.*  
*Licini, candela, lucerna, vel circin-*  
*dilia.*  
*Licitator, gladiator, apparitor,*  
*occisor, cui multa licentia.*  
*Lictus, negotiator.*  
[960] *Limbo, atibi pro invenit.*  
*Limbus, navis piratica, vel clavis*  
*in ueste regia, sive ipsa vestis.*  
*Limfaticus, quod aquam timeat,*  
*quem greci οδροφόες dicunt.*  
*Linistrius, retiarius.*  
*Limina portarum, loca mortuorum.*  
[965] *Liminum, servitium morti-*  
*ram, captivitas.*  
*Limula, larva.*  
*Linarius, retiarius.*
930. *Lictus*; al., *licitator*; al., *licitarius*.  
960. *Barthius scribit vincula, pro atib, inventus.*  
Res pro derelicta habita *linqui* dicitur, et si occupans. Alii, *limbo alibi pro limbus invenitur*; al., *limbo atibi purpure invenitur*.  
961. Pro navi *lembus* scribitur, alio sensu *timbus*.  
963. *Infra, linarius*.  
964. *Gravius, loca martyrum*. Si retineatur mor-tuorum, intelligendum de sepulcris, quae extra portas urbium in viis publicis locabentur. *Semlerus con-jecit limina extiorum*, sine explicatione. Tum *loci mortuorum*, quasi excederit *limina*, seu *littina*.  
965. *Gravius expungit mortiferum*; *Semlerus legit hbitinum, vel illictum, vel liminum, quasi se-junctum a limine*. Alii ex voce *postlimio* conjecta-ras afferunt.  
966. Alii, *lingula parva, scilicet parvula aqua*; al., *limula, pars*; al., *lamia, larva*. Vide supra, *larva, roriorum*.  
968. Alii, *lignicisus*.  
969. Corrigi *linguis trisulcis*, ex *Virgilio*.  
970. *Litorea. Papias, fumaria*.  
972. *Vel littarius, a lite, vel licitarius, ut super*  
*licitator*.  
973. Ex *Nostio. Inde lizimium*; *Hispamico, lomis*. *Barthius, ex Papia liz, caper, colligit liz, hircus*.  
974. Ex *Festo*, *lubetundus*, iter libato ac pro-tine frons. Alii, *lubetundus*, quasi *lumen ambulan-*  
*lans*.  
975. Alii, *lix, aqua*. *Lixus*, qui per nullas ambulant. *Aquans antiqui, etc.*; al., *lixus, aquarii*, qui per, etc.; al., *lixus agmen*, quod per nullas ambulat, antiqui *lixum dixerunt*; al., *liquis, angulus*, qua per nullas ambulant, antiqui *lixum dixerunt*. al., *lixa, aquam qui portat militibus*. Aquam antiqui *lixam dixerunt*.  
976. *Brevilequus, tenuis, eris, postiles aqua*.  
977. *Gravius, tenuis, ex, quod ex tenuo captatur apud urbem Romanam*, *Semlerus, tenuis, tenua, vel a lucis apud urbem Romanam*. Ex *tenuis* est *tenuum*. *dufo*, n. 980.  
979. *Imo, Excerpta sine. Corda, lindierum, sellum*. *Semlerus, lubricum, vorum*; *inde corrupum sellum*, et postea additum sine fossa.  
981. Alii, *lucerna, genus cerilla, vel candela*; al., *lacerna, genus cerauta*.  
982. *Ludarius. A luto. Hispani dicunt lodo, ludazal*. *Cerda, lutesus locus deceplorius*; al., *lubricus*; al., *voluntarius pro ludarius*.  
983. *Barthius, vel lustricis a lustris, vel fidices,*

- [985] *Lugues, lugdinenas.*  
*Luitio, juris verbum.*  
*Luna, sagum quadrum.*  
*Lumbare, subligar.*  
*Lumbones, cingula circa lumbos.*  
[990] *Lumentum, nitrum.*  
*Luna semenstris, luna medii mensis.*  
*Lunatica, quod fit plenilunio.*  
*Lupal, lupanar.*  
*Lusores, falsi testes.*  
[995] *Lustramentum, setor, putor, oleum, fetuentia.*  
*Lustro, vagatur.*  
*Lurore, colore luceo.*

## M

- 473** *Macere fallio, locus circumveniendi.*  
*Mœnit, struit, ædificat.*  
[1000] *Mafories, operimentum capitum mulierum.*  
*Magister, ludi, calculo.*  
*Mais, media, obstetrix.*  
*Maialis, porcus pinguis, quod deæ Mair sacrificabatur, quasi matri Mercurii.*  
*Malarium, pomarium.*  
[1005] *Malce, popino, qui amat in popinas ire.*  
*Manda, deceptio, fraus.*  
*Mandones, ambrones ardentes.*

- Mandratur, cavillatur.*  
*Mandus, vestis virginatis.*  
[1010] *Maniæ, formidinum imagines.*  
*Manifex, monum dans.*  
*Manipulum, qui auxilium dat in bello.*  
*Manius, burceus.*  
*Mannulus, caballus, buricus.*  
[1015] *Mansionarius, ostiarius.*  
*Maniculare, fraudare vel decipere.*  
*Manucalis, porta.*  
*Manua, manipuli.*  
*Manuale, liber ad gerendum aptus, qui enchyridion dicitur.*  
[1020] *Manuale, orarium.*  
*Manublia, iteratio doctrinæ.*  
*Manubiare, vigilare, pernoctare.*  
*Manutius, magnas manus habens.*  
*Mappa, gaujae, tegilla, expiarium.*  
[1025] *Marsiculus, qui cito movetur ad iram. Plautus, quid ait, homo marsicule?*

- 474** *Masortia, marsupium.*  
*Masticina, crocea.*  
*Metapontum, metabula matris.*  
*Mariicularius, pauper, inops.*  
[1030] *Matum est, humectum est, emollium, insectum.*

*Meatum, meo more.*

nt calcite etiam meretrices dicuntur. Confer lib. xix Etymol., cap. 26, n. 2.

985. Grævius, ligues, ligures; al., lugdunes, lugdunenses; al., luceres, lucerenses.

987. Dicitur hoc lumen, et hæc luma. Pro lenæ, lib. ix Etym. cap. 23, n. 3. Alii legunt lumæ; al., lumen. Martinus, lurica, sagum equorum.

990. Lumentum; imo lomentum.

992. Indicatur passio lunatica. Barthius vult quod fuisse; pro quod fit, ut de menstruo mulierum intelligatur.

993. Lupal; al., lupar.

995. Oleum. Legi oïdum, vel oletum.

996. Vagatur. Corrige vagator.

998. Semlerus tentat, macora, macellum, locus, circus veniendi, seu venundandi.

999. Mænia pro quibuslibet ædificiis sumi hinc colligitur.

1000. De masorte, seu mavoris conferendus Rosweydis, in Onomastico, et Isidorus, lib. xix Etymol., cap. 25, n. 4.

1004. Calculo pro calculotor, nisi hoc reponendum. Vide epigramma Martialis 2 lib. x: Ludi magister, etc.

1002. Media; forte, medica.

1005. Pro malce, alii malacus, vel maleus, vel malicio; al., macello, a macellum, ut ganeo, a ganeum.

1006. Martinus, mandra, Semlerus, melius, menda.

1007. Madones, ex mandendo. Vide Nonium.

1008. Mandratur; forte, mendatur, ex menda.

1009. Mandus. Scribitur etiam manus. Vide lib. xix Etymol., cap. 24, n. 15.

1010. Ex Festo, Minæ turpes, etc.

1011. Manifex. Imo, manifer.

1012. Qui auxilium dat. Semlerus, qui vexillum gestat, ex aliis lexicis.

1013. Ex lib. xii Etymol., cap. 4, n. 55. Legendum, manus burricus, vel buricus.

1016. Rectius, maniculare, ex Festo.

1017. Semlerus, manualis, sporta.

1018. Manuæ melius, quam manua.

1020. Orarium, pro sudario.

1021. Grævius, manubia, spoliatio, rapina. Sem-

Mediastinus, balneator.

Mediastinus, in media auctione positus.

Mempanis, torporibus.

[1035] Meraria, popina.

Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi impenso.

Mercedonius, qui solvit mercedem.

Mercurius, lapidum congeries in cacumine collis.

Mergi, corvi marini, fustes, serræ.

[1040] Mergoræ, situlæ, quibus aqua de puto trahitur.

Meritoria, loca tabernaculorum.

Messillus, parvus mos.

Mesopicatum, medium picatum.

Metabulum, prospera Navigatio.

[1045] Metaplum.

Metatores, mansionum preparatores.

Metretia, amphora dimidia.

Militaris, opinatus, id est, regus miles.

Millum, collare canis.

[1050] Minnarius, morio, scutus, malus.

Mincius, ericius.

Miniculo, auxilio.

Minicus, ericius.

Miridicus, mira dicens.

lerus, manuale, litteratio, doctrinale; vel manuale, iteratio doctrinæ.

1022. Manubiare. Martinus, manicare. Grævius, manere. Forte manubiare, a mane, pro pernoctare dixerunt.

1023. Alii, manutus.

1024. Exparium. Vocabatur etiam manupiarium. Grævius nihilominus reponebat sudarium.

1025. Alii, momarsiculus. Al., momar, Siculus, hoc est, apud Siculos, ex Festo. Infra, n. 1058. Momar, Siculus.

1026. Semlerus, masortia sine interpretatione, pro masortia. Tum marsupium, sine interpretatione.

1027. Lib. xix Etymol., cap. 28, n. 8, Masticinum, etc.

1028. Semlerus, metapontus, metabole maris; et corrigit metaplus, us, pro metapontus. Vide n. 1044.

1029. Pauper, hoc est in matriculam pauperum redactus.

1030. Salmasius, in not. ad Vopiscum, legit via matta apud Ciceronem, pro via aperta, et intelligit humecta.

1032. Balneator. Ex Nonio et aliis.

1033. Grævius, in medio astu, hoc est, in media civitate; al., in media actione; al., mediastinus, in media auctione.

1034. Excerpta Pithœi, membranis, tergoribus.

1035. Popina, scilicet ubi merum vænietbat.

1037. Fustes, serræ; Grævius, fasces messoriæ. Martinus, fustes ferrei. Mergus est corvus marinæ, et marculus ferreus.

1040. Mergoræ. Rectius, mergora.

1041. Semlerus legit meraria, ut n. 1035. Sed rectie est meritoria pro taberna meretricum, aut taberna locanda.

1042. Alii, mosculus; alii, mosillus; alii, musculus, pro mesillus.

1044. Metabulum. Semlerus, metaplus.

1048. Conjungi potest, militaris opinatus, veteris miles. Dicitur opinatus, quia probatus, vel quia referuntur ad opinatores, de quibus infra.

1049. Millum, etc., ex Festo.

1050. Minnarius. Corrige, mimarius.

1051. Mox, n. 1053, minnicus. Utrobique Grævius,

- [1055] *Miriones, fantasiarum inanum numeratorum.*  
*Miriones, miratores.*  
*Missilius, qui missilia exhibet.*  
*Momar, Siculus, stultus, qui cito movetur ad iram.*
- 475** *Plautus, Quid tu, o Momar Sicule homo, præsumis?*
- [1060] *Momentanea, duabus lancingibus, et uno in medio stylo æqualiter constat. Est trutina modica pecuniae.*  
*Momentum, stylus quo momentaria inclinatur.*  
*Monacosmum, quod ab uno jumento ducitur, genus vehiculi.*  
*Monopolium, statio, ubi una res venditur.*  
*Monopticus, mimus...*  
[1065] *Monotonus, rigidus.*  
*Moratores, advocati.*  
*Morificando, moram faciendo.*  
*Muginatur, causatur.*  
*Mulcat, percutit.*  
[1070] *Mullitiones, ardianum secretem sive constitutionis.*  
*Mulosus, carniculus rusticus.*  
*Mulsitanter, leniter.*  
*Muna, munera quæ militibus dantur.*  
*Mundialis, homo mundi statu.*  
[1075] *Munia, officia salvationis, vel munera.*  
*Munifer, qui munera fert.*  
*Munificentia, publicum opus.*
- 1055. Numeratorum. In Excerptis, imitatores; forte, miratores, ut statim.**
1057. *Alii, missilius, qui militia exiit.*
1060. *Ermenda momeniana, ex lib. xvi Etymol., cap. 25, n. 4.*
1061. *Rursus, quo momentana movetur. Grævius, quo moveant, trutina movetur.*
1062. *Melius, monacosmum. Schefferus, monachus.*
1064. *Ex aliis lexicis, monopticus, unico casu.*
1066. *Meratores; forte, a litibus protrahendis; vel legendum muginatores, ex n. 1068, ex quo factum causatores, pro quo advocati positum.*
1068. *Ex Nonio et aliis muginari, murmurare, etc.*
1069. *Mulcare cum multicare confunditur; ab aliis distinguitur.*
1070. *Cerda, molitiones, arcanum, secretum, constitutiones. Alii, moles Adriani, secretum Adriani, constitutiones. Alii, munitiones, archivum secretum, constitutiones. Pro constitutiones, alii, sive constructiones.*
1071. *Excerpta molossus, caniculus.*
1072. *Lege, mussitanter.*
1073. *Muna, Imo munia, ut n. 1075.*
1074. *Forte, homo mundi a statu.*
1075. *Salvationis. Salutationis, potius.*
1080. *Cap. 7. Imo lib. vii, cap. 4. Maurini legunt minuscularius, alii minutularius, hoc est, tenuis, et minutus publicanus.*
1081. *Murcinarius, a dea Murcia. Idem murcidus, murcus dicebatur. Confer lexica.*
1082. *Semlerus distinguit, callidus, murmurator.*
1086. *Forte, mussitantum, dubiantum. In Excerptis, mussitat, dubitat, murmurat.*
1087. *Semlerus, muscerda, sterlus murinum.*
1090. *Parva navis. Semlerus, parva mus, vel parvus mus. Vide lib. Etym. xviii, cap. 11, n. 4. Muscus, etc.*
1091. *A mus est musio, felis, musarius, musea, musia, musæ, etc., ut num. seqq.*
1094. *Alii, musticula. Supra, muscipula.*
1095. *Quid hic glossator annotaverit, incertum. Fortasse innuit mutelum esse russum, quod ante fuit*
- Monitoria, præcinctoria.  
Monitoria, succinctoria.  
[1080] *Munuscularius. Augustin. de Civit. Dei c. 7.*  
*Murcinarius, mutilius.*  
*Murgiso, callidus murmurator.*  
*Murilegus, calus.*  
*Murrat, murmurat.*  
[1085] *Murrire, clamare, proprium murium.*  
*Musarum, divinantum.*  
*Muscarde, sunt cusmorinum.*  
*Muscipula, capitula.*  
*Muscipulator, deceptor, alterplex.*  
[1090] *Musculus, parva navis.*  
*Musea, nidi soricum.*
- 476** *Musie, nidi soricum.*
- Musarius, quia per musa querit.*  
*Musicola, machina ad stringendos mures.*  
[1095] *Mutelus, post Ruffus, ante Rubrum.*
- N**
- Nabita, nancia.  
*Nagare, vacillare, huc et illuc fluctuare.*  
*Nardum pisticum, chrisma sine impostura.*  
*Narici, bruti.*  
[1100] *Nario, subsannans.*  
*Nasale, ornamentum equorum.*  
*Natinari, negotiari.*
- rubrum.**
1096. *Forte, navita, nauta.*
1097. *Semlerus, nacare, seu naccare, a naca fallo-ne, qui laborans fluctuare videtur, vel nacare, vel nutare.*
1098. *Sine impostura, hoc est, sine admitione alterius, ideo pisticum, sive fldele.*
1099. *Grævius, Naryci, Bruci, quia Naryci ad Brutios venerunt; alii, narci, bruci, vel brucos, quorum nares semper stillant, ex Joanne de Janua.*
1100. *Subsannans; al., subsannator.*
1101. *Ornamentum, quod nasum protegit.*
1102. *Forte, aginari, aut agginari, ut supra aggi-nantes.*
1103. *Alii, nanopagus.*
- 1105, 1106. *Haec et sequens glossa ex navarchus corrupta.*
1107. *Dianæ; alii, damæ; alii, Dianæ, quæ cum cervino (corio) pingitur, ex Servio et Virgilio.*
1109. *Seinlerus, nebulatum, semivivum, vel necoleatum sine coleis, vel Nicolaum, crustulum; quia Augustus Nicolai nomine appellabat quoddam placentæ genitus, quod Nicolao Damasceno placebat.*
1110. *Grævius, nefandus, nefarius.*
1111. *Consentient alia lexica; a nefrendes, porci vix a lacte amoti.*
1112. *Nervicus; al., nerviceus.*
1113. *Alii, netorium, et fusillus, pro fusile.*
- 1114, 1115. *Corrige, nivatus, nivata.*
1116. *Nicolaus, an mimulus? Vide, supra, Necolatum.*
1117. *Augustus dactylum palmarum fructum nicolam vocavit.*
1120. *Niniucus; forte, nimius.*
1121. *Grævius, næniosus. Hispanice niño puer diciuntur.*
1122. *Legendum, mimarius.*
1123. *Semlerus, nitellæ, nitores, parvi nitores, dñminutibum.*
1124. *Nitru; al., gnatura, vel natura; al., nizara.*
1125. *Forte, nexe, unite.*

**Mutatoeas**, tabernacula quae sub mento caprae sunt.  
**Nominosus**, famosus, celeber.  
**Noñnula**, res ad capiendas aves.  
**Non putativum**, non est dubium.  
**[1450] Norax**, pessimal, criminosus.  
**Notarius**, scriptor, charazarius.  
**Notitia**, notitia.  
**Nugigerulus**, turpilo numerus.  
**Nugator**, qui portat rugas.  
**[1135] Nullatenus**, nulla ratione.  
**Numida**, qui vendit herbas, vel qui ab aliis pecora est vendendum.  
**Numeria**, dea numeri.  
**Neptant**, nebrant.  
**Nuptiorum**, domus, et locus nuptiorum.  
**[1140] Nutinare**, corpore, ingenium, genitura.

**O**

**Obſibulare**, conclaudere, circumdatare.  
**Obicula**, parvus obes.  
**Obilat**, limpidus.  
**Oblogat**, increpat.  
**[1145] Obailias**, mares.  
**Obsolitus**, pollitus, inquinatus.  
**Obtundit**, obcœsat.  
**Obtunus**, stultus, vel stolidus.  
**Obtunsus**, obcœcatus.  
**[1150] Obualium**, undique munitionis.  
**Occa**, rastrum.  
**Occamen**, contio.

**Occentare**, male ominari.  
**Ocristrio**, tabernaculum.  
**[1155] 478** Œs, insania.  
**Offendices**, nodi quibus libri signatur.  
**Offex**, impeditor.  
**Officialis**, sacrorum minister.  
**Officerdi**, qui sat laboris non habent remunerationem. Catoni quoque dicuntur Officerdi.  
**[1160] Ogit**, moritur.  
**Olacitas**, fetuientia, olor.  
**Olax**, oïdus.  
**Olerario**, olera plantare.  
**Olographa**, omnium rem propriam.  
**[1165] Olovitreum**, totum vitreum.  
**Omentum**, mappa ventris.  
**Operatio**, clavis a persolla dictum.  
**Opinatores**, existimatores, vel arti militares.  
**Opinax**, manifestus.  
**[1170] Opinosa**, ingentia certamina.  
**Oppilago**, curcilla.  
**Oppito**, sospito, valde saluto.  
**Orcinus**, morte manumissus.  
**Ordnatus miles**, qui in integro ordine est, vel numero.  
**[1175] Urge**, occide.  
**Oricus**, loquax, qui magnum os habet.  
**Originarii**, vernacuti.  
**Oripi**, amens, turba hominum.

**Orispex**, orarum inspector.  
**[1180] Ovispex**, ovium inspector.

**P**

**Pado**, vehiculum anius rotæ cum b.  
**Pabulator**, pastor, qui bubus pabula præbet.  
**Pabulatior**, pater, qui præbet pabula.  
**Pactario**, plantario.  
**[1185] Paculum**, sacculum, pasco-lum.  
**Pagæ**, memoria sine idolis.  
**479 Paganitus**, ut occultus.  
**Paxit**, aut palum agit, aut citharam tangit.  
**Pagula**, frena.  
**[1190] Pagus**, collegium, curie.  
Παλαιὸς μωρὸς νίον φρόνμου ἀντικεῖ.  
**Pala**, dolosus, fallax.  
**Palla**, latubus.  
**Palinosus**, victoriosus.  
**[1195] Palpites**, qui ducunt cœcos.  
**Palenni**, murum, vel fastigium.  
**Paludatis**, mantuatis.  
**Panarium**, vestis pastoralis.  
**Panarium**, excipulum.  
**[1200] Panchra**, rapina.  
**Pandex**, qui semper pandit ora ad potandum.  
**Paneygrycis**, laudabilis.  
**Paneygrycus**, hinc in promptu dicta.  
**Panera**, rapina.  
**[1205] Panglare**, laudare.

**1126. Apud Festum**, noneolæ, vel noneoleæ; forte, nucula. Pro capræ Edili, capte.

**1128. Semlerus**, nasicula, a nosa, vel nubecula, quia nupila nubes Graeco est res pro avibus.

**1130. Norax**, Corrige, noxæ, vel noxiæ.

**1132. Noxitæ**; forte, nositiæ, aut noxæ. In Excerptis, noxit, noceat.

**1136. Qui vendit**; forte, qui mandat, vel necessitum, et ad mandendum, pro ad vendendum.

**1137. Dea numeri**, que pueros numerare docet.

**1139. Aedificia** aequaliter destinata nymphæ Ruum vocabantur.

**1140. Nutinare**. Cerdæ, naturæ. Semlerus, complectib, pro corpus. Grævius, genitalia, pro genitura.

**1143. Grævius**, oblimat, ex Constantino.

**1144. Oblogat**; al., oblegat; al., objurgat; al., reu-nent, oblogat, a logos.

**1145. Videtur** legendum pœlhus, mares. De his duobus populis Plinius, et lexicographi. Etsi serpen-tæ non nocebant.

**1146. Melius obsoletatur**, cum Excerptis.

**1148. Obtunus**; ita nonnulli, pro obtuso.

**1150. Grævius** restituit, obvallatum.

**1152. Contio**, Martinus, centuo, scilicet ghe-harum.

**1154. Cerdæ**, recte, concistro.

**1155. Œs**. Grævius, æstrum.

**1156. Signatur**. Cerdæ, ligantur.

**1158. Offex**. Ab officiendo. Alii, officio; al., obex.

**1159. Sacrorum**. Semlerus, officiorum, vel sacro-rum, ob ecclesiastica officia.

**1159. Alii**, Officerde.

**1160. Ogit**. Corrige obit.

**1164. Martinus**, recte, annia manus propria; sic ill. v Etymol., cap. 24, n. 7, Holographia, etc.

**1166. Mappa**. Alii, membrana. ex l. xi Etymol., c. 1, n. 130, Omentum, etc.

**1168. Cerdæ**, oppressatio, clusio, a pressu dictum. Grævius, operculatis, clusis, ab overculis dictum. Alii, oppressatio, clusio, a pressu dictum.

**1168. Vel arte**. Semlerus, vide ante, ut remissa-mur ad litteram M verbo Militaris.

**1170. Forte**, opinosa certamina, impensis.

**1171. Supra**, n. 508. Curcilla, oppilago. Semlerus, pro curcilla, reponit surcilla, hoc est, juncta adiuncta minora ligna mercimoniis oppilata, impieta.

**1172. Oppito**. Legi oppido, et dele sospito, saluto, aut alio transfer.

**1173. Reinescas**, urge, occide; ut sit clamor militum irruentium. Semlerus, eras, vel oreas, sine interpretatione; et occidit, portier sine interpretatione.

**1176. Forte**, eritus.

**1178. Legendum** videtur crypto, cuneus. Additum turba hominum, quia hoc est alia significatio verbis cuneus. Vide supra, genita.

**1179. Intelligo horispex**, horarum.

**1181. Intellige pavo**.

**1184. Grævius**, pectoris, plantorio. Semlerus, pagatio, plantatio.

**1185. Parulum**. Rutgerius, phæsculum.

**1186. Semlerus**, paga, marmores status, idola; quia paga idem est ac figura. Véli potius, pagani a nemore, vel idolis.

**1187. Alii**, vir pro us. Semlerus, paganus cultus sine interpretatione.

**1188. Semlerus**, aut cithara pangit, videlicet versus.

**1189. Alii**, repagula, frenæ; al., sera pro frenæ.

**1192. Legi pellax**, cum Excerptis.

**1193. Grævius**, pallæ lugubres; forte, pallæ pœlæ, lugubres. Ex Nonio.

**1196. Corrige**, pluteum, pro pallium.

**1197. Vide lib. xiiii Etymol.**, cap. 24, n. 15. Man-tum, etc.

**1198. Alii**, permenicum; al., perniæ.

**1199. Excipulum**, quia panes excepit.

**1200. Panchra**; infra panera, et panora, memloose. Vide Nonius et lexica, verbo impancrare. Semleru-su-huc trahit ex Fesso, pancarpia coronæ.

**1201. Alii**, pandoz, alii pando, alii panex, ex Plauto, pro intestinis; unde Hispani, panza; alii, pandæ.

**1204. Panera**. Iam panchra, ut supra, vel panora.

- Panera, rapina.  
 Pansa, qui ambibat pedibus in diversa tendentibus.  
 Pantapola, simpliciorine.  
 Pappas, paedagogus, qui sequitur studentes.  
 [1210] Parapsides, suffusoria.  
 Parapsis, granaria, vel catus.  
 Particus, negotiator, qui partes vendit, qui insitor et agomannus dicitur, eo quod in diversa manus agat.  
 Partiliter, divisio, per partes, distribuite.  
 Pastam, praelaram.  
 [1215] Pastorum, atrium templi, aut sacrarium.  
 Pastorium, alviale templi, vel safarium.  
**480** Patago, genus mortui.  
 Patercularius, a patereculo.  
 Patibulum, res pat. no.  
 [1220] Patravit, patrem fecit.  
 Patri's, patriæ.  
 Patreus, vitricus.  
 Paximalum, panis subeineritius.  
 Pecuosus, qui multa pecora habet.
- [1225] Pedana, æ, pedales novus, qui caligæ assuntur.  
 Pegaso, homo joculator.  
 Pelagus, praebitum.  
 Pelops, qui habet uxorem et amicam.  
 Poncina, lacinia, vel stola.  
 [1230] Penita, aula regia.  
 Pennum, bis acutum.  
 Percartapere, ente dividere.  
 Pereratapet, valde tredet.  
 Peripsima, media planta pedis.  
 [1235] Pero, calceamenta pilosa.  
 Persolerenter, assidus.  
 Perula, extrema pars nasti.  
 Pessimus, verbosus.  
 Pestinicus, violentius.  
 [1240] Pestimentum, qui pestem nutrit.  
 Pestiliter, demisse, diffise.  
 Petitius, qui frequenter petit.  
 Petulus, equus, qui habet albos pedes.  
 Phascuta, perna, petaso, petatur-enus.  
 [1245] Phago cibus; unde φάγος ἡμέρας, ἄπτος καὶ τυρός καὶ οἶνος,
1206. Panora. Lege ut supra, panchra.  
 1207. Ambit. Corrigere ambulat.  
 1208. Emenda pantapola, seplasiarius.  
 1209. Alii, papas. Etiam in Actis martyrum hoo sensu occurrit.  
 1210. Suffusoria. Grævius exponit jus, condimentum, obsonia. Semlerus vasa, unde suffunditur jus-culum ad cibos inter oenandum. Alii scribunt paro-psides.  
 1211. Simeondus et alii legunt, paropeis gavata, vel catinus. Vide lib. xii. Etymol., cap. 4, num. 10.  
 1212. Partitus; alii, partiarius; al., particularius; al., pararius. Pro qui partes, Grævius, qui per partes. Pro agomanus, Reinesius dragomanus. Semlerus, aginans, seu aginator, ut supra verbo mercator.  
 1214. Praæclara. Grævius, apragna, ex Scholastæ Juvenalæ. Semlerus corruptam glossam ponat ex pastophorium, atrium.  
 1216. Legendum pastoforium, seu pastophorium, alveale templi, vel safarium. Intra occurrit safarium, atrium.  
 1217. Festus, patagus, genus morbi. Sic etiam Excerpta Pithœi, ubi allegantur Theophrastus et Plinius. Reinesius volebat petigo.  
 1219. Forte propositum, vel peribulum, ex notatis ad num. 304. Salmasius suspicatur olim scriptum peribulum, ex quo alibi mansit patibulum, alibi perribulum; sed præfert peribulum.  
 1220. Fecit. Grævius, egit.  
 1221. Forte, pater patriæ, sine interpretatione.  
 1222. Patreus; alii, patrous, ex Græco.  
 1223. Paximatum; alii, paxamatum; al., pastimatum. Plura neque alibi obvia de hoc pano Rosweydenus in Onomastico.  
 1225. Pedalis. Rosweydenus, pedulis. Alii, pedalis nodus; al., pedica, laqueus, pro pedalis novus. Confer lexica.  
 1226. Pegaso; alii, petaso, ut fuerit perna, petaso; tum corruptum, verna, petaso, joculator.  
 1227. Alii, protuvium; al., perluvium; al., percutitum.  
 1228. Pelops; forie, pellicator, vel pellicatus. Vel pelops sine interpretatione; tum pellex, viri, qui habet uxorem, amica.  
 1229. Alii, pavula, lacerna, vel stola.  
 1230. Semlerus distinguui, ania, regia.  
 1231. Videtur supplendum, pennum, acutum, bipennum, bis acutum.  
 1232 et 1233. Semlerus has glossas enatas arbitratur ex hac unica, pericedor, valde tredet.
- [1225] Pedana, æ, pedales novus, qui caligæ assuntur.  
 481 Phytacteria, carmina.  
 Pictatum, epistola brevis, et modica.  
 Pictationcula, membrana.  
 Pictiones, quæ vendentes vincere in pictura.  
 [1230] Pigella, artopta, genus vasis.  
 Pilasca, vas cinarium ex corio.  
 Pilax, murilegus, catus.  
 Pileum, calumatum.  
 Pilicrepus, qui pila ludit.  
 [1235] Piludins, qui polotello ludit.  
 Piliones, portiores mortuorum.  
 Pilumen, quidquid in pila tunditur.  
 Pindæ, pinæ dictæ sunt a pendendo, sed usus obtinuit, ut pinæ dicantur.  
 Pinnirapi sectatores, gladiatores, quod pinnas rapiunt.  
 [1240] Pipilare, resonare.  
 Pipunculus, occipiter, acceptor.  
 Pipuli, convicio plorati.  
 Pissago, pix liquida.  
 Pissemia, speculator.  
 [1245] Pitigmata, causia.  
 Placor, tranquillitas.
1234. Peripsima; al., peripsemia; quod alli calceatum dicunt, alii tersonum.  
 1235. Pero. Melius, perones.  
 1237. Lege pirula, ex lib. xi Etym., cap. 4, n. 43. Margarita; etiam vocantur pirulæ, aut perulæ, Hispanice perfas, ex pilula, parva pila.  
 1238. Martinus verbosus mutat in perversus. Semlerus supplet ex glossa, littera V: Verbosus, nugator pessimus.  
 1239. Pestinicus; Emenda pertinacius, ex Excerptis.  
 1240. Alii, pestinuntius.  
 1241. Semlerus, partiliter, divide, rejecto dimissa.  
 1243. Alii, petitis. Vide Festum et Nonium.  
 1244. Grævius, phascola, pera.— Perna, petaso.  
 1245. Corrigere phagos pro phago.  
 1246. Garmina, hoc est, incantationes.  
 1247. Scribitur etiam pitacium, pitacium, et pyta-cium, posteriori ævo petia. Inde Hispanica pedaco. Vide Nosweydenus in Onomastico.  
 1249. Semlerus, pictiores, qui videntur vincere in pictura.  
 1250. Semlerus legit tigella, artopta, germanico idiomatico.  
 482. Pitaso; lib. xx Etymol., cap. 6, n. 2. Phiteæ, etc.  
 1253. Pilax, a pilo, furor, expito; Hispanice, pillar, pillo.  
 1253. Calamaucum; alii, caneluticum; Hall camaro. Consule Macrum in Hierolexico.  
 1254. De pilicrepo, mûla Lipsius ad Seneca epist. 56, et alii.  
 1255. Polotello; imo pilotello, a pilo.  
 1256. Pilliones. Corrupsum ex vespillones, vel ex polinctores.  
 1258. Pro pindæ reponendam pentue.  
 1259. Sectatores. Emenda sectores, et confer lib. xviii Etymol., cap. 55. Nonnulli gladiatores pinnas, ut milles in gallo, gestare solebant; hinc pilicrepus.  
 1260. De gallinis dictum pipare, pipire, pipiare, et forte etiam pipilare.  
 1261. Carmen de philomela. Accipiter pipat. De accipitre, seu acceptore, Isidorus, lib. xii Etymol., cap. 7, num. 55, cum nota.  
 1262. Semlerus, pipulo, convictio, plbratu.  
 1263. In aliis lexicis rectius pistraigra ex Græco.  
 1264. Vetus lexicon, pisema, specular. Semlerus conjicit, pissazera, pix siccata, vel pissumor, pice lenor, vel pissacium, e pice tabula.  
 1265. Variae sunt conjecture. In Excerptis, pitig

- Plautos, auribus gracili corpore.** **Prærogator, dispenseator.** **Propala vendenda proponens.**  
**Plaria, dilucida.** **Prætena, anteposita.** [1325] **Propedat, impedit, cohobet.**  
**Plaustri, quod plastrum sonat.** **Prætoriola, domuncula in navi.** **Propii, legati matri muneribus.**  
 [1270] **Plebescere, plebem alloqui.** [1300] **Prandrum, genus zonarum.** **Propolæ, tabernarii.**  
**Plebiscitari, plebem imitari.** **Pransorium, promulsarium.** **Propos, valde potens.**  
**Plebiscitat, plebem alloquitur.** **Prima porta, primum locum, vel** **Proposcit, petit.**  
**Plemina, cum in manibus et pedibus calusi solei sunt.** **grecia expositio.** [1330] **Propudorio, contressio.**  
**482 Ploti, proprii.** **Prima terra, littore.** **Proxeneta, genitrix.**  
 [1275] **Plumbum in oculis, macula coloris plumbei.** **Primivirgus, caballarius, quod pri-** **Proxelat, differt, prolongat.**  
**Podarius, inter mimos.** **mus est militie in virgines.** **Proxeneta, homo præcurrentis quod-**  
**Polingon, ubi cadavera ponuntur.** **[1305] 483 Privignus, vulgo ante** **cunque negotium.**  
**Græcum.** **natus.** **Proxeneta, quasi inter emporem**  
**Polluctare, consecrare.** **Procapibus, proximis.** **et venditorem, vel anteambulo.**  
**Polose, alte.** **Procaps, proximus.** [1335] **Prurientis auribus, qui li-**  
 [1280] **Polosus, altus.** **Procivimus, probavimus.** **benter desiderant de alio malis**  
**Pomatum, mollis et liquidus cibus ex pomis.** **Proculprocul, longe longius.** **aliquid audire.**  
**Poneprope, juxta, et propter.** **[1310] Proculum, abominatio.** **Pubeta, vel pubeda, adolescens.**  
**Popina, meraria, crustaria.** **Proculus, qui patre longe peregrinante nascitur, vel longe a patre**  
**Porrum, basum.** **Productis, consumptis.** **natus.**  
 [1285] **Portemnia, navicula.** **Prolecta sunt, promoverunt.** **Pugillones, pugillatores.**  
**Portitorium, porticulum, baculus** **Proficiens, antepositus, proiectus.** **Pulpidinem, colophia.**  
**lizarum.** **[1315] Prolicer, emanare, effluere.** **Pulpitum, analogum lectrum.**  
**Positiones, ædificia.** **Varro : Denum ubi proticuit dulcis unda.** [1340] **Pulvinicinare, pluitare, saepe**  
**Postfices, judices.** **Polumum, locus sacrorum.** **pluvere.**  
**Postilio, postulatio.** **Prompria, cubilia.** **Pulvinceria, area mortuorum.**  
 [1290] **Posmuriuum, insertorium.** **Promulare, murus ante murum.** **Punicani, lecti parvi.**  
**Postpridie, hodie.** **Pronefas, antefas, contralientia.** **Purpurilla, locus extra portam, quo**  
**Postulatitius, ille qui postulat.** [1320] **Pronefas, plusquam nec di-** **purplea veste ueneruntur.**  
**Postumus, ultimus, novissimus.** **pendum, vel quam illicitum.** **Puteal, sedes prætoris.**  
**Præclues, valde clarus et inclitus.** **Pronelas, scelus, incontinentia.** [1345] **Puticuli, quo cadavera pro-**  
 [1295] **Prædarius, præbens auxilium.** **Pronostra, antenostra.** **jiciuntur.**  
**Prælubium, pelagus.** **Propagando, protelando.** **Quæstuosus, topætæc.**
- maia, causæ; Grævius, pili Macedonum causiaæ. Sem-** **4297. Dispensatores dicti prærogatores ex Scholiaste**  
**lerus, pitisma, gustatio; vel digmata, inusio. Janso-** **Persii, quia solebat pensari potius æs quam numerari.**  
**nus, aigmata, caustica.** **4299. In navi; forte ex navi prætoria factum præ-**  
**4267. Forte, auribus gracilitribus. Vide Festum,** **torio/a.**  
**de plaudis, seu plautis canibus.** **4300. Rutgersius, prandium, genus obsoniorum.**  
**4268. Plaria; plana, potius.** **Nihil mutes.**  
**4269. Plaustri. Legendum plaustrit, a plaustrio, pa-** **4301. Alii, promulsidarium.**  
**lustris, quod in aliis lexicis assertur.** **4302. Restitue ex Constantiensi, prima peto, pri-**  
**4270, 4271. Inverte explicationem, plebescere, plebem imitari, Plebiscitari, vel plebiscitare, plebem alloqui.** **mum locum, vel egregia exposco.**  
**4273. Calusi. Lege callosi, et confer differentias** **4303. Servius ad I Æneid. primæque velant consistere terræ; id est, in littore.**  
**verborum inter appendices, n. 105: Inter flemma et** **4304. Cerdæ, clavariorum, qui primus est militie in vir-**  
**plemma, etc.** **gis. Semlerus retinet caballarius.**  
**4274. Semlerus, ploti pro plauti; alii, placei, stupi-** **4308. Probavimus, lege provocavimus; ex Feste**  
**4275. Semlerus, pædarius, puer minimus, vel po-** **verbo, procitum.**  
**dagricus, infirmus (pedibus).** **4310. Ex, procul, o procul este profani.**  
**4277. Repone, polyandron, ex aliis lexicis.** **4313. Profecta sunt; an proœcta sunt?**  
**4279, 4278. A polo faciunt polose, polosus.** **4315. Scribe, proliquere... proliquit.**  
**4283. Popinarum diversæ species, meraria, seu** **4317. Alii, promptuaria, cubicula.**  
**vinaria, crustaria, etc.** **4319. Ex, pro nefas, contra fas, contra justitiam.**  
**4284. Basum; emenda prasum, ex Græco.** **4320. Vel quam; alii, vel etiam.**  
**4285. Portemnia, seu portimnia aut portimnum. Vide** **4321. Forte, prorostra, ante rostra.**  
**lib. xix Etymol., cap. 1, n. 26, ubi pro Syriaci ge-** **4324. Scribe propola.**  
**neris legi vult Semlerus scythici, vel sarmatici.** **4325. Lege præpedit, impedit.**  
**4287. Pro architecto Abbo Cernuus adhibet po-** **4326. Semlerus, Prætorii, legati, ministri, magi-**  
**sitorem.** **4328, 4329. Alii, præpos, et præposcit.**  
**4288. Grævius, pontifices.** **4330. Lege, pro! pudor, contestatio, vel confusio,**  
**4289. Postilio, postilio, postulatio verba augurum,** **interjectio.**  
**de quibus dissident interpres, ad sacrificium huma-** **4333, 4334. Præcurrrens; al., procurans, omisso**  
**num pertinere dicuntur.** **et anteambulo.**  
**4290. Forte, pomarium.** **4338. Legi poterit, pulpido, colyphia, aut co-**  
**4291. Grævius, postridie, altero die. Semlerus an-** **liphia.**  
**notata fuisse ait haec, heri, postridie, hodie; ex qui-** **4340. Pulvinicinare; alii, pluvitare: alii omittunt.**  
**bus deceptus glossator. Sed fortasse retinendum** **4341. Lege pulvinaria, area; vide supra. Ariæ.**  
**postridie, hodie. In Missali Gothicæ una ex orationi-** **4342. Lib. xx Etymol., c. 11, n. 3, Punicani,**  
**bis quia quotidie dicuntur inscribitur postridie.** **etc.**  
**4295. Prædarius. Excerpta pedarius. Cerdæ et alii,** **4343. Conjicitur, purpur, ille locus, extra portam,**  
**præbendarius. Semlerus, prædarius, præbens prædem,** **quo purpurali nascentur; vel, purpura, aulæ locus,**  
**vel auxilium.** **quo puerperæ Augustæ uelabantur.**  
**4296. Prælubium, legendum.** **4346. Duo minuta. Ex Hieronymo, c. 5, in Matth:**

- Quantocius, quanto velocius.**  
[1350] *Querelantem, querelas afferentem.*
- Quinquatria, ambitus quinque porticorum**
- R**
- Rallum, rassorium.**  
**Randum, arbitrandum.**  
**Rarcent, patrident.**  
[1355] *Ratiscunt, adæstimaverunt.*
- Rator, judex.**  
**Ravit, ravis loquitur.**  
**Reburrus, hispidus.**  
**Receptor, actor concordie medius.**  
[1360] *Recidua, ex ruina renascens-tia.*
- Recitatulum, ubi recitatur.**  
**Recognatus, filius patris.**  
**Reritas, justitia, aequitas et veritas.**  
**Redandruare, gratiam ferre.**  
[1365] *Redhibere, reddere.*
- Redimicæ, res a prædonibus redem-pœ.**  
**Redimicula, villæ quibus mitra ligatur.**  
**Redubias, reliquias.**  
**Reducita concava, depressa.**  
[1370] *Redulus, strenuus lignorum ardentium.*
- 1351. Festivitas Minervæ quinquatus dicebatur, ab aliis quinquatria, et quinqualtræ. Glossator fortasse ex Scholiaste Juvenalis sumpuit quod Mi-nerva in ambitu quinque atriorum seu porticorum fuerit.**
- 1352. Lib. xix Etymol., cap. 22, n. 23, Ralla, etc., Creditur diminutivum vocis *radula*. Vide etiam Regulam monachor., cap. 18. Amictus autem tegmen asum, etc.**
- 1353. Randum. Legi *rendum*, a reor.**
- 1354. Fortasse, ratificant, pronuntiant.**
- 1355. Scribendum rati sunt pro ratiscunt.**
- 1357. Havia; imo rauce.**
- 1358. Reburrus; an a birrus?**
- 1360. Recidua; melius recidiva.**
- 1361. Grævius, recognitus filius; quem pater pro filio agnoverit.**
- 1364. Ex Festo, Nonio et aliis.**
- 1366. Scribe reduvias, ut exuvias.**
- 1370. Semlerus, rogulus pro redulus.**
- 1371. Semlerus, repellit fronte.**
- 1375. Repone ex Festo, remiliqines.**
- 1376. Festus, remillum dicunt quasi repandum. Pro pronullo, Grævius prominulo. Fortasse a remo est remillo, et, nam. seq., remillus.**
- 1378. Forte, remoramentum, ut in aliis lexicis.**
- 1379. Videtur legeudium, resides, requiescentes, otiosi.**
- 1381. Repelta. Papias, repeta. Semlerus, rupella, vel rupicula.**
- 1383. Vide num. 682, exundantibus.**
- 1384. Pro species, legi vestis, aut species vestis.**
- 1385. Retanda. Ex Aulo Gellio, Attic. Noct. cap. 17.**
- 1386. Martinus, Ridica, quibus ligna sublimantur; al., redica; al., retica, ligna quibus ligata sublimantur. Retica est pedamentum ad statuminandas vites.**
- 1387. Revidare; al., rebitere; al., reviare.**
- 1388. Scribe rheuma.**
- 1389. Remidia, trepido; Semlerus totum id corruptum ex repedo putat.**
- 1390. Martinus, rinas, nores, vel nasa, ex Græco.**
- 1391. Roga. Exempla profert Ducangius.**
- 1393. Ructa. Inde ructare. Vide rumen in lexicis. Editi hic, ructa, vel frumentum.**
- Refrontat, repellit a fronte.**
- Regillus, regulus.**
- Regimonium, gubernationem.**
- Remasculata, virili virtute resumpta.**
- [1375] **Remilicines, remoratrices.**
- Remillo, repando, pronullo.**
- Remillus, repandus.**
- Remotum.**
- Rendis, requies otiosa.**
- [1380] **Repatriat, ad patriam reddit.**
- Rep-ita, lapis excelsus.**
- Repignerat, pignus recipit.**
- Repluentibus, exabundantibus.**
- Replum, species mulieris.**
- [1385] **485 Retanda, purganda.**
- Retica ligna, quibus ligna sublimantur.**
- Revidare, reverti, redire, repedare.**
- Rheuma, effusio maris, quando accessione maris in fossis colligitur, et remaneat aqua.**
- Rimidia, trepido.**
- [1390] **Rinas, naves, vel massa.**
- Roga, eleemosyna.**
- Rogatarius, peitor.**
- Ructa, vel rumen in homine, tumen in bestia, pars gulletis gurgulioni proxima.**
- Rues, ruina.**
- 1394. Rues, ut labes, lues, strues.**
- 1397. Videtur id corruptum ex runa, pilum, rx-nata, pilata.**
- 1399. Rupa. Martinus, rupta, id est, abrupta montium.**
- 1400. Rupina. Occurrit apud Apuleium.**
- 1401. Ruspantur. Ex Nonio et Festo.**
- 1402. Sabarium. Paulo post, safarium. Nonnulli reponunt pastophorium, alii sabarium, armarium templi.**
- 1403. Semlerus hic rursus, sabarium, armarium. Barthius ex Germanico, Saba, linea, arancatum, vel aranea.**
- 1404. Sacra; forte, sarga, ex Lombardico, arga, inutilis. Alii, sargo, aut sarco, a sarcendo, ut sarco sutorius, sarco sutorius, qui resarcit, ad nova opera inutilis. Barthius, scurra pro sacra.**
- 1406. Grævius, sagda; Semlerus, saga, nomen semine. In Excerptis, nomen genii.**
- 1407. Alii, soldarius; al., salariarius; al., melius, spatharius.**
- 1408. Barthius, sambucinarius, ipsam (sambucam) qui dicit, vel sambucinarius, species tibicinis. Alii, canit pro dixit.**
- 1409. Papias, Sambucistria, quæ cithara rustica canit.**
- 1410. Grævius, sambucista; Semlerus, sambucer, histrio, saltator.**
- 1413. Samelebro. In Excerptis, saurilibro, saurilibro, Barthius, sat elaboro, artifico. Semlerus, sama, labra testacea.**
- 1414. Samica; samia polius.**
- 1415. Reinesius, scinissat, ex Græco, scinis species saltationis. Cerdæ, encanissat, ut encænial. Semlerus, sambucissat. Barthius, saracenissat, scilicet triumphans de Saracenis.**
- 1416. Barthius, sappa, vappa. Semlerus, sappa quasi sarcula, vel sappa, qua sarcula, id est, fodiæ; vel sappa, sarculus. Inde sarpo, sarpere.**
- 1447. Barthius, subripia; alii, subreptio. Semlerus putat hanc glossam ex præcedenti sarpa enatam.**
- 1418. Sarcitator; imo sarcitector, ex lib. xix Etymol., cap. 19, n. 2.**
- 1419. Sardius, sine interpretatione. Tum alia glossa hoc translatæ, sacella, olca sacra.**

- [1420] *Sarge, idoneus, qualibet ars, alias sarg non idoneus cuiuslibet artis professor.*  
*Sario, sarculo.*  
*Savium, osculum mortuum.*  
*Saures, vertices.*  
*Scabra, primitiva aspera.*  
[1423] *Scervina, iniqutitas.*  
*Scamellum, simsoniuci.*  
*Scammata, arenae, ubi athletae luctant.*  
*Scana, arborum densitas nimia.*  
*Scanus, ferrum, per quod equus scandit.*  
[1430] *Scapulatum, fustis longus.*  
*Scapus, certus numerus tomorum charto scriptus.*  
*Scaturrin, lepra.*  
*Scatus, impetigo, stica scabies.*  
*Sceptoria, cisterna.*  
[1435] *Scille, saxe latenta in mari.*  
*Scinthia, natus, meatus.*  
*Scipio, virga ante triumphantes dedita.*  
*Sciones, virges consumum.*  
*Scispadum, jupatum.*  
[1440] *Scolaces, quod nos funalia dicimus, eo quod sine scolio, hoc est, intorti, hos Romani funes et funalia nominabant.*
- 487** *Sconna, sponsus.*

4420. *Sarge.* Vide *sacra*, n. 4404. *Barthius* originem Germanicam in *sorga* investigat.  
 4422. *Uxoriosum; forte, fuscotescum.* Vide lib. ii Different., t. V, n. 398.  
 4423. *Sources; forte, scurides.*  
 4424. *Distingue primitiva, aspera,*  
 4425. *Scervina.* Apuleii *VOX*.  
 4426. *Gravius, scabillum, instrumentum symphoniaci.* Semlerus, *scabillum symphoniaci*, sine interpretatione. *Forte ex scabillum Hispani dement suscep- det.* *Solmociss, cestrum, symphonia;* quod est genus instrumenti, ex I. iii *Etym.*, cap. 22, n. 14. *Ber-ubus, scabellum, ubi symphoniaci.*  
 4428. *Emenda scena, pro scena.*  
 4429. *Martinus, scansile, pro scansum.*  
 4430. *Alii, scapifem.*  
 4431. *Scapno.* Vide *Nonium*, cap. 2.  
 4432 et seq. *Semlerus, scabies siccus, impetigo, pruriens, lepros.* *Forte, sarna, pro scaturrio, scatus,* ex lib. iv *Etym.*, cap. 8, num. 6. *Impetigo, etc.*  
 4434. *Legi exceptoria, ut supra.*  
 4435. *Scilles.* Ex *Soylla*, que aliquando latet. An scopuli?  
 4436. *Scinthia;* forte, stigmata. *Vel cymbia, na- ves, naviculae.*  
 4438. *Barthius, scissatum, fractum, lithostratum, lupatum, vel lapidatum.* Reinesius, *lycospadum, vel lyceopadum, lupatum; atii, crispatum, jubatum.*  
 4440. *Scotaces.* Vide lib. xx *Etymol.*, o. 10, n. 3. *Funalia, etc.*  
 4441. *Recte, in Excerptis, sculpsa, sponsor, ex Gellio, t. xx, c. 10.*  
 4442. *Scordalus.* *Vox Seneca et aliorum.*  
 4443 et seq. *Forte, scoriscum.*  
 4445. *Forte, scoriones, aut scurris.*  
 4447. *Serea; inde excreare.*  
 4448. *Scriba.* Vide supra, *Edilitius.*  
 4449. *Scribula; forte, schedula.*  
 4450. *Gravius, item scripulator, vel scrupulator, sollicitatur.*  
 4451. *Peria quarta ante pascha erat scrutinii dies, sive examen catechisticum.*  
 4452. *Scrutitum.* *Legi scorteum, vel scortissa, pellicula.*

- Scordalus, ferox.*  
*Scordiscuta, corium crudum.*  
*Scordiscum, scortum.*  
[1445] *Scories, exalti, statim, fatui.*  
*Scrofa, struthio, fatua.*  
*Scriba, adilitius, qui ex edilie est, sic vocatur ex adilitate.*  
*Scribula, episcola.*  
[1450] *Scripula, epistola, item scripula sollicitator.*  
*Scrutinum, quod infantes scrutantur.*  
*Scruilium, petrea.*  
*Scrutes, ventriculus fortis.*  
*Scurr, parasitus, buccalarius.*  
[1468] *Scheri, qui inscipitatur.*  
*Sebra, vetusta.*  
*Sector, usurpator, vel bonorum usurpata.*  
*Secundularius, qui secures fert.*  
*Scena, malum.*  
[1460] *Semestria, liber in quo actiones sex mensium continentur.*  
*Semiermis, sine armis.*  
*Semijustus, dimidium iusti.*  
*Semivisors, minimus e recordo.*  
*Semiramus, tristitia.*  
[1468] *Sententia, antiquae.*  
*Sentes, sententia firma, et iudicata responsio, expiatio.*  
*Sensio, sententia.*  
*Sericula, vas aquarium.*  
[1482] *Stringina, restrictio unica.*  
*Sipes, sospes, sanus.*  
*Solerare, id est, solidare: et solida, soler-s, id est, solidum.*  
*Sonticus, veras.*  
*Sorbillator, degulatator.*  
[1490] *Sorlinus, qui judet per*
4453. *Apost. Festum, sorbillus.*  
 4453. *Incopriatur. Sevra copres dicebatur. Vide Beonanum, pag. 1026.*  
 4456. *Sebra.* Corrigi, ex aliis lexicis, scabra.  
 4457. *Vel bonorum vindicta.* Gravius, *aetia, bonorum vindicta.* Forte, *vel bonorum vindicta.*  
 4458. *Fert. Mulinus Exterpus, facio.*  
 4460. *Semestria; forte, semestris.*  
 4462. *Emenda, semistus, dimidiamo noti.*  
 4464. *Excerpta, semina, tristitia.* Martinus, *semium, tristitia.* Semlerus, *semna, societaria.*  
 4467. *Sensionis vocabulo usus est Alvarus Cordubensis, in Indiculo luminoso, ann. 25: Nullus audax presumptor, nisi pretio soluto, sensionem mercandi, quae propria necessitas exigit, quocunque casu presumat; ubi sensio facultatem innuere videtur, nisi reponendum sit sensio; sermo enim est de locis patentibus, in quibus hundunc exercebantur, que Mahometani vendebant.*  
 4470. *Iversius, sat. 3, vers. 12.*  
 4474. *Alii, circumactum pro circumactus; et sphera pro splendora.*  
 4475. *Ramorum Legi armorum.* Pro videtur, forte venabuli, *vel sibuncæ, quod genus est venabuli.*  
 4476. *Sire vox Platii. Dicitur etiam sires.*  
 4478. *Corrigi semiplagium, ex aliis lexicis.*  
 4479. *Couviva dicebantur etiam simplices. Simplicum est vas cujus usus erat in sacrificiis.*  
 4481. *Simultum. Alii, simulta.* De isto *verme*, lib. xii *Etymol.*, cap. 1, n. 10. *Verrea, etc.*  
 4482. *Supple: Singulim loquens, qui loquuntur quasi per gutta os.*  
 4484. *Sirascula; alii, situla; al., sitiscula; al., situla; al., sitella.* In *Catholicon*, *coriscula*. Rosweydeus, in *Onomastico*, voce *Suriscula*, aut *Syriscula*, pno vase plurimum uos luisse filimat.  
 4485. *Stringina.* Gravius mutat in *stranguria*, *ve- pugnantibus aliis.* Ordo litterarum pessore distinguita.  
 4486. *Ex Feste sipes, pro sospes.*  
 4488. *Sonicus.* Ex *Nomo*, *Festo et attia.*  
 4489. *Forte, sorbillator, degulatator.*  
 4490. *Heinesius, qui judicial per sortem; Scalerus, qui videt per sortem.*

- sorem.  
**Sosii**, duo fratres qui bonos libros emebant, et eos postea præparando, multum lucrabantur in vendendo.  
**Sparagna**, initiarum, infantia.  
**Spoliaria**, exteriōes balneūrum celulæ.  
**Spirarium**, spatum.  
[14:5] **Stagnare**, secernere metalla mista.  
**Stamio**, partus.  
**Staier**, duo didragma.  
**Stellatium**, crimen, cum una res duobus vendituri.  
**Sternaces**, pavidi.  
[1500] **Stica**, tunica.  
**Stigia**, tunica.  
**Stigia**, ornamenti regia.  
**Stigum**, genus vestimenti.  
**Stilinquadrum**, id est, quadrum.  
**489** [1505] **Silitaris**, vestis piratica.  
**Struaces**, cupidi.  
**Strigio**, mimarius scenicus.  
**Strofarius**, strofosis, impostor, fraudator.  
**Stultornatus**, stultus malus.  
[1510] **Sulcensis**, fomenta.  
**Subcenturiatus** dicitur, qui in numero priore quasi per centuria sue vicem succedat.  
**Subcisisivus**, malus interpres.  
**Sobcus**, subcucaneus, subcircularis,
- intercus**, **intercutatus**, **subtercus**, **subcucaneus**.  
**Sublestia**, infirmitas, tristitia.  
[1515] **Sublestis**, infirmus, tristis.  
**Submeles**, qui in lectulo nungit, meles.  
**Subtes**, qui subtas sedet.  
**Sububeres**, infantes qui adhuc sunt sub ubere.  
**Suffraginatus**, fractis auribus, vel substitutus in locum succidentis.  
[1520] **Sugrūdia**, fundamenta.  
**Sugrundaria**, sepulcra.  
**Sutor**, citor.  
**Sumpuarins**, qui erogat sumptus.  
**Supedium**, refagium.  
[1525] **Supera**, navis.  
**Superaria**, vestis, quæ superinduitur.  
**Supparati**, suppedit.  
**Suppararia**, vestis, quæ superinduitur.  
**Supes**, supumpis, hoc est, supinis pedibus.  
[1530] **Suprema**, quando sol suprimitur.  
**Surcetur**, irascitur.  
**Surus**, musculus brachiorum.  
**Surus**, surculus.  
**Susses**, qui habili's ad substendrum.  
[1535] **Susurrio**, senitvus, bilinquis.  
**490** **Sutela**, corrugia, quæ tenduntur sub cauda equi.
- 491**. De **Sosii**, Horatius non semel.  
**492**. Martinus correxit spargana, initia infantiae.  
De crepundiis fortasse id intelligitur.  
**493**. **Spolaria**. Vide lib. xv Etym., cap. 2, n. 41.  
Apodyterium, etc.  
**495**. Semlerus conjicit stannare, ex lib. xvi Etymol., cap. 22, num. 1. Stanni etymologia, etc., ut ad eum locum annotavi.  
**496**. Verum videtur, statio, portus. Sed Barthius pulal stamio, pannus, a stamine. Iude stamina, Hispanice stameña.  
**497**. Vide lib. xvi Etymol., cap. 23, num. 16.  
**Stater**, etc.  
**498**. Scribitur **stigia**, **stictia**, **striga**, **sticta**, et hinc **stica**. A Græco est **stichia**, aut **stichium**. Illine sequentes glossæ.  
**499**. Semlerus, **stiquidrum**, **quadrum**; quia si, et si sepe preponebantur, ut sitocum pro locum, et stitem pro item.  
**500**. Festo **silitaria** est genus navigii LATUM; ex quo dicimus, præposito si, ut in glossa præcedenti. Hic pro **vestis** legi poterit navis.  
**501**. Legi **sternaces**, pavidi, ut supra, a sterno; sic **sternaces** equi.  
**502**. Legi **strolio** pro **histrio**, ut **Spania** pro **Hispánia**.  
**510**. **Grævius**, succendia. Semlerus, succensiva; alii, subcentia. Vide supra, **Fomenta**.  
**512**. **Subcisisivus**. Semlerus, successione, vel suggestivus. Vide lib. x Etym., num. 131. **Incentor**, etc.  
**513**. **Subcus**; forte, subcūlitus, et **intercus**, pro **intercus**.  
**514** et seq. Vide Beccanum, p. 1036, præter Festum et lexica.  
**516**. Scribe **submeles**; dicitur etiam, **submeleus**.  
**519**. **Auribus**. Legi **cruribus**. Tum, ambrogatus, vel potius suffragatus, substitutus, etc.  
**520**. **Sugrūdia**; forte, sugrundia, quæ sunt extremitates tecti, pluviam a parte arcantes.  
**521**. **Sugrandaria** dicebantur sepulcra infantium.  
**522**. Semlerus, **saltor**, sutor, vel vice versa.  
**524**. **Forle**, suppeditum.
- Sutrum**, locus ubi suuntur spates aliquæ.  
**T**  
**Tabæ**, mutiæ.  
**Tahernio**.  
[1540] **Tagax**, furunculus.  
**Talax**, scaurus.  
**Talitus**, colitus in talo.  
**Tallos**, calculus, tabula.  
**Tam** nefas, tam detestabile factum.  
[1545] **Tarnes**, crux, sanguis.  
**Tartarus**, vernes in carne.  
**Tartarium**, horribile.  
**Tantones**, palpætra.  
(lu aliis) **Tegillaria** venefica.  
[1550] **Tegora**, tegus, corta, vel posteriora jumentorum.  
**Telonem**, quasi omnium illorum fiscalis conductio.  
**Tenillis**, qui potest tenere.  
**Terimentum**, nutrimentum.  
**Terrale**, genus vestis.  
[1555] **Terr giponæ**, que terra copiant, id est, piscinae quas et terræ rustici vocant.  
**Testinium**, opportunum.  
**Thoca**, flavus, vel vestis.  
**Tiaries**, portiones signorum.  
**Tinctorium**, gladius.  
[1560] **Tironatum**, rudinem.  
**Tironicare**, militare.  
**Titlensis clangor**, id est, sonitus cum tumultu.
- 491**. **Grævius**, suppura, navis velum.  
**492**. **Lege superaria**, ut supra.  
**493**. Alii, **supes**, **suppis**, hoc est; al., **supes**, **suppes**, hoc est, sub imis pedibus.  
**495**. **Suprema**, hoc est, **suprema tempestas**, ex Festo.  
**496**. **Cerda**, succenset; alii, surculatur, nascitur.  
**497**. **Grævius**, surus, surculus arborum.  
**498**. **Lege subæs**, habili's ad subsidendum.  
**499**. **Melius**, surrro; pro semilosus, alii sententious, alii senticosus.  
**500**. **Rectius**, subtella, ut postella, antella.  
**501**. **Corrigendum**, sutrinum. Pro species, forte vestes.  
**502**. **Semlerus**, tabani, muscae.  
**504**. **Talax**; ex scholiaste Horatii lib. 1, sat. 3.  
**505**. **Vulcanius**, talitrus, callus, vel clavus in talo.  
**506**. **Lege calculus tabular**.  
**507**. **Tames**; imo tabes, vel tabus.  
**508**. Dicitur etiam **tarmes**, termes, termus.  
**509**. Alii, **tartareum**, vel **tartarium**.  
**510**. Vide infra, **tugellaria**.  
**511**. **Melius**, **tergora**, **tergus**.  
**512**. **Forte**, **telonium**. Vide lib. xv Etymol., c. 2, n. 45. **Grævius**, **telones** . . . conductor.  
**513**. **Tenere**, rectius teneri.  
**514**. **Terimentum**. Semlerus **intetimentum**, ex Pauto.  
**515**. **Grævius**, toral, vel torale; Semlerus **talare**.  
**516**. **Pithœus** suspicatur terriscinae. Semlerus, terricipinæ, aut terricipia, nisi corrupta fuerit vox ox terrigenæ sine interpretatione, et tum conficta glossa ab aliquo sciolo.  
**517**. **Testinium**. Emenda, tempestivum.  
**518**. **Forte**, togæ, clavus, vestis, vel tunicae, clavis, vestis.  
**519**. **Grævius**, triarii.  
**520**. **Forte**, cinctorium gladii, scilicet halteris.  
**521**. **Rudinem**. Corrigere rudimen, vel rudimentum.  
**522**. **Excerpta**, tironizare; emenda tirocinari.  
**523**. **Forte**, titinnitus, clangor, etc. **Grævius**, titinniens clangor.

Toculis, *calculus dictus est compito solo pilis, quod sibi componunt. Calx enim lapis est, calculus diminutivum.*  
*Togillatum, sigillatum.*  
[1565] *Togipurum, toga pura.*  
*Tollerunt, genuerunt.*  
**491** *Tongillatum, singillatum.*  
*Tongillatum loqui, pravis verbis, a Tongilio parasito, qui in hoc inventerat risus aucupium, ut salutatus convicio responderet, et maladictentem salutare blandissime.*  
*Tragum, genus piscatoriae.*  
[1570] *Tragum, inter legumina.*  
*Tragum, verriculum.*  
*Tricilia, ubi pendent vaciae.*  
*Trimitat, posturna.*  
*Tritile, quod teri potest.*  
[1575] *Trochus, rota ludentum.*  
*Trocinus, sectae genus arduum.*  
*Tuber, sili subterranei.*  
*Tuceum, bula condita apud Gallos Alpinos.*  
*Tugellaria, maleficia, eo quod supra regulas sacrificiui.*  
[1580] *Tuligatum, carpitum.*  
*Tullia, media, vel regia.*  
*Tuore, visu.*  
*Turturilla, ita dictus locus in quo corruptiles fiebant, quod ibi turtri opera daretur, id est, nam.*

**1563.** Semlerus, *tatus calculus dictus est computus e lapillis, quod ibi componuntur; calx enim, etc.*  
**1566.** *Tollerunt. Lege tulerunt.*  
**1567 et 1568.** Semlerus corrigit, *suggillatum pro sigillatum, quia Tongilius, a quo haec adverbia, suggestabat eos qui ei occurabant.*  
**1569 et seq.** Cum de reti et verriculo est sermo, melius est trahum a traho, cum de oleribus tragus.  
**1572.** Alii legunt trichile, aut trichilia, num. plur. Al., trichila, num. sing. Confer Forcellinum. Semlerus, vites; alii, uvæ pro vaciae.  
**1573.** Grævius, *trepidat, tremiscit, horret. Semlerus, 7 riva, Proserpina, vel trimata post tres annos.*  
**1576.** *Trocinus; alii, trochiscus, vel trocitus. Vide lib. iv Etyiol., cap. 9, num. 16, ex quo hic legendum succi genus aridum.*  
**1577.** Reinesius emendat tubi, sili subterranei. Grævius, *tubera aut tubera, cibi subterranei.*  
**1578.** Scholiastes Persii, ad sat. 2: *Tucketum bubula condita apud Gallos Alpinos.* Semlerus ex aliis Lexicis colligit legendum eduliu pro bubula, et bula.  
**1579.** *Lege regularia, maleficia.*  
**1580.** Forte corruptum ex tongillatum, carpitum, hoc est, sigillatum, de quo num. 1566. Alii, *salcatum, carpitum; al., titulatum coopertum; al., tilpatum, carpitum (luteolum).* Vide Ducangium, verbo tilpatalium.  
**1581.** Semlerus, ex Constantiensi, restituit, *meditullia, media loca terræ.*

**1583.** Vulcanius, *guturilla, et gutturi pro turtri; et pani pro panem.* Alii retinent turtrum illa, et in fine legunt, *id est, ganeæ, vel, id est, peni.*  
**1584.** Legi poterit *tus, pollen, manna.*  
**1785.** *Vabra, emenda vasfer, et, num. seq. vasrum pro vabrum.*  
**1588.** *Pro vadere præstiterit legere vadare, aut vadari, quod secundum melius est.*  
**1590.** *Vaganus. Forte, evaginatus.*  
**1591.** *Vagittatur; al., vagitat.*  
**1593.** *Vulcanius, versis eminentibus pedibus.* Semlerus, *versis tibiis.*  
**1595.** Semlerus conjiciebat vallica, *id est, phallica, iuyphallica.* Sed genuina lectio est vallematia, aut

Tuspollem, manna, vel genus pigmenti.

## V

[1585] *Vabra, callidus, artificiosus. Vabrum, varium, multiforme. Vadatur, promittit, pollicetur, fide dicit.*  
*Vadimonia, judicia, unde apud iudicem per fidejussorem vadere licet.*  
*Vadimonium facit, fidejussorem dat.*  
[1590] *Vaginatus, exagitatus. Vagilitatur, violenter flet. Vagurrit, per otium vagatur.*  
**492** *Valgis, foras versi tumentibus. Valitant, valent.*  
[1595] *Valemac pia, in honestæ cantationes, et carmina, jocaque turpia.*  
*Vanni parentes, inanes, mendaces, inuitiles, pellaces.*  
*Varam tibiam janam, perticæ duæ sunt inter se colligatae, quæ asserem sustinent. Unde prov.: Vibia varam sequitur.*  
*Ventiloqui, praecantatores.*  
*Varicat, avertit, ambulat.*  
[1600] *Varicavit, ambulavit. Vascillum, parvum vas. Macrob.: Solvens radus, in aqua subiecta vascillo.*

*Vatia, diversis plantis.*  
*Vesaba, parva saba.*  
*Vebigelorum, genus fluvialium narium apud Gallos.*  
[1605] *Veneripeta, luxuriosus.*  
*Venitia, maris exæstuatio, quæ ad littus venit, Varro: Venitia, unda quæ ad littus venit. Salatia, quæ ad mare reddit.*  
*Vepra, callidus, testificator, diversipellis.*  
*Verax, sonitus, fidelis.*  
*Verbosus, nugator peccimus.*  
[1610] *Verbo tenus, verbi gratia.*  
*Vernacellus, qui suscitat per dies festos.*  
*Vespeliones, fossarii, qui mortuos sepelunt.*  
*Vespertilio, serotinus.*  
*Vespilla, sepulcrorum visitator.*  
[1615] *Vestriæ, balbæ.*  
*Vestiarium, erogatorium.*  
*Vestiplica, femina que restes plicat.*  
*Vestis ludaria, histrionica, tonis.*  
*Veteratricem, id est, callidam, circumscribendam.*  
[1620] **493** *Vexillaia, impetus fortis carrorum.*  
*Victimo, immolo.*  
*Vidubium, qui duos maritos amisit.*  
*Viduvium, viduas.*  
*Villaturia, territoria.*  
[1625] *Viotorus, et statim cestifer.*

*ballematia, aut ballimatia; de quo verbo agit Ducangius post bulare, et scribendum censem ballismatia. Vide not. ad lib. iii Etymol., cap. 22, num. 11.*  
**1546.** *Vanni parentes; ex Servio ad Aeneid.*  
**1597.** Legendum vara vibia perticæ, etc. Pro vibia varam sequitur, in Ausonio est vara vibiam; sed Scaliger præsert scripturam glossæ, quia vara stans est pertica, vibia transversa.

**1601.** *Vascillum.* Glossator voluit *vasillum*, ex verso citato non Macrobii, sed Marbodeli, cap. 18 de heliotropia :

*Quæ solis radiis in aqua subiecta vasillo. Marbodæus vixit circa annum 1123, ex quo de aditamentis ad has glossas nonnullum indicium ferre licet.*

**1603.** *Vesaba.* hic ve significat *parvum*; alibi, male.

**1604.** *Lege vehicularum, aut vehiculum, ex aliis Lexicis.*

**1606.** *Venitia. Imo, venilia.*  
**1607.** *Lege vasfer, callidus, versicolor, versipellis.*  
**1608.** *Forte, sonitus, verax.* Vide num. 1488.  
**1611.** Semlerus, *verna cellularis, qui suscitat (monachos) per dies festos.* Cerdæ, *vernacellus (vernaculus), qui iustral per dies vernos.*

**1612 et 1614.** Quasi vespelio sit a *sepeliendo, vespilo a spoliando, aut expilando.*

**1615.** *Forte, versis, barba, ex Servio ad Virgilium: Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.*

*Vel vestibula, valvæ.*

**1616.** *Erogatorium, scilicet ubi vestes ergantur.*  
**1618.** *Tonis; Cerdæ, histrionis.*  
**1619.** Semlerus, *callidam in circumscribendo.*  
**1620.** *Vexillaia. Semlerus, vexillatio.* Pro *carorum, Grævius, castrorum.*

**1624.** *Forte, territoria, villa, terræ; aut villatoria pro villaturia.*

**1625.** *Martinus, viocurus, via strator, cæstifer.* Semlerus, *vocatus, sine interpretatione; tum virgo, cæstifera, a cæstu, hoc est, zona, qua receps nuptia cingebatur.*

**1626.** *Alii, membrana virginis, in qua habitat; alii,*

Virginal, <i>membra virginis</i> , in quo habitat.	Visor, <i>videntes</i> .	Votificantibus, <i>dona libantibus</i> .
Virgobretus, <i>nomen magistratus</i> .	Viticus, <i>actor, exactor villæ pensionum, insularius</i> .	Utenilia, <i>viatici sumptus</i> .
Viria, <i>viriola, brachiales</i> .	Vitricus, <i>patricus</i> .	Vultuosus, <i>tristis</i> .
Viriosus, <i>austerus</i> .	Unca manu, stricta manu, μυλλη.	Z
[1630] Virops, <i>quæ jam opus habet viro</i> .	[1635] Unicuba, <i>unius viri uxoris</i> .	[1640] Zanga, <i>pellis. Acro : Nigris medium impedit crus pellibus</i> .
membrum virginitatis, in quo habitat. Vide Prudentium cum comment., pag. 4214.	Unorum, <i>multorum</i> .	
1627. Virgobretus. Apud Aeduos. Ex Julio Cæsare.		1632. Viticus; imo villicus, ex aliis glossis.
1628. Forte, <i>viriæ, viriolæ</i> ; lib. xix Etymol., cap. 31, num. 46.		1633. Patricus; rectius, patrinus.
1629. Alii, <i>virosus</i> ; al., <i>vultuosus</i> , quod prærendum.		1635. Unicuba aliis dicitur, quæ sola cubat, licet nuptia.
1630. Virops, <i>ex viripos</i> , hoc est, <i>viripotens</i> .		1636. Unorum; Graevius, <i>uno ore</i> ; alii, <i>unitorum</i> .
		1640. Acro, ad Horatii sat. 6 lib. 1, <i>pellibus expedit zangis</i> . Vide Ducangium.

## MONITUM

*De nonnullis prætermissis, et de indicibus qui sequuntur \**.

**494** Pauca quedam, ne magna quidem molis opacula supererant, quæ olim in animum induxerant inter appendices collocare; sed cum sint magna ex parte fragmenta ex aliis operibus Isidori desumpta, et non semel repetita in Synonymis, in Conflictu virtutum et vitiiorum, in Norma vivendi, nonnulla quoque minus digna, quæ etiam inter appendices recenseantur, satis visum fuit nihil ultra addere iis quæ in Isidorianis tercia positim partie explicata sunt.

In Indice sacrae Scripturæ præ oculis habendum Isidorum sc̄pe versioni Vulgatae adhærere, interdum versionem antiquam sequi, nonnunquam sensum, non ipsa verba Bibliorum exprimere, aliquando etiam unum pro altero Scriptorem sacrum nominasse.

Præter ea quæ ex Indice rerum constant, observandum canones ex Isidori operibus indicatos et correctos existare tom. I, pag. 206 et seqq., indicem Scriptorum in Etymologiis et libris Differentiarum laudatorum describi eodem tom. I, pag. 431 et seqq., ut nihil jum dicam de Glossario quod modo exhibui.

\* Illos indices ad calcem tomī LXXXIV rejecimus. EDIT.

## ORDO RERUM

## QUÆ IN SEPTIMO S. ISIDORI OPERUM TOMO CONTINENTUR.

DE NATURA RERUM.		
Præfatio.	963	CAP. XXXIV. — De nive.
CAPUT PRIMUM. — De diebus.	Ibid.	CAP. XXXV. — De grandine.
CAP. II. — De nocte.	Ibid.	CAP. XXXVI. — De ventis.
CAP. III. — De hebdomada.	967	CAP. XXXVII. — De nominibus ventorum.
CAP. IV. — De mensibus.	Ibid.	CAP. XXXVIII. — De signis tempestatis vel serenitatis.
CAP. V. — De concordia mensium.	968	
CAP. VI. — De annis.	Ibid.	CAP. XXXIX. — De pestilentia.
CAP. VII. — De temporibus.	971	CAP. XL. — De Oceano.
CAP. VIII. — De solstitiali et æquinocciali.	Ibid.	CAP. XLI. — Cur mare non crescat.
CAP. IX. — De mundo.	974	CAP. XLII. — Quare mare salsa habeat aquam.
CAP. X. — De quinque circulis.	Ibid.	CAP. XLIII. — De Nilo.
CAP. XI. — De partibus mundi.	978	CAP. XLIV. — De nominibus maris et fluminum.
CAP. XII. — De cælo.	979	CAP. XLV. — De positione terre.
CAP. XIII. — De septem planetis cœli et eorum conver-	Ibid.	CAP. XLVI. — De terræmotu.
sionibus.	981	CAP. XLVII. — De monte Etna.
CAP. XIV. — De aquis quæ super cœlos sunt.	986	CAP. XLVIII. — De partibus terra.
CAP. XV. — De natura solis.	Ibid.	CHRONICON.
CAP. XVI. — De quantitate solis et lunæ.	989	DE REGIBUS GOTHORUM, WANDALORUM, etc.
CAP. XVII. — De cursu solis.	Ibid.	DE VIRIS ILLUSTRIBUS.
CAP. XVIII. — De lumine lunæ.	991	AD OPERA S. ISIDORI APPENDICES.
CAP. XIX. — De lunæ cursu.	Ibid.	APPENDIX PRIMA. — S. Iudeofoni, Toletani episcopi, liber de virorum illustrium scriptis.
CAP. XX. — De eclipsi solis.	992	APPENDIX II. — Archiepiscopi Toletani veteres.
CAP. XXI. — De lunæ eclipsi.	993	APPENDIX III. — Carmina S. Isidoro adscripta.
CAP. XXII. — De cursu stellarum.	Ibid.	APPENDIX IV. — Chronica regum Wisigothorum.
CAP. XXIII. — De positione septem stellarum erran-	994	APPENDIX V. — Chronologia et series Gothicorum regum ex codice Regiovaticano.
tium.	Ibid.	APPENDIX VI. — Expositio in Canticum cantorum.
CAP. XXIV. — De lumine stellarum.	995	APPENDIX VII. — De Conflictu vitiiorum et virtutum.
CAP. XXV. — De lapsu stellarum.	Ibid.	APPENDIX VIII. — Expositio in missa.
CAP. XXVI. — De nominibus astrorum.	996	APPENDIX IX. — Sententiæ liber quartus.
CAP. XXVII. — Utrum sidera animam habeant.	1000	APPENDIX X. — Exhortatio humiliatis. Ex editione Flo-
CAP. XXVIII. — De nocte.	1001	rezii.
CAP. XXIX. — De tonitruo.	Ibid.	APPENDIX XI. — Testimonia divinæ Scripturae et Patrum.
CAP. XXX. — De fulminibus.	1002	Ibid.
CAP. XXXI. — De arcu.	1003	
CAP. XXXII. — De nubibus.	Ibid.	
CAP. XXXIII. — De pluvias	1003	

CAPUT PRIMUM. — De uno Deo.	Ibid.	CAP. XXXI. — Exorcismus et sufflatio.	Ibid.
CAP. II. — De distinctione personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti.	Ibid.	CAP. XXXII. — Gratia et liberum arbitrium.	Ibid.
CAP. III. — De conversione et contemptu saeculi.	Ibid.	CAP. XXXIII. — Adem primo immortalis.	1233
CAP. IV. — De timore Domini.	1204	CAP. XXXIV. — De baptizandis infantibus.	Ibid.
CAP. V. — Juste iudicandum.	Ibid.	CAP. XXXV. — Omnes vere sumus peccatores.	Ibid.
CAP. VI. — Beneficiendum pauperi.	Ibid.	CAP. XXXVI. — Omnibus orandum pro dimittendis peccatis.	Ibid.
CAP. VII. — Non ambulandum in dolo.	1205	CAP. XXXVII. — Dimittuntur debita etiam sanctis.	Ibid.
CAP. VIII. — De filio superbo.	Ibid.	CAP. XXXVIII. — Lapsus Adae.	1236
CAP. IX. — De thesauro.	Ibid.	CAP. XXXIX. — Peccatum Adae in posteris.	Ibid.
CAP. X. — De eleemosynis.	1206	CAP. XI. — Gratia.	Ibid.
CAP. XI. — De correptione et de superbâ.	Ibid.	CAP. XII. — Voluntas bona a Deo.	Ibid.
CAP. XII. — De mansuetudine, de patientia et de humilitate.	Ibid.	CAP. XIII. — Gratia operatur omnia.	Ibid.
CAP. XIII. — De sapientia.	1207	CAP. XLIII. — Gratiae omnia debet.	Ibid.
CAP. XIV. — De conversatione juvenum.	Ibid.	CAP. XLIV. — Hominem nihil praese sine Deo.	1237
CAP. XV. — Non jurandum, et non dicendum falsum, et non mentendum.	Ibid.	CAP. XLV. — Solus Deus trahit hominem.	Ibid.
CAP. XVI. — Non fornicandum.	1208	CAP. XLVI. — Liberum arbitrium.	Ibid.
CAP. XVII. — Item de continentia oris.	Ibid.	CAP. XLVII. — Gratia.	Ibid.
CAP. XVIII. — Fugienda ebrietatem.	Ibid.	CAP. XLVIII. — An gratia sit natura.	Ibid.
CAP. XIX. — Parvulos emendando insipientes.	1209	CAP. XLIX. — Repetitio superiorum.	Ibid.
CAP. XX. — Justas mensuras et pondera.	Ibid.	CAP. I. — Voluntas hominis post baptismum.	1238
CAP. XXI. — De voto.	1210	CAP. II. — Initium meritorum unde.	Ibid.
CAP. XXII. — Non fraudandum, et (de) non gloriantio.	Ibid.	CAP. III. — Qui sint habendi pro baptizatis.	Ibid.
CAP. XXIII. — Altiora non scrutari, neque audire hereticos.	Ibid.	CAP. IV. — De Eucharistia.	1239
CAP. XXIV. — De jejunio.	1211	CAP. V. — De penitentia.	Ibid.
CAP. XXV. — Homini exemplum formicæ vel apis sine pigritia laboris.	Ibid.	CAP. VI. — De divinis promissionibus.	Ibid.
CAP. XXVI. — De stulto.	Ibid.	CAP. VII. — Quod nullus salveretur, nisi Deo succet.	Ibid.
CAP. XXVII. — In vacundiam deponendam.	1212	CAP. LVII. — Quod matrem non sit a Deo.	Ibid.
CAP. XXVIII. — Hic nesci.	Ibid.	CAP. LVIII. — Nulli non mortali preter Domum.	Ibid.
CAP. XXIX. — Testimonia Patrum.	1213	CAP. LIX. — Stabilitas in angelis.	Ibid.
CAP. XXX. — Testimonia de Sententiis Evagrii ad fratres.	Ibid.	CAP. LX. — Natura nihil est malum.	Ibid.
CAP. XXXI. — Testimonia de libro sancti Martini, non illius Turonici episcopi, sed iste pater fuit monacherum.	Ibid.	CAP. LXI. — Felicitas angelorum.	Ibid.
CAP. XXXII. — De libro sancti Ambrosii.	1214	CAP. LXII. — Libera voluntas angelorum.	Ibid.
CAP. XXXIII. — Testimonia de libro Prosperi.	1215	CAP. LXIII. — Nuptiae.	Ibid.
CAP. XXXIV. — De jejunio.	1217	CAP. LXIV. — Continencia.	Ibid.
CAP. XXXV. — De libro Sententiarum.	Ibid.	CAP. LXV. — Virginitas.	1241
APPENDIX XII. — Sermones.	Ibid.	CAP. LXVI. — Ciborum delectus.	Ibid.
SERMO PRIMUS. — Ad carnes tollendas.	Ibid.	CAP. LXVII. — Nuptiae et cibis.	Ibid.
SERMO II. — Contra Arianos.	1221	CAP. LXVIII. — Merita et obstinentia.	Ibid.
SERMO III. — Homilia.	1223	CAP. LXIX. — Beatam Virginem semper fuisse virginem.	Ibid.
SERMO IV. — De corpore et sanguine Domini in Pascha.	Ibid.	CAP. LX. — De elementis mundi.	Ibid.
APPENDIX XIII. — De ecclesiasticis dogmatibus.	1227	CAP. LXI. — De facultatibus ergordatis.	Ibid.
CAPUT PRIMUM. — De fide Trinitatis.	Ibid.	CAP. LXII. — Impedimenta clericatus.	Ibid.
CAP. II. — De incarnatione Christi.	1228	CAP. LXIII. — De reliquis sanctorum.	Ibid.
CAP. III. — Quod aeterus Deus ex Virgine natu sit.	Ibid.	CAP. LXIV. — De catechumenis defunctis, et martyribus non bapticatis.	1242
CAP. IV. — De Trinitate perfecta.	Ibid.	CAP. LXV. — Qualiter Eucharistia offeratur.	Ibid.
CAP. V. — De hominio.	Ibid.	CAP. LXVI. — De humana carne.	Ibid.
CAP. VI. — De resurrectione.	1230	CAP. LXVII. — Resurrectio.	Ibid.
CAP. VII. — Resurrectio omnium communis.	Ibid.	CAP. LXVIII. — Animæ sanctorum ante passionem Domini.	Ibid.
CAP. VII. — De iudicio vivorum et mortuorum.	Ibid.	CAP. LXIX. — Animæ sanctorum post ascensionem.	Ibid.
CAP. IX. — Pericolo iudicio non expectanda restituere.	Ibid.	CAP. LXXX. — De peccatorum venia.	Ibid.
CAP. X. — Creatio mundi. Angelorum creatio.	Ibid.	CAP. LXXXI. — Quod diabolum lateat cogitationes.	1243
CAP. XI. — Solus Deus incorporeus.	1231	CAP. LXXXII. — Cogitationes.	Ibid.
CAP. XII. — Omnis creatura corporea.	Ibid.	CAP. LXXXIII. — Daemones quomodo occupent homines.	Ibid.
CAP. XIII. — Intellecantes naturæ immortales.	Ibid.	CAP. LXXXIV. — De signis et virtutibus.	Ibid.
CAP. XIV. — Animae hominis quomodo creatur.	Ibid.	CAP. LXXXV. — Quod nullus signis sanctus sit.	1244
CAP. XV. — Quod duas animas non sunt in homine.	Ibid.	CAP. LXXXVI. — Sancti quoque peccatores.	Ibid.
CAP. XVI. — Anima hominis immortalis.	Ibid.	CAP. LXXXVII. — Pascha.	Ibid.
CAP. XVII. — Anima brutorum.	Ibid.	CAP. LXXXVIII. — Imagno Dei anima.	Ibid.
CAP. XVIII. — Infunditor anima.	Ibid.	APPENDIX XIV. — Sententia differentiarum de activa vita atque contemplativa.	Ibid.
CAP. XIX. — Dua substantiae hominis.	1232	APPENDIX XV. — Norma vivendi.	1247
CAP. XX. — Anima et spiritus idem.	Ibid.	APPENDIX XVI. — Exhortatio preuentil consolatiōne et misericordia Dei, ad animam futura iudicia formidantem.	1251
CAP. XXI. — De morte arbitrio.	Ibid.	APPENDIX XVII. — Lamentum penitentie.	1253
CAP. XXII. — De morte.	Ibid.	APPENDIX XVIII. — Oratio pro correptione vita flenda semper peccata.	1261
CAP. XXIII. — Neemo bonus per se.	1233	APPENDIX XIX. — Oratio contra insidias diaboli.	1273
CAP. XXIV. — Perseverantia in bonis a Deo.	Ibid.	APPENDIX XX. — Liber de ortu et obitu Patrum.	1273
CAP. XXV. — Liberum arbitrium.	Ibid.	APPENDIX XXI. — Liber de numeris.	1293
CAP. XXVI. — Merita.	Ibid.	APPENDIX XXII. — Glossæ in sacram Scripturam.	1301
CAP. XXVII. — Quidquid boni ex Deo.	Ibid.	APPENDIX XXIII. — Differentiarum, sive de proprietate sermonum liber.	1319
CAP. XXVIII. — Gratia vis.	Ibid.	APPENDIX XXIV. — Liber Glossarum.	1331
CAP. XXIX. — Intelligentia ex gratia.	1234		
CAP. XXX. — Precessa sacerdotum.	Ibid.		